

etus
heca
Dietica
III.

Alp. 5°
+
30.

N. Sta VIII V 20

Sta
Scans. a
Scaffale 11
Num. 15
Opera 2467

Dv 2537² / 42

JO. JACOBI
MANGETI,
MEDICINÆ DOCTORIS,
& Serenissimi ac Potentiss. REGIS PRUSSIÆ Archiatri,
BIBLIOTHECA
MEDICO-PRACTICA,

QUA
OMNES HUMANI CORPORIS MORBOSÆ
Affectiones, ARTEM MEDICAM propriè spectantes, ORDINE ALPHABETICO
explicantur, ac enodantur,
ET
PER DISSERTATIONES, CONSILIA, OBSERVATIONES,
ac CADAVERUM ANATOMICAS INSPECTIONES, tam hinc inde
propriam, quàm à variis, iisque præstantissimis AUTHORIBUS, VETERIBUS
& RECENTIORIBUS præcipuè petitas, abundè, imò & curiosè tractantur.

EDITIO ALTERA,

*In qua per novam adjunctionem plurimorum TRACTATUUM, DISSERTATIONUM, EXPLICATIONUM,
CURATIONUM, &c. non tantum reparata fuere vacua enata ab exceptione Chirurgicorum omnium, in priori
resperforum; unde, cum non paucis aliis BIBLIOTHECA CHIRURGICA concinnata est: Sed etiam
Opus hoc vastius & uberius, sicque BIBLIOTHECÆ MEDICÆ titulo, multò quàm prius
dignius factum, jam exhibetur.*

TOMI QUARTI PARS SECUNDA.



GENEVÆ,
Sumpt. HÆREDUM CRAMER & FRATRUM PHILIBERT.

M. DCC. XXXIX.

114
1
3

IO. JACOBI

MANGETI

MEDICINAE DOCTORIS

BIBLIOTHECA

MEDICO-PRACTICA

OMNES HUMANI CORPORIS MORBOS

PER DIFFERENTIA CONSIDERATIONES

ET ANATOMICAS INSPECTIONES

EDITIO ALTERA

TOMI QUARTI PARS SECUNDA



GENEVAE

HEREDUM CRAMER & FRATRUM PHILIBERT

M. DCC. XXXIX



JOH. JAC. MANGETI
BIBLIOTHECÆ
MEDICO-PRACTICÆ
LIBER DECIMUS QUINTUS.
De Morbis à Litera R incipientibus.

RABIDI MORSUS.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

Hic tantum remedium contra *Rabiem* ex
Actis Lipsientibus exscriptum dabimus.

Remedium contra morbum animantium rabidorum, longò usù comprobatum; excerptum ex literis Dn. Georgii Dampier, quæ cum annotatione Dn. Sloane extant in Transact. Philosophicis Anglicanis, mense Februariò, 1698. p. 49. seq.



Lichen cinereus terrestris, descriptus à Dn. Rajo in *Hist. Plantarum* p. 117. exsicceatur, & in pulverem subtilissimum redigatur, eique tantundem piperis subtilissimè triti admisceatur, & ad usum fervetur. Si eam exhibendum veniat hoc remedium, ex aure ejus sanguis priùs detrahendus est, & canis probè abluendus, atque à passù cohibendus per totam noctem, aut maximam diei partem, antequam ei propinetur remedium, lacti, aut jusculo tepido commixtum. Si pecus aliquod admorsum fuerit, sanguis etiam mittendus est, animalque probè abluendum: Dosis autem ejus magnitudini aut viribus est attemperanda. Homini- bus tandem propinandum est remedium post sanguinis missionem factam, & abluionem faciei, aut manuum ac partis læsæ. Expedi etiam ut vestes, quibus indutus fuit admorsus, laventur. Dosis est pro unaquaque vice ʒiij., & debet assumi duobus aut tribus diebus continuis, manè, jejunò stomachò.

Tom. IV. Part. II.

RACHITIS.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

RAMEX. Vid. HERNIA.

RANULA.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

RAUCEDO. Vid. CATARRHUS.

RECUTITI.

Vid.

CIRCUMCISIO. Item PENIS VITIA.

REGIUS MORBUS. Vid. ICTERUS.

RENUM MORBI.

Vide sub Titulo URINARUM MORBI.

RENUNCIATIO VULNERUM.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

RESPIRATIONIS VITIA.

SI omnes morbi qui respiracioni officiant, hóc res-
suscipiendi forent capite, in immensum sanè id
exeresceret; quandoquidem & Tussis, & Pleuritis,
A & Pe.

& Peripneumonia; & Empyema, & Pulmonis Vemica, & Phthisis, & Hæmoptoe, ipseque Pectoris Hydrops, &c. Sic venient explicanda. At cum de iis omnibus scripsim, variis hujusce Bibliothecæ Medico-Practicæ capitibus actum sit; unicum hic rursus nobis incumbit, scilicet, *Asthmatis* Tractationem exhibeamus; Sub quò non incommodè, & *Dyspnœam*, & *Orthopnœam* comprehendimus. De illò autem sic Clarissimus *Thomas Willis*.

Inter affectus quibus pectoris regio infestari solet: Si illorum Tyrannidem & feritatem species, Asthma (quod ob peculiare interdum toma, etiam Orthopnœa dicitur) locum non ultimum meretur; hujus enim paroxysmi vix quidpiam asperius, aut terribilius occurrit. Respirationis organa; quinimò, & præcordia, quæ ipsius vitæ fundamenta & columnæ sunt, ab hoc morbo, tanquam à terræ motu, concutiuntur adeò, & nutant, ut nihil minus quam totius fabricæ animalis ruina imminere videatur: Quippe respiratio, per quam potissimum vivimus, hujus morbi insultu valdè impeditur, & tolli periclitatur.

Asthma dicitur ab *ἀσθμα*, (quod est anhelare, sive difficulter respirare) & describi potest, quòd sit respiratio difficilis, crebra & anhelosa, cum magnâ pectoris agitatione, & plerumque citra febrem.

Respirationis actus dependet, tum à pulmone movendò, cuius conformatio ejusmodi esse debet, ut ductus ejus, & meatus omnes pro aëre liberè inspirandò, & expirandò semper pateant; tum à partibus sive organis ipsum moventibus, quæ per alternas *syssolâs* & *diastolâs* vices, pectoris cavitatem, & consequenter ipsos pulmones dilatari, & contrahi facient. Cum itaque plures & diversimodæ sint afficiendi rationes, quibus respiratio læditur, & ad hinc hæc capita ferè reduci possint; nempe quòd vitium sit, vel in pulmone movendò, vel in partibus sive instrumentis quæ ipsum movere debent. Hinc morbi illius differentia, & species optimè designantur; nam juxta variam causæ morbificæ naturam & situm, Asthma dicitur; vel merè pneumonicum, omninò à ductibus aëriiferis obstructis, aut non satis patentibus, procedens; vel merè convulsivum, quod tantummodò ob defectum, aut culpam in organis morivis exoritur; vel mixtum, quando utraq; partes in vitio conspirant; cujusmodi originem Asthma quodvis immane & inveteratum habere solet. Super his singulis ordine dicemus.

I. Medici Veteres, & plerique adhuc Moderni, primam solummodò Asthmatis speciem cognovere; morbi hujus causam usque proximam, & ferè unicam statuentes; Bronchiorum angustiam; quòd ductuum illorum spatia; vel per obstructionem; vel per compressionem coarctata, quoties respirationis usus augeatur, aërem in copia satis idoneâ, non admittunt: Quare ob plenioris aëris, quantum opus erit, *ἀσθμα*, respirationis organa vix creberrimè repetitis difficillimè laborant.

Quòd autem nonnulli sine manifestâ pulmonum labe paroxysmi Asthmaticis obnoxii reperiuntur, totum hoc vaporibus, à liene, uterò, mesenterio, aut aliò quòdam viscere satis immeritò adscribi solebat: At verò Pathema istud absque Bronchiorum angustia, aut viscerum illorum culpâ, à partium motricium spasmis orièi alibi satis evicimus, & mox clarè ostendetur. Porro interim quòd ritu etiam à trachæ ductibus obstructis, vel compressis oriatur, declarare incumbit.

Bronchiorum angustia primam Asthmatis speciem inducens, per obstructionem fieri supponitur, quoties aut humores crassi, & viscosi, vel materies

purulenta, vel sanguis extravasatus in impinguntur, aut tubercula, scirrhi, vel calculi eorum ductibus insident, vel denique humoris serosi catarrhus in eos confestim depluit. Porro idem affectus per compressionem excitari putatur, quoties ejusmodi (cujusque illorum generis) materies arteriæ, aut venæ pneumonicæ ductibus inhærebit. Profectò à variis hisce causis, & afficiendi modis diathesis Asthmatica dependet: Verùm morbi insultus, quippe, aut saltem paroxysmi majores, propter accidentia quædam, aut occasiones excitari solent. Quippe dum sanguinis rivus dupplus, & leniter decurrens, respiratione modicâ contentus esse potest, præcordia sine magnò pulmonis, aut pectoris labore pertransit. Sin verò effervescentis iste, & pulmones impetuosiùs trajiciens, plenioris aëris *ἀσθμα* desiderat, propter hunc per vias angustas uberior admitendum; organa pneumonica statim omnia in nixu creberrimos acciuntur. Quicquid igitur sanguinem effervescentem, inque orgasmum concitat, uti motus violentus corporis aut animi, frigoris, vel caloris externi excessus, vini potus, venus, quinimò interdum merus lecti calor, prædispositis insultus Asthmaticos accersit. Usitatum est huic morbo obnoxios sæpe lectum ingredi non ausos, tantummodo in Cathedra, aut super cubile vestibus indutos dormire posse. Cujus ratio est, quòd corpore stragulis cooperto & concalescente, sanguis proinde in motum paulo citiorem concitus, & fervescens, uberioris aëris inspirationem requirit, quam per trachæ ductus coarctatos suppleri queat: nam quo plus sanguinis quæque syssoles & diastoles vice pulmones trajicit, eo propter accensionem, simulque eventilationem ejus, aër copiosius & celerius ingeri, regerique debet: cui penso (cum propter impedimenta non facile absolvitur) tamen quoquo modo peragendo, partium omnium respirationi dicatarum, cum magna totius pectoris contentione, conatus ultimi exeruntur. Porro sanguis agiatus, in prædispositis non tantum Asthmatis occasio, sed aliquatenus etiam causa existit: nam proinde vasa sanguifera intra pulmones magis impleta & distenta, ductus tracheales jamjam angustos comprimunt, & multo arctiores reddunt.

II. Asthma convulsivum (quod secundam hujus morbi speciem esse, & sine magna Bronchiorum obstructione, aut compressione, à meris fibrarum motricium spasmis excitari statuimus) non uni loco, aut peculiari cuiquam organo limitatur, sed *ἀσθμα* valde diffusæ, ad partes ferè omnes respirationis dicatas (quarum modo hæc, modo illa, vel alia in culpa est) extenditur. Enimvero affectio spasmodica insultum asthmaticum ciens, ad vasorum pulmonarium fibras motrices, ad diaphragma, ad musculos pectoris, ad nervos, qui è pectoris aut pulmonis ditione sunt, quinimò ad nervorum illorum origines intra *ἐνδοκρανίου* constitit spectat, atque singulis hisce in locis dum materies morbifica hospitat, respirationis opus inhibens, aut pervertens, morbi illius paroxysmos infert: prout in alio tractatu olim plane ostendimus. Quippe spiritus animales ad respirationis munus destinati, si quando molestantur valde, inque motus irregulares urgentur, organorum spirabilium fibras tum nervicas, tum motrices inordinate subeunt, easdemque proinde irregulariter modo contrahi, modo distendi; nec non solennes & æquabiles *syssolâs* & *diastolâs* vices varie perturbari, aut impediri faciunt.

Causa morbifica sive materies spiritus operi pneumonico accinctos irritans, cum variis in locis, tum præcipue in his tribus, vim sive potentiam suam exerere solet; viz. 1. aut in ipsis fibris muscularibus, aut 2. in ramis vel propaginibus nervis;

vel

vel 3. denique intra *ἑκκεφάλων* juxta nervorum origines. 1. Quoad prius, interdum materies heterogenea & spiritibus inimica ab *ἑκκεφάλων* in nervorum truncos excussa, exinde per eorum ductus & propagines, si forsitan in quantitate perexigua fuerit, absque noxa magna, aut multum sensibili, in fines ultimos dilabitur. Cùmque dein fibris nerveis inciderit, & sensim indies aggesta demum in molem accreverit, spiritus incolas moleflare, inque spasmos Asthmaticos concitare incipit: qui subinde infestant, & pro ratione causarum evidentium, augentur, nec plane cessant, donec penus materiæ sic aggestæ discutatur penitus, & absumatur, dein quando renovatus iste ad plenitudinem assurgit, morbi istius paroxysmi repetunt, proindeque, uti observationi communi patet, sæpenumero periodici existunt. Juxta hanc afficiendi rationem Asthmatis convulsivi causam nonnunquam in vasorum pneumonicorum tunicis muscularibus, quandoque item in septi aut processuum ejus lumbarium fibris delituisse merito suspicamus. Haud multum probabile est, morbi istius nidum, intra hujus aut istius muscoli pectoralis fibras consistere; quanquam in scorbuticis etiam ab his materia spasmodica oblesis, dolores & spasmos leviores cum respiratione læsa obortos novimus.

2. At vero (prout alibi non tantum ratiocinio, sed per observationes Ægrotantium historias plane ostendimus) Asthma convulsivum sæpius inferitur, quoties materies morbifica, in nervos pneumonicos delapsa, alicubi intra ductus eorum, & præcipue circa plexus hæret; unde quoties ad plenitudinem aggesta, discuti & moveri incipit; propterea spiritus ibidem scatenes, & ad respirationis organa affluentes perturbati; inque Anomalias adiguntur, illique mox spiritus alios fibrarum pectoralium aut pulmonarium incolas afficiunt, inque spasmos irregulares & Asthmaticos exciunt. Propter hujusmodi causam & afficiendi rationem, non tantum morbi hujus insultus, sed insuper, & præcordiis proinde perturbatis, passiones cardiacas accieri declaravimus.

3. Asthmatis convulsivi causam nonnunquam in occipite juxta nervorum origines consistere, per observationes Anatomicas plane deteximus. Nimirum adverti, quosdam Ægrotantes, qui cùm ab aliis morbis deploratis decumbentes, insuper Asthmatici fierent, necessum habuerunt, intra lectum aut cathedram cum capite erecto, aut prono detineri; reclinati autem, aut supinati, statim anhelii ac velut moribundi, difficillime respirabant, cujus causa (prout per dissectionem apparuit postquam obierunt) tantum erat, quod cùm intra cerebri cavitates feri actis colluvies ingens aggereretur, si ob caput reclinatum, illa in nervorum octavæ partis originem recideret, illico præcordia, ac imprimis spirabilia spasmis horrendis tentabantur. Porro interdum ob hanc rationem videtur esse, quod Orthopnoici in lecto absque suffocationis periculo decumbere nequeunt, quin corpore erecto sedere coguntur.

III. Quamvis Asthma nonnunquam ab initio simplex, scilicet vel Pneumonicum mere, vel Convulsivum existat, attamen postquam alteruter morbus aliquandiu increbuit, plerumque alterum sibi consciscit; hinc ut concludere liceat, Asthma quodvis inveteratum, affectionem mixtam esse, & partim pulmonis male conformati, partimque nervorum & fibrarum nervearum ad spirabilia pertinentium vitio excitari. Quippe cùm ductus pneumonici à qualibet causa coarctati, vel obstructi, liberam aëris inspirationem, expirationemque non admittunt, propterea etiam sanguis: quinimo & humor nerveus à cursibus suis præpediti, atque

Tom. IV. Pars. II.

lente procedere & stagnare coacti, sæculentias suas, & recrementa partibus nerveis affigunt; unde spirituum meatus obstruuntur, aut pervertuntur, ipsisque demum labes spasmodica accrescit. Porro sanguis, siquidem intra præcordia haud dubie inspiratur, eventilaturque, tandem in crassi sua vitiat, cerebro & nervoso generi succum non nisi depravatam suppeditat, cujus delicta respirationis organa, utpote prius læsa & debilitata, maxime luunt. Pariter etiam è contra reciprocatur malum, quoties hic morbus nervosi generis culpa incipit; nam quatenus pulmonum motus, propter fibrarum muscularium spasmos crebro sistitur, aut impeditur; tum sanguis, tum liquor nerveus à motibus solitis coerciti, recrementa & sæculentias congerunt, eaque partibus continentibus affigunt, à quibus non tantum humores viscosi & ductuum obstructivi, sed & tumores, aliaque solidiora concreta, pulmonis conformationem vitiantia, producuntur.

Si quando igitur Asthma aliquandiu confirmatum, & habituale factum, paroxysmos crebros & quavis occasione emergentes habuerit; causa ejus conjuncta, quin etiam procatartica, tum intus in ipso pulmone, tum forinsecus in fibris ac nervis, inque spiritibus ad respirationis munus destinatis collocanda erit. Nec difficile erit, singula pervestigando, in quolibet Ægrotantis casu materiæ morbificæ tum nidos præcipuos, tum fomites reperire. Quod verò ad causas evidentes spectat, etiam hæc multiplices admodum & diversimodæ existunt. Huc enim referri debent quæcumque aut sanguinem aliosque humores exagitant, aut spiritus Animales perturbant, inque *ἀσθία* adigunt. Asthmatici nihil violentum, aut inasuetum ferre possunt: à frigoris vel caloris excessu, à vehementi quovis corporis aut animi motu, ab aëris aut anni mutationibus quibusque magnis, ab erratis vel levioribus circa res non naturales, imo propter mille alias occasiones in dyspnœæ paroxysmos incidunt.

Quod ad prognosin spectat, Asthma inveteratum difficillime aut vix unquam curatur, verùm tamen medicamentis & medendi methodo rite institutis, magnum sæpe juvamen affertur, viz. paroxysmorum ferocia minuitur, induciæ longiores procurantur, quinimo ipsius vitæ discrimina frequenter imminere visa tolluntur.

Morbus iste in deterius vergens, aut Phthisin, aut hydropem, aut affectum quendam soporolum, vel convulsivum minatur; juxta quod seram propter *διανυκτω* præpeditam (quia Ægrotantes in lecto satis dormire nequeant) copiosius aggestum, aut in pulmone desigitur, aut in habitum corporis, aut ad cerebrum transfertur. Propter hanc rationem, Affecti melius in æstate quando liberius transpirant, quam in hyeme degunt, melius item in regione calida, quam frigidiori, stantibus Austro aut Zephyro, quam Euro, vel Borea.

Circa Asthmatis Therapeiam duæ erunt primariæ Indicationes, seu potius tot distinctæ medendi methodi; scilicet Curatoria & Præservatoria. Prima docet, quid agendum sit in paroxysmo, ut laborans à præsentis periculo liberetur; altera quid extra paroxysmum, pro causæ morbificæ sublatione, ne affectio istæ sæpius aut gravius repetat, moliri oporteat.

Itaque paroxysmo urgente duæ erunt præcipuæ medendi intentiones, viz. 1. Ut ratione tum aëris, tum pulmonis habitû respiratio uberior, saltem quantum pro vita sustentanda sufficiat, procuraretur; & secundo ut respirationis organa à spasmis initis, & pervicaciter continuari solitis, quam primum avocari, & compesci queant.

1. Ad priorem quod spectat, imprimis Ægrotans

A 2 situ

litu corporis erecto, in loco apertiori & modice perfato, à fumis & adflantibus libero collocetur; deinde navetur opera, ut pulmones ab omni infarctu, & oppreffione interna, nec non compressione externa immunes facti, spiritum altiùs ducere & reciprocare possint. In hos fines ne viscerum inferiorum præcordia comprimat, aut angustet, alvus ab enemate subducatur, vestimenta & alia quæque Thoracem operientia, aut succingentia laxentur; cumque insuper in hoc casu, aut à sanguine intra vasa pneumonica supra modum turgescente, aut à sero in ductus tracheales ex arteriis & glandulis depluente, opprimi solent, utriusque humoris orgalmi & impetuositates compesci, ac sedari debent: hinc si vires ferent, & pulsus satis robustus fuerit, phlebotomia sæpe convenit. Porro quæ sanguinis æstuantis serum ac superfluitates per urinas & sudores amendant, sedulo exhibeantur: cui intentioni Julapia, Apozemata Pectoralia vulgò dicta, egregie inserviunt: quinimo Pulveres testacei, Millepedarum præparata, Spiritus & Sales volatiles, cum fructu sumuntur. Interim præterea exhibeantur, quæ tracheæ ductus aperiant, lubricent, & expectorationem cieant, quæque insuper si opus fuerit, catarrhum in eos depluentem sistant; in quos fines linctus, Eclegmata, decocta pectoralia, & suffumigia conveniunt.

2. Quoad alteram in paroxysmis Asthmaticis medendi intentionem, viz. ut respirationis organa à spasmis initiis ad pensa sua ordinaria tranquille redeant (nisi hoc sponte post sedatas sanguinis & feri intra pulmonem æstuationes succedit) remediis Antispasmodicis & Anodynis utendum erit: etenim medicamenta in passionibus hysteriis exhiberi solita in Asthmate convulsivo conveniunt.

Spiritus C. C. fuliginis, & imprimis Sp. salis Armoniaci cum gum. Ammoniaco destillat. item Tinctura gumm. Ammoniac. Sulphuris, Castorei, Ase foetidae, Syrup. ex Ammoniac. de Sulphure, Oxymel scilliticum, & similia, quæ, eùm ingrati saporis aut odoris sint, Spiritus quasi dissipant, & à tumultibus retrahunt, nonnunquam egregie juvant. Quod si hoc modo spiritus debacchantes sedari nequeunt, ad narcotica perveniat, ut quibusdam profligatis cæteri in ordinem redeant: enimvero nisi obstat pulmonum infarctus cum insigni præcordiorum oppreffione: Opiata nonnunquam insigniter profunt. In horrendis morbi hujus paroxysmis eùm alia medicamina minus effecissent, sæpe bono cum fructu, Diacodium, imo Laudanum Tartarifarum exhibui. Verùm hæc non sine magna cautione propinentur; quia eùm respirationem (quæ jamjam difficilis & præpedita est) amplius nimis impediunt, non raro in vitæ discrimen adducunt. Insuper his, ut spiritus pneumonici à spasmis suis avocentur, nonnunquam expedit spiritibus aliis in locis molestiam inferre; nam aliquibus ullibi affictis, ut plurimum cæteri quippe percussi inordinationes suas dimittunt: quapropter vesicatoria, cucurbitæ, ligaturæ, & frictions dolorificæ juvamen conferunt; imo ob hanc rationem vomitoria in medio paroxysmo sumpta profunt. Medendi scopis, quomodo Asthmatici urgente morbi insultu tractari debent, modò designatis, adhuc restat remedium in eos fines appropriatorum formulas quasdam selectiores proponere.

Primo igitur ad sanguinis ac feri fluxiones sedandas, eorumque superfluitates, à pulmone derivatas, per Diaphoresin amandandas, sequentia præcribantur.

℞. Aq. fol. hederæ terrestris ꝑviii. Rutæ, Pullegii, Dracontii, an. ꝑii. salis prunel. ꝑss. Syrup. Byzantini, papaveris Rhæados, an. ꝑi. misce, f.

Julapium, sumatur ad ꝑiii. vel iv. ter aut sæpius in die.

℞. Radic. graminis ꝑiii. Rusci, Brusci ꝑii. Enulæ campanæ condit. ꝑss. hordei ꝑss. passularum folis ꝑi. coquantur in aq. fontan. lb. iii. ad ii. colaturæ adde salis prunel. ꝑss. edulcoretur, si opus fuerit, cum q. s. Syrup. Byzantini, aut Violacei.

℞. Tinct. Sulphur. ꝑiii. Dosis gutt. vi. ad x. vesperi & primo mane in cochleari uno Syrup. è succo hederæ, vel violacei.

℞. Fæculæ Aronis, Bryoniæ, ana. ꝑss. flor. Sulphur. ꝑi. flor. Benzoin. ꝑss. sacchari candidi ꝑss. liquiritiæ ꝑii. f. pulv. sumend. ad ꝑss. vel ꝑii. bis in die cum Julapio, vel Apozemate superiori;

Vel ℞. Pulv. præscript. ꝑii. mellis, vel oxymelit. q. s. f. linctus, capiat hora somni & primo mane circiter cochl. s. aliis temporibus lambat cum bacillo liquiritiæ.

℞. Syrup. de Prassio, de Allio, an. ꝑss. tinct. Croci, Castorei, ana. ꝑii. misce, sumat circiter cochl. parvum in agonibus.

℞. Sp. salis armoniac. cum gum. ammoniac. ꝑiii. Aq. limacum, lumbricorum, ana. ꝑii. Syrup. de prassio ꝑii. misce, sumat cochlearim repetendo intra iv. vel v. horas.

℞. Pulveris de Eryfimo, vel ex hætera terrestri æstivo sole collect. ꝑi. Oxymelitis simp. q. s. f. linctus.

II. Hæc de methodo, & medicamentis in paroxysmo Asthmatico requisitis. Indicatio altera præservatoria causæ morbificæ, & totius *πρωκτὸς* sublationem intendens, duas habet partes, sive distinctos medendi scopos: qui ambo plerumque in usu adhiberi & complicari solent. Unus horum pulmonis conformationem, si quovis modo læsa aut vitata fuerit, emendandam, atque alter partium motricium, & spirituum ad eos destinatum Anomalias tollendas molitur. Utrisque his intentionibus optime satisfaciet si remedia vulgò dicta pectoralia cum Antispasmodicis conjungantur, atque horum usus cum medicamentis aliis, totius corporis præparationem, & symptomata emergentia respicientibus intercaletur: in quos fines methodus & remedium formulæ sequentes adhiberi possunt.

℞. Aloes rosat. ꝑss. flor. sulphuris ꝑi. salis succini ꝑss. picis liquidæ q. s. f. pilul. xxi. v. sumantur iv. vesperi noctibus singulis, vel alternis aut tertiis.

Vel ℞. Gum. ammon. & Bdelli in aceto scillitico solut. ana. ꝑss. flor. Sulphuris ꝑiii. pul. foliorum eryfimi, & satoreiæ, ana. ꝑss. cum f. q. Syrup. Diacodium, vel Oxymelitis scillitici, f. massa formetur in pilulas exiguas, sumend. iii. omni vesperi.

Vel ℞. Millepedarum præparat. ꝑii. flor. Benzoin. ꝑss. salis succini ꝑii. extract. Elenii ꝑss. Castorei ꝑss. croci ꝑi. Terebint. Venet. q. s. f. massa in pilulas exiguas efformanda, capiat iv. omni vesperi & mane, exceptis purgandi temporibus.

Quod si formula pilularis non arridebit; aut Pharmaca prædicta minus juvabunt, sequentia deinde pro pulmonibus ab infarctu liberandis tententur.

℞. Spir. gum. Ammon. cum sale Armoniaco destill. ꝑiii. Syrup. è succo hederæ ꝑiii. Aq. limac. Magistral. lumbric. ana. ꝑi. tinct. croci ꝑii. misce, sumat cochl. i. horâ somni & primo mane.

Vel ℞. Tinct. gummi Ammon. ꝑiii. Dosis gutt. xv. ad xx. in cochl. j. Oxymelitis, aut Syrupi ex hederæ terrestris.

Vel ℞. Tincturæ Sulphuris ꝑiii. Dosis gutt. vii. ad xii. aut xx. iisdem horis Medicis, cum vehiculo idoneo.

Pari insuper modo Spiritus alii sale volatili præditi, cumque Syrupis pectoralibus, & aquis Cephalicis permixti, vesperi & mane utiliter præscribi possint.

Loco mixturæ, vel Julapii Asthmatici ex aquis destillatis officinalibus sequens magistralis in usum crebrum & multiplicem paretur.

℞. Radic. Helenii, Ireos Florentini, Angelicæ, Imperatoricæ, ana ℥iv. Bryoniæ ℞. j. folior. Marrobii albi, hyssopi, satureiæ, pulegii, hederæ terrestriæ, ana M. iv. baccarum Juniperi, hederæ recentium, ana ℞. j. laur. ℞. s. sem. fœnicul. dulc. Carvi, Anisi, Levisticæ, Aneth. ana ℥i. cubebærum ℥ii. piperis longi, caryophyl. macis, ana ℥i. incis. omnibus, & contosis affunde cerevisiæ Brunsvicensis ℞. viii. destillentur organis communibus, liquor totus misceatur, & atendum edulcoretur ad placitum cum saccharo, vel syrupo de succo hederæ, vel cum oxymelite.

Porro loco Oxymelitis, vel syrapi pectoralis cuspis vulgaris, ejusmodi medicaminum in Asthmate magis appropriatorum formulæ sequentes præscribantur; atque imprimis Syrupus de Helenio ab Horatio Augenio inventus, eoque nomine insignitus; dein à Platero, Sennerto, Riverio, aliisque practicis celebrioribus commendatus hic notari inque usum crebrum adhiberi debet.

℞. Radic. Helenii & polypodii, quer. præparat. an. ℥vi. passularum Corinth. ℥ii. Sebesten. num. 15. Farfaræ, pulmonariæ, satureiæ, calamenthæ, an. M. i. fol. unum Magnum Tabaci, liquiritiæ rasæ ℥ii. sem. urticæ, bombacis, an. ℥i. Coquantur in malsa diluta, ad ℞. i. & cum sacchari tantundem f. Syrupus sumatur vel per se in forma linctus, aut cochlearim vesperi, & mane, vel addatur cochlear. i. dosi aquæ destillatæ aut Apozematis.

℞. Rad. Ireos Florentin. Elenii, an. ℥s. Allii exorticat. ℥iv. Caryophyll. ℥ii. Benzoini albillimi ℥is. Croci ℥i. incisa & contusa digerantur calide in spirit. vini rectificat. ℞. i. per 48. horas; Colaturæ adde sacchari albillimi ℞. i. pone in scutella argentea super prunas ardentes, dein liquor accensus agitur quousque flagrabit, dein flamma extincta in syrupum abibit. Exhibeatur eodem modo ac superior.

Porro hac referri debent decocta galli veteris, à Medicis celebribus tum Antiquis, tum modernis pro curatione Asthmatis tantopere laudata; quæ licet Septalius velut crassa & effœta damnavit, Riverius tamen postliminio vindicat; atque ad testandam remediis hujus efficaciam, experientiam suam alterius experientia opponit. Jura hæc bini generis, viz. cum vel sine purgantibus, & utriusque varia & diversimoda apud Authores practicis recepta extant; quæ singula cum tædio hic esset recensere, libet unam aut alteram solummodo formulam proponere.

Sine purgationibus exemplum vulgare hoc est: ℞. Radic. enulæ & Ireos flor. an. ℥s. folior. hyssopi & prassii siccat. an. ℥vi. sem. carthami ℥i. Sem. Anisi & Anethi an. ℥ii. liquiritiæ rasæ, & passular. mundat. an. ℥iii. præparentur & insuantur ventri galli veteris, qui decoquatur in aq. fontan. lib. xv. donec caro ossibus abscedat; Colatura per subdientiam depuretur, liquoris clari dosis ℥vi. cum oxymelitis simpl. ℥i. vel si remedium hoc solutivum desideratur, in unoquoque haustu dissolve cassiæ recentis & mannæ an. ℥s. sumatur per plures dies continuos, quandoque per mensem intergrum.

Jusculi hujusmodi purgantis formulam idoneam Riverius præscribit.

℞. Radic. enulæ & ireos florentin. an. ℥is. folior. hyssopi, ruscilaginis, an. M. i. liquiritiæ ras. *Tem. IV. Pars. II.*

passular. mundat. an. ℥i. sicuum pinguium num. 19. fennæ mundat. ℥iii. Radic. polypodii quer. sem. carthami an. ℥s. sem. Anisi ℥i. Coquantur cum tertia vel quarta parte galli veteris s. a. & fiat Jusculum pro una vice mane sumendum, continuoetur per xii. vel xv. dies. *Hællenus Thomas Willis Pharmaceuticæ Rationalis part. 2.*

Curationes.

Curatio Clariss. Joh. Hartmanni.

Asthma, Orthopnœa, Dyspnœa facillè curantur vomitoriis, imprimis aquâ benedictâ. Idem facit præsertim in crassis humoribus bronchia pulmonum obstruentibus succus sæcula etiam radice ireos nostratis, cujus ℥s. ad summum, interdum tamen ℥ii. vel ℥iii. in convenienti liquore datæ, imprimis verò in vino Malvatico citissimè humorem crassum expellit. Confirmata asthma difficulter uno atque altero vomitorio cedunt; itaque usus. 1. Flor. sulphuris, vel etiam sulphur. vivi cum asa dulci in ovis tremulis (ad sulphur. vivi ℥i. Benzoes ℥i. vel ℥i. hujus compositi datur ℥i. in ovo tremulo, addito salis momentò) per aliquot dies exhibitus, pulmones infarctos à crassis humoribus liberat. Idem præstat lac sulphur. de quo vide notas ad Crollium. Præstantissimum omnium sunt flores sulphuris albillimi, quorum præparationem vide in Exegeti Chymiatrica Tenzeli. 2. Per pulverem Asthmaticum purgantem, qui est apud Rulandum cent. 8. cent. 6.

℞. Fol. Card. bened. Carthami an. ℥ii. piperis longi ℥i. fol. fenn. mund. rad. Aronis exsiccat. an. ℥ii. anisi ℥s. Diagrydii ℥s. F. pulvis subtilissimus, qui distribuatur in partes xii. æquales, ac per 6. dies continuos detur earum pars una manè jejuno ventriculo, pars altera vesperi circa horam tertiam cum vino albo, jusculo, &c. Quod si contumacior fuerit morbus aliquandiu; hoc est per aliquot dies, descendendum à cura, postea eadem repetenda usque ad morbi declinationem. Dosis pro una vice semè ℥s. & gr. 2. In Asthmate aqua destillata ex fructibus rubi cum Rob. nucum sumpta pro placito, Asthma resolvit mirabiliter. Potentius operatur, si aquæ quæ sit ex compositione sacchari albi, eum raphani taleolis simul in duabus patinis hinc inde commotis recenter facta (si nimirum ad horam unam vel alteram servatur, factet) cochlear. i. manè seroque exhibetur. Magnum levamen Asthmatici habebunt ex usu extracti helenii quod hæc præparabis.

℞. Rad. Helenii grossè pulverisatas, affunde in circulatorio, vini albi optimi ad eminentiam quatuor digitorum, digere calore lento, donec vinum flavo colore, sapore & odore satis imbutum sit, quod effunde & recens vinum affunde, usque dum vires omnes extractæ sint. Quod residuum exprime & expressum cum extracto misce & in cucurbita per B. M. spiritum separa, remanentiam albumine ovi, l. a. clarifica & in scutella terrea ad formam extracti parare facito. Cujus dosis à ℥i. ad ℥s. *Hællenus Joh. Hartmann. Pract. Chymiatr.*

Curatio Clariss. Luca Tezzi.

Curationem Respirationis affectæ in Asthmate &c. Medici aggrediuntur per attenuantia, & expellentia materiam pulmones occupantem, quam ipsi pierumque crassam, viscosamque existimant. Sed si multiplex & varia potest esse causa, procul dubio varia quoque expostulabitur medicamentorum exhibitio. Aliter enim operandum in tumoribus, tuberculis, lapillis, & similibus in pulmone contentis; & aliter omnino cum aliunde Respirationis lætæ causa

suppetit, ut superius notatum est. A materia tenaci, ac viscosa inductum Asthma, Vomitus validè moventibus curari testantur præ cæteris Horstius & Rulandus, ille quidem syr. emetico; hic verò aquâ benedictâ ad ʒ j. cui consentit etiam Hartmannus. Rulandus præterea curat. 8. cent. 6. præmisso vino emetico, exhibet pulverem compositum ex card. bened. & sinap. sylvestr. singul. ʒ ii. piper. longi ʒ i. fol. sen. mund. ʒ ii. anis. ʒ ss. ad dosim ʒ ss. usque ad ʒ i. per singulos dies manè, & vespere cum vino albo, vel jusculo ad morbi declinationem usque: his enim plures pristinae, integræque sanitati fuisse restitutos asseveranter affirmat. Alii verò potius purgantibus insistant ex agarico, carthamo, aloë, jalapa, tartaro, & similibus; quin imò in difficultate spirandi non esse formidandam etiam frequentem, & magnam purgationem consulit Guil. Ballonius. Præ cæteris efficacissimus dicitur pulvis asthmaticus purgans ejusdem Rulandi, qui fit ex fol. Card. bened. & cartham. singul. ʒ ii. piper. long. ʒ i. fol. sen. mund. & rad. ari exsicc. singul. ʒ ii. anis. ʒ ss. diagrid. ʒ j. Hæc in pulv. subtiliss. redacta divid. in xii. partes æquales, ac per sex dies continuos exhib. singulatim pars una mane jejuno ventriculo, pars altera vespere cum vino albo, vel jusculo.

Describitur etiam à Cardilucio in Hartmannum potio Cathartica, præmisso tamen syr. tenacem materiam incidente, ex radice iridis, glycyrrhizæ, enulæ campanæ, quem mirabilem ipse prædicat.

Commendantur præterea ab Hartmanno flores sulphuris, ipsumque sulphur vivum; itemque aqua stillantia ex fructibus Rubi cum Rob nucum sumpta: & succus radice Ireos, ejusque sæcula. In Asthmate à crassa, & viscosa materia linctum Gesneri optimè consulisse testatur Achilles Gasserus: conficitur autem ex sulphur. pulver. & sæpissimè cum aq. tussilag. lot. ʒ i. & diapenid. ʒ. viii. Et Jeremias Martius quendam diuturno asthmate curatum fatetur aquâ salis ammoniaci, quam parat hoc modo: fol. semperviv. 20. aut 30. contund. in mortario; affuso modico aq. fontis, col. cum express. & add. sal. ammoniac. ʒ ii.

Idem etiam præfate dicit spiritum ejusdem salis ammoniaci, Radix Ari in vino albo excocta pondere semiuncie, cum loch. de pino, vel cum syr. de hyssopo eclegmatis modo exhibita paroxysmum asthmaticum mirificè sedare dicitur à Jo. Zecchio. Efficacior verò creditur Ari sæcula cum floribus sulphuris in syr. Nicotianæ, vel hispidulæ ab Horstio. Flores rosamarinii, atque in defectu horum, folia, si coquantur cum vino optimo, & melle ad dimidiæ partis consumptionem, capiunturque ante somnum, Asthmati mirè conferunt, & vocem clarificant, ex Borello cent. 4. obs. 46. In septuagenario ex multis annis Asthmate affecto, ut vix spiritum ducere posset etiam erecta cervice, atque hianti ore continuo sterteret hæc plurimum contulisse expertus est Riverius cent. 3. obs. 21. aq. cinnam. ʒ. ʒ i. oxymell. scillit. ʒ. i. m. & crebro ad cochlear exhib.

Itemque radic. enulæ campan. saccharo conditæ ʒ iii. sacchari candidi ʒ ss. syr. de hyssop. ʒ. ii. gumm. ammon. aq. vitæ dissol. ʒ ss. m. ad formam loch. & manè, ac vespere cochlear i. sensim sumendum.

Nunquam fallax remedium inquit esse Philippus Grulingius hanc potionem, eamque tantâ efficacità à suffocatione patientes liberare, ut præclarior remedium ipse non viderit. Paratur autem ex ammoniaci ʒ ss. aq. hyssop. ʒ. iv. vini Rhen. ʒ ii.

Ab Helmontio magnificè elixyr proprietatis, cui addit memoratus Grulingius aquam tussilaginis, vel hyssopi,

Apud Herodotum Arcanum dicitur decoctum radice Ireos, addito croco ad ʒ ss. & moscho ad gr. iii. Et in Asthmate puerorum certissimum experimentum offertur infusio millepedum in vino cum croco, & cinnamomo, addito modico sacchari candidi: ut & spiritus ex viride æris, & gumm. ammoniaco destillatus, ac cum croco purior, & efficacior effectus.

Spiritum vini cum junipero, & croco conficit, & commendat præ cæteris Mynsicht; necnon species diaphuræ.

Ex Horatio Augenio recipiunt, & salutarem prædicant Platerus, Sennertus, Riverius, Willsius, aliique syrupum Helenii, & Peti: ex quibus alii extractum parant longè efficacius.

In usu est apud plerosque jus Galli veteris, alvum solvens descriptione Victorii Faventini: quod tamen improbat Septalius lib. 6. Animadvers. quamvis postliminio vindicare nitantur Sennertus & Riverius.

Ad difficilem Respirationem à potu frigido inductam certum remedium statuitur. Acetarium ex Bellide Mindereri: ejusque succo sanatum hunc affectum à D. Joh. Michaël. memorat Fridericus Hoffmannus in methodo. A fumo Mercurii efficax fertur cinnabaris antimonii, vel ejusdem sulphur solare. Ex angustia Pectoris mirabilis dicitur succus Bryoniæ cujus præparationem, & usum tradit Hartmannus in sua praxi. Ex flatibus pulmones inflantibus, & distendentibus, pulvis Ari, ejusque sæcula ad ʒ i. laudatur ab eodem Hartmanno.

Quæ ex aliis ægritudinibus accidunt respirandi difficultates, suis locis cum adjunctis medicamentis memorabuntur. *Hallerus Clariss. Lucas Toxæ Medicina Practica Parte 1.*

Curatio Clariss. Theodori de Mayerne.

In Asthmate &c. totum corpus evacuatione generali primò deplendum est, dein à pulmonibus revellendum, denique partes illæ ab obfarcu liberandæ sunt & à corruptione immunes tuendæ.

In plethoricis post clysterem injectum & rejectum, sanguis imprimis mittendus est è brachio: dein si ventriculus humorum saburra gravari videatur, Emeticum aliquod lenius propinandum est. Postea ad purgationem per alvum pergendum est, quorum hæc sint formulæ.

ʒ. Sarsaparill. ʒ iii. ras. ligni sancti ʒ ss. lign. sassafr. ʒ ss. summit. hyssopi & marrub. alb. an. ʒ j. cremor. tartar. ʒ ii. fol. senn. mundat. minutim incisor. vino albo odoro nutritorum ʒ v. turbith. gummof. ʒ ss. Zinzib. ʒ i. F. omnium decoctio & colatura: In qua reduct. ad dosim mediocrem dissolve diaphænic. ʒ ii. syrup. rosar. pallidar. comp. cum agaric. mann. Calabr. an. ʒ i. M. F. potio danda in aurora horis tribus ante jusculum, cum exacta custodia.

Vel ʒ. Sarsaparill. rad. chin. an. ʒ iii. rad. tussilag. scabios. pulmonar. glycyrrhiz. sem. anis. cartham. an. ʒ ss. fol. senn. ʒ ss. agaric. ʒ ii. f. decoctio & colatura, in qua dissolve syrup. ros. comp. cum agaric. & mann. Calabr. an. ʒ i. f. potio pro una dosi, bis terve (prout opus fuerit) repetendum diebus paucis interpolatis.

Vel si pilulæ magis ægro gratæ sint, ad minùs semel in septimana purgetur pil. seq. sumendis horis duabus post cænam levem.

ʒ. Mass. pilular. de hiera cum agarico & massichinar. Fernel. an. ʒ ii. pilular. maeri ʒ ss. m. f. & cum succo caulium saccharato f. massa, addendo olei anis. gutt. xii. Capiat à ʒ ss. ad ʒ ii. vel ʒ i.

Toto curationis decursu alvi adstrictio caveatur, quod optimè f. medicamento seq.

ʒ. Pru-

℞. Prunor. major. siccor. Turonens. (si haberi possint) ℥xvi. Coq. in f. q. & æq. part. aq. fontan. puriss. & vin. alb. tenuis non acidi donec perfecte intumescent; Syrupus sive succus prunorum ab iis separatur: seorsim verò;

℞. Fol. senn. mundat. cort. med. frangul. sic. an. ℥i. cinnamom. inter. ℥ss. Omnia infundantur per horas 24. in prædict. liquoris f. q. ad levem balnei vel cinerum tepidulorum calorem: f. expressio & colatura, in qua dissolve sacchar. crystall. mann. calabr. granatæ an. ℥iv. f. autem ad levissimum calorem hæc dissolutio, quæ reducta in Syrupum, & permixta succo prunorum reservato affundatur prunis, quæ servantur in vase fictili vitreato idoneo ad usum. Cap. quotidie manè pruna ad minus quatuor & cochlear. unum syrupi.

Ingruente paroxysmo tentetur strenua revulsio clystere acriori, cujus liquori incoherit senna, in colatura verò dissolvatur diaphænic. confectio hamech, hiera, diacolocynth. Imò si potentius revellere sit animus, ℥i ss. vel ℥ii. pulpæ colocynthidos macerentur per diem naturalem in ℥viii. vini albi. Expressio misceatur cum ℥ij. jusculi omafor. & intestin. vervecis, atque injiciatur.

Revellendum quoque frictionibus, cucurbitulis & vesicatoriis, quæ ex mediano viburni cortice potius fiant quàm ex cantharidibus.

Suspendatur fluxio à capite in pulmones Emplastro futuris applicito ex ladano, massiche, thure, sandaracha, styrace, benzoin. rosar. rubr. ol. cydon. paucâ styrace liquida & f. q. ceræ exceptis.

Vel ℞. Emplastr. de betonic. partes duas emplastr. contra herniam part. i. succin. ladan. an. Incorporantur cum balsamo Peruviano, & futuræ sagittali admoveantur in alut. extens.

Ad pulmones ipsos ab obfarcitu liberandos exhibeantur sequentia.

℞. Rad. enul. & Ireos florent. an. ℥i ss. rad. tussilag. ℥ii. rad. alth. ℥vi. Glycyrrhiz. ras. ℥x. fol. hyssop. marrub. alb. pedis cati an. m. j. baccar. Juniper. recent. contusar. ℥i. sem. tabaci ℥ss. f. omnium decoct. in f. q. aq. scabios. tussilag. Card. benedict. Colatura clarificetur, cui adde mellis Narbonens. despumat. ℥i. Levi cocturâ reducatur in syrupum perfecte coctum, qui acidus reddatur f. q. spir. sulphur. Utatur è bacillo glycyrrhiz. contus. vel è cochlear. sensim lambendo & deglutendo, bis vel ter in die, præsertim cum viscidior pituita bronchii impacta hærebit.

℞. Rad. enul. per tenues taleolas sect. ℥i. Glycyrrhiz. Hispan. iudem dissect. ℥ss. summit. siccar. marrub. alb. & hyssop. an. ℥ii. sem. anis. recent. contusor. ℥v. flor. sulphur. ℥ss. Hisce omnibus in paroplide stannea affund. aq. vit. quæ habeat circiter quartam partem phlegmatis ℥ii. sacchar. alb. ℥i. mell. albiss. ℥ss. Incendantur super lento igne, & f. continua agitatio, donec liquor fuerit reduct. ad syrup. consistentiam: f. Colatura per pannum flamin. 3. cujus portio reddatur acidula pauc. gutt. ol. sulphur. per campanam extract. sumend. ex cochlear. urgente spirandi difficultate & stertore, sedulo extussum id quod attenuatim à pulmonibus ascendet.

Oleum item sacchari utile est, quod paratur ex sacchar. cum aq. vit. quæ habeat aliquid phlegmatis, accendantur, & f. continua agitatio donec consumpto spiritu remaneat veluti Syrupus, cui ad majorem penetrationem aliquid aq. cinnam. & ol. sulphur. poterit admisceri. Incidit potenter in asthma te, multo verò magis sequens compositum.

℞. Rad. ireos Florent. ℥ii. enul. campan. ℥i. Rad. tussilag. & glycyrrhiz. an. ℥ii ss. fol. sic. scabios. roris solis an. m. j. summit. sic. hyssop. & marrub. alb. an. p. ii. Omnia minuum concisa infunde in tribus

partibus optimi spiritus vini & una aq. roris solis, & ea quantitate quæ supernatet iv. digit. per 3. dies, vas quotidie agitando, mox fiat colatura, cui adde dimid. pondus sacchar. Incende ut supra, & fac veluti syrupum, continuo agitando. Huic adde tertiam partem mellis passulati. Utere ex bacill. Glycyrrhiz. aut cochlear. Mel passulatum sic fit.

℞. Uvar. passar. ℥iv. aq. ℥xii. Macerentur horis 24. deinde coquantur ad remanentiam tertiæ partis; colentur; Colatura coquatúr ad mellis consistentiam; deinde reponatur.

℞. Flor. sulph. ter sublimator. ℥i. flor. benzoin. bis sublimatorum ℥ss. croc. orient. subtiliss. trit. ℥ii. m. f. capiat ℥ss. singulis matutinis ex ovo sorbilli horis 3. ante prandium.

℞. Flor. sulph. gr. v. part. alb. benzoin. succin. præp. ana gr. vii. sacchar. rosar. gr. x. M. f. pulvis subtiliss. sumend. ut prius, superhausto cerevis. medicatæ postea describendæ momento.

Vel ℞. Flor. benzoin. vel, si desint, unguium ejusdem sive part. alb. flor. sulphur. ana ℥j. myrrhæ elect. ℥ss. f. pulvis subtilissimus excipiendus paucâ terebinth. Venet. in aq. hyssop. ad albedinem lotâ, f. bolus exhibendus manè superhausto alæ maciatæ calentis momento, superambulando leviter, dilato ad 4. horas prandio. Repetatur per 8. vel plures dies consequentes.

Prodest Electuarium sequens. ℞. Rad. enul. recent. opt. mundat. & contus. ℥v. passular. solis exarillatarum ℥xii. ficuum mollium, uvar. Corinthiac. ana ℥iv. Glycyrrhiz. Hispan. per taleolas sect. vel contus. & concis. ℥i ss. Coquantur omnia donec mollescant in f. q. aq. hyssop. crysim. heder. terrestr. & enul. terantur dein in mortario marmor. & trajiciatur pulpa per seaceum, quæ cum residuo decoctionis lentè coquendo, inspissetur; Ad hujus ℥xii. Adde mell. albiss. despumat. cum aq. dict. ℥iv. sacchar. crystallini ℥vi. macis subtilissimè pulverizati ℥i. caryophyllor. ℥ss. croc. in alkool reduct. ℥i. ol. stillatit. anis. gutt. xxx. acetosiat. sulphur. q. s. ad gratum saporem: M. f. f. Electuarium instar Eclegmatis, de quo capiat subinde ex apice cultri ad quantitatem sabæ sensim deglutendo molestantibus & ingravescentibus, dispnæâ, stertore & tussi.

Vel ℞. Glycyrrhiz. Hispan. per tenues taleolas sect. ℥i. infunde in f. q. aq. hyssop. per 3. dies & totidem noctes, f. colatura, cui adde sacchar. albiss. ℥i. pulp. rad. enul. longâ contritione in mortar. marmor. in pulpam redact. ℥iv. f. Electuar. de quo cap. subinde ad quantitatem avellanæ, tenendo in ore, sensim deglutendo id quod dissolve-tur.

Mumia ex pulmonibus insignis est efficacæ.

℞. Pulm. hom. san. violentâ morte interempt. vel ejus defectu, vulpis, agni vel vituli; secetur plurimis divisuris, ita ut vasa omnia sive aspera sive lævia aperiantur. Exprimentur optimè contenta, mucus & sanguis; abluantur vino generosissimo albo, Hispanico aut Græco, siccetur linteo, secetur in particulas, atque in assere siccetur in clibano post exemptum panem. Hujus in minutissimas partes redacti

℞. ℥vi. Ireos Florent. ℥iii. styrac. calamit. ℥i. m. f. & cum aq. roris solis per digestionem in balneo roris f. uncturæ extractio, liquoris tincti per chartam filtratio, & evaporatio in extractum mellagineum, cujus ℥iv. addatur ℥ss. flor. benzoin. albissimor. non fetidor. ab empyreumate.

℞. Tussilag. tot. in umbra siccat. (id quod cæteris simplicibus etiam intelligendum est) ℥vi. glycyrrhiz. recent. ℥iv. Rad. enul. campan. ℥ii. scabios. totius ℥iii. roris solis, pedis cati an. ℥i ss. marrub. alb. erysimi, hyssop. an. ℥i. cum hydromelite

℞. Pulp. Cassiæ ʒʒ. Resin. Jalapp. gr. viii. Extract. Agaric. gr. xv. Tartar. vitriolati ʒi. Ol. still. Fœniculi gr. ʒ. Misce f. bolus purgans.

Vel ℞. Pulp. Passularum, Cassiæ an. ʒii. Resin. Scammon. gr. x. Cremor. tart. ʒi. Ol. anisi gutt. iiii. M. f. bolus purgans.

In India. ℞. Pulp. Cass. ʒii. Resin. Turbith, Magist. Gumm. Gutt. an. gr. viii. Ol. cinnam. gr. ii. Misc. f. bolus purgans.

℞. Syrup. pectoralis ʒii. Fœcul. Aronis ʒii ʒ. Flor. sulphur. cum Benzoe ʒʒ. Balsam. sulphur. anisat. gr. xii. M. f. linctus.

Vel ℞. Syrup. Althææ, Marrubii, liquiritiæ an. ʒi. Gumm. Ammoniac. spir. asthmatico solut. ʒi. Balsam. Peruvian. ʒi. Sulphur. antimoniat. ʒʒ. M. f. linctus.

Seu ℞. Syrup. Pectoralis ʒii. Elix. Pectoral. ʒii. Sperm. ceti ʒʒ. Ocul. cancr. ʒi. Misc. f. linctus.

Vel ℞. Aq. Marrub. Hyssop. an. ʒii ʒ. Spir. Gumm. Ammoniac. ʒi. Tinct. sulphur. antimoniat. ʒʒ. Tinctur. croci gr. xv. Syrup. pectoralis ʒi. Misc. dosis cochleatim.

Vel ℞. Aq. scabios. Veronic. Hyssop. an. ʒii. Elixir. pectoralis ʒi. Elix. Matthioli ʒii. Tinct. croci, Tinct. Castorei an. gr. xii. Syrup. liquiritiæ, Marrubii an. ʒi. Misc. detur cochleatim.

Seu ℞. Aq. Pectoralis Mynsichti ʒiii. Spirit. Gumm. Ammoniac. ʒi. Spir. C.C. gr. xx. Tinct. Castorei gr. x. Syrup. pectoral. ʒi. Misc. detur cochleatim.

Nullibi profecto terrarum majorem Asthmaticorum numerum habuimus, quam in Insula Ceylon. Causa tamen una, eademque apud quoslibet non existit. Quidam enim ventris, alii pectoris hydrope laborant, alii cachexiâ torquentur. Quando itaque viscera pectoris, suo spirituoso privata sunt alimento, & quasi arefacta; tum hicce affectus necessariò succedit. Non pauci, per continuum illius spiritus, qui ex vino palmatico à Chinesibus destillatur ex Arack. vocatur, potationem, thoracem ferè habent adustum, aliqui ex continuis effervescentiis, ventriculum & intestina instantibus, diaphragmaque plus debito sursum pellentibus, in hunc morbum incidunt. Cæteri eorum, pleno adhuc corpore subitam mortem obeunt. Dominus Rycklof de Goens junior, Batavici in Ceylon Territorii Gubernator, veram morbi naturam inquirens, mortuorum aliquos aperire mandavit, ex illis uni pulmo ad pleuram, sed imâ etiam parte, ad diaphragma erat annexa. Cæterum ægrotis hîcce debitam adhibere curam medenti vix est possibile, quia ægroti, in damnata vitæ methodo permanentes, id magis, quod proprio palato sapit, impetuosè requirunt, quam quod prodest: sibi ipsi, nunc vomitorium, tunc purgationem & alias rursus aliud præscribentes: Sicque continuabant, donec morte capti, sub terra quiescere coguntur. Quando verò unus vel alter, præter spem & consuetudinem, Medici præcepta meliori obedientia observaret, curatio, pro diversitate causarum instituenda esset. *Hælenus Hermann. Nicol. Grimm de morbis Thoracis in Compendiò Medicò Chymicò.*

Consultationes.

Asthma.

Adolescens quindecim annorum, habitus plenioris, temperamenti fere sanguinei, & ex parte phlegmatici, anno superiori 1609. studiorum gratia hic Gieslæ vivens, diuturni affectus accessionem frequenter patitur, ita ut in crescente Luna afficiatur anhelatione crebra, respiratione sonante, pectoris dolore gravativo, & quasi suffocante, cum

tussi, materiæque viscidæ rejectione, noctu magis, quam interdiu succedente, non rarò mæstitia & timor absque causa, anxietasque & quasi principium lipothymia superveniunt. Ventriculi constitutio frigidior, jecoris calidior, cerebrique humidior, ex certis suis signis colligitur.

Affectus hic nihil aliud est, quam difficilis respiratio, quam Asthma vocant Medici, cujus causa proxima consistit in angustia pulmonum, quæ citra febrem à lentis & crassis humoribus bronchia, hoc est, vasa pulmonum respirationi servientia coarctantibus, oritur. Ingravescit igitur hoc malum anhelatione crebra, maximè quando corporis motus concitator accedit, propterea quod viscidus humor meatus pulmonum obstruat & aëris introitum, fuliginumque exitum liberiores impediatur, unde natura crebrius refarcire conatur, quod magnitudini propter angustiam meatus deest: respiratione sonante, ob coarctatas vias spiritus, qui dum per angusta itinera progreditur, sonum quandam obtusum efficit: dolore pectoris gravativo, prout plenitudo pectoris cum labore quodam respirationis adest, eosdjuvante copia crudioris & flatuum ventriculi, quæ thoracis angustia major redditur: cum tussi materiæque viscidæ rejectione, quatenus natura eò elaborat, ut viscidos humores obstruentes expellat. Succedunt interdum mæstitia & timor absque causa, propter fuligines ob respirationem imperfectam in corde remanentes & spiritum substantiam insufficientes. Item anxietas & q. incipiens animi defectus, propter liberam ventilationem cordi denegatam. Quæ omnia magis noctu quam interdiu exacerbantur, quia somni tempore pituitosi humores magis ad pectus desuunt, quorum collectio potissimum circa mediam noctem inimica est thoraci, propter fuligines à membris collectionis excitatas. Oritur hoc malum respectu præsentis subjecti, partim à nativa imbecillitate pectoris, quod ex diuturnitate affectus colligitur, partim etiam à dyscrasia partium principalium cerebri, jecoris, ut & ventriculi. Considerentur ergo primò membra peccantem materiam producentia, deinde eandem recipientia. Ad materiæ productionem & collectionem faciunt ea membra, quæ concoctionibus alimentorum profunt. Hic primò ventriculus consideratur, qui frigiditate quadam p. n. affectus imbecillior est in concoquendo, quod unicè proventus pituitosorum humorum non rarò vomitu projectorum declarat. Ut autem aliàs imbecillitas ventriculi plerumque cum jecoris caliditate quadam p. n. jungitur: ita illud ipsum hîc quoque accedit. Hic accedit cerebri dispositio humida quam ventriculi jecorisque temperatura difficilis augent & fovent, ut causam & originem catarrhis præbeat, qui præter nativam imbecillitatem pectoris circa vias respirationis recipiuntur, adeoque per certa intervalla difficultatem respirationis producant. Et si v. talis affectus inveteratus chronicus in senibus omninò sit incurabilis, cum sua natura debiliorem calorem habeant, plurimisque pituitosis excrementis abundant, in hoc tamen adolescente non desperamus, cum naturali temperamenti mutatione sensim superfluitates, procedente ætate consumantur. Sit ergo

Primò victus ratio morbi causis contraria: aër sit siccus & temperatè calidus, si non naturâ, fiat talis arte, per fumos odoriferos in hypocausto excitatos, antequam è lecto surgat æger, ut fiat crassiorum exhalationum dissipatio, cum aliàs facillimè gravitatem capitis moveant. Calidissimus aër noxius, quod solvat humores, & cerebrum ad fluxiones disponat, ut instar spongiæ superfluitates attrahat. Venti meridionales & septentrionales fugiendi, quod hi humores frigiditate sua exprimant & ad

& ad inferiora depellant, illi contra vaporibus & humoribus caput repleant. Cibus non sit nutrimenti crassi, viscosi, frigidi, caput replentis & onerantis. A vino generoso abstinendum, concessio Rheno albo, tenui & diluto, cum infusione hyssopi, salviae & rad. Ireos. Cerevisia sit optimè defarcata & in his locis parcè bibatur. Exercitia tantum extra accessionem, non subito sed sensim fiant, ante prandium, corpore à superfluis evacuato: Somnus sit moderatus & non fiat corpore supino. Excretiones alvi promoveantur quotidie, & perturbationes animi, praesertim mæror & ira vitentur.

Quoad pharmaciam duo potissimum consideranda, scilicet usus medicamentorum extra accessionem & in ipsa accessione. Extra accessionem eò allaborandum, ut ante omnia dyscrasia partium corrigatur per alterationem, & materia collecta præparetur & evacuetur. Quoad prius cautè procedendum, neq; natura medicamentorum copià obruenda, eum sua sponte mutationem in hac aetate intendat.

Quoad posterius medicamenta præscribentur eo fine ut materiae collectio, quæ causa est Asthmatis, impediatur, atque illud, quod collectum est, corrigatur & educatur. Ut ergo concoctio juvetur, post cibum tragæa stomachalis convenit, & ne materia cumuletur, usus lenitivi medicamenti singulis septimanis repetatur: collecta verò materia circa pectus præparetur & partim exsicceetur & absumatur, partim etiam per sputum educatur, usu quotidiano Oxymellis compos. quod habet Quercetan, illudque Oxymel de Peto purgatorium vocat, quo alvus retinetur aperta, & non raro datà materià vomitus provocatur. In ipsa accessione eò respiciendum, ut materia, quæ facit angustiam, resolvatur, & per sputum vel alia ratione educatur, ubi Oxymel Cratonis exhibeatur, quod

℞. Herb. Hyssopi, Origani, Marrubii, Pulegii, Betonic. Scabios. Card. bened. an. m. i. Rad. Ireos incisæ ʒi. Agar. ʒx. Zing. ʒii. Coquantur in f. q. aceti, affusa tertia parte aquæ, post colaturam adde mellis purissimi quantum sufficit, coq. ad justam consistentiam, & fiat Oxymel, de quo urgente necessitate cochlear unicum sensim deglutatur. Si materia fluctuat in ventriculo, vomitus decoctione raphani vel alia ratione provocetur, ut pote quo plurimum affectus levatur, quibus omnibus Deus *ἀγγίαρ* felicem successum largiatur.

Nota, quod Illustriss. hic adolescens à nobis ad Illustriss. Collegium Wurtembergicum, quod Turingæ est, discedens, per unum atque alterum annum huic consilio obtemperans, leviores accessiones hujus mali senserit, donec in variolas incidens vitam cum morte commutavit, forte quòd propter pectoris imbecillitatem peccans materia magis ibidem collecta difficili respiracioni consequenterque suffocationi lethali occasionem præbuerit. *Gregor. Horstius de morbis Pectoris.*

Asthma Orthopnoicum.

Illustrissimus militum Dux annum agens quinquagesimum, temperamenti totius ad calidum & siccum vergentis, fervidi jecoris, capitis calidi & humidum, eum antehac satis incolumem vitam duxerit, duobus abhinc annis incidit in febrem, cum capitis copiosa destillatione, à qua quidem evasit, sed post paucos menses recruduit destillatio ipsa, & per spatia, seu per infundibulum & glandem pituitariam tandem ad laryngem & asperam arteriam præcipitans, insignem attulit spirandi diffi-

cultatem, non solum asthmaticam, sed orthopnoicam: erecta namque cervice stare & respirare cogebatur. Hoc tempore multoties adhuc f. bricita-vit, sed frequentiores asthmaticos insultus expertus est & experitur, à quibus liber evadit, catarrhali materia crassiori reddita, & vel exigua tussi per sputum excreta. Interim in intervallis liberè spirat, neque in acclivium locorum ascensu ullo modo respiratio laborat. Modo ab hoc affectu præservari & liberari cupiens, Patavinum auxilium implorat.

Affectus quo premittitur Vir Illustrissimus, sicut in genere est Anhelitus difficultas, ita sub se continet omnes species, Apnæa excepta; primò namque, Orthopnæa correptus fuit, quia decumbere non poterat sine suffocationis metu: deinde Asthmate, quia respirabat decumbens, sed cum stertore, nimirum cum sibilo & cantu in bronchiis pulmonum: Asthma enim Græcè, Latine Cantum significat, hoc declinante, Dispnoea per aliquod tempus perseverabat, donec omninò liber evaderet. Causa autem immediata hujus affectus sicut est angustia viarum per quas aer ingreditur, in bronchiis scilicet pulmonum existens, ita mediata causa angustiam faciens, est catarrhali materia, nullo modo tuberculum, ut quandoque contingere solet: tunc enim nec ullus stertor observatur, nec materiae catarrhali per tussim excretionem levantur aut liberantur Patientes. Catarrhalem verò materiam à calido atque præhumido descendere, & per jam dictas vias ad pulmones deferri non est dubitandum: etenim si à toto venoso genere ad pulmones traduceretur, adeò ut pulmonum substantia cum cavitatibus eadem materià esset imbuta, ad quemlibet vel levem corporis motum moveretur ipsa materia, & à facultate expultrice ad bronchia pulmonum detrunderetur, sicque continua foret spirandi difficultas, nec diuturna observarentur intervalla: Quam veritatem confirmat Autopsia sanguinis jam educti, qui quidem fervidissimus, imò niger & adustus visus est, sed à pituitosa & cruda materia immunis, atque etiam modus quo liberatur Patiens Illustrissimus, nimirum catarrhali materiae crassioris redditæ excretionis: sicque ut dicebat Hippocr. morbum & causam morbi ostendit sanatio, sanationis scilicet modus. Caput igitur essentialiter affectum est, & calida multoque magis humida intemperie laborat, ut capillitium manifestè indicat: aliquem tamen consensum à fervido jecore suscipere non est negandum, à quo frequentes quoque biliosæ febres sobolescunt; Præterea facies ejus rubore intenso affecta frequenter conspiciebatur; elevari namque calidissimi vapores à jecore & sanguine ad caput, humiditatem ab ipso genitam & in eodem contentam liquantes atque fundentes, ad motum atque destillationem faciliorem reddebant: ut propterea tenuis ipsa destillatio observata fuerit, quæ impetum pulmonum subterfugiens, & delabens, sicque expulsionem resistens, non ante ejusdem crassificationem uniri & ab expultrice facultate pulmonum excerni poterat, ad cujus expulsionem levabatur, imò liberabatur ipse Patiens.

Est affectus quidem gravis & magni faciendus quia respicit vitam: eoque enim vivimus, quoque respiramus: Etenim præterquam quod suffocationis periculum affert, progressu quoque cor debita ventilatione privatum consistatur: & ingenito calore labefactato, influens imbecillior ad viscera, & præsertim ad hepar transfunditur, sicque frequenter Hydropes succedunt. Purgatio itaque præservativa, etiam hoc anni tempore non adeò congruo est incunda, futuræ sanitatis ipe,

spe, cum inveteratus non sit affectus, & Patientem obsequentissimum habeamus.

In quem finem primæ viæ sunt expiandæ. Secundò Massa sanguinea à fervidis & adultis humoribus depuranda. Tertiò caput purgandum. Quartò materia catarrhalis à pulmonibus divertenda, & quod magis est, ejusdem reproductio inhibenda. Pulmones quoque exsiccatione roborandi; atque tandem jecoris fervor contemperandus.

Quibus intentionibus ordine executivo erit ita satisfaciendum. Et primo assumat

℞. Pot. ex mann. clarif. ꝑvi. aq. flor. citr. parùm m. f. potio quatuor horis ante prandium assumenda. Mox quinque diebus summo manè assumat

℞. Julap. acet. ꝑii. Syrup. de pomis ꝑi. aq. florum citri parùm, m. pro una vice, & sic pro aliis. Transactis quinque diebus assumat syrupos præparantes in hunc modum parandos.

℞. Succu depur. cichor. endiv. pom. dulc. an. ꝑi. decoct. borag. sonchi, malvæ, violarum, pulmonariæ ꝑiv. M. pro syrup. & sic pro aliis. Secunda verò die dictorum syruporum aperiatur Jecoraria dextra, & educatur sanguis ad ꝑvi. In intermedio autem & sine quindecim horum dierum assumat potionem ita paratam;

℞. Pot. magistr. ex mann. clarif. ꝑv. addendo infusioni consuetæ agar. trochisc. ꝑii. Rhabarb. maturi ꝑi. Aq. flor. citri parùm M. f. potio, & duabus horis ab assumpta portione superbibat aq. Nocerian. ℞ij. aut iij. tribus verò horis ab epota aqua prandeat.

Ita primæ & secundæ intentioni satisfactum fuerit. Tertiæ verò satisfaciendum præscribendo Præparans capitale, ita;

℞. Succu depur. cichor. beton. ꝑi. Decoct. borag. endiv. pulmonar. majoran. salv. ꝑiv. M. pro syrupo duobus diebus assumendo. Tertiò verò die in Aurora assumat pilulas;

℞. Pilul. capital. Paracelsi ꝑii. reform. pilulæ, & aurentur, quibus superdormiat, & tribus horis ab assumpta aqua prandeat; quæ pilulæ duabus aliis vicibus quarto quoque die repetendæ; & intermedium diebus præscripti syrupi erunt præbendi, & caput per nares quoque purgandum Errhino hujusmodi pulvere parato;

℞. Pulv. majoranæ, Ireos an. ꝑii. nigellæ ꝑi. M. pro Errhino.

Hinc ad quartam intentionem explendam deveniendum erit; & pro diversione materiæ catarrhalis à pulmonibus ipsis, Cauterium, si non gestat in brachio sinistro, erit inurendum: & ad interceptandam materiam à capite ad pulmones noctu fluentem, in ore detineat, etiam dormiens, confectio-nem ex Diatragacantho frigido cum bolo Armena Orientali paratam. Pro capite verò ut mali fonte exsiccando, Decoctum sudorificum quadraginta diebus assumendum, instituendum erit hunc in modum;

℞. Sarsaparill. electæ, visc. querc. veri an. ꝑi. Lign. ros. mar. rad. enul. campan. an. ꝑii. Aq. still. cichor. beton. farfar. an. ℞i. M. f. infusio per horas 24. deinde bulliant ad consumpt. dimidiū, & facta colatura servetur pro duabus vicibus, unâ horâ antè ingressum hypocausti sumenda; progressu verò addi quoque poterit santalorum alb. semiuncias. Sudet autem modo atque mensura ore tenus eidem exposita. Pro potu verò consueto.

℞. Residuum, abjecta enula, aq. comm. opt. ℞ xii. M. bulliant ad consumpt. tertiæ, in fine verò ebullitionis adde cinnam. integr. ꝑiii. bulliant parùm, & colaturæ adhuc ferventi dissolve sacchar. alb. ꝑiv. vel ad libitum Patientis, & frustula citri recent. ut agitando fiat aqua suavis vulgò dicta Cedrata. Decimo quoque die assumat potionem ex manna clarif. aut syrupo ros. solutivo, Victus ratio De-

cocti tempore non debet esse aded tenuis, nec at-tenuans, ita ut etiam quotidie concedi possit caro assa, aut palumbi, aut pulli junioris: in Cœna verò pitana hordeacea cum saccharo, ultra panem bis coctum, nucleos pineos & passulas.

Terminato sudore, postremæ intentioni ut satisfiat, quindecim sequentibus diebus horis matutinis hauriat

℞. Aq. stillat. de succo cichor. ꝑvi. malvarum ꝑiii. Syrup. de pomis ꝑi. m. pro potu, cui præmittat cochlear conservæ violarum. Sub ingressum verò lecti assumat cochlear conservæ aut botridis.

Et jam dictis omnibus congrua & valde cautâ addatur vivendi ratio, non solum in cibo & potu, sed in reliquis quoque sex rebus nonnaturalibus; & præsertim caput custodiat à longo ad ignem accessu, à diuturna mora sub radiis solaribus, necnon ab inclementis ambientis frigidi: totum verò corpus diu vestibus, & noctu culcitrâ benè munitum. A Venere abstineat, aut valde rara sit; & bis saltem in mense, familiarem habeat pilulam hora ante cœnam assumendam;

℞. Pilul. de Agar. Mes. ꝑvi. Mag. mechoac. gr. vii. M. reform. pilulæ iii. & aurentur. Atque tandem à vehementibus & intensis applicationibus abstineat, præsertim ab assumpto cibo, & hilari atque confidenti animo vivat.

Asbma Orthopnoicum.

Quamvis tum scribendorum copia, tum viri dignitas, cui juvando studemus, calamum mentemque ultra brevitate videantur urgere, quæ res affectura tædio Lectorem credi possit, tamen villiorum more, qui Cererem multiplicem uno acervant in horreo, omnia sic cumulare studebo compendii beneficio & laconismi, ut neque brevitatis scribenda mutilet, neque prolixitas Lectori adimat patientiam.

Vir Illustrissimus quinquagesimum annum agens, temperamenti totius & capitis calidi & humidî, jecoris verò præcalidi, ad operationes promptus, curisque & applicationibus maximè addictus, ut potè à Secretis Serenissimi Ducis, longis & meridianis somnis affluctus, quique juvenili flore ætate balneo statim à cibo delectabatur, à quo egressus, vix subucula & femoralibus indutus, ventis non raro expositus, ad somnum se componebat, quem sæpè trahebat usque ad noctem; Tertianis præterea, Ardentibus & Synochis febribus obnoxius, viginti abhinc annis pati cœpit gravem spirandi difficultatem, quæ ipsum invadens, ultra quintam horam semper, nunquam ultra quinquagesimam ita illum torquet, ut spiritum, nisi erecta cervice, ducere non possit. Dum proximè instat affectus, caput grave sit, inferiores oculorum palpebræ intumescunt, &c. Urinæ copia, alvus leviter solvitur, tensio circa præcordia, dum verò actu urget, magnus æstus, tussis, sputa viscida; inæqualis & humilis pulsus, pondus thoracis, spiratio erecta cervice, sudor circa eandem frontem, & nonnihil etiam rotantibus extremis; aliquando urinæ crudæ & paucæ, aliquando etiam alvus laxatur & acris atque calida excrementa deponit. Ætatis progressu invaluit potius hoc morbi genus, suas semper periodos servans; & Patientem Illustrissim. Austrinis constitutionibus, & utroque Æquinoctio ut plurimum sævius corripens; nec unquam inducias concessit, nisi quindecim, quinque & duobus abhinc annis, quibus Arthritis primò, secundò Nephritis, tertio universalis scabies illi veluti substituta est. Perseverat adhucnum hujusmodi affectus, imò præterito Autumno aded desævit, ut hæctenus Viro Illustrissimo liberam spirandi facultatem nunquam

reli-

reliquerit. Plura pluries adhibuit medicamenta, sed nullo aut insensibili emolumento, præter pulverem viperinum & Chinæ Decoctum, quod ab hoc malo biennio illum absolvit. Varios Illustrissimus Æger consuluit Medicos, quorum tamen non una opinio fuit, cum alii caput, alii naturalia viscera, alii totum venosum genus tanquam mali fontem accensent, omnes utique suis innixi fundamentis: namque capitis essentialiter affecti manifesta videntur indicia, gravedo ejusdem quæ immediatè accessionem præcedit, illius calida & humida intemperies, ac consuetæ imbecillitas, oculorum lacrymæ, materiæ conditio, ut plurimum intemperati capitis necessaria soboles; somni longi, prægressi errores ad caput spectantes &c. & facilis affectus invasio. Viscera naturalia primariò laborare arguit hypochondriorum fervor & tensio, affectu vigente, levamen quod flatibus explosis percipitur, acrisque & mordax materia quam accessionis tempore non sine fructu soluta alvus extrudit; Juvamen quod à frigidis, læsio quæ à calidis percipitur, prout applicationes intentæ valdè & continuæ. Tandem pugnat pro venoso genere calida & humida totius temperies, Arthritis, Nephritis & Scabies (quibus præsentibus solitus affectus nunquam apparuit) sanguineam massam inquinatam esse indicantes; juvamen quod Chinæ Decoctum & viperinus pulvis humiditates in toto absorbentes & expellentes attulerunt, & demum errores in frequentibus natationibus somnisque longis sub dio. In hac opinionum varietate, quæ Patavinis Medicis opinio sit, quæque remedia opportuna censeantur, anxie tandem exposcitur. Aves tamen fortasse, Lector, audire, quid nos sentiamus? Alias & sæpè dictum, ne plura. Putasne deesse nos Medico muneri? Parce, benigne Critice; negotium hoc quod tot pridem Gymnasiarchas exercuit, novos occupet; quæ nobis mens sit, verbotens maluimus prodesse, quàm scripto, ut cuique dicendi quid sentiat, integrum jus relinquatur, omisso placendi studio aut cavillandi; fortasse non aberrassemus à vero, hoc nempe lenocinium trahit omnes, trahit nos; cuique sua placent, nostra nobis; quidni placeant? sunt nostra. Ergo dicat quisque, prout sentit, prout malit, scribat; nos jussu rigere calamo, quid sentiamus sæpè atque iterum locuti, Doctorum sententias expectamus.

Quamvis mirum non sit tres auditas fuisse opiniones diversas de affectu præsentis Illustrissimum Virum assilente, quoniam de absentibus certum concipere iudicium, certamque Curationem proponere difficile semper etiam ab Antesignanis in arte iudicatum fuit, cum in relationibus, licet abundantibus, aliquid tamen semper desideretur; præterquam quod in arte conjecturali sensus non parùm ad cognitionem conferre potest. Nihilominus meliori & breviori, quo licuerit modo, nostram de affectu præsentis sententiam afferemus, remediaque selectiora proponemus.

Sicut in ideâ hujus affectus cognitione omnes convenisse existimo, cum non solum Dispnea, verùm & Asthma, ut ex sibilu, & Orthopnea, dum erecta cervice respirare cogitur, Patientem Illustrissimum torqueant, ita de causa dissensisse in relatione video; & si de immediata loquamur, dubio procul est pulmonum angustia, quam in casu nostro nullo modo à tuberculo, sed à materia viscida & cruda provenire citra dubium credendum, quoniam adest stertor, sibilus, & sputa viscida atque cruda excernuntur. Dubitatum autem fuit cum affectus non primario, & essentialiter pulmones occupet, à quam parte suscipiat consensum, num à capite, an à toto venoso genere, sive potius ab hypochondriis & visceribus naturalibus primariò

procedat. Et quidem dum de singulis hisce partibus non sine ratione suspicari facere, ita ego omnes concurrere probabile censeo: capitis enim primò temperamentum supponitur calidum & humidum & inde fluxionibus maximè obnoxium, à quo frequentissimè & ferè semper in asperas arterias destillationes fieri solent; rarò autem à venoso genere, cum vix observari possit vasorum levium cum asperis communicatio, rarissimè verò, imò nunquam à ventriculo & visceribus naturalibus, sine interven-tu venosi generis & ipsius capitis; præterquam quod capitis affecti non exigua extant indicia, capitis scilicet ejusdem consuetæ imbecillitas, oculorum lacrymæ, læsio facilis ab ambiente calido & humido, materiæ catarrhalis copiosa excretio, querelæ de capite affecto, asthmaticas accessiones præcedentes; somni longi & errores prægressi, humidam capitis intemperiem augere valentes, atque tandem facilis & instantanea affectus invasio, à facilitate materiæ catarrhalis ad pulmones delabentis procedens. Et revera de capite affecto mihi videtur dubitari non posse. Veritur dubium, num pars hæc essentialiter tantùm & primariò, an secundariò & per consensum à toto, quinimo & ab hypochondriis afficiatur. Nec desunt rationes totum affectum esse accusantes, quarum potissimè censentur, totius temperies calida & humida, prægressi errores in natationibus frequentibus somnisque diuturnis sub dio. Secundò quod transmissio excrementosæ materiæ ad articulos, renes & ambitum corporis, asthmaticam accessionem diverterit. Tertiò juvamen à totius diaphoresi adaperita; atque tandem ab usu viperini pulveris, qui extenuantis ac digerentis est facultatis, & ad cutem properat; quare caput in casu nostro, non solum essentialiter, verùm & per consensum à toto lædi credo, ut frequenter observavit quoque ipse Galenus. Sed neque hypochondria excludi posse videntur; sicuti totum pravus humoribus scaterere, visceribus naturalibus optima temperie præditis, quomodo fieri possit non video, præsertim cum causæ & indicia earundem intemperierum non desint: cum enim catarrhalis materiæ à capite descendens, pars major per œsophagum à ventriculo excipitur, & ab eadem coctiones vitientur, necessariò inde in hypochondriis cruditates multiplicantur, eoque magis, cum Illustriss. Vir à Secretis sit Serenissimi Ducis, ac proinde curis & applicationibus maximè addictus; Studiosus autem ventriculi imbecillitatem necessariam existimavit magnus Aretæus: quibus quoniam additur jecoris fervor, ut ex tertianis & ardentibus febribus quibus Patiens obnoxius est, ex calidorum & acrim excrementorum excretionem, juvamine à frigidis, & à calidis læsione colligi potest præter jam dictas intemperies, obstructions quoque in hypochondriis reperiri facile puto (quas tactu explorare domellici Medici munus erat) & ideò Virum Illustriss. ab hypochondriaca & flatuosa affectione non immunem pronuncio. Quamobrem & hypochondria ad difficilem respirationem reddendam concurrere credo, non quidem quod cruditates immediatè ad pulmones transmittant, sed mediante genere venoso; & immediatè quod ab iisdem flatuosa materia epigastricam partem distendens, septumque magnoperè comprimens, sit modò concausa difficilis respirationis diu permanentis, qua erumpente, levamen quoque percipitur; Et ita à catarrhali materia, à superioribus partibus descendente, & pulmonum bronchia obstruente, & à flatuosa ab inferioribus ascendente septumque comprimente, difficilis redditur, & quandoque difficillima respiratio; cujus catarrhalis materiæ copia nonnunquam in pulmonum cavitate coacervari solet, dum cum sanguine circulando per venam cavam ad cordis ventriculum dex-

trura

trum, indeque per venam arteriosam in pulmōnes transfunditur; aut dum tandem imbecillitatem adepti pulmōnes ipsi essentialiter quoque afficiuntur; cuius materiæ præsentiam significare solet nobis adauca spirandi difficultas ad motum vel minimum ipsius Patientis, quod in relatione observatum non videt.

Invalet autem magis affectus in consistenti ætate, quàm in juvenili, tum non mutata vivendi ratione, tum facultate imbecilliori reddita, ut dicebat Gal. & nos cum eodem addamus frequentiores fluxiones, & quia non rarò instrumenta respiratori dicata acquirunt proprium sui vigoris principium. Neque mirum circa Æquinoctia pejus, melius circa Solstitia degere Patientem Illustriss. quoniam in illis inæqualia, in his verò æqualia anni tempora sunt.

Virum Illustr. jam quinquagenarium ab hoc affectu penitus vindicari posse vix credendum, cum jam inveteratus vigesimum annum attigerit, & altas radices sibi jecerit, non in capite solum, verum in toto & visceribus ipsis. Nihilominus quoniam nondum in ultimo Senio constitutus est, in quo omnem spem adimunt simul Gal. & Avicennas, ideo aliqua sunt etiam hoc rigido tempore agenda, & aliqua alia in Ver proximum differenda, ne adauctus affectus brevi suffocationis periculum inferat, vel longo tædio Virum Illustriss. ad Hydropem ducat.

Et quoniam curare caput non licet ante totum, neque totum ante viscera ipsa, ideo à viscerum Curatione auspiciandum esse necessarium credimus, ut unam è causis foventibus tollamus; quorum expiatio quoniam per centrum procuranda & facienda, ideo hoc quoque hyemali tempore eandem moliri possumus, primas vias mundando; obstructions referando; status discutiendo; pravos humores in toto existentes minuendo, & hepar nonnihil refrigerando: ita enim Vere proximo, levi præmissa totius expurgatione, expurgandum quoque caput, materia in pulmōibus, si aderit, expectoranda: atque tandem ventriculi, totius & capitis intemperies humida corrigenda, caputque cum pulmōibus roborandum.

Quibus intentionibus ut satisfaciamus, à fonte Chirurgico etiam in præsens aliqua sanguinis subtractio depromi potest ex venis sedalibus.

Reliqua ex Pharmacia desumenda, ut Leniens ex Man. clarif. vel ex cassia, lenit. & tartaro. Præparans julapium acet. aq. agrim. & aceto paratum, in quibus per noctem radices aperientes maceratae fuerint. Leniens idem repetendo, sex præteritis diebus Præparationis. Mox ad rhabarbarum erit procedendum ad ʒi. in jure endiviæ alterato infusum, pluribus diebus in hujus usu insistendo: sed quinto aut sexto quoque die præbeat pilula de tribus cum rhabarbaro ad ʒi. cum semiuncia floris cassiæ, cui transactâ horâ superbibat libram aquæ stillat. malvarum. Quæ viarum & viscerum expiatio, si Excellentissimo Adstanti sufficiens visa fuerit, ad pilulas aggregat. & de agarico Mesues erit deveniendum, pluries repetendas & flori cassiæ immiscendas, quibus semper superbibat aquam jam dictam aut serum destillatum. Nec de flatibus quicquam verendum, cum eorum minera majori ex parte sicca sit atque exusta; quatenus tamen jam geniti aliqua indigent discussione; in quem finem cochlear aliquod aquæ cinnam. aut aq. theriacalis, aquâ florum citri dissolutæ, per intervalla assumere poterit, ut cedentibus flatibus septique compressione, spirandi difficultas imminuatur.

Quod si ulteriori referatione viscera indigeant, id præstare poterit tart. vitriol. vel sal tartari, in aq. stillat. cichor. & agrim. cyatho, pilulas de tri-

Tom. IV, Pars. II.

bus repetendo; moxque ad superius propositas deveniendo, quibus addantur expectorantia adhuc experta & Viro Excell. nota, victusque ratio congrua servetur, Electuarium de enula manè præbendo; sicut sub ingressum lecti Conservam è floribus botridis cum granis butyri sulphuris, tum in hac, tum in illo: & pro jecoris calore contemperando, prima mensa de more bibat jus endiviæ alteratum.

Vere autem ineunte, repetenda tum viscerum, tum totius venenosi generis expurgatio, sanguinem rursus ex brachio emittendo, ut expurgetur quoque caput pilulis capitalibus Paracelsi ab ʒ6. exhibendis, vel cochuis & aureis, quæ pilulæ ter saltem quarto quoque die repetendæ, & diebus intermediis syrupi capitales & pectorales offerendi. Errhinis interim lenioribus ex pulvere majoranæ, ireos & nigellæ, capitis expurgationem adjuvando, ut tandem ad Decoctum sudorificum tanquam ad egregium & specificam remedium ducatur Patiens Illustriss. quod saluberrimum fore mihi pollicetur usus chinæ & pulveris viperini jam proficiuus, licet remedia multò minoris efficacitæ: Etenim omnibus intentionibus satisfacere poterit, humiditates à toto & capite educendo, atque à pulmōibus divertendo, & ventriculum, caput & pulmōnes roborando; Decoctum ante parari poterit ita;

ʒ. Salsæ elect. visc. querc. veri, ligni rorismarini an. ʒi. lentisci è Chio, fantal. alb. radic. enul. campan. an. ʒ6. Aq. stillat. cichor. lib. ii. betonic. ʒi. pulmonariæ, seu farsaræ lib. i. M. f. infus. per horas 24. deinde bulliant ad consumptionem dimidii, & facta colatura servetur pro tribus vicibus, matutinis horis, horâ unâ ante ingressum hypocausti propinanda, cui præmittatur bolus ita parandus.

ʒ. Extracti enulæ ʒ6. Butyri sulphuris gr. v. M. f. bolus, quotidie ante syrupum exhibendus, Pro potu verò consueto, detracta enula,

ʒ. Residuum, aquæ fontis lib. xxi. M. bulliant ad consumpt. tertiar, in fine ebullit. adde cinnam. integr. ʒii. bulliant parum, & in colatura adhuc ferventi dissolve sacchari albi ad gustum Patientis pro potu consueto. Decimo quoque die præbeat potio ex mann. clarif. aut syrup. viol. solutivus. Perseveret in hujus Decocti cum sudore usu quadraginta diebus cum victu non aded tenui: sæpè enim pitana hordeacea, nonnunquam palumba turricola asfa, quandoque pullus junior concedi poterunt, at nunquam vinum. Nec vereatur ingressum hypocausti, cum omninò sit necessarium, ut caput sudet cum toto reliquo corpore. Et licet primis diebus aliqua fluxio ad pulmōnes insurgeret, antequam liquata materia in capite tota ad exteriora evocetur, non tamen provincia erit deferenda, sed potius aliquo die à sudore vacandum, moxque redeundum. Et nisi Decoctum hoc ab Illustrissimo Patiente toleretur ob hypochondriorum fervorem & obstructions, substituatur hujusmodi:

ʒ. Salsæparill. elect. incif. ʒvi. Rad. rhodiæ inc. ligni rorismarini incif. an. ʒiv. lentisc. è Chio inc. fantal. alb. rasp. an. ʒiii. Aq. Nocer. lib. xx. M. f. infus. per horas 24. deinde adde rad. enul. campan. ʒii. Fol. farsaræ, pulmonariæ, malvæ, botridis, hyslopi an. m. j. M. bulliant in vase cooperto ad consumpt. tertiar, deinde fiat torcularis expressio. Fæces omnes mox calcinentur, & cineres in colatorio, seu manica Hippocr. reponantur, quibus quater superaffundatur tota colatura fervens, ut sal inde, Balsamum scilicet omnium ingredientium extrahatur, deinde colatura hujusmodi, sive lixivium in vase vitreo reponatur, & B. M. destilletur, ut aqua ad usum servetur. In fine autem destillationis, in fundo vasis colligatur butyrum sive Extractum, quod pariter servetur ad usum.

B

ʒ. Jam

24. Jam dictæ aquæ ʒvii. Sacchar. alb. ʒss. vel ad libitum, m. pro una vice, & sic pro aliis, cui præmitti poterit bolus ex semidrachma Extracti jam dicti, & si pulvis aliquis ad Extracti majorem consistentiam requiratur, sit pulvis viperinus ad grana.

Terminato sudore, quindecim aut viginti continuatis diebus, matutinis horis bibat cyathum aquæ de succo cichor. vel fragorum, præmittendo Conservam violarum, ut jecoris fervor nonnihil temperetur.

Ineunte verò Autumno, levi præmissa expurgatione, pulverem viperinum cum aliqua aqua pectorali aut diaphoretica assumat Illustriss. Vir, & vinum parietur pro mensa medicatam ligno ros. mar. lentisc. & rad. enulæ.

Quibus omnibus addat semper congruam victus rationem ab Excellentissimo Adstanti præscribendam. Hæcque est mea de hujusmodi affectu opinio, atque de ejusdem Curatione, quæ tamen mihi non adeo placet, licet mea, ut Præstantissimi Viri correctionem subterfugere debeat. Utinam tanti viri genio satisfaciat, qui benigne integram jus scribendi silendo mihi permisit. Deus interim omnia salutaria reddat. *Raymund. Johannes Fortis Consult. Tom. 2. Cens. 1.*

Asthma, seu anhelosa respiratio.

Vir triginta sex annorum, temperamenti pituitosi, interim satis fortis, sed in diætâ negligens, & sedentariam vitam agens, ante aliquot annos, autumnali tempore, cum à deambulatione majore admodum incaluisse, hincque apertis vestibus & capite detecto, se aëri frigido exposuisset, & vinum Rhenanum frigidum bibisset, incidit in difficilem & anhelosam respirationem, cum sibulo seu rugitu aliquo procedentem; qui affectus postridie tantoperè adauctus est, ut tertiâ die nonnisi aut erectus aut sedens respirare, & totis quatuordecim diebus in lecto decumbere non potuerit, sed tot integras noctes & dies stans aut sedens transire coactus fuerit; de nocte tamen majore angustia pressus, quàm de die. Postea aliqua tussi, cum tenacis viscidique sputi copiosa rejectione accedente, paulatim illa respirandi difficultas imminuta est, sicque tandem ad pristinum statum rediit. Ab eo tempore sæpius per intervalla eodem illo malo afflictus fuit, modò paucioribus, modò pluribus diebus; imprimis si plus solito calefactus, se aëri frigido exponeret, aut vinum Rhenanum biberet; ac proinde hoc etiam observavit, stante borea, se facillimè hunc affectum incurrere, nisi curiosissimè sibi caveat ab ejus injuriis, idque æstate & autumno magis, quàm hyeme. Durante hoc malo appetitus quidem mediocriter constat, sed præ angustia vix potest comedere, & post sumptum alimentum etiam exacerbatur respirandi difficultas. Proclivis quidem est ad somnum, sed vix concidentibus oculis, cum terrore & summa anxietate mox expurgitur, ita ut durante paroxysmo dies noctesque velit, nolit, insomnes ducere cogatur. Venter & pectus quasi à flatibus distendi videntur. Nonnunquam in capite gravativum quendam dolorem sentit cum refrigeratione aliqua in postica parte, versùs cervicem. Jam hoc tempore rursùs in similem paroxysmum admodum gravem incidit, cum magno suffocationis periculo. Non febricitat, nec de aliarum partium dolore conqueritur.

1. Affectio, qua hic æger detinetur, & quæ per se sine aliis signis facillè cognoscitur, est *Asthma seu difficilis & anhelosa respiratio*; & quidem summus illius gradus, quem *Orthopnæam* appellamus, quæ est summa respirandi difficultas, qua

æger nonnisi erecti respirare queunt, ab angustia respiratoriarum partium procedens. 2. Causa antecedens hujus mali fuerunt pituitosi humores in corpore redundantes. Procataretica duplex est, calor & frigus. Continens verò est pituita viscida & tenax in pulmonum bronchiis copiosior cumulata, iisque firmiter agglutinata. 3. Propter pituitosam totius dispositionem multi frigidi, crudi & pituitosi humores in corpore redundant, quorum nimia cumulatio facillimè fit in iis partibus, quæ per se frigidiores ab externa aliqua causa facile nimis refrigerantur; quales inter alias sunt cerebrum & pulmonis bronchia. Corpori igitur per majora exercitia, aliumve quemcumque modum, præter consuetudinem excalesceto, sanguis & humores velocius moventur, multique vapores in ventribus excitantur, qui, si calor ille sensim imminuatur, ab eodem etiam paulatim dissipantur: at (ut in ægro nostro multoties contigit) si repentinum frigus superveniat, mox condensantur, & in cerebro, quod per se frigidius est, majore copia cumulantur; postea catarrhorum materia futuri. Pulmonum verò bronchiis, substantia frigidior præditis, & ab inspirati aëris frigiditate magis refrigeratis, inflat tenacis visci firmiter agglutinantur, eaque angustant, & respirationem difficilem faciunt, quibus deinde accedens crudorum humorum è capite in bronchia deluxio, omninò maximè difficilem respirationem fieri necesse est, propter majorem viarum angustationem; cujus ratione etiam sibulus seu rugitus in respirando obauditur, & respiratio nonnisi erecto corpore fieri potest, cum pulmones penduli, nec aliis partibus incumbentes facillius dilatentur, eorumque bronchia in illo situ magis aperta sint, & inspiratum aërem facillius admittant. 4. Nocte exacerbatur malum, quia per aëris nocturni frigus in pulmone magis crassescunt & tenaciores fiunt pituitosi humores, sicque bronchia magis obstruunt: in capite etiam eadem de causa plures colliguntur, & copiosiores ad thoracem deluunt. Adde quod nocte per quietem minor etiam fiat vaporum dissipatio. 5. Tandem ubi viscera materia in pulmone collecta aliquo modo cocta, & illius summa tenacitas aliquantum imminuta est, eaque per tussim ejicitur, tunc obstructio bronchiorum imminuit, & sic æger ab illa respirandi difficultate paulatim liberatur. Ab ea autem liber remanet, quousque rursus à majore calore excitat; in corpore copiosiores vapores ab insolito aut repentino frigore externo in pulmone condensantur, ejusque bronchiis agglutinantur, & in capite majori copia collecti ad thoracem etiam deluunt.

6. Hinc jam liquet quare septentrionalis ventus ipsi adeò inimicus sit; quia nimirum suo frigore poros constringit, humores ac vapores condensat, caput & pulmones refrigerat. Qui ventus ipsi ætate & autumno damnosior est, quàm hyeme; quia tunc à calore externo corpus sæpè nimis incalescit, hincque copiosi vapores excitantur, qui superveniente repentina aliqua refrigeratione bronchiis frigidioribus facillè adhærent & agglutinantur. Hyberno verò tempore pulmo, aliaque mediæ & infimæ ventris viscera (constrictis ab externo frigore poris) sunt calidiora (juxta Hippocr. Aphor. 15. sect. 1.) habent calorem æqualem & permanentem, ita ut excitati vapores in dictis partibus non facillè condensentur, sed ulteriore coctione attenuati consumantur. 7. Durante hoc affectu constat appetitus, quia nec inspiratus frigidus aër, nec frigidæ deflexiones è capite ad ventriculum perveniunt; atque hinc ejus actio non magnoperè impeditur. Ab assumpto tamen alimento exasperatur respirandi difficultas, propter vapores in ventriculi coctione excitatos, qui ad medium & supremum ventrem ascendend-

cedentes, in utroque condensantur, atque in illo pulmonum bronchiis agglutinantur; in hoc copiosioris defluxionis causa sunt. Peracta verò coctione ventriculi, rursus mitius evadit malum, quia tunc pauciores elevantur. 8. Licet admodum proclivis sit ad somnum, tamen non potest dormire, quia vigilans summa vi cogitur uti in dilatatione thoracis, ut necessitati respirationis satisfaciat; per somnum verò illam necessitatem tam accuratè non persentit, atque hinc tanta vi in dilatando thorace non utitur, qua deficiente, statim deficit respiratio, utpote quæ ob bronchiorum obstructionem sine magna vi peragi nequit, atque sic æger mox cum terrore & summa anxietate expergiscitur, & cogitur vigilare, ut satis respiret, ac cum violentia respirare, ut vivat. 9. Venter & pectus quasi à flatibus distenta videntur, licet status nulli, vel fortè pauci insint. Et hoc quia propter summam respirandi difficultatem & necessitatem spiritus animales copiosissimi continuè determinantur in musculos respiratorios; quorum continuus & copiosus influxus dictos musculos admodum distendit, ita ut inde talem aliquam molestiam persentiat ægrotus, ac si ab internis flatibus distenti tenerentur. 10. Gravitus capitis dolor nonnunquam adest, à frigidorum humorum in capite collectorum copia; atque hinc etiam sensus frigiditatis in postica capitis parte procedit. 11. Febris adest, quia nulla in humoribus aut sanguine est putredo. Neque dolent aliæ partes, quia frigidi illi humores in hoc ægro non sunt acres, neque in aliis partibus; quàm capite & pulmone, copiosiores colliguntur. 12. Admodum periculosus est hic affectus, qui ægro suffocationem minatur, imprimis si durante malo fortè nova copiosa defluxio è capite ad pulmonem irruat. Sanationis spem faciunt ætas florens, virium robur, & aliorum morborum absentia.

13. Indicationes curativæ sunt 1. Tollere causam continentem, quæ bronchia obstruit. 2. Impedire catarrhi defluxum ad pulmones. 3. Frigidam capitis & pulmonis intemperiem emendare. 4. Totius corporis pituitosam dispositionem immutare, frigidosque humores in toto redundantes imminuere. Ut autem his indicationibus satisfiat, alia curatio in præsentem jam paroxysmo, alia extra eam est instituenda.

14. In præsentem paroxysmo ad respirationem facilitandam, æger erectus sedeat, pectore nullis vestimentis confecto, idque in aère libero & temperato. Injiciatur clyster communis, vel si eum admittere nolit suppositorium immittatur. Victu utatur tenui, & cibi condiantur cum hyssopo, salvia, betonica, croco, aniso, fœniculo, passulis aliisque similibus. 15. Sumat subinde, quasi lambendo, cochleare hujus syrupi.

℞. Syrup. de hyssopo, de prassio, conservationis Zingiberis & rad. hel. condit. an. ʒʒ. Oxymelis compositi magistralis ʒi. Misceantur. Detur etiam manè, horà quintà pomeridianà ʒi. hujus pulveris cum vino malvatico, hydromelite, aut jusculo.

℞. Rad. helenii ʒi. rad. irid. Florent. sem. ameos an. ʒi. benzoini, croci optimi an. ʒi. moschi gr. i. sacchar. cand. alb. ʒiij. F. pulvis, cui admisce olei anisi gutt. iv. vel v. 16. Paroxysmo cessante, purgetur æger singulis septimanis semel cum pilulis cocheis, aureis, hiera picra, vel haustu aliquo phlegmagogo, ex infusione agarici, Jalappæ, senæ, &c. Venæsectio in hoc subiecto pituitoso & frigidore minus convenit. 17. Reliquis diebus utatur tali Apozemate.

℞. Rad. helenii, fœniculi, an. ʒi. acori, glycyrrhizæ rasæ, an. ʒv. Majoranæ, scabiosæ, capill. veneris, hyssopi, prassii albi, sabinæ, an. m. j. botryos, salviæ an. m. ʒ. baccar. juniper. ʒʒ. sem. anis. fœnicul. an. ʒiij. Passular. mundat. ʒii. Aq. q. f. coquantur f. art. ad lib. ʒ. adde colaturæ, oxymelis magistra-

Tom. IV. Part. II.

lis, syrupi de fœchade, de prassio an. ʒi. M. f. Apozema. 18. Subinde etiam utatur particula hujus conditi.

℞. Specier. dianthos, diambrae, an. ʒi. rad. helenii, condit. conservæ florum salviæ, anthos, an. ʒv. Syrupi helenii q. f. Misce, f. conditum. 19. Ad imminutionem pituitæ in toto corpore conveniens erit usus decocti sarsaparillæ & sassafras, cui sub finem decoctionis adjici possunt nonnulla appropriata cephalica & thoracica medicamenta, ad capitis & pulmonum corroborationem. Capiti etiam cucupha, ex cephalicis calefacientibus confata, est imponenda; & si catarrhus pertinaciter ad pulmonem ruere persistat, excitandus erit fonticulus in alterutro brachio, aut in cervice. 20. Ubi æger his remediis aliquandiu usus fuit, & jam meliùs valere videbitur, ad ulteriorem causæ mali sublationem, utatur alternis diebus, matutino tempore haustu hujus vini medicati.

℞. Radicum helenii sic. ʒʒ. Iridis Florent. Jalappæ an. ʒiij. Herb. hyssopi, prassii albi, an. m. ʒ. Bacc. juniper. ʒʒ. sem. anis. fœnicul. an. ʒʒ. Agaric. albif. ʒv. Aloës lucidæ ʒiv. F. puppa, suspendenda in vini albi lib. ʒv. vel v. 21. Ad præservationem utatur etiam per tres menses, bis in septimana, bolo exterebinthina optima.

℞. Terebinthinae Venet. ʒiij. sacchar. alb. ʒij. Misce, fiat bolus in nebula cum vino malvatico deglutendus. 22. In diæta sit æger calidus, & clarus, fugiatur nebulosus, crassus, tempestuosus & humidus. Cibi sint boni succi & facili digestionis, conditi cum hyssopo, serpillo, salvia, rosmarino, melissa, betonica, rapis, semine anisi & fœniculi, croco, nuce moschata, zingibere, garyophyllis, passulis, saccharo, melle, aliisque similibus. Potus sit parcius, isque cerevisia mediocris noxæ, & subdulcis & subamara, minimè acida, vinum tenue, subdulce aut melicratum, in quo suspendi poterit puppa ex hyssopo, majorana, salvia, &c. In somno servetur modus. Corpus levibus exercitiis mediocriter exerceatur. Alvus sit facilis, & fugiantur animi perturbationes. *Isbrand. de Diemerbroeck, de Morbis Thoracis medicat. 4.*

Observationes.

Senex septuagenarius, à multis annis asthmaticus, ad eam redactus erat angustiam, ut vix spiritum ducere posset, etiam erecta cervice, & hiantè ore continud sterteteret, nec ullo modo quiescere posset, quin statim suffocari videretur, sequentium remediorum usu stertor desit, facilior respiratio fuit, & æger multum levatus est.

℞. Aq. Cinam. ʒii. oxymel. scillit. ʒi. M. utatur ex cochleari frequenter.

℞. Rad. enulæ campan. sacchar. conditæ ʒiij. sacchar. cand. ʒʒ. Syrup. de hyssop. ʒi. Gumm. ammoniac. aq. viæ dissolut. ʒʒ. M. F. loch. de quo capiat cochlear unum manè & serò, sensim lambendo. *Lazar. Rivierius, obs. 21. cent. 3.*

Quædam orthopnoïca erat, magna copia pituitæ patris in pulmone; purgatione & ventris inferioris, & multa anacatharsi meliùs habuit: In difficultate spirandi non est formidanda etiam frequens & magna purgatio. *Guil. Ballonius, Epidem. lib. 2.*

In Asthmate & crassa & viscida materia, in duobus expertus sum sequens lambitivum *Gesneri*.

℞. Sulphur. pulverisati, & sæpissimè cum aq. tussilag. loti ʒi. diaspnid. ʒv. 11. M. optimè coatulit. Mulieri cuidam sæpiùs benè profuit sequens apozema, in angustia pectoris & dispnæa.

℞. Passul. Corinth. ʒiij. dactyl. num. 12. ficuum num. 8. Jujub. num. 10. Sem. fœnicul. an. f. an. ʒvi.

B 2

ʒænu.

fenugrac. ʒiij. Rad. ireos ʒʒ. Fol. hyssop. prass. capill. ven. an. m. j. liquirit. ʒʒ. polypod. q. ʒi. Coq. sa. in ʒviii. Aq. fontis ad medias, deinde adde mellis despumati ʒij. Coq. iterum ad consumptionem ʒij. postquam refrigerata fuerit, coletur & servetur in vitro. Dosis ʒiij. manè, calidè, quamdiu durat. *Achilles Gasserus, observ. 11.*

Asthma diurnum in Patricio quodam, cum aliis non posset, tandem curatum est aqua salis armoniaci, quæ paratur hoc modo:

ʒ. Fol. sempervivi xx. aut xxx. Contunde in mortario adfuso aq. fontana: momento, col. cum expressione, sicut emulsionem fieri solent, & adde salis armoniaci ʒi. M. plurimis etiam contulit egregiè. Idem præstat spiritus ejus vi scilicet diuretica. *Jeremias Martius observ. 92.*

Præmisso vino emetico, quod Pulmonum & Pectoris mala mirè sublevat; exhibeatur sequens pulvis à ʒʒ. ad ʒi. per singulos dies manè ac vesperi usque ad morbi declinationem cum vino albo, vel jusculo.

ʒ. Cardui benedict. Sinap. Sylvestr. an ʒij. piper. long. ʒi. Fol. sen. mund. ʒij. Anis. ʒʒ. F. pulvis subtiliss. hisce paucis per plures pristinae, integræque sanitati restitimus. *Martinus Rulandus Curat. 8. cent. 6.*

Asthmaticus quidam, assumpto alternis diebus hoc syrupo, & excreto per sputam viscido humore, convaleuit.

ʒ. Fol. Nicotian. virid. aut siccor. m. j. Aristol. rot. enul. campan. an. ʒi. hyssop. mont. Capill. vener. flor. violar. ana m. i. passul. exacin. ʒiv. liquirit. rasæ & contul. ʒʒ. fenugr. ʒi. caric. ping. numero vi. dictamn. origan. prass. scabios. ana m. i. sem. urticae aneth. ana ʒi. anil. ʒi. ligni guajac. smilac. asper. rad. chin. ana ʒi. tussilag. m. i. strobil. numero xx. dactyl. numero x. coq. f. a. ad ʒiij. colat. adde succi scillæ ʒʒ. succ. Enul. & hyssop. ana ʒi. bulliant quousque succi absumentur, adde balsami aut olei de liquidambr. ʒi. & cum melle & saccharo f. Syrupus. *Zacutus Lusitanus Obs. 123. lib. 1. Prax. Admirand.*

Vivit hic puer quadrimus, tinctoris filius, qui ab ineunte ætate pectoris quadam angustia, adeoque gravi asthma affligitur statis periodis, mensuris ferè, nunc citius, nunc tardius, prout in victu vel excedit, vel modum servat. In ipso paroxysmo tam graviter angitur, ut jamjam suffocari & animam agere videatur, qui paroxysmus ante non cessat, quam materiam crassam, viscidam, compactam, gravissimam tussis & summis conatibus per os excernat. Saepius autem hæc tenens exerevit talem materiam, unitam, albidissimam, arboris radices, caudicem & ramos omni ex parte referentem, quam, si *ἀνατεταγμένη* mihi liceret, *φλυμαίνδρον* nuncuparem. Ubi autem viscida illa materia coacervetur & coaguletur, si dicere cogar, in ipsa aspera arteria (qua parte ad pulmones pervenit bifida & in minores ramos dispersa, quos bronchia pulmonum vocant) sedem reponam, ubi paulatim partim ex naturali pulmonum debilitate, partim à defluxionibus à capite factis colligitur. *Gregorius Hovstius ex literis D. D. Marci Widemanni.*

Vir illustris, procerus, torosus, & antea satis sanus, postquam à casu latus sinistram solido cuipiam allisisset, exinde tuic noxam, & postea labem Asthmaticam contraxit. Enim verò suspicari fas est, nervorum ad præcordia spectantium, plexum quandam juxta constitum per accidens illud læsum fuisse, proindeque postea à tabi causa affectum hanc originem duxisse; viz. ut quibusdam temporibus haud certis, primò dolor circa locum istum ingrueretur, & subinde statim dispnæa gravissima, cum spirabilium omnium contentione laboriosa & diurna insequeretur, adeò ut durante paroxysmo ægrotans in ipso

mortis agone versari putaretur. Ad hunc primò accersebar, postquam per duos dies tali insultu Asthmatico laborans, penè pro deplorato haberetur; cognito tamen pulmones fuisse illæsos, prognosticon nostrum adhuc benè sperare jussit, & statim inito cum aliis medicis consilio, juxta modum sequentem præscribebatur.

ʒ. Spiritus gumm. Ammoniac. cum sale armoniac. destillat. ʒiij. sumat gutt. xv. ad xx. in cochli. Julapii sequentis superbibendo cochli. v. repetatur sextà quaque horà.

ʒ. Aq. flor. sambuc. chamomeli, pulegii, ana ʒiv. aq. limacum ʒii. Sacchar. ʒi. misce. Intermediis temporibus capiebat dosim pulv. sequentis cum eodem Julapio, vel Decocto pectorali.

ʒ. Pulv. ocul. cancr. ʒii. Salis prunellæ ʒʒ. salis succin. ʒʒ. Misce, dividatur in vii. partes pro totidem dosibus. Vesicatoria ampla internis Brachiis propè axillas applicabantur, enemata quotidie, & frictions crebrò adhibebantur. Horum usu levamen subitum ac inopinatum recipit, atque intra paucos dies paroxysmo isto prorsus immunis evasit. Postmodum verò quoties morbi istius velitationem quandam præsentisceret, illicò spiritus istius dosim largam cum eodem Julapio, ter aut quater in die sumebat; quo remedio modò præservationis, modò curationis gratia frequenter sumpto, supra biennium Asthmatis antea habitualis insultu quovis immani & terribili caruit, ejusdem interea leviores quæsdam attackus facile dissilabiles subinde passus.

Senex perhonorificus, multis magnisque titulis insignitus, iisdemque omnibus major, postquam per aliquot annos unaquaque hyme tussi cum sputo moderato, & satis benigno obnoxius degisset; sub finem novissimi Autumni, à longo itinere domum reversus (à frigore uti putabatur suscepto) minùs rectè valebat; querebatur enim de dolore in medio pectore juxta sternum excitato, qui vesperi quamprimum lecto incaleceret, ingravescens, somnum perturbabat, & plurima nocte valde molestus erat, sine quavis tamen dispnæa, aut Asthmatis signo evidenti. Ad dolorem hunc tollendum, & purgatio, & phlebotomia celebrantur, pectoralia & Anti-scorbutica quotidie exhibentur, loco dolenti linimenta, & fots, applicantur, sine magno tamen fructu aut levamine, namque deinceps alteratio contigit, potius in deterius cessit; nam dolori paulò remissius habenti, respiratio difficilis & impedita supervenit, ita ut à primo somno aut appulsa ejus statim Asthmaticus fieret, atque anhelus, & circa præcordia laborans in lecto erectus sedere cogereur. Porro hujusmodi dispnæa, & spirabilium agitatio convulsiva non modo quovis vesperi redibant, sed in dies immaniores facti longius durabant; proinde ut nocte quadam à primo somno evigilans, Asthmatis paroxysmo gravissimo, qui ipsum tantum non interemit, per plures horas afficeretur. Medici longè absentes, quamvis circa *μεινίστιον* desiderati, non ante auroram sequentem advenerunt; interea propter phlebotomiam à Barbitonfore celebratam, Dominus illustris ab ipso sepulchri ore revocatus revixit; deinde verò initis Medicorum consiliis, isto die diæta tenuis, & alvi per enema subductio præscribuntur: vesperi & primo manè cepit spiritus gumm. Ammoniac. cum sale armoniaco destillati gutt. xii. cum vehiculo appropriato, ejusque usum postea per plures dies continuabat, vesicatoria internis brachiis propè axillas applicabantur; insuper Julapia & decocta pectoralia, eclegmata, enemata, quin & blandè cathartica interdum vices suas habuerunt; item phlebotomia post biduum iterabatur. Cùm prius pro haustu matutino cerevisiæ cum absinthio & cochlearia circiter libram bibere solebat, loco hujus circa horam octavam cepit

Elix.

Elixiris proprietatis Tartarifati gut. xv. cum haustu Coffee ex decocto falviae parati. His remediis paroxysmi Asthmatici de solita ferocia statim remiserunt, in tantum ut cujusque noctis initium & finis satis tranquilla fuerint, circa mediam verò leves circa præcordia perturbationes eam insomnem, & erectum per horam unam aut alteram detinebant. Medicamenta quædam alia à Medicis fuerunt proposita, aliaque diversimoda ab amicis clanculum oblata, qua tamen Vir Honorabilis aut penitus respuit, aut citò fastidivit: idque potius quia vergente tunc hyeme, à veris appropinquantis adventu, & auræ agrestis fruitione, citra multæ pharmacie opem, reconvalescencia speratur. Quare è medicamentis supra citatis modò hæc, modò illa per vices tantùm breves usurpavit, & interdum à quibusque ferri solebat: interim verò licet insultus Asthmatici parùm aut minimè eum, uti prius, noctu incesserent, tamen ob pulmones plurimùm infarctos, & humorem serosum in pedes delapsam, citatius incidere, aut loca acclivis ascendere, sine gravi dispnæa, & præfocationis periculo nequibat; jamque (dum hæc scribo) deinceps non tam Asthma, aut Phthisis, quàm hydrops timeatur.

Casus hujus Ætiologia ex supra dictis satis liquet, viz. Asthmatis hujus procatarris una in pulmone valde obstructo versabatur, proinde ut cum sanguis effervescentis præcordia impetuosis pertransiret, aer ad ipsum ventilandum requisitus non satis uberi copia admitti potuerit; quare ad hunc defectum suppleandum necesse fuit pulmones, eorumque organa motiva, in nixus crebriores & vehementiores incitari. Postea dein hinc accessit fibrarum pectoris motricium diathesis spasmodica: quippe materies heterogenea unà cum succo nerveo in eas partes descendens, & ad plenitudinem aggregata, primò dolorem & postea in organis pneumonicis spasmos atroces, & periodicos excitavit: jamque diathesi hac posteriori quamvis cessante (quia scilicet materia elastica & spasmodica à serosa illuvie obtunditur, aut obruitur) adhuc tamen procatarris altera manet, alterumque comitem, viz. cacodæmonem seipso, deteriorem, scilicet hydropem consecivit. *Thomas Willis, de Asthmate.*

Andreas à Salingen mense Maio vehementi asthma laborabat, quò tantoperè angebatur, ut propter difficillimam respirationem vix loqui posset: sine tussierat, nihil aut parùm exspuebat; appetitum quoque dejectum habebat. Se hoc malo sæpius quidem, sed maximè sex proximis septimanis vexatum fuisse, multaque aliorum consilio assumpta remedia nihil omninò profuisse dicebat, metuere autem se tandem, suffocatum iri posse. Ego malum hoc in corpore senili sexaginta annorum non penitus eradicari, sed multum tamen imminui ac leniri posse prædixi, atque proinde bono animo esse, & sequentis electuarii (licet amari) quotidie manè & vesperi particulam magnitudinis avellanæ assumere, & ab omnibus acidis, fumo induratis, frigidis, flatulentis, viscosis, duræ concoctionis aut pravi nutrimenti cibis abstinere jussi.

℞. Myrrhæ elect. Aloës lucidæ, florum sulphuris, rad. enul. campan. glycyrrhiz. ras. an. ʒij. Croci opt. benzoini, an. ʒi. F. pulvis subtilissimus, cui adde mellis optimi ʒvii. olei anis. gut. ix. Misce, fiat electuarius. Hujus usu alvus leniter solvebatur, & appetitus restituebatur, asthma etiam mirabiliter cessabat, ita ut intra paucos dies ab eodem planè liber evaserit: & malo postmodum redeunte, eodem illo electuario sibi ipsi statim medebatur. *Librand. de Diemeryotek in Observ. & Curat. Medic.*

Notum satis mulierculas, quæ in formandis ex sebo candelis occupantur sæpius, tentari gravedine, doloribus capitis, & vertigine nonnunquam, ob ex-

Tom. IV. Part. II.

halantes ex calente pinguedine frequentissimas atomos, quæ & nares & oculos quandoque obsident, & cum anhelitu in pulmones admittuntur, sed ut notius evadat periculum, quòd ex contemptu admonitionum ejusmodi nascitur, exemplo vis m est rem illustrate. *Maria Lamprechtia*, vicina mea, dum superiori hyeme, argento quàm sanitati intentior, in angusto conclavi totas noctes fingendis pro mercalibus ex sebo candelis impendit, advertit sensim aggravari caput, erubescere oculos, angustari spiritum, sed bonus lucri odor effecit ut odorem sebaceum (licet enim penuria melloris ævi, Madaurensis uti vocabulo licet) noxium Spartana aliquandiu nobilitate concoqueret, donec novissimè victa nec insistere pedibus, nec anhelitum amplius posset reciprocare, tota decolor, & desperabunda. Vocatus, causa mali intellecta, cum inter *evdopapny* symptomatum gravius ægram ab asthma & orthopnæa, quàm à reliquis malis urgeri notarem, ad emeticum blandius provoco, & postea aquis convenientibus, oxymelli scillitico permixtus, reliquias curæ diebus aliquot absolvo, in discessu admonens, ut hostem magis sopitum crederet, quàm sublatum, nisi persisteret in medicamentorum usu, neque enim posse una vice omnem illam fuliginum candelarum saburram ita excludi, ut recidivæ metum omnem avertat. Illa tamen sibi reddita confidentior, pharmacorum citò oblita ad negotia domestica transit; unde insequente proximè hebdomade in pristinum malum relapsa, & ferè functius, quàm ante, omnem vitæ spem orthopnoica & præanxietate penè rigida atque obmutescens deposuit. Rediit tamen ad sese repetitis iidem medicamentis, & imperatis quandoque sudoribus, jamque sanissima spondet se omnibus candelarum opificibus consulturam, ut, si salvum vel inspectus, in ampla, & perscrutabili officina magisterium suum exerceant. *Ol. Borrichii.*

Illustris quædam Matrona *Köpschinii* in pago Trans-Danubiano habitans, quinquagenaria, diu podagra divexata nodosa, vulnusculum aliquod exiguum in talo dextri pedis, sponte scilicet se ibidem aperiente nodo podagrico, jam ab aliquot annis habuit. Die 1. vel 2. Novembr. anno 1674. postquam benè valens cubitum ivisset, de repente noctu corripitur paroxysmo asthma, quo ita torquebatur, ut rarissimè decumbere, crebrius sedere, deambulare autem non potuerit. Adhibita in principio, quæ adhibenda videbantur. Octavo morbi die, paulò ante adventum meum, iterum corripitur paroxysmo asthma, tam vehementi, ut inhibita respiratione expiratura fuerit visa, cui supervenio, frictions & necessaria alia adhibeo, quibus respiratio quidem levior facta, sed sensum in utroque pede ad usque genu abolitum, viderique sibi pedes glaciei instar frigidos querebatur. Continuavi frictions linteis calidis, quin & lateres admovi calidos, ita sensum & calorem acquisivit pes sinister, non item dexter, cujus planta quasi emortua erat, remanente supra calcaneum circa malleolum horribili, & intolerabili dolore; vulnusculum erat lividum, indolens, ex quibus omnibus indubitata signa sphaceli collegi, multus fui tota nocte, ut tantum dolores demulcerem. Manè adveniente Chirurgo dilatari vulnusculum langetta, quin & pedis partem superiorem ad explorandum, an omnis sensus evanuerit, hinc inde scarificari jussi, effluxit sanguis nigricans, & in momento omnis cessavit dolor, applicata deinde quæ sphacelum impedire solent, sed latius vagatus, tertia die ad genu ascendit, jamque & in altero pede eadem mortificationis intrinsecæ & insensationis sentiebat initia, quæ tamen blandissima mors nullus penitus habuerit dolores podagricos, regurgasse materiam illam seu serum podagricum ad

B 3

pectus,

pectus, & generasse asthma, quod autem in pedibus flagnavit, quos tumidos, & aqua plenos habuit, calorem extinxisse naturalem, sphacelumque hunc introduxisse lethiferum. Observavi namque quo latius serpebat sphacelus, eò magis defecisse asthma, & liberiores fuisse respirandi facultatem. Nihil enim novi in podagra, imprimis nodosa, talem fieri metastasin humorum ad partes nobiliores, vid. *Thom. Barbolin. de morb. bibl.* Noti mihi, qui epileptici facti, & per pediluvia accersita podagra optimè iterum valere. Item alius, qui colica immani torquebatur, superveniente autem podagra nihil penitus sensit. *Caroli Raygeri.*

Anatomicæ Inspectiones.

Decimo quarto Aprilis 1676. in virgine 30. annorum aperta, inveni pulmonem dextrum insigniter, ad intima usque inflammatum, cum duritie summa, variis in locis suppurationis sese ostendebant initia: utroque in latere similiter ac circa dorsum firmiter Pleuræ cohærebat Pulmo: imò etiam Epar, Lien, quæque ipsi nexæ partes, interventu fibrillarum nervearum innumerabilium miro modo sibi invicem uniebantur: Jam ab aliquo tempore Orthopnæa laboraverat, subito valde extincta. *G. Blasius in Observat. Med.*

Magnus in Germania Princeps, cum ætatis anno 18. frigidam liberalius potasset, difficillimo mox Asthmate correptus est per intervalla: paroxysmi, ut qui crasso & obeso esset corpore, graves erant: Sellæ in id paratæ ut integros dies & noctes sedens etiam dormire posset: Sæpè per biduum & ultra ita rectus insidere solebat, ut verè orthopnoicus dici posset: Liberatus tamen est à difficili hoc malo, ætatis annum agens circiter 40. cuique plurimum profuerunt Badenses thermæ. Post mortem tamen inventi Pulmones magna ex parte nigri & putridi, non sine pure ea præsertim parte qua dorsum attingebant. *Osvaldus Gabelchooverus.*

Quidam difficulter spirabat, anhelosus erat, macruerat, omnes accusabant pulmones, aperto cadavere, nil commemorabile in pulmone repertum est, cor [quod admirabile est] masculi capitis magnitudinem adæquabat. Adeò increverat, ut omnis sanguinis & spiritus, eò facta sit *επιση* & *συνδρομη*. *Guil. Ballonius, lib. 2. Epidem. & Ephem. pag. 144.*

Filius Dom. ab *Halzruvelt* à commotione cerebri post casum Asthmaticus factus est: Tandem novo incidente catarrho in pulmonem, decessit è vivis. Cadavere inciso Pulmo ubique pituitosis & viscidis humoribus oppletus repertus. *Fabritius Hildanus centur. 1. observ. 11.*

Clarissima Domina de la Roquette sexagenaria, pinguis admodum & obesa, vitam agens sedentariam, à xv. annis dispnæa laborare cœpit, quæ paulatim incrementum susceperat, ita ut jam scalas ascendens in tertio vel quarto quoque gradu quiescere cogereetur; Circa principium Januarii 1642. cum iter faceret in aère austriano & pluvioso, subito correpta est catarrho, partim in pulmonem, partim in mandibulas delabente. Inde aucta est difficultas spirandi, & tumor apparuit in gena dextra, tum mandibulæ ita erant coarctatæ ut iusculum tantum sorbilare posset. Corripit solebat per intervalla, jam à multis annis, Erysipelate tibie sinistrae, quod sæpè exulcerati consueverat, & ante hujus catarrhi invasionem etiam apparuerat cum ulceratione insigni: Vocatus ad eam octava die morbi, inveni Pulsum admodum inæqualem & tertiam vel quartam quavis pulsatione intermittentem, cum difficillima respiratione. Unde conjeci grave esse malum non solum in pulmone, sed & in corde, aut vasis cordi proximis. Quod prognosticum certius reddebatur, ex eo quod ulcus Erysipelatis

subito ac derepentè exsiccatum fuerat, juxta Aphorism. 25. 6. Præterea resoluta paucis diebus genæ tumore, mandibulæ nihilominus clausæ permanserunt, tumque apparuit illam constrictionem mandibularum, à musculationum eas moventium convulsione pendere: xv. morbi die matutinis horis dexter oculus clausus apparuit, altero aperto existente, quod contingit ex palpebræ paralyti, quæ graviolem affectum minabatur, qui eodem die post meridiem contigit, scilicet Apoplexia levis, à qua intra duas horas aliquantulum resurrexit, sed media corporis pars, sinistra nimirum, reddita est paralytica; Et triduo post, sensim fatiscens viribus, extincta est. Toto morbi decursu nulla tussis difficultatem spirandi comitata est, neque stertor, nisi per unum diem ante interitum.

Aperto cadavere, Lien repertus est putredine affectus, ita ut levi compressione in frustra discederet. Pulmonis substantia livida, & humore aqueo perfusa, unusque illius lobus, ad sinistram partem situs, pituita putrida & purulenta refertur. Cordis ventriculus dexter parte interiori membrana denudatus, putridus & exulceratus apparuit, ut illius fibræ carnosæ, summis digitis contractando, in frustula secederent: Auricula dextra solito major apparuit, & omnino referta substantia quadam carnosa, partim rubra, partim nigricante, sanguini concreto simili, quæ tamen manibus dividi non poterat; Hos duos affectus, auriculæ nempe & ventriculi dextri, puto causam fuisse tantæ Pulsus inæqualitatis & intermissionis, dum Cor rem sibi molestam excutere tentans, variis motibus quateretur: Unde Pulsus naturalis interruptio atque interceptio ciebatur. Spirandi verò difficultatem à Pulmonis infarctu ortam esse satis manifestum est. *Riverius cent. 2. Observ. 77.*

Illustris Cardinalis Caetanus post fonticuli in crure dextro occlusionem, quatuor à mensibus afficitur respiratione præter naturam, celeri frequenti, instar eorum qui vehementer sunt moti, major tamen in inspiratione quam in expiratione difficultas occurrit, cui immensa sitis, faciei calor & vigiliæ connectuntur: quod expuitur exiguum est, falsedinis non expers; febris quoque lenta comes est. In spatium trium mensium ad ultimum vitæ exitum est deductus.

Sexto cadavere inventus est Pulmo vesicis plenus, quibus apertis aqua exhibat flavum colorem referens. *Lelius à Fonte Consultat. 8.*

L. Rochalsinger per multos annos asthmae & tussis laborans, tandem extenuatus obiit: In ejus cadavere (præter hepatis, lienis, aliorumque viscerum obstructionem ac scirrhositatem) in pulmonis substantia lapidem prædurum inveni: præterea hinc inde per pulmonis substantiam, præcipuè circa ramos tracheæ arteriæ Tubercula plurima ex viscida materia in scirrhos concreta reperiebantur: In pectore quoque & pericardio multum aquæ innatabat, &c. *Fabritius Hildanus cent. 2. Observ. 29.*

Srenuus Nob. G. à Sebottendorff per plurimos annos ferè semper decubuit, stans horis omni carens spirandi facultate, nec ulla ratione convalescere potuit: sed tandem fato concessit.

Aperto post obitum cadavere, inveni peritonæam satis putridam, ventriculum penè inanem, omni chylo destitutum, nec ullam aliam humorosam in se continentem materiam, & consequenter occlusum quasi ac parvum: Intestina nullo repleta excremento: Hepar corruptum, maximè in illa parte ubi à costis tegitur: Splen in sinistro latere suis ligamentis fuit solutus, duplicatus quasi, ac ex omni parte semiputridus: Inciso vel aperto diaphragmate, dum perveni ad pulmonem, massam admodum induratum, coadunatam essentia pulmonis, & ingenti copia lapillorum refertam, plenis manibus extraxi: Pulmoni adeo

ni adeo adnati fuerunt sui lobi, ut nullum illi motum communicare potuerint: Tracheæ arteriæ & Gulæ tantum adipis (à pinguisimis haud dubiè carnis sæpiusculè ingestis contracti) indurati adhæsit, ut non modò beneficium spirandi & respirandi crebrò desideraverit, sed paucos quoque dies ante obitum cibum assumere nequiverit, solo potu sustentatus; Et faciliè credo si diutius supervixisset, illum inedia, periturum fuisse: Cæterùm externam mihi causam talem reulit. Ex Italia rediit, cum ægrotare incepisset, imperitum Chirurgum in consilium adhibui, qui post primum statim intuitum audacter asseveraverat illum infectum morbo (lue ven.) quo tamen haud unquam laboraverat: Præparavit itaque unguentum ex argento vivo, nunquam s. a. extincto: Adhibita inunctione, in dies magis ac magis, ob efficaciam penetrationis & resolutionis quæ est in hydrargyro, pejus sese habuit usque ad finem vitæ: Causam ergo nullam aliam extitisse iudico, quàm quod argentum vivum in ipsam essentiam pulmonis, propter raritatem ac viscositatem ejus, infederit, ac in minutissimas postea dissolutum partes quantitate sit adactum. *Schenckius ex M. Joh. Fabri observ.*

Mulier Romana 35. annorum per plures annos inappentiam passa, cum tussi sicca & spirandi difficultate, cum frustra variorum medicorum auxilia tentasset, tandem moritur.

Difsecto ejus cadavere, ventriculi fibræ omnes nigrae duræque repertæ sunt: Tres verò pulmonum lobi adeo durati, ut potiùs tophos lapideos quàm carnem omnibus videntibus ementirentur; Lien ipsius ovi gallinæi magnitudinem non excedebat. *Ex Observ. Petri Sphererii Medici Florent.*

Puellum secui cujus Pulmo iusto major omnem cavitatem totius thoracis replebat, & latera illius velut inflatus attingebat: Erat duorum saltem mensium, & si diutius illum vivere contigisset, Respiratio illius qualis futura fuisset sanè ignoro: hærebam quidem annon ex ultimo respirandi per agnem conatu, dilatari ab aère inspirato Pulmo ita potuisset, & post mortem per aliquot temporis spatium talis permanere: Unde etiam aliàs cadaveribus spuma circa os & nares continuo etiamsi abstergatur, colligitur cum manifesto aëris per bullas egressu; veram tamen ipsius parenchymatis eam magnitudinem fuisse inde constabat, quod licet compresso multoties pulmone, ut sèr si quis ibi crassior detineretur, expelleretur, priorem tamen magnitudinem ille semper retineret: Visus tum mihi sum videre quomodo Ferdinando Imperatori, & aliis, Pulmo thoraci adhærescere potuerit, per pituitam scilicet glutinosam, quæ gypsea postmodum fuit reddita. *Phil. Salmuth. cent. 1. observ. 22.*

Maji 3. 1676. aperui cadaver juvenis 22. annorum, qui ante annos octo, dum calebat maximè ex cursu, frigidam postquam sumpserat, plenitudinem contraxit, quam neglectam, nullà institutâ venæ-sectione, secutum asthma grave cum purulenta & sæpius sanguinea expectoratione: dolor circa lumbos gravissimus, qui nephritidem semper mentitus, melancholicus semper.

Vesica fellea exigua valdè, insigniter crassa, lenta materia repleta, ubi attingebatur satis dura, nigerrima hæc materia, interior crassa crassa etiam, & faciliè separabilis instar tunicæ specialis, nigerrimi etiam tota coloris: Hepar maximum, ultra Lienem, satis validè ope ligamenti transversii, eo usque se extendentis diaphragmati cohærebat, tuberosum valdè, & satis ubique scirrhum: Ren uterque integer, Lien etiam circa dorsum diaphragmati nectebatur: Venter totus tumidus aqua obscuri coloris, lenta: In Thorace uterque Pulmo inseparabiliter totus collis cohærebat, maximè circa vertebra-

rum corpora, usque ad diaphragmatis inferiora, ferè consumptus: In Pericardio ultra 3xxx. aquæ limpidissimæ, dulcis satis saporis erat, unde valdè extensum: Hoc remoto, cor & auricula dextra insignis magnitudinis se offerebant: Ligatis omnibus aliis vasibus, ex aperta auricula, & ventriculo dextro eduximus sanguinis fluxilis, lentæ pituitæ, cruorisque nigerrimi plusquam 3xx. *G. Blasius observ. Medic. 19.*

Filius Mercatoris quinque annos natus, cum malè educatus fuisset à nutricibus, inter varia symptomata hoc præcipuè pati solebat, ut cum curreret, aut vehementius moveretur, spirandi difficultate laboraret; Tandem 3. Julii cum ab exercitio multum incaluisse, incidit in tussim cum difficultate spirandi & febricula, cum alvi fluxu mediocri, in quo flava, pituitosa, & aliquando subviridia apparebant: hæc tamen symptomata adeo levia erant, ut de vocando Medico parentes non cogitarent, sed à Pharmacopæo admotum fuerat vesicans posteriori cervici: Die quinta morbi vocatus ego, eadem invenio symptomata, ex quibus fluxionem conjiciens in Pulmonem, cum metu peripneumonice, V. S. præscribo, quæ facta non fuit, quia vena non erat conspicua, sed cucurbitulæ scarificatæ statim fuerunt admotæ, & julepus pectoralis refrigerans exhibitus: Hæc circa meridiem fiebant: at hora 3. vespertina subito æger correptus est leipothymia, à qua brevi excitatus est: postmodum verò pulsus apparuit parvus, languidus, frequens & pulsibus morientium similis, venter admodum tensus & dolens, respirandi aderat summa difficultas & situs inexplebilis: multa frustra usurpata, sed æger continuo in pejus ruens media nocte interiit.

Aperto cadavere, partes naturales benè constitutæ apparuerunt, nisi quod cystis fellea grandior & humore nigricante referta erat: Sed pulmonis pars sinistra diaphragmati hærebat ita firmiter, ut separari non potuerit, unde difficultatem spirandi ex parte provenire censuimus: sinistra verò cordis auricula, solito amplior, referta erat materia crassa & compacta, omnino alba, laridum coctum referente, quam subitanæ mortis causam fuisse censuimus, cordis ventriculum sinistram suffocando & illius ventilationem impediendo. *Laz. Riverius cent. 1. Observ. 83.*

Anno 1646. apertum est cadaver Walonis annorum 50. qui diuturno & miserando asthma attritus & enecatus erat: Deprehensus est pulmo planè exanguis, ejus parenchyma, omnesque spirabiles meatus infecti, impleti & insuccati crassa viscida pituita, concurrentibus multis parvis vomitibus in ipso parenchymate: Adnatus erat in utroque latere adeo pleuræ firmiter, ut vix multa manuum vi posset avelli: color erat pallidus, luridus, ita ut omni robore ad excutiendam materiam destitutus fuerit, nullaque ventilationis cordis erat opportunitas: quoniam manifestæ spirabiles viæ asperæ arteriæ, arteriæque venosæ, planè erant impletæ & angustatæ copia materiæ, quæ causa tandem calorem vivificum cordis, retentis fuliginibus, oppressit & extinxit. Causam tanti mali prava diæta, indeque debilitata viscera naturalia possidebant: quippe ipse ventriculus parvus languidusque existeret, ac tenuissimæ substantiæ: Omentum planè erat extenuatum & omni pinguedine expoliatum: Hepar pallidum & satis exile, quæ attestabantur nec primam nec secundam coctionem satis officio functas fuisse. *Otto Heurnius Histor. 9.*

Famula cujusdam pistoris, quum die quadam lixivium ad linteamina mundanda pararet, factum est ut inter loquendum, capite in ahenum forte pro no, ore hians vapores lixivii elevatos confestim imprudenter intra præcordia receperit, à quibus

innox pectoris angustiam sensit, quæ ad septennium usque duravit: Ego, quam paupercula esset, ex pereantibus fortè desillationibus hanc angustiam autumans, pilulas ex Aloë rosat. lambitivum & sudoriferum præseribo, à quibus nonnihil levaminis accepit: Haud pauco interjecto intervallo, cum fortiora à me remedia quæreret, pilulas illi fortiores & alia præscripsi, à quibus nonnihil opis perferret, sed non diu. Tandem desperabunda usum remedium omninò neglexit, hinc angustia hac magis magisque negotium facessente, contigit nocte quadam, cum bene saturata de mensa cubitum pergeret, ut tanta pectoris angustia corripeteretur quæ suffocationem & interitum produceret.

Corpus aperuimus, pulmonemque colore livido, ad nigrum vergente deprehendimus, absque tamen omni labe, ipso etiam dissecto post asperam arteriam secundum longitudinem dissecuimus, & ecce, quam propè meatus Pulmonum, caruncula quamplurimæ nigra, in modum parvarum glandularum, fabarum & pisorum magnitudinem nunc æquantes, nunc excedentes invenire sunt, quæ Pulmonum meatus replendo, externo aëri introitum & fuliginibus exitum impediabant: Hæc præterea diminuta menstruorum fluxione laboravit quæ fortè angustiam hanc nonnihil auxit. *I. Bilgerus apud Gr. Horstium Tom. 1. p. m. 142.*

Benjamin. de Clerck cadaver postridie à morte, die Augusti x. 1637. apertum fuit, & deprehensum est latus thoracis dextrum humore aquoso subrubente, sed non foetente, repletum, ita ut sex. æquaret: Lobi Pulmonis ibi erant omninò flaccidi, dimidiam naturalem magnitudinem obtinentes: Vomicae in iis existerant parvæ quatuor, & una magna ad asperæ arteriæ divaricationem, sed liberè fluctuabant lobi, nullis villis pleuræ annexi: sinistrum latus thoracis vix effatu dignum humorem continebat, ibique pulmo in naturali erat constitutione, sed colore paulo pallidior. Pericardium cordi erat firmiter annatum, ita ut digitis ab ipso sine dilaceratione separari non posset. Substantia ipsius erat potius carnosa quam membranosa, & sextuplo naturali crassior: Cor omniaque ejus vasa nigro liquido sanguine repleta erant: In abdomine libræ duæ tantum aquæ rubicundæ continebantur: viscera naturalia omnia erant integra, excepto omento, quod marcidum nigricabat, & folliculo fellis, in quo tres erant calculi, quorum major castaneæ majoris habebat magnitudinem, & figuram triquetram in pyramidale fastigium extensam: Duo reliqui phaseoli erant magnitudinis, sed figura planiore, & angulosa ac triquetra ferè: Omnes erant tephacei, leves, exterius nigricantes, interius lutei & mediocriter solidi, sed non aded ac renum aut vesicæ calculi esse solent: aquæ injecti non natabant, ut multi scribunt, sed subsidebant: nec dissolvebantur aut aquam colorabant: In eorum majore apparebant circuli corticales sibi insidentes, ex agglutinatione sensim facta, sicuti in vesicæ calculis per agglomerationem & adhesionem contingere solet. *O. Heurnius observ. 6.*

Fuit Ingolstadii vir doctus, qui quod incautior esset in victu, & studiorum graviorum occupationibus detineretur quotidie, raròque exerceretur, sensim in cachexiam incidit, quæ hypofarcam in propinquo esse denunciabat: Sollicitus de salute, me & plurimos consuluit: Etsi autem venter, qui prius subtumidior videbatur, factis purgationibus convenientibus humorum mole sublevaretur, tamen spiratio difficilis tam non diminuta est, ut etiam sensim augetur: Itaque cum diu hæc affectio protracta esset, tandem hic vir optimus suffocatione perit, cujus demortui thoracem cum aperiremus, aqua sanguinolenta esse omninò plenum, ita quidem ut ea exempta, libras quatuordecim exæquaret: Ex

qua frequentem apparere hunc hydrogem, si modò advertatur, conjici facile potest. *Ex Oribai Observationibus.*

Uxor Nobiliss. N. initio Februarii anni 1616. eam spirandi difficultatem sensim incurrit, quæ tandem evidenter gravis, crebra sublimisque esset & cum erecta cervice, sed inæqualis; de nocte scilicet plurimum, sed diversis horis ingravescens, modò prima vigilia, modo 2. aut 3. pro vario canæ pruinæ casu, at de die remittens de sua vehementia: Huic difficultati palpitatione cordis sese adjunxit, ut pulsus non admodum depravaretur, sed increbresceret tamen & minueretur admodum, aded ut in æmâ paroxysmi proflus in brachio sinistro delinqueret: Quartana Nobilem mulierem magnam superioris autumnii partem detinuerat faris, vehemens illa quidem, continua siti urens, & ad frigida potum largum & frequentem quotidie cogens: Superiores hyemes totas coryza tussisque negotium exhibuerant, sed hoc tempore acrius infestare cæperunt: Prurire quin etiam erubescereque præter modum nares patetque confines, ac sanguis ex iisdem grumolus sæpe stillare, uti & in morbi decursu pustulæ aquosæ os fædere, & aqua ex dormientis ore continuè disfluere, denique caput gravari & sternutatione frequenti concuti: Cum igitur aded manifesta essent capipleniæ & catarrhi in pectus indicia, atque propinato medicamento phlegmagogo gravis illa dispnæa tantum cepisset levamentum, ut ægra hanc per domum, propè sui jaris facta, posset, ecce derepentè tertio die, sub crepusculum & primam vigiliam, dispnæa ingravescere aded vehementer cæpit, ut suffocationis periculum penè venerit: Exinde dispnæa, & præsertim de nocte gravior non destitit opprimere, sed ita ut per insignes temporum mutationes valdè semper augetur ac propè suffocaret per aliquot dies, deinde verò mitius, sed premeret tamen: Febris interea non dare quietem, eisi levis admodum, sed tamen siti vigiliisque ferè perpetuis comitata, Lingua autem nigra quidem, non tamen arida, & urinæ perpetuo decolores, h. e. aquæ, feri lactis, sed non exquisitè depurati instar, & sedimento carentes, nisi quod aliquando purulentum quid in imo subsideret; Cum hic status rerum esset toto quadragenario, vomitus inde urgere cæpit, & de nocte ferè quotidie, non solum assumptorum ciborum, sed & aquæ sinceræ, cui, quanquam non cessant, sese post ostiduum diarrhæa etiam aquosa & diuturna sese adjunxit. Notandum ab initio ferè morbi universum caput cachexiam evidentem præ se tulisse, abdomenque, sed præcipuè hypochondrium dextrum, dissentum apparuisse, & maximè pedes, qui sedenti præsertim aded immanem in modum intumescabant, ut aqua per cutem qua tralucere videretur, nedum fluctuantem eam tactu deprehendere erat: Ad hæc accessit circa deliquium Lunæ Maji initio, soporosa affectio & insolens, quæ apoplexiæ aut lethargi non inanem metum mihi injecit, nam vix exacto dimidiato die apoplexia gravis & lethalis ingruit.

Dissecto cadavere Cerebrum universum aqua totum persusum repertum, & thoracis dextri spatium magna vi aquæ dissentum: quin etiam nonnihil aquæ in imo abdomine collectum repertum: Apparuit præterea substantia Hepatis, & utriusque Renis, omninò decolor & albida: Pulmones ipsi retorridi & multo purulento tabo prægnantes reperti, alterque è pulmonibus ferè torrefactus & corruptus totus inventus. *Carolus Piso de morbis à Sero sect. 3. cap. 7.*

Nobilis N. temperamento impensè calido, & annorum aliquot supra 80. sensim gravi spirandi difficultate opprimi cæpit, & ea quæ de nocte potissimum negotium exhiberet, scilicet cum primùm somnus eum de more teneret, tū de subito suffocatio, somno in-

no interrupto, senem excitabat, ut invitus è lecto surgere & simul ad fenestras cubiculi confugere, liberioris aëris naribus apertis captandi gratiâ cogere: Videre erat senem inflammata facie spiritum ex alto citantem, scapulis palpitantibus, & nullibi locorum consistentem placidè, & vel rigidiorè hyeme ab omni foco maximè aversum, imò dio sese ultro exponentem, ab ea tamen angustia sensim sine sensu, die procedente liberiorè fieri, præsertim post meridiem, sed succedente somno iterum affectio recurrebat & urgebat pariter optimum senem: Jam autem unum & alterum annum ita mirè suspiriosus vixerat, ut animam in dies, aut potius in noctes agere videretur: Medicis, quos ille consuluerat, aliis Incubum, aliis Santicum morbum opinantibus, sed tandem morte non immatura excessit è vivis.

Chirurgus mortuum dissecans reperit pulmonem præcordiaque in plurima aqua septis thoracis interclusa innatantia. *C. Pijo ibidem cap. 7.*

Reverendus N. primo autumnii frigore, febre & catarrho in pectus decumbente correptus, exactis sex septimanis circiter utcumque revaluit, sed die natalis Domini aquilonia tempestate desubito sævientè, cum sacri pervigilii celebrandi causa, media de nocte domo exisset, ab horrore longe in febrem rursus ac dispnoeam gravem incidit, quæ somnum arumperet, nec nisi sedenti & erecto spiritum ducere permitteret: Ego tum insignem in hypochondrio utroque, sed præsertim dextro, tumorem, febrè vehementi conjunctum cum deprehendissem, non aliam, ut ingenue fatear, dispnoeæ causam sum suspicatus, quam evidentem illam diaphragmatis compressionem à distentis nimium visceribus.

Sed in demortui cadavere, 60. die à recurso febris, præter hepar tumidum, induratum, retortidumque, & pomicis instar hiulecum ac potis distinctum, universum thorax aqua pura plenus inventus & in stupenda copia. *C. Pijo de morbis à sero cap. 7. sect. 3.*

Vixit in aula Imperatoris *Marchio de Finali*; Is per omnem ferè ætatem prospera usus valetudine, robusto & procerò corpore, circa extremum, ultra 50. annum, multis & variis affectibus consuetus fuit, nunc catarrhis, nunc scotomia, nunc melancholia, nunc pedum inflatione, nunc hydropsis suspitione, postremo etiam dispnoea: multa tentata remedia, sed calor naturalis actuare ea nequivit; ita respiratione intercepta, cum nequicquam expueret, suffocatus obiit, cubans ut plurimum in sinistro latere.

Dum cadaver exenterabatur, in ventre inferiore nihil vitii conspectum fuit, sed pectoris sinistra cavitas aquâ purpureâ referta fuit, lixivio substantia & colore simili, qua spongia exhausta, apparuit in pulmone ulcus grande cum cineritio ichore: dextra pectoris cavitas naturali formæ per omnia respondebat. *Ex Joh. Aicholtzii observationibus.*

Sutor nostras anno 1586. Vir annorum 30. apertus fuit, pituitosus, hydrope ratione asthmae causato perit; Is antequam tumere venter inciperet, in regione dorsi latere dextro, tumorem habuit carnosum, non recedentem à colore cutis, quem Tonsor cultello incidit, quo aperto, nihil nisi aqua effluxit per aliquot dies, post modum vulnus curatum fuit: Sed cum tussi vehementi divexaretur, pedes cum ventre tumere inciperent, dispnoea adesset, Medicorum consilio usus, tandem & meo, exhibitis iis quæ videbantur ad morbi curationem palliativam potius facere, per certa intervalla melius habere cepit, mox recidivam passus perit.

Abdomine aperto, quatuor vasa ænea tonforum aquâ repleta citrinâ effluxere: Viscera omnia in abdomine contenta satis commodè habebant, solo

omento excepto: Diaphragma verò non ab hepate sursum comprimebatur, sed à materia in thorace contenta prætermo dum deprimebatur: Thorace aperto purulentæ materiæ vasa tria ænea repleta effluxere ex latere dextro, cujus lateris pulmo totus in pus abierat, sinistro integro persistente & satis commodè se habente: Hinc asthma, hinc tussis, hinc hydrops, ex pulmonis ulcere dependentia omnia. *Gasparus Baubinus de Observat. propriis.*

Vir temperamenti laudabilis, ann. 32. cum ali-quandiu potationibus nimis indulisset, præsertim vino Gallico stillatitio, paulatim in gravia incidit symptomata; Dejectus ciborum appetitus, adaucti dolores hypochondriorum, maximè sinistri, anhelius difficulter reciprocatus, urina cum redderetur, turbida & pauca: sanguis scorbuticus, supernè viridis, glutinosus, serum ejus multum & quasi crocotentum, somnus vel parcissimus: occursum fuit tot malis sanguinis missione repetita, emetico, cathartico, vino medicato & per epicrasin operante, diureticis, anti-scorbuticis chalybeatis, aliis. Incausam universa: invaluit violentissimè asthma & dolor sinistri hypochondrii, quibus tandem succubuit, & corpus suum post fata Anatomicorum ferro obtulit.

In aperto cadavere questum statim hypochondrium sinistrum, ubi mox in conspectum prodit Lien, iusta magnitudine quadruplo auctior, durior naturali temperie, & nigra quadam amurca hinc inde distentus, cui vicinissima costa suprema notha, & illa vitiosè distorta labem affricuerat. Intestina superiora lividiuscula, & gangrænam minantia in aquis turbidis natabant, verò hydrops abdominis argumento: Hepar tamen cætera sanum, nisi quod iusto durius esset; In pectore novus se calamitatis tons aperuit, enim verò & pulmones parvi, exsucci, flaccidi, & si ultimos margines excipias, semiputridi, aquis sædis copiosisque innatabant, & quod stupori proximum, pericardium ita ampliatum distentumque, ut tres libras, & quod superat, aëris turbidique liquoris sinu suo complecteretur: Acrimoniam confirmabat non tantum astantium & degustantium lingua, sed & miseri cordis externa facies, quippe non modo membrana cordis propria absumpta erat, sed & exterior earo cordis, ab humoris illius vi profundè exesa, in lacinias & villos carneos putrescentes abierat, reliqua substantia interiori contracta, flaccida & marcescente. Idque eo magis mirum, quod de cordis dolore ager nunquam conquestus fuisset, sed tantum de Asthmate & hypochondrii sinistri dolore: Credibile ipsam cordis carnem sublata membrana vestiente, non esse admodum sensilem: Incumbebat vivus dextro hypochondrio ægerimè; sinistro facilius, ideo haud dubiè, quia incumbens dextro lateri, pondere illo gravissimo vastissimi henis, sentiebat intestina affecta gravari: contra sinistro incumbens, ab hepate sano nullum adeo doloris sensum percipiebat: Quia autem pulmones, & ab aqua in cavitate pectoris hærente, quæ ad 1v. libras excreverat, premebantur, & ab amplissimo illo distentoque humore pericardio, hinc asthma illud intolerabile profectum: Ita in uno corpore juvenili, & hydrops abdominis deprehensus, & pectoris & pericardii, mala quæ vix ipse curasset Æsculapius. *Olaus Berrichius in Actis Medicis Th. Bartholini annor. 1671. & 1672. Observ. 89.*

Filiolus Nobiliss. Comit. circiter decem menses natus, antea satis sanus, eodem morbo obiit, postquam ille per 4. aut 5. dies tussi cum febricula laborasset, subitò deterior factus, respiratione crebra & laboriosa, lingua sicca, magna inquietudine & jactatione totius corporis afficiebatur: quibus symptomatis ferè continuo instantibus, intra biduum extinctus est.

Cada;

Cadavere aperto, viscera imi ventris sine culpa, Thorace inspecto pulmones sanguine stagnante infarcti, discolors, scilicet purpurei, inque multis locis nigricantes apparebant: erant tamen abscessu, tumoribus, aut ichoris suffusione satis immunes, ut illorum affectio febris productum potius quam causa videretur: Dum verò hanc, & lethi aded subiti occasionem sedulo rimamur, tandem corde dissecto, in sinibus ejus Polypi ingentes, concretionibus adiposis similes, inque omnes arterias exporrecti, earumque cavitates obstruentes reperiebantur: Novi insuper ante aliquot annos, puerum salum triennalem, propter eandem causam morbificam subito, ac ferè improviso diem obiisse. Quin etiam suspicari fas sit plurium aliorum morbos, aut mortes vulgo dentitioni, aut lumbricis imputari solitas, à tali cordis affectione procedere. *Ballonius Epid. & Ephem. l. 2. p. 144.*

In famina quadam diu asthma, & cum cordis palpitatione consistente, tandem cardiaca Syncope interempta, corpora, sive puitosa, sive fibrosa, ulnæ longitudinem superantia ex aorta extraxi. *J. Jac. Wesperus Exercit. de Apoplex. p. 197.*

Ne semper eclegmatis, bechicis, aliisque ad asthma & pectoris morbos conducentibus remediis operam suam ludant Medici juniores, dum iis æger abatur respiracionis difficultate pectorisque angustias laborans, narrandum videtur quod anno 1669. mihi oblatum est rarius circa id morbi genus phenomenon: Obierat mortem post longas paulatimque auctas pectoris angustias respirandique molestias. Vir quidam annorum 45. Tussis nulla, nullæ inflammationes adfuerant, omnis denique symptomatum caterva, quæ stipare solet pectorales illas ægritudines abfuerat, & tamen respirandi difficultas de medio sustulerat ægrum.

Simul atque ventrem inferiorem dissecuisset culter Anatomicus, objecit se corpus quoddam, ea constans tunica spissitudine quæ solet esse eorum petasorum quibus nostrates à capite arcent cæli injurias: Continebat autem aquæ insipidæ, nisi quantens eam faetor corrupuerat, uncias circiter 40. Innatabant aquæ filamenta quædam oblonga, quæ digitis contrectata etiam in latitudinem quandam deduci poterant: Locus unde corpus istud enascebatur, erant eæ lomborum vertebræ quibus bini diaphragmatis processus implantantur: Quod diaphragma tanto versus pulmones compellebatur vehementius, quanto in dies capiebat incrementa majora corpus hoc, tam importano loco succrescens: unde respiratio reddebatur primò difficilis: deinde coarctatis nimium pulmonibus, etiam impossibilis: Ita ut mirum non sit hominem, non alia vexatum ægritudine, præclusa respirandi facilitate reddidisse animam. *Theod. Kerkringius Observat. Anat. 89.*

Abrah. Clef Montbelgardensis Bielæ incolæ, hydrocephalo olim sub cura mea liberatus, anhelosus cachecticus, sæda crurum & pedum scabie conspurcatus, erysipelati phlegmonodi aliquando obnoxius, die 7. Januar. 1657. Nidavio benè potatus rediens, flante oriente & rigido cælo frigit, & calidum domi ingressus hypocaustum, circiter horæ quadrantem post fornacem dormivit: Expergestus surgit, cadit stupente lingua & latere sinistro: Edormitâ crapulâ sequenti die melius habuit, sed cum à vino sibi non temperasset, vespere sensit insignia circa umbilicum tormina cum dysuria: Accessit die 29. in dextro hypochondrio dolor punctorius cum spirandi difficultate, solita majore tussi sicca sine febre: Detractus sanguis cute flava obductus erat, circumducta aqua citrina: A die quarta ad mortem circa clavículas obauctebatur insignis ebullitio & strepitus materiæ crassæ in trachea sursum & deorsum

agitata, non expectanda. Die 7. pulsus febrilis factus est, supervenit loquax impedimentum, tussis suppressio, inquietudo: Diei nonæ hora 5. vespertina obortus est sudor calidus, universalis, copiosissimus, & post lesquioram mortuus est suffocatus, spumante ex ore pituita.

In aperto cadavere nullam inveni vesicam urinarum, Hepar & lienem habebat amplissimum, Fella vesiculam ovi asserini magnitudinis, plenam; Abdomen pinguedine refertissimum: In thorace Cor erat maximum: Pulmo sinister tertia manus palmæ parte nec major nec crassior, sed aliquanto dextrum superans, extravasati sanguinis, phlegmati confusi cochlearia ferè tria continens (sonitus in respiracione causam) color utriusque pulmonis diversus erat, subalbus, ruber, viridis & sublividus: inter utrumque cernebatur Mediastinum merè adiposum, 4. digitorum transversorum latitudinis: ipsa pleura undique tanto tegebatur adipe quantum ad implendum thoracem imminutis pulmonibus, sufficiebat: Quæ omnia in vitæ cursu & morbis contingentium symptomatum rationem patefecerunt aperitissimam nempe conformationis vitium sola Anatome detegendam, *J. Nic. Binningerus observ. 34. cent. 2.*

Anno 1595. cum Sereniss. Ernestus Archidux Austriae, Prorex Belgii, vehementer frigida aëris constitutione domum reverteretur, in arthritidem, ut sæpè solebat, incidit; qua cum per aliquot dies detineretur, accessit capitis dolor, destillatio in pectus, mox febricula, cum nausea, vomitu, cibi fastidio, ac dolore ad ureteres, cum mictu laborioso & stranguoso. Visum fuit Medicis tum ratione dolorum, tum febris, tum nephritidis, cujus non obscura signa aderant, non aliud commodius ac presentaneum remedium, nec citius ac securius esse V. S. quæ adhibita fuit; à qua levius visus fuit habere, quanquam id sine ratione Medicis visum fuerit, cum urinæ albæ, perspicuæ, ac tenuissimæ forent, ac omni sui ratione calculus esse videretur. Itaque cum perseverarent ureterum dolores, vomitus ac meiendi difficultas, propinatum est oxymel cum contemperante syrupo, quo hausto per aliquot dies, calculum exclusit album, rotundum, à quo dolor abfuit, & meiendi difficultas, sed non vomitus: Cum verò ex eo Medici & alios lapillos esse suspicarentur, cassiam dedere cum speciebus hieræ, à qua bis terve, sine ullo incommodo, multa pituita tenaci levatus est, sed persistit vomitus cum nausea, ac urinæ omninò limpida: nocte non benè dormite, non quiescere poterat, anxius ac circum præcordia oppressus: fluxit præterea sanguis ex naribus, non multus, albidus & serosus, ex quo Medici desperare cæperunt; Consilium tamen fuit clysteribus ac levibus vomitoriis, sursum deorsumque humorem peccantem ducere, revellere, retrahere, sed imbecillitate, ita ut interfectus videretur, myurus, mox capillaris, tandem sine pulsu, quo cum per bi-duum vixisset, esse desit 20. Februarii, (initium ægritudinis 15. Januar.)

Quo jam vitâ defuncto, cum corpus dissecaretur, in conspectum venire, pulmo, cor, pleura ac septum vi retracta, ac in angustum coacta hepatis mole, & ventriculi, septum quasi superantia: Pulmones nigricantes, sine ulcere quidem, sed digitis compressi tabum quoddam reddidere; cor integrum, sed inæquali figura præditum; Hæc in superiore ventre, inferior talis erat: Mesenterium valdè pingue, Hepar multo maximum in uno lobo livebat: Renam uterque magnus, durus, colore livido: in dextro pustulæ, phlyctænas esse diceret; sinister, præterea dicta, in acuta cuspe, ulcus cavum

cavum habebat, nigrum & cum *εξαρτικόν* esse videretur, non immerito cancer esse videbatur: Aderant in cavitate fragmenta calculi & majores arenulae multae, ut videretur aliquis calculus egressus in ureteres delituisse, Et vesica putrida, fetens, livida &c. *Sebenckius lib. 3. p. m. 440.*

Hoc anno circa finem Janu. mortua matrona quaedam, vidua N. per triennium asthmae periodico detenta: hanc humi sedentem, erecta cervice respirantem, pedes & ventrem tumidam biduo ante mortem, cum ordinario alius Medico D. D. Schilpachero, visitavi. Cum adstantes vomitorium urgerent, nos verò summam virium prostrationem & extrema instare adverteremus, timendo ne in ipsa operatione medicamento agra deficeret, illudque ac si eo strangulata fuisset, nobiscum diffamaretur, postulatum cautè declinavimus, alia praescribendo: Avidus filius sciendi unde haec Dyspnoea, aperiendam concessit.

Dissecto itaque thorace, ubi omnes alius Medici veram sedem figunt Asthmatis in Pulmonibus, nil neque viscosi, neque serosi, neque impacti quicquam in illorum bronchiis observavimus, sed bene constitutos ac laudabiles invenimus, praeterquam quod exiguis fibrillis hinc inde, imprimis in dextero latere pleurae adnexi haeserint: In hoc tamen non acquievimus, cum vitium illud à prima conformatione videretur, ipsa verò à triennio demum asthmae: Continuavimus itaque sectionem, ventremque, qui, ac si hydropica fuisset, distentus erat, aperuimus, sed remotis integumentis ne gutta effluxit aquae, intestina verò omnia, imprimis jejunam mirè inflata, distenta & tota vacua conspecta: Lien bonus, ut & Hepar laudabile: vesica fellea magna, aperta nihil continuit bilis, sed lapidem inclusum habuit magnum inaequalem, pondere quatuor drachmarum officinalium: *Carolus Raygerus Observ. 11. Miscell. curios. anni quarti.*

Vir Nob. dolore hypochondrii dextri per plures annos conflictatus fuit, cum ventriculi & diaphragmatis compressione. Initio, cum degeret in agro Pictaviensi, hic dolor pro colico, huic regioni vernaculo, à Medicis judicatus fuit. Ex remediis parùm utilitatis habuit: postea Lutetiam se contulit celebrioresque urbis Medicos advocavit, quorum iudicio abscessus in Hepate genitus dicebatur, variaque absque emolumento exhibita: Ego sub finem morbi & vitae vocatus, inveni ipsum gravi Dyspnoea laborantem, & dolore hujus lateris & abdominis ita vexatum & compressum, ut neque in dorsum nec in latus posset recumbere, sed cogeretur residere in lecto, & pro doloris gravitate & vehementia ipse dirumpi sibi videbatur, tandem atrocibus hisce doloribus confectus extremum obiit diem.

Aperto cadavere, Hepar magnum multis abscessibus refertum inventum est, & materia quadam indurata, vitellosque ovorum colore referente repletum. Pancreas erat admodum ingens: Ren erat luxatus & à suo loco dimotus, propellente scilicet ipsam paulatim deorsum Pancreatē. *Cauterius Observ. 2.*

Nobilis vidua per multos annos pedem graviter ulceratum & fontanellam etiam in altero habuit, horum diuturna molestia desessa, per Chirurgum, dissuadente me, consolidari tamen & ad cicatricem perducere curavit, quo facto, statim spirandi difficultas occupat, appetitu edendi non dejecto, imò ipsa dicente, iam vegetiori reddito, ita ut desiderio indulgere, ob asthma, nunquam audeat. Tandem facies & manus extremae, cum abdomine atque pedibus, ob humores stagnantes, & exitum amplius non habentes, intumuerunt, & asthmae aucto, viribus diuturnitate fractis & attritis, vitam naturae reddidit.

In hujus post mortem latere sinistro ad lienis situm, abscessus, quem omnium cum admiratione, occultum habuerat, apertus inventus est, ex quo, defuncta jam ipsa, magnam foetidissimam saniei copiam effluxisse mihi relatum: Hinc patet ulcera diuturna, aut abscessus, in quos natura se exonerat, caute tractandos esse, nisi in aliud tristius discrimen se conjicere quis velit. *Greg. Horstius Observ. 15. lib. 9.*

Illustris Virgo annorum circiter 30. optimo corporis habitu, sed paululum gibbosa, ex suborto in proprio conclavi igne, ita perterrita fuit, ut menses ab eo tempore non amplius fluxerint: interea utcumque se habuit, nisi quod aliquando de difficultate respirandi, necnon dorsi dolore conquereretur, cujus nomine varia tentata remedia: Elapsis verò sedecim annis, computatione à retentione menstruorum facta, praedicti dolores magis magisque intenderunt, ut mors tandem subsequuta sit.

Corpus cum condiremus, spinam dorsi instar majusculae litterae S. Binos etiam lapides in sinistro rene inveni. *Hildanus cent. 4. Observ. 43. ex Commun. Lucae Justii.*

Retulit mihi D. D. Gualtherus Necdham se novisse Lanium, qui cum diu laboraverat asthmae periodico, intra 14. vel 20. dies, ut plurimum recurrente, tandem in ipso paroxysmo extinctus est.

Cadaver apertum exhibuit viscera omnia sana, praesertim Pulmones: neque aut excrementi in bronchiis collecti, aut sanguinis in venis restagnantis ulla indicia prodita sunt: Hoc tantum praeter naturam accidit, quod vesica fellea calculos complures in se continuit: Caetera, subdit ille, vel generi nervoso affecto tribuenda erant, vel causae nobis ignotae, certè oculis non conspicuae. *Thomas Willis, Pathol. cerebri cap. 12.*

Juvenis ab incunabilis gibbo cum asthmae laborans decimo quinto aetatis anno phthisicus periit. Aperto capite, crista galli, quae septi instar os ethmoidis in duas partes dividit, in latitudinem & altitudinem ita aucta fuit, ut totum os cribriforme obtegeret, ejusque foramina quasi obstruerat: imò post coctum cranium nulla cavitas in eo patuit. Officulo porò maxillae superioris, quae canthum oculi majorem constituunt, ita excreverant, ut nasi septum ferè attingerent. Ossa omnia praeter consuetudinem tenera & propè instar cretae mollia erant. Dorsi vertebra sexta, septima, octava, nona & decima, quae gibbum constituebant, carie exesae & in partes fractae fuerunt, praesertim ab interna parte. Harum particulae in ipsis pulmonibus à parte dorsi ulceratis, inveniebantur.

Cui non latuisset causa morbi? inest saepe & in incredibili verum, & in verisimili mendacium: ideoque medicina ipsis Medicis nil nisi ratione ventibus conjecturalis est. Qui gibbi ex asthmae aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur, inquit *Cous Hippocrates*: à praepostero partu saepe infantibus contingit Vertebrae luxari; unde, collabescente Thorace, pulmones comprimuntur, & respirandi actionem impediunt. Proveciori aetate, gibbo etiam accrescente, omnes membranae, quibus pulmones vertebrarum regioni connectuntur, magis dilatantur, & vascula quaedam interrepentia rumpuntur: ex quibus liquor stillat, qui reduci ineptus, ibidem stagnare cogitur, & corrumpendo vicinas partes, pulmones nempe & vertebrae, corrumpit. Perceptu igitur difficile non erit, juvenem illum pulmones exulceratos, vertebraeque caricas habuisse, cum ob membranarum conclusionem pus in cavitatem thoracis dilabi non potuerit, ideoque circa vertebrae quasi in nido purulentum omne conclusum fuit. Atque sic mirum non est, frustula quaedam vertebrarum

rum in ipsis pulmonibus esse inventa, cum per se partim, partim à respirationis quasi tractu, in pulmones ceciderint.

Rogabit me quis, cur ante pubertatem non moriebatur, secundum Hippocratis textum? Regeo, adolescentem hunc fortasse pubertatis notam externam quidem habuisse, aut quoad coeundi potestatem (quæ propriè pubertatem facit) eum ad id opus ineptum fuisse, veri quidem simile est. Ejus impotentia, non tantum ex morbi dispositione, sed ex ossium teneritudine & mollitie apparet.

Structuram crissæ Galli in osse ethmoidis monstruosam, nihil ad morbi genesis contribuisse, credo: nam per illud cribrum vasa sanguinea & nervi quidem excurrunt, sed per illud nihil humoris ex ventriculis cerebri in nares destillat, verum omnis humor per infundibulum ablegatur.

Quod autem spectat ad maxillæ superioris officula, narium cavitates respiratorias præcludentia: respirationi quidem impedimento fuerunt, aut quia per os liber in pulmonibus aëri aditus patebat, nihil aut parum huic morbo ansam dedisse credibile est. *Steph. Blancard. in Anatom. Pract. Rational.*

Vidua sæpè Hysterica noctu surgens è fenestra jacuit, inde respiratio difficilis ad instar asthmatis, cum tussi, Hæmoptysi, febrili ac facie rubicunda. In medio pectoris grave pondus cum ardore interno, & puncturis in variis thoracis locis. Tertio die dolorem circa claviculam dextram sentit. Hisce aderat magna cordis palpitatio, quæ etiam in Hypochondrio dextro tum in eodem latere per aliquot horas percipiebatur. Sed è regione cordis perseverabat, idque ictibus vehementibus, hæc convaluit. Sed aliquot dies post in sedili sedens repente in pavementum concidit exanimis.

Dissecto cadavere, mediastinum lymphæ cruenta plenum inventum est. Pulmones toti purulenti & fætidii. Ovarium sinistrum, ovum columbinum facile æquabat, lividum, sphacelatum & intus spongiosum. Intus globulus nuclei magnitudine, grumo sanguinis similis, concludebatur.

Calida fortè surrecta, refrigerii gratiâ fenestram aperuit, ut aura nimirum vesceretur frigida; unde consipato sanguine, ac diaphoresi impedita, pulmones ab eodem obstructi, ita ut libera respiratio ei denegata fuit. Ab obstructione putredo, pus, febris similiaque symptomata, quæ superius in aliis subjectis plus semel explicuimus: Sanguis coagulatus cordis ventriculos obstruens, eoque liberè pervadere impotens, latera cordis ampliavit, ac ob majorem motum Palpitationem induxit. Hisce tamen nonnihil quietis, quasi recumvalebat; postea verò levi occasione vel spontè sua vascula pulmonum rupta, pus effluxit respirandique actionem impedivit.

Quoad ovarium ad ovi columbini magnitudinem auctum, fortè à prævia obstructione & inflammatione ortum habuit & passioni hysterice ansam præbuit: est enim malum cum præcedenti nihil commune habens. Globulus iste, qui intus erat conclusus, ovum procul omni dubio fuit ab inflammatione auctum, ut in iis, quæ rabie uterina, ut vocant, laborant, observavi. Illud ovum quoque sphacelatum fuisse & corruptum, similitudine, quam cum sanguinis grumo habet, apertè liquet. *Idem ibidem.*

Venetus quidam annorum quadraginta, temperamenti calidi, & humidii, crapulæ deditus, de difficultate respirationis, & hypochondriorum angustia conquerebatur, qui multis adhibitis frustra remediis, Patavium cum venisset, postera nocte morte repentina extinctus est.

Hujus aperto cadavere, in hypochondriorum re-

gione nihil quidem præter naturam se prodidit; verum in Thorace Cor adeò amplum observavi, ut tria naturalis magnitudinis æquaret, ventriculis itidem amplissimis, cujus capsulæ ubique pressus adhærebat, superiori, ac lateribus partibus pleuræ etiam annexum; inferiori verò, diaphragmati, nec solam membranosa ejusdem parti, sed ob ejus molem, carnosæ quinetiam. Ex quibus conicere non præter rationem fuit, præfatam gravem respirationem non aliunde ortum duxisse, quàm à pulmonum & diaphragmatis compressione, quæ & causa fuit dolorum hypochondriorum, & potissimum dissentio ejusdem. *Petr. de Marchettis in Observat. Medico Chirurg. Sylloge.*

Asthmatis perpetui, icleri, alvi sicca & atrophie fontica causa, per Anatomen.

Glandulas sub cute miliares in cachecticis atque leucophlegmaticis redundante succo turgidiores nobis ob oculos posuit, C. D. Imò glandulas illas in Matronâ quadragenariâ, atrophâ, exsuccâ, auriginosâ, atque suspiriosa reperit ad myriadas usque pilorum mole atque duritie, sub universâ cute, ubi integro biennio, digitis cute ductâ atque reductâ, mobiles atque ductiles erant.

Biennio illo exacto inter balnea & alia præsidia casta, suspirium cessit in orthopnæam & apnœam. Jecur detectum est mole enormi. Ejus enim acini in globulos excreverant tophaceos, tartareos atque calcarios, qui bilis ductus ita stringebant, ut bilis omnem in *σφύρα* effluxum intercepterint, undè fæces raræ, siccissimæ atque candicantes.

Pulmonum bronchia gangliis arctabantur, seu lupiis coriaceis, innumeris atque durissimis. Tot primùm dixit Præses meus globulos esse nervosos, sed compactissimos omnes ac mirè lubricos. Attentiùs autem dum illis studuit veterum professus esse tubercula cruda, quæ maturescunt nunquam, sed incubitu jugi atque compressu prædurò, bronchia adeò angustant ut per ipsa elisus sèr asthma perenne, nec periodicum, ingeneret. *E Thesibus Discipulorum Præclarissimi Viri Dom. Caroli Drelincurtii.*

Tumor Abdominis.

Dyspnœa & ἀσπυρία recurrens.

Dominus de l'Ézcous, ordinum ductor, juvenis, vultu pigro, flaccido, decolori, fronte sollicita, prominenti erat abdomine, cujus dimidiam partem sinistrorsum occupabat tumor ingens à costis nothis ad pubim usque protensus, durus, æqualis, circumscriptus. Languore solutus erat perpetuò. Morosus, Difficilis, Suspiriosus. Multo illi sanguine identidem nares manabant, dolebantque è tumore hæmorrhoides. Incitationi palpitatione anxiam, languidum, attonitumque cor frequenter rigebat, ipseque collapsus ἀσπυρία, & semi-animis, haud sine negotio reviviscebatur. Curas & angorem animi comestationibus lenire studens, largiore vino incaluit, abeunte Martio 1692. Dyspnœa tunc gravior incubuit, cum febrili rapida, ventris torminibus, vomitu, punctorio lateris dolore. Injeksi clysters, phlebotomia bis administrata, hausti potus refrigerantes, invalida præsidia. Elapso quindecim horarum spatio, confusus, delirans, pulsu carens, anxios & turbatos gressus ferens, moriebatur.

Apertò abdomine omenti membranæ & glandulæ admodum tumere. Lienis parenchyma bellissimè constitutum. Verum fuit ejus moles monstruosa. *Suf-*

sa. Suspendit lancea, quatuor cum semisse libras pendit. Majori adhuc mole sese tulit jecur, vitiosus tantummodo gibba sui parte, in qua parvi calculi latere. In vesicula fellea contentus liquor nigricans, incumbentem ventriculum colore suo infecerat. A liene & hepate compressus ventriculus sede sua extrudebatur. In pectore sinister pulmonis lobus hepatis instar compactus & solidus, extra livens, intus nigro cruentoque tabo squalebat, dexter lobus, substantia molli, secundum naturam confluatâ gaudens, totusque pleuræ coherens, adacti olim in latus, ensis vestigium gerebat: extra etiam livens, interiora putri habens liquentia tabo. Dexter cordis ventriculus, concreto infarctus sanguine, poly-pum vagum habebat, cujus discusso crassamine, sanguine scilicet conglobato, membrana, illius fundamentum, sphaerica, tenax, pellucensque patuit. Ex communicatione Viri Clariss. Dom. Rivalier, Medici Nemausensis Celeberrimi, Lausanna nunc degen-tis.

R H A G A D E S.

Vid.

P A P I L L A R U M M A M M A R I U M
F I S S U R Æ.

R H E U M A. Vid. C A T A R R H U S.

R H E U M A T I S M U S.

De Rheumatismo pathologicè sic scribit Clariss. Antonius Menjotius

P Rheumatismòs specialiter pro catarrho nonnunquam auditur, sive humoris è capite decubitu; interdum generatim, ac juxtâ vim etymi sumitur pro materiae undecunque ad quamvis partem appulsi; quâ significatione congestioni opponitur, & tumores vel κατὰ ρευματισμὸν ab humore advenâ, vel κατὰ συνα-δρυσμὸν à materia indigenâ dicuntur generari.

Utius verò obtinuit ut rheumatismi nomine, dolores erratici intelligantur externum corporis habitum occupantes, ab efferâ materia ultrò citroque pervolitante. Quomodo modum populares morbi sub eadem specie plurimos homines peræque corripunt, sic in rheumatismo unius speciei dolores, seu privata quædam Epidemia, in plures hominis partes sparsim grassantur.

Hi dolores desultorii ac humorum ἔργατος ab Hippocrate celebratus in eo conveniunt, quod in utroque effectu errabundus humor quasi lasciviat, more animalium quæ libidinis cæstro percita stare loco nesciunt: at in tribus discrepant. Primum quidem Hippocraticus humorum orgasmus acutissimum atque malignarum febrium comes est, ac licet hæc tempora sua velociter percurrant; orgasmus tamen rapidiore adhuc celeritate suum conficit cursum; furit siquidem per initia febrium; sed iisdem jam proventus conquiescit: contra verò rheumatismi non infrequenter sunt ἀνώριτοι, vel saltem blandâ febre comitati, ac diutissime agrotantes exercent. Secundò rarò turgent humores, & πλεῖστα ἐκ ἔργα, inquit Hippocrates; rheumatica autem affectio haud insolenter sævit. Denique in orgasmo impacati humores atque procellosi penetraba corporis magis

Tom. IV. Part. II.

quàm ejus atria perambulant, ideoque juxta Hippocratis præceptum, in ipso ægrimonie principio, quamvis integra sit cruditas, ipsos cathartico festinanter deturbari æquum est, ne impetuose ruant in partem aliquam internam & principem. Rheumatismorum verò dolores corporis duntaxat pomœria obsident, nec penitiora ejus subeunt adyta; proindeque si alicui parti humor sese affigere meditetur, hæc externa est atque ignobilis, nec ideo materiæ inclinatio præcipitem ante pepasum purgationem extorquet.

Moventur vagæ illæ dolorum tempestates à biliosâ vel ferosâ colluvie, ex alto corporis in tertium ejus regionem ablegatâ, cujus ἰριδιζμόν cum singulæ partes ægrè tollerent, eam confestim à se amandant, unde humor horsum vorsum varie impellitur, nec ullibi locorum desidet, ita ut non pauciora sint supplicia quàm membra. Imò subitanei ac incerti ejusmodi transfluxus causam agnoscimus, non modò conatum naturæ, humoris παραλισμὸν impatiēter ferentis; verum quoque indolem ex se volubilem ipsiusmet humoris, qui non solum qualitate quâ naturam proritat, acerrimus est; sed etiam substantiâ tenuissimus, & temperamento vel corruptione calidissimus; ideoque spontaneo & velut meretricio appetitu alias aliasve partes πλανῶν affectat, nova semper quærens hospitia: quæcunque enim calore excellunt, simulque constant exilitate partium, sunt ἀνοριστὰ καὶ ἀτακτὰ, ut patet spirituum exemplo.

Quidam forte arbitrabuntur frequentem illam ac inordinatam dolorum παραλλαγλῶν, minime pendere ab unius ejusdemque humoris actuarii atque ἰναγλῶν huc & illuc deportatione; sed vel materiæ propagationem subinde fieri, vel materiam in omnibus partibus eodem tempore contineri; atque in illis successivam pati fermentationem: similiter ac pruriginosi, mox unius, mox alterius membri prurigne uruntur; non humore hinc inde traducto, sed succo acri qui sub universâ cute dispersus est, modo hic, modo illic fervente. Veruntamen si daretur in rheumatismo materiæ morbificæ non μεταστροφῆς, sed ἰσχυρίσεως, recentes dolores pristinis adjuccentur; at nullo pacto sese invicem exciperent, nec uno dolore nascente, alter aditum denasceretur: tam momentanea etiam atque fugax eorundem humorum in eodem loco consistentium nunc commotio, nunc quies vix possibilis est, ita ut erroneos dolores à divagante & quasi omnivolâ materiâ oboriri longè probabilius videatur.

Materia rheumatismi duplex constituitur, bilis flava eaque subtilissima, ardens atque mordax, seu putrefacta, seu putredinis experta; & serum quod non est pura pura aqua, sed phlegma, ut loquitur novitia pyrotechnicorum gens, sale imprægnatum. Si itaque serum vel uberore, vel aciore sale aspersum fuerit, dolores πλανητάδους procreare aptum natum est: appositeque Aristoteles ichorem ita diffinixit, ut alius generetur necessitate materiæ, alius verò gratiâ finis, quo tanquàm vehiculo per omne corpus ducitur sanguis: ὁ μὲν ἔξ ἀνάγκης ἔχεται, ὁ δὲ ἀμαλῶς χέεται ἰσχυρῶς per se mitior, ille ac effior ac rheumatismorum parens, cujus quoque feruam augeat διακρίσει. Nam quemadmodum tertianarum intermittentium paroxysmi crudelioribus stipantur symptomatis, quàm continuarum anadiplofes, quoniam illæ extravasata ac sincerior bilis, est ἀχρῆστον & totaque sui juris, hæc vero bilis quæ in venis labulatur, non est ἀχρῆστον, sed à commixto sanguine χαλιναγορεύεται; sic in rheumatismo biliosi, serosique humores exinde petulantiores evadunt, quod à proborum succorum cœtu sint secreti, nec sanguinis commercio amplius conterentur.

C

Si

Si quis duabus hisce causis pungentes vapores, flatusque distendentes annumeret, ille profecto à veritate non aberrabit, cum in halituosa ac flatulenta materia, nullæ earum conditionem desiderentur, quæ ad mobiles ac circumvagos dolores membris infligendos necessarie sunt.

Cæteri succi ut pituitosi atque melancholici utpote qualitate mites, substantiâ crassi, ac temperie frigidi, & naturam minus percellunt, & pigriores sunt quàm ut tam promptè currere & transcurrere queant: sanguis quoque partim quia viscidior atque *βραδύπορος*, partim quia *ἀκέρως* carens aculeo, inconstantes ejusmodi dolores nuppiam ciet, nisi vel putredinis maleficio faceffat in bilem, vel caloris colliquantis ope fereffat.

Causa rheumatismi, ulcerosæ lassitudinis & rigoris, tamen cognata sit, adeo ut hi tres affectus per sepe confociantur; differt tamen quod ulcerosæ lassitudinis materia immota perffet, membris pertinaciter afflicta; humor vero *ῥυγιστός* circa particulam cui adhæret, agitetur quidem, sed sedem non mutat, neque inde aliò transmigrat: hinc enim fit ut concutiantur partes ad objecti laceffentis ac immorantis excuffionem: quod non contingit in rheumatismo, cujus humores palantes, vel potius discurrentes, acriter sed non diu unamquamque partem fodicant.

Biliofam ferofamque illam *πλατυσίαν* cumulant hepar & lien, si præcalidâ æstuenti intemperie; ac sicut hepar bilis *ἰργαστήριον*, ita lien feri *μυτρώπολις* existimari debet.

Viscera hæcce nobilia, ut vegeta vis expultrix ad propriam tutelam ipsâ naturaliter indita est; sic degeneres ac noxios quos progenuerunt humores tanquam adulterinam sobolem respuunt, eosque propulsant in vasa primùm majora, dehinc in minora, ac tandem in minima, è quibus in habitum corporis eructantur. Febris ardens sit, inquit Hippocrates, cum venulæ æstivo tempore exarescunt, acres & biliosos ichotas ad se attraxerint. Origo atque genitura rheumatismi è diametro opposita est, ubi nempe venulæ acris & bilioso fero prægnantes, illud in corporis ambitum per quamdam veluti *καοσίωσιν* evomunt. Itaque affinis est causis & rheumatismi materia; sed in illo fertur humor foris intus, in hoc intus foras movetur; illic venulæ exhaustæ sunt atque sitibundæ, hic verò turgidæ atque saturatæ. Juvat humorum *μετέλαψιν* partium suscipientium imbecillitas, nam Oeconomia corporis Oligarchiæ jure comparatur, in qua Magnates plebeculam opprimunt, publicis oneribus in ipsam depositis. Nec tantum *κατ' ὄσιν* humores eò traduntur; sed *καθ' ἰδέσιν* quoque raptantur à carnibus, sive excalefactis, sive dolentibus.

Favet huic morbo cæcorum cutis spiraculorum, seu obstructorum, seu densatorum angustia, obflans *τῆ ἀδύλη διακροσῆ* quam latentè disjectionè vocat alicubi Aurelianus: unde hyeme dolores *μετέβλητικοί* sunt magis familiares, ac per noctem potissimum invalescunt. Attamen vidimus, quod obiter dictum sit, inveteratum rheumatismum in juvene robusto ac per æstivam *ψυχροσσίαν* persanatum; collecto per antiperistasis intus calore qui materiam morbificam vel mitificavit vel discussit, eo pacto quo liberalis frigidæ perfusio tetano medetur apud Hippocratem.

Ex allatis plantum est eos hallucinari qui hæc passionem catarrhis adferibunt. Nam sicut aqua è fluminis alveo in proximos campos exundans, pluvia dici non debet, quippe quam de cælo cadere necesse sit: Ita in corpore humano humorum è venarum rivis effusio, catarrhi nomen non meretur, quod hujas materia ad imbris modum è capite necessariò depluat. Adde quod in universali catarrho

membrorum dolores constantes permancant, vel saltem superne deorsum devolvantur; non fiat vero *ἀνωθεν καὶ πτωλινημαίνον*, nec *φορῶν* habeant inferne sursum, aut è latere ad latus saliant.

Patientem locum dicebamus esse exteriorem corporis habitum, videlicet vel illud totius corporis integumentum quod panniculum carnosum Anatomici vocitant; vel musculos, sive secundum eorum carnem, sive secundum membranam unicuique musculò peculiarem, aut etiam communem illam tonicam quæ omnem musculorum turbam amicit, ne in motibus dissiliant; nam auctore Hippocrate, Interstitia musculorum ut spiritu plena sunt in secundâ valetudine, sic ichoribus in adversâ.

Articuli præterea non rarò infestari solent rheumatismo arthritidem mentiente; distinguuntur tamen quod ille careat circuitu (quia nondum adepta est articulorum imbecillitas reducem faciens morbum) hæc verò periodicè recurrat: deinde quod ille plures simul articulos, hæc unum fere articulum affligat. Rheumaticos articulorum dolore Hippocrates *δαίνας* vel *ἀόνες τῶν ἀρθρῶν*, aut *περὶ τῆ ἀρθρῶν* consuevit appellare, interdumque addit *ἢ ποδαγρῶν τῶν ποδῶν*, quo sensu eos qui in Aëno ex nimio erui etu ejusmodi dolores genuum contraxerant, non *ἀρθρῶν* vocat, sed *γοναλγῶν*: ita eunuchi, mulieres & pueri, in quibus podagra *ἀπορία* sive vacuitatem tribus aphoristicis sententiis raram esse voluit Hippocrates, à rheumatismo articulorum immunes non sunt.

Porrò sicuti dantur organismi particulares, ac humore, verbi causâ, intra cranium tumultuante, mox cephalgiæ, mox convulsiones, mox deliria per vices consequuntur; horumque rursus magna exurgit diversitas, prout materia, ut ita loquar, Epidemica, varios cerebri tractus peragrat: Ita nec defunt singulares rheumatismi aliquod membrum impetentes, intacto reliquo corpore. Non ita pridem vir splenicus quadraginta annos natus, rheumatismo brachii sinistri *κατ' ἴδιν* affecti lienis laborabat; diri dolores, omnes alternatim particulas inter humerum & extremos digitos sitas raptim, & quasi petaurica jactatione percurrebant, ita ut mulierculæ veneficium subesse suspicarentur.

Rheumatismus per se satis innotescit: dolores pro materiæ qualitate modo leviores involant in exteriora membra, modo acutiores, ita ut ægri à subjectis stragulis, & instratis vestimentis non impune tagantur, *ἐστρωμασί καὶ ἱματίωσιν ἀνοδῶν* (inquit Hippocrates.) Eo autem crebrior rariorve est dolorum alternatio, quò humor propter majorem minoremve tenuitatem, irrequietior aut tranquillior fuerit. Situm dolorum quod attinet, hi sæpe sæpius sublimes sunt, rarenter profundi atque *ἐσκόπων*, quoniam materia *λεπτομέγης* periosio vix adhærescit; sed corporis superficiem appetit; pariter ac in febris tertianæ rigoribus esse cruciatus absunt, qui in horribus quartanariis ob materiæ in imo delitescens *παχυμερίας* sevissime torquent. Crebri quandoque ac levisculi horrores fatigant, sed *ἀπυρίκτας*, aut saltem febris quæ affectatur, tepida est, à simplici videlicet effervescentiâ ferosæ plenitudinis; eademque noctu recrudescit, quo tempore ichorosis humoribus, ob symbolas ratione aquosæ substantiæ cum nocte qualitates, datur perturbari. Quod si febris æstuosior emicet, hæc utique præter rheumatismi genium aliunde accedere indubitatum est: sæpiusculum autem per rheumatismos perfecta notatur integritas à febre, vel quod humor præfervidus sit, sed incorruptus; impotris enim humorum excrementitiorum *φλόγωσιν* nullam febrem succendit, ut liquet ex cholericæ pathemate, maniâ ac hypochondriasi, in quibus omnibus, sicut in ira, calor augetur, sed non *συμπερῶσιν*; vel quod licet humor computruerit,

truerit, hic tamen à præcordiis procul ad circumferentiam corporis arceatur; naturâ legitimis succos ad vitæ custodiam intus asservante; unde sanguis primis diebus corruptus detrahatur, sed iteratâ multoties phlebotomiâ, tandem laudabilis effluit, aut ad summum *ἀκρότης*, id est orbatus rotulentâ suâ humiditate quæ è venoso genere quaquaversum in carnes tota seme diffunditur; nisi forte ea sit sericopia, ut venas repleat, simulque in carnes reflagnet. Quidquid sit, febres putidæ in continuas ac interpolatas dirimuntur, quarum illæ in grandioribus vasorum stipitibus, hæ in partibus alvinis focum suum habent: At nullarum minera posita est in corporis habitu; sic à lassitudine phlegmonosâ febris per se remota est, licet omne musculosum, nervosumque genus *ἰσὶ φλίξιμα* perpetiatur.

Rheumatici dolores ut sede & nocturnâ exacerbatione, ita etiam contumaciâ, cruciamentâ venerea æmulantur; Nam plurium mensium, imo etiam annorum spatia quandoque superant, cum ob partium nutritiarum firmatam intemperiem quæ perenni & continuatâ generatione materiam renovat, tum quod vagabunda ac disseminata materia coctiva non sit; nam, ut ait Hipocrates, *ἴσα πικρὰ καὶ δεινὰ καὶ κίβηται*, quæ maturationem postulant, ea occludi convenit. Si effrenis humor possit tot velificationes & circumlationes, in membro aliquo externo tandem sistatur, ac è *πρόσθεν* fiat *πᾶσιμα* & quasi in volucris, illud in tumorem attollit, motu spoliatur, doloresque stabiles ei infert, prioribus tantò rebelliores quantò incuneata materia, volatili minus est morigerâ. Notum est illud Hipp. *ἐν τῷ πάλιμβόλοισιν αἱ μεταβολαὶ ἀφελείσιν*. In morbis facile mutabilibus mutationes juvant. Lubricus est rheumatismi in arthritin transitus, præsertim si æger peccet in vitæ genere, & articulari tormento aliâs obnoxius vixerit; communis namque est utriusque morbi materia, ita ut nonnulli rheumatismum universalis arthritidis nomine donaverint. At internæ ac principales partes ab incurfu seditiosi humoris tutæ esse solent; ni tantâ ubertate circumfluat, ut vix ullum sit membrum, vel externum vel internum, quod oberrantis cacochymicæ ietus declinare valeat. Datur rheumatismus criticus naturâ sub finem morborum *ἀπόφασιν* sive secessionem humoris moliente non *κατ' ἔκρον*, ob vires materiæ eliminandæ impares; sed *κατ' ἀπόθεσιν* tanquam excretionis vicariam. Rheumatismus utiliter urinis, sed commodiùs sudoribus solvitur; quandoque etiam crassior hujus materia in cutaneas turpitudines ut scabiem & phlyctænas egerminat. Tandem venæ ejectionem materiam interdum reiorbent, sitque *ἀμωσις* illius succi, cujus facta fuerat *πλημμυρὶς* ægrique vorfuram solvunt propter humoris *παλινδρομίας* ad incava corporis spatia, quæ *κοιλίας* vocat Hippoc. in quibus vitæ præsidia locata sunt. *Hælienus Antonius Menjotius Dissertationum Pathologicarum Part. I.*

Curatio Rheumatismi ex Clariss. Thomâ Sydenham.

Nulla non tempore incessit Rheumatismus, maxime Autumnò, & præ cæteris annis florentes & *εἰς γένυ χλαίρον*. Hæc ut plurimum occasione nascitur; æger sc. sive exercitiò aliquo vehementiori, sive alio modo excalescens, mox repentinum frigus admisit. A rigore atque horrore orditur tragædiam, quos statim excipiunt calor, inquietudo, sitis, & reliqua illa infelix symptomatum caterva, quibus stipantur febres. Elapso die uno alterove (est & ubi citius) æger atroci dolore, nunc in hoc, nunc in illo artu infestatur, in carpis, humeris, genibus præsertim; qui locum subinde mutans, vicissim illos occupat, rubore quoddam & tumore in parte quam postremum affectit, adhuc residuis. Primis aliquot diebus, Fe-

Tom. IV. Part. II.

bris & Symptomata jam memorata rarò coincidunt: Febris autem sensim evanescit, manente dolore, quin & nonnunquam immaniùs sævientem, materiâ sc. Febrili in artus translata; quod satis arguit Febris ipsa sæpiùs recrudescens ob materiam morbosam ab intempestivo Externorum usu repercussam. Morbus hic quoties à Febre sejungitur, Arthritidis sæpe audit; quamvis essentialiter ab illâ distinguatur, prout cuiusvis facile constabit, cui uterque morbus intimiùs fuerit perspectus: unde forsitan petenda est ratio, cur tam sicco illum pede transiverint scriptores Medici: Nisi fortè arbitremur, hanc morbi speciem ad reliquam malorum Iliada de novo accessisse. Ut ut se res habeat, jam plus satis grassatur hic morbus; & licet rarissimè hominem è medio tollat, Febre semel depulsâ, tamen & vehementia doloris & diurnitas eù prorsus cõtemni non sinunt. Etenim si minùs peritè tractetur, non ad menses tantum, sed annos etiam aliquot, imò per omnem ad eò vitam miserum haud infrequenter discruciat; quamvis in hoc casu, non eodem semper vigore, sed Paroxysmis quibusdam periodicè repetitis, ad instar Arthritidis, subinde laceffit: imò verò potest fieri ut ubi diu multumque vexaverint dicti dolores, tandem sponte desistant; atque interim æger omni membrorum motu ad mortem usque privetur, digitorum articulis quasi inversis, & protuberantiis, ut in Arthritide, nodosis in interna magis quàm externa digitorum parte se proidentibus: stomacho nihilominus valeat, & cætera sanus vitam toleret.

Est & alia hujus morbi species, licet non hujus esse profapæ vulgò credatur, quæ Lumbago Rheumatica aptissimè dicitur: immanis dolor sc. idemque fixus circa lumborum regionem, ipsumque aliquando ad os sacrum se demittens, Paroxysmum Nephriticum mentitur; nisi quòd æger non vomitur: nam præter dolorem atrocissimum & vix ferendum circa ipsos renes, aliquando & ureteres per omnem eorum ductum ad vesicam usque, eodem licet mitiori, tentantur, Qui & mihi olim imposuit, tanquam à materia aliqua fabulosa in iis partibus hærente penderet; cum reverâ materiæ Rheumatismi peccanti & inflammatæ ortum suum debeat, quæ quidem partes illas jam solas urit, intacto reliquo corpore. Immanis hic dolor, nisi abigam etiam perdurat, pari sævitia excrucians; ad eò ut miser nequeat procumbere, sed vel è tecto exiliat, vel super eodem erectus sedeat, corpore interim perpetua agitatione, nunc versus anteriora, nunc posterum inclinato reduloque.

Curatio. Cum utraque hæc morbi species ab inflammatione videatur oriri, quod tum jam dicta arguunt Phænomena, tum præsertim sanguinis Venæ-sectione educti color, utpote qui Pleuriticorum sanguini tam est similis quàm ovum ovo, neque quicquam reperiatur, qui hos inflammatione laborare vel quidem dubitaverit; his inquam, ita se habentibus, censeo ego, Curationem non aliunde quàm à Phlebotomia debere sumi, sanguine interim contemperato, ejusque nimio fervore represso, tum medicamentis refrigerantibus atque incrassantibus, tum etiam conveniente regimine.

Ac proinde, ut primùm accersor, statim sanguinis $\frac{z}{x}$. è brachio lateris affecti mitti jubeo, & Julapium refrigerans incrassantique ad hanc ferè normam præscribo.

\mathcal{L} . Aq. Nymph. Portulac. & Lactuc. an $\frac{z}{iv}$. Syr. è succo citri $\frac{z}{s}$. Syr. viol. $\frac{z}{j}$. M. F. Julap. de quo bibat ad libitum; vel etiam emulsionem in curatione morbi Lateralis jam descriptam. Ad dolorem sedandum, Cataplasma è mica Panis siliginæ & lacte croco tincto parti affectæ applicandum, & sæpe renovandum curo. Dietam quod spectat,

C 2

garnibus

carnibus prorsus interdico, quin & eorum jusculo quantumlibet tenui limpidoque, quibus substituo juscula Hordeacea, Avenacea, Panatellam, &c. ejusmodi: Cerevisiam tenuem mitemque pro potu tantum concedo, vel etiam (quæ magis ad rem facit) Pisinam ex hordeo, rad. Liquirit. Acetosæ, &c. in aqua fontan. incoctis. Volo interim, ut per aliquot horas singulis diebus lecto se abstineat, cum calor qui à jugi decubitu nascitur, morbum promoveat intendatque.

Die sequente sanguinis tantundem detrahi præcipio; atque intercalato die uno alterove, pro ægri viribus; tertio dein interjecto trium quatuorve dierum intervallo (prout ægri vires, ætas, constitutio, aliæque circumstantiæ suadent monentque) quarto, atque ultimò ut plurimum, Venæ-sectionem repeto: raro enim usu venit ut ultra quartam vicem venam incidamus, nisi vel regimen justò calidius præcesserit, vel medicamina calidiora ægri præter necessitatem fuerint ingesta. Quin & Anodyna sive Patagorica dicta Remedia effusivem sanguinis missionem postulant: Quamobrem, ut ut sæviat dolor, per omnem hujus morbi decursum religiosè mihi ab his temperandum existimo, cum illorum usu figatur morbus, neque tam faciliè Venæ-sectioni cedat; quæ ideo ob hæc medicamenta officiosè nimis exhibita, sæpius quàm erat opus, celebranda est. Quid quòd & in morbi statu, neque eam quam titulo pollicentur, *εὐλαγία*, valeant præstare.

Interim dum prædicta remedia, Diætæque sedulo usurpantur, Enema è Lacte Saccharato subinde injici curo, diebus scilicet à Phlebotomia vacuis. Porro ut hæc omnia ad dies minimùm octo ab ultima Venæ-sectione diligenter observentur, seriò hortor moneoque; quibus elapsis, Potionem Catharticam è Lenitivis præscribo mane hauriendam, & insequenti vesperi, dosin paulò liberaliorem Syr. de Meconio in aq. flor. Paralyf. quo sc. sanguinis organus, unde & recidivæ periculum aliter intentari poterit, penitus reprimatur. Quibus ritè peractis, ut in pristinum vitæ genus (quoad victum, exercitia, atque aërem) pedentim se recipiat, lubens patior: ita tamen ut neque vinum neque liquorem spirituosum quemlibet, neque etiam cibos, sive sale, sive aromatis conditos, sive etiam *δύρανα* quæcunque, nisi diu postea, degustare liceat.

Post venam, quoties supra innuimus, pertusam, ægri dolores admodum imminuentur, neque tamen adhuc prorsus evanescent: at verò resarcitâ, quam fecerat sanguinis detractio, virium jacturâ, (superveniente maximè proximo illo anni tempore, quòd magis faciet ad redintegrandum corporis robur, quàm id quo primum decubuit æger) symptomata ad unum omnia certo certius cessabunt, atque æger pancreaticè impostèrùm valebit.

Jam verò tamen prædictâ Methodo, aut aliâ huic simili tempestivè atque sub ipso morbi ingressu adhibita, eum, quem jam dixi, finem, ut plurimum sortiatur; non raro tamen accidit, ut ubi æger per errorem contrario planè modo fuerit tractatus, doloribus vagis, nunc quidem mitioribus, nunc verò atrocioribus, per omnem vitam miserè discrucietur: qui quidem minùs cautis nullo negotio imponunt, & pro Scorbuti symptomatis vulgò habentur. Hic enim obiter, sed & liberè tamen dicam, quòd licet nullus dubitem quin Scorbutus in his Plagis Borealibus revera invenitur, tamen eum morbum non tam frequentem, quàm fert vulgi opinio, occurrere, persuasum mihi habeo; multos autem ex iis Affectibus (ne plurimos dicam) quorum nomine Scorbutum incusamus, vel morborum Fientium, nondum verò Fa-

ætorum, quique nullum adhuc certum induerunt Typum, effecta esse; vel etiam infelices reliquias morbi alicujus nondum penitus devicti, à quibus sanguis cæterique humores contaminantur: Verbi gratiâ, quibus in corporibus materia aliqua Arthritidi producendæ apta recens generatur, nondum tamen in artus depluit, varia se ostendent symptomata, quæ Scorbuti suspicionem facient; donec Arthritis jam formata, atque actu se exerens, nullum amplius dubitandi locum relinquat. Neque ignoramus, non pauciora symptomata Scorbutum mentientia, Podagricos jam à Paroxysmo liberatos infestare; dum scilicet vel intempestivus evacuantium usus, vel ægri affecta ætas, vel alia aliqua causa, naturam interpellaverit, quò minus materiam omnem Arthriticam in artus exonerare valuerit: quæ adhuc retenta, cum *ἡ ἀνωμαλία* existat, totam sanguinis massam inquinat, & confertissimo pessimorum symptomatum agmine hominem lacessit. Quod quidem non de Arthritide tantum, sed & de Hydrope adhuc incipiente dictum volo: de quo morbo licet vulgò jactetur, Ubi desinit Scorbutus ibi incipit Hydrops; hæc tamen regula sæpe sæpius non aliter est accipienda, quàm quòd, ubi primùm se Hydrops manifestis prodit indicis, præconcepta de Scorbuto opinio statim collabascit. Possit & idem hoc affirmari de quamplurimis aliis morbis Chronicis, vel adhuc in corpore humano nascentibus, quique proinde nondum certum aliquem sibi euderunt typum; vel etiam de illis, qui, licet partim fugati sint, nondum tamen penitus debellati exterminatique videntur. Et sane nisi hoc concedamus, Scorbuti nomen, uti hodie sit, in immensum crescet, & omnem fere morborum numerum absolvet. Cum, si id sedulo agamus ut abdita cujusque morbi penetrata perscrutemur, eumque post irregularium symptomatum vela latentem eruamus, sua se mox specie sit proditurus, & ad illam ad quam attinet familiam haud difficulter relegandus. Quin & methodus quâ hujuscemodi morbi sunt abigendi, non adulterinis illis symptomatis, sed ipsi morbo, qualisnam is demum fuerit, ceu perfecte formato, jamque actu existenti accommodanda.

Sed hic notandum, non adedò consultum esse, quando Rheumatismus aliquot annorum diuturnitate altas radices egit, sanguinem tam brevibus, ac sub ejusdem primordiis fiebat, intervallis mittere; quin præstare, septimanarum aliquot intercare; pedine repetitas illas venæ-sectiones discernere; quæ tandem vel penitus materiam morbificam averruncabunt, vel saltem eo conducent, ut fontanellâ in crurum alterutro excitatâ, & spiritu quòvis volatili in vinò Canarino mane & sero exhibitò, reliquæ ejus extirpentur.

Jam verò quantumcunque discriminis inter verum Rheumatismum, ut supra innui, & Scorbutum intercedat, aliam tamen speciem esse Rheumatismi quæ ad Scorbutum quàm proximè accedit, omnino consistendum est, utpote quæ insigniora hujus morbi symptomata æmulatur, & pariter eadem fermè remedia sibi vindicat, ideoque mihi Rheumatismus Scorbuticus audit. Dolor nunc hanc, nunc illam partem obsidet, sed eandem in tumorem, ac in aliâ specie, raro attollit, neque febrim sibi comitum adjungit. Insuper non adedò fixus manet, sed indolem magis vagam & incertam refert, cum anomalis inconditisque symptomatis stipatus. Nunc hunc vel illum artum discruciat, mox internas solùm partes afficit, proindeque ægritudinem parit, quæ redeunte externarum partium dolore, iterum se proripit; ita ægrum alternatim divexans, ac in diuturnitatem longam se protrahens, ad instar morborum qui vel maximè

Chro.

Chronici habentur. Fœminas præ reliquis adori-
tur, ut & viros qui imbecilliori natura sunt; adeo-
que ad affectuum hysteriæ classem referri debe-
re planè suspicarer, nisi quod iteratâ experientiâ
comprobasset eum remediis hysteriæ minimè ces-
sasse. Illi etiam qui longum & repetitum corticis
Peruviani usum experti sunt, huic malo sunt obno-
xii; quod quidem (ut obiter id attingam) unicum
est incommodum quod ex hoc remedio illatum
novi unquam. Sed ut ut id sit, hic affectus, sive
ex hac occasione, sive ex alia quacunque causâ
originem ducit, quàm facillimè debellatur vincit-
urque usu sequentium, quæ nisi privato commodo
publicum prætulisset, prorsus mihi reticenda essent.
Etenim his solis quam multos, eò quò descrip-
simus modò laborantes, sanavi, quibus venæsec-
tiones, quantumlibet repetitæ, cathartica, diæta
lactea, pulveres testacei, &c. nihilum profecer-
unt. Atque hæc sunt.

℞. Conserv. cochlear. hortensis rec. ʒij. Iujulæ ʒj.
pulveris ari compos. ʒvi. cum f. q. syr. aurantiorum
f. electuarium. Capiat ʒ ii. ter in die per mensem
integrum, superbibendo aq. sequentis ʒ iii.

℞. Cochlear. hortens. M. viii. beccabungæ,
nasturtii aquat. salviæ, menth. an. m. iv. cortic. au-
rant. num. vi. nucis moschat. contus. ʒh. Infundan-
tur in cerevisiæ Brunsvicensis ℞ xii. ac destillen-
tur organis communibus, & eliciantur tantummodo
aq. ℞vi. pro usu. Atque præcisâ dosis pulveris ari
compos. observetur, aut saltem eadem non minua-
tur. *Hæcenus Thomas Sydenham de morborum acu-
torum historia & curatione.*

RHYAS. Vid. OCULORUM MORBI.

RIGOR. Vid. CONVULSIO.

RISUS SARDONIUS. Vid. CONVULSIO.

ROSEOLÆ SALTANTES.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

RUCTUOSUS AFFECTUS.

Super *Ructuosô Affectû* unicam tantum dabimus
Consultationem ex Clariss. Raymundo Job. Forstii
quæ hæc est.

Quo tot abhinc Mensibus divexatur Nob. Pat.
Affectus ructuosus nè, an propriè magis fla-
tulentus sit dicendus, dubitari posset. Ructuosus
siquidem ab Hipp. descriptus comites habet dolo-
rem acutum circa viscera, & usque ad imum ven-
trem, vomitus biliosos, cum ventris inflatione,
strepitu, & stercoreis atque flatibus per alvum sup-
pressionem; quæ casu nostro neque observantur, ne-
que observata unquam fuerunt, flatulenti vero non
desunt signa, si non legitima, saltem spurii, dum
perpetuò rugitus & murmura in hypochondriis
percipiuntur Pat. quæ à liene originem ducunt, in quo
obstructiones manifestæ; prout in mesenterio quo-
que, licet obscuriores, tactu à nobis deprehen-
duntur.

Pro solutione igitur dicimus, ructuosum morbum
ab Hippoc. descriptum, instantem potius fuisse; no-
strum verò ructuosum verè esse, dum perpetuam pa-

Tom. IV. Pars. II.

tur eructationem, quæ rara in illo Hipp. contin-
git, & si fuisset frequens, sæva symptomata ab
eodem adducta cessassent. Ructuosum itaque appel-
landum censemus, nec tamen flatulentum excludi-
mus, cum & ipse Hipp. ructum, spiritum flatulen-
tum nominaverit, & flatum, imò flatulentam & hy-
pochondriacam affectionem, causam cognoscat.
Ructum igitur, sive eructationem affectum hunc
nuncupabimus, cujus sedes in ventriculo, dum
ejusdem facultas expultrix irritata flatulenta mate-
ria, motum hujusmodi illegitimum excitat. Et li-
cet sine ventriculi læsione id fieri nequeat; non
tamen essentialiter, aut primariò hoc casu ventri-
culus afficitur, sed secundariò, per consensum;
siquidem, si flatulenta illa materia à ventriculi fri-
gida intemperie, vel à pituita in eodem coacer-
vata, vel à ciborum copia, aut frigida qualitate
elevaretur, pyralismus, imò & vomitus sæpe con-
tingerent; & præterea ab insigniter calefacienti-
bus hucusque administratis, levamen non solum,
verum & absolutam morbi solutionem Pat. adeptâ
esset. Ab hypochondriis igitur, & potissimum à
liene elevatur, in quo latent obstructions, ex ma-
teria crassa atque morbosa; unde sicci status, qui
continuo ab eadem exhalantur, & per vas breve,
quod nisi patens sit (in viventibus tamen valde ra-
rum atque pervium deprehenditur) copiosi, & pe-
renni productione ventriculum læcessunt, exhala-
tionis potius quàm vaporis specie, atque adeò hy-
pochondriacam affectionem, quem flatulentum appel-
labat Gal. nobis indicant; quem tamen illegitimum
esse diximus ratione partis affectæ, quoniam in
pyloro non adest phlogosis illa Dioclis; & venæ
illæ turgidæ à sanguine crasso; sed in ipso liene,
cujus causa ciborum non observantur corruptio-
nes, nec acidæ, aut nidorulentæ, nec ventriculi
anxietates, nec vomitus, ut in legitimo; hincque
fit, ut ructus flatulentus tantum, absque ullo pravo,
aut sapore aut odore emittatur.

Ad hujus autem mineræ congestionem conspira-
runt animi passionem, & menstruorum subitanea
suppressio (licet non intempestivè secuta) sangui-
nis prohi à melancholica portione defæcationem
prohibens, quæ ideo à jecore per venam cavam
ad cor, indeque per Aortam primò, mox per cæ-
liacam ad lienem conversa, turgidas ejusdem red-
didit venas, à quibus continuo jam dicta materia
flatulenta, elevatur, natura quinetiam ejusdem
resolutionem continuo tentante; qui casus fuit ob-
servatus à Sennerto in quodam Viro continuo eructante,
ob hypochondriacam affectionem; nobis
tamen, ut ingenuè fateamur, nunc primùm visus.

Ideo ut rarissimus, ita curatu difficillimus cen-
sendus est; conjiciendum siquidem, viam à liene
ad ventriculum, in hac Nob. Pat. consueto patenti-
orem esse, adeò ut exhalationes melancholicæ e-
levatæ, illico & immediatè ad ventriculum potiori
parte transmittantur; quod si non contingeret, in
toto abdomine copiosiores rugitus, inflationes, &
forsan etiam tormina excitari necesse foret. Diffi-
cilis autem sanationis diximus futurum hunc affec-
tum; quoniam causam melancholicam habet, quæ
nisi imminuatur, nec affectum imminui posse spe-
randum.

Aggredienda itaque curatio, primas vias expian-
do; mineram melancholicam calefacientibus & hu-
meccantibus præparando; eandem per epicrasim
imminuendo; obstructions aperiendo; & fortiori-
bus tandem extirpando; jecoris quoque æstus hæ-
bita ratione.

Et quidem à fonte Chirurgicò repetita est de-
sumenda sanguinis missio, ex jecoraria dextera;
mox quoque ex sinistra; & ex abundantè eodem

C 2

tempore cucurbitulæ ficcæ infernis partibus apponendæ; imò, si è re visum fuerit, saphena tandem aperienda, non quidem, ut revocentur menstrua, nam licet sanguine abundet, quinquagenaria tamen est Nobil. Pat. verùm ad aliquam revulsio- nem, & vasorum uteri exinanitionem, si ea for- san fuerit opus. Cauterium parti sinistrae inuflum foveat, & frequentes pedum lotiones aqua calen- te in usum ducat.

Pro prima viarum expiatione potio ex manna clarif. magist. cum tart. & senna eligatur; mox crudi & pituitosi humores præparentur, tanquam causa antecedens, non conjuncta hujus affectus: impossibile namque est quin ventriculus continuò per consensum affectus, portionem aliquam crudi- tatis aliquando non producat; atque adeò prima præparatio fiat julapio acet. cort. cit. alt. ad 3 iii. additis crem. tart. 3 iii. eodem repetito per quin- que dies; atque inde iterata præscripta potione. Mox ulterior præparatio tentanda, succis potius quàm syrupis dulcibus & saccharatis, ut ℞. succi depur. cichor. 3 i. borrag. 3 ii. decoct. endiv. sonchi, mal. lupul. buglossi, 3 v. m. pro syr. & sic pro aliis septem. Inde sequatur præparatorum humorum expurgatio, infus. rhab. & sennæ, addito syr. ros. sol. & de polyp. à quo bibat, duabus post horis, ser. capr. ad 1 ii. Ab his nova molienda præparatio, hac formula, ℞. succi depurat. cichor. borrag. fumarizæ an. 3 i. decoct. buglossi, malv. agrim. scolopendrii, tamaricis 3 v. tart. vitriol. gr. x. m. pro syr. & sic pro aliis, quorum usui insistendum ad xx. dies, sed quarto aut quinto quoque die præbeat 3 s. elect. lenit. cum 3 i. extracti sennæ, & 3 i. pil. de tribus: cui medicamento, hora una exacta, super- bibat jus malva alteratum.

Præteritis jam dictis diebus, aliquod purgans validius erit exhibendum, quale esse poterit, aut decoct. epith. Mes. ad 3 vi. aut 3 s. extract. veratri nigri, cassiæ immisti, à quibus bibat ser. depur. ad 1 ii. Et si purgatio pro voto succedat, cum confe- rentia & tolerantia, iterum & tertio repeti poterit, tertio aut quarto quoque die.

Tandem ad contumaces obstructions referen- das, jecurque refrigerandum, ad aquas vitriolatas in Valle Solis scaturientes, confugiendum. Quæ quoniam nonnihil sunt exsiccantes; ideo ab earum usu aliquod humectans postulant, quod erit lac asininum, utpote quod humectandi, & sicciore atque contumaciores melancholicas obstructions expediendi vim habeat, cum caseosa atque buty- rosa substantia omnino careat. Et si demum aliqua ventriculo roboratio competat, offerantur duo aut tria grana massich. integr. à cibo devoranda; vel pil. ex 3 i. succi absinth. condensati; vel 3 s. salis absinthii in paucis vino dissoluti.

Quibus omnibus congrua victus ratio addenda, jam dictis proportione respondens. Ideo caveat Nob. Pat. à statulentis quidem omnibus, sed potif- simùm calidioribus & exsiccantibus alimentis; nimi- rum à falfamentis, tum piscium, tum carniùm; à condimento aromatum; à carnibus difficilis conco- ctionis, qualis Bubula, Suilla, Caprina, Lepo- rina; ab acetariis; ab usu quoque acidorum & dulcium; ab aceti condimento, & allii atque cæ- parum; A vinis item generosis atque dulcibus. In- tercedat autem tempus decem horarum, & amplius, inter prandium, & cenam; quæ sit parca. Atque tandem animi passiones, & perturbationes fugiat, & alacriter vivat.

Finis Libri Decimi-quinti.

JOH.



JOH. JAC. MANGETI
BIBLIOTHECÆ
MEDICO-PRACTICÆ
LIBER DECIMUS SEXTUS.

De Morbis à Litera S. incipientibus.

SAHAFATI. Vid. CRUSTA LACTEA.

SANGUINIS FLUXUS.

Vid.

HÆMORRHAGIA.

SANGUINIS MISSIO. Vid. VENÆSECTIO.

SANGUINIS SPUTUM.

Vid.

HÆMOPTYSIS.

SARCOCELE. Vid. HERNIA.

SATYRIASIS. Vid. PRIAPISMUS.

SCABIES. Vid. CUTIS VITIA.

SARCOMA. Vid. CANCER.

SCABRITIES UNGUIUM.

Vid.

UNGUIUM VITIA.

SCIRRHUS.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

SCORBUTUS.

De Scorbuto sic scribit Clariss. Martinus Listerus.



Roximo Lue Venereæ loco Scorbuto reponi potest, & propter morbi novitatem, & quod illi tot tantisque signis communibus, valde affinis sit; imò unum ab altero dignoscere, nisi admodum exercitato Medico, haud ita facile est. Etenim Scorbuto sui quoque dolores sub noctem gravius infestantes; item sui tumores duri; suasque Ulcera exedentia, pustulæque & maculæ, suæque pedum punctiones, & crurum lacinationes sunt: Veruntamen Scorbuto etiam peculiaris symptomata sunt, in Lue Venerea minimè notanda; nimirum Gingivarum tumor, mollities & foetor; in toto ore, cruribus, aliisque corporis partibus purpureæ maculæ verè violaceæ; ventris tormina; præcordiorum gravitas molestissimisque anhelitus sæpius ad deliquium; crurum debilitas & mira lassitudo. Dysenteriam, Febres erraticas, intermittentes cujuscunque Typi, Pestilentialis, Pleuritim, Dolorem Ischiadicum, Arthritidem, Paralytin, Hydropem, Atrophiam Scorbaticam, aliaque infinita symptomata taceo, quæ primâ facie alios, atque alios morbos mentiuntur; summa tamen industria & admirabili sagacitate ab Eugaleno primùm, superioris seculi medico docto, hæc morborum simulachra à suis archetypis penitè discernere & distinguere docemur. Illud quidem non ignoro, apud Plinium stomachæes, & scelotyrbes

C 4

cujus

cujusdam mentionem fieri, quo Milites Romani olim in Belgicæ maritimis subito correpti sunt; unum eandemque morbum cum Scorbuto hodierno fuisse, vero non admodum dissimile est: tamen à veteribus medicis prorsus neglectus est, neque apud eos ullibi, certè de industria scriptus ut tantus morbus meruit, occurrit; quòd loci alicujus remoti & tunc temporis parum noti, tantum indigena fuit. Superiore autem seculo exeunte, ut diximus, Eugalenus multum de Rep. literaria meruit, quòd hunc primum morbum accuratè descripsit. At hic Morbus jamdiu quasi latefcens inter haud ignobilem gentem Flandriæ Populum, ex assidua & aucta navigatione apud Indos novas vires acquisivit, ut maris ipsius morbus proprius & peculiaris plerisque jam audiat, verè morbus nauticus & omni populo longis itineribus naviganti, cujuslibet terræ Europæ ii fuerint, communis, five ea Navigatio calidis, frigidisve regionibus fiat: modò nimius iis labor, & victus præter rationem falsus & crassus tantum præbeatur.

Hujus autem causa efficiens victus falsus est, ex gr. Salsamenta è marinis piscibus vel muriâ conditis, vel per se siccatis, item caseus (omnis in Salem caseus senescit; id est, urinosum septicumque; Plin. lib. 11. cap. 42.) vetus & falsus; atque id genus alia victus genera. Identidem potio quælibet falsa in hoc censu est; ut cerevisiæ ex aqua subsalsa coctæ, vel quibus sal aut calx viva adjecta est: quæ pessimæ consuetudines, in coquendis cerevisiis non lupulatis, ferè per totam Angliam jam obtinuerunt; siquidem inde cerevisiarii multum lucrantur, quòd ita Potiones hordeacæ confectæ, & subito claræ fiunt, & ab acrimonia diu servantur. At sanitati nostræ interim infestissimæ sunt. His adde ipsum marinum aërem verè falsum; quòd falsæ pluvie, calidis maximè regionibus, (ex fide navigantium) satis testantur.

At quomodo, inquit, id fieri potest, ut ex sale condimentorum antiquissimo, & in auxilium stomachi concoquentis apto nato, pessimum morbi genus oriatur: huc accedunt salis eximie virtutes; nimirum à putredine vindicat, pruritus sedat, Lichenas, Lepras, Psorasque medetur; contra omnigenum ferarum morsus optime facit; adversus Opium & Fungos præclarum antidotum; ad Hydropticorum tumores dissipandos: item abstergit, extenuat, &c. & infinita alia, auctore Dioscoride, Hæc quidem contra nos maximè facere videntur. Respondeo; crudum salem his usibus veteres non adhibuisse, sed ustum, ex eodem Dioscoride, constat; scilicet ustum, semelque lotum, atque siccatum. Quòd nobis inuere videtur aliquid mali ab ejus cruditate illos metuisse. Deinde, ex salis modico usu quotidiano hoc malum non nasci solere, orbis terrarum populi universi consuetudo magno argumento est. Itaque ab ejus excessu tanta vitia gigni, credibile est: eamque rem sic paucis expediam.

A nimio sale stomachus & intestina primum vitiantur, ejus filamenta exedi, totumque ventriculum tenuiorem reddi, inflammarique quemadmodum ab aliquo alio medicamento septico copiosè & assidue in victum quotidianum dato, tandem evenire, necesse est. Huic autem rei fidem faciunt inanis vomendi cupiditas, præcordiorum, etiam jejano, mira gravitas & distentionis sensus, cum molestissimo anhelitu, non sine animi defectione & subitâ interdum morte; imò hic & alibi cardialgia subito deliquio exanimare solet. Inflammatione autem semel vitato stomacho chylus crudus confici solet; quòd is ne cibi quidem pondus diu pati potest: maximè cum ab eodem cibo falso potioneve continuo irritetur. Itaque crudus chylus se-

tinuè in intestina deducitur, lacteisque receptus, vi cordis arteriarumque elastica, habitum corporis permeat; at cum crudus & supra modum falsus chylus in Lymphæ ductus separatur, eos maximè vellicat, inflammat, corrodit; unde vasorum tenniorum & angustiorum adstrictio mirifica, & ad circuitum lymphæ ineptitudo. His itaque labefactatis, falsus, & lentus, & crassus chylus in venis sanguiferis deinceps, ex magna parte, circulatur; arteriasque adeò ob nimiam lympham multum distendi earumque pulsam impediri, necesse est: Pulsam autem laborare constat, cum illo morbo pulsus celer, parvus, inæqualis inter præcipua indicia pathognomonica numeretur. Ab ejusmodi autem pulsu sanguinem crudum, lentum, crassum, falsumque tarde, ægrè in orbem moveri necesse est; à motu verò sanguinis lento & inæquali, cum, maximè vasis capillaribus, ipsisque excretoriis ductibus ob pulsus impotentiam ac languorem, coalescere & stagnare aptum esse. Hinc Symptomatum facilis explicatio: nimirum maculae purpureæ, ut in suggillationibus, & in omni vulnere contuso late circumcirca fieri à sanguine coagulato novimus: item hinc proveniunt Tumores, & Hydropsis Scorbutici ratio manifesta est; scilicet à chylo falso & crudo minimè circuire apto; & in hujusmodi Hydrope tumor durior & magis renitens esse solet, utpote à majore vasorum inflammatione. Item Arthritidis vagæ ratio apparet à falsedine sanguinis ægrè moti, & hic & illic membranis ductibus resistibilis ac corrumpentis. Item lassitudinum causa intelligitur membrorumque distentio ab arteriarum nimia plenitudine. Item torpedinis, nervorum resolutionis & contractionis; nimirum à lymphæ falsa nervis impacta & adplicita, & à nutritionis paucitate & defectu: nutritionis sane ratio, etiam si consistere videatur in perpetua arteriarum plenitudine; nisi tamen sanguis debitè per corporis habitum, neutro venarum genere obstructo, circumferatur, ductibusque universis excretoriis perperam ventiletur, accretio corporis infida erit & simulata; vitiumque, non vigor (qui nutritionis tamen præcipuus effectus & summa utilitas) à corrumpentibus humoribus expectandus est. Item dolores acuti sub noctem maximè infestantes, ut in lecto ne horæ quadrantem manere possint, quòd à lecti calore falsus & concrefcens sanguis paulatim falsus liquatusque celerius per lymphæ ductus torpentes moveri solet; quemadmodum in digitis nive frigidatis; quòd incallescunt, eò acerbissimo dolore punctorio afficiuntur. Ultimo Atrophia explicatur cum Lymphæ à nimia falsedine vitatur, & qui mitissimus humor esse debet, fit supra modum falsus, crassus, crudus, lentus, nutritionique adeò minimè aptus; id est, qui commodè & æquabili quodam tenore per omnes venas circumferri, perque vasa excretoria à superfluitatibus continuè expurgari non possit. Hujus autem rei illustre exemplum in infantibus lactescentibus videmus; ubi lac à Nutricis conceptione fit falsum & Urinam falsam plenè redolet sapitque quo lacte paucis septimanis nutriti infantes, toto corporis habitu sic vitantur, ut tabes illa vix totâ vitâ delenda sit; imò infanti atrophia pereunt, aut scrophulis aliisque malis inde ortis conficiuntur. Huic autem infortunio (ut id hic obiter notem) non aliud remedium æquè bonum unquam expertus sum, ac lac novum ex aliâ nutrice sanâ.

Quod autem Gingivæ intumescere, & cruentari, vel levi de causa, & putrescere solent, (id quod nautis, præcipuè in longâ & molestâ navigatione, indicium est futuri Scorbuti) ratio est, lympham falsam & lentam à sanguinis crassamento ægrè separari posse & propter vitiatos lymphæ duc-

ductus, ad ductus salivales excretorios propellitur ab arteriis; ubi in salivam lentam, falsamque conficitur, non admodum adeo effundi aptam: Gingivisque itaque impacta, vasis excretorii subsistit, ampliusque ibidem corrupta, eas tumefacit: imò hæmorrhagiis funestis subito Scorbuticos corripit, propter vehementem hujus falsi humoris sanguinem colliquatum ex putredine appulsum ad caput in exemplis nostris infra videbitur: cujus quidem symptomatis in hoc morbo ipse primus, quod scio, author sum.

Hinc liquet insuper, cur Hydrargyrus in hoc morbo curando (Hartmanni monitu, alias plurimum additi chymicis remediis) nihil prodest; eum & lymphæ ductus amplius infirmit, & à falsa supra modum lymphæ ipse tandem vitietur; eum sal urinosus vim & efficaciam salium acidorum destruat; & quod hic lymphæ crassior & lentior est, quam quæ salivæ ductibus effundi possit.

At de falsedine sanguinis aliqui merito dubitant, eum cibum falsum comedentium sanguis minimè muriaticus est, nec ex analysi spagirica sal marinus in eo ad pauca grana inveniri potest. Respondeo; sani quidem, & falsamenta multum comedentes, herbis tamen fructibusque simul victitare solent, qui falsi naturam alterent, diluantque. Deinde salem culinarium concoctione quidem domari, & mitem reddi posse, in alium salem, urinosum putà, certè à sanis, manifestum est; quod nullum alium salem toto usquam corpore reperire licet. Rursus; de nautarum sanguine omnium gravissimè Scorbuto affectorum, nemo, quod scio, quatenus iste muriaticus sit, adhuc experimentum fecerit. At nobis abundè sufficit, si hujusmodi falsi copia in habitu corporis restiterit; cum sal urinosus, crudus & imperfectè coctus eisdem effectus, è putredine ortos, perpetrare possit.

Exemplum unum vel alterum ponam, quibus sales integros posse per habitum corporis transferri, ibidemque morulas facere clarè evincitur.

Cui jam Gonorrhœa graviter affecto, ad 3j. salis prunellæ ex Terebintâ, in bolo exhibui; post aliquot horas alvus ei mota est, & sub noctem, fortè cum hominem visitavi, intolerabili dolore meiendo cruciatus, matulam mihi monstravit, quâ nuper minxit; ubi sale micante saturatam urinam vidi; imò aliquot guttas urinæ albicantis, in marmora ante focum posita, stillavit; quæ, ut curiosè eas examinaverim, meræ salinæ, & in crystallos aculeatas suo more concretæ fuerunt. Idem tamen phænomenon ab eodem medicamento aliquoties exhibitò, prout sanitatem recuperavit, ex toto desit.

His adde; in iis, qui se aquis medicatis nostris, maximè falsis, Epsomensibus puta, aliisve ejusdem farinae, ingurgiant, eorum urina salis calcarii particulistam repletur, ut, si vitrum, eâ urinâ plenum, inter oculum tuum & solem teneas, illarum infinitam micationem admiraberis. Imò si multum & diutius bibant, ad aliquot menses illis salinis particulis, (ut ex urina diligenter inspecta liquido tibi constabit) non ex toto corpus vacabit.

Hactenus de Scorbuti causâ, ejusque accidentibus, diximus; hujus autem morbi aliquot è multis exempla, pro more nostro, ex adversariis transcribam, ut medicamentorum specificorum rationem exponam.

Ægrotus I. Juvenis quidam robustus, miles, è castris transmarinis rediens, dolore per omnia membra vehementer affectus est; item serè assiduo vomitu & diarrhæa; huic etiam maculæ quædam rubentes per totum corpus eruperunt; Sanguinem è brachio mitti jussi: is autem refrigeratus cute

crassâ ex fusco flavescente obductus est; urinæ paucæ, crassæ & rubræ. Hunc sic curavi.

(℞. Vini albi Gallici ℞ss. Sem. Anethi ʒj. fœniculi dulcis ʒii. Gingiberis rasi ʒss. ad duodecim horas vase diligenter clauso leniter coquatur.) Hujus medicamenti ʒii. ter minimum quotidie quantum calidè id ferre potuit, propinavimus. Convaluit.

Ægrotus II. Vir quidam obesus, ab aliquot mensibus, nescio quo languore & horrore, quotidie recurrente, affectus est; item huic gravis in lumbis capiteque dolor; matutini sudores valdè frigidii; Tussis; spiritus difficultas; nulla ciborum appetentia; lingua non arida, tamen siticulosus; decumbendi in lecto assidua cupiditas; pulsus parvus & debilis; urina admodum biliosa; huic succos Nasturtii & Cochleariæ ex vino rubro propinavi; & quamvis aliquoties inhorruit, tamen & urina pallida & sudores paulò tepidiores; item spiritus multò facilior. Balsamum Martis ad grana x. ad tussim & spiritum difficilem nocte dormituro dedi, cujus usu, etiam ipso sudoris tempore, melius dormivit; quod aliàs ante, ob pectoris nescio quam angustiam, nunquam facere potuit. In his remediis ad decem dies & amplius perseveravit, horrores sudoresque omnino desierunt, mirifice convaluit præter necessarium expectationem.

Paralysis ex Scorbuto.

Ægrotus III. Quinquagenarius, obesus, [Tithmarsh] mediâ hyeme primùm sit anhelosus, deque nescio qua ægitudine circa stomachum valdè questus est; mox brachiorum & crurum quasi paralysis & languor ægrum corripuit; hæc autem mala excepit gravis & assiduus crurum dolor, dies noctesque hominem crucians, somnumque ei prostris adimens. Post quatuordecim verò dies in utroque crure maculæ infinitæ purpureæ apparuerunt. Penè invitus curatus fuit remediis Anti Scorbuticis vulgò cognitis; adeo vino Hispanico & sæpè Spiritui Vini dicto, indulgere voluit. Non ante astatem tamen manuum pedumque vigorem recuperavit, quo tempore hominem aquis muriaticis (in vicinâ Knarborough agri Eboracensis) coctis & calidis, quantum sustinere potuit, balneare voluit; ex integro convaluit. At Hyeme proximè sequente similiter affectus est; & mortuus est.

Atrophia ex Scorbuto.

Ægrotus IV. Tailour de Marston, quinquagenarius, spirandi difficultate diu affectus est, tandem admodum emaciatum est; cætera sanus ut sibi videbatur; propter pituitam verò viscidam in lecto dormire vix potuit; pulsus celer & debilis; modica sitis; urina rufa; è medio pectore maculæ quædam subpurpureæ efflorescebant; atque hæc tandem latè fetaceum pectus occupabant; à prima autem earum eruptione iis color subpurpureus, qui indies degenerare in subluteum solebat, id quod curiosius observabam. Tabidus mortuus est.

Ægrotus V. Dominus Cooke, è Prebendariis Ecclesiæ Eboracensis, minimùm quinquagenarius, macer, literis valdè deditus. Decembri exeunte ex frigore primùm tussi affectus est; huic nulla serè ciborum appetentia; tussi supervenit spirandi difficultas, & nescio qui levis dolor, & in tibiâ dextrâ imbecillitas; mox ibidem pruritus ortus est, & maculæ purpureæ. Ipse autem vocatus, semur & crus tumida & intensè purpureo colore occupata vidi; huic Urina varia, nunc rufa & valdè turbida, nunc clara & qualis sanorum, Imò malum quo,

quodammodo Tertianam Febrem mentiebatur, nam alternis diebus pejus se habuit; malum in femore & tibia cum dolore, duritie & rigiditate indes serpebat. Quo malum auctum est, eò Urinæ certiores, & rufiores, & fæcibus magis id saturata. Ad decimum verò diem paulatim serpendo totum femur & tibiā & jam ipsum pedem tumore insigni occupavit, & livor jam ad nigredinem violaceam valde accedebat; foveæ in pede facile fiebant; at tumores cruris & femoris multò duriores fuerunt. Jam verò languores primùm æger sensit, & assidue in lecto deinceps decubuit.

Ex Anti-scorbuticis medicamentis Apozema præscripti, item Cataplasmata ex solis emollientibus cum herba Cochlearia & Unguento è mucilagibus toti cruri femorique latè admovi, quibus admodum levati sunt, & dolor, & tumor; Atque à pertinaci istiusmodi remediorum usu tandem convaluit. Illud insuper notavi, nigredinis extremas partes subluteo colore circumscriptas fuisse, perinde ut fit in suggillatis.

Ægrotus VI. Quidam Batavus, valde obesus, languoribus diu affectus est; tandem lecto defixus; huic labia, genæ, & ipsa lingua livescebant; pulsu parvo, debili, & tria qualis sanorum fuit; Spiritus Vini multum & assidue potare consuevit; huic autem à magni nominis medicis & sanguinis missio aliquoties repetita, & purgatoriae medicinae, & chalybs diu exhibitus est: at non ullo modo ei profuerunt. Ipse vocatus mala in infinitum aucta observavi, & jam manus cruraque livescebant, & spirandi difficultas tanta fuit, ut nisi erectus in sella sedere non potuit; adeò lingua balbutiebat, ut hominem galliè loquentem, vix intelligere potui. Omnia à me sumere recusavit præter cardiaca medicamenta vinosa, quorum sanè in nostris officinis copia est: post aliquot verò menses à primo insultu hæmorrhagiæ sub noctem adeò violenta correptus est, ut aliquam multas libras sanguinis è naribus effuderit, antequam moriebatur.

Ægrotus VII. Juvenis quidam, exeunte Decembri, subito & sine aliqua causa manifesta narium hæmorrhagiæ correptus est: id malum aliquot dies per intervalla duravit; mox totum corpus maculis ferè ex nigro purpureis eleganter depictum est; etiam earum aliquot ex internâ labiorum parte observavi: huic tamen nec febricula, nec pulsus jussu debiliior; Urina qualis sanorum; nec ullum grave aliàs symptoma. At funesta illa pictura fuit.

Ægrotus VIII. Puer quidam, quinque annos natus, subito, ineunte vere, maculis quibusdam ex viola-purpureis in cute albissima per totum corpus depingitur; ejus linguam, osque fortè inspexi, eisdemque maculas, & in ore, & in labiis ulceratas observavi; ejus cura ad me non pertinebat. Nam puerum mihi attulit vicinus quidam meus, tantum animi causa. Et nescio an aliquod medicamentum ab ullo datum fuit. At eadem nocte, Hæmorrhagia graviter affectus, illicò mortuus est.

NB. In proximo superiori casu maculae eruperunt à sanguinis profluvio; in hoc autem post maculas Hæmorrhagia lethalis sequuta est.

Ægrotus IX. Puer quidam (Waller) summè agilis decem circiter annos natus, casei mercatoris filius, subito maculis purpureis per universum corpus depictus est; ex his parvæ & aliæ majusculæ fuerunt, ipsam violæ martiæ florem eleganter representantes: mox vehemens Hæmorrhagia sequuta est; gingivæ, faucès, ipsaque lingua summa putredine virulenta exulcerantur; ut nec

cibum, nec medicamenta amplius sumere potuerit. Intra septiduum mortuus est.

Ægrotus X. Quidam puer (Hevvet) sex annos natus, subito nigro-purpureis maculis per universum corpus affectus est, puer autem de capitis dolore leviter tantum questus est, & foras toto eò die ludebat; naribus tamen paululùm sanguine stillantibus; omnino non febricitabat, & cibum pro more avide appetebat: ejus parentes insolitas maculas mirabantur; media nocte sanguis è naribus copiosè profuebat, eundemque adeò grumosum è ventriculo vomebat: ad decimam diei horam vocatus, sanguis admodum difficile comprimi potuit: maculas autem in labiis & linguâ video; item per ejus femora maculae aliquot longæ & latæ, velut ex verberibus vibices; huic corporis habitus frigidus, pulsus rarus & debilis, urina succinea & qualis sanorum; nulla sitis: ad illum comprimendum infinita frustra adhibita sunt: venâ autem brachii à me incisa, is protinus in deliquium, vix sesqui uncia sanguinis effusa, lapsus, & sanguis è naribus per se protinus compressus est. Sudore frigido madebat usque ad mediam noctem, deliravit; fortè ex diacodio dato in aqua plantaginis: postridie verò manè idem ei sanguinis profluvium contigit per aliquot horas; tandem balsamo Veneris nares implevi, & sanguis stillare desit. Deinceps diacodium modicè datum est. Et succi limonum, succi cochleariæ ad cyathos aliquot quotidie illi propinavi. Vibices primùm, mox maculae in labiis, reliquoque corpore, sensim disparuerunt. Convaluit.

Ægrotus XI. Sub idem tempus puellam vidi octo annos natam, cui infinite maculae purpuro-violaceæ in nivea cute efflorescebant, sanè spectaculum haud ingratum, nisi quod affectus morbosus fuerit: inter has verò maculas quasdam ad amissim triquetras, alias quadratas, plerasque rotundas & inordinatas, non sine ingenti admiratione curiosus contemplantur. Huic autem me præscripsisse memini spiritum C. C. ad aliquot guttas ex cerevisiâ tenui quotidie bibendas. Convaluit.

Ægrotus XII. Item alia puella eodem anno 1682. mihi ostensa est iisdem maculis per totum corpus depicta: diu in cute eæ maculae apparuerunt; tandem nescio quibus remediis convaluit. NB. in his duobus ultimis casibus de ulla hæmorrhagiâ superveniente non memini.

Ad remedia jam tandem venio; nam in recitandis exemplis, quæ infinita sunt, prolixior esse nolo. Præcipua autem hujus morbi medicamenta sunt, Cochleariæ, Limonumque, Aurantiumque succi: & ex hac notâ sunt omnigeni fructus & olea: at quò magis acidi, eò meliores sunt: hinc Acetum quoque & Spiritus Vitrioli valde profunt.

Horum itaque omnium facultates, & quæ commoda ab istiusmodi acidis remediis expectanda sunt, ab uno Aceto discemus. De Aceto autem inter alia multa ita Dioscorides perhibet. Acetum refrigerat, & astringit. Stomacho utile, appetentiam excitat. Erumpentem undique sanguinem sistit, potu infessive. Prodest alvi fluxionibus cum cibis coctum. In Ortopnæa calidum commodè sorbetur, Tussim veterem mitigat. Inflammationes arcet. Reprimit abscedentes Gingivas & sanguine manantes. Suggillationes rapit, & ad congestum sanguinem prodest. Ad capitis dolores confert. Ad aquam inter cutem ferventis vapor proficit, panes coarctet tepidi fatus. Pruritus permulcet, ad nomas & sacrum ignem, & ulcera quæ serpunt, ad lepras, impetiginisque efficax est. Phagedænas ulcerum nomasque fotu continuo cohi.

cohibet. Calidum potum adversus omnia venena efficax est, præsertim contra Meconium, Fungos & haustam cicutam. Contra venenatorum serpentium ictus, & eos, qui urens virus ejaculantur.

An verò aliquid in aceto deficiat, ad morbum nostrum curandum, aut amplius desideretur, remedio cum morbi symptomatibus diligenter collato, planè nescio, certè ut velim pensites, o bone lector.

Quamvis succi ex usu quotidiano in hoc morbo supra memorati & præ cæteris commendati, veteribus parùm aut nihil noti fuerunt; eorum tamen opinionem de fructibus acidis in malo punico videre licet; nimirum boni esse succi, & stomacho utilis, &c. reliqua vide apud Dioscoridem.

Quomodo autem hi effectus ex usu acidorum oriuntur explicandum restat. Atque hujus rei ratio in his paucis consistit. Acidum imprimis infirmum & æstuantem stomachum refrigerat & adstringit; adeoque concoctioni eum aptum reddit; similiter cogitandum est de intestinalis visceribus, eorumque valis, una eademque ratione, salium excrementum copia laborantibus; hujus autem in stomacho & visceribus refrigerii ratio est, quod acida salibus urinosis adjecta eorum vim protinus frangunt, & cum attenuando chylum lymphamve insuper urinam moveant, sales exedentes mitigatos jam maximè eò diducunt foras: à chylis autem novo, tenui & dulci sanguinis circuitus rursus expeditur, lymphæque adeò motus placidè perficitur, quo arteriarum labor multùm diminuitur, levaturque; adeoque hæmorrhagia & maculæ, & dolores, & lassitudines, nervorumque resolutiones, contractionesque paucis diebus ex toto cessant, & homo moribundus ex integro restituitur. Cujus subitæ curationis exempla infinita in navitis, terræ semel expositis à longis navigationibus, occurrunt.

At remediorum magnæ differentiæ sunt? Respondeo, verissimum quidem esse, multis oleis, inter quæ Nasturtium & Cochleariam pono, ad Scorbutum utilibus, præter succum acidum inesse etiam quandam piperatam acerbiteriam; quæ tamen de causâ crassos corporis humores magis attenuant, & in omnes ejus meatus facilis sibi viam faciunt; adeoque saltem crudum Urinosum ubique locorum promptius subigere & expellere potes sunt.

Salis autem culinarii crudi, sive in Urinosum mediocriter tantùm cocti, notio haud ita aliena est. Nam etiam in bene coquentibus Urina suum saltem urinosum non facilè & à primâ statim mictione analysi chymica præbet (imò ut ulterius putrescat, necesse est. Item ex sanguine humano eodem artificio destillato, paucæ tantùm drachmæ salis culinarii, ex multis libris sanguinis haberi possunt; At idem etiam ambiguae naturæ est, nec in omnibus, verè marino respondet, ut perhibet Boilæus noster.

Rursus; Acetum à fructu alicujus immaturi succo viribus distat, in eo, quod Acetum acrimoniam quandam ex putredinosa caliditate, scilicet ex bina fermentatione confectum, adeptum est. Fructus autem acidus immaturus ea acquisita acedine caret, & acerbiteriam habet. Unde magis etiam tenuium partium est Acetum, quàm alicujus herbe aut fructus immaturi succus, velut sensus quoque testatur, quo autem acrior succus, eò promptius penetrat, ut rectè de victu attenuante Galenus.

Amplius; Limonum, Aurantium, Malorumque Punicorum, scilicet perfectè maturorum, succi acidi sunt; nec fructus alicujus immaturi acer-

bitatem ingrati, nec aceti acrimoniam calidam, ex duplici fermento confecti, habent; adeoque præ cæteris valde excellent, & privatim ad hunc morbum omnium remediorum longè præstantissima medicamenta sunt; etiam miseris navitis in auxilium suum infinitis exemplis experta. Limonum autem commendationem hic inferere suave est, Authore Pisone Batavo, medico diligentissimo, & in rebus Naturæ exoticis, si quis alius, versatissimo. Peritissimi, inquit ille, nonnulli Indiæ, ubi diu vixit, medicastri plus præsidii in limonibus ponunt, quàm in lapide Bezoartico aut Theriaca, contra malignos morbos, & pestilentes febres, atque ipsa Venena. Ego autem, sine jactantia affirmo, me ex nullo alio aliquo remedio simplici tot fœlices effectus in tota praxi mea observasse, quàm ex limonibus.

Atque hæc satis dicta sunt de generis remediorum naturâ.

Quæstio autem haud importuna superest, cui respondere, antequam hanc exercitationem finiam, mihi bonum videtur: nimirum cur hoc morbo correpti, sanguinem mitti, & purgari plerumque malè ferunt? Respondeo; Qui diu ciborum appetentia caruerunt, etiam succo nutritio qualiscunque is sit, vix abundare, credibile est: huic rei fidem facit, inanis vomendi conatus sine ulla notabili excretionem; item quòd Lymphæ ductus feriant; quod testatur & nervorum resolutio & corporis nimia lassitudo, è maxime communibus hujus morbi indicis, & interdum ossium crepitus.

Deinde diutius ab hoc morbo affecti, etiam vitiatas humoribus effusis supra modum languent, quòd arteriæ rigidæ, & diu distentæ ex chylis crudo, falsoque, eo dempto, plane stupent, nec facilè ac promptè ad officium debitum redire possunt, sed penè ab opere deficiunt; illud confirmat pulsus debilis, parvus, inæqualis; item quod ab omni mutatione positus corporis deliquium pati istiusmodi ægri valde proni sunt, nimirum cordis & arteriarum Systole fatiscente; id refluxo sanguine inæqualiter moto, tantùm non opprimitur. *Hælenus Martinus Lister Exercitationum Medicinalium de quibusdam Morbis Chronicis, Quintâ.*

Curationes.

Curatio Clariss. Thomæ Willis.

Quod spectat ad scorbuti therapeiam, siquidem haud unica & simplex affectio præternaturalis, sed legio quædam profliganda est, idcirco medendi methodus indicationes multiplices, easque variè complicatas, ac subordinatas perstringere debet: quas tamen vulgari modo ad tria hæc capita referre visum est: nempe ut sint præservatoriae, quæ morbi causam; & curatoriae, quæ morbum ipsum & symptoma ejus respiciunt & tollunt; & denique vitales, quæ patientis robur ac vires tuentur vel restaurant.

Ab ipso curationis initio contra morbi causam collimare debemus; hac enim velut radice præcisa, vel avulsa, statim truncus, rami, & fructus emarcescent. Cum itaque ostendimus, scorbuti causam in sanguinis dyacrasia, scilicet aut sulphureo-salina, aut sabino-sulphurea fundari: imprimis danda erit opera, quo melius illa, tum hujus, tum illius indolis, emendetur: in hanc rem, primo impedienda tollantur, dein ipsa primaria intentio perficiatur: propter utrumque scopum remedia à Diætâ, Chirurgia & Pharmacia expetuntur. Quoad Diætâ, specialis victus ratio inferius apponetur; interim ut de reliquis procedamus.

Sanguinis ad debitam crasim per remedia ap-

propriata reductio, propter hæc duo potissimum impeditur; scilicet primò, quia succi nutritii non nisi vitiosi penus ei continuo infertur; dein secundò, quia recrementa in sinu ejus producta, per idoneas cloacas non satis amandantur. Itaque providendum erit, tum ut chyloleos negotium in primis viis rectè peragatur, tum ut recrementa vaporosa per diaphoresin, serosa per renes & lymphæductus, biliosa per cyllin felleam, atrabiliaria per lienem, atque alia cujusque præerea generis, per propria emunctoria satis expurgentur: dein hisce minus rectius institutis, sanguinis dyscrasiam per medicamenta specifica, ac imprimis sale volatili prædita, reducere nitentur. Remedia singulas hæc intentiones respicientia unà complicari, ac simul in usum adhiberi debent: quo tamen ritu, ac quibus administrationum modis, adhuc particularius designare oportebit.

1. Ut chylofis in primis viis rectè perficiatur, curandum erit, ut materiae excrementitiæ saburra in iis congesta exterminetur, ut fermenta deperdita, aut depravata restituantur, ut meatus & pori quoquomodo infarcti & obstructi referentur. In hos fines medicamenta cathartica, digestiva & aperientia destinantur.

2. Excrementa in massa sanguinea collecta, cum per propria emunctoria non satis amandantur, per alias vias maximè idoneas subinde educantur: in hanc rem etiam cathartica, ac insuper diaphoretica, & diuretica conveniunt.

3. Sanguinis dyscrasia scorbutica emendetur phlebotomia & remediis specificis. Quare, ut indicationis præservatoriæ res tota in summam redigatur, remedia quæ præcipuas ejus intentiones perficiunt, sint cathartica, phlebotomica, digestiva, aperientia, diaphoretica, diuretica & antiscorbutica, sive specifica: D in quatenus remedia digestiva, ac aperientia sæpius concidunt; siquidem utraque particulis acidis, acris, aut salinis præcipuè imbuuntur; porro, in quantum ejusmodi pharmaca diaphoresin, aut diuresin aptè satis movent: idcirco apparatus pharmaceuticus intentionibus prædictis requisitus, in angustiores adhuc limites redigi potest: nimirum ut fere tantum constet medicamentis catharticis, digestivis, ac antiscorbuticis, quibus phlebotomia pro data occa adijcitur, illorum formulas quasdam & præcepta, ac insuper utendi modum, designare incumbit.

Cathartica.) 1. Methodus medendi scorbuticis ferè quibusvis præscripta, à catharticis incipiat: Et enim nisi primæ viæ mundantur, medicamenta in alios quosvis usus destinata, ab illarum sordibus inquinabuntur, quapropter vomitio interdum non minus quàm purgatio conveniet.

Si ventriculus (ut crebro assolet) materia viscida, acrescente, aut nidorosa aggravatus, sarcinam impuram nausea aut vomendi nixu forsùm ejicere molitur, atque patiens talem evacuationem olim satis robuste ac cum *typho* tolerare solebat, nihil vetat, modo vires non sint nimium prostratæ, pharmacum emeticum exhibere. Fortioribus, infusio croci metallorum, aut Mercurius vitæ, aut tartarus emeticus Mynsichti, vel sulphur antimonii Glauberi propinetur: qui sunt constitutionis imbecillæ, aut teneris, vinum scilliticum, aut Gilli Theophrasti assumant; quibus in exigua dosi exhibitis, serum lactis in magna copia superbibant, dein ventriculo ad nauseam repleto, digito, vel penna gutturi immisiss, vomitio facillima provocatur, & aliquoties pro libitu iterari potest. Hæc vomendi ritu, mera stomachi contenta, à plicis ejus detersa excernuntur: neque in aliis circumferca visceribus, aut membranis (prout à stybia-

tis fieri solet) vellicationes dolorificæ, aut convulsivæ, cum leipothymia, cientur.

Quibus ventriculus, propter malam digestionem, pituitæ, aliufve materiæ degeneris saburram facillè congerit, præcepi (& sæpius bono cum successu,) ut semel in mense, talem vomitionem utpote tutam, & salubrem proritent.

Ubi vomitio locum non habet, à purgatione incipiatur; saltem posito aliquot dierum interstitio, evacuatio hæc isti succedat. Quod olim de præparatione humorum ab Authoribus passim inculcatur, aut supervacaneum, aut non intellecta sanguinis circulatione, prorsus erroneam esse duco: quin istius intentionis vice, viscerum fermenta restaurantia, & sanguinis crasin alterantia substituuntur: interim ut primarum viarum sordes, & liquoris tum sanguinei, tum nervosi super vitates recrementitiæ amandentur; Purgatio primò lenis & blanda instituat, ac postea juxta patientis tolerantiam, aut semel intra septimanam, aut crebrius vel rarius irriteretur; & medicamenti vires juxta primæ doseos successus proportionentur: In hunc finem pilulæ, potiones, apozemata, electuaria, pulveres, & plures aliæ medicamentorum formulæ præscribi solent.

Si ægrotantis constitutio sit calidior, atque scorbutus in sanguinis dyscrasia adusta, scilicet sulphureo-salina, fundari videtur, aloëtica, & diagydiata quævis vitentur, & temperatiora solum à senna, rhabarbaro, & aliis, quæ sanguinem & humores non exagitant, exhibeantur.

4. Folior. sennæ ʒi. rhabarb. ʒvi. epithymi ʒii. rad. polypodii qu. rhabarb. Anglicani siccat. an. ʒʒ. santali citrini ʒii. spicæ celticæ ʒʒ. salis absinthii ʒii. incisa & contusa digerantur in matricario calore arenæ, cum vini albi, & aq. fumarie an. lb. i. (vel cum aq. magistralis antiscorbuticæ nostræ lb. ii.) per duos dies; colatura clara evaporetur lenissimo balnei calore, ad consistentiam mellis, dein adde pulveris foliorum sennæ, rhabarb. an. ʒiʒ. specierum diatriæ santalæ ʒi. cremoris tartari ʒiʒ. f. massa pilularis. Dosis ʒʒ. ad ʒi.

Vel parctur talis infusio, quæ evaporetur leni calore ad consistentiam syrupi, addendo circos finem mannæ colatæ, & sacchari albisissimi, an. ʒi. fiat syrupus. Dosis cochlear. i. ad ii. cum vehiculo convenienti.

Vel ejusmodi tincturæ ʒi. vel vi. pro dosi exhibeantur, addendo cremoris tartari ʒʒ. & si edulcoratione opus sit, syrupi de pomis ʒiii.

Vel tincturæ præscriptæ imponantur uvarum corinthiacarum mundatar. ʒvi. digerantur calidè donec uvæ intumescant, quibus exemptis, liquor ad syrupi consistentiam evaporetur, addendo sacchari & mannæ colatæ an. ʒiʒ. dein ovis deauro impositis, medicamentum in vase vitreato probe oburato servetur. Dosis cochlear. i. vel ii.

Vel tincturæ prædictæ ad medietatem evaporatæ adde cassiæ recentis, pulpæ tamarindorum cum aqua antiscorbutica extractæ, an. ʒiii. Conservæ violarum, rosarum damascenarum, an. ʒii. pulv. sennæ compositi majoris ʒi. rhabarb. pulv. ʒʒ. Cremoris tartari, specier. diatriæ santalæ, an. ʒiii. simul terantur in mortario lapideo donec redigantur in formam electuarii. Dosis qu. nucis juglandis, plus minus, juxta operationis successum.

Quibus stomachus nauseabundus, pharmaca non nisi in exigua quantitate, ac forma elegantè admittit.

4. Resinæ scammonii gr. iv. ad viii. Cremoris tartari ʒʒ. spicæ celticæ gr. vi. Misce, f. pulvis, detur in cochleari panatellæ, vel in pilulis formetur.

Qui affectione scorbutica laborantes, frigidioris sunt constitutionis, atque morbus in sanguinis dia-

thesi

thesi nitro sulphurea, vini penduli æmula, fundari videtur, us cathartica asperiora, & particulis calidioribus prædita exhibeantur.

℞. Pilular. stomach. cum gum. ʒii. Resinæ jalap. gr. 20. tartari vitriolat. gr. 16. olei juniperi ʒss. cum s. q. ammoniaci solut. in aq. lumbricor. f. pilulæ 16. sumantur quatuor pro vice, semel intra septimanam.

℞. Pilular. tartar. Bontii ʒiʒ. Resinæ jalap. gr. 12. salis tartari ʒss. cum s. q. syrapi Augustani. f. pilulæ 12.

℞. Extr. & pilular. Ruffi ʒi. Extracti hellebori nigri ʒi. salis tartari ʒss. cum s. q. ammoniaci solut. f. pilulæ 9. sumantur iii. pro dosi.

℞. Folior. sennæ ʒi. rhabarbari ʒvi. mechoacæ, turbith. gum. an. ʒss. fibrarum hellebori nigri ʒiii. salis tartari ʒii. santali citrini ʒiʒ. corticis Winteran. ʒii. incis. & contus. digerantur in vini albi ʒii. per duos dies f. colatura clara sine expressione, sumatur vel per se ab ʒv. ad ʒvi. vel in extractum, aut syrupum, aut electuarium redigatur, prout tinctura superius descripta, addendo pulv. arthritici, vel dialennæ q. s. &c.

Vel paratur hujusmodi tinctura, quæ detur viris robustis ad cochlear. i. vel iʒ.

℞. Salis tartari ʒi. spiritus vini tenuioris ʒiʒ. digerantur donec flavescat: huic à fecibus per inclinationem effusæ, infunde folior. hellebori nigri in aceto macerat. ʒi. santali citrini ʒi. flavedinis aurantii ʒiʒ. f. digestio clausa & calida per tres dies. Colatura clara destilletur in balneo ad medietatem, liquor residuus ad usum servetur.

℞. Rad. lapathi acut. polypodii qu. urticæ urentis, cherefolii, an. ʒvi. folior. eupatorii, veronicæ, an. M. i. santal. albi, citrini, an. ʒiʒ. carthami ʒi. Tartari vini albi ʒss. Coquantur in aq. fontan. ʒii. s. ad medietatem, adde vini Rhenani ʒi. & statim coletur, cui impone sennæ opt. ʒss. rhabarbari ʒvi. folior. hellebori nigri ʒss. flavedinis aurantii ʒii. f. infusio clausa & tepida per horas 12. Colatura servetur in vitro occluso. Dosis ʒv. ad vi.

In promptu hic esset, plures alias cathartico-rum formulas subicere: verum in his non magna varietas requiritur: è prædictis aut hæc, aut illa, quæ melius conveniunt, exhibeantur; & subinde intra quinque aut sex dies, prout occasio requirit, iterentur. Nimis crebra, & violenta purgatio vires profernit, viscerum robur valde labefactat, atque morbum interea non tollit.

Post unam aut alteram purgationem, si missio sanguinis indicatur, aut phlebotomia in brachio, aut hirudinum suctu in venis sedalibus celebretur: non multum interest, quæ vena secetur; nec enim salvatellæ apertio tanti, prout vulgo perhibetur, meriti est. Quod inter Authores valde ambigitur de vena aut jecoraria, aut cephalica, vel alia quavis potiori in scorbuto incidenda, à quo sanguinis circulatio innovit, in nihilum recidit. Phlebotomia indicatur à sanguinis copia, & vitiositate, quem præstat aliquoties in quantitate modica, quam semel in magna educi: Cum enim liquor sanguineus valde impurus, nullo remediorum genere certius emendatur, quam crebra & parca extramissione: quippe sanguini veteri corrupto, quoties educitur, recens melior, & defæciatior succedit. Interim cautione opus est, ne semel in quantitate nimia subtrahatur; nam peni ejus conferri diminuto, sanguificatio labefcit, propterea ut hydrops aut cachexia sequatur.

Præter catharsin, & (si opus fuerit) phlebotomiam, plura alios generis remedia, non minus necessaria in scorbuto requiruntur: de quibus tamen ordine præscribendis, statim considerare oportet,

Tom. IV. Part. II,

utrum indicationes solum præservatoriæ hic locum habeant, ac an non iis curatoriæ quædam, nempe quæ symptomata gravius urgentia respiciunt, intercalari debent: Quod si vacat, in morbi causam, totam therapias operam impendere, juxta methodum sequentem procedatur: Inferius ostendetur, quali interea symptomatum (si forsitan occasio exigit) cura adhibenda sit.

Itaque si præcipuam medicinæ operam, in scorbuti causam imprimis, ac per se eradicandam impendere liceat; propter hunc scopum, insuper remedia digestiva & specifica, seu antiscorbutica, prout modo inuimus, omni tempore, exceptis purgationis diebus, usurpentur: quibus interdum, si opus fuerit, diaphoretica, aut diuretica adjiciantur. Medicamentorum hujusmodi intentiones perficientium formulæ, & præscripta multiplicia, ac varii generis apud authores passim extant. Libet hic selectiora quædam apponere; quæ quidem juxta duplicem causæ scorbuticæ indolem, nempe sanguinis dyscrasiam sulphureo-salinam & salino-sulphuream, in duas classes distinguere visum est: & primo, quæ in hoc posteriori affectionis modo conveniunt, ubi nimirum medicamentis incitatione quadam præditis, atque sale volatili plurimum refertis opus est, trademus.

Remedia digestiva, quæ ventriculi fermentum restituunt, ejuque ac aliorum viscerum chylosi inservientium, functiones juvant; atque antiscorbutica, sive specifica, quæ sanguinis dyscrasiam tollunt, aut in eadem compositione junguntur, aut saltem eodem die successivè assumantur.

Inter medicamenta digestiva merito recensentur tartari cremor, crystalli, sal, tinctura, tartarus vitriolatus, chalybeatus. Elixir proprietatis, mixtura simplex: Cujusvis horum bis in die exhibitus usus sæpenumero prodest.

Porro tincturas & elixires magistrales, varii generis, & digestivas, & scorbuto appropriatas, cum duobus mensuris sequentibus facile conficiuntur.

℞. Spiritus vitrioli rectificati ʒvi. Spiritus vini alchalisati ʒxvi. Misce & destilla in retorta vitrea cum ternis cohobis: in vitro probe occluso ad usum serva: Elixir proprietatis cum hoc menstruo composito facilius, & melius, quam vulgari modo paratur.

℞. Corticis Winteran. ligni Aloës, rad. galangæ minoris, an. ʒii. cinnamomi, cariophyllor. cubeborum, an. ʒi. feminis ameos, nasturtii, an. ʒss. contulis affunde prædictum menstruum ad supereminentiam trium digitorum: digerantur in matraccio in furno arenæ per 6. dies. Colatura servetur in vitro occluso. Dosis gutt. 20. plus minus in cochleari vini Canarini, vel aq. appropriatæ. Exhibeatur bis in die.

℞. Succini albissimi, gummi hederæ, carannæ, tacamahacæ, an. ʒi. croci ʒss. cariophyll. nucis moschat. an. ʒii. contus. affunde prædictum menstruum, & s. a. extrahatur tinctura. Dosis gutt. 20. ut supra.

℞. Salis tartari cærulei ʒiv. digerantur in matraccio cum spiritus vini alchalisati ʒi. ad extractionem tincturæ: hoc sit aliud menstruum, quo & gumm. aromatis, &c. eodem modo, ut cum priori menstruo, elixyres parabis.

Dum hujusmodi remedia in dosi perexigua vespere, & primo mane exhibentur, horis medicis, scilicet octava ante, & quarta p. m. alius generis medicamenta antiscorbutica sumantur, quæ quidem ut plurimum in duplici forma, nempe in solida & liquida, simul capienda præscribere solemus; ita ut solido præmissa, liquidum superbatur, utriusque varietatis extant species, & compositionis modi,

D

vid,

vid. in forma solida, electuaria, confectioes, pulveres, & tabulæ: in liquida, sunt decocta, infusiones, expressiones, aq. destillatæ, vina & cerevisiæ medicatæ: Cujusque horum generis medicamenta selectiora quædam proponemus.

El. Quaria.) ℞. Conservæ cochleariæ, absinthii Romani, fumaricæ, an. ʒ. ii. pulv. cort. Winterani, rad. angelicæ, Ari an. ʒ. ii. spec. diatrion santal. ʒ. i. s. pulv. oculor. cancri ʒi. salis absinthii ʒ. ii. Cum f. q. syrupi è corticibus citri, f. electuarium.

℞. Conservæ folior. cochleariæ, beccabungæ cum æquali parte sacchari factæ an. ʒ. iii. trochiscor. de capparibus, de rhabarbaro, an. ʒ. ii. salis absinthii, cochleariæ an. ʒ. i. eboris pulv. corallii calcinat. an. ʒ. j. cum f. q. syrupi à succo cochleariæ, f. electuarium.

Præscribere soleo conservas è cortice exteriori limoniorum & aurantior. item è floribus purpureis arboris fraxini, è foliis & floribus cardamines, è radice lepathi acut. & rhabarbari Anglicani, cum æquali parte sacchari parandas, quæ inter se, aut aliis conservis, & speciebus permittæ ejusmodi electuaria ingrediuntur.

℞. Conservæ flavedinis aurantium, limoniorum, flor. fraxini, an. ʒ. ii. pulv. rad. contrayervæ ʒ. i. s. galangæ minoris ʒ. s. rad. Ari ʒ. ii. spec. aromatici rosat. ʒ. i. salis absinthii ʒ. ii. cum f. q. syr. condituræ nucis moschat. f. electuarium. Dosis hujusmodi medicamentorum quæ nucis moschat. superbibendo liquorem appropriatum.

Rusticis & pauperioribus, à quibus medicamenta facile parabilia, & minus cara expetuntur, ad hunc modum præscribo.

℞. Folior. cochleariæ, beccabungæ, an. ʒ. xv. sacchari albisissimi ʒ. vii. simul contundantur in mortario, addendo pulv. cort. Winterani ʒ. s. tartari cum nitro calcinati ʒ. iii. cum f. q. vini Hispanici, redigantur in electuarium. Dosis quæ nucis juglandis bis in die, superbibendo liquorem appropriatum.

℞. Foliorum cochleariæ ʒ. j. passular. exacinat. sacchari albisissimi, an. ʒ. s. saccul. rad. raphani sylvestris ʒ. ii. simul contundantur in mortario, & redigantur in formam electuarii. Dosis quæ nucis juglandis, bis vel ter in die.

Confectiones.) ℞. Pulv. Ari compositi ʒ. j. cort. Winterani pulv. ʒ. s. spec. diatrion. santal. trochisc. de capparibus, an. ʒ. ii. salis absinthii, cochleariæ, an. ʒ. j. s. flavedinis aurantii condit. ʒ. iii. simul terantur in mortario, dein adde sacchari alb. solut. in f. q. aq. lumbric. ʒ. iii. f. a. f. confectio.

℞. Rad. eryngii, & scorzonæræ condit. an. ʒ. ii. nucis jugland. myrobalan. condit. an. num. ii. electuarii de sassafras, ʒ. vi. pulv. cubebar. cardamom. an. ʒ. ii. pulv. rad. zedoariæ, angelicæ an. ʒ. i. s. salis absinthii ʒ. ii. cum f. q. syrup. condituræ nucum juglandum, f. confectio.

℞. Pulv. rad. Chinæ, ligni sassafras an. ʒ. s. santal. citrini albi, an. ʒ. ii. sem. erucæ, cubebar. nasturtii, granor. paradisi, an. ʒ. s. spec. dialacæ, cinnamomi, iridis, galangæ minoris, an. ʒ. j. salis absinthii ʒ. ij. conservæ flavedinis aurantii, & sacchari anthosaf. solut. in f. q. aq. limacum, an. ʒ. iii. f. a. f. confectio. Dosis quæ nucis moschat. bis in die, superbibendo liquorem appropriatum.

In quibusdam scorbuti casibus, ubi chalybis usus indicatur, aut chalybis cum sulphure præparat. ʒ. iii. aut vitrioli Martis ʒ. ii. cuilibet è præscriptis, aut confectio, aut electuarium adjiciantur; & post medicamentum aut semel, aut bis in

die assumptum, corpus pro ratione virium exercetur.

Pulveres.] ℞. Pulv. Ari compositi ʒ. j. s. cort. Winteran. ʒ. s. cubebar. granor. Paradisi, cardamomi, an. ʒ. ii. salis absinthii ʒ. iii. tabul. aurant. ʒ. iii. f. pulvis. Dosis ʒ. i. in liquore appropriato.

Pulveri prædicto adde nucleorum fructus Indici, cacao ʒ. s. in mortario calido redigantur in massam, sive pastam. Dosis ʒ. ii. eo ritu quo confectio chocolate assumitur, scil. in aq. fontan. cum foliis rorisinari, aut betonicæ, aut radice scorzonæræ, aut etiam rasura eboris, vel C. Cervi incoctis.

Pilula.) Quibus medicamentum in dosi minori, & forma pilulari magis arridet.

℞. Rad. seroentariæ Virginianæ, contrayervæ, an. ʒ. ii. cort. Winteran. cubebar. sem. erucæ. an. ʒ. iii. salis absinthii, cochleariæ, an. ʒ. i. s. extracti, sive rob. juniperi ʒ. s. c. f. q. syr. condituræ nucis moschat. fiat massa. Dosis pilulæ ʒ. vi. bis in die, superbibendo liquorem appropriatum.

Tabulæ.] Pro delicatioribus tabulæ, sive trageæ ad hunc modum præscribantur.

℞. Pulv. cort. Winteran. oculor. cancri, an. ʒ. i. s. margar. pulv. ʒ. s. sacchari albisissimi solut. in f. q. aq. lumbric. & ad tabulat. coct. ʒ. vi. sp. cochleariæ ʒ. ii. f. a. f. tabulæ, quæ singulæ pendant. ʒ. s. capiat circiter ʒ. j. bis in die, superbibendo liquorem appropriatum.

Tabulæ aurant. quæ in pharmacopoliis Oxoniensibus præstant.

℞. Cort. aurant. limoniorum, citri, condit. an. ʒ. i. rad. eryngii condit. ʒ. s. nucleorum pini, pistach. an. 20. amygdal. dul. excort. num. x. sem. anisi pulv. ʒ. s. Zinziberis condit. ʒ. ii. spec. aromat. rosat. nucis moschat. an. ʒ. i. s. rad. galangæ ʒ. j. Caryophyllor. num. x. ambræ griseæ gr. ʒ. v. moschi, zibetæ an. gr. ii. sacchari albisissimi solut. in aq. rosar. & ad tabul. coct. ʒ. i. s. f. a. f. tabulæ.

Hæc de medicamentis in forma solida, sive substantia crassiori scorbuticis exhiberi solius, quorum virtus ut melius, & cum majori emolumento in massam sanguineam deferatur, iis ut plurimum liquida superbibenda præscribuntur. Quamvis horum & magna extat varietas, & diversimoda componendi ratio, præcipua tamen & usitatissima sunt qualia supra inuimus, & ejusmodi singulorum modo formulæ subjungentur.

1. *Decocta.*] Esti decocta sunt maxime familiare medicamentorum liquidorum genus, in scorbuto tamen rarius usurpantur, quia simplicia, quæ huic morbo præcipue conferunt, uti cochlearia, beccabunga, &c. virtutes suas à sale volatili acceptas, coctione amittunt: Attamen quoniam remedia hoc ritu facile ac cito parantur, interdum admitti debent; quin eorum nonnulla efficacia fuisse, experientia comprobavit. Pro rusticis & pauperibus, medicamentum hoc parata facillimum à plerisque authoribus commendatur.

℞. Folior. nasturtii aquatici M. iii. acetosæ minoris M. ii. concisa macerentur in lactis ʒ. vi. & coquantur ad tertie partis consumptionem: sumantur ʒ. vi. ad viii. bis in die. Decoctum absinthii ab Eugalenô & aliis laudatur. Remedium sequens cum bono successu ego sæpius expertus sum.

℞. Summit. genisæ M. iii. minutim incis. coquantur in cerevisiæ fortioris ʒ. iii. ad mediocritatem, exhibeantur ʒ. ii. ad iii. bis in die.

2. *Infusiones.*] Infusio decocto superaddita medicamentum utilissimum præstat.

℞. Rad. scorzonæræ, cherefolii, an. ʒ. j. folior. eupatorii, chamæpytios, an. M. s. C. Cervi usti ʒ. ii. passul. M. s. coquantur in aq. fontanæ ʒ. iii. ad

ad tertiae partis consumptionem, adde vini Rhenani lb. 8. & statim coletur in vas vitreum, cui imponantur folior. cochleariae, beccabungæ contus. an. M. 8. cort. aurantii condit. & minutim incif. 38. f. infusio clausa & calida per 6. horas. Colatura fervetur in vasis oclusis. Dosis 3 vi. bis in die post medicamentum solidum.

4. Seri lactis, cum vino albo, aut pomaceo facti lb. i 8. huic incoquantur rad. bardanæ, eryngii condit. an. 3 vi. baccar. juniperi condit. 38. liquor ad tertiae partis consumptionem decoctus coletur in lagenam, cui imponantur folior. cochleariae, beccabungæ, an. M. i. f. infusio calida, & clausa per horas 6. Dosis lb. 8. bis in die post medicamentum solidum.

Infusiones item per se factæ nonnunquam egregii sunt usus.

4. Fol. cochleariæ M. j. rasuræ rad. raphani sylvestris M. 8. cort. Winter. contus. 3ii. ponantur in vitro cum vini albi, aut pomacei, & aq. cochleariæ, an. lb. i. fiat infusio in cella per duos vel tres dies. Dosis 3 vi. ad viii. bis in die, ut supra.

3. *Succi & expressiones.*) Commendatissimus herbarum aut fructuum antiscorbuticorum usus est, ut illarum succi, & expressiones, per se, aut cum aliis liquoribus appropriatis, bis, aut ter in die assumantur: sic enim remedii virtus integra, ac illibata exhiberi præsumitur.

4. Folior. cochleariæ, nasturtii aquatici, beccabungæ, an. M. iii. contusis exprimat succus, fervetur in vitro ocluso. Dosis 3 18. ad 3 iii. bis in die in haustulo cervisiæ, vini, aut aq. destillatæ.

4. Folior. cochleariæ M. iv. acetosellæ M. ii. contusis exprimat succus, qui vitro oclusus brevi clarescit: namque acetositas lujulæ præcipitat crassiores cochleariæ partes. Idem succedit si succus aurant. succo cochleariæ permiscetur. Dosis 3 ii. vel iii. bis in die.

4. Folior. cochleariæ M. iv. beccabungæ, nasturtii, an. M. ii. piperis longi 3 iii. rasuræ raphani sylvestris 3 ii. simul omnia contus. ponantur in olla vitreata cum vini Rhenani, vel Hispanici, si potius videtur, lb. ii. orificio probe ocluso, stent in cella frigida per ii. dies, dein f. expressio fortis. Dosis 3 iii. bis in die, post medicamentum solidum.

4. Folior. cochleariæ M. iii. beccabungæ, nasturtii, lujulæ, an. M. j. contus. affunde aq. limacum, & lumbric. an. 3 vi. f. expressio fortis, que fervetur in vitro ocluso. Dosis 3 ii. bis in die.

4. *Syrupi.*) Propter eandem rationem, qua decocta, etiam syrapi in scorbuto minus probantur, in quantum scilicet simplicium maximè efficacium virtus intra coquendum evaporat, quia tamen aliquibus pro liquorum appropriatorum edulcoratione tali medicamento interdum opus esse videtur, præparationem hic nostram, reservatis qua licet ingredientium viribus, proponemus.

Itaque 4. folior. cochleariæ hortensis M. vi. cort. 4. aurant. & duor. limoniorum tenuiter deras. rasur. rad. raphani M. 8. piperis longi pulv. 3 iii. omnibus simul contusis exprimat succus, qui statim vitro probe obturato inclusus, collocetur in cella frigida, donec per subsidentiam clarescit: dein liquor clarus per inclinationem in vitrum aliud effusus, & oclusus, in calore Balnei m. detineatur, interim pro singulis unciis.

4. Sacchari 3 18. ejusque tota quantitas cum parum aq. lumbric. dissolutæ, ad tabul. coquantur: cui mox liquor prædictus calidus sensim affundatur, & cum spatula agitur: Quamprimum incorporatur, compositio igne eximatur, & frigidata vitro imponatur. Hic nodulus in vitro suspendatur.

Tom. IV. Part. II.

4. Cinnamomi contus. 3 i 8. sem. nasturtii, erucæ pulv. an. 3 i. misce.

5. *Aque destillatæ.*) Aquæ destillatæ, quia sunt elegans & jucundum remedium, inter præscripta antiscorbutica ferè utramque implent paginam. Harum dispensationes quædam in nostra pharmacopœa perquam utiles & concinnæ habentur, ut aq. Raphani composita, lumbric. & limacum magistralis. Præterea extant celebres hujusmodi aquarum præscriptiones à Quercetano, Dornorelio, Sennerto, Doringio, aliisque Authoribus traditæ. Insuper unicuique Medico in promptu est tales cujusque ægrotantis conditioni appropriatas, pro re nata præscribere: recipiantur enim ingredientia antiscorbutica, ac insuper accidentia quædam, & affectus particulares respicientia: quibus concisis & contusis liquor idoneus, scil. vinum album pomaceum, aut serum lactis ex utrovis paratum affanditur: dein tota mixtura in cucurbita, aut in organo rosaceis destillatur. Libet hic formam unam, aut alteram nobis usitatas subjungere.

4. Folior. cochleariæ utriusque, beccabungæ, nasturtii aquatici, summitatum genistiæ, an. M. iv. foliorum chamædryos, chamæpyrios, an. M. ii. rad. raphani sylvestris lb. 8. Ari. angelicæ, imperatoricæ, an. 3 iv. cortices externæ quatuor aurant. & totidem limoniorum, radic. calami aromati 3 i. cinnamomi, caryophyllor. an. 3 8. contusis, & concisis affunde pomacei opt. lb. viii. digerantur per duos dies in olla vitreata oclusa: dein destillentur in communi destillatorio: aquæ primo, & ultimo avocatae misceantur.

Tempore brumali, cum herbæ virides sunt rariore, juxta hunc modum præscribatur.

4. Folior. cochleariæ M. iv. summitatum genistiæ, pini, juniperi, an. M. iii. cort. mediani sambuci, fraxini, an. 3 iv. rad. raphani sylvestris, polypodii qu. an. 3 iii. cortices quatuor aurant. & totidem limoniorum, cort. Winteran. 3 iv. contusis & concis. affunde vini albi, vel pomacei, vel seri lactis cum alterutro facti, lb. ix. destillentur.

Aq. simplex folior. Ari verno tempore destillata contra scorbutum efficax remedium est, si 3 iii. vel iv. bis in die cum alio medicamento exhibeantur.

Aqua simplex cochleariæ, foliis recentibus contusis reallusa, & exstillata, adeoque crebris cohobis iterata, efficax remedium evadit: Porro cochleariæ spiritus ardens ad hunc modum paratur.

4. Folior. cochleariæ q. l. contusa in pilas, quales ex glasto pro Tinctor. usu parari solent, fermentur: dein pilæ istæ in olla vitreata, aut aq. cochleariæ, vel vino ejusdem, ad quatuor digitorum supereminentiam affusa, per tres aut quatuor dies exactè clausa, in loco frigido detineantur: dein tota materies, alembico imposito destilletur: aqua destillata cucurbitæ indita rectificetur: primo exhibit spiritus ardens, cujus gr. 15. vel 20. in idoneo vehiculo propinetur.

6. *Vina & cerevisia antiscorbutica.*) Vinum antiscorbuticum simplex egregii usus ad hunc modum parare soleo. Verno aut æstivo tempore.

4. Fol. cochleariæ sub sereno celo collect. q. v. succo è contusis expresso, dosiolum iii. aut iv. congi. capax impleatur; flor. cerevisiæ cochlearii, vel ii. impositis, per duos dies fermentari firatur: dein vas oclusum in cella vinaria per 6. menses collocetur: dein liquor clarus, ac inflar vini Hispanici flavescens, in utres exhauriatur, ac usui fervetur, per plures annos incorruptus perdurat. Dosis 3 iii. vel iv. bis in die.

Vina medicata, quorum cyathus unus aut alter horis medicis, aut etiam inter prandendum quotidie assumantur, ad hunc modum parentur.

4. Folior. cochleariæ M. iv. rasuræ raphani syl-

vestris ꝛ iv. cort. Winteran. contus. ꝛß. cortices exteriores quatuor aurantior. & totidem limoniorum; ponantur in viro, cum vini albi, Rhenani, aut tenuioris Hispanici lb. xii. vas obturatum servetur in loco frigido; vinum effundatur clarum quoties usu opus est.

Usitatus est allam, aut cerevisiam medicatam scorbuticis pro potu ordinario constanter bibendam præscribere. Paretur cerevisia pro doliolo quatuor congiarum capaci: vice florum lupuli incoquantur summitatum pini, vel abietis M. iij. post fermentationem in doliolo peractam, imponantur folior. cochleariæ M. iij. rad. lapathi acut. præparat. ꝛ iv. cortices quatuor aurantior. postquam per septimanam subsidia inclaruit, potui exponatur.

Hujusmodi cerevisiæ cum aliis ingredientibus medicata, juxta patientis temperamentum, & affectionem diversimode parari possunt: quo remedii genere, siquidem particulæ medicamentosæ, sanguinis dyscrasiam alterantes, massæ ejus unâ cum alimentosis continuo inferuntur, in tollenda scorbuti causa, sæpe multum proficitur. In quantum vero hujus causam, uti & morbi speciem, duplicem esse ostendimus, & medicamenta hæcenus proposita, sanguinis intemperiem salino-sulphuream fere tantum respiciunt, proxime incumbit medicamenta, quæ in altera sanguinis dyscrasia scorbutica, nempe sulphureo-salina, conveniunt, subjicere.

In quibusdam scorbuticis, cochleariæ, raphani sylvestris, corticis Winteran. aliorumque acrium, & sale volatili valde præditorum usus multum officere deprehenditur: quare in ejusmodi casibus, ubi causa morbifica in calidiori sanguinis dyscrasia, vini rancidi æmula, consistit, medicamenta temperata, & humorum particulas per se effervescentes aptas, minus exagitantia indicantur; quare formulæ, eodem quo superiores ordine, ac velut *παράλληλας* subjiciuntur, atque imprimis de remediis solidis agemus.

Electuaria.) ꝛ. Conservæ beccabungæ, cardamines, cum æquali parte sacchari fact. an. ꝛiii. spec. diatrion. santal. diarrhod. abbatis, an. ꝛiß. eboris pulv. ꝛj. Margar. ꝛß. salis absinthii, tamarisci, an. ꝛi. cum f. q. syr. è coralliis. f. elect.

ꝛ. Conservæ lujulæ, cynorrhodii, an. ꝛiii. (vel conservæ rad. lapathi acut. rad. cichorii, an. ꝛiii.) trochisc. de rhabarbaro ꝛii. spec. diamargar. frigid. ꝛiß. cort. tamarisci ꝛi. salis prunellæ ꝛiß. myrobalanor. condit. num. 2. c. f. q. syr. conditura myrobalanor. f. electuarium.

Pauperioribus hoc *ἀνορχιδίας* præscribere soleo. ꝛ. Folior. beccabungæ, ꝛ vi. lujulæ ꝛii. sacchari albillimi ꝛ vii. contundantur addendo farinæ sem. feniculi d. ꝛß. eboris pulv. ꝛii. salis prunellæ ꝛiß. cum f. q. syrupi è succo beccabungæ, f. electuarium.

Confectiones.) ꝛ. Pulv. rad. Chinæ, pæoniæ maris, an. ꝛi. santal. albi, citrini, an. ꝛiii. eboris ꝛiß. Margar. ꝛß. oculor. cancri ꝛi. Corallii cum succo aurant. irrorat. ac in marmor. lævigat. ꝛii. tartari albillimi ꝛiß. sacchari albillimi solut. in f. q. aq. scordii compos. ꝛvi. f. confectio.

ꝛ. Rad. eryngii condit. scorzonæ condit. an. ꝛiii. pulv. Ari compos. ꝛß. spec. diatrion. santal. ꝛii. salis prunellæ ꝛiß. cum f. q. syrupi cariophyllor. f. confectio.

Pulveres.) ꝛ. Pulv. folior. chamæpytiis, Ari compos. an. ꝛiß. eboris pulv. corallii rubr. præparat. cum succo aurant. an. ꝛii. tabularum aurantiorum ꝛii. Misce f. pulvis. Dosis cochl. i. bis in die.

Pilulæ.) ꝛ. Spec. diatrion. santal. diamargar. frigid. an. ꝛii. sem. citri, cardui contus. an. ꝛiß.

Rad. dictamni Cretici, pæoniæ maris, an. ꝛiß. salis tamarisci ꝛii. cum f. q. gelatinæ à C. Cervi, vel exuviis anguim. f. massa.

Tabulæ.) ꝛ. Spec. diatrion. santal. diamargar. frigid. an. ꝛiß. margar. pulv. corallii rubr. præpar. eboris pulv. an. ꝛi. sacchari solut. in aq. scordii & ad tabul. coct. ꝛvi. f. a. f. tabulæ.

Quod si cum antiscorbuticis hujusmodi temperatis usus chalybis indicatur, electuario, vel confectio, aut etiam pilularum massæ addantur, magisterii Martis Mynsynchti, vel extract. chalybis præparationis nostræ ꝛii. In quibusdam casibus croci Martis circiter ꝛiiß. vel ꝛiii. tali compositioni addantur, sæpius tamen liquores solidis medicamentis superbibendos, quàm prædictas compositiones, chalybeatos reddere præstat. Restat modo liquorum formulas præscribere.

Decocta.) In scorbuto post febrem diuturnam excitato, hujusmodi decocta, quæ sanguinem purificant, & urinas copiosè movent, cum fructu exhibentur.

ꝛ. Rad. cherefolii, scorzonæ, acetosæ, petroselinii, an. ꝛi. folior. eupatorii, linguæ cervinæ, an. M. j. C. Cervi usi ꝛii. cortices trium pomorum, uvaturum Corinthiacarum ꝛii. glycyrrhizæ ꝛiij. coquantur in aq. fontanæ lb. iv. ad tertiæ partis consumptionem, adde salis prunellæ ꝛii. vel iii. Dosis ꝛvi. bis vel ter in die.

ꝛ. Rad. eryngii condit. ꝛvi. graminis ꝛii. folior. aparin. M. ii. eupatorii, epaticæ, an. M. j. passular. ꝛii. santal. albi ꝛi. glycyrrhizæ ꝛii. coquantur in aq. fontanæ lb. iv. ad tertiæ partis consumptionem. Dosis ꝛvi. post medicamentum solidum.

Rusticis & pauperioribus, ne post febrem in scorbutum incidant, præscribere soleo, ut bis in die capiant haustum sequentem, nempe ut rad. & fol. taraxaci M. i. ß. in liquor. Possit. lb. i. ß. coquantur ad tertiæ partis consumptionem; coletur pro duabus dosibus.

Vel ꝛ. Rad. taraxaci M. ß. sem. citri, cardui, an. ꝛi. coquantur in liquore Possit. cum pomis, vel pomaceo fact. lb. i. ß. ad tertiæ partis consumptionem.

Infusiones.) Apozemata modo præscripta, contra scorbutum præstantiora evadent, si absque glycyrrhiza parata, coletur in lagenam, cui imponantur folior. beccabungæ & nasturtii aquatici vel cardamines, an. M. i. dein f. infusio calida & clausa per 6. horas. Liquor de novo colatus servetur in vasis oclusis. Dosis ꝛvi. bis vel ter in die. Quin & serum lactis, cum rad. taraxaci, aut foliis fumarizæ incoctis, coletur in vas continens folior. beccabungæ, chelidonii minoris, an. M. i. f. infusio, &c.

Infusiones chalybeatæ crebte in usu esse solent, nempe chalybis sal, magisterium aut extractum in decocto quodam, aut aq. destillata infundantur; cæterum, prout acidulæ naturales, sic etiam artificiales è nostr. præparatione chalybis in aq. fontana dissoluti, atque antiscorbuticorum infusione imprægnati, cum insigni commodo bibantur.

Succi & expressiones.) ꝛ. Folior. beccabungæ, nasturtii aq. an. M. iv. lujulæ M. ii. contusis exprimat succus, vitro oclusus cito per substantiam depurabitur. Dosis ꝛiß. ad ii. cum vehiculo convenienti.

ꝛ. Folior. beccabungæ M. iv. caulium rhab. Anglicani M. ii. contusis exprimat succus.

ꝛ. Folior. beccabungæ, nasturtii, cardamines, chelidonii minoris, acetosellæ, an. M. ii. contusis exprimat succus, adde succi aurant. p. 4. serventur in vitro.

Syrupi.) Quoties syrupus, cuilibet alii compositioni addendus exigitur, aut syrupo de succo lujulæ, vel fumarizæ, vel è coralliis compositio utimur; aut

aut etiam magistralis de succo beccabungæ, eodem ritu, quo supra, de cochleariæ succo præcribitur, parari potest.

Aquæ distillatæ.] Aquæ distillatæ temperationes parantur, mutando aut ingredientia, aut menstruum, aut simul utramque.

Quoad prius, juxta hunc modum proceditur;

℞. Folior. beccabungæ, nasturtii, fumariz, linguæ cervinæ, hepaticæ, melissæ, summitatum tamarisci, cypressi, an. M. iii. santal. om. contus. an. ʒ ʒ. Rad. lapathi acut. polypodii qu. an. ʒ ii. Cort. exteriores quatuor aurant. limacum mundat. ʒ ii. incis. & contus. affunde feri lactis cum pomacei fact. ʒ vi. Distillentur in communi destillatorio.

2. Ut menstruum sit debilius, ingredientia sint moderate calida.

℞. Folior. cochleariæ, beccabungæ, cardamines, nasturtii, an. M. iii. cort. quatuor aurant. limacum ʒ i. minutim concisis affunde feri lactis communis, vel lactis recentis ʒ vi. Distillentur vulgari modo.

2. In scorbutica atrophica & dispositione tabida, ubi nihil calidum sanguinem, humores, ac spiritus exagitant, admitti debet, tum ingredientia, tum menstruum, sint temperata, & sanguinem demulcentia.

℞. Folior. beccabungæ, cardamines, linguæ cervinæ, adianthi, hepaticæ, veronicæ, eupatorii, an. M. ii. limacum mundat. ʒ i. (vel pulpam caponis, aut cordis ovilli incis. semicocti & incisi) omnibus simul contusis affunde lactis recentis (vel aq. fumariz) ʒ vi. distillentur communi modo.

Vina, & cerevisia medicata.) Etsi vinorum usus in scorbuto, propter calidiorum, sive sulphureo salinam sanguinis dyscrasiam excitato minus convenire videatur, si quando tamen aut stomachus debilior, aut longa consuetudo, vini saltem oligophori potum exigunt, ejusmodi liquor simul temperior, & quodammodo medicatus parari potest. Imprimis etenim vina tenuia aquâ diluta, & melissæ, borraginis, aut pimpinellæ, aliorumve infusione imprægnata concedi debent.

Porro vina parentur è succis ribium, cerasorum, aliorumve fructuum horariorum, quæ cum fermentatione maturantur, stomacho perquam grata, & sanguinis depurativa existunt; dein pomaceum, familiare & fere genuinum patriæ nostræ vinum, modo hoc defæcatum, mite, ac sine acore quovis dulcè fuerit, in scorbuto plurimum juvat: Porro huic liquori facibus exempto, & dolis reposito ingredientia varii generis infundantur; cujusmodi nimirum sunt summitates pini, vel abietis, flores tamarisci; item rasura C. Cervi, vel eboris, quæ liquorem edulcorant, & ab aciescentia præservant; in quantum scilicet particulæ salis fluidi in pomaceo scatentes, ipsique acorem inducere aptæ, prædicta ingredientia dissolvendo, impendantur.

Cerevisia medicatæ temperiores, ad hunc modum præscribantur, scilicet paretur olla tenuior, pro doliolo 5. vel 6. congiurum capaci, cui vice florum lupuli incoquantur summitates pini, abietis, vel tamarisci, aut rasuræ ligni cujusvis illorum; dein post fermentationem, vasi imponantur rad. lapathi acuti exsiccatæ (quibus certe nullum in scorbuto præstantius remedium est:) His interdum addantur folia beccabungæ, nasturtii aquaticæ, barbarez, &c. item poma citrea, vel aurantia in taleolas distilla.

Folia linguæ cervinæ, doliolo cerevisiæ mediocri post fermentationem imposita, ipsi saporem simul, ac odorem gratissimum inducunt.

Tom. IV. Part. II.

De Scorbuti indicatione curatoria, quæ ipsi morbo, & Symptomatibus præcipue urgentibus occurritur.

Hactenus circa scorbuti therapiam, quæ indicationem præservatoriam, scilicet causæ morbificæ remotionem spectant, scilicet tum medendi intentiones, tum remedia indicata designavimus. Cujusmodi methodus tempestivè incepta, ac rite instituta, sæpe rem totam perficit; in quantum scilicet ægritudinis causa, sive radice præcisa, affectus ab ea pendentes sponte emarcescunt. At vero, hunc cursum, *scorbutus* non semper directè, quin varie deflectendo ad latus, conficere licet: quippe interdum accidentia, & symptomata graviora contingunt, quæ peculiarem, & quasi extraordinariam medicinæ operam requirunt, quibus nempe immediate, ac interrupta sæpe cura generali, attendere oportebit: Super his observetur, quod cum affectus qui scorbuto superveniunt, pro cujusque ipsorum natura ac patientis indole, appropriata exigunt remedia; hæc tamen antiscorbutica semper admisceri debent. Non opus erit contra morbos, & affectus omnes, quibus scorbutus stipari solet, methodum therapeuticam instituire, ita namque huc tota medicinæ praxis transcriberetur; quin ad symptomata solum præcipue urgentia, à quibus nempe vel patientis vita periclitatur, vel cura principalis obstruitur, respiciendum erit: quo ritu, ac quibus medicamentis talia sanentur, modo ostendemus.

Respiratio difficilis, cum pectoris angustia & paroxysmis asthmaticis, remediis statim appropriatis, & extra methodum generalem præscribendis tolli debet, secus enim ægrotans cito in vitæ discrimen adducitur. Cum hujusmodi mala in scorbuticis ut plurimum, vel sanguinis in corde stagnantis vitio, vel propter nervos pneumonicos in functione sua impeditos oriuntur, idcirco medicamentis, aut cardiacis, aut antispasmodicis curantur: Sp. C. Cervi, fuliginis, sanguinis, cranii; item tinctura castorei, antimonii, & sulphuris; flores salis armoniaci, flores benzoini, item elixir proprietatis, in his casibus sæpe egregii sunt usus: cujusmodi remedia exhibeantur crebra vice, cum dosi liquoris cujusdam antiscorbutici etiam contra prædictos affectus appropriati. Pro subita dyspnœa mere spasmodicæ, si quando gravissime urgeat, sedatione, nullum præsentius remedium expertus sum, quàm Laudani opiatæ tincturam nostram ad gutt. 10. vel 12. in liquore convenienti exhibitam: quippe somno obrepente, spiritus inordinationes suas remittunt, ac interim resecti, debito postea ritu pristina sua pensa resumunt. Ene-mata acriora, quæ alvum copiosè subducunt, item decocta sudorifera, ac diuretica sæpe juvamen præstant.

℞. Rad. bardanæ, petasitidos, cheresfolii, an. ʒ j. folior. adianthi, chamædrios, an. M. j. sem. bardanæ, carthami, an. ʒ iii. passularum ʒ ii. incis. & contus. coquantur in aq. fontan. ʒ iii. ad tertiæ partis consumptionem, adde vini albi ʒ iv. colentur in lagenam, cui imponatur fol. cochlear. concis. M. j. rad. Elenii condit. & minutim incis. ʒ ʒ. f. infusio clausa & calida per horas tres. Dosis ʒ vi. bis vel ter in die.

Scorbutici interdum magna ventriculi oppletione & dolore, item nausea & ructibus, & nonnunquam etiam vomitu crebro, ac immani tentari solent. Cujusmodi vitia interdum à chylo illic in putrilaginem degeneri, sæpius tamen à materia morbifica, aut sanguinis, aut etiam succi nervosi commeatu advecta, & vel intra stomachi cavitatem deposita, vel plexibus nerveis & membranis infixæ oriuntur; In hujusmodi casibus, si materiam

D 3 yif

viscida, nidorosa, aut aliàs infesta inter vomendum rejicitur, & suspicio sit causam intra ventriculi cavitatem subsistere, lenè vomitorium ex vino scillitico; aut sale vitrioli propinare conveniat; vel extractio rhabarbari, aut infusio ejus, adjecto sale aut cremore tartari, humor peccans per alvum deturbeat: sin materies intra membranas, aut plexus nerveos penitus adhærescat, diaphoretica, aut salium effervescentias cohibentia potius conducunt. Elixir proprietatis, vel flores salis armoniaci, vel spiritus fuliginis, cum aq. raphani composita, lumbricorum, aut alio liquore antiscorbutico crebra vice fumantur. Interim semel, aut bis in die, fots ex absinthio, centauro, floribus chamomillæ, rad. gentianæ, aliisque vino albo incoctis, cum stuphis lacteis calide intinctis & expressis, ventriculi regioni applicentur. Enematum usus convenit. Non raro opiata juvamen magnum conferunt.

Nulla propemodum affectio citiorem medicinæ opem postulat, quàm quæ in scorbuto frequenter accidunt, colica & ventris tormina. Contra hæc mala, clysteres varii generis, fots, linimenta & cataplasmata adhibentur. Opiatarum usus hic valde necessarius deprehenditur. Certè in hoc caso, illud Riverii præscriptum, ut catapotia purgantia, cum laudano admixto exhibeantur, maxime locum habet; namque à somno concitato, ac alvi solutione uberiori proritata, non raro paroxysmus solvitur. Cæterum pulveres testacei, à quibus sales acetosi imbibuntur, aut figuntur, causæ morbificæ profligandæ plurimum conducunt. E. g.

℞ Pulv. oculor. cancri, testarum ovor. an. ʒ i ʒ. margar. ʒ i. f. pulvis, dividatur in ii. doses, quarum una sexta qualibet horâ sumatur cum aq. scorbutica, vel cum decocto rad. & seminum Bardanæ, qualis supra describitur, aut etiam cum liquore Possel. cum rad. & seminibus Bardanæ, foliis majoranæ odoratæ, ac saxifragiæ incoctis, foliisque cochleariæ infusis. In colica scorbutica, eam in ventriculi affectibus modo descriptis, acidularum purgantium, quales apud nostrates juxta vicos Eplum & Barnett profant, usus egregium sæpe commodum præstat.

Diarrhœa inveterata, qualis scorbuticis frequenter accidit, haudquaquam medicamentis adstringentibus sisti debet, nec etiam alterantibus, aut antiscorbuticis quibusvis facile curatur: acidulæ ferro, aut vitriolo imprægnatæ, hujus affectus remedium optimum existunt: his succedunt acidulæ artificiales, aut medicamenta chalybeata, quæ juvamen insigne præstare solent: Crocus Martis rectè præparatus, cæteris omnibus jure præfertur. Methodo sequenti sæpe bono cum successu usus sum. Imprimis purgatio ex pulvere, aut infuso rhabarbaro, aromaticis astringentibus adjectis, instituat, & aliquoties, scilicet trium, aut quatuor dierum intervallo iteretur. Cæteris diebus, electuarii sequentis dosis ad quantitatem nucis moschatae mane & hora quarta sumatur.

℞ Conservæ absinthii vulgaris, cum aq. parte sacchari fact. ʒ vi. (in constitutione calidiori, hujus vice, conserva rosar. rubrar. recipiatur) spec. diarrhod. abbatis ʒ ii. santal. albi, rubri pulv. an. ʒ i. croci Martis opt. ʒ ʒ. cum f. q. syr. chalybis, f. electuarium.

In affectibus dysentericis, ac tenesmo, simili methodo procedendum erit: præsertim acidularum usus, si fieri potest, adhibeatur: Insuper enemata, è decoctis vulnerariis parata, crebro sint in usu. Nuper ego quendam dysenteria diuturna ac gravi laborantem, qui scil. quotidie plures uncias sanguinis per alvum à longo tempore excreverat, hoc remedio sanavi.

℞ Rhabarb. opt. pulv. ʒ j. santal. rubr. pulv. ʒ ii. cinnamomi ʒ j. croci Martis ʒ iii. balsami Luca-

telli q. s. f. massa pilularis; sumpsit quatuor pilulas, diebus modo singulis, modo alternis, per duas septimanas, & perfecte curatus erat. Huic etiam cerevisiam medicatam ex rad. lapathi acut. & foliis beccabungæ infusis constanter bibendam præscripsi.

Vertigo scorbuto inveterato crebro supervenit; cui etiam leipotymia frequens, ac fere constans ejus metus, insuper in membris stupor, ac formidationis sensus modo huc, modo illuc excurrens, adungi solent. Cujusmodi affectus, modo à spiritu animalium in ipso fonte, & modo ab eorumdem intra nervos, tum cardiacos, tum membrorum motui inservientes, deliquis procedunt: cumque à cerebro & nervoso genere, sale scorbutico plurimum obsessis, dependent, non facile curantur. Remedia cephalica, qualia in vertigine & morbis paralyticis per se excitatis conveniunt, cum antiscorbuticis admixtis adhiberi debent. Itaque facta imprimis totius provisione, per cathartica idonea, & qualia in scorbuto conveniunt, cum remediis contra prædictos affectus appropriatis, ad hunc modum procedatur.

Circa initia curationis, sanguinis detractio è venis sedalibus hirudinum suctu celebretur; & nisi aliquid contra indicat, crebra vice postea iteretur.

℞ Pulv. rad. pæoniæ maris ʒ ʒ. coral. rubr. præpar. ʒ ii. cranii humani, unguis alcis, an. ʒ i.

℞ Sacchari opt. solut. in aq. pæoniæ compositæ, vel in aq. raphani sylvestris, & ad tabul. coct. ʒ viii. olei succini opt. rectificat. ʒ ʒ. f. a. f. tabulæ, fumantur ad ʒ i. vel ʒ ii. mane & vesperi, superbibendo haustum aq. destillat. sequentis.

℞ Fol. cochleariæ, beccabungæ, nasturtii, lillii conval. salviæ, rorismarini, betonicæ, an. M. iii. jugland. viridium ʒ. j. cort. 6. aurant. & quatuor limoniorum, rad. pæoniæ maris recent. ʒ. j. ʒ. contusis & concisis affundantur phlegmatis vitrioli ʒ. j. feri lactis cum pomaceo fact. ʒ. v. Distillentur more vulgari, aq. simul tota miscetur. Dosis ʒ iii. ad ʒ iv.

Hæmorrhagiæ, in affectione scorbutica, sæpe ingens periculum minantur, nimirum quasi laborantes propterea in mortem præcipites traderentur, dum sanguis fere ad animi deliquium, modo è naribus, modo fluxu menstruo, aut hæmorrhoidali erumpit: præterea iste interdum è pulmonibus, aut ventriculo rejectus, ulceris, aut saltem magnæ debilitatis in parte affecta, delitescens suspicionem præbet. Quare excretiones sanguinolentæ, si vel immodicæ fuerint, aut loco inconvenienti accidant, in præsens sisti, ac impofterum præcaveri debent.

Pro sistendo sanguine quando immodicè erumpit, methodus satis vulgò nota est; ac nihil magis, aut peculiare in hoc affectu propter scorbutum, quàm propter alias occasiones excitato, agendum restat. Attamen ad præcavendas hæmorrhagias, remedia adhibeantur, quæ sanguinis acrimoniam tollunt, & vasorum ora nimis laxa & dehiscentia constringunt. Utraque intentio medicamentis chalybeatis optimè perficitur. Acidularum vitriolicarum usus in hanc rem maximè idoneus est: porro chalybis infusiones, extracta, sales, ac ejusmodi præparata, quæ salinam, sive vitriolicam ferri naturam præcipue continent, contra hæmorrhagias semper utilissima existunt. Qua ratione ferrum & præparata ejus hos effectus, aliosque diversimodos in corpore humano producant, superius ostenditur.

℞ Conservæ rosar. rubrar. cynorrhodii, an. ʒ iii. spec. diarrhod. Abbatis, diatrian santalon, an. ʒ i ʒ. f. f. chalybis ʒ i. croci Martis opt. præparat. ʒ ii. corallii rubr. præpar. ʒ i ʒ. cum f. q. syr. de chalybe, f. electuarium, sumatur ter in die qu. nucis mos-

moschat. superbibendo liquoris appropriati haustum.

Pauperibus ad hunc modum præscribere soleo.
℞. Summitatum cypressi, urticæ urentis, an. ʒ. iv. beccabungæ ʒ. ii. Contundantur in mortario cum ʒx. sacchari albillimi: dein adde squamar. ferri tenuissimè pulv. ʒj. pulv. fantal. albi, rubri, an. ʒ. ii. cum f. q. syr. rup. è succo urticæ, f. electuarium. Dosis qu. nucis jugland. bis in die.

℞. Aq. destillatæ, vel decocti antiscorbutici temperat. ℞. ii. chalybis nostri præpar. ʒii. Misce in vitro. Dosis ʒ. iii. vel iv.

℞. Summitat. urticæ urentis, folior. beccabungæ, an. M. iv. contulsis exprimat. succus, servetur in vitro. Dosis ʒ. ii. vel iii. bis in die, cum aq. destillat. antiscorbutica.

Quamprimum labes scorbutica partes oris incessit, ut gingivæ intumescant, earumque carnes fungosæ evadant, protinus remedia, quæ putredinem ab iis arcent, sedulo adhibeantur: Inter hæc, collutiones oris, ac linimenta, & morbo circa has partes incipiente, & illo ibidem ingravescente, præcipui sunt usus; quæ tamen, uti varias intentiones respiciunt, ita diversimode parari solent, scilicet gingivarum caro primo intumescens, à sanguinis, aut feri falsi, & corrupti incurfibus liberari & exsiccari; postea earundem caro flaccescens, ac à dentibus subsidens, à putredine vindicari, quin etiam ut dentes arctius complectatur, constringi debet; propter has, & forsitan alias intentiones, gargarismi, sive oris collutiones varii generis instituuntur: quorum fere omnium præcipua ingredientia sunt vegetabilia incocta, ac mineralia infusa. Herbar. aut radices, quæ liquore idoneo, scilicet aqua, aut vino incoquantur, plerumque sunt vel acres, vel amaræ, vel stypticæ: dein ejusmodi decocta imprægnantur aut sale volatili, lixiviali, vitriolato, seu chalybeato, vel aluminoso. Libet hic formulas quasdam cujusque generis subjicere.

1. Cum itaque gingivarum caro propter feri ac sanguinis falsi & corrupti influxum, primo intumescit & fungosa evadit.

℞. Cort. mediani sambuci, Ulmi, an. M. ʒ. folior. satureiæ, salviæ, erysimi, nasturtii, an. M. j. rad. Pyrethri ʒii. contul. & concisa coquantur in aq. calcis ℞. iii. ad tertiæ partis consumptionem: si edulcoratio requiritur, adde mellis rosat. ʒ. ii. f. gargarismus.

Vel ℞. Vitrioli camphorati ʒ. i. (vulgò apud nostrates insignitur nomine pulveris Capitanei Green) Aq. fontan. ℞. ii. Misce in vitro, conquassetur, & dein liquor per subsidendum clarescens usurpetur. Vel paratur lixivium è cineribus genistæ, aut rorismarini, vel è tartaro & nitro calcinato: hujus ℞. iii. incoquantur folior. satureiæ, thymi, salviæ, rorismarini, an. M. j. colatura superfundatur folior. cochleariæ M. ii. f. infusio calida & clausa per horas tres, iterum coletur & servetur ad os colluendum sæpius in die.

Propter eandem intentionem, etiam linimenta intermedium temporibus, ac præsertim noctu applicentur, ut illorum virtus ægrotantibus, vel inter dormiendum communicetur. Apud Authores præscriptum frequens celebre, & longo usu experitum habetur.

℞. Pulv. folior. aquilegiæ, menthæ crispæ, salviæ, nucis moschat. myrrhæ (quæ tamen aliquando omittatur) an. ʒ. ii. aluminis ussi ʒ. ʒ. mellis virginici ʒ. iv. vel q. f. a. f. linimentum.

2. Si quando gingivarum caro flaccescens, dentium radices destituit, Scarificatio levis sæpe adhibeatur; insuper hoc decocto os colluatur.

℞. Summitatum rubi, cypressi, folior. saniculæ, cardamines, an. M. j. coquantur in aq. ferratæ ℞. iii.

ad tertiæ partis consumptionem, colaturæ adde mellis rosat. ʒ. ii. Misce.

Linimentum hujusmodi applicetur.
℞. Pulv. rad. ireos Florentinæ, folior. salviæ, hyperici, an. ʒ. ii. boli Armeni, salis prunellæ, an. ʒ. i. mellis virginici calenti q. f. agitatione bene incorporentur.

3. Quando gingivæ putrescunt, & corrumpuntur, simulque dentes carie obfisi vacillant, ac tertrum odorem expirant, medicamenta fortiora, & putredini valde resistentia adhibeantur; vitrioli camphorati, etiam lapidis medicamentosi infusio, hic adprimis locum habent.

Vel ℞. Rad. Gentianæ, Aristolochiæ rotund. incis. an. ʒ. ʒ. folior. centaurii minoris, absinthii Pontici, satureiæ, aquilegiæ, an. M. j. coquantur in aq. calcis, aut lixivialis, etiam modo ferratæ, modo aluminosæ ℞. iii. ad tertiæ partis consumptionem. Colaturæ adde mellis crudi ʒ. ii. vel iii. Misce.

4. Si dentium casus præcipuè metuatur,
℞. Cort. rad. prunor. sylvestrium ʒ. i. tormentillæ, & bistortæ totius, an. M. j. malicorii, balauft. an. ʒ. ʒ. coquantur in aq. fontanæ ℞. iii. Colaturæ adde aluminis ʒ. ii. vel iii. mellis opt. ʒ. ii. Misce.

℞. Vitriol. camphorat. C. Cervi ussi, an. ʒ. j. nucis mosch. ʒ. ʒ. mellis opt. q. f. f. linimentum.

Vel ℞. Pulv. rad. bistortæ, malicorii, boli Armeni, aluminis ussi, an. ʒ. j. mellis rosacei q. f. adde spiritus vitrioli ʒ. j. f. linimentum.

5. Si quando (uti interdum assolet) ulcera putrida & profunda, gingivas, aliasve oris partes incessant, remedia prædicta fortiora erunt sæpius adhibenda: Insuper loco affecto peria unguento Ægyptiaco, in spiritu vini dissoluto, vel lapidis medicamentosi aut sublimati infusione intincta, aliquoties applicetur. In his casibus Chirurgus perito curatio delegerit.

Contra hos dolores, siquidem acerbissimi interdum existunt, præter generalem scorbuti curandi methodum, remedia specifica, & symptomati isti occurrentia indicantur: Itaque in tali casu, purgationis ritu bene instituto, etiam phlebotomia (si opus sit) celebrata, & pharmacia interna & topicis externis morbum adoriri convenit.

Quoad prius, quæ per sudores, etiam & quæ per urinas movent, sæpe juvamen præstant, in quantum sanguinis, & succi nervosi recrementa lixivialia & acetosa, in parte affecta ingredi solita, alio deducunt: potissimum vero adhibeantur quæ utrumque humorem ab indole sua prava, scilicet tum salina, tum acetosa, vindicant: pulveres testacei, oculorum cancri, mandibularum lacii, item sp. & flores salis armoniaci, sp. sanguinis, tinctura antimonii, corallii: Decocta rad. & seminis bardanæ, chamæpytios, chamædryos, adprime conferunt. Cujusmodi remedia cum aquis destillatis antiscorbuticis bis aut ter in die sumantur. Aqua destillata, ex stercore equino, additis cochlearia, beccabunga, iva arthritica, & similibus, interdum valde proficua est. Interea fotus, linimenta, cataplasmata, aut alius generis applicationes, quæ dolores sedant, exterius admoveantur.

De Arthritide vaga Scorbutica.

De hoc affectu Eugalenus, Uviersus, Medicus Campensis, & Gregorius Hortius, ex composito scripserunt; in septentrionalibus Belgicæ plagis, valde frequens perhibetur. Cujus certum indicium constat, lumbricum vivum loco dolenti imponendo; nam ille statim exsilire, circumgyrari, incurvari, labascere, & mori solet; quod quidem in hoc morbo, etiam apud nostrates satis crebro, evenire

expertus sum. Cujusmodi experimenti ratio (uti videtur) hæc est: Doloris & tumoris in parte affecta excitati, causam esse statuimus, quod à sanguine sæculentia salinæ, sive lixiviales, simulque à lucco nervoso acetosæ, in eodem loco depositæ, mutuo effervescent, non secus ac spiritus vitrioli sali Tartari deliquato commissum: Porro à tali particularum dissimilium lucta, & agitatione, ut dolor & tumor ciantur, ita quidem effluvia valde acriâ, & velut corrosiva copiose abscedunt, quæ lumbricum loco dolenti impositum, nihilominus, quam super liquores istos ebullientes suspensum necant: Propter experimenti istius effectum, morbi curatio per lumbricos, scilicet remedia ex iis parata instituitur, qui tamen nescio, utrum intus sumpti tam certo profligabunt morbum, ac illi exterius admoti à morbo profligantur. Utcunque lumbrici, uti limaces, aselli, & alia animalcula exsanguia, in quantum sale volatili abundant, in remedium satis efficax non raro cedunt.

Henricus Petreus refert duo remedia contra hunc morbum in Westphalia usitata.

℞. Novem lumbricos, cum duobus cochlearibus vini in mortario centufos, & per pannu expressos, his addatur dimidia vini mensura, sumantur cochlearia iii. mane, meridie, & vesperi, per plures dies.

℞. Sabinæ ramulos ii. vel iii. mellis virginei cochlearia ii. coquantur cum mensura vini ad subsidentiam duorum digitorum. Colatura sumatur ad cochlearia iv. vel v. ter in die. Priori medicamento affinis est potio quædam vulgaris, ab Horstio citata, dicta Monasteriensis.

℞. Salviæ, betonicæ, rutæ, an. folia ʒ. lumbricorum, cingulis rubris in collo, num. ʒ. sabinæ parum, & rad. succisæ num. 2. cum aqua flor. sambuci contundantur, & succus expressus pro sudore movendo exhibeatur. Etiam simile præscriptum à Medico Campensi apud Forestum proponitur.

Certe in hoc affectu, aqua lumbricorum magistralis, in pharmacopœa Londinensi præscripta egregie convenit: quin sp. & salem C. Cervi, sp. sanguinis, flores salis armoniaci, cum bono successu sæpius adhibui. Porro pulveres testacei, scilicet oculi cancrorum, corallia, margaritæ, & vegetabilia, quæ arthritidis antidota feruntur, uti rad. aristolochiæ, folia chamæpytios, chamædryos, & similia antiscorbuticis conjuncta, morbi hujus sanationi conducunt. Exterius pro doloribus sedandis, præter anodyna, quæ sub forma linimenti, fofus, aut cataplasmatibus usurpantur: Oleum lumbricorum, ranarum, & bufonum non raro sunt valde proficua. Accepi à viro Insigni, huic morbo valde obnoxio, quod aqua è contentis ventriculo bovis nuper matati exemptis per distillationem prolucita, & cum petiis ei calidè immictis, atque pro fofu applicatis, levamen certissimè adferret.

De Affectibus convulsivis & paralyticis, Scorbuto supervenire solitis.

Si quando labes scorbutica in cerebrum & nervosum genus irrupens, liquorem utriusque provincie irriguum valde inquinat, propterea quidem diversimodi affectus, ac imprimis paralytici, aut spasmodici, prout supra ostendimus, orti solent: nimirum juxta quod materies morbifica regi mini animali illata, aut narcotica, aut explosiva fuerit. Cujusmodi affectus, licet in hoc casu symptomati fuerint, attamen ingravescentes, præ scorbuto parente & nomen, & potiorem curationis partem sibi vendicant, ita ut ægrotans paralyti, aut convulsione, magis quam scorbuto laborare dicatur; etiam medicamenta istis affectibus dicata, quibuscumque aliis eodem tempore, propter alias intentiones requisitis, præponantur.

Pro sanandis hujusmodi affectibus, scorbuto su-

perinductis, id potissimum agatur, ut remedia istdem appropriata, cum antiscorbuticis rite complacentur. Quoad morbos convulsivos, quæ in superiori tractatu prostant, huc facile transferantur. Cæterum de paralyti, lethargo, necnon plerisque aliis cerebri, & nervosi generis pathematis, disquisitiones speciales aliquando forsitan lucem visuras instituimus: interim haud par est, methodos therapeuticas, quæ ad pathologias istas spectant, hoc in loco præoccupare; quin potius, quod ex re fore videtur, sub calcem hujus operis, scorbuticorum quorundam, simul ab istis morbis decumbentium casus & curationes proponemus.

De Atrophia, item de Febre Scorbutica, quæ sæpe illius aut causa est, aut effectus.

Tria sunt causarum genera, serie quadam pendentia, à quarum una, aut pluribus, atrophia scorbutica, absque pulmonum phthisi existens, produci solet, scilicet aut chylus primarum viarum culpa pervertitur, quominus penus ejus sufficiens, aut laudabilis, sanguini inferatur. Secundò aut isti illatus, tamen sanguinis vitio, non rectè in sanguinem & succum nutritium mutatur. Tertio, aut denique succus nutritius in massa sanguinea præparatus, propter liquoris nervosi culpam, solidis partibus non rite assimilatur.

Remedia huic symptomati appropriata, aut primarum viarum, aut prædictorum humorum emendationes respiciunt. Quoad prius, interdum accidit ob stomachi tonum præfractum, aut fermentum vitiatum, alimenta ingesta non rite coqui, sed in putrilaginem inutilem faceffere. Hujusmodi malis lenia cathartica, digestiva, corroborantia adhibeantur. Sæpius tamen propter tumorem scirrhosum, modo in ventriculo, modo in mesenterio, aliisve circumcirca partibus excitatum, chylificationis opus inhibetur: in hoc casu de obstruentia, & dissolventia conveniunt, acidularum usus quibusvis remediis palmam præripit. Porro fofus, linimèta, aut emplastra exterius applicari debent.

Insuper interdum accidit, sine tumore in visceribus excitato, vasa lactea à materia crassa ac viscida istdem impacta in tantum obstrui, ut chyli satis laudabilis, & copiose licet confecti, penus haud sufficiens in sanguinem feratur. In hoc affectu alvus ut plurimum copiose dejicit, albida tamen, instar lactis coagulati, ac non, uti aliorum excrementa, bile tincta aut foetida. Quorum ratio est, quod sanguis depauperatus bilem flavam, è qua intestinis sulfusa, excrementorum color ac foetor procedunt, parcius progignit. In hoc casu acidulæ imprimis conveniunt, item de obstruentibus intus exhibitis, linimenta, fofus & balnea exterius usurpentur.

Contra marasum, sanguinis à crasi degeneris vitio exortum, lac asinum aut vaccinum aqua hordeata, aut alia idonea destillata dilutum, sæpe opem conferunt: Limacû juscula, aut lacteata cum istis incoctis; porro aquæ destillatæ ex lacte aut sero lactis cum limacibus & herbis antiscorbuticis temperatis, in hoc casu valde conducunt: in hunc finem etiam decocta ex herbis vulnerariis & antiscorbuticis infusus bono cum fructu sumuntur. Interea partibus externis frictions cum pannis, unguento resumptivo, aut oleo amygdalarum recenti madidis, & intepesactis, quotidie adhibeantur.

Cum sanguinis affecti, proindeque succum nutritium pervertentis vitio atrophia exoritur, plerumque febrem erraticam, cum sudoribus nocturnis adjunctam habet; in quantum scilicet massa sanguinea, à succo isto degeneri in effervescentias inæquales, ac incertas cogitur, atque materies ita molesta sudore nocturno ejicitur. In hoc casu victa tenui instituto, decocta & aquæ destillatæ, quæ sanguinem infundunt ac purificant, cum antiscorbuticis admixtis crebrò sumantur.

℞. Ra:

℞. Rafuræ eboris, C. Cervi, an. ʒ ii ʒ. rad. eryngii conditi ʒ vi. rad. cherefolii, taraxaci, an. ʒ ʒ. folior. linguæ cervinæ, hepaticæ, an. M. j. pomum j. incisum: passular. M. j. coquantur in aq. fontanæ lb. iv. ad tertie partis consumptionem. Colaturæ superaffundantur folior. beccabungæ contus. M. ii. salis prunellæ ʒ i ʒ. vel nitri fixi ʒ j. f. infusio clausa, & calida, per horas tres, sumantur ʒ iv. vel vi. ter in die.

℞. Folior. beccabungæ lb. iv. oxalidis, taraxaci totius, an. M. ii. limacum mundat. lb. i ʒ. cort. duorum aurantium: contusis & concisis affunde lactis recentis, vel feri lactis cum pomaceo facti, vel succi pomor. recentis lb. vi. destillentur more vulgari. Capiat ʒ iii. bis vel ter in die.

De Rheumatismo.

Hunc affectum à salium, qui sunt diversæ prospiciæ ac indolis, nempe fixi à sanguine, & acetosi à liquore nervoso adventantium, congressu & mutua effervescencia provenire statimus. Utriusque salis subjecta, sunt sæculentia superflua, à prædictis humoribus in turgescencias quasdam actis depositæ, atque in partes modo has, modo illas suffalæ: quare ut morbus curetur, & humorum turgescencia sedentur, & sæculentia eorum superflua expurgentur, etiam sales utroque ritu degeneres, ad volatilitatis statum reducantur.

Propter duas priores intentiones levis purgatio & phlebotomia imprimis requiruntur, & aliquoties pro tolerantia virium iterari debent: quin & diuretica & diaphoretica, quæ stasitates salinas quoquo modo foras convehant, subinde exhibeantur. Cujusmodi evacuationes, ut sedate, & cum *iv. p. p. p.*, & natura assistente melius succedant, opiatæ crebro sint in usu. Propter alterum scopum, in quo præcipuus curationis cardo versatur, alterantia, & præsertim quæ sale volatili prædita sunt, valde conducunt: quare in hoc casu vulgaris, sed non contemnenda medicina est, infusionem stercoris equi masculi, in vino tenui, aut cerevisia, aut aqua destillata appropriata factam, ad ʒ iv. vel vi. bis aut ter in die propinate. Quin & pharmacum paulo, gratius & non minus efficax parari potest, si ex stercore illo cum ingredientibus antiscorbuticis vino albo, aut pomaceo infusis, aqua destilletur, quæ ad ʒ iii. vel iv. bis in die exhibeatur: spiritum C. Cervi ac sanguinis sæpius in hoc casu, cum insigni ægrotantis commodo præscripsi.

De Hydropse.

Cum hydropem scorbuto supervenire solitum, duplicem statuimus, scil. habitualem & occasionalem; circa prioris medelam, plerumque & opera & oleum perditur: nulla etenim remedia hepar, atque pulmones, aliaque interdum viscera prorsus vitata, atque sanguinis crasin penitus subversam restituere possunt. In tali casu si quid agendum videtur, medicinae ambitus perangustus existit; neque enim catharticis, nec diaphoreticis, neque aliis cujusque generis evacuationi fortiori locus relinquitur: cardiacis, ac diureticis præcipue ac fere tantum insistendum erit. In hos fines, elixyres, tincturæ, electuaria, pulveres, infusiones, decocta, aquæ destillatæ, &c. quæ partim antihydropsicis, partim antiscorbuticis constant, exhibeantur; quorum tamen, quia parum aut nihil significant, formulis præscribendis superfedere visum est.

Hydrops scorbuticus, à causa evidenti, sive occasione quadam, uti offensum est, subito exciatus, non raro curationem admittit, quæ quidem ut facilius succedat, naturæ tumultus imprimis se-

dari, ac inordinationes compesci debent: quemobrem si vigiliæ adhuc plurimum infestant, somnus opiatarum usu concilietur, & subinde quoties valde opus sit, denuo accersatur. Quamprimum pro ratione virium purgare licet, sequens pulvis sumatur, & debitis intervallis aliquoties iteretur: interim à crebro enematum usu alvus soluta reddatur.

℞. Mercurii d. ʒ j. resin. Jalapæ gr. v. ad ʒ i. cariophyllor. ʒ ʒ. Misce, detur in cochleari panatellæ. Aliis temporibus diuretica, ac interdum diaphoretica sedulo propinentur.

℞. Tincturæ salis tartari millepedum infusione imprægnatæ q. v. detur ʒ i. ad ʒ ii. bis in die, cum liquore appropriato.

℞. Spir. salis armoniaci q. v. Dosis ʒ ʒ. ad gutt. 15. eodem modo.

℞. Millepedum præparat. ʒ iii. salis tartari ʒ ii. nucis moschat. ʒ i. Misce: f. pulvis. Dosis ʒ ʒ. bis in die, cum liquore appropriato.

Vel ℞. Apum siccat. & pulv. ʒ ii. sem. ameos pulv. ʒ i. olei juniperi ʒ i. terebinthin. q. s. f. massa pilul. Dosis ʒ i. ad ʒ ʒ. bis in die, superbibendo liquorem specificum.

℞. Folior. cochleariæ utriusque, nasturtii aqu. lepidii, persicariæ, an. M. iij. rad. Ari, Bryoniæ, iridis Florentinæ, an. ʒ iv. corticis mediani sambuci M. ii. cort. Winteranæ ʒ ii. cort. externæ quatuor aurantium. trium limoniorum, baccarum juniperi recentium ʒ iv. incis. & contusis affunde vini Rhenanii lb. iv. vini è succo baccarum sambuci lb. ii. Destillentur more vulgari, aqua tota confundatur. Dosis ʒ iii. ad ʒ v. bis in die post dosin alicujus medicamenti superius præscripti.

Parentur decocta & cerevisiæ medicatæ, qualia supra præscribuntur, adjectis ingredientibus anti-hydropsicis.

De crepitu Ossium.

Restat adhuc symptoma, scorbuto interdum; licet rarius superveniens, scil. crepitus ossium; in cujus rationem superiori pathologia omissem, & therapejam, ex re fore videtur hic loci inquirere. Novi quosdam, vix tamen ultra tres aut quatuor, qui scorbuto dudum laborantes, noxam ejus non tantum in humoribus, & partibus carneis, sed in ipsis demum ossibus luerunt: quoties enim membrum quodvis ullo modo flecterent, ossium capita quasi nuda essent, inter se attrita, strepitum ingentem edebant; porro cum lecto decumberent, ibidemque è latere in larus se devolverent, è vertebrarum collisione, tanquam à sceleto alperius tractato, crepitus ingens, vel ipsos affectos perterrefaciens exaudiebatur.

Hujus causa conjuncta forsan videtur esse, quod molli ossium interstitio, scil. adipe, membranæ, & ligamentis valde absumptis, ipsorum junctura, velut lapides molares prorsus inaniti, propter mutuum attritum, resonarent: atamen rem secus habere constat, quia nec summe tabidis adest ossium crepitus, neque hoc affectu laborantes semper intabescunt: quare potius dicendum erit, quod symptomaticis hujus causa immediata, sit ossium ariditas, sive medullæ, ita proprie dictæ, quam intra ossium cavitates, ac imprimis capita ipsorum, contineri oportuit, defectus; nam siquidem ossa quævis medullam, sive humorem unctuosum, aut cavitatibus magnis, aut poris & meatibus exiguis ubique excusis includunt: hujus usum statuimus, tum ut ossa eodem irrigata minus fragilia evadant, tum insuper, ut humor iste, ossium nodis exudans, articulos quosvis, velut machinæ commissuras pinguedine linitas, lubricet, eorumque adeo motus facilioret; quare ossium capita

hac

hac medulla destituta, crepant non secus ac curus rotæ rarius inunctæ.

Quod si de morbi hujus causa procatartica inquiratur, quamobrem scilicet unctuosum illud articulorum oblinimentum deficit: hoc equidem vel sanguinis vitio imputandum erit, quasi hic alimentum sulphuris, æque ac salis particeps, ossibus haud rite suppeditet; quod equidem minus verisimile est, quoniam massa sanguinea, etiam in scorbuticis, particulas utriusque generis prædictis continet; quin & ossium crepitu laborantes cutim, & musculos pinguedine satis obritos offendunt; vel secundo potius videtur, humorem unctuosum, quo articuli lubricentur, ipsorum ossium culpa desiderari, quia scilicet horum pori, & meatus à materia quadam extranea, forsan limosa, aut tartarea per sanguinem advecta, in tantum obstruuntur, propterea ut balsamum iis destinatum non satis excipiant, nec pro humectandis ipsorum commissuris exudent; non facile erit (quia res tota in abstruso latet) particulares hujus effectus rationes investigare, neque in Ætiologia hac, ultra hujusmodi conjecturam, pergere.

Nec minus in luto hæremus, cum ad morbi hujus curationem proceditur: nam licet primaria indicatio, scilicet ossium aut articulorum humectatio satis obvia fuerit, quo tamen ritu, & quibus remediis ea perficitur, non ita plane constat. Etenim in hoc casu novi plurima pharmacie genera, & varios administrationum modos, omnino incassum tentatos. Vir quidam ingeniosus ab hoc morbo per multos annos gravissime laborans, plurimum, & quidem celeberrimorum Medicorum consilia expertus est; præter usitata contra scorbutum remedia (una cum crebris phlebotomiis & purgationibus, è quibus haud quicquam levaminis recepit) varios insuper & magnos medicinarum cursus, sine quovis successu tentabat: namque post methodum ab uno Medico per aliquot menses frustra adhibitam, mox ad alium se conferebat, & ita deinceps ad plures: interim à singulis nova semper medendi ratio, à prioribus intentata, præscribitur; fofus, linimenta & frictions singulis artubus quotidie adhibentur. Thermis Bathoniensibus aliquandiu utitur; postea acidulæ varii generis, modo hæ, modo istæ bibuntur. Quibus nihil juvantibus, cursus chalybeatus, alio tempore decoctum lignorum temperatiorum, interdum diæta lactea, porro nullo non tempore, electuaria, aquæ destillatæ, apozemata, aliaque remedia ex antiscorbuticis parata sumuntur: cumque hoc ritu supra tres annos fere constanter medice & misere vixisset, circa prædicti effectus therapiam ne hilum proficere; interim vero ille viribus ac stomacho mediocriter valuit, uxorem duxit, & quoad reliqua magis communia scorbuti symptomata melius habuit: hinc ut constet, quam pertinax morbus, nullisque fere remediis cedens, ossium crepitus fuerit, quod etiam aliis eodem affectu laborantibus, atque Medici operam prorsus eludentibus, comprobatum novi.

De indicatione vitali, qua includuntur medicamenta cardiaca, opiata & diæta, sive victus ratio in scorbuto requisita.

Hactenus indicationes tum præservatorias, tum curatorias, quæ scorbuti therapiam spectant, fufe explicavimus; restat adhuc dicendum de indicatione vitali; nimirum ut declaretur, quæ methodo, & quibus remediis ægrotantium vires, aut nimis ad fatiscendum aptæ sustineantur, aut labefactatæ, vel prostratæ restaurentur. Propter hos fines cardiaca & opiata, juxta decumbentium exigentias

assumenda præscribantur, ac insuper recta victus ratio, si quando opus fuerit, analeptica, & semper antiscorbutica præscribatur.

Quoad medicamenta cardiaca, quæ scilicet sanguinem in corde stagnantem exagitant, flammam ejus semiobrutam resuscitant, spiritus animales oppressos, vel distractos libertati ac debitæ irradiationi restitunt; obvium est, plura remedia, quæ propriè antiscorbutica dicuntur, has intentiones perficere, cujusmodi nimirum sunt, aqua raphani composita, limacum & lumbricorum magistralis, spirit. Cornu cervi, fuliginis, pulveres testacei, cum multis aliis, quæ non tantum quibusdam horis, & juxta methodum certo ordine præstitutam, sed insuper pro data occasione, quoties syncope, aut quævis spirituum deliquia contingunt, cum fructu sumuntur.

Attamen præterea, qui cordis passionibus, crebræ leipothymie, nausæ, vomitui, tremori, vertigini, aliisque horrendis symptomatis valde obnoxii reperiuntur, etiam præsto habeant aliusmodi medicamenta magis propriè cardiaca, quibus omni spirituum exsolutioni immediatè succurratur. In hunc finem egregie convenit elixir vitæ qu. majus, in destillatione ejusdem elixiris, aqua secunda, quæ edulcorata ad cochlear. i. exhiberi potest, item aqua mirabilis, aqua bezoartica, aqua Gilberti temperata, theriacalis, cinnamomi, quibus singulis, aut inter se compositis, adjiciatur confectio alchermes, confectio de hyacintho, pulv. margaritar. aut magisterium coralli, syrupus cariophyllor. vel è corticibus citri, è cinnamomo: ex his, aliisque hujus farinae medicamentorum formulæ diversimodæ præscribi solent. E. g.

℞. Aqu. theriacalis, mirabilis, an. ʒ iij. melissæ ʒ iij. syrupi cariophyllor. ʒ iij. confectiois alchermes ʒ j. Misce. Dosis cochlearia iij. vel iv.

Vel ℞. Aq. mirabilis ʒ vi. limacum, juglandum, an. ʒ ii. margarit. pulv. ʒ i. Confect. de hyacintho ʒ j. syrupi cariophyllor. ʒ i. Misce.

Cum mulieres scorbuticæ affectibus hysteriis, ac viri convulsivis tentari solent.

℞. Aq. melissæ, pulegii, an. ʒ iij. aq. bryoniae composit. ʒ iij. tincturæ castorei ʒ s. tincturæ croci ʒ j. syr. cariophyllor. ʒ i s. castorei nodulo ligat. & in vitro suspensi ʒ j. Dosis cochlearia iij. vel iv.

Quibus remedia cardiaca in forma solida potius expetuntur, electuaria vel tabulæ præscribantur.

℞. Conservæ flor. tunicæ ʒ iij. confectiois alchermes ʒ s. margaritar. pulv. ʒ j. cum f. q. syrupi è corallis, f. electuarium.

℞. Specier. diamargarit. frigid. diarrhod. abbat. an. ʒ iij. margaritar. pulv. ʒ i. sacchari albisimi solut. in aq. theriacali, & ad tabulat. coct. ʒ iij. olei cinnamomi gutt. vi. f. a. f. tabulæ.

Quod spectat ad opiata & medicamenta anodyna, in quibusdam scorbuticorum affectionibus mallem quovis præterea medicamentorum genere, quam illorum usu destitui: nec enim solummodo contra dolores & vigilias pertinaces, verum in paroxysmis asthmaticis, in vomitu, diarrhœa, quin etiam in vertigine & pathematis convulsivis, quoties natura supra modum irritata, inordinationes immaniores concipit, nullum præstantius remedium sæpius expertus sum, quam ut narcotico tuto adhibito, somnus concilietur: interim maxima opus est cautione, ne sumantur, si quando aliquid in ægrotantis constitutione, aut in morbi conditione, vel tempore, talis medicamenti exhibitionem prohibeat.

Præter hypnotica in pharmacopolis usitata, scilicet laudanum opiatum, nepenthen, philonia, diacodium &

& Syrupum papaveris erratici, duæ insuper opii præparaciones mihi innotescunt, quas in forma tincturæ, sive extracti liquidioris à gut. 10. ad 20. cum alio quovis liquore appropriato exhibere soleo.

Diæta, sive victus ratio à scorbuticis observanda, in methodo therapeutica haud minimi momenti est; qua scilicet neglecta, aut perperam instituta, reliqua medicinae præscripta parum, aut nihil versus sanitatem proficiunt. Regimen diæticum, cum ad varia extenditur, præcipuè circa aërem & habitaculi situm, cibum, ac potum, atque corporis motum, vel quietem versatur.

Quoad prius, cujusmodi, respectu cæli ac soli, mansiones & commorandi loca scorbutum pariunt, ac proinde vitari debent, è supradictis abundè constat. Qui hunc morbum aut cavere, aut curare student, aërem moderate calidum & siccum, qui etiam tenuis & purus, & satis ventilatus fuerit, eligere satagant.

Cibi tantum *εὐχρηστοὶ* & *ἀνισχυροὶ* conveniunt; crassi, viscosi, ac fumo indurati, mucidi, ac rancidi, porro alimenta fermentata, aut valde composita, legumina, lacticia, fructus immaturi evitentur. Saccharo condita, aut plurimum imbata, in tantum vitupero, ut illius inventionem, ac usum immodicum, scorbuti in nupero hoc seculo immanis, augmento plurimum contribuissè existimem: Enimvero concretum istud, sale satis acris & corrosivo, cum sulphore tamen delinito constat, prout ex analysi ejus spagyricè facta liquido patet. Quippe saccharum (prout supra innuimus) per se destillatum, exhibet liquorem aqua stygia vix inferiorum: quod si ipsum in vesica, plurimâ aquâ fontani perfusum destillaveris, quamvis sal fixus non adeo ascendit, prodibit tamen liquor instar aquæ vitæ acerrimæ urens, ac summe pungitivus: cum itaque saccharum quibusvis ferè alimentis commixtum, ita copiose à nobis assumatur, quam verisimile est, ab ejus usu quotidiano sanguinem & humores falsos, & acres, proindeque scorbuticos reddi. Author quidam insignis, tabis Anglicæ causam in immoderatum sacchari apud nostrates usum retulit: nescio an non potius etiam hinc scorbuti increbrescentis fomes derivetur.

Potus sit cerevisia mediocris, mitis, ac bene defæcata, quin & ingredientibus antiscorbuticis, citra ingraturam saporem alterata; non sit crassa & dulcis, nec etiam vetusta nimis & aciescens: hæc in modica quantitate, ac ferè tantum statim prandii ac cœnæ temporibus sumatur. Quæ apud multos invaluit consuetudo, nempe ut quamprimum lecto excitantur, statim hausui matutino (uti vulgo dicitur) largiori indulgeant, perniciose admodum videtur. Etenim hac ratione, siquidem vasa sanguifera, chyli recentis penâ ferè perpetim suffusa, nimis replentur, & cruditates & fæculentiæ morbificæ in sanguine gignuntur, & hæmatoseos munus valde debilitatur; præstat sanè plerisque homines (nisi quibus ventriculos, quamdiu sit vacuus, molestè contrahi & corrigari solet) usque ad prandium jejunos manere. Nec minus sanitati adversatur mos iste vulgaris, statim à victu poculis plenioribus sese ingurgitare. Vina ac pomacea modo sint mollia, sincera ac minime adulterata, modicè sumpta non nocent; isdem verò fucatis, rancidis, austeris, aut aciescentibus, nihil magis noxium, ac sanitati nostræ injurium.

Exercitia, ac labores pro scorbutum sanando, tum præcavendo, sunt commodi adeo insignis, ut multi hoc solo remedio integram valetudinem aut tuentur, aut recuperant; etenim otiosis, & vitam sedentariam agentibus, sanguis & liquor nervosus, tanquam aquæ stagnantes, quasi lentorem & situm contrahunt: à motu vero corporis assiduo & multo, humores & spiritus inclarescunt & vigorantur, par-

ticulæ excrementitiæ, & heterogenæ evaporant, viscerum infarctiones expediuntur, eorumque tonus corroboratur.

Scorbuticorum historia quedam, & casus rariores.

Quæ circa scorbuti & theoriam, & therapeiam hæcenus protulimus, ægrotantium exemplis, sive historiis in medium productis, & juxta hypothesein prædictam explicatis, adhuc clarius elucescent. Cum vero ab hoc morbo laborantium casus multiplices, ac diversimodi existant, libet hic quosdam rariores, propter labem cerebro ac nervoso generi, non minus quam sanguini affixam, excitatos proponere.

Fœmina illustris, procerâ & venusta, in ætate 25. circiter annorum, propter varios errores in victu labem scorbuticam contraxerat: Cujus indicia fuerunt lassitudo spontanea, respiratio difficilis, tibiæ dolores & maculæ, atque gingivæ insuper tumidæ & sanguinolentiæ: verno tempore, post abortum, in febrem tertianam incidens, cito languida, & imbecillis evasit: à quo tamen morbo primum methodicè curata, brevi convalescerat, nisi quod carniæ, aliorumque incongruorum appetens, cito recidivam pateretur. Tunc autem, medicina pertæsa, remedia tantum empirica cepit, quibus interdum paroxysmi febriles abigebantur, mox subinde redituri: interim ægrotans pallida, ad motum impotens, & anhiela, juxta ventriculum, & hypochondria tumida, & inflata manebat. Circæ tertium ægrotationis mensem, in ventre tormina, & cruciatus acerrimos pati cœpit; quibus modo ad dorsum, modo ad ventriculum excurrentibus, dies & noctes fere continuo assidebatur. Insuper crebra vertigine, ac interdum paroxysmis quasi hysterice afficiebatur: item vomitu frequenti molesta, pituitam viscidam & spumeam quotidie rejiciebat. Intra mensis spatium morbus hic fines suos explicans, dolores in dorso, ac lumbis, dein postea in singulis corporis partibus excitabat. Cæterum hoc tempore, de summa pectoris angustia, & magna viscerum contractione conquesta erat. Interim habitus corporis plurimum emaciabatur, ut ossa carne destituta vix cui cohererent. Urina pauca & rubicunda, in cuius superficie pellicula, instar caudæ pavonis variegata accrescebat. Brevi post hæc, stupor & formidationis sensus, modo in ventre, modo in artibus sentiebantur, & deinceps tormina & dolores remitti cœperunt attamen illorum vice, paralyticis successit, quæ intra hebdomadæ spatium singula totius corporis membra ita pervadebat, ut nec manum, aut pedem, aut etiam quamvis partem flectere, aut latum unguem loco movere potuerit.

Quoad prædicti casus Ætiologiam hic obvium est, symptomata isthæc graviora, omnino à radice scorbutica pullulasse; namque ob labem sanguini imprimis affixam, lassitudo spontanea, respiratio difficilis, quin & febris intermittens, vaga & sæpius recurrens, aliorumque symptomatum velitationes, quasi præviæ, ac leviores inducebantur: porro urina lixialis, & coloris variegati, sanguinem dyscrasia sulphureo-salina correptum plane indicabat: ejusmodi lotium eo rari insignium, in pluribus aliis, simili morbo affectis annotavi. Cæterum in hac domina ægrotante, quando seminium morbidum copia adactum, & in massam sanguineam exundans, in cerebri & nervosi generis confinia explicaretur, affectus adhuc graviores subnascebantur; nempe materies vitæ particulis heterogeneis & irritativis constans, intra cerebrum deposita, vertiginem & scotomiam, cum diathesi spæmodica intulit; dein portio ejus in nervos paris vagi, & intercostalis illapsa, eorumque ductu ad plexus

plexus mesentericos detrusa, colicam scorbuticam excitavit; cumque eadem materies in immensum aucta, plerisque alios nervos subiret, affectus dolorifici fere in singulas corporis partes propagabantur; in quantum scilicet recrementa acida, flagmatis vitriolici æmula, passim è succo nervoso deposita, cum salientis lixivialibus, ubique etiam a sanguine suffusis, congregarentur; ultimo dein cum nervi omnes, à materia morbifica sensim opplati & infarcti in tantum obstruerentur, ut spirituum irradiatio, & commercia inhiherentur, paralysis in toto corpore successit.

Hæc domina procul hinc degens, ex Medici vicini consilio cepit medicamenta contra affectionem colicam usitata; quibus non obstantibus, cum morbus ingravesceret, patiens Oxonium adducta, remedia quamplurima tum antiscorbutica, tum antiparalytica, cujusque fere generis ac formæ, sine quovis tamen fructu, tentavit. Postquam igitur ordinaria quæpiam medendi methodus huic morbo impar videretur, ad remedia magna, & quidem periculo haud profus libera, pervenire visum erat. Quare huic ægrotanti, utut debili & emarcidæ pharmacum mercuriale, salivationis excitandi gratia, exhibebamus. Cujusmodi effectus ex voto successit: namque fluor oris intra biduum exortus, & sine malo quovis symptomate per plures dies blande persistens, illustrissimæ Dominae plurimum levaminis conferebat. Doloribus enim mitigatis, membra aliquatenus movere, alimenta melius appetere & concoquere, quin & somno quieto frui cepit: salivatione finita, cepit decoctum è sarsa & China, cum ingredientibus antiparalyticis, per paucos dies; dein Bathoniam adducta, ibidemque thermis temperatis aliquandiu usa, mediocrem valetudinis statum recuperabat. Tota hyeme medicamenta contra scorbutum, & paralytin constantiter sumebat; cumque anno sequenti thermarum usum repeteret, perfectè convaluit; & postea plurimum liberorum læta mater evasit.

Vir quadragenarius, temperamenti melancholici, à multis annis scorbuto laborans, multiplicia & diversimoda ejus symptomata variis anni temporibus experiri solet. Circa crura maculae, & stigmata nigra latiora, tanquam vibices apparent; ventris dolores, cum alvo soluta, crebro infestant; urina ut plurimum lixivialis apparet, lassitudo spontanea, languor virium, & inappetentia fere constantiter adsunt: Præter hæc mala ordinaria, & velut assueta, insuper ægrotationis paroxysmis atrocioribus, usque varii generis obnoxius degit. Ante biennium, quando hunc primò invisebam, de respiratione difficili, tanquam suffocari periclitaretur, cum tremore cordis, spirituum deliquis, & crebro leipothymias metu gravissimè conquestus erat: insuper si quid horum in præcordiis pathematum paulò remitteret, ut plurimum scotomia gravis, & vertigo eum incessabant. Ab his affectibus, postquam remedia antispasmodica cū antiscorbuticis complicata aliquandiu ceperat, perfectè convaluisse visus erat: deinceps vero intra paucas septimanas nausea & cardialgia, cum hypochondriorum inflatione afficiebatur: urina erat pauca, & valde lixivialis; brevi abdomen intumescebat, dein pedes, & crura summe œdematosa hydropis ingruentis indicium præbuere: postea femora, necnon dorsum, & brachiorum carnes ejusmodi tumor incessit, qui tamen affectus, licet deploratus videretur, remediis antiscorbuticis cum catharticis & diureticis adjectis, facile curabatur. Attamen vir egregius, licet valetudini restitutus, non ita diu perstitit: etenim binis anni quadris vix elapsis, de cephalalgia gravi, cum vertigine, & vigilia pertinaci queri cepit; deinde sine causa evidenti, vomitu horrendo corripiebatur:

brevi postea paroxysmi asthmatici, cum tremore cordis, & spirituum deliquis redibant. Hoc etiam tempore, cum penè deploratus videretur, rursus medicamentorum antiscorbuticorum usu brevi convaluit. Ex hoc casu liquido constat, quantum malorum miasma scorbuticam, fermenti instar, tum in sanguine, tum in succo nervoso latitans, & pro data occasione virus suum explicans, inferre potest. Cujusmodi tamen affectus, utut horridi ac terribiles videntur, dummodo ab humoribus tantum in crasi vitiatas, ac minimè à visceribus in tono, aut conformatione læsis dependent, plerumque facili negotio, scilicet methodo antiscorbutica, juxta patientis, æque ac morbi conditionem apie designata curari solent.

Clarissima Domina 25. circiter annos nata, temperamenti sanguinei, gracilis corporis habitus, *ivxpo* & venusta, affectione scorbutica dudum laborat: nam præter macula latas, & herispelata in diversis corporis partibus erumpentia, dolores & cruciatus acerrimos, noctu potissimum ingravescentes, modo in tibiis, modo in brachiis, à longo tempore pati solebat, medicinam, curationis gratia sæpius inceptam, quia prægnans fuerat, statim omittere cogebatur. Post novissimum puerperium, siquidem lochia copiosius efflaxerant, per plures dies languida, & imbecillis, cum respiratione difficili, & ad motum quemvis anhela permansit: Post exactum à puerperio mensem, lecto excitata, & ambulare aggressa, in dyspnoeam gravissimam, cum tremore cordis, & crebro spirituum deliquis incidit: è vestigio lecto commissa adhuc tremens, & creberrime palpitans, per integrum fere diem perstitit: porro membra inferiora, tanquam instante letho, profus algida, nullis frictionum, aut pannorum excalescentium applicationibus intepescebant: tandem nycthemero pene elapso, à cardiis fortioribus frequenter exhibitis, circa præcordia melius habuit: succedebat tamen juxta inguen sinistrum in summitate femoris dolor valde acutus, usque in suram protensus, atque intra paucas horas tumor subdurus tactui resistens totum illud spatium occupabat. Hoc tempore accersitus, cum ægrotans adhuc *ivxpo* & anhela fuerit, statim enemate mox injiciendo præscripto, exhibui sp. C. cervi gut. 12. in cochleari julapii sequentis, ejusdem 3 ii. postea ebibitis.

℞. Aq. limacum 3 vi. hystericae 3 iv. jugland. simpl. pulegii, an. 3 iii. sacchari 3 ii. castorei petiæ ligat. & in vitro suspens. 3. j. Hæc medicamenta sexta qualibet hora iterabantur. Vesicatorium ampulæ internæ parti femoris applicandum curavi: dein vespere, siquidem toto hoc paroxysmo adhuc insomnis perstiterat, exhibui laudani gr. j. margarit. pulv. gr. vi. confect. alchermes sine moscho 3 s. Placide dormivit, & mane sequenti plurimum alleviatur: dolor, & tumor femoris aliquantulum remiserunt: etiam dummodo in lecto quieti jacuit, circa præcordia recte habuit, verum erecta, aut in latus conversa, illico præ dyspnoea fere expirare visa erat; Usus sp. C. cervi & julapii sexta qualibet hora iterandum per plures dies continuavit. Cæterum quoniam siti molesta premebatur, atque urinam usque parcam, rubicundam & contentis saturatam reddebat, apozematis sequentis dosin ad 3. vi. bis in die capiebat.

℞. Rad. graminis, cheresolii, eryngii condit. an. 3 vi. rasur. eboris, C. cervi, an. 3 ii. C. cervi usti 3 i s. passular. 3 ii. pomum i. incisum, liquiritiæ 3 ii s. Incis. & contus. coquantur in aq. fontan. ℞. iii. ad tertiam partem consumptionem; dein additis vini albi 3 iv. coletur in lagenam, cui imponantur foliorum cochleariæ, beccabungæ, an. M. i. salis absinthii 3. ii. f. infusio clausa, & calida per horas tres:

tres: Colatura servetur in vasis oclusis. Diebus modo singulis, modo alternis enema injiciebatur. Horum uso in dies melius habere videbatur, ut intra hebdomadæ spatium lecto excitata per duas aut tres horas juxta focum in cathedra sedere potuerit: Si tamen paulo magis, quam par erat, aut lecto abstineret, aut movendi nisum exereret, illico in dyspnœam, sive paroxysmum asthmaticum incidere solebat: ita ut quodam die extra lectum diutius morata, morbi insultum graviolem perpeffa, respiratione difficili, totius corporis tremore, ac crebris spirituum deliquiis afficeretur: Propter hanc dominæ ægrotantis recidivam, denuo accersitus, sp. C. cervi ad gutt. 20. cum julsipio supra præscripto, atque vesperi laudani nostri dosin exhibui; cum exinde circa præcordia melius haberet, dolores & tumores in femore, & tibia dextra, quales antea in sinistra evenerant, succedebant: Vesicatoria etiam isti femori applicanda præcepi, atque præter remedia hætenus citata, coepit bis in die vini nostri è succo cochleariæ ꝓ iv. cum aq. magistralis antiscorbuticæ ꝓ ii. Insuper purgationem ex syrupo nostro solutivo superius præscripto insitui; quæ cum bene successit, intra tres aut quatuor dies iterandam præcepi. His remediis intra mensem convaluit.

Quod spectat ad symptomatum rationes in prædicto casu observandas, imprimis obvium est, à maculis, & artuum doloribus, & sanguinem & succum nervosum labe scorbutica dudum fuisse tactos; quæ tamen intra prædictos humores, quo usque spiritu vitali ac animali pollebant, velut subjugata, absque malo insigni latebat: post ingentem verò hæmorrhagiam, cum sanguis & liquor nervosus in crasi fatisceret, morbidi semini particule, instar fermenti commotæ affectus terribiles excitabant: dyspnœa gravissima propter duplicem causam, sive gemini mali concursum exoriri videbatur; nempe & quia sanguis depauperatus in corde stagnaret, & quia nervi quidam pneumonici materia scorbutica obsessi circa respirationis munus inhiberentur: Hinc etenim necesse erat, pulmones, ut sanguinem è corde haurirent, citissime moveri, atque respirationis actus à nervis impeditis, debiliores, proindeque crebriores & valde laboriosos fieri. Urgente dyspnœas paroxysmo, cum sanguis circa præcordia plurimum exaggeraretur, partes extremæ (ubi tum pene defecerat) propter ejus absentiam algebant; postea cum pulmonum spasmis remitterent, atque sanguis materia morbifica, quam ibidem refoverat, valde imbutus, à stagnatione sua solutus, circulationi redderetur, iste in femora scilicet modo dextrum, modo sinistrum prius desertum, impetuose irruens, proindeque canales suos exundans; unà cum serosa colluvie extravasatus, tumorem subitum cum phlogosi inducebat. Attamen propter hanc materiam morbificam in partes ignobiliores metastasin semel iterumque factam, morbus licet valde periculosus videretur, remediis humorem dyscrasias alterantibus, atque mineræ morbificæ reliquias blande aufertibus, facile cedebat.

Vir nobilis in ætate 33. circiter annor. temperamenti, uti videtur, sanguinei, procerus & gracilis, ingenii maxime acuti, animique sagacis, etsi à longo tempore studiis immodicis ac intempestivis, unà cum inordinata victus ratione se plurimum exercuerat, usque tamen vegetus ac vigore plenus, mente sana in corpore sano frui videbatur; paulo ante biennium, cum per noctem integram inter convivas tripudiando se valde delassasset, mane lecto frigido intra cameram nimis humidam commissus, & somno aliquanto potitus, ægrotare coepit. Experietus enim in maximas circa præcordia perturbationes, cum gravissimis spirituum deliquiis, quasi jamjam fuisset moribundus, incidit. Post vini haustum, & remedia quædam cardiaca assumpta, paulo melius habuit, subinde tamen recidivam passus, ut toto

Tom. IV. Pars II.

isto die, tum ipse, tum amici ejus, aut syncopen lethalem, aut apoplexiam imminentem vererentur. Cæterum postquam hic morbi insultus præterierat, usque tamen cordis passionibus quotidie obnoxius degebat, & propter graviolem quemvis in victu errorem, rursus paroxysmo immaniori affligi solebat. Non obstante remediorum usu, morbus ingravescens, intra paucos menses non tantum præcordia infestabat, verum in toto corporis habitu modo frigidis, modo caloris suffusiones, porro in artibus, aut stupor, aut formidationis sensus, aut leviores spasmi, ac subitæ contracturæ excitabantur. Nuper autem, præter symptomata hætenus citata, quæ etiamnum Dominum Illustrissimum valde molestant, insuper crebra vertigine, & spirituum cerebri anterioris incolarum distractionibus & deliquiis, gravi modo afficitur, in tantum ut studiis & negotiis (quibus semper addictus fuit) politicis, immo & severiori quavis mentis intentione abstinere cogatur: secus namque tum in capite, tum in nervoso genere ejusmodi perturbationes perlentit, ut vel morbi attoniti insultum, vel affectiones spasmodicas horrendas pertimescat. Urgente hujusmodi ægrotationis paroxysmo majori, plerumque etiam ventriculus perturbatur: Cæterum à vomitu aut sponte naturæ, aut medicamenti emetici ope suscitato, sæpius levamen percipit. Hinc nonnulli morbi causam omnino circa stomachum aut hypochondria subsistere arbitrati sunt: Attamen huic medicamina cathartica, emetica, digestiva, cephalica, antiscorbutica, chalybeata, aliæque cujusque fere generis à Medicis celeberrimis, quin etiam ab empyricis & agyrtis, per hic finem præscripta, pro morbi curatione minus profuerunt. Nuper acidulas Astropenses expertus, ab earum usu, siquidem deterius habuit, statim desistens, jam proximè consultatur utaquas sulphureas apud *Knarborough* in agro Eboracensi potaret: quo tamen successu, dum hæc scriberem mihi nondum consilii.

Hic casus, quia propter variorum symptomatum syndromen, ad nullum præterea peculiare morbi genus spectat, non immerito ad scorbutum refertur. Enimvero suspicari licet, ægrotationis istius præcatam jam dudum in vitiosa sanguinis dyscrasia positam fuisse, nempe quod liquor ejus à dulci, balsamico & spirituoso, in acrem, sive sulphureo-salinum, propter elementa isthæc supra modum evecta, degenerasset: quod equidem accidisse videtur, partim ob errata in victu; quippe vir insignissimus post negotia, & studia severiora ad *μετρώματα* sæpe protracta, tunc temporis coenare, & statim lecto commissus obdormire solebat: Porro hic morbus partim oriebatur à lienis aliorumque forsan viscerum, fermenta morbida sanguini suppeditantium, diathesi valetudinaria: nec enim prorsus sine ratione fuisse censemus, quod lien accusaretur.

Sanguinis dyscrasia prædicta, laborans, proindeque recrementa heterogenea congerens, à causa evidenti adjutus, eadem capiti facile suffundit: quare eum cerebrum propter studia immodica & intempestiva nonnihil debilitatum injuriis minus resistere valeret; eumque propter occasionem superius citatam, massa sanguinea in majorem ebullitionem evecta, totius corporis poris mox constrictis, satis eventulari nequiret, ejus magna in caput suffusio primam ægrotationem manifestam inferebat: nempe à cruore circa capitis regionem nimis aggesto imprimis faciei intumescencia, & phlogosis evenerunt: porro ab eodem tunc temporis *τὸ ἰγνεφάκι* consinia impetuosis irruente, ac ibidem stagnante, particule heterogeneæ, partim narcoticæ, partim explosivæ in nervorum origines decumbent: quibus ita materia incongrua obsessis, perturbationes istæ circa præcordia excitatæ (propter rationes in pathologia spasmodica ostensas) successerunt. Porro in quantum eadem materies versus occiput delata, nervos à spinali medulla oriundos subiens, totos eorum ductus, ac processus extremos pervaderet,

E

in toto

in toto corpore stupor, formidatio, atque spalmi leviores ciebantur. Porro quia nervi, eorumque propages vasa sanguifera circum ambientes, spalmis affecti, varie contrahantur, ob sanguinem quasi frænis & stimulis modo coercitum, modo exagitatum, subitæ istæ frigoris & caloris diffusiones in toto corpore exoriebantur.

Circa morbi initia, quia materies *υοορψι* è massa sanguinea suggesta, aut in cerebelli regionem primò irrompens, aut intra cerebrum licet admissa, illinc deuo statim amandata, circa nervorum origines potissimum deligeretur; idcirco sine vertigine, aut scotomia prævis, aut principibus animæ potentius insigniter læsis, præcipua labes in appendice nervosa, atque circa exteriores ejusdem processus apparatus: postea verò ob sanguinis dyscrasiam indies auctam, atque *υζκίφαλα* constitutionem magis labefactam, particulae heterogeneæ etiam cerebrum anterius, sive regale animæ palatium, perrumpentes, spiritibus ibidem incolis, & deliquia & distractiones intulere. Adeo morbus hic, post radices alicubi intra *υζκίφαλα* semel actas, non obstante remediorum usu, fines suos quotidie explicabat, ut cum primo tantum origines nervosæ paris vagi, ac intercostalis afficerentur, deinde mox horum, aliorumque totius corporis nervorum processus, & ductus interiores materies morbifica subiret; quibus oppletis, demum illa è sanguine adhuc impuro in cerebrum ipsum suggesta, nobiliora ejus claustra occupabat: Cujusmodi affectionum cephalicarum similes progressus in multis aliis observavi; ita ut plane constet symptomata isthæc, tali serie excitata, ob causas prædictas, ac minime propter vapores à visceribus elevari suppositos, oriri.

Quod autem paroxysmo vigente, sepe numero ventriculus perturbatur; item quod à vomitione levamen subito conferri solet, non difficile erit, salva hac hypothese, rationes ostendere. Quoad prius, nihil magis obvium est, quam ventriculum subverti, atque nauseam aut vomitum succedere propter molestiam circa nervorum origines inflictam, prout in superioribus fusè ostendimus; dein plures sunt rationes, ob quas vomitio juvamen præstet: Primo namque, siquidem nervi paris vagi, & intercostalis hoc modo plurimum succutiuntur (uti partium nervosarum mos est) *υραξίας* suas, à causa interna excitatas, statim remittunt, scil. membrum pruriens aut dolens, si fricatur aut scalpitur, à molestia liberatur. Cæterum prædicti nervi, inter vomendum valde succussi, & contracti, materiam morbificam in principibus eorum, aut extremitatibus infixam, facile excutiunt; quibus accedit, quod sepe materies acida, vel acris, aut alio modo infesta, intra primas vias aggesta, ibidemque aut sanguinem fermento noxio inficiens, aut corpora nervosa in spasmos irritans, per vomitum educitur, proindeque morbifons, aut irritamentum evocatur.

Quoad methodum therapeuticam, in hoc casu, aliisque similibus usurpandam, duæ sunt intentiones, quibus præcipue insistendum erit: sc. primo sanguinis massam depurare, ejusque fermenta noxia à ventriculo, liene, aliisque forsan visceribus suggesta subducere oportet. Secundò cerebrum & nervosum genus, ne particulas extraneas admittant, corroborari: quin & succus nervosus istarum partium irriguus, à recta crasi in acetosam, aliasque morbidam degenerans restitui & rectificari debet. Prior harum cathartics, emeticis, phlebotomiâ, ac imprimis medicamentis specificis cruoris labem scorbuticam corrigentibus, aut penitus auferentibus perficitur: Quod autem acidulæ ferratæ sive vitriolicæ, celeberrimum sanguinis *καθαρισμ*, huic Domino obfuerunt potius quam opem præstiterunt, in causa esse videtur, tum quod cerebrum, propter

affectiones cephalicas imbecillius factum, aquæ coluviam sanguini immisam ægre excludit, quin ab ea confinia sua impetuosis adpellente, inundari periclitatur: tum insuper quia cum liquor nervosus à crasi sua degener, in acetosam vergit, ab acidularum sale fluido magis perverti solet. Quare passim observamus, in rheumatismo & arthritide, ab ejusmodi aquarum potu diathesin morbidam augeri. Secunda intentio per remedia cephalica, ac imprimis sale volatili prædita, cujusmodi sunt sp. & sal. sanguinis, fuliginis, C. cervi, radix & sem. pæoniae, folia visci qu. &c. quibus aniscorbutica commiscuntur, optime instituitur. *Hællenus Thomas Willis Tractatu de Scorbuto.*

Curatio Clariss. Luca Tozzi.

Scorbuto specialius proderunt æria, & subamarâ, ut cochlearia, nasturtium aquaticum, beccabunga, chelidonium utrumque, trifolium, cherefolium, pe-tastis, sinapi, eruca, fumaria, hydropiper, raphanus ruscianus, seu Armoracia, cortices malorum aureorum, zedoaria, rota muraria, zinziber, bacca juniperi, gummi lacca; atque ex his eliciti spiritus, tincturæ, essentia; ut & essentia ac spiritus turionum pini, salis ammoniaci, & ceraforum nigrorum sylvestrium. Sal etiam & essentia viperarum à ple-risque commendatur; atque ab aliis spiritus tartari volatilis, tinctura Ant. Bezoarticum martial.

Rectè autem, inquit Sennertus, movent Authores succis prædictarum herbarum majorem efficaciam inesse, quam in decoctis, quoniam vis in illis provenit à sale volatili, qui coctione dissipatur; Quare præstabit ejusmodi succos spissare, & ne ventriculo noceant, saccharo, & cinnamomo condire.

Neque verò semper utendum scribis, & sale volatili præditi, ut consule hic Willisius, præsertim ubi causa morbifica in calidiori sanguinis dyscrasia, vim rancidi æmula, consistit: Mavult enim medicamenta temperata opportuno usui fore, quæ humorem particulas per se effervescente aptas, minus exagitent, imò potius compefcant: quod etiam notavit Sennertus, qui propterea in his cum sero lactis exhibenda esse scribit medicamenta antiscorbutica dicta.

Cæterum in aliis præstantissimum esse scribit Fotherellus syrupum scelotyrbicum, quem ita conficit: succi cochlear. & beccabung. singul. lib. iii. sacch. opt. lib. ii. cum ovi albumine depur. mox simul decoq. & f. syr. l. a. Exhibet autem illud ad ʒjss. cum ʒii. aq. cochleariæ, & ʒi. aq. beccabungæ per plures vices. Gingivas verò erosas, & sanguivomas solo sacco cochleariæ confricandas jubet, vel abluentias cum aqua stillatitia ejusdem, & beccabungæ. A Velschio refertur Othonem Heurnium usum quotidiano potu vini, in quo brassica rubra, cum zinzibere, & cinnamomo fuerat macerata: atque hoc jucundissimo remedio Vinum Hippocraticum ferè æmulante, addito præsertim saccharo, intra xv. dies, in pristinam sanitatem ægros restituit. Alia vina medicata præscribit Willisius, apud quem vide.

Acida etiam prodesse scribit Sylvius Leboë, succum mali cirii, & aurei, & punici, trifolium aquaticum, spiritum salis, & nitri dulcem. Quinimò P. Barbette reliquis omnibus præstare ait spiritum salis dulcem, ammoniaci, & cochleariæ. At dexterè acidis utendum, & nonnisi cum aliis medicamentis antiscorbuticis.

Symptomatis denique Scorbutum comitantibus, quâ ratione occurrendum sit, legere erit apud EUGALENUM, SENNERTUM, WILLISIUM, aliosque fusè nimis de hoc affectu pertractantes, vel restrictius apud FRIDERICUM DECKERS in notis ad Prax. Barbett. cap. de

de Scorbuto. Nobis enim sat est hæc attingisse de hoc affectu, qui in nostris regionibus non adeo vulgaris est. *Hæftenus Lucas Tozzi Medicin. Pract. lib. 2.*

Curatio Clariss. Theod. de Mayerne.

In Scorbuto, obstructions viscerum sunt referandæ, ipsaque corroboranda; humores vitiosi expurgandi, eorumque mala diathesis corrigenda, v. g. si acida sit, salinis; si salina, acidis. Hæc intentionibus satisfaciunt purgantia, alterantia, corroborantia.

Primò purgetur æger vel pil. massichin. Fernel. aut de hiera; aut potione sequenti.

℞. Infus. ʒvi. fol. sen. mundat. & ʒiʒ. rhab. cum correctoriis reduct. ad parvam dosin, in qua dissolve diaphoen. ʒii. syr. nostr. cathol. ʒi. sp. vitrioli gutt. xv. Mf. f. Potio exhibenda horis 3. ante jusculum cum debita custodia.

Jusculum medicatum alterans hæc formâ optimè institui potest, præcipuè si scorbutus ad hydropem vergat.

℞. Rad. chin. ʒʒ. rad. gram. fenicul. asparag. an. ʒvi. passul. Corinthiac. cappar. à sale mundat. cicer. rubr. an. ʒv. sem. cartham. pleni ʒiʒ. Includantur ventri pulli, qui confusus elixetur cum frusto carnis vitulinæ, addendo sub sinem coctionis fol. cochlear. & nasturt. aquat. an. m. j. agrimon. pimpin. borag. bugloss. oxylap. an. p. ij. summit. chærehyl. & flor. calend. an. p. j. In colatura dissolve crem. tart. chalybeat. ʒi. ʒiʒ. ʒii. M. f. exhib. per octiduum, superambulando, hor. 4. ante prandium.

Succi extrahantur ex cochlearia utraque, Anglica scilicet & Batav. nasturtio & beccabung. iique recentes & non depurati admisceantur zytho & cerevisiæ quotiescunque bibet; aut si depurati sumantur, eorum admisceatur quantitas major. Herbæ addantur jusculis, comedantur in acetariis.

℞. Cochlear. nostr. m. iv. beccabung. nasturt. aquat. an. m. ii. fol. endiv. hepat. an. m. i. Omnia viridia contundantur in mortar. marmor. & per prelum extrahatur succus per residentiam depurandus, qui per filtrum actus dulcoretur tertiâ sacchari parte. Hujus julepi antiscorb. cochlearia ad minus duo permisceantur haustui cerevisiæ tenuis rec. è doliolo extractæ. Utatur in passibus pro potu ordinario.

℞. Rad. chinæ ʒi. zarzeparill. ʒviii. lig. sassaf. cum cort. ʒiii. rasur. C. C. rec. & ebor. an. ʒiʒ. nuc. mosch. per frusta sect. numero iv. v. aut vi. cerevis. lupulat. fortior. gallon. vi. absinth. vulg. & pont. an. m. j. santal. citr. ʒi. succ. cochlear. ʒiii. succ. nasturt. & beccabung. an. ʒiʒ. f. ut a. e. De hæc cerevisia capiat tres haustus magnos in die, ante prandium, ante cœnam, & in ingressu lecti:

Vel ℞. Zarzepar. alb. & medulios. ʒviii. rad. filic. fem. oxylap. an. ʒi. lign. sassaf. ʒii. ras. C. C. & ebor. an. ʒiii. rad. raph. russ. ʒiv. fol. cochlear. utriusque, beccabung. nasturt. aquat. berber. an. m. j. summit. absinth. pont. m. ʒ. sem. nasturt. hort. & cochlear. Batav. an. ʒv. nuc. mosch. ʒi. f. decoctio in gallon. viii. cerevis. lupulat. rec. ad ii. consumpt. adde ejusdem cerevis. gallon. iv. sinatur fieri infusio per noctem vase probè clauso, mane f. per fetaceum colatura, quæ indatur doliolo justæ capacitatis, addendo succ. cochl. utriusque, nasturt. & beccabung. an. ʒi. succ. pomor. redol. ʒiii. sinatur fieri fermentatio ad perfectam depurationem. Indantur autem doliolo frusta chalybis quæ simul sint ponderis ʒii. Post exactam fermentationem liquor limpidus includatur lagenis lapideis probe obturatis, quæ referventur loco subterraneo ad usum pro

Tom. IV. Part. II.

potu ordinario, diluendo, si placeat, cerevisiâ tenui sex solidorum.

℞. Croci Martis aperient. opt. combust. non vomitori ʒii. rasur. C. C. ebor. dent. equi marin. an. ʒiii. santal. citr. sassaf. an. ʒʒ. macis ʒi. vini alb. Rupellens. vel Andegavens. ʒiv. Infund. per biduum ante potum.

℞. Hujus vini ʒv. succ. antiscorb. depurat. per resident. ʒii. Mf. Capiat mane horâ septimâ corpus exercendo.

Inter alterantia meritò recensentur tartarum & ejus præparaciones. viz. cremor. tartar. vitriolat. &c. sal absinth. cochlear. pulveres item testacei, perl. corall. ocul. cancr. &c.

℞. Conf. rad. cichor. ʒʒ. conf. flor. calend. & veton. rubr. an. ʒiii. conf. Alkermes ʒii. cort. citri cond. sicc. ʒiʒ. magist. perl. & corall. dulc. ocul. cancr. præp. an. ʒiʒ. pulv. cort. sassaf. ʒiv. Mf. & cum syr. de pomis magistr. vel de cichor. simpl. f. Elect. instar opiata, de qua cap. ʒii. troch. Martis aper. ʒʒ. Mf. f. Bolus sumend. mane, superhausto vini absinth. momento cum exercitio.

Ista quantitas troch. Martis continuetur per octiduum, deinde dentur ʒii. per dies totidem, mox ʒi. usque ad diem trigef. vel quadragesimum.

℞. Pulv. elect. arom. rosat. ʒi. troch. de rhab. de absinth. an. ʒiʒ. cort. sassaf. citri & aurant. an. ʒi. sal. perl. & corall. an. ʒiv. Mf. & cum syr. de absinth. f. massa Pilul. de qua & troch. aperient. cap. an. ʒʒ. Mf. cum syr. dicto pro una dosi sumend. superhausto vini absinth. momento vel cerevis. antiscorb. subsequente exercitio. Augeatur quantitas troch. Mart. ut antea dictum est. Ad condimentum add. gutt. iii. vel ii. ol. ex ligno sassaf.

Massa etiam pilular. poterit formari cum extr. sassaf. parato cum optimo vino Malvat. Malag. vel Canarino.

Tertio quoque die horâ dimidiâ ante levem cœnam capiat ʒʒ. vel ʒii. pil. stomach. cum gum. præsertim si in chalibeatorum usu alvus adstrictione laboret. *Hæftenus Theodorus de Mayerne Praxeos Medica lib. 3.*

Curatio Clariss. Job. Nicol. Pechlini.

Plurimorum morborum fecunda & mater & soror Scorbutus Septentrionalis plagæ incolæ & Medicos mirificè hætenus exercet, vix dum invento remedio, quod in illâ ingluvie assuetæ que corporis intemperie certam præstet ac non decepturam sanationem, redeunte plerunque ad ingenium affectu semel inveterato. Morbus certè est aut morbosus, si placet, dispositio, symptomatis nunc levibus nunc difficillimis & periculosis comitata, quæque ipsa etiam aliorum affectuum conditionem societate suâ reddat deteriorem. Equidem, ut ingravescens Scorbutus morbos alios generat, alios modificat, ita rarus ferè est in hisce plagis affectus, in quo non & ille partes habeat suas; atque hinc audita passim nomina Paralysis, Arthritidis, Asthmatis, Colicæ, Febris, Cachexiæ Scorbuticæ, cognomine suo causæ originisque ingenium testantia. Consistit autem potissimum, si quid conjicere licet, in qualitarum intemperie atque hinc vitiatâ sanguinis texturâ. Est nimirum sanguis in hoc morbo peregrini atque eccentrici Salis misturâ corruptus; ut enim ad tuendam fluidorum harmoniam justumque invicem tenorem Sal aliquis requiratur balsamicus, vinculum unum omnium optimum, abdere tamen is sese atque includere centro humorum debet, potentialis magis quàm actualis, quique, si in superficiem & sensum erapat, depravatæ fluidorum harmoniæ indicium est luculentum. Hic ergo ipse Sal, ubi semel cen-

tro evolutus massam sanguinis inquinavit, partium fermentis archæisve suam quoque adspersit labem, & in adfluentes quosque succos intempestivè transferit. Cum autem plurimum semper situm sit in primæ coctionis, seu fermenti Stomachici, integritate, ut cujus vitium cæterarum statim functionum qualitatem infame; videndum imprimis est, quomodo illa in Scorbuto sit affecta, & quam tincturam fermentum Ventriculi receperit. Non vanis autem indicibus constare puto, fæluginem esse, quæ fermento insipido aliàs omniumque saporum promocondo adlata sui quoque ideam in alibilem succum transmittat, post etiam sanguini partiumque singularum fermentis impertiendam. Notum aliàs Naturæ arcanum, à Stomachi illo fermento, velut menstruo Alcahestico, sapida, insipida, saccharata, salina, piperata, acida, austera in unam omnia redigi saporem, quique Chyli sit proprius, haud dubiè tamen affinis menstruo suo; hunc si contingit mutari, necesse est ejus quoque similitudinem in alimenta transire, & fæluginem, si qua est, tincturæ Chylisæ adfricari. Potest autem illud fermenti contagium duplici modo considerari; aliquando enim tam iners est & vapidum, & optimâ sui parte, mercuriali, orbatum, ut, quamvis aliis præstandis sufficiat coctionemque procuret, tamen fæledinem, quæ cibis conjungitur, vincere non possit, sed ipsa potius fæledo fermenti victrix in universum deinde sanguinem partiumque archæos se diffundat, tandem verò etiam Ventriculi fermento pridem inerti labem adspersat suam; adeoque jam positivè fæsum statim in prima alimenta ideam sui transmittat. Non est ergo magis insipidum Ventriculi aliarumque partium fermentum, sed ex contagio illo fæsum, variata semper ab alienarum particularum mixturâ salis specie, ut enim muriaticum esse conveniat, tamen pro naturâ & copiâ salis alcalini, nunc volatilis, nunc fixi, jam & acidi, austeri, interveniente terræ, spiritus, sulphurisve copulâ, tantùm non in infinitum variat tractusque per symptomatum diversa morbus aliam aliamque faciem ostentat. Sal autem iste, ut aqua est proprium salis menstruum, in Lymphæ faciliè commercium admittitur, cujus deinde vehiculo in fluida æquè ac solida transeat & universi corporis œconomiam conturbet. Sed cum Lympha glandularum sit progenies, procul dubio in illarum quoque texturam insinuatve fermentum fæledinis contagiosæ idea facile diffunditur; adeò immutata earum centrali formâ aut fæculatæ secretiones omnes vitari necesse est, neque *archæos* jam esse humores, sed ipsâ illâ qualitatis fæcæ tincturâ, quam fermentum pridem receperat, imbutas. Hinc ergo manifesti illi & eccentrici succi Pancreatici, Salivalis palatini, Stomachici, Intestinalis & Lymphæ conglobatarum saporis, profligatâ dulcedine illâ balsamicâ; neque enim naturaliter & in statu absolutè sano sapore vel fælo aut acido præditam esse lympham convenit; & verò, ut fæsa sit, non tamen perindè gustu deprehenditur, quòd saliva jam ante eodem sapore inquinata in illâ gustandi consuetudine nullum admodum discrimen tabulis papillaribus objiciat: Quòd si autem involucre Lymphæ nudari fæluginem continget, jam salivæ fæledine acrior faciliè sensum sui linguæ imprimit; adeò mirum non est, permixtos adhuc dum sanguini humores insipidos sæpe esse, qui secreti gustum afficiant, & exsiccati magna relinquunt fæsum planè atque lapidum. Sanè in ipsam cutim exerunt particulæ salinæ eamque cum tempore incrassant; meminì in cute Scorbutici deprehensa primùm gustu, mox abrasa salium ramenta in vasculo mihi ostensa esse, non aliter atque pædor ille, corio innascens equorum, fæsus & ipse, strigilibus excuti colligique in notos Veterinarius

usus solet. In Infantum etiam cute, si linguam adhibeas testem, prout lactis corruptela fæledinem aut acorem succis adspersunt, ita vel fæsum aut acidum saporem lambendo cognosces, sæpè etiam narium judicio idem evincente. Nutricularum querela est pro acidi saporis qualitate, quam gustu sæpè agnoscent, puerorum morbos ingravescere & sæpè, res mira, à fascino oriri. Est itaque fæledo humorum causarii corporis argumentum, quæ ut mitescat & ad naturalem temperiem reducat, omnino operam dare necesse est; quod tamen in illâ acris fælugine inveteratisque diætæ erroribus longè difficillimum esse nemo est qui negare audeat. Evidem, si causas respicio, externas illas atque evidentes, plurimæ illarum corrigi non possunt; Aëris namque fluidum, ut marinis vaporibus usque fæluginosi se debet, remedium non admittit; Diætam consuetudo & loci ingentum immutabilem fecere; adeò in Septentrione maritimisque ejus plagis, ubi ad fixationem & coagulationem humorum spectare omnia videntur, uberrima & velut endemia Scorbuti seges, minus etiam, quàm alibi, superabilis. Ut autem Italicæ Gallicæque oræ maritimæ & ipsa fælugine aëris non careant, tamen in calore illo fluidoque volatili partium fermentorumque temperiem magis conservari credibile est, atque impediri, ne in habitum ac interiora texturæ fæledo debeat. Quidquid id est, notasse videor, si non Scorbutum, at certe affines ei morbos, in Italicæ quoque urbibus, quæ mari prætextæ sunt, regnare; sanè seri paulò acrioris copia alibi locorum valde est suspecta. Lustranti enim mihi tractum Italicæ maritimum, qui mari Adriatico adjacet, ab aëri fluidi marisque fæsa Atmosphærâ plurima illis nasci incommoda scio, & nullam ferè esse urbem, quæ non peculiari affectu fælo catarrhali infestetur, hic in pedum ulcera morbumque coxendicum, hic in Pleuritides & Phthises, alibi in Ophthalmias, Epilepsias aliaque morborum monstra desinente fluore Salso lymphatico, quæ in nostris quidem plagis à fælo scorbutico oriri plurimi nostrum asserunt. Cur autem Septentrio feracior sit hujus morbi, in promptu causa est, aëris nempe fæleda fixa & diætæ ad fæsa quæque, dura & viscida propensæ intemperies, ut jam tum monui. Vincit illa Septentrionalium ingluvies fermenti subtilioris spicula atque obtundit, quo obtuso & fixato frigent digestiones, & fæleda illa, alimentorum comes, quam mitescere centroque humorum involvi æquum erat, manet usque eccentrica sensibusque obvia, lymphæque inde omni contagium adspersit. Reperias tamen, qui in atmosphærâ tam fæsa diætæque vitio enormi tam valido fermenti elatere, ut sic loquar, & incorrupto Ventriculi menstruo sunt armati, ut dura quævis, viscida & fæsa sine uno incommodo digerant inque unum diversissima omnia contrariaque colligant Chyli saporem. Sunt sanè etiam in Septentrione gentes in auræ illâ fælugine diætæque fæsa & durâ fortissimæ tolerandisque vitæ incommodis quàm idoneæ, nullis ferè morbis, minus verò Scorbuto, obnoxie, ut in illis, qui sinui Botnico propinqui agunt, Finnis, Esthonibus, Gothis aliisque apparet: Scilicet ob maris sinuumque opportunitatem magna illis salitorum piscium carnumque copia, major etiam ingluvies, ubi contra, qui montana & nemora incolunt Lappones, caseo, lacte, tandem & carnisbus Rangiferorum, aliqui etiam sine fælo, contenti, si cum illis conferantur, debiles sunt, causarii, malè habito corpore, etiam peregrini aëris minus patientes; adeò his fermentum contingit non admodum efficax, sed lacte ipso mollioreque cibo effeminatum. Jam verò etiam in mediis plagis scorbuticis, ubi endemius est ille morbus, vidi nonnullos tam validos, ut Ventriculi fermento Archæovæ igneo dura

dura omnia & falsa, etiam auræ atque ingluviæ pericula, faciliè superarent frequensque in illa infectorum turbâ contagiam generosè spernerent. At nunc, quibus Scorbutus insedit, tam diversimodè afficiuntur, ut an ab eadem origine passim sit morbus, dubitare liceat. Minus periculosus est, qui in sanguine circumlatus in cutim se exonerat immuni adhuc dum viscerum glandulosâ texturâ intemeratissime fermentis; adeò id operam dare solemus, ne secreta semel in superficiem corporis salugo errore quodam revocetur, quin potius id agimus, ut quæ adhuc dum in centro oberrat, per eandem peripheriæ lineas in superficiem extrusa partes corporis nobiliores à manifesto liberet periculo. Ex illâ autem saluginosi succi in cutim secretionem plura oriuntur & familiaria istis gentibus Symptomata, Scabies, Maculæ, Tubercula & alia bene multa. Scabies autem non unius Septentrionis sed & mediterraneæ nationis alibi vitium est; nam & in Germaniæ quibusdam locis, Vestphaliâ imprimis, & in Galliæ umbilico morbum hunc quotidianum esse & diutæ contagioque debere experimentis constat. Modificat tamen eam, plurimum atque exasperat Scorbutus; hinc enim seri adfluentis, hinc hydatidum, hinc ulcusculorum contumaciam & tabo manantium copia. Efflorescunt tamen etiam in cute maculæ, colore variegato Scorbutum proidentes, pro ingenio saluginis nunc flavæ, nunc citrinæ, rubicundulæ, purpureæ, cæruleæ, virides, lividæ, artuum imprimis ornata. Nimirum, ut plus Alcali, acidi, austeri, volatilis & fixi terrei salugini isti conjungitur, ita & determinari purpuram sanguinis necesse est. Novimus in Chemicorum officinâ rubicunda ab Alcalibus jam in cæruleum & viridem, jam nigrum lividumque colorem admisso fermento alcalino converti. Sal volatile oleosum Alcanthæ radicibus impositum initio *rougeâtre* & raris cæruleitate Tincturam Lazuli lapidis provocat, quæ tamen ipsa post aliquot horarum intervallum per purpuram remissionem in lividum colorem transit, mox iterum desitutum, quò ne aliam, quàm solstitialem, fuisse hanc mutationem intelligas. Rubicundissimam Cerasorum nigrorum purpuram Calcis alcali in cæruleam convertit. Violaacea quotidie viridescunt adjecto sale lixivo. Acidum intestinorum pituitam adfluens Bilis sal volatile viriditate, livore, jam & aliis coloribus, tingit; adeò & alcalina Bilis salugo vitâ muriatici salis proportionem colorum moderabitur in sanguine secretisque succis ingenium. Pessimi autem & omniales quàm maximè virides & ex viridi lividi jamque ex livido nigri colores. Mira autem res, tam subito sæpe colores istos & erumpere & dissipari, jam verò etiam viscidiori glutini intextos usque durare. De cæruleis lividisque notis cognitum est eas ire & redire, sed & multoties, quod in Bataviâ frequentissimum est, perpetuas esse Scorbuti comites; unde & illa morbi species, quæ copiosis ejusmodi maculis insignita est, *Blauvorschuit* vocatur à Belgis. Adest tamen etiam sæpenumero uniusque noctis fermentatione apparet obscura livida nota, virore utcumque variegata, non tam in Scorbuto, quàm Scorbuticâ febrium metastasi, Saxones trisli & omniale vocabulo *Dodikeep* appellant, quasi striges nocturnæ aut ferale aliquod animal eam inoffendet: hæc plurimum matribus suspecta mortem vulgò portendere videtur; all ego sine ullo periculo fuisse crebro observavi. Equidem macularum illarum ingenium attendenti videtur, impuram sanguinis saluginem velut in flores aut spumosas faeces, cerevisialis instar, collectam è centro in superficiem rejici atque, distinctis hinc inde notis, efflorescere; Est hoc situs putredinisque proprium, ut secreta faeces in speciem floscolorum aut spumæ sese efferant, quod adeoque in Scorbuto, qui & ipse sanguinis putredo est, fieri probabile est, & hinc non malè

Tom. IV. Part. II.

situs vocabulo Scorbutum appellari maculosum, neque inconsultum fuisse Belgam, qui toto libro, ubi morbum hunc describit, *Schimmel* nominavit, ut nominari vulgò solet floridus humidorum Situs. Cum verò hæc maculæ etiam in morbis malignis, tum imprimis castrensibus, apparent, planè ego persuasus sum & has ipsas scorbuticæ & saluginosi sanguinis esse reliquias, fermenti febriculosi ope in cutim propulsa, quarum si copia major est, quàm ut digeri fecerintque à sanguine possint. Natura succumbit, si minor & facilis est præcipitatio, ecce apertam salutem viam; adeò certum est, auctam aliquot gradibus Scorbuticæ Salis & copiam & qualitatem in malignam transire atque contagiosam. Maculis pustulæ succedunt, aut scorsim apparent, nunc conicæ, nunc convexæ, nunc planæ, nunc confertim nunc sparsim exeuntes, colore nidem vario & flavo & rubicundo & obscuro-purpureo, quas, quòd calore lecti provocatæ pruriginem mollescunt, merito Epinyctides voces. Has ipsas quoque Alcali determinat, & ualsedo est leviori visco intexta, aut subtiliori Alcali animata, ita & color & forma & duratio varia; calor autem ut plurimum hæc in cutim evocat frigilque repellit, & ut aliquibus post extrusas in superficiem pustulas melius sit, scio tamen, quibus ea res magnum pariat incommodum, & prurigo secretaque in cutim scorbuti materies in illa sanguinis fermentatione caloreque restivo plus noceat, quàm massæ adhuc involuta frigoreque repressæ; adeò ut hyemes & modica frigora præ calore illo & hinc natâ fermentatione colliquisivâ optare sibi habeant tristioris morbi candidati. Jam verò etiam ante & initio hujus morbi tumores erumpunt toto corpore in speciem duri, sæpe etiam magni & juglandem nucem æquant; noctu hi quoque invadunt, de die fugitivi, identidem tamen redeuntes; vidi semel, qui tam certo ac flato tempore, media nempe nocte, prorumperent magni admodum, & cum meridiano demum sole recederent, mox redituri. Vultum sæpe hæc ipsa tubercula infamabant, & nunc nasum, nunc os in diversa trahebant, prodromi Scorbuti jamjam ingravescens. Accedunt quoque Furunculi focii & comites viscosæ & *unvollig* saluginis, puerorum alios morbus, sed qui contagio etiam in adultos transeat corporisque violet habitum, quod ubi ex improviso fieri solet, Saxones id ab incubitu vel insessu impuro locoque pisculari, *eine Unseht*, repetunt. Nempe credunt, si quis vel strato aut terræ incubet, cui fordes squaloremque infectum animal adfricavit, hoc quoque contagio in vicinos quosque obnoxia valitudinis, tum maximè scorbuticæ temperis, ex facili transmitti & pro ingenio peccantium humorum determinari. Si jam quoque Bubones, ne quid ad æmulationem Veneræ Luis deesse videatur, Scorbutum comitantur ægrosque leverissime adfligunt, quæ omnia sic in Tutio simul coaluisse vidi, ut, nisi juratâ fide & nota probitate se absolvisset, suspitionis aleam effugere non potuisset. Fuerat is ab annis aliquot Scorbuticus singulisque annis novum experiebatur symptomatum genus, primùm Hypochondriorum dolores, deinde Tubercula illa repentina & nocturna, tertio post anno Articularum sonoros ad motum atque extentionem fragores, ita ut etiam exaudiri possent à vicinis, inde & Cordis palpitationes assurgentibus in sanguinem flatibus, simul etiam pustularum confertarum in pedibus manibusque uberrimum proventum, pruriginem maximè infectum; atque hæc omnia æstate, hyeme enim symptomatum illorum malacia & melior in totum valitudo. Steterant jam annos aliquot hæc symptomata consuetudine sprete, neq; appetitum aut corporis incremento vel vultus nitore ullam noxam adferentia, cum fortè in notam meretricis operibus urbem evocaretur, ibique negotiorum causâ ipsas sex septimanas

E 3

ageret;

ageret; igitur domum ad suos redux speciosè sanos valenque in convivio adventorio acutissimo inferioris labri ad oculum tumefcentis dolore de meridie corripitur, crescit inde usque tumor aucto insimul dolore; sub vesperam incidens frigusculum calore pulsuque frequenti comitatum indicium erat suspectæ febris; nihil interea se tuberculum labri remittit, sed usque eo augetur, donec lapidem duritiæ juglandem nucem magnitudine æquaret, mirificè hinc distorto ore & intercepto loquelæ usu. Minuitur sequenti die calor, pulsus etiam minus, quàm pridie, frequens. Ostentare se adhæc in averso manuum carpo pustulæ ex minutulo orbe in majorem se quoque proferentes, compunctibus ardoreque & pulsu malignitatem testatæ; vesperi rursus frigusculum calore febrili nocturno exceptum; tertio die toto corpore Tubercula, jam quoque in utroque inguine Bubones, Farunculis pudenda defædantibus. Undecim inde dies continuos Paroxysmi ingruentibus vespertini, frigore caloreque alternati. Toto illo tempore nulli somni, sexto autem die Sudores perpetui, inde & Salivatio, ut & os semper copioso flumine lymphæque rivis maderet, non aliter ac si mercurio corpus inquinatum fuisset; quatuordecim dies hæc Symptomata duraverant, cum post geminas purgationes Jalapii Resinæ & Vitrioli albo & Antimonio Diaphoretico commotas, serumque copiosè exhaustum æger convalesceret, dubiæque & causariæ sanitati redderetur. Nam post illa quoque quatuor annis continuis tubercula in pudendis iterum iterumque mutatis sedibus apparuere, intra sex octo dies vel sponte se dissipantia aut in paucillum viscosi parvi abeuntia, ne quid ad justam contagii Venerei suspicionem defuisse videatur. Sed quod ego omne scio sanæque affirmitate à solo Scorbutico sanguinisque viscosa salugine profectum fuisse, hoc ipso tamen edoctus affines esse morbos Veneream Scorbuticamque luem, determinante utriusque naturam visci & acrimonie gradu, hoc etiam curatu difficiliorem Veneream luem, quo magis Scorbuticum est infectum corpus. At nunc quoque, ne in maculas tantum pustulasque & tubercula desinere morbum credas, vidimus etiam in Scirrum & Carcinoma transisse vehementiorem scorbuticæ falsedinis gradum. Non infrequens, maximè in puerulis, oris quoddam vultusque dehonestamentum, Cancer, in Belgio *Waterkaeker* dictus; hic ipse à scorbutici salis, sed lento feri sanguinisque glutine inviscati, acrimonia planè caustica in glandulis primum oris internis gingivalibusque originem sumit; mox in palatinas & maxillares, nunc etiam gulæ istas, tandem & universum vultus glandulosi corticem, prorepens miserique aliquot annorum spectaculo & tristi patientia ægros tandem interficiens. Initiis hujus morbi occurrunt emundandis exprimendisque gingivarum tumoribus, qui salis corrosivi stagnantisque sanguinis & hinc putredinem cum intolerabili oris fœtore concipientis pleni non antè subsidunt, quàm, elutriato sanguine putrido & seroso acri, robur firmitasque per amara adstringentia & Balsamica gingivis conciliata. Scordii amaritudo Mellis rosato & Alumini usque Nitro fixo justa proportione permixta morbi hujus initia facillè expugnat. Mox deinde ad præservandum corpus Allium cum Raphani aliquot tessellis in lacte decoctum plurimum conducit, inde & Spiritus Vini Camphoratus illitus Gingivis putredinem quoque oris arcere solet. Jam in pedes quoque & artus post copiosas aliquot annorum pustulas, exanthemata, tandem etiam serosum œdema, ulcera descendunt manantia, in seram plerumque ætatem producta, quæ si emplastris siccantibusque sanare contendes, regurgitante ad interiora materia, morbi gra-

vioris jam & mortis periculum in propinquo est, adeo minoris mali beneficio difficillimi sæpe morbi redimuntur. Hisce ulceribus in deterius abeuntibus & fistulosis Spina debetur ventosa, quæ ipsa carie ossium comitata ultimum tandem complementum desperatissimo morbo imponit. Nunc quid intus immutatione fermentorum lymphæque coagulo præstet, vidimus, monere duntaxat satis est, non omnino tot saporum qualitatumque salinarum ideis unam convenire medendi formulam, & gravissimum errari errorem, si vulgata illa Antiscorbutica absque ulla moderatione aucto morbi nomine promiscuè applicemus. Equidem, ut temperamenti ingenium morbi variat speciem, ita & determinari remediorum formulas necesse est, Alcalino namque excessui in illa utriusque salis mixturâ ex contrariorum legibus Acidum, Acido è diverso Alcali deberi, sic servato in utramque partem temperamento, ut ne pura unquam aut intemerata, sed mutuo invicem & cum oleis & aqueis & dulcibus & amaris jam & terreis refracta, tot morbi variantis differentis serviant. In universum autem nullorum medicamentorum major esse usus potest, quàm salino-amarorum & volatili-um; nam cum *πικρὸν τὸ πλεονέκτων* salugo scorbutica fixa sit phlegmaticque coagulativa, alcalia, volatilia, sicca, aquea, oleosa, amara, spirituosâ plurimum corrigendo ei conferent: Atque inde nata commendatio Salium volatili-um, Salis Ammoniaci, C. Cer- vi, Cochleariæ, Nasturtii, Trifolii fibrini, Tartari, Resinæ strobilorum Pini essentiis antiscorbuticis extractæ & aliorum; in quibus hoc animadversione dignum, biliosarum complexionum Scorbutum eorum usu frequentato exasperari magis quàm emendari, adeo etiam querelas contra vota medicorum institui, nec respondere ex condito eventum. Sane acidiusculi liquores amaritudine balsamicâ delibuti in hisce quidem palmam ferunt caloremque simul multis modis excedentem opportunè temperant; unde etiam non contemnenda utilitas Spirituum Salis, Vitrioli, vinosi Spiritus conjugio dulcificatorum, quibus si Aloë, Myrrhæ, Absinthii, Centaurii aliorumque amaritudo ingeniose jungatur, ecce alteram remedii antiscorbutici speciem. Quemadmodum autem volatilia spirituosâ & oleosa pinguis hæc temperamenti inimica sunt, ita acida acriora frigidorum & pituitosorum fermentis planè adversantur eaque penitus enervant ut ne dicam singulas individuarum naturas peculiariter sæpe potere & unius experientie beneficio noscenda medicamenta. Cæterum, si naturam Salis Scorbutici rectè considero, cum neutra sit aut media, vel si mavis, androgyna, id est ex Alcali & Acido conflata, pro alterius principii excessu jam hoc, jam illo, occurrendum esse, ut puto, constat, imo si eveniat plurimam ejus partem corrupto alcali deberi, acidorum quoque, sed Balsamicis infractorum, usum non omnino de nihilo esse. Quidquid autem illud sit, cum modum tenere in illa particularium ignorantia non possimus, tutius est & experientie convenientius alia viâ sanationem Scorbutici tentare, & medicamenta præcipere, quæ utrique Sali ex æquo respondeant; nimirum, cum Salium perinde omnium menstruum sit aqua, inque eam facillè se immergant particulæ salinæ, nihil ad eluendum, aut, si placet, elixivandum sanguinem conducibilius erit aqua; verùm quòd illa in plurimis regionibus vitata est Stomachoque frigore officit, reperta est opportunè Thermoposia, quæ tamen & ipsa cum corrigendis aquæ vitis sola non sufficiat, medicatam reddere oportuit & aliarum rerum mixturâ correctiorem. Hinc tot elogia Thææ potus, Thermarum, Decoc-torum ex lignis, quæ si fermentatione secretis facibus ad puritatem vini æmulam redacta fuerint, plurimè

plurimis aliis factum faciunt; sanè, nisi talia sint antiscorbutica, quæ totâ sanguinis massâ se diffundant, fugientesque hinc inde salium particulas absorbeant & absorbas in Urinæ vias alvumque deponant, vana est omnis molitio; adeò multis de causis aquæ diluvia calore medicato animata vulgatis antiscorbuticis prætulim; sed verò quibus Ventriculi contigit mediocre robur, illis etiam Acidulæ, utut frigidæ, magnam præstabunt utilitatem; nam spiritus ille volatilis centralis, quo uno animantur, instaurantis partium fermentis spiritibusque mirificè confert, ut ne dicam aquæ volatilis diluvio & Salia imbibit & pituitam solvi & omnem sanguinis sæcem ad Urinas alvumque feliciter propelli. Ubi autem naturalium ejusmodi aquarum copia non est, Theæ potu, lignorumque, imprimis Salsaparillæ decocto, jam & nitroso Lactis Caprilli sero (quæ sæpe etiam essentis illis antiscorbuticis, Absinthii composita, Elixire Proprietatis jam acido, jam alcalino, salibus volatilibus, puris, oleosis, aliisque excitare oportet) Naturam probatissimâ æmulatione sequi possumus; quamvis in totum sub ære vernaculo & continuato diætæ vitio Scorbuti sanatio sit rarissima, & symptomati alicui delinendo potius, quam ipsi morbo, cura impendenda nostris soleat. Gattas autem ego, quas tam immensis præconis divulgant Chemicis, non multum prodesse posse hoc facilius credo, quod in Ventriculi phlegmate magnâ sui parte attritæ halitum duntaxat aliquem in sanguinem transmittant, cujus vires jam ante debilitatæ corrigendæ falsugini non sufficiant, aut protinus in illâ fluidi peccantis copiâ opprimantur. Quæ cochlearum propinquant recte præparata, ab his plusculum sperem, si diætâ respondeat. Ab omni autem parte consummatissimum erat B. Soceri mei, D. Langelotti inventum; is Tincturâ antiscorbuticâ, quæ amaris Balsamicis in aquam antiscorbuticam volatilem transmissis constabat, Zedoariæ, Calami Aromatici, Menthæ, Citri, Mastiches nunc spiritibus, nunc aquis vinosis, nunc elixiribus temperatâ, & sale volatili alcalino frigidis, Spiritu Salis, calidis complexionibus, jam verò etiam Elixire Wendelini magno ambrato, gratiæ oris accommodatâ, magnum Scorbuticis & ex Ventriculo laborantibus adtulit emolumentum; Spiritu namque Salis & Elixire Citri acidiusculo biliosi Scorbuti intempessivos ardores sic temperabat, ut tamen phlegmati nihil, nihil acido, per hoc accederet, suumque partibus & fermentis robur maneret inviolatum. Atque hæc de Scorbuto pro Observationum regulis longa nimis ac fastidiosa.

Perihydrosis Scorbutica.

Quâ parte corporis sudor est, morbum esse indicat Hippocratis Aphorismus, ubi sudorem velim intelligas non laboribus aut corporis motu provocatum, sed spontaneum, qui non cogitantibus nec volentibus obrepit. Nempe fluidi transpiratio tam necessaria est corpori, ut, absque hac sit, protinus collabascit & ex morbo malè habeat; hæc tamen ipsa justa esse debet nec nimium vexata, si enim in bene habito corpore fluido insensibili serum se jungat copiosius, fiatque excretio sensilis, idque quæ Hippocratis formula est, *ἀστυ πρὸς δερμὶν* *ὀσμῆς*, dubitandum minime est, aliquid decessisse corpori, quod erat vel supervacuum aut ad servandum humorum æquilibrium necessarium, adeò isto modo Criticam, hoc Symptomaticam obtigisse excretionem; Nempe, quod plusculum est in corpore serosi humoris, idem hoc sudoribus detrahi utile est atque salubre. In Scorbuticis ad sudores usque, etiam nimios,

fatigatum corpus ad justam levitatem motusque temperamentum reducitur, & tantum abest, ut his post quotidianos sudores rivos deterius sit, ut contra, nisi illi statis redeant temporibus corpusque onere liberent, omnino de membrorum corporisque gravitate, anhelitu difficili, Hypochondriorum dolore aliisque Symptomatibus conquerantur. Vidi omnis generis corpora, crassa, obesula, frigosa, macta, quæ perpetuis disfluere Sudoribus, & in æstate quidem diu æquè ac noctu, hyeme verò noctu tantum, morante diurnam feri glandularis secretionem frigore externo. Neque jam modicus ille sudor est, sed copiosus, & qui plerumque statim post distributos in venas cibos occasione fermentantis Chyli obortus interulas, vestimenta & quidquid in operimentum corporis venit, planè humectat, ita ut singulis horis matutinis mutare vestes necesse habeant, quibus ea res in consuetudinem transit. Quod si verò occasione frigoris aut corporis malè habitii sudor ille Criticus intermittitur, audiuntur statim querelæ, gravius esse pro ratione corpus & lentos ad motum artus morbum minari, revocandam ergo vel lecti calore aut remediis intermissum pridem sudorem; eo quidem successu, ut alii excretionem hac velut criticâ falsuginem illam scorbuticam feri plerumque sociam & metuendam inde Hæticam feliciter propulsent, alii verò etiam, corpulentia nimia ferosaque pinguedine suspecti, ab Anasarçâ, Oedemate plurimisque symptomatis gravioribus se liberent; ut omnino appareat, quam provida & studiosa sui Natura morbis aliis in aliorum propulsationem utatur, unoque incommodo alteri succurrat. Id tamen non satis mirari potui, quòd in plurimis Pustulæ illæ Scorbuticæ, quamvis quotidianis sudoribus exercitæ, in tam fecundâ caloris transpiratione non evanescant, sed identidem ad novos calores diætæque falsuginem redeant prurigine atque æstu infestæ, non aliter ac, si alia ex aliâ suppeteret Scorbuti materies, aut conica Salis Scorbutici acumina subtilitate suâ cutim quidem extollere, sed ob basin latiore pervadere omnino non possent sanguini redonanda. Ubi & hoc notabile, cum à falsuginis illâ in cutim redundantia sanguinem defæcari verosimile sit, tamen plurimis à frigore melius esse, ubi ad sanguinem repellitur falsugo.

Cachexia Scorbutica indomita.

Incredibile est, quanta sæpe sit Scorbutici Salis, etiam Sero permixti, malignitas, neque enim vel exquisitissimis blandimentis, ubi semel furere coepit, compesci se patitur. Solvit primùm diruitque humorum coagulique sanguinei contextum, eoque tandem diruto in solida debacchatur non temerè vel expellentibus aut repellentibus sollicitandum; hisce enim intus continetur visceribus insidiosum, illis utpote acribus magis irritatum, non tamen proinde definit partibus, ad quas viam affectare solebat, exitium minari. Obstinatæ ejusmodi Cachexiæ exemplum mihi in Virgine objectum. Ingeniosa illa admodum & pictorij phrygiæque operis experimentis clarissima conflictata erat jam inde à teneris cum habitu Scorbutico ulceribusque scabiem simulantibus, quæ tamen sæpius sive Naturæ vi, seu remediorum opportuno usu victa sufflammari potius, quam tolli penitus videbantur, adeò singulis annis, tum vere tum autumnis idem morbus redibat, donec tandem ætatis anno sexto & vigesimo in perniciosam fatalemque Cachexiam morbus erumperet. Conspiciebantur primùm in cute maculæ, rubicundæ illæ, sed quæ dictum factum, in vesiculas surgerent humore turgidas salino, jam

quod Naturæ ductus & olim & nunc contendere eò videbatur, ego & alter Medicus antiscorbuticis, sed iis temperatis, occurrendum esse rebatur; verum tantum abest, ut domari se passa fuerit materia, ut contra ipsa magis invaluerit toto corpore divagata, in cetera imprimis ac pedes, quin etiam dorsum, unde decubitus longè difficilissimus, & universam Calvariam solo vultu adhucdum immuni atque integro. Mutata igitur formulâ corporis illum habitum exsiccare & Cor à refluâ fortè materiâ liberare unica cura erat; in hanc rem præscriptissimus Minorativa quædam alternis vicibus usurpanda; illa autem quamvis feri partem ad alvum detraherent, nihil tamen minor ad cutim feri properantis impetus, quod cum protinus in hydatides se effert, ne mora subiectis partibus periculum crearet, suavis perfessionem vesicularum; sed vix paruerat consilio, quæ agrotam curabat, femina, quin aliæ statim in vicinâ emergent vesiculæ, pruritu punctibusque æquè molestæ, donec tandem proserpente viru intra tres septimanas, totum, quâ patet, corpus sero illo veniculisque hydragogis inundaretur, & de passâ jam cuticulâ nuda corii superficies miserum præberet sui spectaculum; itaque non vesiculis amplius in illâ cuticulâ absentia, sed guttarum flumine crysallino intecta cutis nutescebat; Vultus etiam ita erat excoriatos à stillante per tubulos hydragogos sero, ut narium quoque cartilago imò & osseus ille gibbus in ceterâ corporis deglubti macie oculis luculentè paterent. Pectore toto aqua manabat non aliter quàm si embolo adigeretur, succedente statim post unius fluminis detersionem alio rore; & ibi quidem non secus ac in vultu siphunculos illos cutaneos ductusque glandularum hydragogos discernere visu potuimus, quò appareat omne illud serum ad glandulas cutaneas convertum impositis tubulis emanasse; à nudo aère tantum sibi metuebat patientissima aliâ Virgo, ut quidvis perpeti mallet, quàm linteorum mutationem. Intus tamen etiam in ore omnia exulcerata, aut, si mavis, deglubta nec vocis nec linguæ usum admittebant. Initio hoc quoque deprehendimus, cum aliquandiu aut per biduum stent vesiculæ intactæ, mox apertas non serum fluidum reddidisse, sed gelatinam, ut solet esse illa vel frigescentis aut evaporatæ lymphæ. Tandem verò etiam malignitate corrosivâ cutis capillaria exedente, qui pridem nitidus erat humor, plurimis corporis partibus cruentus esse cœpit & ichori similis. Pulsus quidem toto morbi decursu paulò frequentior, sed æqualis usque, donec in illa oris fauciumque excoriatione per ipsos quatuordecim dies cibi potusque impatiens dolorum aërisque externi, cujus commercium quoque linteorum molli applicatione averfabatur, tædio, inter multa constantiâ documenta, mutato quotidie eo, quem & ipsam explorare inter tormenta ducebat, animam exhalaret pia atque ingeniosa Virgo. *Job. Nicol. Pechlinus in observationib. Physico-Medicis.*

Hic Curationem Tractatu singulari, eoque sane accuratissimò, à Præclariss. D. Gualtero Charleton conscriptò, expositam, rursus cum aliis adjiceremus, ni opus grandius quàm per Bibliopolæ commoda liceat, nos ab iis abstinere cogeret. Jam itaque ad

Consultationes.

Scorbutus in Hypochondriaco.

Nob. Vir Germanus trigessimum nonum annum agens, temperamentii totius & jecoris calidi & sicci, staturæ proceræ, mediocri habitus, studiis &

applicationibus maxime addictus, post quartanam febrem decem abhinc annis hypochondriacæ affectioni semper obnoxius fuit, cum flatuositatibus huc & illic divagantibus, corque perentibus & ipsius cordis saltus sive palpitaciones excitantibus; cui annis proxime præteritis accessit Hernia Bubonocœle; duobus autem abhinc annis capitis dolores gravativos pati cœpit, qui nonnunquam pungivi, quandoque pulsativi evadunt, & præsertim jejuno existente ventriculo. Præterea eodem tempore dolores in gingivis, cum earundem erosione accesserunt, quibus successit serositatis ab iisdem effluxus, paulatim magis magisque male olentis, & in cruribus maculæ livescentes, imò & aliquæ nigrescentes supervenerunt, cum crurum eorundem imbecillitate & ad ambulandum difficultate, & interim consueto gracilior factus est. Quare ad Patavinum auxilium confugit, ut de agendis pro salute consulat.

Cum Quartana capti, sprete congrua vivendi ratio, omnis generis errata ut plurimum committere soleant, facile & Nob. huic Viro contigit, ut vivendi aliqua libertate usus fuerit, & propierea cruditates genitæ sint: præterquam quod cum studiis & applicationibus fuerit semper addictus, coctones in ventriculo imperfectè celebratæ sunt, cum in illis spiritus à ventriculo divertantur, & ejusdem calor depauperetur, sicque cruditates multo magis adauctæ fuerint, quarum portio crassior in vasis mesaraicis & lacteis stagnans, à jecoris fervore exsiccata, terreas atque contumaces obstructions induxit, veram hypochondriacæ affectionis mineram, quæ à Gal. per antonomasiam stituosa affectio dicta fuit, cum copiosis flatibus Hypochondriaci abundant, qui cor perentes, saltus palpitacioni similes frequenter excitant. Ab hac autem Hypochondriacæ affectione tanquam ab Equo Trojano, cetera mala prodierunt: etenim à copiosis flatuositatibus dislento peritonæo atque laxato, intestino quoque locum cassit, sicque ad inguen dexterum prolapsum, tumorem in hoc Nob. Viro excitavit, quem Bubonocœlen Herniam cum Gal. Paulus & Aënius, totaque Medicorum Schola appellare solent. Verum quia hypochondriacæ affectus tandiu neglectus, altiores jecur radices, dum obstructions paulatim lienem quoque occuparunt, hinc factum fuit quod ab ipso liene non depuratus sanguis, in toto vitari cœperit, præsertim cum jecur ipsum sui natura calidum à clausuris multo magis fervens fuerit, ut propterea sanguis quoque fervidior, crassior & adustus quotidie magis fuerit genitus, ac propterea ad nutritionem ineptus, unde manies: qui progressu ad tantam impuritatem devenies: qui adeo naturæ molestus, ut non exiguam ejusdem portionem ad varias corporis partes detrudere ipsa coacta fuerit, dum circulando per venam cavam ad cor, indeque per arterias carotidas ad cerebrum, tenuiorem portionem in cerebro ipso deposuit, quam venæ jugulares, utpote inutilem reassumere recularunt atque recusant: & idcirco serosa illa impuritas, acris & acida existens, mole sua dolorem gravativum, sua verò qualitate acris & magis acida dolores pungitivos, & cum sapiat naturam sanguinis, pulsativos quoque excitat: qui jejuno ventriculo præsertim exacerbantur, quia hypochondriaci status sine cibo effraenes & ferociiores evadunt. Et quia quotidie à toto venoso genere nova serositatis portio capiti suppeditatur, idcirco redundans in capite per spatia potius, quàm per vasa ad gingivas detruditur, & gingivarum dolorificas erosiones & putrefactiones parit: quæ si per vasa quoque ad dentium alveolos transfunderetur, eorundem dentium mobilitatem quoque, imò & casum importaret. Et quoniam sanguis adustus & melancholicus redditus

ditus serofitatibus quidem abundat, unde Melancholia ab Hippocr. Aqua appellata fuit, sed crassiores quoque partes in seipso, continet, quæ in Nob. Viro ad infernas partes, nimirum ad crura depositæ fuerunt: ut propterea sugillationes, maculæ livescentes, imo nigricantes in cruribus ipsis apparuerint, quæ eidem motum progressivum difficilem reddunt, forsitan serofitatis portione aliqua insensibili ad articulos detrusa cooperante. Quibus ita se habentibus, Scorbuticum affectum depictum & delineatum habemus, licet non exacte legitimum, ut describitur ab Hippocrat. qui occasionem tollit inquirendi, num affectus iste Scorbuticus novus sit & Antiquioribus ignotus? quamvis negandum non sit, non omnibus Regionibus æque familiarem esse: Endemicus enim videtur quibusdam Provinciis, ut Danicis, Balticis, Bohemis, aut propter malam aquarum qualitatem, aut propter pravam ciborum conditionem: quæ causæ externæ & disponentes in Italia non adeo frequentes sunt. Nec nobis placeat concedere in hoc affectu occultam aliam qualitatem, quam quæ ab humore melancholico derivari & scaturire potest: ineffabiles enim effectus producere solet melancholicus humor, quos ad causas occultas, imo supranaturales referre imperitis & Idiotis frequenter visum fuit.

Status Nob. hujus Pat. est periculi plenus, cum tota massa sanguinea inquinata sit supponenda, & supponendæ contumacissimæ obstructions, & forsitan cum tumore in liene, immoderateque sint viscera omnia, & tota naturalis œconomia subversa: hæcque omnia non amplius in habitudine, sed in habitu confirmata reperiantur, ut propterea insignem & maximam difficultatem habeat Curatio, & incertus sit futurus salutis eventus, & Atrophia, aut facilius Cachexia, indeque Hydrops impendat. Nihilominus quoniam auxilium nostrum denegandum non est, congrua & idonea proponantur remedia, saltem ut ad meliorem statum redigatur: quod consequi si possibile fuerit, mox repetitis Purgationibus salutis spes innotescere possit.

Intentiones autem Medicæ erunt, primas vias mundare. Secundò Obstructions referare. Tertio massam sanguineam depurare. Quarto Caput purgare. Quintò calidam jecoris, venarum & sanguinis inemperiam corrigere. Sexto à proprietate juvenantia adhibere, & tandem sanguinem ipsam edulcorare, totumque corpus nutrire, atque Herniæ progressum impedire.

Quibus intentionibus ut satisfacere conemur, à fonte Chirurgico sanguinis missio est depromenda, quicquid dicant aliqui, quia vitium est in sanguine, quod est præcipuum Phlebotomiam indicans, sicut vitium robur permittens; educatur itaque parte ex interna vena sinistri brachii, qui si tenuis & serofus exeat, supprimendus, & repetatur non semel, sed parcius ex venis sedalibus. Duo autem Cauteria quæ gestat, aperta custodiantur: & cingulo continuo gestato Herniæ progressus impediatur: cui substerni poterit etiam Ceratum aliquod astringens & roborans, quale esse poterit illud ab Amato Lusitano ita descriptum, à me pluries expertum.

℞. Nucum Cupressi, gallarum an. ʒj. Balsam. hypocistidis an. ʒʒ. radic. Consolid. pulv. perforatæ, herniarie an. ʒiv. Mastich. bdellii an. ʒʒ. boli arm. ʒij. Sangu. drac. ʒij. picis Græcæ ʒj. Resinæ pini ʒvi. Terebinth. cææ, ol. hypericon. q. l. m. & S.A. fiat Ceratum, super aluta extendendum.

A fonte Pharmaceutico reliqua sunt desumenda remedia; & pro prima intentione explenda, primum Leniens sit

℞. Syrup. ros. solut. pot. ex man. clarif. an.

ʒij. Aq. flor. citri parum, m. f. potio;

Vel ℞. Flor. cass. elect. lenitivi an. ʒʒ. cremi tart. ʒij. m. f. boli. Primum Præparans sit

℞. Julap. acetosi, cortic. citri alterati ʒij. Aq. tot. citri ʒj. m. & ita pro quinque aliis diebus.

Quibus transactis, præbeatür medicamentum ita;

℞. Syrup. ros. solut. de polypod. an. ʒij. Aq. flor. citri parum, m. f. potio, cui, tribus transactis horis, superbibat aquæ hordeac. libram, & duabus horis ab assumpta aqua prandeat.

Inde ad secundam intentionem erit deveniendum, nimirum ad obstructions referandas, quæ quoniam exsiccatæ & adustæ supponuntur, ideò humentibus egent, quæ dulcedine careant;

Igitur ℞. Succ. depur. cich. borag. sonchi an. ʒj. decoct. endiv. pentaph. melissæ, buglossi, lupulorum ʒiv. m. pro syr. & sic pro aliis quinque quibus succedat medicamentum hujusmodi;

℞. Flor. cass. rec. extractæ, elect. lenit. an. ʒij. crem. tart. ʒij. pilul. de tribus ʒʒ. m. f. boli, quibus post horam superbibat feri capr. depur. libram, tribus verò horis ab assumpto sero prandeat. Hinc ad validiora Aperiencia deveniendum, ut

℞. Succ. depur. cich. borag. fumar. an. ʒj. decoct. endiv. sonchi, malvæ, lupulorum, asplenii ʒiv. Tart. vitriol. gr. x. m. pro syrupo, & sic pro aliis quinque diebus. Quibus transactis, assumat hujusmodi medicamentum;

℞. Elect. lenit. ʒvi. Extracti senæ polypod. rhab. an. ʒʒ. m. reform. boli, quibus pariter superbibat serum, ut supra. Inde ad validiora quoque Aperiencia deveniatur, ut

℞. Succ. depur. cichor. fumar. agrim. an. ʒj. decoct. endiv. sonchi, malvæ, cochleariæ, beccabungæ, aut nasturtii aquat. ʒiv. spir. tart. ter rect. gutt. xli. m. pro syr. & ita pro decem aliis; in quorum intermedio præbeatür Purgans paulo superius descriptum, cum sero. Quibus decem transactis diebus, succedat talis expurgatio;

℞. Decoct. Epith. Mes. ʒiv. syrup. ros. solut. ʒij. aq. flor. citri parum, m. f. potio, cui, tribus transactis horis, superbibat feri capr. aut asin. depur. ʒ. ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat, ita & tertiæ intentioni pro viribus satisfactum erit.

Quam perficere poterit medicamentum pro quarta, pilulæ nimirum capitales, cochleariæ cum helleboro præparatæ, quibus auræ quoque addantur.

℞. Pilul. coch. cum helleb. præparat. ʒj. aurearum ʒj. m. reform. pilulæ & aurentur, summo mane assumendæ: quibus post tres horas superbibat feri capr. aut asin. depur. ʒ. ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat, quæ ter sunt tertio aut quarto quoque die repetendæ; intermediis vero diebus assumat syrupum hujusmodi;

℞. Succ. depur. cich. fumar. beton. an. ʒj. decoct. violarum, lactucæ, beton. cochleariæ, beccabungæ & nasturtii aquat. ʒij. m. pro syr. & sic pro aliis. Et iisdem diebus per nares quoque erit procuranda capitis expurgatio, ut etiam materia à gingivis divertatur; pulvis itaque pro Errhino ita paratur;

℞. Pulv. majoranæ, rad. ireos Florent. an. ʒii. nigellæ ʒi. m. pro Errhino.

Ut autem serofitates in toto & capite redundantes extra duci, sicque multo magis massa sanguinea depurari possit, Decoctum sudorificum erit instituentum, quod quidem fundere & sudorem prolificere valeat, at viscera & sanguinem excalefacere nequeat; cujusmodi erit

℞. Radic;

℞. Radic. chinæ opt. falsæ parillæ electæ an. ʒ j. ligni visci querc. ʒ ʒ. aq. stillat. cich. borag. beton. an. lb. i. m. fiat inf. per hor. 24. deinde bull. ad consumpr. dimidii, in sine vero ebullitionis adde fol. cochleariæ, beccabungæ, nasturtii aquat. an. pug. j. bulliant perum, & fiat colatura pro duabus vicibus, hora una ante ingressum hypocausti Patienti exhibenda. Et si fortasse sudor non adeo facile provocetur, una cum sirupo mantino præbeat.

℞. Pulv. Cornu Cervi philosoph. præparati ʒ i. Pulv. viper. ʒ ʒ. m. aut ex his reform. holus. Sudor vero in hypocausto provocatus perficiatur in lecto. Quod si Viro Excellentiss. Adstanti forsitan ob hypochondriorum siccitatem suspectum Decoctum visum fuerit, præcedere poterit eorundem humectatio exhibitione seri depur. ad lb. ij. vel iv. cum vehiculo syr. ros. solut. tribus vicibus, tertio quoque die, ut tali humectatione parentur viscera ad ipsum Decoctum cum sudore sustinendum: imo hoc casu tertio aut quarto quoque die sudor erit provocandus in Balneo aquæ dulcis, ita perseverando integrum mensem; sudando tribus diebus in hypocausto, quarto vero in balneo. Tempore autem Decocti atque sudoris victus sit non tenuis, sed mediocris, concedendo frequenter ptisanam hordeaceam, ova forbilis, & sæpe carnem puli, junioris, aut palumbæ turricolæ, & pro potu aqua paretur decoctione lignorum, à Decocto relictorum, detractis tamen herbis, addendo in decoctione frustulum cinnam. & sacchari quantumlibet pro gustu Patientis. D. cimo vero quoque die præscribatur potio ex syr. ros. solut. aut ex manna clarificat.

Terminato sudore, jecoris calor erit remittendus, sanguinis acris & acida qualitas edulcoranda, totumque corpus renutriendum; quæ omnia præstare poterit lactis asinini usus, ad quadraginta vel quinquaginta dies summo mane de more cum saccharo: quo assumpto, somnus non permittatur, ne caput magis repleatur.

Interim dum jam dicta omnia administrabuntur, gingivarum quoque aliqua cura erit habenda frequentiori collatione, tinctura rosarum cum spiritu vitrioli extracta, & aqua plantag. parata, necnon gingivas fricando summo digito tinctura coral. chym. intincto.

Tandem à proprietate juventia, vini vehiculo sunt ad totum corpus deferenda, parando vinum pro mensa medicatum radice chinæ rec. foliis cochleariæ, beccabungæ & silybrii, sive aquatici nasturtii: Et in reliquis congrua vivendi ratio à Viro Excellentiss. Adstanti erit præscribenda, ita ut abstinere Nobis. Pat. ab alimentis & condimentis salinis, calidis, acris & acidis. A vinis generosis. A studiis & applicationibus. Quæ omnia, faxit Deus, ut prospera & salutaria pro voto succedant! *R. ym. Johann. Fortis Consult. & Respons. Medic. Tom. 2. Cent. 2.*

De Scorbuto.

Adolescens 19. annorum, Patre hypochondriaco natus, pallidus, libris diu & noctu incumbens, pravo interim victu utens, de obtuso sinistri hypochondrii dolore queritur, succedente totius gravitate & lassitudine quasi spontaneâ; abhinc in Odontalgiam & Cephalæam sæpius recurrentem incidit; color ad fuscum vergit; dentes non multo post vacillare, & gingivæ levi attritu sanguinem fundere. De cæteris bene. Consultus barbitonsor. Raphano rusticano in aquâ macerato os jubet elui, factum. Dentium dolor & hæmorrhagia ad tempus cessat, remanentibus imò incrementibus aliis. At dolor

de novo dentes, & putredo gingivas corripit, ventris post pastum inflatio, ructus inanes, pyralismus continuò, sinistri hypochondrii, lumborum etiam & crurum, isque sub noctem potissimum ingravescens dolor, anxietas & palpitatio cordis per vices molesta, maculæ plumbeæ in humeris, pectore, brachiis & pedibus sæpius visæ, pulsus parvus, debilis, inæqualis, urina varia sæpius tamen rubra, cum arenulis rubris matulæ adhærentibus, respiratio difficilis, compressio pectoris, tussis cum reiectione viscidæ & subnigræ materiæ. Consultatur non infimæ notæ Medicus. Huic asthma. Varia præscripta expectorantia. Omnia, præsertim de quarto in quartum pejora, appetitus prostratus, atrophia totius, Lypothymia frequens, desperatio tota.

Queritur jam, *Quis Morbus?*

Quod *Subjectum?* Quæ *Causæ?* Quæ *Signa?* Quæ *Differentia?* Quæ *Curatiois spes?* Quæ *Curandi methodus?*

Resolutio. Morbus. Hic est Scorbutus. Cum verò nominis disquisitio juxta Platonem sit ἀξιωματικὸν ἔργον principium doctrinæ ipsius examinationem ante, quam ad alia, bono cum Deo præmittere, necessitas simul ac utilitas postulare videtur. Scorbuti itaque nomen derivatur, vel à Belgico Schorbuych, id est, ventris lacinatio sive ventris tormina: Ea siquidem in hoc morbo valde sunt frequentia, sæpe etiam tanta, ut nonnunquam peritonæum hisce fuerit disruptum, vel à Danorum Scorbec quod oris depravationem indicat. Quæque derivatio utpote à parte ut plurimum ni dicam semper, affectâ, desumpta priore mihi videtur convenientior: Variè præterea à variis audit. Gingipedium à quibusdam dicitur, eò quod gingivæ pariter ac pedes in hoc morbo afficiantur etiam stomacacæ, scelotyrbæ, oscedo, volvulus sanguineus, Icterus niger, &c. An verò hæc nomina nostro scorbuto ex toto conveniant, Autores certant & adhuc sub judice lis est. Hinc missis hisce.

Rem ipsam videamus, quæ omnium optimè definitione explicatur: omnis enim, quæ à ratione suscipitur de aliquâ re institutio, debet à definitione proficisci, ut sciatur quid sit, de quo disputetur. l. i. offic. Talem autem jam pono, Scorbutus & affectus præter naturam ab humore melancholico peculiari modo corrupto ortus, cum crurum debilitate, maculis, gingivarum sanguinolentiâ, dentium vacillatione, & aliis, de quibus infra symptomatibus affligens.

Generis loco morbum pono, est n. dispositio corporis præter naturam, ob quam variæ ejus actiones læsantur. Cum verò triplex morbi genus occurrat, prout enim vel similiarium vel organicarum partium constitutio læditur, vel denique his communis unio solvitur, prius videndum; ad quodnam genus *πάθημα* hoc miserandum spectet. At quia ad morbos organicos neque in conformatione ratione quantitatis in numero & magnitudine, qualitatis in figura, &c. neque in compositione ratione situs & connexionis, neque ad morbos solutæ unitatis commodè referri potest, tertium solummodò morborum genus relinquatur, quod similiarium partium intemperiei debetur, ubi quidem non tam in qualitatibus, manifestis, puta in caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate, quam potius occultis radicem mali latitare, adeoque morbis occultarum qualitatium hunc affectum annumerandum censeo.

Dato genere, transeo ad differentiam specificam, per quam hic morbus ab aliis affectibus distinguitur. Delineatur autem hæc in reliquis verbis, uti talis indigitatur morbus, qui ab humore melancholico peculiari modo corrupto ortus, cum crurum

rum debilitate, maculis, gingivarum sanguinolentiâ, dentium vacillatione, &c. affligit. De quibus pro virum modulo fufius agemus in fequentibus.

Subjeftum. De hoc ut breviter, diftinctè tamen agamus, diftinguimus inter Subjeftum Primarium & Secundarium. Primarium lienem, Secundarium verò totum corpus ftatuimus.

Humorem melancholicum in liene potiffimum dum ob craffitatem diutius ibi fubfiftit, propriam & huic morbo peculiarem corruptionis formam fubire credo: qui poftmodum diffufus naturalem viscerum aliorum temperiem corrumpit, donec tandem in contagii communionem conſpirent, & ad receptam femel infectionis labem alimenta fuperingefta commutent & depravent, fimilem corruptionis formam iis imprimendo, fed ad Cauſas.

Cauſa. His præmiſſis, tranſimus ad cauſas: Harum autem alia eſt immediata & proxima, alia mediata & remota.

Immediatam & proximam cauſam definitio noſtra tradidit, nempe humorem, non quidem quemcunque melancholicum, fed peculiari inſuper modo corruptum.

Hinc multi ſplenis obſtructionibus & humoribus melancholicis laborant, ſcorbuto tamen non afficiuntur, & in iis regionibus, quibus humoris atri ex æeris fervore collectio familiaris, ignotus eſt. Peculiarem hanc corruptionem inſuper probat ſingularis curandi ratio, quâ non peccantibus hiſce humoribus & malo inde reſultanti medicamenta à manifeſtis aut primis qualitatibus ſaltem agentia, ſed talia præprimis, quæ peculiari & à prioribus diverſo operandi modo omne curationis punctum abſolvunt, adhibentur. Symptomata ſi penitus inſpiciantur vâ dñs Hippocrati dictum haud obſcure arguant.

Cauſa mediata Naturales ſunt Temperamentum melancholicum quod præ cæteris ad hoc malum proclive: *Diſpoſitio Hæreditaria*, hinc nonnulli ab ortu ob parentum ſemen vitioſum, & ſanguinem cacochymum hunc malum contrahant, quam etiam ob cauſam multi in ipſo adhuc utero moriuntur. *Sexus* Muliebris, propter otium, malaciam, ingluviem, cruditatam matrem, huic morbo præ viris abſtinentiæ & labori deditis eſt obnoxius. *Ætas.* Quæ omnis indifferenter hoc malo affligitur.

Anni tempus. Quodlibet hujus morbi eſt ferax, vere tamen & autumnò ob commotionem eo tempore fieri ſolitam ægrotos vel maximè infeſtat. *Regio.* Scorbutus antehac notus ſolummodo fuit maris Balthici, Bothnici, Finnicique Sinus, ut & totius Scandinaviæ Incolis. Poſtmodum verò eundo quaſi crefcens in alia & hæcce loca ſeptentrionalia longè lateque venenum ſuum diſperſit. Regiones interim & loca paluſtria, uliginofa, ad aquas ſtagnantes ſita, & ventis ſolique non ſitis expoſita, præ cæteris huic morbo ſunt ſubjecta. Ex non naturalium rerum Medicis dictarum cenſu rationem induere poſſunt omnia illa, quæ infra dicemus fugienda eſſe, ubi de diætâ acturi.

Præternaturales ſunt lienis, non excluſis aliis viſceribus, maximè hepate, diſcrasia, obſtructio, nativa vel adventitia debilitas, &c. Obſtructio alvi, menſium, hæmorrhoidum non rarò hujus mali exiſtunt cauſæ.

Hæc halitus ſcorbuticorum ab ofculo, poculo, alioque modo recepti, contagii in morem inſicientes referri poſſunt. Unde totas familias non tam ob communem victum, quam communicatum hocce contagium ſcorbuto videmus corripi.

Differentia. Wierus, qui omnium optimè de ſcorbuto ſcripſiſſe creditur, tres illius commemorat differentias, quæ ſcilicet magis & minus ſe habent.

At verò quia cum differentiâ & diſiſione ſignorum infra poſitorum coincidunt, hic eas deſcribere ſupervacaneum putamus. Pergimus itaque ad

Signa. Hæc ſunt vel diagnoftica vel prognoftica, & diagnofticorum alia incipientem, alia auctum, alia confirmatum ſcorbutum produunt. Incipientis ſigna ex caſu noſtro deſumpta ſunt ſequentia: Siniftri hypochondrii gravativus dolor, ab exuberantia ſanguinis melancholici lienem obſtruentis, ejuſque tumorem & continui ſolutionem inferentis exortus. Totius gravitas, humoris vires animales præmentis index. Laſſitudo quaſi ſpontanea Sanguinis crudi non tam in vaſis, quam in ipſo habitu muſculoſo abundantis nota. Cephalæa per vices apprehendens. Quam vapores ad caput delati, & vi membrarum cerebri coagulati inferunt, uſque dum vi caloris nativi diſſoluti ad ſubjectas partes, ſæpiùs dentes, descendant. Unde Odontalgia. Vacillatio dentium reſolutis quaſi vi tartarei ſanguinis eorum ſedibus. Pruritus facilisque hæmorrhagia gingivarum, itidemque à tartareo ſanguine eas efficiente atque erodente exorta. Facies ex pallore ad fuſcedinem vergens, totius maſſæ ſanguineæ corruptæ, & ſcorbuticâ qualitate imbutæ ſignum.

Aucti Signa, caſus noſter hæc nobis ſuppeditat. *Fator* & putredo gingivarum, quarum caro quandoque ad dentium radices conſumitur, aded ut dentes utrobique vacillent, & excidant. Ventris poſt paſſum inflatio. Eoſque ſcilicet labefactatis concoctionis organis, ut imbecillitate caloris nativi copia flatuum mox etiam in primâ concoctione oboriatur. Unde ruſtus inanes & Ptiſiſmus continuus, à vaporibus humoribusque corruptis ex ventriculo, locisque vicinis ad os elevatis exortus. Lumborum & crurum, iſque ſub noctem potiffimum ingravefcens, dolor, ob humoris melancholici circa id tempus motum. *Anxietas.* Hanc ſtatus hypochondria diſtendendo, peſtusque comprimendo inferunt. Cordis palpitatio per vices moleſta à vaporibus malignis, maximè tempore ebullitionis, cor infeſtantibus enata. *Compreſſio* peſtoris. Hanc cruditates unâ cum flatibus diaphragma comprimentes, tum evaporationes in capite reſolutæ & in peſtus deſtillantibus cauſantur. Unde reſpiratio difficilis & Tuſſis cum rejectione viſcidæ & ſubnigricantis materiæ, melancholicæ colorem referentis: nil verò variis præſcriptis pectoralibus hætenus obtineri potuit, eò quod hic non tam in peſtore, quam ſub eodem in infimo ventre radix morboſa ſit inquirenda. *Maculæ* pro ratione humoris peccantis variæ, in humeris, peſtore, brachiis & pedibus ſæpius conſpicuæ. *Pulſus* parvus, debilis, inæqualis cum aliis ſignis pro infallibili hujus morbi habetur ſigno, urina varia hujus morbi infallibilis cenſetur nota. Sæpius tamen rubra cum arenulis rubris maculæ circumcirca adhærentibus ſcilicet ebulliente tartaro ſcorbutico reſpectu maſſæ ſanguineæ, quâ de cauſâ febrilis quaſi videtur.

Confirmatum produunt *Signa*, tum jam allata, & indies ingravefcencia, tum maximè ſequentia ex caſu noſtro deſumpta. Exacerbatio veluti per circuitus & periodos, ut in ſubjecto noſtro de quarto in quartum, id quod à puro melancholico humore fieri conſuevit: quemadmodum pituita admiffa ſingulis diebus, bilis verò tertio quoque die ſine tamen manifeſtâ febre, in quam verò facilis perſæpè fit mutatio. Appetitus ab humore vitioſo, vaporibusque corruptis fermentum ventriculi corrupentibus proſtratus, *Atrophia* totius. Quemadmodum omnis atrophia eſt aſtuantis caloris cordi infixi, vel aliunde, ad cor accedentis ſoboles: Sic quoque noſtram hanc tabem à ſumis,

à famis, vaporibusque scorbuticis oriri verisimile nobis videtur: Dum enim cordis calor iis adactus præter naturæ modum accenditur, iisque beneficio arteriarum toti communicetur, quid mirum si nutritionis defectus in partibus subsequatur. Nota tamen, adeo lentum hunc & gliscentem propter causam morbi frigidam, esse calorem, ut vix, nisi longiore temporis morâ ab effectu possit percipi. Lypothimia frequens à venenatis hujus mali vaporibus cor vitalis facultatis fontem pro ratione motus instantibus inducta. Desperatio tota, quæ ut ferè omnibus ab humore melancholico oriundis, sic quoque præsentis affectui valde est familiaris.

Prognosis. Prognosis diagnosi subnectamus, ordo tractandi exigit; neque illa sanè omittenda, cum tanta hujus medicinæ partis sit necessitas, ut sine eâ temerè ad sanandum cura suscipiatur, id quod nos generalia nonnulla præmittendo, huicque speciale & subiectum nostrum respiciens prognosticum subnectendo bono cum Deo præstabimus.

1. Recens facilius, crescens difficilius, confirmatus difficillime curatur.
2. Contagio receptus malignior, & ob id totas sæpè inficit familias.
3. Scorbutus sæpè superveniunt & complicantur febres, quartana & aliæ.
4. Multoties in cachexiam melancholicam, hydropem, dysenteriam, sæpissimè tamen in atrophiam & tabem definit.
5. Ulcera sæpè partibus corruptis sensum abolent, & naturam mali mortui induunt.
6. Cum maculis lividis tutior, cum croceis minus, cum lividis minimè securus.
7. Adultis & senibus, ut & quibuslibet in diætâ victus negligentioribus semper est gravior.
8. Hæreditarius difficilis est curatu.
9. Livor faucium in scorbutus signum est lethale, caloris enim nativi extinctionem significat.
10. In moribundis maculæ prius visæ evanescent; multis verò antea delitescentes à morte erumpunt.

Quibus positis statuimus in hoc nostro subiecto, eo quod hæreditarius cum maculis lividis, confirmatus imò consummatus cum omnium virium languore sit morbus, restitutionem integram vix, aut saltem longiore tempore & maximâ cum difficultate expectandam. Nihilominus tamen ægrum benè sperare & spirare jubemus, eò quod huic morbo convenientia remedia nunquam sint adhibita, adhæc patiens sit juvenis, adeoque si non ex toto juvari, saltem ad longius tempus remediis & diætâ convenienti sustentari posse putamus. Ne verò quartana, quæ est prætoribus, huic morbo brevi jungatur, ad curam protinus devolvemus.

Curatio. Curationis omne momentum in eo consistit, ut 1. humor melancholicus circa lienem, mesenterium, &c. delitescens præparetur & evacuetur; 2. peculiaris, quæ huic morbo subest, corruptio per appropriata anti-scorbutica corrigatur. 3. Partes roborentur. 4. Symptomata mitigentur atque auferantur.

Remedia istis indicationibus subordinata desumuntur ex triplici fonte, diæretico, Chirurgico, & pharmaceutico.

Ad fontem diæreticum pertinent 6. res non & naturales Medicis diætæ. Aër, cibus depotas. Somnus & vigilia. Motus & quies. Excreta & retenta. Animi pathemata.

Aër, cum homini magis, quàm cibus & potus

sit necessarius, siquidem absque his aliquot dies superstes esse, at sine isto ne momentum quidem supervivere potest; cumque etiam dupliciter lædat, vel quatenus inspiratione attrahitur, vel quatenus nos ambit, hinc qualis hic conveniat, ante omnia perpendendum. Sit a. ratione substantiæ purus, tenuis, nullis inquinamentis aut corporibus putridis infectus ratione qualitatum sit temperatus, vel etiam ad caliditatem & siccitatem vergens, & si naturâ haberi non potest, arte procuratur.

Cibi & potus optima etiam habenda est ratio, Medicus enim incassum sanitatem restaurare conatur in ægro, nisi & ipse, docente Galeno, rectam velit & possit servare victus rationem.

Vitentur igitur crudi, crassi, viscerati, humorem melancholicum generantes concocti difficiles, multum saliti atque aromatitati, ut & omnes sale volatili desituti cibi. Contra autem victus sit boni succi, concocti facilis, moderatè calefaciens, incidens, attenuans, detergens, deobstruens, ut ex volucrum genere gallinæ, capones juvenes, pulli columbini, gallinæ, perdices, pluresque de montanis; rejectis palustribus: ubi nota, esum columbarum sylvestrium vel maximè hic laudari. Ex piscium, si vehementer expetantur, saxatiles, auratæ, lupi, funduli &c. qui tamen nonnisi ritè præparati & pauci concedendi, sale vero conditi aut fumo exsiccati in totum negandi. Ex quadrupedum censu vituli benè nutriti & ætatem habentis, juvencorum, vervecum carnes recenter macinatae, benè coctæ, cumque raphano rufficano &c. ritè præparatæ conceduntur, rejectis nimium salitis, fumove induratis aut vetustate rancidis. Lac caprinum, præsertim si herbis antiscorbutis alatur, aut si ipsi lacti beccabungam, nasturtium, cochleariam incoxeris, vehementer laudatur. Cujus solius longiore usu multos esse restitutos testatur Henricus Bruccæus in Academia Rostochiensis quondam Professor in suis de Scorbutus propositionibus. Ex ordine vegetabilium conveniunt nasturtium utrumque, acetos. borrag. bugloss. cichor. chelid. min. in acetariis, jusculis, conservis, placentis, aliisque modis sumpta. Condimentorum loco sint cappare, amygdalæ dulces, passulæ, pistacæ, acetum, sinapi, quod quia acedine & subtilitate partium incidendo prohibet, ne fiant & colligantur obstructions melancholicæ, à multis multum laudatur. Nocent multa & varia in unâ mensâ ferula, sit itaque æger contentus aliquot ad morbum facientibus, neque plus assumat, quam ventriculus benè possit digerere. Potus sit vinum Rhenanum, maturum, si æger sit assuetus, aut cerevisia clara, benè defæcata itidemque absinthio condita. Exulent aquæ crudæ, stagnantes, putridæ, quibus juscula parare, ne dicam sitim levare, nefas.

Vigiliæ immodicæ ac intempestivæ corpore repleto nocent. Somnus statim à pastu invitans, diurnus itidem ac diurnus, curisque implicitus vel maximè fugiatur.

Otium ignavum calorem nativum languidiorem reddit, unde concoctiones & excrementorum secretiones sunt deteriores, hinc sæminæ præ viris huic morbo censentur obnoxie: motus interim vehementior, maximè à pastu, non minus hic proderit, eò quod hoc ipso concoctio multum turbetur.

Alvus sit libera, menses & hæmorrhoides ritè fluant, & si non spontè, arte proritentur.

Veneris exercitio hic morbus quibusdam in locis curari dicitur fortè propter caloris naturalis ἐκλάριση, teste Jonstano.

Animi

Animi Pathemata, cura, timor, tristitia, terror, anxietas cane pejus & angue fugiantur. Usa enim & observatione constat, tristitiæ causis libenter hunc morbum immisceri. *Eugalenus, pag. 284.*

Chirurgia ratione in hoc morbo, præmissa lenitivo facta ex diacatholicon, aut Electuar. lenitiv. vel etiam clystere venæsectio locum habet, maxime si nulla spes hæmorrhoidum affulgeat, nihilque obstat. Quænam verò vena secanda sit, an basilica, mediana, salvatella vel malleoli perinde nos cum neotericis judicamus, eò quod quælibet ex numeratis venis incisa, sanguinem saltem à manu recurrentem æqualiter fundat, adeoque nullus venarum in brachio tundendarum sit selectus. *Docente Clariss. Conring. l. de gen. & mot. sang.* observato interim Hippocrati. *nar' i'iv* prout vel lien, vel hep. par, vel utramque affectum fuerit: Quantum verò sanguinis mittendum, an unâ, vel repetitis vicibus elici debeat, id prudens Medicus ex patientis robore & virium tolerantia facile judicabit. Phlebotomia in subiecto nostro parca, & potius, si bene ferat, repetita manu fiat, cum debiles & morbi diurnitate exhaustæ vires largam, præsertim unâ vice factam, non ferant.

Pharmacia. Hæc magnam nobis remediorum suppeditat copiam, quæ tam internè quàm externè adhibentur. Nos, qui brevitati studemus, pauca tantum eaque selectiora secundum præmissas indicationes subjungemus.

Preparationi humoris melancholici inserviant. 1. Simplicia. Rad. cichor. petrosel. filic. polypod. Epythim. Herb. Ceterach. Scolopendr. Cuscut. Cort. tamarisc. Capar. Composita Sir. de fumar. Epith. polypod. lupul. Ex quibus, additis quibusdam appropriatis, quæ vide inferius, variæ possunt concinnari formulæ. Ex gr. nos hanc ponimus.

℞. Sir. de cochlear. nasturt. polypod. Epith. an. ʒi. Aquar. fumar. nasturt. beccabung. an. ʒi. Julep. cinam. & viol. a. q. f. m. f. Julepus pro necessitate reiterandus. *S. Digestiv. Trunck auf 2. Morgen.* capiat mane 2. horis ante passum.

Ad evacuationem hoc alioque modò præparatorum humorum varia laudantur à variis. Jonstonus pil. tartar. Quercet. Wierus pil. d. fumar. ac diaphen. Ad mare Balthicum usitatissimus est pulvis.

Qui
℞. Agaric. albiss. croc. Epith. cret. fol. fenn. a. ʒi. m. f. pulv. à ʒi. ad ii. Pilulæ quoque seq. quæ sunt Sylvii, apprimè hic convenient. Quæ

℞. Gumm. Galban. acetò Squil. sol. & iterum inspissat. ʒi. Vitrioli martis ad albedinem calcinat. ʒi. Trofchisc. Alhand. ʒi. diagrid. gr. xv. Ol. carv. gut. vi. f. pil. n. 25.

Inaur. fumantur ʒ. à 7. matutino tempore, ac ventriculo vacuo, superbibendo post selquihoram jusculum, vel cerevisiam cum paucò pane coctam, & macere aromatizatam.

Vina laxativa splenicis & huic morbo appropriatis castigata inque plures dies usurpata, utramque paginam absolvere videntur. Hanc formam in hujusmodi casibus sæpius cum fructu præscripsi.

℞. H. Meliss. m. ʒ. scolopendr. ceterach. a. p. i. nasturt. aquat. beccabung. a. p. ii. Rad. cardopat. polypod. a. ʒi. Cort. tamarisc. cappar. arant. a. ʒi. Fol. Senn. SS. Alex. ʒi. Rhabarbi. cl. ʒi. v. ʒi. Sem. agn. cast. ʒi. Cinam. acut. ʒi. Gross. mod. incis. & tuf. irror. c. ol. tartar. per deliq. ʒi. d. ad succ. *S. Sacklein zu 1. Mar Wein.*

Respectu subiecti nostri bene adduntur rad. Helen. fenic. liquirit. passul. sem. fenic. anis. Si æger sit delicatior sequens electuarium præscribo, quod

℞. Elect. de tamerind. c. fol. Senn. ʒi. Rad. *Tom. IV. Part. II.*

Jalapp. resinof. ʒi. Crem. tart. ʒi. Conserv. d. cichor. & Rhab. & sacchar. q. f. m. f. bolus.

Appropriata & specifica hujus morbi sunt simplicia. Radic. armorac. H. Cochlear. nasturt. aquat. & hortens. sed. min. f. vermicul. chelidon. min. beccabung. quæ aliorum caliditatem & siccitatem corrigunt. Si calidioris naturæ sit æger, aut febris adjuncta, acetos. fumar. Si pulmo à materiâ obsessus & ob id respiratio difficilis cum tussi rad. helen. c. hyssop. Si ventriculus debilis, coma absinth. rectè adjiciuntur, sicque deinceps pro ratione calidorum vel frigidorum humorum & symptomatum concurrentium procedatur. Multis autem modis hæc usurpantur. Nos hic damus & laudamus duplicem. Primus est, cum herbæ prædictæ virides cum sero lactis contunduntur, expressusque ex hisce succus in debita quantitate propinatur. v. g.

℞. H. nasturt. anagall. aq. cochlear. a. m. ii. Comar. absinth. sed. min. a. p. i. c. sero lact. caprin. Contund. expressus succus depuretur. Dosis est ʒi. c. aq. cinamom. ʒi.

Vel quando succus seorsim expressus cum sero lactis tempore usus permiscetur, in hunc modum.

℞. Succ. rec. expres. cich. fumar. beccab. nast. aquat. Cochlear. a. ʒi. sero lact. caprin. ʒi. f. haustus.

Ad perfectam sanitatem repetendus. *S. Trüncklein, auf 1. Morgen.*

Ex appropriatis compositis laudamus Sir. Scelotyrbic. Foresti, vinum anti-scorbuticum Mynsicht. ad iii. ad iv. M. & V. 2. horis ante passum. Tinctura maris ejusdem à gr. vi. ad ʒi. in liquor. conven. Syrup. antiscorbut. ab ʒi. ad ii. & iii. per se vel in aq. antiscorbut. ejusdem vid. armamentar. Medico Chymicum. Elect. antiscorbut. *Schröderi* ad magnitudinem juglandis parvæ M. & V. Pharm. Medico Chym. pag. 186. Spiritum antiscorbut. *Job. Pet. Lotichii*, cujus descriptio, utendi modus & dosis videantur apud *Aur. in consiliis & observat. medd. pag. 356. &c.*

Nota in horum usu ad 14. dies, imò, si opus, ulterius esse persistendum, & quinto quoque aut sexto die semper aliquod purgans, v. g. Elect. supra descript. stante curatione opus esse.

An & qua ratione convenient acidulæ *Vid. Greg. Horst. m. lib. 1v. observ. med. p. 273. Rhamlov. in specul. acid. Wildung. pag. 176. & alii* brevitatis non patitur, de hisce hic latius disserere.

Roborantia, dum hæc sunt, ex conserv. cochlear. & aliis cum fructu præscribi possunt in hunc modum;

℞. Conserv. cochlear. ʒi. chamedr. scord. a. ʒi. Rad. hugloss. borrag. condit. a. ʒvi. Helen. condit. ʒi. c. ser. d. borrag. f. cond.

His addi possunt & alia, v. g. affecto ventriculo; conserv. flor. absinth. hepate flor. & rad. cichor. lient conserv. flor. fumar. it. Spec. diarrhod. Abbat. diatrion sant. arom. ros. dianis. &c. ex quibus componi possunt formulæ pro ratione circumstantiarum & arbitrio Medici. Et tantum de internis. Nunc ad

Externa. Hic a. præprimis locum habent ea, quæ lienem, ut in subiecto hoc nostro, ita in omnibus ferme scorbuticis obstructum, aliasque malè dispositum deopillare & roborare valeant. Suntque

Olea. Ut anethin. rutac. chamom. amygdal. amar. & quod optimum, de cappar. *Augustan. vel Zevelffer. vid. Pharm. Aug. pag. 317. Pharm. Reg. pag. 263.*

Linimenta. Horum formulas egregias præscribit *Lotichius p. 347. & seq.*

Unguenta. Ut ungu. splenet. *Schrod. Unguent. Splen. Myns.* His sequens adjiciam, cujus vires *F ipsemet*

ipsemet oculariter expertus. Est autem *Amati Lusitani*, qui se hoc à Medicis Ferrariensibus accepisse refert, & cujus usu se lienem non modò obstruatum, sed verè Scirrhum curasse gloriatur.

℞. Ol. commun. ℞ss. medull. crur. bov. ℞ss. Butyr. rec. ℞iii. Succu bryon. cyclam. a. ℞ss. bulliant lento igne ferè ad consumptionem succor. collat. ad. Cerae cit. ℞iv. Pulv. ceterach. cort. cappar. amar. f. agn. cass. a. ℞h. f. Ung.

Emplastr. v. g. Splenet. Mynf. de cicutà vel de ammoniaco Foresti, *Zwelfferi Pharmac. Reg. p. 300.* vel simile.

Cataplasmata quæ vid. ad Praxin *Riverii*, ubi de obstructione & scyrrho lienis.

Externa interim & aliis partibus cum fructu adhiberi possunt, utpote Epati ol. absinth. massic. Ventriculo ol. macer. nuc. moschat. Nervis & tendinibus ungt. alth. resumptiv. lumbric. &c. pro ratione Circumstantiarum.

Symptomata. Quæ scorbutum concomitantur Symptomata sunt varia, utpote difficilis respiratio, palpitatio cordis, lypothymia, arthritiis sæpius vaga, convulsiones, paralyis, hydrops, atrophia, ulcera plerumque sicca, nec pus fundentia, febres, erysipelas singulis nonnunquam septimanis, interdum mensibus infestans, sputatio frequens maximè ab assumptis acerbis & calidis, languor totius, sudores copiosi, vomitus, dolores capitis, dentium, hypochondriorum, lumborum, crurum, aliaque innumera, quæ partim vide ad caput de figis, partim ad Autores, qui hocce de morbo scripserunt fusiùs. At verò cum ea sublato morbo vel spontè evanescant, vel auxiliis ex Praxi generali repetitis admixtis tamen antiscorbuticis, tollantur, singulorum curationem hic quoque subnectere hand opus esse censemus. At verò quia oris depravatio in hoc morbo maximi persæpè est momenti, adeò ut pro ipso morbo habeatur vulgo, pauca quædam illius remedia superaddere non abs re esse duxi. Ea verò vel siens est, vel facta, siens est gingivarum laxitas & sanguinolentia, ad quam

℞. Rad. bistort. ℞ss. Salis ð. m. c. diamor. ad consistentiam debitam inung. gingiv.

Vel ℞. Fl. balausti ℞ss. Salis ust. ℞i. M. F. Pulv. ad gingivas.

Factam appello putredinem. Ad quam apprimè facit gargarismus de tormentilla *Mynsichti*, daturque tepidè alternis vel singulis horis ad sanitatem perfectam, vid. *Armament. pag. 403.* Si putredo vehemens, *Wierus* talem dat aquam:

℞. Arsenic. sublim. ℞ij. alum. ust. ℞ss. f. pulv. bulliant in aq. plantag. ℞i. ad horam in duplici vase. admoveatur gingivis spongiola madefacta, sed propter arsenicum cautè procedendum. *Joh. Michaëlis in Praxi Clynica Speciali.*

De Phlogosis vagis Scorbuticis.

Fœmina ætatis annorum 33. nata in Belgio, degens cum Marito in Munimento ad Rhenum celebri, temperamenti sanguineo-biliosi, habitus gracilis, teneræ constitutionis, aliquot ab hinc annis per nares copiosam sæpè profundens sanguinem, frequenter subito exæstuat, aliquando toto corpore, sæpius in vultu, modò hæc, modò illà parte fervet, sive Phlogoses patitur inopinatè invadentes, *sehnelle, fliegende Hitzten*, modò jejuno, modo repleto stomacho, per horæ quadrantem, aut dimidium, brevius aliquando durantes, plerumque cum odore, aliquando absque ipso, tam imminente, quàm procul adhuc distante menstruo fluxu obvenientes, quas plerumque non semper, quædam præcordiorum præcedit anxietas, rosio;

gingivas monstrat tumidas, partim sanguinolentas, partim saniosas, partim albescentes, sicut in dicto æstu, ardorem ac ficitatem gulæ & faucium sentit, parè appetit, hypochondriis inflatur frequentius cum, aliquando sine dictis Phlogosis, sivo libera est, urinam offert flammeam, ad ruborem propè accedentem, nonnunquam, ut refert, sedimentum instar pollinis lateriini deponentem, respirat facitè, sed sub æstuatione ista, si vehemens est, difficiliter, pulsus habet inordinatum, in paroxysmo celerem, citatum, ad iram pronum est, dormit mediocriter, capite hand rarò dolet, mensium experitur, fluxum stato tempore, sed immutatum, exaltato rubore unctum, extremis naturaliter calet, cum invasiones illæ absunt, patitur lassitudinem spontaneam, gravitatem membrorum, maciem corporis, tibiæ ulcus absque multà sanie, dolore, maculas nonnunquam in cruribus & brachiis clarè rubeas; præterea nullas sentit molestias. Petit Medici Consilium, qui suppeditat tale:

Patiens mane horà 6. & vespertinà 4. pilularum seq. num. 15. cum Mixtur. cochlearium 4. quant. deglutit:

℞. C. C. phil. calc. Ebor. phil. cal. Corall. r. præparat. Sem. nasturt. hort. Sal absinth. an. ℞ii. Gelatin. Corn. Cerv. 3vi. M. f. pil. pond. gr.

℞. Aq. beccabung. acetos. acetosell. endiv. an. ℞ii. Syrup. granator. ℞i. M. D. Hora 9. antiemeridiana jusculum, in quâ acetos. beccabung. nasturt. aq. fumar. recent. coct. calid. hauriatur. Cum æstuationes intensiores ac frequentiores sunt, ante somni tempus Emulsionem bibat:

℞. Sem. 4. frig. excort. an. 3ss. pap. alb. ℞i. F. c. aq. pap. err. lactuc. an. 3ss. Emulsio D. Gingivis Linimentum de Aquileg. illinatur. Os colluatur frequenter sequenti decocto:

℞. Cort. med. recent. frutic. rosar. H. nasturt. aq. rec. an. M. j. Coq. in Vin. rubr. ℞j. colatur. Adde Mell. rosar. simpl. Roob Nucum an. 3vi. M. D. Tibiæ ulceri Emplastr. diapompholyg. H. imponatur.

Postabsolutum horum medicamentor. ù Usus remissiones, rariore illæ Phlogoses, mitiora reliqua symptomata: Hinc denuò ad peritum Medicus sequens suppeditavit Consilium. Hauriatur manè seq. Potio purgans:

℞. Fol. fen. el. ℞ii. Tamarind. 3ss. sem. anif. Crem. Tartari an. ℞i. Coq. in Aq. font. q. f.

℞. Colatur 3ii. Elect. de Tamarind. Horst. 3vi. Aq. cinam. bugl. ℞i. M. Biduo aut triduo abluere Venam brachii secari curet. Ab isto tempore Acidulas sive *Sorvalbacenses*, sive *Dönningssteinenses*, quas adire ob causas domesticas urgentes cum, ut percipio, non liceat, bibat per 5. 6. aut plures septimanas, æstivo tempore, cum fervidus unct Aër, manè potantio 3. circiter xii. si sius urget, pomeridiana hora 4. 3. circiter vi. sin tempestas pluviosa est, omitti possunt. Diætam, à Medico ordinario, in Consilio communicato præscriptam, observet. *His singulis per Dei Gratiã ab omnibus dictis molestiis liberata fuit.*

Resolutio. Affectus ægram torquens est Phlogosis Vaga Scorbutica, intemperies nimir. calida, brevis, frequens, ac subita, modò totius corporis, modo hujus vel illius partis, à p. n. particulis biliosis, scorbuticis, agitatis, orta.

Molestissima hæc solet esse exæstuatione, qua vapores calidi, liquores ferventes per totum corpus, per hanc vel illam partem fluere, effundi, adigi videntur, quando etiam absque Scorbuto adoritur comite. Hinc istum fervorem pro potissimo habuit *Ægra nostra*, & ego quoque. Casum inscripsi de Phlogosis vagis, addito Scorbuti nomine, qui has comitans junctum dicit morbum. Brevitas, fre-

frequentia ac subitanea illius invasio ab aliis corporis fervoribus ac caloribus ipsam differre monstrant. Aliæ etiam sunt vagæ illæ Inflammationes, volatiles: maculæ, *Flug*, vocatæ; Phlogoscos vocabulum non pauci cum phlegmone confundunt, at parùm accurati isti sunt; ceu enim phlegmonen accuratiores cum inflammatione, phlogosin absque eâ dicunt, ita tales ego æstuationes, effervescentias, phlogoses, etiam absque febre expono, quod mirabitur forsitan, haud absque ratione, unus vel alter. Sanguinis enim p. n. agitatio, turgescencia &c. Pierisque Medicis non nisi in febribus adesse creditur; sunt quidem, qui p. n. M. æ. Sæ. motum à solo isto æstuant & describunt circulari per corpus, ejusque vasa, motu, at rarò causa, frequentius ille effectus est illius agitationis, quæ ab ipso particularum in sanguine incendio, intestino quasi bello ac seditione oritur, non enim celerius tota M. S. de loco in locum movetur, nisi ille molecularum in sanguine tumultus adsit, ut ita ad turgentiam, ad impetum, ad orgasmum, ad effervescentiam (variis enim nominibus insigniunt) utrumque requiri, imò unum ab altero vix separari posse, mihi videatur; Tales autem Orgasmi, tales tumultuosæ ebullitiones, tales effrænes seditiones in corpore humano absque Febre se prodere non semel solent. Maniacorum serox jactatio, Epilepticorum turgescens concussio, hysteriarum vagabundi impetus, hypochondriacorum subiti dolores, flatulentæ distentiones, borborygmorum murmura, Scorbuticorum, Cachecticorum, Ictericorum Asthmata subitanea, Arthritides, Cardialgiæ, Cholerae, diarrhaeæ, dysenteria, hæmorrhagiæ vehementiores, gulæ ardores, purgantium actiones, & similes affectus à ferocientibus, ab ebullientibus p. n. motis oriuntur humoribus, at haud rarò sine Febre. In hac Ægrâ ex illâ subitâ phlogosi febrem qui concludere contendit, perpendat breviter, volatilitatem, particularitatem illius fervoris, illius intemperiei calidæ, absentiam quorundam febris requisitorum, hinc abfuisse & Febrem sui generis si ponerem, nimis latè nomen extenderem, & dicerem id, quod ii, qui occultas qualitates ponunt, Phlogosis talis æstuationem, fervorem, effervescentiam incertam, vagam Intemperiem, sanguinis inordinationem, excandescenciam, caloris suffusionem dicit. Scorbutus, quem hic Gingipedium cum Regno Snoy appellare possum, si tam rudi uti licet verbo, Græcis usitatis *σφοδρακτικὴ* & *επιδορτικὴ* nominibus exprimo, affligere solet absque istis æstuationibus nonnunquam, & hæc absque scorbuto; Particulæ istæ biliosa scorbutica sive sulphurea salæ acres ebullientes in causarum serie exponentur.

Subjectum pono modò totum corpus, modò hanc vel illam partem, ut & infra patebit, ubi symptomatum rationem reddo, prout nimirum fervoris ac scorbuti causa intensior vel remissior est, hoc vel illud petit membrum; sunt spirituosæ, humidæ & solidæ partes, ex his os, gingivæ, fauces, gula, ventriculus, intestina, thorax, caput, brachia, crura &c. Causale, unam jam certam corporis particulam, determinatum locum si statuere vellem, quod Curiosuli ad gloriam captandam facere allaborant, nimis angustis includerem terminis, & ut illi soli applicarem remedium, urgeri possem; Tota S. M. & alii humores, modò hanc, modò illam alluentes partem, tale hic consistunt, nec spiritus, nec viscera cum glandulis excludenda sunt.

Causam accuso particulas sulphureas, nimias, oleosas, resinosas & salas, acres, tenuiores, scorbutica labe unctas, ebullientes, effervescentes, sive corpuscula p. n. biliosa, scorbutica, agitata. Causæ

Tom. IV. Part. II.

si perpendo consistentiam, læserunt hic Fluida, & Spirituosa, spiritus enim craseos ac texturæ limites transilierunt; sanguis in corpore humano vivo absque spiritibus, non sanguis, sed cruor cadaverosus est, imò & alii corporis vivi humores singuli spiritibus perfundi debent; Læserunt fuligines, halitus, & quid dicere vetat, flatus ab illa sanguinis, aliorumve humorum ebullitione, effervescentiâ, agitatione exorti. Et Humorosa, Sanguis imprimis, non hic autem solum, sed & pro varietate vertumni scorbutici, chylus, liquor Gastricus, Intestinalis, Pancreatis, Vesiculæ felleæ succus, lymphæ varii generis. Ista enim Ventriculo oblata alimenta alienis, jam vix subigendis aut domabilibus prædita corpusculis materiam præbuerunt chyli, non laudabilis præferim cum liquor iste fermentalis sive condimentum ciborum, ceu Cuidam placet, sive instrumentum Ventriculi, spiritibus debitis destitutus, alienis instructus, à sanguine degenerante infectus, à lymphæ heterogeneis conspurcatus, à glandulosa Ventriculi tunica non ritè segregatus, suo non functus fuerit officio, cum succenturiatus huic Intestinalium liquor à debito deviarit munere; Pancreatis hic succus acrior justo, effervescentiæ nimis præbuit ansam, vesiculæ felleæ succus nimis, quæ suam resinositatem, acrimoniam intensior justo, ebullitionem p. n. promovit; Lymphæ variæ, hic, ibi, indolis, divertis heterogeneis, & materis, & efficientis vitio, unctâ molecularum jam accuatis, ceu ad talia recipienda aptissima est, hic, ibi, causæ rationem etiam subit. Talibus præsentibus humorum degenerationibus, quis Sanguinem liberum dicet, ut de aliis insufficientibus causis taceam? In hac ergo Ægrâ inter fluida corporis Ille læsit potissimum. Solida & causæ subisse vices, contendere quis posset, salinæ enim istæ & sulphureæ accusatæ molecularum solidum quid dicunt, partes continentes contentas promovent. Verùm hic nonnisi in diversis fluidis hæserunt, ipsas partes continentes solidas irritatas, non rarò contenta concitatus movere concedo, at in nostro Casu potissimum fluidis inhaereo.

Modum Læsionis si spectem, consistit in Quantitate, Qualitate, Motu & Loco. Quantitate, imminuta & auctâ; Defectu enim peccant spiritus, nam licet fervidior sit sanguis, ista tamen spirituosæ volatilis effervescentia, ebullitio p. n. est, extra debitos craseos limites, ut copiam spirituum, naturaliter requisitorum, sufficientem, non ponat, & ita sanguis spiritibus debitis sit depauperatus, p. n. verò nimis instructus; Auctâ peccant particulæ istæ actu lædentes, paucae enim si essent, non dominium obtinerent, non tam sensibilibus læderent. Qualitate peccant, dum nimis calidæ, nimis acres, nimis ferventes, scorbuticæ sunt. Non quidem qualitate solum primâ, sed particulis, molecularibus heterogeneis excedunt causæ, ob receptam tamen loquendi formulam liceat hunc retinere modum, quia enim dicta fluida utraque sulphureis & salis tenuioribus, acrioribus, valdè activis, subtilibus corpusculis infecta, vulgari vocabulo biliosa fuerunt, læsionem induxerunt; Accessit in hac Ægrâ Character scorbuticus: non enim omnis scorbutus à sero limosis, tartareis, crassis, viscidis, fixis salibus inebriato, non omnibus à melancholia, non omnis ab humore acido oritur, sed & tenuiores, volatiliores, fluxiliores humores labe scorbutica inquinantur, ut pateat, dari scorbutica pathemata calida, dari frigida, fixiorem dari causam, dari volatiliorem, hinc & Celebris Medicus Galenus, licet contra Anglos scorbuti divisionem in sulphureo-salinum & salino-sulphureum revellat, tamen in

F 2

Cura:

Curatione attendendum esse dicit, num calor quidam p. n. an verò obstruções conjunctæ sint. In quo autem Tinctura scorbutica consistat, variè definiunt Authores. Causam assignant Cruditatem sanguinis, denegatum crassioris, fixioris debitam spiritualescentiam, sanguinem crudum, ichorosum, sanguinem nunc limosum, feculentum, tartareum, vappescentem, nunc sero acri, salibus modò lixivis, modò acidis, austeris, aluminosis, vitriolatis inquinato, plus minus dilutum, sanguinis & nutritii succi *diabotiv* sulphureo-salinam, salino-sulphuream, sanguinis dissolutionem à sale acri & subtili, aut immediatè, aut interveniente sanguinis dissolutione pathemata scorbuticis familiaria gignente derivatam; Alii aliam in prolixis editis Tractatibus. At cum talia dentur absque scorbuto, superaddunt non quidem, quas averfantur, occultas qualitates, sed τὸ ἴδιον, τὴν κακότηταν scorbuticam, τὸ contagiosum, nervoso generi infestum, malignum, venenatum, depravatam, corruptum, singulariter, specificè, sui generis, &c. ἀπύρον, sed tale mihi (ne miretur quis, cum tantis viris sit) qua essentiam suam specificam videtur, verum ex effectudici potest, dum non solum Maris Balthici accolis & Germaniæ inferioris populis familiarem subindicat diathesin, sed & ista gingivarum, tibiæ mala, maculas & similia monstrat. Cum ergò specificè corruptum, malignum dicitur istud fermentum scorbuticum, urgeri potest omittum vitium substantiæ, dum nimirum causæ toto genere peccant. Verum qualitate dum peccat causa, peccat vel irreducibili, quæ dictum ponit vitium, vel reducibili. Utroque modo, potissimum posteriori læsit hic Causa. Motu peccant, dum p. n. non solum celeri nimis & vagâ agitatione ebulliunt, tumultuantur, sed & ad hanc vel illam impetuosius jussu feruntur partem. Loco, dum subsistant in variis partibus, gingivis, tibiis, ubi subsistere non deberent; distinguo contra quorundam mentem loci vitium, à motus aut quietis vitio, etiamsi enim illuc mota pars quiete post peccet, tamen non sola quies, sed ipse locus etiam læsionis formale constituit.

Causæ Remotiores sunt variæ: Prima mox flamma jacta à Nativitate fuerunt, visceribus sanguinis generationi & depurationi dicatis, hepate præsertim heterogenea ista dicta aliquantulum, non tamen ad debitum gradum separantibus, quod Temperamentum in statu adhuc naturali patefacit. E non naturalium classe Aër patriæ natus, humidus, crassus, salsus ab uliginosis, palustribus & lacustribus locis infectus, Cibi in patriâ familiares, carnes salifugine macerate, fumo indurate, sædum crudum aut rancidum, Pisces lacustres, maritimi, fumo, sole vel frigore indurati, aut muria conditi, mixta ex talibus edulia, cibi à corporibus aëre accusato fruentibus, & aquis dicendis utentibus desumpti. Potus ibi communis, aut aquæ crassæ, crudæ, impuræ, graves, sæpè corruptæ, aut cerevisia ex talibus parata multum hic præstiterunt. Vinum verò, quod domicilio mutato, ordinario potui inferviit, particulas ex talibus genitas & collectas salinas aciores sublimavit quasi, spirituofam, sed non debitam, verum p. n. volucrem addidit indolem. Mirum enim in modum vinum, ubi ordinariè potatur, humoribus scorbuticis alas addere solet. Accessit Conversatio cum scorbuticis ibi frequentibus; Per plures enim vias *μιασμα* illud scelotyrbicum è multis, quibus ibi familiare malum est, sub conversatione ac cohabitatione exhalans irrepere potest. Aliæ Res nonnatorales, in quarum notitiam non pervenit Melicus, dubio procul suam etiam contulerunt symbolum. Inter Res p. n. Hæmorrhagia sæpius prægressa immodica, ad subjuga-

tionem balsamicarum, succulentarum, exaltationem verò heterogenearum scorbuticarum in sanguine molecularum multum fecit; Partes corporis, humorum ac massæ sanguineæ generationi ac depurationi intervientes, hic singulæ, una magis, altera minus, una huic, altera illi *διουρατίας* ac malæ texturæ causam, fomitem suppeditarunt, quædam à collectis impuritatibus, demum infectæ fuerunt.

Ex dictæ causæ in hac vel illâ parte activitate speciali, symptomatum in hoc Casu Speciales etiam Causæ erui queunt. Hæmorrhagia, quæ aliquot abhinc annis frequens & copiosa erat, oriebatur à stimulo illo, bilioso nimirum acri ac salino, sanguinem concitatus movente, vasaque narium aperiente, spiritus ac laudabiles sanguinis partes profundens, dissipans, sicque ad generationem heterogenearum, debito spirituum agmine destitutarum, multum faciens. Frequentes ac subitæ abortæ sunt exaffluations, cum rubore ac fervore partium, cum sanguis modò totus, modo in hac vel illâ parte ebulliebat, quasi accendebatur, effervescebat, agitabatur, ab accendentibus ebullitionem, effervescentiam excitantibus talibus, quæ vel in ipsâ continebantur sanguinis massâ, vel ipsi hic aut ibi occurrebant, vel extra eam in hac vel illâ parte, quæ vel homogenea calorem, motum intendunt, vel heterogenea effervescentiam cient, ac illam affluationem & agitationem promovent, ceu à calore aquam tepidam ebullire, pulverem pyrium fomite exiguo accendi, Martem ab effervescentiâ cum aliis in flammam, fumum agi &c. (innumera experimenta prostant) cernimus; Frequentius autem in primis viis occurrentes humores alias naturales, hic peccantes, gastricus liquor, chylus, bilis, succus pancreatis, &c. tum sibi invicem tum cibo aut potui talem aliquando ibi, aliquando & in sanguine fervorem, & cum isto partibus externis induxerunt, dum ebullientes, effervescentes, tenues, vaporosæ subtiles Sanguineæ Massæ partes subitò ad exteriora ferebantur, ardentes fumigantes quasi; Sanguis enim talis non solum copiosius, impetuosius in hanc vel illam partem movetur, ac ruit, sed & cum ebullit quasi accensus, aut effervesceat, (quæ duo probe distinguenda censeo) halituosa non raro, vaporosa, subtilia emittit corpuscula, quæ huc, illuc, per vasa tamen patentia destinata, non semper expectato ordinario reliquæ M. S. motu subitò ad partes has vel illas fertur, quod, ita & quæ talia halituosa Gas eructantia facile probari posse confido, frequentiam vultus, imò totius phlogosin mox à vini potu, ab animi pathematibus, pudore, irâ, amore, &c. abortam modò quis consideret; Agnatus ergò ac affluans ille sanguis partes illas, aliquando totum, fervore isto perfudit, vel dispositis serosis fluidis particulis ad secretionem in glandulis subcutaneis, unde odor, vel non, unde nullus; Et quia singula ante enarrata, in & extra M. S. cum & absque effervescentiâ causæ rationem induerant, aborta fuit talis *Φλεγμῆται* varietas. Ex quibus patet, me Celeberrimum Medicorum sententias, qui tales phlogoses vagas oriri ab intemperantiâ in venâ portæ, ab obstruções in mesenterio & visceribus, colluvie humorum in hypochondriis, & præcipuè circa hepar statuunt, & hic sano sensu admittere, pro universalibus autem non habere; Patet, quantum consentiam illis, qui talis caloris ac nonnunquam sudoris momentanei causam dicunt, ubi calor natus à copiâ humorum crudorum premitur, qui si alternatim eum humorem aggreditur, exprimit quasi aliquem calorem & aliquando liquorem in superficiem corporis;

poris; Illud autem, quod tales caloris suffusiones à perverso, per scorbuticam labem, regimine animali oriri statuunt Quidam, dum plerique nervi & fibræ eorum appendices, huc, illuc, protensæ spasmos seu motus convulsivos passim ineunt, propter eorum aëræ arteriæ & venæ aëræ contractantur, ut sanguis in quasdam partes plus debitò compellatur, illud, inquam, in nostrâ Ægrâ causam non fuisse autumo. Cessat brevi, licet aliquando tardius, aliquando celerius, quia deflagravit, quæ accensa agitabatur, deferbit, quæ effervescens tumultuabatur portio. Præcordiorum anxietas cum adfuit, & rosio, in Ventriculum multum ac improprietate egit iste degenerans varius Ventriculi humor, illum postea in sanguine tumultum excitans, non verò Cor, quod Quidam metuunt, principaliter affectum fuit: Tumor, sanguinolentia, sanies & albedo gingivarum à salinis, scorbuti malitiâ præditis, ipsorum texturæ maximè adversis, oriebatur moleculis, in teneram enim & mollem illarum, quas palati glandulosi, spongiosi continuatio, & in majores protuberantioresque papillas fibrarum, nervorum vasorumque & membranarum ope conglomeratio constituit, carnem ex arteriæ rami ascendens propagibus tenuibus & salivalium vasorum oscillis extillans sanguis infectus distendit, putrescens alieno colore insicit, saniem suppeditat: Calidi biliosi salini humores, gulam ac fauces cum vicinis irrigantes, sed, quod quotidie fit, exsiccantes sitim ac ardorem ibidem excitant, alium tamen ab eo, qui frequens est, ab acido prædominante fit, uterque tamen malè à plerisque confunditur: Appetitus est exiguus, quia Ventriculus non debitè crasi gaudet, instrumento instructus, quod à spirituosa tuâ acido salinâ dispositione degenerat, quod & cum reliquis dictis, in isto negotio huic auxiliares manus ferentibus, liquoribus itidem degenerantibus cum objecto, cibo nimirum & potu, effervescens p. n. status istos, modò cum, modò sine æstu, hypochondria distendentes gignit: Urinæ istum colorem ac sedimentum inducunt salia, aliquantum subtilisata, cum sulphureis particulis affluentia, ac in Renibus mixta: Dyspnæa æstuantis à statulentâ distensione, diaphragma, thoracem lædente, à sanguine vehementius agitato, pulmonum vasa ac vesiculas nimis distendente genita, quæ & celeris, citati pulsus in paroxysmo causa fuit: Doluit Caput, ab istis spiculis ad pericranium, meninges motis, in capitis membranulas, fibrillas, cutem solvendo, vehementer agentibus: Expulit Natura stato tempore, fermentatione motum sanguinem per vasa ac vias ordinarias, non tamen magnâ quantitate, quia à naturali regulâ declinarunt illa fermentatio & ipsa humorum conditio, quia excesserunt particulæ hætenus additæ, quæ istam sanguinis etiam purpuram exaltant, ceu aliàs etiam volatilia salina, sulphurea ruborem intendere observamus: Lassitudo spontanea, membrorum gravitas adfuit, non solum, quia spiritus vegeto motui dicati defecerunt, dyscrati fuerunt, sed, quia fibrarum congeries muculosa ab istis dictis heterogeneis premebatur, in debiliâ variâ tensione tam contractivâ, quàm expansivâ impediatur: Macilentæ fuerunt partes, quia balsamicus iste ros nutritioni destinandus partim abfuit, partim degeneravit: Tibiæ unitatem solvit acrimonia allabentis humoris, licet pauci rodentis debilem istam, malo tali ex texturâ suâ facile obnoxiam partem, ulcusque induxit ex illorum ordine, quæ scorbuticos biliosos potissimum inestant; Dolor insignis in ulcere & aliis m. mbris non fuit, quia illa disproprio causæ agentis ad nerveas fibrillas

Tom. IV. Part. II.

non erat magna, hinc rō nervoso generi infestum scorbuto frequens, universale autem non est: Maculæ in extremis sanguinis sæpius accusati, ad arteriarum etiam capillarum araneata vesicula, oscilla, & tenuissimas lineas moti, sub & per tenella integumenta efflorescentiæ aut recrementa sunt.

Signis ad phlogoses detegendas opus non est; Ægra enim sentit ac refert, imò & adstantes plerumque, cum adfuit, easdem cernunt in exterioribus. Scorbutum produunt gingivæ sanguinolentæ, saniosæ, tumidæ, albescentes, tibiæ ulcus, & maculæ, crura, & brachia tingentes, quæ & aliis quibusdam accedentibus vim ad significandum hunc morbum largiuntur. Causam autem, biliosos nempe humores evertos, ebullientes, effervescentes, indignant varii signorum fontes, à causis & effectibus desumpti. Ætas, temperamentum, corporis habitus, consuetudo, potus ordinarius, proclivitas ad iram, hæmorrhagia narium frequens, tanquam effectus, ipsi fervores, sitis, ardor ac siccitas gulæ & faucium, appetitus dejectus, urina flammea, mensium nimium rubentium imminutio. Scorbutico charactere tincta patria, locus nempe maritimus, victus ac potus ordinarius in eadem, sanguinis per nares frequens fluxus prægressus, tanquam causa, cum antè dictis monstrant.

Prognosis si exponenda Ægræ fuisset, non quidem vitæ periculum imminens, a tamen perniciam affectuum horum diuturnam Medicus prædixisset, ac solam symptomatum promississet mitigationem. Rarò enim penitus tales remittunt effectus, hinc & Medicus nullum proposuit Patienti prognosticon, dubius, an si salutem promitteret, promissis stare posset, ceu enim quæ symptomata, instar vertumni ludere, ita quæ eventum sæpius fallere solet scorbutus. Dei tamen gratiâ, isti post adhibita medicamenta evanuerunt effectus.

Methodus Medendi ex legitimis, non spuris quorundam, agens principis præcepit, ut particulæ istæ p. n. nimis imminuerentur, eliminarentur, calidæ, acres, ferventes, scorbuticæ partim educerentur, potissimum immutarentur, inverterentur, infringerentur, mitigarentur, enervarentur, subsistentibus ab illo loco removerentur, spirituum pauperiei subveniretur, partes munirentur: quibus Indicationibus exequendis præscripta destinata fuerunt medicamenta, non solum, quia ab Authoribus talia commendari solent, sed & quia ex talibus conflata sunt corpusculis, quæ, modis dicendis in corporis humani contenta & continentia, tam naturalia, quàm præternaturalia agunt.

Cornu Cervi, Ebur, Corallia partim sensim emollita volatilibus, tenuibus, etiam mucilaginosi non destituta particulis, partim in tenuissimum redacta pollinem passim absorbentium inseruntur Classi, quæ acidis imbibant in corpore atomos & ac enervent, ac non harum solum, sed & lixiviosorum, enixarum, acrium sulphurearum, dum ipsis coherant, ipsas tuteant, crasin, texturam, ordinem, agitationem immutare valent, & quidem etiam in M. S. non cum insigni, ceu quasdam acidas, effervescentiâ, verum leniâ refractione, vâ insimul diaphoreticâ, & partes firmandi gaudencia, hinc multum in talibus etiam, qualis noster fuit, profunt Casibus. Absinthii Sal ebullientes sulphureos, salinos, scorbuticos humores eliminare, detrudere, dissipare, ligare, corrigere, egregiè valet. Nasturtii hortensis semen (nostrum hottense cum Vett. nasturtio idem esse, licet contradicentibus quibusdam Botanicis, censeo) particulis volatilibus suis penetrantibus, incidentibus, attenuantibus, abstergentibus, tenuibus, acibus enervat scorbuticum falcinum, ac eliminat per ductulos

F 3 glan;

glandularum subcutanearum, mucilaginosi vero demulcet, nec ab eo nimia hic metuenda agitatio, cum vix granorum duorum pondere unam ingrediatur dosin. Gelatin. C. C. sive ad molliorem adhuc, sive ad sicciorē redacta consentiam Medicæ ac Pharmaceuticæ adæquata fuit intentioni, mucilaginosi enim, viscidis, volatilitate non destitutis, absorbentibus particulis, diversas à se in corpore immutavit, infregit, eduxit, licet non semper ad sensum, ac pulveres istos, ut in pilulas formari se paterentur, irretivit, invisavit. Beccabunga, Officinis dicta, Bauhino Anagallis aquatica major, folio subrotundo ordine prima, magno ob id encomio digna est, quod acris salinis penetrantibus, calidis moleculis, scorbuto adversetur, non tamen tantis nec tam activis, quantis cochlearia, sed paucioribus, ac temperata, dilutaque pluribus humidis aqueis, hinc sæpius in scorbuticis, ubi cochlearia lædit, magno cum comodo hæc exhibetur. Acetosa, acetosella, quarum etiam aquæ debite destillatæ, viribus destitutæ, contra celebres Chymicos, non sunt, jusculis & vires nobiles & gratiam communicantes, profuerunt Ægræ particulis aqueis, acidis, temperando, restinguendo, diluendo, obtundendo, immutando, educendo, quæ etiam laude gratissimus Granatorum syrupus micat. Non solum hic in genere vegetabilia, pomposi & ob solam occultationem pretiosis Chymicis, sed & in specie, Acetosa ac Acetosella celebribus antiscorbuticis palmam præripuerunt; In tali enim scorbuto calido, si cochlearia, raphanus sylvestris, sinapi & similia frequenter ac copiosè exhibentur, concitant quiescentem sæpe causam, Narium hæmorrhagias, Arthritides, Asthmatas, Phlogoses &c. excitant, hinc beccabunga præfertur, hinc si cochlearia Ægris talibus aridetur, acetosa aut acetosella frænum illi injicere solet. Nasturtium aquaticum, notissima nobis herba (dimicent alii, an fenecio serapionis, vel Sion Crætevæ, vel silymbrium, aut Cardamine altera Dioscoridis sit) scorbuti Antidotum lentâ illâ, non nimia, coctione in juscula penetrantes transfert particulas, quæ acrimoniam suâ salinâ volatili, salinas, scorbuti malitiâ tinctas infringunt, emendant, expellunt. Fumaria vi suâ acres humores mitigandi, per glandulas subcutaneas sensibilibiter educendi. Endivia, corpusculis bilis fervorem restinguentibus, profuit. Emulsio ex refrigerantibus decantatis seminibus mucilaginosi, & papaveris albi semine diureticâ, simul inviscante, sufflaminante, effrenes spiritus ligante vi præditis, cum aquâ papav. err. sudorifera, mitigante, lactucæ refrigerante, refrenante parata, ferociam tumultuantium humorum compeſcebat.

Linimentum ex Aquilegia Menthâ crispâ, Salyiâ, Nuce Moscat. Alumine usso & melle rosato vasorum oscilla, ut allabentes humores non tam prompte imbibant, ac retineant, firmare, allapsos tales imminuere, discutere, laxam carnem siccare, roborare, à putredine vindicare, saniem tollere solet, quam etiam vim terreis suis fixis, austeriusculis atomis, Cortices mediæ recentis fructum rosarum exerunt, accedentibus præsertim fixioribus, salinis, tartareis, vini rubri, ac vitriolatis qs. Roob Nucum, abstergentibus, mundificantibus Mellis Rosarum particulis. Ulceri tibiæ Emplastrum diapompholygos appositum fuit, à Medico quondam hic Celebri introductum, frequentissimè felici cum effectu usurpari solitum, causam tollit, emendat, partes contra causam defendit, & symptomata abigit ingredientibus suis, Minio, Lithargyrio, Cerussa, Nihilo albo, Tutia præparata, Lapide

Calamin. Saturno calcinato & edulcorato, Thure, Succis plantaginis, Rosarum, Sempervivi, Solani, &c.

Purgans potio succedente tempore, non primò, quia jam ab ordinario Dn. Medicorum temporis sufficienter evacuata fuerat; exhibita fuit, calidioribus enim humoribus hæc magis convenit formula. Constabat ex foliis sevæ, quorum vis panchymagoga per particulas salino-sulphureas tenues, colliquantes se exerens, ubique deprædicatur. Drachm. 2. pondere, cum major quantitas in Infuso pro una dosi superflua sit, Tamarindis, quæ juxta illas atomos modo dictas, insignes acidiusculas salinas possident, bilis æstum contemperandi, sulphureos acres humores refrænandi, fermentum Ventruculi vigorandi vi pollentes, semine anisi & aquâ cinnamomi, pro flatuum ex fermentatione colliquantivâ oriundorum prohibitione, pulsione, Cremore tartari, pro stimulo & subigendo humorum fervore, ac Electuario de Tamarindis, quod Horstius describit; Sicque sensim ac sensim collecta heterogenea è primis viis & M. S. edueta fuerunt, hæc non vehementi, sed levi potione; in talibus enim casibus, qui vel Vomitoris vel Cathartici validioribus ægrum exagitant, multum ipsi nocent, Aloetica ac Scammoniata, humores acriores reddentia, in majorem fervorem agentia, studio omisi. Inde fervidiori, impetuosiore, agitato sanguini partæ fuerunt fores, & quedam excursio concessa; ut reliqua portio causæ educeretur, alia felicius poneret, deservesceret. Ut tandem, quicquid reliquum adhuc, quicquid altiores egerat radices in corpore, per ordinaria emunctoria eliminaretur, acrimonia fervens infringeret, restingeretur, sulphurea, salina corpuscula corrigerentur, scorbuticum miasma destrueretur, ferocia estranis coerceretur, Acidulæ propinatæ fuerunt; Tam Svalbacenses, quàm Donningsteineses hic resolvere, examinare, ac describere ob causas in præfatio dictas supersedeo, cum præsertim Celeberrimi id egerint Viri. Non vulgaris autem potandi modus ob causam additam præscriptus fuit; Integra enim ut vocant, Cura communiter instituitur augendo sensim aquæ dosin, usque ad insignem quandam & summam, illam aliquandiu continuando, & tandem iterum imminuendo.

Diata in Dn. Medici Ordinarii Consilio præscripta Cibos supra accusatos, & nimis salitos, aromatizatos, frixa, pinguis &c. nimium, non omnem, Vini usum, Iræ, nimios corporis motus &c. prohibuit. *Idem ibidem.*

Observationes.

Affectio Hypochondriaca & Scorbutica cum variis accidentibus.

Fœmina annorum quadraginta, & quod excurrat, tenerioris constitutionis & corporis, patre nata podagrico, matre ulceribus pedum scorbuticis obnoxia, sanguine prædita acriori, & ferosiori, diætâ adhæc minus laudabilem observans, dum cibis nondum concoctis alios, qualescunque etiam, ingerit, cerevisiam tenuem à prima infantia bibit, somno, quia dimidium & plus quoque noctis vigil in domesticis negotiis obambulando transigit, interdium per vices interrupto indulget, ærumnis multis exercetur, adhæc medicamenta horrens plura in corpore excrementa cumulat, unde & ante hos octodecim annos melancholia hypochondriaca per integrum semestrem fuit exagitata, multis subinde symptomatibus scorbuticis & hypochondriacis infest-

infestatur. Octo liberorum parens graviditatis plerumque tempore varices pedum, ob sanguinem stagnationi aptum, ingentes passa est, qui, cum penultimum gestaret foetum, diversis octo locis & temporibus rupti magnam quoque sanguinis copiam profuderunt, nullo hinc secuto abortu, vel embryonis incommodo. Non curans hunc affectum ob antedictam medicaminum nauseam, eo devenit ut annis abhinc aliquot erysipelate, & hinc ulcere cruris alterutrius afficeretur, eo tamen naturæ beneficio, ut, qui ante magnas in corpore concitabant turbas, humores acerrimi hæc veluti data porta, cum maximo quidem dolore, acridine & excoriatione ad exteriora prolaberentur. Quin, ubi non sufficere videbatur ad copiosissimæ materiæ exitum, hic naturæ fonticulus, ad malleolum ortus, arte alium adhuc paulo superius loco aliàs sueto inuri sibi curavit, non absque omni emolumento. Conquesta est hæc mihi se, quoties vel fonticulus, vel ulcus pedis exarescerent, aut consolidarentur, non saltem percipere humorum quasi regurgitationem intra abdomen cum summis præcordiorum angustationibus, cardialgia imprimis, & compressivo stomachi dolore, post passum in specie, & ingruente vespera, sed quoque intentum adeò frigus in hypogastrio sentire, ac si nive impleretur, quæ frigidissima colluvies cum sensibili ad tactum frigore non solum cum urina nonnunquam, sed etiam finita mensura purgatione, sub specie fluoris albi prorumpat, ac si nix soluta efflueret. His tamen in cruciatibus magnum experitur levamen ab usu martialium, præcipitatum & antim. diaphor. quibus assumptis non solum fonticulos rursus madere incipit, sed post sudorem quoque cum euphoria pars materiæ peccantis per alvum ejicitur. *Joh. Burgii.*

Litura & exanthemata crurum in Scorbuticis plerumque signa bona.

D. J. M. & P. J. H. ambo constitutionis scorbuticæ, & vultu plerumque subcitrino, pallido, cum membrorum lassitudinem, hypochondriorum lancinationes, stomachi anorexiam, ac calorem lentum in visceribus sentirent, assumptis, vel non assumptis medicinis non unquam levaminis quid sperarunt, priusquam crura intumescerent, ac exanthemata rubra, lata, rotunda, vel lituræ circulares in cruribus apparebant; sicque natura saltem & pituitosum humorem ad crura spontè propellentem, commode satis rursus vixerunt. *Helvigi.*

Scholion Schroëckii. Quod in anteced. Scholio de hypochondriaca adfectione, in hoc de lue Venerea moneo, videlicet cum hac quoque Scorbutum quandoque jungi, sæpe tamen ob symptomatum quorundam, ambobus communium, præsentiam & similitudinem, quæ Charletonis judicio, vel expertissimis Medicis alterius ab altero perdifficilem reddit distinctionem, aut ut Severin. Eucalenus in Epist. dedicat. tract. de scorbut. habet, qui agrè, nec nisi à probè exercitato circa utrumque Medico distinguuntur, incautionibus (de indoctioribus nil dicam) imponit, ut luem veneream adesse credant, quam scorbutum rectius vocarent. Damnosam autem esse confusionem istam, Hochstetterus noster decad. 7. observat. med. cas. 10. monuit; si scilicet scorbutus, adinstar morbi venerei, turbetho minerali, inunctionibusque mercurialibus curetur: Mercurium nempe morbi hujus esse hostem, ex Hartmanni Praxi chimiatr. atque severè admodum in tales Medicos Forestum (lib. 20. observ. med. 11. & 12.) invehit, advertens. Talismodi, & quidem barbitonioris, Scorbuto la-

borantes suffragio ex cinnabari curantis mentio fit lib. 3. Consil. & epist. medic. sect. 1. Gregor. Horstii, ubi Archiater Saxonicus, Dn. Georg. Faber, Matronam honestam scorbuticam, ac si gallico morbo fuerit infecta, falso ab illo tonsore traductam, conqueritur. Alia autem inter signa (ut propius ad præsentem Observationem accedam) efflorescentes in cruribus maculæ certum imprimis præbent scorbutum indicium, ut iis concurrentibus, de morbo hoc dubitare velle, summæ esset inscitæ notæ. Ast felices Regionibus, quibus ignotus rarusve est dirus & contagiosus ille adfectus! Cujus etiam in Patria mea rariora occurrunt vestigia; non tamen planè ignota, quamvis præteritis annis sat atrocis, notante id, præter experientiam, præfato Hochstettero, qui in Nosocomio publico & Orphanotrophio, quorum constitutus fuerat Medicus, plurimos taliter adfectos percuraverat.

Tumoris & exanthematum crurum in scorbutico in tempestiva curatio letalis.

R. P. L. F. studiis & scriptis nimium intentus, continuo per plurimos annos, ex consuetudine, sine legeret, sine scriberet, erectus stetit, quoad posterioribus annis humores excrementitii serosi ad crura sese vergebant, & coæscervabantur, & plerumque sub æstivo tempore exanthemata, seu maculæ latæ, rubræ, subcæruleæ in cruribus illi, citra ardorem notabilem, tumorem, aliamve molestiam erumpebant; quocirca præmonitus sæpè à me & aliis Medicis, ne Naturæ spontè se exonerantis beneficium impediret, emplastris & unguentis cutis poros occluderet, atque humoribus retrusis aliud graviusque malum causaret. Verum ille ætatis tunc penes septuagenarius, ex imaginatione hypochondriaca sphacelum metuens, Medici cuiusdam curæ se submisit, exinde per plures septimanas, circa omnem medicaminis interni usum, nec universalibus præmissis, cruribus autem quotidie & continuo emplastratis, atque multis linteis involutis, exanthemata intro recesserunt, ac poris penitus oppilatis, crurumque cute, marmoris instar, lævigata, humores serosi, salii, acres regurgitantes, & caput petentes, ægro dolores capitis obrutos cum vertigine causarunt, atque brevi tempore post inter labores literarios catarrho suffocativo subito obrutus ille ad patres abivit. *Helvigi.*

Scholion Schroëckii. Cum Auctor in præced. Observatione lituras & exanthemata scorbutica plerumque bonum præire signum notaverit, in hæc jam in tempestivam eorundem evanescionem vel repressionem letalem esse, ostendit. Scilicet Natura à vitioso & corrupto sanguine gravata, eundem quovis modo à se depellere conatur, atque ignobiliores ad partes illum protrudere imprimis solet: quo itaque violentè in venas retroacto, non potest non novas in massa sanguinea ebullitiones & corruptiones excitare, haud secus ac in aliis quoque corpore efflorescentiis, morbillis, scabie &c. serosi humores intempèstive repressi, maximum in periculum laborantes conjicere solent. Neque præpostere illi curæ ut Medicus insistat, tantoperè urget adfectus, præsertim cùm absque singulari incommodo diutius quoadque circumferantur; id quod *Dan. Sennertus cap. 3. tract. de scorbut.* confirmat exemplo Viri, qui per annos triginta crura ejusmodi maculis colorata habuerat, de dolore tamen insigni non conquestus; ubi etiam maculas istas, quas *Paracelsus* sub nomine *concienciae* describit, non multum ab his scorbuticis differt, judicans, sine exulceratione ad annum 30. aut 40. eas durare, ex eodem admonet. Imo reliqua cura, internoti remediis convenienter usu

usu ritè peracta, & sanguini debita erasi atque puritate restituta, maculas istas sponte evanescere, Præfici norunt.

De Vermicularis herbæ viribus & præcellentia in Scorbuto.

Vermicularis herbæ in Icorbuto virtutes, de quibus simul loquebamur, tam insignes in præmemorato bello deprehendi, ut illam, si non omnibus, nonnullis saltem adeo decantatis antiscorbuticis palmam præcipere, certus sim, dummodo ab usu ejus vomitus, quem excitare in dispositis solet, sequatur. Magnum enim morbo isto laborantium, & diversorum gravissimorum symptomatum syndrome ferè pessundatorum militum numerum, per Dei gratiam, feliciter restitui, paucis admodum, quos, ante meum adventum, per totam hyemem miserè afflictos, & morti vicinos, ipsa salus, ut Comici verbis utar, quamvis maxime voluisset, servare non potuisset, amissis.

Curabam autem herbæ ejus, mundatæ & lotæ manipulos octo in cerevisiæ veteris libris octo, vase tecto: ad medietatis consumptionem, ebullire, & singulis, vel, si vires id non ferrent, alternis diebus, jejuno ventriculo, decocti ejus tepidi haustum, (trium quatuorve unciarum) exhiberi, ac optatum semper eventum deprehendebam, hoc saltem observato discrimine, quod facilius & copiosius vomentes reliquis citius sanitatem recuperarent.

Quibus gingivæ corruptæ erant, aut dentes vacillabant, quod omnibus adeo erat commune, ut nonnullis septem, novem, imò undecim dentes, decidissent, decocto hoc calido, in quo alumen crudum, & mel rosatum, arbitraria quantitate, & pro affectus exigentia, soluta erant, sæpe in die os collui jubebam.

Quinquaginta, & plures, contracturas genium fortissimas, & talorum ad poplitem retractiones, passî, decocto hoc simplici, aliquoties propinato, & herba cocta, ac expressa, rigidis in poplite nervis calidè sæpius applicata, fasciisque, ne decidere posset, alligata, Deo benedicente, brevi convalescebant.

Ulcera tibiæ sicca, difficulter aliàs curabilia, post usum ejus internum, simplici decocto elota, iterata, herbæ in cerevisiâ coctæ, applicatione, nullo negotio sanabantur.

Reliqua etiam accidentia, præmissa hæc hujus exhibitione, convenientibus remediis facillè cedebant. *Bernhardi Belovv.*

Raphani vires in Calculo & Scorbuto.

Notior est Raphani rufficani apud nos virtus, idcirco pauca attexam. Cum raphanus quicumque (differunt enim secundum magis & minus) incidendi vi polleat, calidus enim in tertio & siccus in secundo gradu censetur Galeno lib. 8. simpl. Med. fac. c. 74. Æginetæ l. 7. de R. Med. Oribasio l. 15. Collect. Medic. in Calculo tamen & Scorbuto istam clarius exferit. In pellendo calculo Aquam raphani commendat Rulandus Cent. 1. Curat. 44. & Cent. 4. Cur. 63. Imò in disuria Raphanorum decoctum in balneo suadet, & ingressu in balneum vitæ totam præputio retracto in raphanum majorem excavatum immittit. In extremo cataplasmate ejusdem usum probavi. Adde historiam mihi quondam à *Samuele Keckelio* Mathematico insigni, & Nobili Bohemo, communicatam. Judæus quidam Pragenis pignore cum cive Prageni contendebat, non posse illum mensis spatio ova seu sorbitia seu dura sine ingesto potu comedere. Vicit Judæus, nam elapsis aliquot hebdomadis de ven-

tricoli dolore cepit conqueri alter. Ex mortuo inde & per Anastomen aperto veniculo extractus fuit calculus pellucidus benè magnus cœruleus. Filius in rei memoriam ex hoc lapide paterno manubrium cullello suo aptavit, quod cum forte aliquando in cœna Raphanus (*Rady*) inter fercula appositus tetigisset, frustulum ex manubrio dissolutum fuit. Rei novitate attonitus filius, succum Raphani ulterius aspersit quo reliques manubrii particulas resolvit. Certo hoc experimento animatus cum Judæo, horum ignaro, de majore pignore contendit, & cum post ovi sorbitionem semper raphanum assumeret, victor Judæi crumenam eruit. Id secretum casus detexit, cujus veritatem experientiæ ulteriori committo, memor moniti Galeni, cujus aurea sunt verba lib. 6. de tuend. Sanit. cap. 14. Experientia normæ vice semper habenda est eorum quæ excogitaveris; nec scribendum pro utili quicquam est, quod non sis expertus: nisi tamen hoc ipsum testeris, non esse tibi adhuc expertum. De raphano sylvestri seu rufficorum certa est apud nos experientia in scorbuto pellendo, quem vino vel cerevisiæ vulgus nostrum infundit sperato successu. Eundem aquæ suæ scorbuticæ miscuit beatus D. Olaus Wormius, patriæ lumen immortale, quæ in officinis nostris proflatur multorum votis expecta & probata. In vigiliis laudatur quoque ejus usus. Nuper Matronæ Nobilissimæ Hystericæ & Scorbuticæ, cum Laudanum exhibere vetaremur, plantis pedum contusus raphanus, ruta & matricaria mistus, suppositus & alligatus somnum conciliavit, exhibitio tamen simul Extracto Anodyno Hildani, temporibusque inunctis Unguento Ioponitico. Nam ex Hippocrate l. 2. de Diet. raphanus ὑγραινός sed cum ἰσχυρῶντι. Pro maturando ferro delatatum ex radice raphani & lumbricis terrestribus conficiunt curiosi. De causa curiosiores circumspiciant. Raphanum aceto mistum brachio interiori imponunt mulierculæ quædam in doloribus dentium, non sine levamine. *Thom. Bartholini.*

Scorbuti remedium Groenlandorum.

Chirurgicas Observationes centum reliquit Tytopographo nostro excudendas Hermannus Nicolai nostras, antequam Hafniâ cum navibus Societatis Indicæ discederet. Raræ illæ & curationibus laudandæ, ideoque in Latinum sermonem translatae ab Henrico Creutzfeldio Medicinæ Studiose erudito. Unius tantum hic meminisse expediet, de Gronlandico Scorbuto Observat. 97. Cum bis oras Gronlandicas lustrasset, didicit iniquum remedium scorbuti, quo Groenlandi tanta vehementia infestantur, ut omnis membrorum motus ipsi cenegetur. Nimirum cochleariam & acetosam ita copiosè in Insulæ Ursorum monte *Tafelberg* dicto provenire vidit, ut gressus viatorum impediant, sed semper junctas plantas esse & vicinas, quia seorsim sumi non debeant, ne singulæ per se sumptæ detrimentum afferant, quippe alteram sale volatili, alteram acido turgescere, ex quarum mixtura intermedia qualitas exsolvitur. Modum autem eas assumendi in Gronlandia hunc esse usitatum, ut Rhangiferorum vel avium carnem recentem cum avenacea vel hordeacea piisana excoquant, ejusque brodium his herbis scorbuticis coadiant, unde insigne alimentum medicamentosum emergat, cujus esu ita laxari alvum, evacuatis humoribus corruptis, ac si medicamentum catharticum hausissent, moxque quasi renatos convalescere. *Idem in Actis Hassniens.*

Macula Scorbutica in sinistro hypochondrio.

Anno 1669. die 21. Januar. Textor hoc loco, natione Saxo, cum olim jam affectu hypochondriaco fortiter laborasset, denuo querebatur se dolorem in sinistro hypochondrio pati gravativum, cum maculis quasi pulicariis scorbuticis, quas per aliquot dies in solo isto climate observarat. Adhibitis aperientibus martialibus dolor ex sinistro in dextrum conversus latus, sed continuato usu brevi ille una cum maculis evanuit. *G. Wolfgangi Wedelii.*

De spiritu essentificato Nasturtii Sylvestris contra Scorbutum.

Novo hoc remedio antiscorbutico aucta nuper fuit medicina, cujus occasionem dedit Daniel Prottenius Medicinæ Candidatus eruditus, qui cum extra mœnia Hafniensia & ubique ferè in trivii copiam nasturtii hujus Sylvestris, sive thlaspiis provenire videret, & odore & sapore scorbuticum esse remedium facillè perspicuus, cœpit consilia sua cum Beckero Pharmacopœo nostro industrio & curioso communicare de spiritu essentificato ex tota hac planta quæ ubique in regione nostra luxuriat, conficiendo. Quæ de hoc processu Vegetabili animo pridem conceperat menteque volverat, festinante calamo, 1. Maji 1672. consignavit ad Beckerum, tribus operationibus absolvenda, quas ita ipse persequitur:

Prima Operatio.

R. Nasturt. Sylv. Thlaspioid. c. toto libras præter propter 40. vel 50. vel qu. v. è quibus sine ablutione (ne aliqua particula salis volatilis, qui quam maximè in antiscorbuticis requiritur, avolare queat) s. a. incisæ & parum contulsæ, statim extrahere more solito in MB. aquam; quam, post absolutam totius tuæ materiæ vegetabilis destillationem, in vase vitreo optimè clauso, ad usum quem tibi postea aperiam, cella reponere, una cum suo oleo supernatante, si forte illius pauca quantitas adsit, quod etiam separare ab Aqua, & separatim custodire poteris. Deinde R. relictum Caput mortuum, & ex illo exsiccatum, combustoque & in cineres redacto, ut artis est, cum proprio lixivio, nempe antedicta aqua, salem confice, quem etiam poteris ad sequentem usum, ut brevi audies, bene custoditum seponere.

NB. 1. Hæc jam dicta operatio potest statim incipi circa finem Aprilis vel Mensis Maji principium, antequam herba tua nimis caulescat; & dum major vis adhuc sit comprehensa in radice, quæ tunc temporis suo principio nempe semini est magis vicina.

2. Cineres quoque qui post salificationem ante memoratam remanent, certo loco exsiccatos ad usum aliquem & fructum non contemnendum reservari poterunt, quem forte alia vice intelliges.

Secunda Operatio.

Circa finem Maji, vel statim in principio Junii, quando nempe dictum vegetabile Thlaspioides floribus sese induit, Recipe iterum ejusdem libras 40. vel 50. cum toto, illisque statim sine ablutione incisæ & parum conquassatis, inde in vas aliquod ligneum, & quidem quernum, (quod fermentationi magis videtur aptum) & super infunde aquæ antea ad hunc usum destillatæ q. s. atque reponere optime vase clauso ad fermentandum. Ad facilitan-

dam autem hanc fermentationem, recipe salis ante facti q. s. tere & solve in s. q. Aquæ sæpius dictæ, huncque liquorem salinum loco fermenti commisce materiæ, fermentandæ, eamque cochleari vel baculo bene invicem misce, facque ut omnia stent in hac fermentatione per diem saltem & noctem, ne per diuturniorem moram materia, anima sua, nempe sale volatili omnino privetur.

Tunc ordine & decenter institue destillationem s. a. oleumque, quod una cum aqua ascendit, per vitrum separatorium sejunge, & optimè serva. Totiesque hunc destillationis actum repete, donec tota fermentata materia destillata sit, totiesque separa oleum ab aqua & separatim omnia reponere.

Deinde recipe iterum hanc materiam semel destillatam, mistam cum æquali pondere recentis hujus plantæ incisæ contulsæque, cumque illa denuo institue fermentationem per effusionem omnis aquæ, quam ab illa per antecedentem destillationem extraxisti; & loco fermenti rursus adijce s. q. liquoris tui salini, quem per solutionem salis tui triti, ut antea dixi, conficere poteris. Quod fermentum ut eo melius in actum deducatur, poteris etiam adjungere succum ex recenti nostra planta expressum, cineres itidem post salificationem relictos vel ex planta exsiccata ac combusta denuo factos. Hæc omnia diligenter invicem commista in vasa bene custodito ne salis spirituumque volatilitas abeat, loco apto ad fermentandum reponere, donec materiam tuam videris fundum petere: Tunc satis per fermentationem apta facta erit ad subtiliores & volatiliore sui sulphuris atque salis Mercuriique portunculæ relinquendas; quippe tunc horum vinculum naturale per propriam naturæ clavem referatum est. Quo viso confestim superiora cum inferioribus bene move, totamque tuam materiam aptissimam, per refrigeratorium decenti calore (ne spiritus comburantur vel usionem sapiant) destilla, atque statim spiritus vegetabilis tui ascendit, quos tam diu elice, usque dum pituita sequatur: Hanc iterum operationem tandem continua donec tota tua Materia sit destillata, oleum, si adjunctum videas, s. a. separa, & priori adjungendo serva: Postea munda vesicam & refrigeratorium nova aqua gelida imple, inque eam omnes tuos spiritus phlegmate adhuc abundantes, lento regimine ignis rectificas; eosque crebrius repetita rectificatione super novas ac recentes herbas semper facta in igneam vel ardentissimum alcohol sive spiritum redige, qui nihil phlegmatis admixtum habet: Id quod melius postea procedet in balneo per alembicum; reiteratio autem & alcoholisatio spirituum potest fieri in vasis vitreis. Fortissimos istos spiritus omnes collige & bene custodi, nec tamen phlegma relictum abijce, sed ad alium usum mox indicandum reponere.

Deinde ex capite mortuo materiæ fermentatæ & destillatæ solito more per supervacaneum illud phlegma, quod post abstractionem spirituum remanebat, institue rursus salificationem; & si sal hicce prima vice nondum satis sit purus, solve cum denuo in antedicta aqua propria, filtra & in cristallos puras splendidasque coagula, quousque ad justam albedinem redactus sit. Hujus salis bene siccati & triti recipe partes omnes, easque adde spiritibus tuis rectificatissimis inque subtilissimum alcohol redactis, stent simul in digestionem vase bene obturato & clauso, postea fiat spirituum iterata abstractio in Balneo per vasa vitrea, sicque spiritus tuus volatiliorem & subtiliorem salis fixi partem secum auferet, & phlegmatis reliquiæ, si qua adhuc forte quædam, spiritui admixtæ fuerint, in sale fixo remanebunt quasi in captivitate ibi redactæ. Hoc verò sal fixum iterum exsiccatum per impositionem in Vulcanum, separa-

ratim potest servari. Spiritus autem alcoholisati in vitris optimè duplicata vesica munitis debent custodiri, usque ad tempus conjunctionis, quæ postea sequetur.

Tertia Operatio, solum ob copiam olei instituenda.

Si verò ex secunda tua operatione sufficientem quantitatem olei (quæ ad conjunctionem hancce juxta proportionem Mercurii, Sulphuris, & Salis requiritur) forsitan nondum accepisti; tunc hujus compensationem habebis hoc modo. Recipe eo tempore quando herbæ tuæ flores spermatici facti sunt, seminaque per hiscentes hiantesque siliquis decidere incipiunt, ante memorati tui vegetabilis, una cum siliquis istis semine refertis, vel si habere tantam copiam poteris mandatorum seminum quantum necesse est, & ex illis secundum artificium fac oleum, quod desideras: idque præcedenti tuo oleo adjuuge; sicque habebis tres desideratas vegetabilis tui partes, nimirum Mercurium in Spiritibus, Sulphur in oleis, atque Sal tam volatile partim oleo, partim Spiritibus adjunctum, quam fixum ex cineribus n. p. confectum. Potes etiam Sal essentielle, ut vocant, ex succo hujus plantæ componere, & addere in conjunctione.

Hæc autem conjunctio sive vinculum trium dierum principiorum, meo quidem judicio, ita potest institui, si nempe partibus duabus spiritus nostri alcoholisati addatur pars una olei destillati nostri, sic enim arbitror quod igneus iste & concentratus spiritus seu Mercurius facile proprium suum sulphur s. oleum suamet ipsius naturæ adjuungere & quasi unire queat, sicque ex hoc naturæ matrimonio horum trium nempe Mercurii, Sulphuris & Salis volatilis necessario in Oleo & Spiritibus existentis procreabitur Medicamentum Anti-scorbuticum Triunum simplex nominandum. Si jam Sal fixum in hac copula etiam ingressum acquirere posset, [quod tamen haud facile fieri posse video, eo quod spiritus nimis alcoholisati propter defectum omnis pituitæ, nequeant fixitatem salis fixi resolvere,] tunc sane perfectioris hæc medicina foret efficacia; Quam tamen rem accuratissimo Naturæ per Veram Chemiam scrutatori Dom. Beckero Pharmacopolæ Regio, Amico meo, integerrimè committo, qui hujus conjunctionem minimè desperat.

Operi huic se postea accinxit laudatus Beckerus noster rogatu Dn. Prottenii, qui suo modo processum instituit & ad optatum finem perduxit, sicut ipse profitetur in Discursu, quem mihi exhibuit inter Acta nostra Medica recensendum. Ita autem ille, me interprete, loquitur:

Spiritus Nasturtii Sylvestris vulgari modo confectus non est, qui cum facibus vel vini vel cerevisiæ conficitur. Et quia sequenti modo pauci spiritus proliciuntur, 400. libras herbarum cum radicibus sumpsi, concisas & contusas magno vasi indidi, injecta aqua calente. Deinde ex planta succum expressi in quo sal essentialis latet, addidique illi plantæ quæ ad fermentandum destinatur. Aliam copiam ejusdem plantæ exsiccatam in cineres combussi, in quibus Sal fixus continetur, alterique fermentandæ miscui. Nam hi duo, sal nempe essentialis, & sal fixus in liquore uno mixti, fermentationem provocant. Post fermentationem, Spiritus per distillationem collegi & rectificavi. Quamquam spiritus iste bonus sit & per se adhiberi possit; tamen ad augendam vim antiscorbuticam, & ut appellari commode valeret Spiritus Essentialis, (vel potius quinta essentia, quia ex quatuor speciebus quintum emerit, rursusque in unum

redigitur,) sal essentialis purum, uti & oleum & sal fixum admiscui. Spiritus quidem aliquid ex oleo in distillatione secum duxit, sed quia id mihi sufficere visum non est; ex feminum libris 8. Oleum confeci, siquidem planta superfluum nihil de lit. Oportet quoque ut Spiritus cum sale fixo prius conjungatur, antequam oleum superaddatur, quæ quidem duo contraria sunt, spiritus nempe volatilis & sal fixus, mediante tamen sale essentiali conjuncta sunt, & conjungi possunt. Quod de Nasturtio sylvestri diximus, idem de Spiritu cochleariæ essentiali a me factum, quia notior est cochlearia & vulgarioris usus, quam nasturtium sylvestre. Quamquam etiam nobis sunt Beccabunga, Trifolium palustre, &c. commodius tamen ex supradicto nasturtio sylvestri & cochlearia conficitur hic spiritus essentialis, quia & gustu & odore prioribus præferuntur, nec ex illis oleum confici potest, cujus primæ hic partes, quippe cui & odorem & saporem res omnes debent. Cujusque spiritus nasturtii & cochleariæ dosis est j. in vino exhibenda. Cavendum ne alia mixtura admisceatur. Nuper spiritui huic mixtura simplex adjecta, turbavit medicamentum, nam Spiritus herbæ Spiritum vitrioli statim susceperunt, relicto sale quem Spiritus plantæ continebat. Alioqui in omni aqua exhiberi potest, in vino, spirituque vini. Commodissimum videtur vinum, idque frigidum; Nam in calido liquore si miscetur, citò subtiliores spiritus evaporabunt.

Spiritus ante Conjunctionem & sal essentialis & fixus, uti & oleum à D. D. Casparo Kölichen, Urbis Hafniensis Medico Ordinario visum fuit & approbatum.

Novum, sed utile pharmacum scorbuticis præscripti nuperimè, qui cum voluntate eo usi, commodum non leve experti sunt. Exhibui verò cum aqua scorbutica beati nostri D. Olai Wormii, quæ in officinis nostris prostat, reliquisque palmam præripit. In hinc scorbuticis Prottenius quoque medicamenti efficaciam deprehendit. Et post hæc plurimorum experientia nobilitabitur. Deo sit laus pro medicinæ domesticæ incremento. De tota verò hac planta ejusque medicina Dissertationem laudati Prottenii Viri Clarissimi & Floræ Amalii expectamus. Thom. Bartholini.

Scorbutus desperatus.

In prædio Aastrup Magni Viri D. Petri Seavenii Affinis, & Collegæ nostri, desperato scorbutico decubuit Jacobus Richter, totamque hyemem in lecto consumpsit pedibus tumidis & asseris inflatis, & ad motum profus ineptis. Accessere alia gravissima symptomata, quæ extrema minabantur. Sitis ingens, hypochondriorum tensio, spirandi difficultas maxima, oris gingivarumque tumor, fætor, nigredo, & circa radices dentium in faucibus fungosæ vesiculæ nigricantes gangrænaeque vicinæ solidorum ciborum deglutitionem impediennes. Ictericam nigram externus cutis & faciei color prodit, melancholica constitutio & lien affectus. Ut utriusque morbi communem radicem agnoscamus. Molesta homini huic omnia erant, sed præcipuè oris graveolentia & odiosæ vesiculæ fungosæ, quæ citius succrescebant, quam recedebant, & famelico sola potulenta & juscula sorbenda concedebant. Hippocrati lib. 2. Prædict. & Celso l. 2. c. 1. in magnis lienibus hæc oris vitia notantur, quasi morbus scorbuti esset tum notus, non nomen. Longa fuit curationis series, morbo aptanda. Imprimis præmissis blandis evacuationibus ex sena, & humorum præparationibus, anti-scorbutica præscriptis, Aquam

Aquam Scorbuticam Wormi cum Spiritu essentiali nasciturii sylvestris, qua sudores elicit, os proluit, & pedes inunxit. Fungosas vesiculas dentium forfice resecat Chirurgus, mandatas melle cum Spir. Vitrioli &c. sed sæpius iteratus iste labor fuit repullulantibus vesicis. Ad inhibendam putredinem aquam marinam cum absinthio decoctam suavi non sine emolumento. Ante solstitium vernum quasi crisis insurrexit morbi chronici natura emergente. Fermentum enim melancholico-scorbuticam ita ex liene ebullit, ut vel vaporibus, vel diaphragmatis compressu suffocatio timeretur. Solent ita Scorbutici pausam vitæ facere. Ego cordialibus fortioribus roborandam naturam censui, quibus & vita sustentaretur, & deservesceret impetus humorum, non neglectis enematis. Ita victrix natura sensim in integrum restituit conclamatum Virum, mundavit gingivas, usum pedum reddidit, ad hunc diem sanum conservavit, Deo consiliis nostris favente.

De Remedio sympathetico antiscorbutico.

Specialis & singularis meus amicus non solum pruritus externum cutis, sed & multas maculas in cute sentiebat, simul etiam ex hinc inde subortis doloribus vagis. Malum scorbuticam subesse ratus, petiit remedium externum, quoniam abhorrebat ab internis. Insistens vestigiis Lupii & aliorum de sympathia scriptorum, suavi, ut cani lincturam pedum & cutis permitteret. Paruit. Octo septimanis elapsis de die in diem sentit levamen. Canis autem totus fit scabiosus. Quod quia plures nostræ civitatis jucundo hoc spectando se delectantes adhuc sciunt, ulteriori probatione non indiget. Canis deinde, sæpius internè applicato Merc. dulci, & externè bene lotus, sanus evasit.

Æquè tale exemplum cum cane in doloribus podagricis expertus sum, quod etiam certissimè possum affirmare, quod eo tempore quo patiens conqueri solet de dolore pedum, canis simul dolores sentit, & tubercula creta podagrica oppleta cum calore præternaturali. Iste canis jam in domo mea sustentatur. *Andræ Cnöffelii.*

Scorbutica per salivationem mercurialem Curata.

Morbos per criticam salivæ excretionem nunquam solvi, rarum non est, multorumque ea in re prostat experientia. Virum magni nominis litteratum ipse novi, cui tinnitus aurium, quo sæpius infestatur, non nisi ptyalismo spontaneo discutitur, cumque alias ob causas Acidulis Egranis uteretur Idem, non per urinarias modo vias, & intestinorum canales, sed etiam per vasorum salivarium copiosam emunctionem suam testabantur efficaciam. Motos hoc argumento Medicos esse nullus dubito, ut & Ipsi reclusis hisce, per Mercurium imprimis, ut masticatoria taceam, foribus hostes morbosos ejicere tentarent, cujus curationis in lue venerea successus invidendus etiam tonforibus notissimus ut hic producat, opus esse non existimo, non minorem tamen inde sperari posse opem in aliis quoque morbis pertinacibus, quod quidem alii etiam jam docuerunt, & exemplis probaverunt, sequenti historia confirmare tentabo.

Puella quedam annorum octodecim, cachexia jam ad hydropem tendente, restituta deficiente mensum fluxu liberata Mense Februar. 1681. Viro nubit, initoque matrimonio post septimanas aliquot sebi quartana intermittente corripitur, non ad eò contumaci, quæ post binos menses remediis convenientibus tractata evanuit, Momentaneum

quasi fuit hoc gaudium, exiguo enim elapso tempore ad antiquum veluti ingenium relapsis humoribus, de aepsia, appetitu prostrato, lassitudine, intensissimis cephalalgis conqueritur, accessitque reliquis novum aliquod symptoma, atroces nempe crurum dolores cum motus impotentia & tophosa in medio tibiæ osse excrementia, mensibus licet in hoc rerum statu ordinem debitum observantibus. Curationem affectus molestissimi per integram hiemem, quo potui, studio maximo sum molitus, eludente conatum morbo contumacissimo, donec ab acidulis Egranis sequenti æstate potis auxilium sensit egregium, absolutoque eorum usu Thermis quoque Hirschbergensibus cum successu insedit. Reversa inde magna cum lætitia ad domesticas redit curas, vixque mensem in iis tranquilla transegit, cum in pristinam relaberetur charybdin, meamque iterum sollicitaret opem. Nescio quid non medelæ tentaverim, nullo profus cum effectu, nisi quod primarum viarum symptomata, ventriculi puta & ei cognatorum viscerum mitigantur aliquantum. Paralyti scorbuticæ dolorosæ cum ob Autumnum ingruentem acidulis & thermis repetitis mederi non possem, præter alia nervina & decocta lignorum recurro, tophitque emplastr. de ranis cum Mercurio aucta hujus dosi, itemque laminas plumbeas, &c. applico, sed nec ita voti damnatus commodè recordor historiæ à *Willis. de Scorbut. cap. 2. p. m. 328.* notatæ, eaque Viri Celeberrimi experientia fretus Salivationem Mercurio excitandam, tanquam ultimum, licet ambiguum, remedium agræ propono. Illa vitæ miserimæ conditionem fastidians, spem inde concipit firmam, & pro valetudine recuperanda extrema subire non dubitat. Die 2. Novembr. 1683. inunctionis initium feci, pergendo, dum Mercur. vivi ʒvi. absumptæ fuere, incipiens ab articulationibus pedum, tandem quoque manuum & brachiorum articulos inungens. Primis diebus, antequam saliva fluere, insignem percepit nauseam, singultum, vomitum pituitæ dulcis & viscidæ, & in locis inanctis hydatides exiguas. Placatis hisce furis stupor dentium, gingivæ intumescencia, & linguæ, cum aponia, salvo tamen ejus motu, & magnam virium debilitatem incipientem salivationem comitabantur, quæ pulsus intra biduum satelibus dictis nervinorum usu ad dies quindecim absque omni tumultu benè succedebat, evacuatis sæpè uno die pituitæ Libris tribus. Tandem hac purgatione defuncta per aliquot adhuc dies decoctum lignorum bibit, sanæque ab eo tempore manens nil quicquam amplius malorum ante infestantium est perpessa. *D. Joh. Burgii.*

De Metastasi Scorbutica singulari.

Scorbutum Morborum Protheum, Larvas suas diversimodè mutare, & Metastasi materiæ peccantis facta, ex una morbi specie in aliam degenerare, abundè quidem ab Autoribus observatum esse legitur: Attamen cum mihi quoque Exemplum contigerit, à cæteris in eo differens, quod præter vires symptomatum intermedias, primus morbi insultus, cum ultimo ejusdem termino similitudinem periodicam habuerit, annotare illud hic libuit. Nempe Vir consistentis ætatis, robustus, vividus, & succi plenus, ad diathesin scorbuticam inclinans, tempore vernali Anno 1682. sentit raucedinem, quam aëri inclementiori adscribens, primum negligit, postmodum autem diuturnos vexantem medicamentis lenire contendit. Assumit varia affectui convenientia pharmaca, & inter hæc lenientia, sudorifera, bechica, anodyna, &

& quæ non alia, sine omni tamen effectu, ita ut tandem medicinæ pertæsus, opem omnem respiceret. Circa mediam ætatem raucedo hæc sponte sua remittere incipit, succedente in locum tussis sicca, difficili respiratione, & cardialgia: pro quorum symptomatum medela Vomitorium haurit, & evacuata ex primis viis saburra copiosiore paulo melius se habet, mox autem novo morbo, nempe tertiana intermittente corripitur. Cùm verò Febris hæc mitior esset, & necessaria sedulo adhiberentur remedia, ab eadem brevi convaluit, nondum tamen sanitati restitutus. Tertio enim post *ἀναψύξις* die, cephalalgia invadit miserum, quæ circa vespere sopita perendi recurrit, & postmodum aliquoties febrili typo repetit, pulsu sub initium Paroxyismi citato, robustoque, sub finem autem ejusdem raro debili ac tenui existente. Nullum & hanc remedium averruncare valebat, præter unicam venæsectionem, qua semel ante Paroxyssum celebrata, dolor omnis in momento evanuit, ægerque per decedendum mediocriter se gessit. Sed brevi hoc temporis spatio emerso succedunt tormina intestinorum adeo atrocita, ut Patiens sibi omnia divelli ac dilacerari exclamaret, & quod se verteret nesciret. Post usum clysmatum carminantium, cinnabarinorum, castoreorum &c. colica hæc nonnunquam remittebat, sed levi de causa recidivabat, tandem autem arthritide per universum corporis ambitum exorta terminabatur, ast miserimo Patientis fato. Hic enim dies noctesque immanissimis doloribus excruciatas, viribus omnibus exolvebatur, & cùm stupor ac formidationis sensus in diversis corporis partibus subsequeretur, ægrè se movere valebat, Paralyti admodum vicinus. Non uno, sed diverso remediorum genere, affectui huic molestissimo obviam ire conatus sum, & cùm tandem, continuato lumbricalium, cæterorumque anti-arthriticorum usui insisterem, insperato accidit, ut secuta larga Hæmorrhagia narium, Arthritis hæc solveretur, & partibus omnibus suis iterum rediret motus.

Imò ab hoc tempore, reliqua etiam symptomata remittere incipiebant, ac Patiens ex incommodo valetudinis adversæ emergens quotidie plus roboris assequabatur; tandem tamen raucedine prima afficiebatur, qua post mensuram spatium curata, nihil amplius mali sentiebat, & sic periodo certa absoluta sanitati pristina restituebatur. *D. Caroli Ohmb.*

De Exanthematibus Scorbuticis.

Ut morbus ipse scorbutus mutabilis est, sic signa ejus, alias pathognomonica, maculae variant, & diverso stigmatum genere, partium corporis cutim fœdare solent. Nam ratione coloris modo citrinae sunt, modo obscuræ, modo purpureæ, lividæ aut nigrae; ratione magnitudinis nunc pulicum morsus vix superant, nunc latiores sunt, & in totas tibias, teste Eugalen. d. scorbut. p. m. 7. diffunduntur; ratione intumescentiæ, ut plurimum vix ultra peripheriam cutis evadunt, interdum autem, vel in tumorem ad Elephantiasin accedentem, annotante eod. Eugal. l. d. vel in vesiculas tympha repletas, vel in excrecentias glandulosas, quod Hungaricæ morbo endemio Tschemer dicto referente Geiger. in Microcosm. Melanchol. p. 11. familiare est, atolluntur. Et exemplum simile macularum ejusmodi à vulgaribus discrepantium, ante triennium observavi, quod, una cum totius morbi historia annotare hic liceat. Juvenis 22. annorum ex itinere redux, autumnali tempore sentiebat horripilationes pandiculationesque periodicas, quas sequebatur fe-

bris tertiana, in principio quidem mitior, postmodum autem tam atrox, ut frigus ad unam alteramvè, calor verò ad plurimas extenderetur horas. Cùm quo progressu morbi varia etiam symptomata accumulabantur, in specie vomitus & diarrhœa, qua utraque excretionis specie materia copiosa nigra eiciebatur, tanta gravitate adstantium vires feriens, ut omnes, præter unicam matrem, ægrum derelinquere cogentur. Reverso tertio aut quarto paroxyssimo in ambitu corporis, maxime verò circa pectus & dorsum maculae erumpent purpureæ, quibus jungebatur calor insignis & delirium, vomitu & diarrhœa paulisper remittentibus. Vocatus ex eruptione hac subitanea, imprimis post sedatum vomitum & diarrhœam, Metastasin materiae judicans, diaphoreticum præscribo: quo assumpto patiens sudore totus disfluebat, & *ἀναψύξις* facta mediocriter se habebat; imò, cum subsequente novo Paroxyssimo idem repeteret, febrem experiebatur benigniorem, sine omni delirio aut alio graviore symptomate; maculae autem non amplius rubebant, sed lividæ erant, instar grossi argentei magnæ, & cum augmento caloris adeo extendebantur, ut sub variolarum forma, sero resertæ turgescerent, circulo livido circumscriptæ. Cæterum exanthemata hæc per integrum Paroxyssimi tempus conspicienda sese præbebant; finito autem eodem sensim disparere incipiebant, cum alio novo reditura; donec tandem continuato sudoriferorum & antiscorbuticorum usu, una cum febre, penitus evanescerent, & correctæ dyscrasie massæ sanguineæ patiens pristinae sanitati restitueretur. *D. Caroli Ohmb.*

De Purpura Scorbutica.

Limitaneus terminus sanguinis cutis est, litoralem ejus motum sustinens, quo ductus, revehi placidiore alveo gaudet, ut novis resectas viribus redire denuo & adeo repetere cursum suum possit. Non mirum ergo est ad litus hoc evomi quicquid spumofarum sordium liquori vitali nuptum est, & quisquibus hæc testari de ipso humoris stato. Ast tam tenera simul est hæc tunica machinæ corporeæ spirabilis, ut appulsu occurrentis aëris, ceu turbine quodam, tumultus aestusque hic etiam excitentur, insigni testimonio, quàm prona in quovis motu purpurata unda sit.

Non dicemus jam de purpura illa puerperis ferali, nec de mitiori illo genere, quod ebullitiones sanguinis & seri volatilioris consequitur, exasperatis salinis particulis & in poros ruentibus, ibique fibrillas tendentibus glandularum subcutanearum, ut asferina cutis & tamen exæstians seu inflata videatur, consopito facile malo, vel à solo frigido aëre admissio, vel temperatioribus præcipitantibus fluctu illo residente.

Studiosus Prussus cum in vicina Academia quartana annua laborasset, liberatus tandem reportavit has mali reliquias, vix enim citra ullum sui characterem ut plurimum abire solet, ut dolore hypochondrii dextri laboraret, & purpura scorbutica, non prius conspicua, quàm ubi in publicum prodiret. Sic enim vel levi frigore afflatus, in manibus, facie & corpore adeo reliquo tubercula emergebant, ut inflata videretur cutis. Non opus est recensere huic malo opposita anti-scorbutica varia, quæ quidem mitius reddidere malum, non tamen intra illud, quod aderat nobis, tempus perfecte abigere valere. Ipse à primis juventutis annis dulcibus & saccharatis aduetus erat, quibus sanguinem collutularat. Quartana vero detentus, nimis saporiferis fatigatus, malum hoc sibi accersiverat, stomachi debilioris una & habitus teneri,

Cre.

Credibile est rarioris texturæ sanguinem, salibus utique acidis nimium deturpatum, fluxiliori hinc reddito sero, tum à frigore externo quovis, tum raro habitu corporis, in poros extimos illapsum quasi coagulatum, & in motu suo impeditam explicuisse acrimoniæ suæ spicula, ut non aliter, quam urticis percussa cutis conspicienda esset. Adeoque plura scorbuti sunt inquinamenta, plurima consecraria mala. *D. Georg. Wolfgangi Wedelii.*

De Digno Scorbutico.

Gerardus à *Lienbergen*, Juvenis 22. annorum, temperamenti ut videbatur temperati, per duodecim septimanas excreverat quadam carne, sanguinea, ingenti satis, indicem sinistræ manus occupante laboraverat, varii generis adhibita mediâ, at sine ullo successu.

Vocatus ego aliam Sarcomatis hujus causam observare non potui, quam putrefactum unguem; excreverat hinc Mercurium applicavi præcipitatum, at frustra; aqua Mercurialis adhibita incrementi magis quam decrementi causa fuit. Quæcunque hinc in usum ducebantur nihil omnino efficiebant.

Tandem, re omni accuratius considerata, hanc adeo unguis putredinem, levior enim erat, quam humorem scorbuticum mali hujus causam constituisse placuit, temperamentum hominis nil tale licet suggereret. Præparari itaque curavi apozema ex Cochlearia, Becabungâ, Trifolio aquatico, Naflurtio aquatico, eoque utatur quotidie suavi; vix dies unus alterve præterierant cum ex usu hujus Decocti & Tumor minueretur & applicato Unguento Ægyptiaco integrè restitueretur æger. *Jobus à Meekren in Observationibus Medico Chirurgicis.*

Anatomica Inspektiones.

Scorbutici Jecur scirrhosum deprehensum & uberissimum, Lien maximus, Vasa mesenterica oblitterata.

Vir consistentis ætatis, constitutione corporis melancholicus, adeoque habitu corporis squalido strigosoque, alvum habens adstrictiorem, urinasque mingens biliosas, saturate more febrientium rubentes, frequenterque corruptionis putredinalis notas exhibentes, ructibus ventriculi, sputatione cruenta, sanguinolentia gingivarum per annos aliquot afficitur, interim aliquoties alvi fluxu sanguinolento, semel etiam febre continua, præeunte tumore in inguine, tandemque anno superiori intumescencia ventris atque pedum hydropica; superveniente prehenditur. Quamquam autem convenientibus mediis, imprimisque curatione ad scorbutum appropriata, dicta symptomata lenirentur, ita ut per præcedentem ætatem optime sibi valere videretur; nihilominus brumali tempore appropinquante, recidivæ signa sese ostendebant, donec sub finem anni 1627. subito vomitus sanguineus, cum dejectionibus nigris, picis instar, invaderet, quo symptomate per triduum continuante, viribus pedetentim consumptis, 29. Dec. naturæ debitum persolvit.

Abdomine aperto, mox ventriculus & intestina inflata, nec non nigricantia sese offerebant, interius atramento quasi futorio oblinita: Renes & pulmones naturaliter sese habebant: Jecur totum scirrhosum ac tuberosum interius atque exterius erat, nec quicquam vasorum vel sanguinis exhibebat: Lien vero triplo major quam i. n. esse solet, optime sanus conspiciebatur: parenchyma Jecoris colore saturate rubeo, nec non substantia carnosa te-

Tom. IV, Part. II.

ferens: Mesenterium satis glandulosum atque tuberosum & crassum occurrebat, vasis mesaraicis, ob sanguinis ad partes ventriculi atque intestinorum effusionem, oblitteratis. *G. Horstius Tomo 2. lib. 9. observ. 4.*

In Scorbuticorum & Hypochondriacorum penitioribus Lienis meatibus, & lateribus arteria Splenica & celiaca, materia multa tartarea & sabulosa adhaerescens reperitur.

Materia sabulosa, cui serum vehiculi vices obit, in penitiores lienis meatus illapsa, & exinde arteriæ splenicæ ac celiacæ infusa, earundem lateribus, tartari more adhærescit & agglutinatur. Uti observationibus, per anatomicas scorbuticorum & hypochondriacorum sectiones factas, compertum sæpenumero habuimus. *Gualterus Charleton Diatriba de Lithiasi cap. 4. sect. 2.*

Scorbuticus hepar vitiatum habuit.

Raro fit quin Lien maxime afficiatur, quamquam in Domino Assendelphio, Hollandiæ Præsidi [ut nos conspeximus] hepar maxime affectum fuit: nam in dextro crure etiam plures maculas magisque variegatas habebat. *Forestus lib. 20. observ. 11.*

Scorbuticorum Omentum sæpe vitium contrahit, ut & Mesenterium.

§. 1. In Scorbuticis admodum friabile & nonnunquam lacerum evadit Omentum. M. Beale, generosus hypochondriacus & scorbuticus, ab aquis Tunbringensibus, quas incassum hauserat, rediens subito diem suum clausit:

Cadavere aperto, Omentum nigricans, laceratum, friabile & fere putridum, & pinguedine destitutum inveniebam, plurimis quoque in locis infra umbilicum peritonæo adhærebat, venisque nigris & turgentibus, certis obstructionis indicis, scatebat. *Warthon Adenographie cap. 2.*

§. 2. In illis qui ex Scorbuto obierunt, mesenteria ut plurimum friabilia maleque coherentia deprehendimus, ita ut levissimo negotio pars à parte divelli potuerit. *Idem ibidem.*

§. 3. Ipse in cadavere scorbuto extincti aperto, Omentum quidem totum fere putridum & corruptum: in Liene vero nihil quod, quantum ad sensum culpari posset, deprehendi. *Sennertus Tract. de Scorbuto c. 2. & 1.3. p. 3. c. 8. Præf.*

§. 4. In demortuis sæpe (cum in viventibus causa mali satis deprehendi non potuerit) In mesenterio ulcera sordida & abscessus deprehensi sunt; E quibus nunc febres acutæ, cum sanguinis nigerrimi vomitu & per alvum excretionem copiosa, cum animi deliquiis; nunc hepate, liene & intestinis salvis, ventris tormina intolerabilia & tandem mors: nunc nausea, vomitus, melancholia, cachexia, atrophia; nunc dolores colicis similes, urinae purulentæ; nunc perpetuæ vigiliæ, leipothymicæ, sudores frigidi, & alia mala originem habuerunt. *Sennertus ibidem cap. 2.*

Scorbuticorum, urinas rubras fundentium, hepar aut cystis fellea varia in vitio fuere.

Cum plurimum è Scorbuto defunctorum cadavera disseceui, quibus urina rubicunda extiterat, observavi hepar aut cystin felleam in culpa fuisse: In nonnullis fuit hepar prorsus exsanguis & exsiccum instar uberis vaccini: In aliis vesica biliaria erat vacua & inanis; In aliis lapidibus obfita: In

G

allig

In aliis amurca minime amarescente repleta, In omnibus viscera hæc taliter affecta ut secretio bilis impeditetur, *Th. Willis Tract. de urinis cap. 4.*

Scorbuici laqueo suffocati constitutio corporis interna & externa.

In Theatrum nostrum Anatomicum, 19. Febr. illatum est cadaver Infanticidæ: Cadaver Scorbuticum videbatur, melancholicum & atrophie proximum: In carcere quoque male tractatum: Pedum enim digiti perionibus pleni, & pollex sinistri pedis gangræna affectus, quam suæ spontis natura à sana parte cœpit separare: Glandulæ in inguinibus duræ tumebant, bubonum instar; Et in disectorum thoracis musculorum spatii serum fluebat copiosum: Crura maculis livescens scorbuticis scatebant, quales in pulmonibus quoque nobis apparebant: Alioquin Pulmones spongiosi & flaccidi, marmorisque in morem variegati: pinguedo aut parca aut nulla in abdomen; Omentum putridum: Atrabilaria capsula sinistra digiti longitudine cavitatem habuit, quæ vel 12. pisa caperet; In aperto cranio, supra duram matrem, prope falxem, adnata erat excrescentia pila major, cartilaginea, quæ in cratio vestigium sui impresserat: Inter duram matrem & piam, in vertice, lacuna spectabatur rotunda, digiti capacitatem, sero plena: Ventriculi cerebri sani quidem sed sero scatentes. *Thom. Bartholinus histor. Anat. 53. cent. 1.*

SCOTOMIA. Vid. VERTIGO.

SCROFULÆ.

Vide in *Biblioth. Chirurgica.*

SECTIO VENÆ. Vid. VENÆSECTIO.

SIBILIAURIUM.

Vid.

AUDITUS LÆSIONES.

SIDERATIO. Vid. GANGRÆNA.

SINGULTUS.

De Singultu, Pathologicè sic scribit Clariss. Antonius Menjoitus.

Partes officiales sive fibræ destitutæ ut cerebrum, sive villis instructæ ut cor atque ventriculus, pollent facultate vernaculâ sese concutiendi, ad objecti negatium facessentis excussionem. Itaque ut cerebrum in sternutamentis ac potissimum in epilepticis insultibus, & cor in palpitatione, vibrationibus identidem repetitis noxiorum elisionem moliantur; pariter quoque ventriculus, noxæ impatiens variè se quatit, sui que generis *δυσφορίᾳ* inquietatur.

Hicce ventriculi *σπασμὸς*, Latinis singultus, Græcis *λυγμὸς* & *λυγὴ* pietus, Est depravatus ventriculi motus ea quæ in proprium corpus impacta sunt, nitentis emovere. Lubuit Galeno singultum

esse tympoma potentie retentrici ac expultrici commune: sed hanc primariò & propriè spectat, illam secundariò & impropiè, quatenus ventriculus inter singultiendum cibos deserit: virtute siquidem expultrici insolentis sese efferente, retentrix se summittere cogitur ac confiliscere. Nam quemadmodum injuriæ quàm merita altius descendunt in animum, juxta illud Plauti;

*Si quid benè feceris, levior plumâ est gratia;
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt;*

sic corporis offensæ quàm voluptates ferunt acridis; hisque oblitis, natura ad illas propulsandas & quasi ulciscendas extremos conatus solet apponere.

Istam ventriculi graviter molestati *επιλυσιον*, analogiâ quâdam cum motu musculorum convulsivo, Galenus appellavit *επιγινωσκωμὸν*; imò Hippocrates, si credatur eidem Galeno, convulsionem nuncupavit, sed fusillimò spasmum significatu. Nam cum omnia in nostrò corpore contrahi queant præter humores qui fluxiles sunt, & ossa quæ stabilia, convulsio generalissimè partibus omnibus contractis aptari potest, adeoque ipsismet pilis, quorum quippe crispitudo dicatur Aristoteli, Convulsio ob humoris inopiam ab æris ambientis ardore. Rectius tamen Galenus singultum non spasmum, sed quasi spasmum esse alibi scripsit: ac reversâ illi totò aberrant cælò qui singultum veris convulsionibus adscribunt, ex recurso nervorum stomachicorum veris suam originem, ita ut stomachus breviter nervis retrahatur. Nam propriè dicta convulsio & singultus cum subjectò, tùm formâ discriminantur; convulsio siquidem *πᾶσι* est *ψυχῶν* affectio animalis cadens in solos musculos ut voluntarii, sic involuntarii motus ministros; singultus verò *πᾶσι* est *σπασμῶν* passio corporea tentans virtutem naturalem ventriculi, qui musculosus non est nec animi nostri arbitrio sed suâ sponte regitur. Quòd si nervi absque musculorum operâ sufficerent attrahendis membris in quæ descendunt, non modo ventriculus, verùm cæteræ omnes partes nervorum participes, ut intestina ac renes convulsionibus essent obnoxie, atque adeò ipsas per sanitatem liberè moveri necesse esset, cum convulsio sit mutatio motus jussi in injustum.

Formâ insuper discrepant convulsio & singultus; illa namque absolvitur solâ tractione fixâ & constante; hic constrictionis & dilatationis alternatâ vicissitudine conflatur; ut taceamus juxta doctrinam Galeni convulsionem esse forturam solius morbi absque naturæ concursu, cum singultus sit opus unius naturæ à morbola causâ extimulatæ. Neque obest Hippocratis autoritas convulsionem & singultum ab iisdem causis, videlicet repletionem & inanitionem creati decernentis; nam aliud est affectionis causas, aliud ejus subjectum pervestigare; eaque est mens Hippocratis convulsionem progigni à repletionem vel inanitionem nervorum, singultum à repletionem vel inanitionem ventriculi.

Singultus trifariam distinguitur à vomitu. Primò sede causæ morbificæ, in hoc enim ventriculus quæ in suâ fluctuant *επιγινωσκωμῶν*, extrâ corpus ore refundit; in illò res damnosæ, aut parietibus suis obstinatè adhaerentes, aut substantiæ suæ penitus altiusque insidentes, non foras sed intra finem suum contendit propellere, ut supernè vel infernè postmodum eliminentur. Secundò distant motus vehementiâ atque crebritate, quòd nempe singultus vomitione & validior sit & densior: quæcunque enim tunicis ventriculi sunt immissa, ejectione ægrius, quàm si in ejus capacitatem locata essent. Nec est quod quispiam objiciat vomendo non singultiendo laceffentem causam excludi; nam magnitudo motus sequi-

us sequitur collamem virtutis irritatæ, non verò obedientiam humoris irritantis; patetque contentiorem naturæ in singultu eò valentior reddi, quò materia immersa membranæ ventriculi magis refractaria est. Tandem differunt hi duo affectus motionis ideâ: nam cum geminus sit expellendi modus, unus per simplicem actum contractionis, veluti cum manus aquam spongiâ complexam exprimit; alter per actum impulsus, ut dum bajulus onus humeris impositum dejicit; prior locum habet in partu & vomitu per quem ita arctatur ventriculus ut ejus fundum feratur sursum, ac eò convexo concavum fiat, partesque illius superiores unâ cum gulâ laxentur; posterior singultui proprius est, in quò venter servatâ suâ convexitate vehementer stringitur, statimque magnò nisu per modum quassationis sese pandens, gulam deorsum trahit. Etenim quoniam nocumentum ad tunicas ventris intro adactum solvâ excludendi ratione non poterat depelli, hanc potentioris pellendi artem ἐπι στερησι καὶ διαμαρῆν ad salutem & custodiam animalis, natura sui diligens excogitavit, quæ idcirco sagax, justa, artificiosa, animaliumque provida & consultrix jure appellatur, tantùm abest ut audiat ἀκούει καὶ ἀπόμαρτυρε fatua atque stupida, ut placet ejus criminatoribus. Itaque Galenus scribeas singultum esse motum ejusdem generis cum vomitu; sed ipsò vegetiorem, itâ venit interpretandus ut ambo hæc symptomata ad ditionem virtutis expulsiivæ pertineant, quamvis specie disjungantur & formâ agendi. Quis enim singultum definiaverit, vomitum intensiorem? ac vicissim quis vomitum nihil aliud esse quàm remissiorem singultum probabiliter dixerit?

Porrò cum singultus eò reciprocis constrictionis ac dilatationis motibus cœu partibus integrantibus construat: plurimè existimant ventriculum primò dilatari, moxque violenter constringi, ac violentâ istâ totius sui corporis constrictione, singultum edere. Nos eò contrario constrictionem primùm inchoare, ac jamjam futuræ dilatationis gratiâ suscipi arbitramur, ita ut essentia singultus posita sit in impetuosa constrictione ventriculi expansione, eò pacto quò ad motus panni extremis ac usdem per vim explicatis facilior est hærentium sordium ἀπόσεισι: sic balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius: sic animalia ad saltum, cursum, vel pugnam sese comparantia, artus contrahunt: sic compuncta Zoophyta primùm in se coarctantur, statimque ad noxam abigendam extenduntur. His accedit quò dilatatio ventriculò, ejus poti magis pateant ad commodiorem intrusæ materiæ extrusionem. Demùm cum singultus causa extra ventriculum quandoque sita sit, ut luxata costa ei superincumbens, qui ventriculus hanc exturbaverit, ni à centro ad circumferentiam impellatur.

Indè quoque ratio peti debet sonitus singultum comitantis: nam quemadmodum intenta arcus chorda strepit, ubi remittitur; sic conductus & quasi contentus ventriculus haud absque strepitu resiliit: secus si sonitus iste, ut plerique autumant, penderet à ventriculi plus justo distenti repentino in sese collapsu, singultientes omnes eructarent, aère qui ventriculi cavum occupabat, vi compressionis affatim ac fortiter per os expresso.

Sed quandoquidem fibræ unico motu naturaliter præditæ sunt, nempe contractione: Quæri potest quodnam sit principium activum immensæ ac præternaturalis earum dilatationis in singultu. Respondemus fibras ventriculi arctius constrictas atque καλοτέρας, quamprimum sibi relinquuntur ultra legitimas metas regredi, haud secus ac arcuata lupatave virga in adversum retorquetur.

Tom. IV. Part. II.

Præter designata singultus vomitusque discrimina, nonnulli censent loco affecto ipsos quoque distingui, adeo ut in vomitu universus ventriculus, in singultu ejus imprimis orificium exagietur: sunt etiam qui gulam hoc morbo teneri affirmant. Veruntamen singultum ad totum ventriculum pertinere probabilius est, cum omnes ejus particulæ virtute expulsioria munitæ sint, etiam ori illius superno, utpote sensibiliore, causa singultuosa sit magis ἀσπύρη. Gula verò ad singultuendum est plane inidonea, quod interior ejus membrana rectis suis fibris non alio quam attractionis motu polleat, nec propter lubricitatem ac declivitatem, humores singultum illatori ipsi facile affigi queant: vel saltem œsophagi affectiones sympathicum, non idiopathicum ingenerabunt singultum.

Aristoteles singultum fieri docuit, ubi ab humore detinetur spiritus superfluous circa τὸν πνευματικόν, sive pulmonem; spiritus verò commotus nec valens egredi, affert convolutionem, qua singultus dicitur: hinc fit ut rigentes corripiantur singultu, quia frigus humorem sistit simul cum spiritu, spiritusque circumventus exilit, cujus motio singultus est. Quo fundamento nixus Aristoteles ibidem scripsit singultum non autem ructum sternutamento reprimi, nempe quod ructus sit affectio ventriculi, singultus verò pulmonum, ac propter horum cum cerebro καὶ πνεύματι sternuendo explodatur spiritus qui ipsis inclusus singultum ciebat; pariterque cohibito spiritu, potiusque aceto singultus saltem mitiores compescit, observavit, quoniam pulmones eisdem calefiunt, & crassus humor ac em in ipsis retinens tenuatur & coquitur. Galenus quoque, Non desunt, inquit, quibus videatur tam singultus, quam duplex inspirantium ἐπὶ ἀνάσσει, ex convolutione musculorum inspirationi dicatarum interdum provenire.

Hæc Philolopi sententia ad Aristophanis aut Cleantis lucernam non est examinanda, sed ὑπερμαρῆν exponenda de anheliu luctuoso singultum quodammodo æmulante. Sic Aristophanes in Anacharnensibus, λέγει, inquit, καὶ δακρύει, singultit, id est gemit, atque lacrymatur; & Galenus in exegesi ἀναψύξι interpretatur ἐπὶ ἀνάσσει ἀναψύξι, subsingultire inter respirandum. Latinis etiam singultus sumitur pro suspirio, unde vox Gallica sanglot, videtur deducta; legimus enim apud Ciceronem, multas lacrymas & fetum eum singultu, & apud Horatium de Europa rapta.

Uxor invicti Jovis esse nescis?

Mitte singultus.

memoratque Plinius corvos singultu quodam latrantes, id est vocem intra fauces resilientem, revocant & quasi strangulatam mittentes. Tandem pro tuendo Aristotele, cui aliàs tantùm patuit in naturæ opera, notabimus per febres ardentes & malignas, septum transversum dum acres quibus mordetur halitus repellere annuitur, aliquando succusfari indeque sonum quandam intercisum singultuoso murmuri affinem emergere.

Causa singultus proxima est id omne quod ventriculi membranæ adhærescens, has vel caliditate, vel frigiditate, vel acrimonia, vel gravante copia, vel tensione σπασμῶν; seu fuerit alimentum, seu medicamentum, seu venenum, seu humor, seu vapor, seu flatus, seu vermis, seu res exterius premeus ut costa ἐπὶ τὸ σπῆν μίση ἐκπαλῆς introrsum perversa, hujusve extremitas intorta. Uiceratus quoque ventriculus singultit, quod alimentorum utat benignorum contactum non impune sustineat.

Humor ad singultum compellens aut est tenuis ut effera bilis, & acre serum: aut glutinosus, puta melancholicus ac pituitosus, stomachoque tumultum lenta feret pituita, inquebat Horatius.

G 2

Hippo:

Hippocrates ut convulsions, sic & singultus geminam affruit causam, repletionem atque inanitionem. Verum causæ istæ externæ sunt, non internæ: mediatae, non immediatae. Nam quemadmodum cæteri motus concussivi, ut rigor & epilepsia, etsi repletionem aut inanitionem sociam interdum habeant, nusquam tamen à repletionem vel inanitionem *ἀμείωται* enascuntur, at semper à causa naturam acriter instigante; sic quæcunque replent, ut crapula, non replendo sed laceffendo singultum præstant. Idem dicendum de inanitione, neque enim inedia promovet singultum, nisi quatenus effrenatos humores ac potissimum bilem ad ventriculum deportat. Deinde siccitas ventriculi, quam singultus parentem esse opinantur, aut privativa est aut positiva; atqui neutra sufficit singultui. Non privativa, nam exhaustus movet quidem vim partium indigaram attractricem, sed expultricem quietam relinquit, quippe quæ necessario circa objectum reale & ingratum ventriculo infixum, nunquam circa privationem & non ens versetur; adde quod tabidi singultiendi finem non facerent. Non etiam positiva, nam Hippocrates loco citato, haud ariditatis sed inanitionis meminit; deinde siccitas, qualitas est passiva, ac idcirco ignavior quam ut facultatem expultricem valeat potenter incitare, quinimo ventriculus dum præ summa ariditate corrugatur, ineptus fit ad dilatationem, proindeque manet *ἀσπύς*.

Præterea si singultus, ut probatum fuit, opus est solius naturæ non morbi, certe repletio & inanitione non per se & proxime, sed per accidens & mediate singultum concitabunt, videlicet naturam incitando ad agendum, quæ actio nulla alia esse potest quam expulsio; atque idcirco immediata singultus causa erit irritamentum expultricis potentia à re aliquâ infestâ, cui repletionem quandam vel inanitionem ex eventu adjungi possibile est. Quid pluribus? granulum piperis vel sinapi devoratum, ferinus vapor, tantilla acerrimi humoris quantitas ventriculum *ὀξυδότης* lancinans, semota omni repletionem vel inanitionem, fatente ipsomet Galenò, inducunt singultum. Respondent litigatores, ut vasa dicuntur inanita dum vacua sunt rerum quas debuerunt naturaliter continere, sic eadem plena vocitari, si quid extraneum quantumvis minimum complectantur. Contra vero Galenus ipse absurdum esse ait, ac contra communes omnium hominum mentes, spinam acumve tenuissimam partes pungentem, onus ac plenitudinem nominare. Verum admittamus talem verborum *κατάχρησις*, demulque à perpauco & malignò halitu putatam istam plenitudinem creati in ventre, hæc tamen effatu digna non est, nec ideo paucillus iste vapor suâ substantiâ replendo, quin potius suâ qualitate pungendo, singultum citabit.

Nascitur singultus vel per idiopathiam, vel per sympathiam uteri, lienis, pulmonis, diaphragmatis, sed præsertim ex consensu cerebri, jecoris atque intestinorum.

Primo ventriculus ut est *νευροδίατρος*, ita cerebro *ευμπαθίατρος*, quapropter gravioribus cerebri vulneribus singultus supervenit, ac *ἀφυσία* cum singultu pessima, tractò ventriculo in consensum cerebri cataphorici; ita singultus quos vomitiones non solvunt, insignem testantur, Galenò iudice, vel cerebri vel ventriculi inflammationem.

Secundo jecur phlegmonodes potissimum concava sui parte, singultum propè strangulantem parit, non depascendo succum ventriculi, ut vulgò creditur (nam mox à primò ortu hepatidos & ante omnem ventriculi deprædationem singultus quandoqueprehendit) sed quatuor modis, nempe simplici condolentia ex communitate nervorum; mordacis

feri resudatione; acerrimæ bilis, quæ exæstivans hepatis foratum est, ad ventrem propagatione; ac prementis molis magnitudine, tuncque non cuilibet sed prægrandi duntaxat hepatis inflammationi assat singultus, nec idcirco recensetur ab Hippocrate tanquam signum inflammati hepatis *παθητικῶν*, sed velut *ἐπιγαστρῶν*.

Tandem intestinorum culpâ succussatur ventriculus in ileosis, propter stercoreas anathy-mias; item in enterocelicis, duplici modo: primum ob peritonei & consequenter ventriculi deorsum tractionem ex intestini in scrotum prolapsu, hincque singultus repurgatis fæcibus, ac intestinò in pristinam sedem molli manu restituito, brevi desinit: Deinde ob restitantis excrementi corruptelam, quæ inflammationem & febrem acutam invehit, unde desperatio. Notandumque in hoc mali genere, si vis inferatur intestino reponeudo, omnia symptomata statim invalescere ægrumque jugulari.

Verum præ cæteris singultibus ille maximè notabilis est qui universi corporis contagione provocatur, ut in febribus malè moratis quæ à perniciosò symptomate diu perseverante, aut quod deterius est per totum morbi decursum adaugefcente, *λυψία* & *λυγμάδις* indignantur.

Cæteræ enim febres non audiuntur singultuosæ, quæ aut raris intervallis, aut non omni sed definito duntaxat tempore *ενοσώδης* sibi assumunt singultum; scilicet in sui principio vel propter ubertatem crudorum succorum quibus stagnat ventriculus, vel propter excrementa è proximis locis foras descendibus in ventrem commigrantia: nam ejusmodi singultus adolescente morbo evanescit, nec proinde periculosus est. Addunt vulgò in statu febrilium signis pepasmi comitatò, singultum faullis avibus apparere, criticæque quam præcurrit vomitionis adventu quamprimum fugari; de quo vomitu judiciali quid sentiendum sit, superiùs declaravimus. Demùm febres illæ propriè singultuosæ non sunt, per quas natura in Orci confinio ad incitatus redacta, ac trahenti fato ægrè cedens, re-collectis undique lacerarum virium residuis, quasi reliquis naufragii tabulis, *ψυχρομαχί* animumque fumens ex angustiis ac ipsa desperatione, studet non ignaviter expirare, instar Priami qui inutile ferrum cingitur &

Quamquam in mediâ jam morte tenetur,

Non tamen abstinit, nec voti iraque pepercit.

quamobrem rarè observantur nisi in senibus capularibus. ægrifve prædebilitatis, quorum natura non est *ἀσπύς*, mores *ἀσφάδασι*, quin potius acerrima virtus est quam ultima necessitas extundit; ac quammaximè mortiferi esse morsus solent morientium bestiarum.

Insuper notandum est febres amplâ ac vulgari significatione aliquando nuncupari singultuosas quæ singultu stipatæ sunt, quantumvis singultus ortum suum febriliter nequaquam habeat acceptum, sed utraque affectio tanquam gemina proles ab iisdem parentibus simul gignatur atque foveatur. Sic inflammato ileo intestinò, liene, hepate, cerebro, singultum unâ cum febre symptomaticè exurgere jam dicebamus; hincque consociati & velut fraterni affectus, singultus & febris communem sortiuntur causam, videlicet istorum viscerum phlegmonem quæ idèò rectius quam febris, meretur ceu singultuosa defamari. Sic punctâ nerveâ particulâ, febris cum singultu suscitatur; suntque celebratissimæ apud Hippocratem in calcis sideratione, necnon ossium brachii & femoris luxatione, singultuosæ febres, non quod singultus sit soboles istarum febrium, sed quod

quod singultus & febris ex eodem fonte nempe nervosi generis gravissima læsione scaturiant: hi autem casus lethales esse solent, ob eximiam nervosorum partium noxam quã principalia membra commercii lege perculluntur.

Igitur eas solas febres verè singultuosas nominari par est, quæ ex se ac vi propriã singultum non fugacem sed stabilem advehunt; quales sunt vel malignæ pessimè vaporem ventrem impetentes, vel, si nihil maligni alant in abdito, saltem quarum focus in ventriculo aut in sinibus ventriculi delitescit.

Materia autem singultum motura, vel per vasa mesenterii in ventriculi inanitate, indeque in ejus tunicas penetrat, vel per vasa ventriculo peculiariter allabatur, si priori viã, singultus mitior est, lenique medicamento sedabilis; si posteriori, singultus acerbior existit atque rebellior ob materiam morbificam membranas ventriculi intimè occupantem.

Causæ singultus procatarcticæ multipliciter traduntur. Ætas puerilis, ut ingluviæ, sic apesphæ dedita; quo pertinet illud Plutarchi, Vos qui voluptatem potius quàm convenientem naturæ alimentum persequimini, multis se diuturnis multamini morbis, qui tanquàm uno aliquo è fonte hausti, corpus omnis generis statibus expurgatus difficilibus replent. Præterea singultum creant, velocior transformatio cibis immasticatis ventriculum contristans, potius quàm recreans. Ausserorum & acidorum usus; etsi singultui à crassis viscosisque succis progenito acetum speciatim medeatur, attenuando atque incidendo. Pharmacum *περικαλδς*, ut piper deglutitum præsertim si tenuissime pulveratum fuerit calenteque potu superingesto tergora ventriculi subierit; senes tamen excipiendi sunt ob tenacem pituitam parietibus ventris obductam, sensusque stupiditatem, devorato pipere singultum non sentientes. Potus aquæ srigidissimæ, narrat enim Galenus Aristonem quemdam habitu corporis graciliore & osculo ventris frigidissimo præditum, potionibusque calidis assuetum, frigida à Medicis, reluctante etiam ægroto, incaute propinata, singultu & convulsione interisse. Frigiditas porro cum per se quatenus *νευροπολιμ*, tum per accidens impedita corporum nervolorum dilatatione, singultus effectrix est, nec modò frigida epota, ut eadem quoque faciei naturaliter raræ ac tenellæ inopinato insperata, singultum valet excitare, frigiditate *κατὰ τὸ συνεχὲς* ventriculo naturã suã *δυσήγη* atque assiduo.

Hanc ægritudinem insuper generant vociferatio atque ira in naturis biliosis; alias enim calore augmentato ipsam discutiant à flatuoso spiritu oriundam. Timentes argentelque incidunt in singultum, bile ad ventriculum transfusa; alioquin præfens jam singultus improvise pavore, trisli nuntio, ac subitaneâ admiratione compescitur, necnon si homo meditationi attentius laboret, animo in aliam curam averso; quò pacto dolorifica minimi digiti contractio opem fert singultientibus, ob distractum ventriculi sensum. Hypercatharsis quoque inter causas singultus haud postrema est, non quòd inaniat depauperetque ventriculum, sed quòd inimicâ pharmaci qualitate stomachus rodatur, vel quòd humores *τῶν ὑπερίων* efferati, quã impetus urget, sine lege ad ventrem confluant. Immoderata demùm sanguinis effluvia singultum afferunt, non ventriculum reddendo exsuccum, sed quoniam solutã corporis œconomia humores præsertim tenues & biliosi, excessu naturæ moderatricis imperio, *πέμβοντες* *καταρρέουσι* *καὶ σφαιλλόμενοι*, moxque in alvum tanquàm in sentinam derivantur; quã ratione animo relicto, vomitiones atque diarrhææ solent supervenire. Notavit etiam Hippocrates superfluentem à profu-

Tom. IV. Pars II.

sis hæmorrhagiis sanguinem, subhikosum reddi, quòd intra vastiorem exhaustorum vasorum capacitatem nimiope exagitetur, motuque effervescat ac bilefcat. Ut prætermittamus Arabum doctrinam bilem frænò sanguinis liberatam, ideoque *ἀναρταρον καὶ αὐτοτιλῶ*, tumultuari clamitantium.

Singultus ipse sui signum est; fat erit igitur duo notasse. Primò singultum nonnunquam adeò crebrum esse atque fortem, ut cibandi, dormiendi & loquendi opportunitatem adimat; deindè humorem in singultu, non ut in ructu, odoris saporisque sui tædiò gustum atque odoratum inspicere, quòd illic materia ventri alligetur, hinc fursùm ad palatum & nares perreptet.

Vomitibus singultui salutariter succedit, quòd hujus materiam è tunicis in cavum ventris transpositam foras emittat; contra improbat singultus vomitionem excipiens, quippe qui potiorum humoris partem non vomitu rejectam, sed in membranas ventriculi conjectam designet. Singultus terrificum est acutorum morborum *παρρησια*; ita mulier illa quæ in mendacium forò decumbebat, die duodecimò frequentibus singultibus divexata, decimò quartò *ἔξ ἀνδροπαυῶν ἐβίβητο*. Damnatur autem singultus, non modò ut signum malè moratam morborum indolem patefaciens, sed etiam ut causa; primùm quòd vires jam attritæ assiduis ventriculi moribus atque succubibus convellantur, sic artus delassati exercitiò fatiscunt, frangitque tandem arcum intentio; deindè quòd laboriosò istò motu phlegmone succrescat in ventriculo, vel, si ea jam assuerit, magnopere aggravescat. Præcipuè autem, teste Aetiò, in affectibus soporosis, animi deliquis ac tetanis, singultus velocissimus est ad interitum, moribundò ventriculo sese vibrante, more piscium hamò voratò sese volventium, vel in arido aut fatagine *ἀσπαρίζοντες* ac salientium.

Aristophanem qui singultiendo rumpebatur, tria singultus remedia docuit Medicus Eryximachus in symposio Phatonis: Primò *ἀπνοια* *ἔχειν* *κατακλιθεὶς*, spirationem diu suppressere: Secundò *ὕδατος ἀνακογχυλισμὸν*, aquã fauces colluere: Tertio vellicatis naribus sternutamentum concière; cumque Aristophanes, nec spiritus cohibitione, nec *ἀνακογχυλισμὸν* seu faucium gargarisato levaretur, motu sternutatione, à singultu illico expeditus est.

Tres enim sunt præcipuæ singultus causæ, *πρῶτον* *φυσάδες*, spiritus statulentus optans resolutionem, bilis mordax contemperatorem expostulans; & humor crassus sive pituitosus sive melancholicus majore operã ac labore demoliendus. Primæ causæ confert *τὸ ἀπνοιαζέειν*, partes enim vitales harumque consensu naturales exindè incalescunt, statufque dissolvuntur, juxta illud Hippocratis, *ἐν τῷ κοιλίῳ*, *συνεχίῳ*, *μακρότερον*, remedium continuationum oscitationum, ex longis intervallis spiritum ducere. Imò omni generatim singultui auxiliatur spiritus retentio, per quam tensum diaphragma minus spatii relinquit ventriculo sese dilatatur atque quassatur; similiter ac astricto per fasciam ventriculo, nec ideo altiùs surgente, singultus sævitia lenitur; arctaque capitis ligatura, pulsatorium ejus dolorem mitigat. Secundæ singultus causæ conducit frigida, quã bilis *χυρῆς* ejusque acrodo infringitur, magis tamen in potu quàm si

----- Velvatur fauce sonora
Nec tamen in stomachum descendat gutta patenti.

Tertiæ demùm causæ non minus quàm hysterico pathemati opitulatur sternutatio, quòd ventriculi ac cerebri *εὐερισμὸν* glutinosus humor è tunicis ventriculi

culi dimoveatur; adjuvantibus interim musculis epigastricis qui sternuendi conatu intenti appressique subjectum ventriculum comprimunt. Jure igitur Hippocrates, Singultu detento, si sternutamenta supervenerint, singultum tollunt. Dices quidni etiam rictum? cujus causa elementior est atque obsequentior. Respondemus concussio ventriculo decuti quicquid membranæ ejus infixum fuerit; res autem intra cavitatem natantes, intactas persistere, quippe quæ simplicem ventriculi constrictionem requirant. Nec mirum sternutatione singultientem juvari, quandoquidem Hippocrates in ani prolapsu jubebat *ἄσπιλον ἀσπίδων ἢ ἄσπιλον* ad expulsionem pituitæ podici adherentis.

Porro non omnia singultuum genera cedunt sternutationi, verbi causa non singultus sympathicus; nec ille qui inanitionem habet comitem, quin potius huic officit sternutatio, quod vires collapsæ tot ventriculi cruciatus & angores non tollerent: quare Hippocrates, si senibus supra modum purgatis singultus accidat, non bonum, senes nominatim denotans ob ætatis imbecillitatem. Tandem sternutando non superatur, sed ingravescit singultus quem calidior progehuit intemperies, motuum impetu magis magisque accensio ventriculæ. *Hallenus Antonius Menjotius Dissertationum Pathologicarum parte 3.*

Curatio Clarif. Lucae Torzi.

Ad Singultus curationem conatus Medicorum eo diriguntur ut causam vellicantem à tunicis fibrisque ventriculi removeant, vel saltem obtundant, hebetemque reddant sensum partium affectarum, sive ad ventriculum, sive ad Diaphragma illæ pertineant. Ad causæ remotionem, si illa ventriculo adhæreat, nonnulli vomitum commendant, neque solum ex levioribus pharmacis, sed etiam ex Antimonio, quod sanè amicissimum Humanæ naturæ dicitur Sylvio. Alii potius dejectiones moluntur medicamentis laxantibus, ac lenientibus; quinimò Riverius exhibuit pulverem calomelanos, & diagridii. Ad ejusdem verò correctionem utuntur in humorum acritudine lacte ex quatuor seminibus majoribus, nempe psyllii, cydoniorum, amygdalarum dulcium, & papaveris albi expressis elicto, cum decocto tamarindorum, syrupo de portulaca, de papavere albo, de nymphæa. Hæc eadem exhibent in singultu à medicamentis acris, & venenis, ac præterea oleum amygdalarum dulcium recens, butyrum, lac, cremorem piscinæ, juscula pingua. Si à vermibus, illos enecantia. Si ex febre maligna, alexipharmaca. Et si ex consensu aliorum viscerum, propria remedia illis succurrentia administrant, præsertim verò inflammationi Hepatis, aliæque, si inde singultus oriri videatur. Sensum denique singultientis partis obtundunt per opiata, theriacam recentem, pilulas de cynoglossa, & laudanum opiatum dosi convenienti, quo solo ante cibum ad granum j. pluries exhibito, diuturnum, & contumacem singultum curavimus.

Forellus in singultu post febrem continuam, profluvium ventris, & vomitum, exhibuit decoctum seminum anethi, carvi, portulacæ, & papaveris albi in cerevisia tenuiori, felicissimo successu. Et Horstius post usum tartari vitriolati cum vino absinthite, singultum pertinacissimum sedavit bolo ex granis 3. laudani opiatum, ʒss. theriacæ, & ʒij. condituræ rosacæ. Riverius verò laudanum opiatum cum expresso liquore seminum quatuor frigidiorum majorum miscuit, additâ ʒj. salis pronellæ. Platerus singultientem puerum curavit aquâ stillatiâ nucum viridium cum raphano in aceto prius maceratarum. A Francisco Sylvio magna vis in compescendo singultu tri-

buitur Menthæ, ejusque aquæ, ex qua misturam conficit cum ejusdem syrupo aqua vitæ Matthioli, vel theriacali, confectio alchermes, & laudano opiato ad cochleare unum per intervalla assumendam, donec ad somnum æger disponatur. Addit etiam spiritus nitri guttas aliquot, si status unâ simul ægotantem divexent. In omni denique singultu præfens creditur remedium Francisco Joëli Cornu Cervi usum ad ʒj. in vino rubro: aliis etiam ebur.

Externè verò, amuletum existimatur Cassoreum ex Tralliano; idemque creditur præflare Alyssum ex Dioscoride: similiter & cuminum inditum, & carpo sinistrae manus alligatum ex Sennario. Ab aliis potius olea, vel decocta ex his elicita commendantur, additis etiam styrace, & massicæ, ut apud Claudinum. Describit Adrianus à Mynsicht cataplasmata, quod singulare experimentum adversus singultum esse dicit; illique addit Fridericus Hofmannus oleum stillatiâ zedoariæ, chamæmeli, & anisorum. Alia externa memora Hartmannus, quem vide. Advertit autem Langius autoritate Galeni, & Aëtii, topica ejusmodi remedia non epigastrico, sed dorso esse admovenda, præsertim ad septem transversas vertebrae: idemque pari ratione observandum monet in caeteris guttæ, & stomachi affectionibus, cum eæ partes spinæ superincumbant, & hæreant. *Hallenus Lucas Torzi, Medic. Practicæ lib. 2.*

Consultationes.

De Singultu. Pro Suore Patavino.

Rarus equidem, & magni momenti est affectus quem superioribus annis passus est Sutor à me curatus; Singultus nempe adeo vehemens, ut à prætereuntibus exaudiretur, adeoque contumax, & refractarius, ut octo dierum spatio continuè ipsum affligerit sine ulla intermissione. Quanquam autem singultus sit affectus non rarus adeo, puerilisque familiaris: tamen duranter nec observavi, nec ab aliis observatam audivi; historiam si excipias cujusdam Jurisperiti Ticinensis à Gattinaria in sua Praxi descriptam, qui duodecim dies hoc affectu laboravit: cujus propterea curationem, à me præscriptam referre non inconsultum judicavi, præmissa essentia, & causis ipsius.

Essentiam itaque quod attinet, singultus est motus quidem convulsivus ventriculi, ut asserit Gal. 3. de Causis Symp. 2. & primo in primum Prohor. 23. non autem vera convulsio. Hæc etenim solis competit muscæ, ut optimè statuit Gal. citato 3. de Causis Symp. 2. ac proinde est motus depravatus; qui licet plurimum fiat in ore ventriculi, cujus propterea est affectus, toti nihilominus ventriculo competit: quandoquidem contrahitur ille, cum præsertim affectus est vehemens, ut in casu nostro contingit, in quo septem quoque transversas concurrunt, ad majorem impulsam causæ morbificæ, quæ etiam si multiplex esse possit, tunc tamen solum singultum excitat, quando irritat expultricem ventriculi ad sui expulsionem, sive hoc ratione copis, sive ratione malæ qualitatis fiat. Ideo dictum fuit ab Hipp. 6. Aph. 39. quod Convulsio sit à repletionem, & inanitionem: ita & singultus. Cui subscripserunt Aëtius, Trallianus, & alii Græci: quanquam ego hujus sim sententiæ, quod ab inanitione non fiat singultus, dummodo non sit inæqualis, atque ita expultricem irritans. Quoties enim cumque est æqualis, non sentitur, atque ideo expultricem non irritans, singultum non infert, ut experientia patet in marasmo, cum torrido, tum senili.

Verum in casu præsentis factus est singultus à repletio.

plurime copia scilicet materiae pituitosae, non quomodocumque in ventriculo contentae. In hujus enim coevitate haerens, solo vomitu excernitur, inculcata vero, & infusa in fibrosa substantia, aut oris ventriculi, aut etiam corporis ejus, cum extrahi non potest absque insigni ventriculi contractione: fit singultus, concurrente quinetiam septo transverso, & aliquando musculis intercostalibus, quod validior fiat expulsio. Ex quibus constat, singultum non esse affectum pulmonum, ut censuit Aetius 33. Probl. 5. & 6. nisi in ipsis gratiam dicamus, locutum ibi fuisse de motu singultuoso puerorum lugentium: sed potius ventriculi, atque in primis orificii, superni ipsius, ut passim asseruit Gal. in Libris de Sympt. Differ. & Causis, de Loc. Affectis, Aphorismis, & alibi: atque esse affectum vomitu vehementiorem, ex Galeno 6. Aph. 39. Quamquam enim aliquando à levioribus causis fit, puta à flatibus, facilius negotio aliquando tollitur, sternutamento nempe: non ob id tamen dicendum cum Avicenna, vomitum esse affectum vehementiorem singultu. Morbi namque magnitudine non aestimatur ex causa morbifica, neque ex curatione: sed ex affectus essentia, parte affecta, & viribus, ex Gal. 4. de Sanit. tuenda 6. Atqui singultus est motus vehementior ratione essentiae: quia in ipso fit major contractio ventriculi, septi transversi, & musculorum, quam in vomitu: vehementior item ratione partis affectae, quia in singultu afficitur fibrosa substantia, & os supernum ipsius, non verò in vomitu: ac tandem quia magis prosterunt vires ex singultu, ceteris paribus, quam ex vomitu: ut propterea fit vehementior vomitus, atque in patiente nostro vehementissimus, ob ejus durationem, quod palam factum ex curatione: sublatus enim fuit per evacuationem copiosissimae pituitosae materiae, à qua procul omni dubio fovebatur. Morbum enim ostendit sanatio. Atque haec de essentia, & causis hujus affectus.

Ex quibus etiam prognosticum elici potest, quandoquidem singultus ex se non est lethalis, sed interitum praenunciat, quando supervenit affectibus acutis, & lethalibus. Ideoque dictum fuit ab Hipp. 7. Aph. 10. ab ileo singultum esse malum, & 7. Aph. 3. A vomitu singultum, & oculorum ruborem, esse malum, & Aph. 17. ejusdem sect. propter jecoris inflammationem singultum esse malum. Sed si accidat morbis acutis, cum signis coctionis, & virium robore, die critico, crimum praenunciat per vomitum. In casu autem praesenti licet symptomaticus fuerit, cum tamen nullum alium affectum annexum habuerit, cum virium robore, salutaris fuit, quamquam curatu difficilis.

Totaque curatio eò collimavit, ut incideretur, attenuaretur, detergeretur, evacueturque materia peccans per vomitum, & alvum. Non enim in casu nostro locum habuit dictum Hipp. 6. Aph. 13. Quod singultu detento sternutamentum superveniens, liberet. Ac propterea praemisso holo ex drach. 1. specie-rum hierae Gal. praescriptam fuit mel ros. solativum, lenientis loco, ad 3vi. syr. deinde sine diluto parati, ex syr. de hyssopo, de prassio, & oxymel. scyllitico, mane, & vesperi bido: à quibus vomitus excitatus succo raphani, & radicibus asari, cum mulla: quem mox excepit medicamentum attenuans, ab Hipp. praescriptum 4. Acutorum 69. ex succo laserpitii, semine dauci truo, & oxymel. scyll. mane, & vesperi sumptum bido, clystere interim acri injecto; tertia die exhibuimus ℞iii. aquae Tetuanæ, addito sale, pro majori deterfione, & praemissis 3iv. mell. ros. sol. cujus beneficio magna pituitae copia excreta fuit per superiora, & inferiora. His peractis, ad digerendam materiam superfliam, & roborandum ventriculum, praescriptimus drach. 1. Theriacae antiquae, cum drach. 8. dictamni Cretici & buccellam panis in vino

Cretico inunctam. Factumque fuit fomentum ventriculo cum vino generoso, in quo facta fuit ebullitio menthae, absinthii Romani, & dictamni Cretici: à cujus usu, epithema ex iisdem herbis expressis calidis fuit applicatum ventriculo: quorum beneficio liberatus fuit.

In victu, ovis, columba turracula, & capone usus fuit, pauca copia vino modicè generoso exhibito, & praescripto exercitio. Ex uso quidem fuisse drachm. i. castorei, cum mulla, à Gal. Aetio, & Paulo commendati. Galbanum quinetiam, cum cymino, & melle anthosato. Acetum quoque ipsum à proprietate juvare dicitur, atque magis scylliticum. *Benedict. Silvatic. Conf. & Responf. Medic. Cent. 2.*

Singultus.

Reverendiss. Abbas N. 30. annos natus temperamenti totius & jecoris, calidi & humidum, habitus ad obesum vergentis, desidiosam vitam ducens, & ventri gulaeque indulgens, multis abhinc annis singultibus fuit obnoxius, à quibus tamen modo haustu vini aromatici, modo sternutamenti Tabaci usu excitatis liberari consuevit. Verùm duo praeterierunt menses, quibus frequentior ac diuturnior Singultus factus est; imò octavus jam dies agit; quo continuo adeò Patientem exagitat, ut somnum vitae necessarium vix capere possit. Accedit statim à cibo ad vomitum propensio, & quandoque cibi ejusdem vomitio, à qua quodammodo levare videtur, illi admitta crudae atque pituitosae materiae portione. Parum appetit, minusque sinit, & gravitatis sensus perpetuo in ventriculo illi molestus est. Aliqua quidem haecenus administrata fuerunt medica auxilia, evacuanti scilicet demulcentia, & praeparantia; quibus tamen cum parum aut nihil cedat affectus, spes omnis, Vir Praestantissime, in te sita est; cujus causa tuam sententiam, in hoc difficili casu, quamprimum expectamus.

Notissimus affectus, quo antehac frequenter, modò verò continuo affligitur Reverendiss. Abbas, Singultus est, actio scilicet facultatis expultricis ventriculi depravate laesa, qui licet sub eodem genere cum vomitu ponatur, vehementiorem tamen, quam ille, motum habet, ratione loci in quo causa morbifica consistit; quae scilicet in cavitate ventriculi vomitum; illius verò tunicis impacta singultum parit, ut appositè consideravit Gal. & cum eo Trall. Ex quibus patet, Singultum esse motum violentum ventriculi, dum conatur expellere, quod noxium est. Neque audiendus Avic. negans singultum esse motum vomitu vehementiorem, eo quod in vomitu noxia expellantur, non autem in singultu; id namque à rebeli materia, non ab agente procedit; quod eleganter Gal. expressit his verbis; Sanè non idem est vomitibus & singultibus motus, nec idem affectus; in vomitionibus enim ea quae in capacitate sunt ventris, rejiciuntur, in singultu verò, quae sunt in ipso ventris corpore, imò quae sunt in ipso ore ventriculi pe-nitiora.

Definitur autem Singultus à Gal. quod sit veluti convulsoria quaedam oris ventriculi affectio, excitata ab humore, vel gravante, vel mordente, vel frigiditate contristante. Ideo neque convulsio est, neque verè motus convulsivus habetur. Non convulsio, quia solis musculis competit; ventriculus autem musculus non est. Non motus convulsivus, quia singultus est merum opus facultatis expultricis ventriculi; convulsivus verò motus, opus morbi aut causae morbificae; Quare singultus erit motui convulsivo similis, sive convulsoria quaedam motio, sive convulsiva quaedam affectio; his enim loquendi modis usi sunt Gal. & Trall.

Pars verò affecta ventriculus est, & præsertim eju-
dem os; ait enim Gal. quod Singultus est oris ven-
triculi affectus. Et licet Avic. gulam quoque ad-
dat; admittitur tamen & à Gal. tanquam ori ven-
triculi continua. Huic autem sententiae quamvis re-
luctari videatur Arist. asserens, pulmonem in singul-
tu esse partem affectam attamen Singultus Arist. non
est idem ac singultus Hipp. ut Conciliator conside-
ravit: est enim ille halitus quidam à pulmonibus ema-
nans ex ingruente copioso stultento spiritu, ab iis-
dem ad Tracheam elato, in Mulieribus potissimum
stentibus, & Pueris plorantibus; Hipp. verò singul-
tus à solo ventriculi irritamento, ob causam non
stulentam, sed humidam & fixam procedit. Quam-
obrem causa immediata Singultus est irritamentum;
unde ex Hipp. in repletionibus & inanitionibus con-
tingit, non quia materia repleat, aut evacuatio exte-
nuet, sed quoniam irritat, alioquin, ut notabat Gal.
daretur tertia causa convulsionis præter repletionem
& inanitionem; quam ipse nunquam deprehendit,
prout experientia compertum illi fuit irritamentum
ipsum. Repletionem autem in Abbate Reverendiss.
causam fuisse singultus, & adhucnum esse, eviden-
tissimè patet, ventri enim & otio immodicè indul-
get; unde cruditates coacervantur, quæ postea nul-
lis corporis exercitiis attenuantur, digeruntur & dis-
sipantur; unde ventriculo tenaciter adhærescentes,
facultatem expultricem valido, sed inani conatu sti-
mulant, adeò ut expulsionem frustra tentata, singul-
tus succedat, prout & vomitus, eadem procedente;
quod accidit, non propter facultatis imbecillitatem,
sed ob luctantem materiam, quæ ab haustu vini ge-
nerosi attenuata, olim cessit, cessante simul affectu,
sicuti quoque à sternutamento, usu Tabaci prorita-
to. Hinc Hipp. A Singultu habito sternutamentum
superveniens liberat. Cujus rei in Com. Gal. ratio-
nem reddens, inquit, quod Plenitudo violento mo-
tu opus habet. Unde Aetius Singultibus ex inaniti-
one, sternutamentum malum.

Affectus molestus equidem, & contumax; cum
medicamentis adhibitis hucusque non cesserit, quem
tamen sanari posse confidimus; cum irritamentum à
repletionem proveniat, prout lethalis esse solet cum
ab inanitione, aut immodicis sanguinis evacuationi-
bus, aut superflue humorum purgationi, aut mali-
guis febribus succedit. Lethale quoque signum ha-
betur in inflammationibus hepatis, & Ilei; Neque
formidanda affectus contumacia atque diurnitas;
Juvencus enim est Patiens, qui propterea, tum mor-
bi diurnitatem, tam medicamentorum adminis-
trationem facile tolerare poterit; cum Vetula
etiam octogenaria anni dimidium singultum pertu-
lerit.

Curandus itaque est ablatione suæ causæ (de qui-
bus omnibus causis Galen.) contrariis facta. Cum
autem casu nostro, cruditates redundant, non sine
frigida & humida ventriculi intemperie; ideo omni
conatu viscida & lenta materia ab eodem deturban-
da, & Intemperies corrigenda, à proprietate ju-
vantibus non omittis.

Si autem Chirurgica præsidia consideremus, nul-
la hic sanguinis missione opus esse videtur. Quapro-
pter jubet Aetius, ut magno, & concitato motu,
vomitu, vociferatione, clamore valido, spiritus con-
tentione, equitatione sternutamento utendum sit;
imò & cucurbitula ventriculo & dorso affixa, cir-
ca duodecimam & decimam tertiam, primam scil.
lumborum vertebra. Extremorum quoque artus li-
gaturas, & lotiones præcipit, omnia tamen à Gal.
mutuata.

Pharmaceutica remedia esse debent Evacuantia,
Præparantia, intemperiem Corrigentia, & à proprie-
tate Juvantia. Primum autem vomitu leviter exci-

tandus Mulla acetosa, cum succo Raphani. Hiera
repetenda, ad ʒiſ. cum Lenit. Præparantibus quo-
que his insillendum.

℞. Oxymel. Squill. ʒi. Mel. Ros. simp. ʒii. Aq.
Cinnam. ʒſ. m. pro Syr. & sic pro aliis; & quarto quo-
que die præbeat ʒi. pil. de Hiera cum Agar. qui-
bus in progressu addantur Alephanginae, & aliquot
diebus quidem, ut mox Aquæ Tettucianæ cum
vehiculo Mel. Ros. sol. exhibeantur, quæ insigni tena-
ces & viscidas materias à ventriculo detergendi &
abluendi facultate pollent.

A proprietate Juvantia, quæ simul attenuent at-
que dissolvant, esse poterunt ex Gal. Ruta cum Vi-
no Aromat. Castoreum, Daucus, Cuminum, Acorus;
ex Trall. & Orib. Acetum Squill. ex Orib. & Aetio
Mulla cum Nitro. Sed omnibus præferendum Cas-
toreum cum posca; Zinziber viride commansum,
cum haustu Vini Malvatici, conditum tamen in Ca-
lecut Indorum, vel Arabia, non vetus, quod ab Ita-
lis in aqua maceratum Saccharo aut melle conditur.
Uti quoque solemus vino Malvatico, vel gutt. Olei
Oeymi, vel Anisor. in aqua vitæ. Quibus nisi cedat
affectus, ad aliquod opiatum confugiendum; inter
quæ Philonium, utpote cæteris minus noxium,
præfert Gal. quod & ipse feliciter expertus sum.

Interim intemperies frigida & humida affectum fo-
vens corrigenda; Jure Galli Ligno Sassafras, zingi-
bere, mentha, & ruta alterato; cui præmittatur bo-
lus ex ther. vet. vel saltem Sale Theriacali. Extrinsecus
quoque fiant foci, inunctiones & illius Fotus
quidem ex decoct. cumini, orig. puleg. calamen. men-
thæ, aut mentastri. Inunctiones oleo de spica, & dor-
so oleo de pipere. Illius parentur ex muidrid. aqua
ardente dissoluto. Prodest quoque scutella cinere
quercus, vel juniperi repleta, vino Malvatico asper-
sa, & calida apposta: imò Avic. Sinapismos applicat.

Cibus sit attenuans, & tenuis potius, & nisi urgeat
singultus, alimenta sint acra, & salsa habita ratione
causæ. Potus sit vinum ligno sassafras medicatum,
Vehementes animi, corporisque motus conveniunt.
Somnus vigiliæ præfertur. Clysteribus acrioribus
quinetiam utendum. Quæ pro Reverend. Abbatis
salute abundè. Raym. Job. Fortis Consult. & Resp.
Medic. Tom. 1. Cent. 2.

Observationes.

Pro Singultu.

Vir quidam post febrem continuam & fluxum
ventris ac vomitum incidit in singultum, huic cum
ab omnibus pro deplorato haberetur, decoxi semina
anethi, carvi, portulac. & papav. alb. in cerevisia
tenuiore, ex quo decocto tantum unum cyathum
bibens, miraculi instar, præter omnium opinionem à
singultu liberatus est. Alius laborabat singultu per
triduum pro quo Jo. Tiengius decoxit M. j. sem.
aneth. in nodulo ligati in pintis duabus cerevisiæ,
quam æger bibebat calide; prius tamen illum pur-
gaverat. Post sumptum anethi decoctum, stomacho
applicabat sequentes sacculos in aqua calefacta posi-
tos.

℞. Fl. chamæm. melilot. aneth. an. M. j. organ. ca-
lamenti. rutæ, an. M. ʒ. incif. & F. duo sacculi, qui-
bus remediis cessavit singultus. Oportet in singultu
curando causam prius animadvertere. Sic ille, qui
singultum habebat ex ventositate, sequenti remedio
evasit.

℞. Philon. ʒj. diagalang. ʒii. detur cum vino. Alteri
& hoc sequens profuit.

℞. Theriac. opt. ʒi. pulv. dictamn. ʒſ. exhibitum
fuit cum vino.

Novi vetulam octuagenariam, quæ per semian-
num

num tubinde singultiebat remediis nihil juvantibus, nisi devorato lechi sano, quo se tantum juvari afferebat. *Petrus Forestus, obs. 12. lib. 18. De Stomachi Affectionibus.*

℞. S. m. aneth. ꝑiſſ. sem. papav. alb. sem. portulac. an. ꝑiſſ. M. fiat pulpa quæ pendeat in cerevisia ordinaria, & fiat hujus pulpæ expressio, cum cerevisiam bibet, & singultus repressus fuit. *Idem obs. 29. lib. 6. De Febris Epidemicis.*

A Fbre acuta quidam singultu laborans capiebat sæpissime ex julepo sequenti.

℞. Hord. mund. M. j. sem. quatuor. frigid. maj. sem. papav. alb. an. ꝑiſſ. sem. portulac. lactuc. an. ꝑiſſ. sem. anif. aneth. scemic. an. ꝑiſſ. cordial. ꝑ. i. liquir. raf. ꝑiſſ. coq. in aq. pro ſbi. colatura aromatizetur cum spec. diatragac. frigid. diarrhod. abbat. trisantal. an. ꝑiſſ. ad dendo syr. viol. ꝑiſſ. syr. acetos. citri, ex infus. ros. an. ꝑiſſ. M. F. julepus quo singultus cessavit. *Idem obs. 31. lib. 7. De Symptom. Februm.*

Singultum hunc ob corrupti humoris acrimoniam & malignitatem in ventriculi tunicis residuam fieri statim collegi: quam ob causam pro ejusmodi materiæ evacuatione, tart. vitriol. ꝑiſſ. cum vino absynth. præscripti, quo laudabiliter operante, sed nec dum expultrice stimulatâ quiescente, julapium Foresti in hoc casu commendatum (cujus descriptionem vide sub sectione superiore) ordinavi. De quo sæpius haustum concessimus, donec ad usum laudani opiatî accederemus, hujus gr. 3. cum ꝑiſſ. theriac. & ꝑiſſ. conserv. ros. permixta dedimus, quo ipso ad miraculum usque periculolum symptoma cessavit. *Gregorius Horstius obs. 25. lib. 1.*

Remedio est si pulpa ex anethi semine ac papaveris potui immittatur. *Joan. Heurnius, ad aphor. 13. sect. 6.*

Causa tollitur vomitu & purgatione. Inter purgantia hieram Galeni, qua non sufficiente, hieram Pachi summis laudibus extollo. Ubi verò symptoma maxime viget, ego summo cum successu diaphænicum cum philonio romano uti soleo. Ab usu horum ad evacuantia insensibiliter est deveniendum, quæ cum motu id præstant sunt sternutatoria, quorum materia satis nota est, quæ sine motu, sunt diatrion, pipereon, diagalanga; sed præcipua sunt sal theriacale, & sal absynth. quæ hic sunt magnæ efficaciz, quibus non conferentibus, ab usu olei ex calcantho in vino generoso dati non abhorrerem. Quando symptoma urget, ad medicamenta quæ ipsum respiciunt descendendum erit: ideo mivam, cydon simplicem atque aromatizatam laudo, sicuti theriacam, vel (quod magis probo) diagalangam, aut mithridatium cum philonio romano. castoreum etiam ex mulla datum est præstantissimum, quod alligatum etiam ex Tralliano, veluti amuletum convenit. Medicamenta etiam externa in eundem usum sunt usurpanda; ideo profusio ipsius ventriculi facta cum oleo, in quo castoreum, styrax & mastiche, una cum vino cretico in duplici vase ad consumptionem vini coquantur, est maximi usus. Linimentum quoque ex mithridatio liquato in aqua ardenti mihi est ex usu, quibus non conferentibus una cum Avicenna sinapismo probo. *Jul. Cesar Claudinus consult. 18.*

Puer annorum circiter decem de ventriculi dolore conqueſtus, sine ferè intermissione, idque per octiduum dies noctesque singultiebat, ad me adductus, aquam nucum viridium cum raphano in aceto prius maceratarum extilatam propinavi, qualem vomitionis excitandæ gratia exhibere soleo. Verum et si minimè vomuerit, tamen statim singultus desiit, & cum sub noctem denuò haustum bibisset, ab hoc symptomate perverſo penitus fuit liberatus. *Felix Platerus obs. lib. 1. pag. 217.*

Chirurgus quidam æger lactus, mox singultire cœ-

pit, adeo continuatis vicibus dies noctesque, ut nec dormire, nec rectè loqui aut cibum capere posset; ad extremum hoc pacto debilitatus, cum nil juvisset, & jam quasi in agone esset, dedimus illi non sine metu, ipſo tamen summopere rogante, vomitorium satis validum chymisticum, quod ad manus erat, unde immensam bilis æruginosæ & nigre copiam evomit aliquoties, cessavitque singultus, ipſeque sensim convaluit. *Felix Platerus obs. lib. 1. pag. 218.*

Adolescens quidam febre hemurica correptus, singultu etiam perpetuo afficiebatur. Dedi vomitorium sequens.

℞. Radic. raphan. ꝑiſſ. sem. attriplic. aneth. an. ꝑiſſ. F. decoctio in colat. ꝑiſſ. dissolv. syrup. acetos. simpl. ol. oliv. an. ꝑiſſ. bibat, & fauces irruet digito vel penâ ut vomat. Jussi ventriculi regionem fomentare decoctione absynth. in vino, addito pulvere caryophyll. item ventriculo apponatur crusta panis in vino madefacta & pulvere caryophyll. aspersa: cum longioribus jam intervallis singultiebat, dedi iterum tale vomitorium.

℞. Ol. amygd. d. ꝑiſſ. ol. aneth. ꝑiſſ. aq. nuc. virid. ꝑiſſ. M. bibat, & denuò vomitio secuta est. Postea ventriculum inunxit ol. nucis moschat. & sumpsit conserv. rosar. Deinde aliquoties purgatus tandem convaluit. *Idem obs. lib. 2. pag. 314.*

Extra maxime convenit fons ex aceto valde acricum castor. piper. sinapi bene calido per spongiam ventriculo applicatus. *Rodericus à Fonseca tom. 2. consult. 27.*

Puellæ cuidam tredecim annorum singultu laboranti exhiberi jubeo calomelan. gr. 16. diagrid. gr. 8. quo solo remedio affectus in totum sublatus est eodem die. *Lazarus Riverius, cent. 3. obs. 42.*

Vir quidam febre maligna laborans gravissimo singultu & ferè assiduo torquebatur. Vocatus in consilium, laudani gr. 2. præscribo cum emulsione quatuor sem. frigid. maj. in qua salis prunellæ ꝑiſſ. dissoluta fuit; intra horam cessavit singultus, nec amplius rediit. *Lazarus Riverius obs. 78. cent. 4.*

Extemporaneum pro singultu remedium est thoracis compressio. *Johan. Hartmannus in Praxi chymiatri. pag. 176.*

Singultus periodicus.

Vivit hic speciosæ formæ virgo annorum 24. temperamenti laudabilis, quæ cætera sana, quotannis ferè stato plerunque tempore singultu alligitur tam pertinaci, ut periodum 14. dierum non raro absolvat, aliquando & ultra progrediatur, contemptis, quæcunque etiam in adversum à variis Medicis tentata sunt, medicamentis; tam continuo, ut nullum interea horæ diurnæ minutum à singultu vacuam experiatur. Noctes solæ quietæ sunt, & somni imperturbati; prima luce, expurgiscente ægra expurgiscitur & singultus, totumque diem fastidita concussione inquietat. Tandem inventum nobis est huic malo remedium. Illud ipsum est, venæ sectio liberalior è vena brachii. Memini fluxisse etiam aliquando mensura sic satis copiosè durante malo, nec ideo singultum vel tantillum intercalasse. Sed cur sola brachii vena secta juvat? an stantentum quiddam acri junctum vasa sanguinea diaphragmatis, & per consensum nervos etiam perturbans aperta vena tam vicina exitum inveniat, an alia in re hætenus ferè inaudita, excogitari convenientior ratio possit rerum Medicarum consulus expendendum ulterius relinquo. *Olai Borrichii.*

Singultus lethalis.

Tertiam causam Convulsionis & Singultus si Hipocra-

pocrates 6. Aphor. 39. addidisset, nempe irritationem à materia acri & mordaci, oracula sua complemento auxisset. Irritatur enim orificium ventriculi, vellicatis nervis à sexto pari propagatis vel à flatu, vel à vaporibus calidi hepatis; unde lethale prognosticum in Coacis deducit, vel à tumore comprimente, qualem illi adfuisse suspicio fuit, quem Patavii perpetua singultiendi molestia novissimos: vel ab acrimonia lactis non superflui, quæ infantes vexare nonnunquam solet. Cujus etiam non ita pridem exemplum habuimus. Filioia natu minime fratris mei charissimi Bartoli Bartholini, Professoris Regii & Academiæ nostræ Senioris, Batelotta Maria 17. hebdomadas nata, ventriculi nausea sentim oborta, forsan à lactis acrimonia, circa meridiem 25. Maii spasma sinistrae manus cum singultu continuo, eadem materia nervos stomachicos irritante & convellente, correpta fuit. Levior ille spasmus subinde remisit in manu, quia levior causa, sed singultus perseveravit, ventriculo à materia vellicante se expedire non valente, ut nullas somno inducias concederet: Omnia fuere à me & D. Mathia Jacobæo adhibita, externa pariter & interna, ad abstergendam inimicam stomacho materiam, sed inhibere in tenellulo corpufculo nulla arte potuimus mortis celeritatem, quin decima octava hora, singultu perseverante, elegantissima anima expiraret.

Affinem hinc de Singultu, ejusque remedio, sternutamento, observationem ad me misit D. Joh. Ant. Hannemannus, Actis nostris inferendam, quam hoc loco commodo reponam ipsius Clarissimi Viri verbis.

Ante biennium cum quidam Decurio ex prædianis nostris Hepatis inflammatione laboraret, diebus paucis ante mortem in singultum vehementissimum incidit, ad quem convincendum cum varia à me adhiberentur, eum tamen tollere non licuit: duo verò præprimis aliquid auxilii afferre videbantur, & singultum ad mediam horam tollere, scilicet manus frigida imponeret aquæ, jussi, hinc singultus ad mediam desit horam, & cum singultus rediret, cucurbitas meo jussu sine scarificatione ventri applicarent; iterum singultus ad horæ quadrantem remisit. Cum verò hic singultus ægrum rursus molestaret, ad sternutamentum transiit, Errhinum fortissimum in nares insufflatum est, verum nullam sternutationem movit: Quare si ægri ad sternutationem errhino vel pulvere piarmico compelli nequeunt, pro infausto & infelici signo habeo: Naturæ consultissimi, ac arcanorum ruspatores hujus rei reddant causam. Meo judicio, quando ægri ad sternutandum medicamento impelli nequeunt, certissimum indicium est facultates vitales & animales peccante materia suppressas esse, ita ut non valeant hostem suum ipsas prementem expellere, & jam succumbere victasque dare manus. An verò in omni morbo pro infausto signo habendum sit, non definiam ego, est enim altioris indaginis. Credo enim, ut cuilibet morbo sua singularis corpus occidendi methodus est, sic quoque quilibet morbus sua peculiaris & propria infausta signa habet. Sternutatio cui operi naturæ in macrocosmo analogia sit, non immerito quis quæreret? Terræ motum quotidiano se refert. An vero in infantibus lumbricos semper indicet? Mihi non sit verisimile, acres ichores sæpius è capite depluunt membranas summè sensiles irritantes, sternutationem causantur. In oculorum affectibus corpore l. a. evacuato sternutationem maximè utilem credo, & sic eam admittit in Curatione Guttæ serenæ Excellentiss. Cofferus præprimis verò probo in oculorum morbis pulverem nasalem Th. Bartholini, hic etiam citra ster-

nutacionem cerebrum bene purgat, quo pulvere omni mane utor jejunus, inter decem vices mihi vix sternutationem movet, nihilominus maximam pituitæ copiam ex cerebro depluere facit, quem itaque in ophthalmicis morbis pro arcano habeo, cum ejus usus maximè tutus jucundusque sit. Th. Bartholini.

De Singultus diuturni curatione.

Singultus omnium ferè Practicorum consensu inter expultrici facultatis ventriculi symptomata merito refertur, excepto Platero, qui eandem ad depravatam respirationem rejicit. Hunc nos jam aliquoties etiam contumacissimum suffulimus sequenti mistura, quam B. L. fideliter communicavimus.

℞. Vini cydon. tinct. rosar. an. ʒj. syr. cydon. ʒss. extr. zedoar. gr. 15. ol. dest. cort. aurant. gr. 4. laud. opiat. gr. 2. M. pro potiuncula cochlearum sumenda. Inter alios autem, qui hac mistura feliciter & cum fructu usi sunt, est cum Magnificus p. m. Proconsul Dn. Thom. B. scorbuto simul confirmato laborans; tum Dn. Henricus Brinckmann, Scabinus Vet. Civit. jat. & dylor, atque Erasmus Reitel Bibliopegus, & Aedituus Mariatus eodem symptomate per annum infestatus, nuperque periculosè, & tantum non lethaliter correptus, vir sexagesimum annum sup.gressus. Es ipsa mistura ferè olim excellentissimum Dom. Henricum Schavium Phil. & Med. D. atque Gymnastii nostri Rectorem meritissimum, jam pie demortuum, beatè etiam defunctum Matthiam Klimpel, civem & mercatorem Thorunensem, ab eodem symptomate liberasse meminimus; Quibus remediis Hippocratis febrem singultuosam fugaverit videatur liber de v. Acut. s. 4. p. 711. De Singultus differentiis à causis desumptis videatur Idem S. aphor. 58. & 7. 17. 41. Tob. Knoblochius in comm. Item Hollerius pag. 307. 313. 314. Simonis Schulzii.

SIRONES. Vid. PEDICULI.

SITIS LÆSA.

De ea jam sub Titulo Famis Læsiones. Hic itaque tantum Dissertationes duas Pathologicas adjicimus ex Clariss. Antonio Menjotid; primam scilicet, de Sitis Vacuitate; alteram de Siti immoderata.

Dissertatio Pathologica de Vacuitate sitis.

Quemadmodum resolutio humidi primigenii faem accersit, sic egestas humoris excrementi frigidi humidi suam creat. Illa humido alimentali ac crassiore edomatur; hæc humore alterante ac fluxili miscetur. Nec modo sitis animæ inhabitans è ʒy xagdia, sed sitis quoque naturæ singularis membris implantata, statim à potu demulcentis; vel diffuso undiquaque vapore; vel ob continuitatem refrigerii. Nam si frigidis pedibus flaccescunt inguina, dolores ciuntur colici, citatur tussis, moventur catarrhi, totumque corpus refrigerat; si abluere manus aquâ, aut corpus eâ mergere, inter sitis lenimenta connumerat Galenus, quaniò magis frigidâ assumptâ, partes omnes illicò contemperantur? Quamobrem apud Macro-

bium

bium causa redditur; Cur major voluptas est, cum sitis potu exlinguitur, quam cum fames sedatur cibo; nimirum quod *potionis totus haustus in omne corpus simul penetret, & omnium partium sensus faciat unam maximam & sensibilem voluptatem: cibus autem exiguo subministratu, paulatim penuriam consoletur, ideoque voluptas ejus multifariam comminuat.*

Potus autem per se minime nutrit, nec est *ἀνεγκλιός* verum *ἀδαιωτικός τῆς ψυχῆς*: humidum enim ingenitum quia oleosum aqueo humido non est reparabile; vel si nutriat ut vinum, haud potus absolute, sed potus alimentosus dici debet; quo sensu dicebat Hippocrates *facilius esse repleti potu quam cibo*, id est alimento liquido quam solido.

Itaque triplex substantia quæ corpus nostrum constituitur, spiritiosa nempe humoralis & solida non recte communiter dicitur aëre, potu & cibo refici. Nam spiritus quidem influentes ac inanimati aëre foventur, sed spiritus insitus qui animatus est, pertinetque ad integritatem membrorum, solo cibo restaurari potest: quod si potus *humoralem*, ut loquuntur, seu carnosam partium substantiam restituat, suis confondetur cum fame, nec amplius tendet in frigidum humidum, sed in calidum siccum: aluntur enim partes carnosæ ad redintegrationem calidi sui siccique quod absorptum est.

Porrò etiam ventriculus quatenus est pars sicca atque spermatica, siccis non humidis per se delectatur, juxta illud Celsi *aliena sunt stomacho omnia jumentis*, unde etiam Cicero jus *κακοσμάχου* concessum improbabat; tribus tamen de causis potus tenetur desiderio. Primum ut ejus ariditas, ubi plus jussu exuperat, corrigatur; Deinde ut immoderata caliditas siccitati copulata castigetur; Demùm ad vitandam exarsæfactorum membrorum importunam ac incommodam suctionem; idque à sapientissimâ naturâ institutum fuit, propter immensa, reliquo accedentia corpori, potionum commoda; secus enim aër quem aquâ humidiorum statuunt Peripatetici, ac præcipue hyemalis & frigidus, satis esset restringendæ sibi.

Utilitates istæ oppidò quammultæ sunt. Ac primum quidem tot tamque multiplicia cibaria potionum ope facilius & liqueſcunt, & invicem commiscuntur. Præterea cibi, nisi potu macerescerent, urerentur in ventriculo, non coquerentur; coctio enim à colore animato similis est elixationi à calore culinario, utraque nempe fit in humido; ac coctionem talem esse expediebat, quòd elixata æquis consentent aquæ & terræ partibus, ac idcirco temperatiora existant, nobisque accommodatiora: cum econtrario assata omnia sicciora sint & terrestriora. Nec chylus modò, sed hæmatosis quoque liquore opus habet; unde post absolutam sanguinis elaborationem haud exigua seri portio secedit, sufficiente in cæteros usus exiliore ejus copia. Sicut aquâ oleis affusâ hæc quoque quoqueverſum permeante, plenior exprimitur olei abundantia; ita ex alimento naturâ suâ crassiore dum aquosâ irroratur humiditate, nutritius humor uberiore quantitate elicitur. Præterea sanguis à sero aurigante derelictus *ἄσπαστος* amittit, sitque *σπυρρὸς*, ac idcirco putret ex facili; Etenim si aquæ quanquam naturâ suâ frigidæ ac aëri expositæ vitium capiunt ni moveantur, multò magis sanguis temperamento calidus humidus, & in loco calido conclusus, immobilitate computrescet. Sanguinem autem serositate ceu proprio *πυρρὸς* destitutum, minùs perniciousè fluere ostendit naturalis ejus crassities atque lentor; quarum qualitatum illa corporis tenuis mixturâ, hæc deorsione corrigitur, unde serum aqueum simul factum est atque salsum; quinimo suâ falsedine pu-

tridinem arceat, nam quæ custodiri debent sale condiantur. Quod si sanguis sero suo exutus pinguis movetur intra majora vasa, quantò difficilius absque istò vectoriò minutissimas capillaresque venulas pervadet, ac latentis membrorum nutrimentorum præsertimque solidissimorum, ut ossium & cartilagineum subibit meatus? Neque potus alimentata solùm devehit, sed eadem devectâ continet, & contenta agglutinat, ac, ut scribit Trallianus, *ἀδαιωτὸν καὶ κατὰ καὶ ἰσοπέδιον & ἰσοπέδιον*: sic aqua terram friabilem adunat ad formanda vasa, farinamque disgregatam in panem componit: sic artifices tectorii operis, priùs quam admoveant calcem aquâ grietem aspergunt, ut tenacius incrustent ac firmitus. Partes insuper motu incalescentes areſcentefque æquum fuit potu temperari, hinc cor sero immergitur, nec musculorum tendinibus atque articulorum *θαλάμια* sive forulis lubrica deest humiditas, *πίπλον* Hippocrati dicta, quâ exhaustâ haud secus ac rubiginosus cardo, aut rota plauſtri axungia non illita, difficulter & cum fragore moventur. Humores ipsimet effervescent ni proprio diluantur sero, jureque *ἄσπαστος* sive meraca passim apud Hippocratem insamantur. Denique cum substantia humidâ nativi sulphurea sit, ac maximè conflagrabilis, præproperam hujus demolitionem potulenta remorantur; pariter ac phlegma in vino impedit quominus spiritus ejus æthereus exardeſcat: hinc hydroptæ pinguiore sunt atque longæviores, *τῶν ἀποκατεργάντων* vita diutius protelatur, si aquam potaverint; idque non tantùm, ut scribit Plutarchus, quoniam humor rigatas ciborum aridas reliquias in corpus convehit, indigentibusque membris opponit, donec penitus deficiente in corpore alimonia, homo mareore intereat; sed potissimum quia caloris humidum radicale deprædantis activitas, aquæ frigore reprimatur, ac ipsummet radicale humidum aquâ madefactum minùs ardet lentiusque absumitur. Quâ de causâ potus aliquantulum famem sublevat, sicut ex opposito sitimus à pastu, non quòd ventriculus gnarus sit finis ac necessitatis potus post assumptum cibum, quis enim ausit sapientiam bruto ventriculo tribuere? sed potius quod alimentum præsertim solidius, ventriculi humiditatem exorbeat exugatque: Prudenter igitur Hippocrates siticulosi cibatum denegavit, ne intendatur sitis: *Quoscunque, inquit, sitis corripuerit, his & cibi & labores detrahendi sunt.*

Hic duplex nodus offertur exolvendus. Primum Cur fames sitim præcedat. Secundò an pulmo sit *συνδιασώτης τῷ διψῶν* socius & consors sitis.

Prius dubium quod attinet, famem siti anteire pronuntiavit Hippocrates. *Labor, inquit, cibus, potus, somnus, Venus, omnia mediocria.* Quibus verbis unâ cum harumce rerum non-naturalium moderatione, earundem legitimus ordo præscribitur. Nonnulli rationem reddunt, quòd prior sit indigentia cibi, quam ejus vehiculi, hoc est serosi humoris. Sed hi affirmant, non probant, id quod in quæſtione est; Etenim explicandum erat cur succi alimentalis quam serosi fellina magis sit consumptio. Vera igitur quæſiti causa, est major humidis, ut ajunt, substantifici quam aquei volatilitas quâ ocyus dat terga calori: sicut è vino oleum æthereum priùs quam aquea substantia per distillationem in sublime evehitur. Idque intelligi debet de fame & siti naturali; secus enim fieri potest ut à causâ præternaturali atque violentâ homines stiant prius quam esuriant; putâ si sudoribus, urinis, vel alvi fluxibus corpus sero suo exhauriatur; item si ventriculus præſervidâ restuet intemperie, quæ ex se sitim inflammat ac famem extinguit.

Circa posterius dubium, plerisque placet pulmonem

monem esse alterum sitis subiectum. Nam peripneumonici in ardentem sitim accenduntur; cantus & loquela, pulmones exercendo, sitim concitant; animalia pulmonis expertia sitim nesciunt, ac idcirco vesicâ carent; quæ verò pulmone sunt exangui, parùm potant, sicut ex adverso quæ pulmonem obtinere sanguineum, bibacula sunt. Deinde perseverat interdum sitis quantumvis ventriculus tantâ restagnet potus ubertate, ut in os resiliat, unde hoc? nisi quod sitis non ventrem, sed pulmones occupat. Tandem certum est aliquid potus in arteriam deerrare, ac pituitando demulceri pulmonicam sitim, præsertimque hanc superari auræ frigidioris inspiratu.

Veruntamen hæc rationes non sunt tanti momenti, ut à Galeno recedamus qui sitim similiter ac famem nullibi quæsitivam quàm in ventriculi ostio. Cur enim gemina daretur sitis sedes, famis verò unica? Et quandoquidem appetitus prævium supponit sensum, An pulmo *ἐκασθητός*, congrua erit virtutis potum appetentis habitatio? imo abest à pulmone non modò sensus, sed ea etiam temperatura atque conformatio quam appetitionis instrumentum exposulat. Itaque sitis à pulmone calefacto illata, cui potatus aer algidior medetur, sympathica est; affecto cum vicinæ jure, tùm ejusdem tunicæ commanione ventris osculo? Animalia autem quibus negati fuere pulmones, sunt *ἀπυρία*, & quæ pulmone constant exangui, *ἀλυγώτητα*, non per se ob carentiam pulmonis (ventriculus enim iis ipsis animalibus non deficit, alterum atque præcipuum, fatentibus ipsismet adversariis, sitiendi organum) sed per accidens quod sint frigidiora. Ac e contrario animantia pulmonem gerentia sanguineum, sunt *πολύποτα* à prædominio caloris. Stagnante potionibus ventriculo perstat imo augetur aliquando sitis, quod materia viscosa instar calcis lapidisve Thracii aquæ aspergine effervescat. Denique potentiorum portiuncula desleat ad pulmones non gratiâ levandæ sitis, sed ne perenni motu exarescant.

Jam verò sitis sedens ad officium ventriculi pluribus de causis concidit. Primò ob excessum frigoris & humoris regnantis in universo corpore, cui nihil est opus quicquam humidi prolicere è ventriculo: quamobrem morâ juxta fluvios, spirantibusque ventis Meridionalibus temperatur sitis, attractis & velut ebibitis per transpirationem vaporibus quibus aer rosicidus est; ita sitibundus balneo indulgens sitim ponit, quod aridum, bibulum & velut hians corpus per cuticulares meatus humorem avidè alliciat, & quasi ad se convellat, eoque medullitus madefiat. Notandumque vice versâ, siti carentibus, dum lavacro se committunt, sitim obtingere rorentiâ partium humiditate per reclusos poros educta: quomodo Antiqui ut voluptuose computarent, sitim balneis sibi parare soliti erant: hucque pertinet illud Hippocratis. *Balneum calidum si moderatum fuerit, corpus mollit & auget, ac immoderatum siccas corporis partes madefacit, humiditas autem resiccet. Et sicca quidem humectata, imbecillitatem & animi deliquium inferunt, humida verò resiccata, siccitatem & sitim.* Secundò tollitur sitis à sacco frigido atque humido os ventris irrigante, ita ut quanquam tractio fiat ab universis membris illad tamen ad sitiendum non impellatur: sic Hippocrates in Historiis Epidemicis sitim à febris ardentibus interdum abfuisse, aut saltem ad illarum magnitudinem non quadrasse observavit; vel ob frigidam humidam constitutionem aeris, transpiratu simul ac inspiratu ad ventriculum permeantis, vel ob aquosum humorem è cerebro depluentem in ostium ventriculi: tuncque lingua non ut deest scabra est & arida, sed lævis & humecta,

ægerque sit tusculosus, partibus spirabilibus eadem fluxione tactis. Hypochondriaci quoque tametsi æstivos, tamen ut salivatores sunt propter frigidam alvi cruditatem, sic stant sitis exortes; quo pacto piper, pituitam è capite prolectando, sitim solvit: ita quamvis alitum genus sit bibacissimum, ac aves rapaces præ cæteris calidissimæ existant, hæc tamen non bibunt, quod carnibus recentibus ac humidis vescantur; nec certe eas bibere conveniens fuit, cum enim prædâ victrent, expeditiores quoque ad volatum illas esse oportebat, qui fluctuantis liquoris pondere præpediretur. Tertio stupor ventriculi seu à narcoticis seu à calore nativo elanguente ut in moribundis, sitim enecat.

Juppiter ejus

Det Ganimedæi pocula mixta manui.

Quartò *ἀβλεψία* phantasie ad offensam ventriculi minime attendentis, affert sitis absentiam. Ut enim impressionem causæ sitiferæ in ventre recipi, sic ab istâ impressione imaginationem pulsari necesse est; hinc cataphorici non sitiunt, ac phrenetici sunt *βρωχυπέτας*, sive ut loquitur Aurelianus *parcibibi*. Quinto scripsit Plinius sitim voluntate vinci posse, refertque Equitem Romanum Julium in pupillaribus annis aquæ sabter cutem fusæ morbo prohibutum humore à Medicis, naturam fecisse consuetudine, atque in senecta caruisse potu. Ob eandem assuetudinem Libycas feras per æstatem non bibere, per hyemem verò potitare Autores gravissimi tradiderunt; quod eo mundi situ aquæ hyemali tempore scateant, æstivo autem tempore aquæ propemodum nullæ sint, proindeque æstate non bibere istis animalibus in consuetudine sit, quâ in naturam versâ, quantumvis aliò transferantur, pristinum nihil feciis retinent morem. Postremò nonnulli scriptis mandaverunt, animalia quibus ossa sunt concreta ac sine medullis ut sudorem non emittere, ita nec sitim sentire; forte quòd paucula fiat per cutem densiorem humiditatum evaporatio.

Sitis identidem mox invalescens, mox torpens damnatur in Coacis, sive causa sitis, virtutem sensificam impariter feriat; sive ipse ventriculi sensus modò acutior sit modò obtusior; sive etiam suprema cerebri facultas, nunc gravius nunc leviùs vitata, siticulofam diathesin licet continuò ac æqualiter urgentem non ex æquo persentiscat: celeres enim istæ & quæ in horas alternant vel causæ sitiferæ, vel sentientis ventriculi, vel judicantis phantasie mutationes nihil boni præfagiunt. Verùm longe calamitosior est sitis in morbis acutis *παράλογος* ex toto evanescens, autote Hippocrate in Coacis præfagiis: dixit *παράλογος*, manente videlicet sitiendi causâ quæ nec per venæ sectionem, nec per expurgationem bilioli humoris sive naturalem, sive technicam, nec per liberalem frigidæ haustum, nec per aeris frigidioris inspirationem, nec per somnum, nec per fotum, nec per alia *ἀδύνα*, finita est. E jusmodi enim sitis *ἀφάνεια* testatur aut imaginationis errorem aut non amplius *ἀμάρτυρος* quæ spem salutis haud penitus abscondit, sed jam *εὐκρωσις* sensus in ore ventriculi, eamque plane lethiferam.

Dissertatio Pathologica de Siti immoderata.

Nimia sitis vocatur, ubi extra tempus assumendorum ciborum, quò naturaliter sumimus, copiosior vel frequentior potus appetitur. Hæc si summa fuerit atque *ἐν ἄκρῳ ἐπιτιταμένη* varie cognominatur ab Hippocrate. Primò sitis *ἀναγκαστική* violenta, *ἀναγκη*

Sitis laesa

ἀνάγκη enim vim significat. Secundò sitis κατωρός, sicut somnus altus, κατωρός; & tussis valida, κατωρός dicitur. Tertio δίψος εἰς βάθος sive sitis profunda. Denique sitis ὑδροῦσα, quasi ἢ διουμένη quæ difficulter subiri potest, id est excellens ac in exhausta. Alii tamen sitim ὑδροῦσαν alvinam exponunt ἀπὸ τῆς ὑδροῦσας ab alvo, ad discrimen sitis sympathicæ, ac præsertim pulmonicæ. Sunt etiam qui ὑδροῦσαν malint interpretari ὑδρῶν placidam, ut somnus ὑδρῶν, hoc est dulcis & tranquillus.

Sitis πλημμελίαι fit vel vitio universi corporis, vel culpâ partu cujusdam privatæ, vel proprio malo ventriculi.

Corporis universitas à febre ardente, largo sudore similibusque causis aqueo humore spoliata, alium avidè trahit, mediantibus venis è ventriculo, ubi sitis quamprimùm citatur.

Privatæ partes incendio flagrantes, vel raptâ ventriculi humiditate, vel fervore per alterationis continuitatem ad ventriculum propagato, sitim sympathicam accendunt, ut renes in dysfacò seu diabete: jecur in hepaticide, præsertim si inflammatio simam ejus partem ventriculo contiguam occupaverit: pulmo in peripneumonia: Cor in irâ & metu; sicut enim cor exolvitur, confortio stomachi, ita vicissim proprias intemperaturas ipsi communicat; eoque sensu scriptum est ab Aristotele sitim exurgere, exsiccatò κερὶ τῶν ἰσθμῶν id est, corde.

Quidam arbitrariunt cum Avicenna dari sitim accidentariam à jecore, ob insignem frigiditatem non amplius potulentam materiam à ventriculo prolectante, totique corpori dispensante. Sed contrâ exarefacta membra non trahunt ex alvo nisi per venas ac medio hepate: itaque si vis hujus tractoria labefactetur, partium attrahentium conatus in eo deficit, nullaque sitis animalis apud ventriculum movebitur. Idem sentiendum de venarum occlusionè ventriculo ac hepatis interjacentium, potus deductionem intercipientè, à quâ sitim quoque progigni perperam contendit Avicenna: harum namque viarum conniventia sitis potius est obstaculo; cum ob interruptam suctionem à membris ad orificium ventris; tum propter refluxum potati liquoris ad ventriculum.

Tandem peculiari ventris labe confurgit sitis, juxta opinionem Galeni, vel ob excessum caloris, vel ob inopiam humoris: nec modò caliditas seorsim, sed & siccitas seorsim sitim provocat; ac nonnulli propter superfluitatem è lue venereâ faucium ac ventriculi atiditatem in posterum fuisse deprehenduntur. Quapropter moderate calida si humida fuerint lentique succi, ut liquiritia, sitim frænant: neque immeritò Galenus sitim tradidit tanquam signum intemperie ventriculi, & calidæ separatim & siccæ separatim; ac alio loco ingentis sitis causam recenset ventriculi ac præcipue oris ejus intemperiem sut calidam, aut siccam, aut utramque simul. Imò à calore humiditati copulato sitim creari possibile est; ventris namque humiditas peccat vel in quantitate imminutâ, dum nempe deficit, vel in qualitate ubi citra defectum valde effervescit; quam potest causam notavit Galenus, sitim fieri docens, naturali ventris humido veluti fervente. Atque alibi istas omnes sitis causas his verbis breviter complexus est. *Sitim à calore natam acetum compescit, quia ἢ ἀγνῶς non instrenue refrigerat. Eam verò quæ fit ex humoris penuriâ intendit, quoniam exsiccat: quamobrem neque sitim à calore atque siccitate genitam, acetum persanare potest: at illam quæ ab humiditatis caliditatisque coisunascitur optime exstinguit.*

Cui doctrinæ nequaquam adversus est Aristoteles sitim definiens *appetitum frigidi humidi*. Hæc enim definitio non tantùm conjunctim vera est, sed etiam disjunctim; ita ut sitis sit desiderium vel

Tom. IV. Pars II.

utriusque, vel alterutrius qualitatis; quò pacto docebat idem Aristoteles Naturam esse principium motus & quietis, aut copulative in corporibus quæ nunc moventur, nunc quiescunt; aut disjunctive, scilicet principium motus in iis quæ nunquam quiescunt, ac principium quietis in eis quæ nusquam moventur.

Porro extraria caliditas in ventriculo haud multò post siccitatem, & siccitas immodica calorem sibi afficit, ac è societate utriusque qualitatis ardentiò suscitatur sitis. Utque calor qualitas est magis activa, citius siccitatem sibi associat, quàm siccitas calorem. Quæ omnia intelligenda sunt de siti particulari ventriculi, nam si totius corporis vel alicujus membri morbo sitis proveniat, hanc à caliditate simul atque siccitate oriri necesse est, videlicet propter absentiam aquei excrementi, quod frigidum est atque humidum.

Dyscrasia ventriculi διψώδης vel αἰσῶς existit, vel humori conjuncta quæ longe acerbiorè sitim invehit. Humor sitiferus Galeno duplex est, biliosus atque salsus; hicque iterum vel est serum vel phlegma salsuginosum. Plerique opinantur ab humore salso ac bilioso sitim sollicitari intermediâ suctione ac mordicatione in ore ventriculi, perinde ac si vera adesset in universo corpore humidi aquei consumptio: attamen mordacitas quâ talis, non sitim, sed cardialgiam ciet, ac multi quid acre perferunt in ventriculo sine siti; proindeque salsa ac biliosa materia, veluti nuda intemperies, haud aliter sitim præstat, quam calefaciendo & exsiccatò: pariter ac atra bilis, non quatenus hæc tria secum habet adjuncta quæ sunt acerrimi morsus τῶν δρυμῶν, τῶν ἰξωδῶν, καὶ τὸ διασφατικόν; sed quatenus præfervida mentem furore quatit. Galenus quidem scripsit salso bilioso succo ventrem mordente, potum magis quàm cibum appeti. Sed aliud est humores istos vi pollere quàm ventrem mordicant, quod vult Galenus; aliud verò sensatione istius morsus, concitari appetitum potionis.

Inflammatio oris ventriculi sitim parit longe acerbiorè quàm simplex humor, sive salsus fuerit sive biliosus; ac utcumque febris, inflammatio ventriculò, exæstuet, febris tamen sitis necessariò antecellit, quòd phlegmonosum & quasi Aetnæum ventris osculum plus corde exuratur: sicut vice versâ in quibusdam causis contingit ut febris siti præpollat.

Datur præterea venenata sitis omnium crudelissima, eaque ἀσβεστος à morsu viperæ, vel vini potione in quò vipera suffocata est: sed præsertim à dysfacò ictus, cognominem huic reptili patitur affectum, ac eatenus pandit ora siti inflammaturque ad bibendum, quò usque præ nimio potu ventre rumpatur. Sic Lucretius de peste Atticâ.

*Insedabiliter sitis arida corpora vexans,
Æquabat multum parvis humoribus imbrem.*

Denique ut fames, ita etiam sitis non modò tristem sensum in ventris osculo, sed insuper gustatæ rei delectabilis vel utilis recordationem consequitur. Veruntamen isti affectus moderatiores sunt, imò famis sitisque nomine vix merentur dignari, cum animus magis agant quàm ventriculum.

Causæ externæ διψητικὰς sunt, calor ambientis: neque enim arva tantùm, sed ventrem quoque siti findit Canis æstifer; cibi falsi, acres atque piperatis astringentia omnia, oris ventriculi humiditatem exsiccant: crapula: alimentorum in ventriculo nidorulenta corruptio: usus panis calentis, ex Hippocrate, non tantùm ratione actualis caliditatis, sed præcipue quod spongiosò corpore atque bibulò, humiditates ventriculi exorbeat:

H amy:

amygdalæ amarae, quibus esis jagulari vulpes ni biberint, autor est Plutarchus: cibus copiosus, nec non crassus & lentus, quoniam calor in eo conficiendo plurimum ac diu laborans, multum intenditur; hæcque sitis quiescit statim ac ventriculus suum absolvit pensum: melicratum ac vina dulcia, potissimum in picrocholis: aqua frigida sitim igneam à falginosâ pituitâ, aut tenacior bile natam ex eventu magis accendit, crassiores hosce humores, ventriculi parietibus impingendo; sicut ex adverso calidæ potû, humores istos liquantis atque abluentis, sitis evincitur; vel etiam, juxta Actuarium, constanti *ἀπείρεια*, humore tandem exarefacto atque deficiente.

Præterea sitim augent immoderata exercitia, ac somnus ore aperto captus; seu quoddam aliqua æris inspirati portiuncula perveniens ad ventriculum, hæc excisecet; seu quoddam palato, linguâ ac faucibus æris tactu siccat, ventriculus per continuitatem arefiat. Metus quoque ut in militibus è prælio fugientibus, vel reis qui ducuntur ad supplicia, sitim conciliat, caliditate intrò revocatâ, ob quam ventris etiam laxamentum supervenit ex Aristotele. Ita denique provocat sitim eamque asperiores quàm metus, quod in illâ calor foras dispersus quamplurimam dissipet humiditatem, in hoc verò calor contractus minus humoris disperdat; unde timentes modico, irati nonnisi pleno potu satiantur.

Immensum sitientes inter potandum tantopere delectantur, ut præ motu animi quasi gessientis potulentorum saporem vix dijudicent: quaspropter *ἀσφύ* cuius ardenti cupiditati tribuitur, & Homerus *ἄρτος* dixit *πρωτόφισον* maxime desiderabile, siti namque nihil est *πρωτόφισον*. Quare autem sitis fame gravior sit atque intolerantior, causa triplex legitur apud Philosophum; An, inquit, quia sitientes suavius bibimus, quàm esurientes comedimus? illudque molestius est, quod suaviori adversatur. An calidum quò vivimus, humido magis indiget quàm siccò? An quia sitis duorum est desiderium, cibi & potionis: fames verò unius cibi appetitus est? Verùm hæc rationes (salvo honore qui debetur tanto nomini) videntur nobis parum probabiles. Quod spectat ad primam, causa debuerat afferri cur bibere delectatius sit quam edere. Circa secundam dicimus calido nativo magis congruum esse humidum solidum, quippe quo reficiatur, quàm humidum liquidum quo simpliciter alteretur; nihilominus tamen sitis petulantiam ægrius tolerari, etiam securius; famis verò exultantiam facilius, cæterum periculosius perferri: hæc namque multos & quidem intra breve tempus constat interiisse; siti verò nullos vel paucos, eosque longiore temporis tractu, ut inferius declarabitur. Tertio loco Aristoteles famis objectum ad sitim frustra transtulit, cum istæ passionis tendant ad diversa; aut saltem ratio adducenda erat, cur ea sit fors sitis ut feratur ad calidum siccum, nec fames pariter frigidum humidumque respiciat.

Nos itaque respondemus sitim quàm famis tædia esse intolerabiliora, quod illa potentiorum qualitatum, scilicet caloris atque siccitatis; hæc ignaviorum nempe frigiditatis atque humiditatis soboles sit: hincque potum esu esse gratiorem, quod liberet à sæviore pœnâ, & quidem propere, nam cum leviolem postulet coctionem, statim è ventriculo egrediens distribuitur: jam verò effectus celeritas ut ad dolorem sic ad voluptatem mire confert; ac per æstivos fervores festinâ autæ frigidioris flabellatione plurimum recreamur. Hæc sunt Platonis verba à Galeno allegata & probata. *Violenta passio quæ præter naturam est, cum simul multa celeriterque*

fit, dolorem adfert. E diverso quod ad suam naturam confestim & celeriter revertitur, jucundum est. Quod autem sensim & paulatim fit, sensum læset.

Lubet nonnullis famem quidem esse symptoma unius ventriculi: At sitim esse affectionem non solum ventriculi, sed gulæ quoque, faucium atque linguæ, imo sitim quandoque oboriri, illæso ventriculo, solâque oris ablutione relevari; cum ergo sitis ad plures extendatur particulas, ipsam fame laboriosior esse judicant. Sed contrâ, hic agitur de intensione, non de extensione passionis: deinde virtus *ὀρετικὴ τῶν πομάτων*, similiter ac *τῶν βραμμάτων* nullibi quàm in ventriculi officio inhabitat; ac dum linguâ, faucibus ac gulâ calefactis atque exarefactis sitis emergit, vel iisdem frigefactis atque humefactis sitis fugatur, id non fit nisi alterato per communionem ejusdem membræ ventris officio.

Quibus noctu bibendi est cupiditas, iis valde sitientibus adormiscere, bonum. Nam per somnum retracto sanguine, viscera humectantur, causaque sitifera concoquitur & subdescendit: secus enim sitim magnæ evacuationis consecrariam somnus excuit, quia corpus exhaustum, calore per somnum concentrato, magis magisque exinanitur. Siti quoque à præcordiorum inflammatione, somnus nocivus est: quo sensu sitim, tussim & linguæ asperitatem à somno exacerbari notavit in prothetico Hippocrates.

Interdum idem Hippocrates somnum non intensæ siti, ut in præfato aphorismo, sed mitiori duntaxat opem ferre testatur; *ἰσχυρότερον*, inquit, id est *superficialem inter vigilandum sitim, somnus sedat*, additque eam quæ à somno orta est, vigiliâ reprimi. Nam somni tempore quo natura incumbit coctioni, quammulti halitus è cibus elixatis quoque-versum emittuntur, quibus partes concalescunt; eademque refrigerantur per vigilias, quibus fervidi illi vapores discutuntur: unde Avicenna *somnus post cibos calidos, ut vinum meracius, sitim excitat, quam alioquin sistere consuevit. Et Aetios, sitis fit vel ob penuriam humiditatis, vel ob abundantiam caliditatis: siccitatis medela est somnus, coquit enim humores: caliditatis remedium, vigilia quibus illa verius superficiem expansa, evanescit: siti verò à calore eduliorum aut liberaliore vini haustu medetur frigida potus.*

Hippocrates generalia sitis præsidia proponit non modò bibere, spiritumque frigidum captare, sed etiam os continere ac tacere. Ore enim clauso ac silente linguâ, torida humiditas in ore faucibusque colligitur, quæ officium ventris blande irrigando, sitim aufert.

Sitis cujus origo à toto petitur corpore, vino lymphato promptius quàm aquâ simplici lenitur: quoniam vinum sua *λεπτομερεια* aquæ alioquin ægre meabilis cursum versus membra adjuvat: sitis verò cujus causa in ventriculo insidet, aquâ purâ melius expletur, quod nullâ opus sit penetratione. Imo panis aquâ madidus, hujus è ventriculo exitum remorando, meræ aquæ antefertur.

Sed quid ad Senem nostrum docentem in naturis biliosis sitim aquâ non propulsari, at ipsam amarescere, ac in bilem permutari: Et alio loco præscribentem ægrotanti aquæ potum, dummodo non sit *πικρόχολος*. Trallianus illos ceu ridiculos ac legitimi sensus verborum Hippocraticorum ignaros traducit, qui aquam damnant veluti biliosam; verùm debuisset saltem Trallianus, Hippocratis mentem locis citatis aperuisse.

Itaque permulti arbitrantur aquâ sumptâ bilem in alvo stagnantem elui ac sitim depelli; si verò bilis ventriculi tunicis infixâ fuerit, ipsam ut nunc dicebamus, tenacius iis affigi, sitimque adaugefcere. Alii censent ab aquâ bilem ita dilui, ut hujus amaror sensibilior evadat, sicuti lingua bilioso humore

suffusa, plus amaricat, si æger aquam degustaverit; ac aloe liquore aliquo soluta multo amarior gustu deprehenditur. Quidam etiam existimant bilem in imo ventriculò positam, quia levem atque pinguem, aquæ haustæ innare, siamque adaogere, quòd os ventris propitè attingat. Verùm istæ sententiæ minimo negotio refelluntur. Primò namque hic non agitur de biliosis propter bilem in solo ventriculo redundantem, sed de illis præsertim qui cæteris partibus ac toto corpore tales sunt. Secundò non vult Hippocrates bilis qualitates aquæ mixtione reddi evidentiores, sed ipsammet aquam in bilem converti. Postremò bilis non minus pufanæ vel jusculo, quàm aquæ supernatæ.

Proindeque nonnulli concedunt quidem aquam *ὑπερβλην* epotâ bilem vel exlingui, vel per sudores, urinas, vomitum alvumve exturbari: At illam parçè exhibitam ac bili commixtam bilefcere contendunt, quomodo, juxta opinionem Aristotelis, paucum vinum multis aquæ amphoris injectum non miscetur, sed in aquam transmutatur, quòd propter quantitatis *ἁπομειψίας* nulla detur reactio ex parte vini; ideoque temporis momento ab aquâ superetur; quo pacto etiam fabri ferrarii aquæ aspergine focos accendunt.

Nos verò in corporibus biliosis aquam etsi copiosam sapie ingenio ac proprietate degenerare in bilem affirmamus, si præcordia inflammata fuerint, vel obstrueta, quòd aqua jam per se *ὑπερβλην* diutius in visceribus commoretur; quamobrem Præceptor acuto morbo correptis, & quorundam hypochondria male habent, aquam interdicit, quam alioquin simpliciter biliosis imperat; ut reverè *ὑπερβλην* à Veteribus jactatur ceu præsentaneum causi *ἕρπης*, ac ex adverso febribus intermittentibus etiam tertianis, ut monet prudenter Fernelius, adversatur, quòd harum materia primas vias offerat. Quemadmodum extra corpus dulcia atque insipida vi caloris amaritudinem comparant, ut mel, saccharum, glycyrrhizæ; & aquæ stariæ putrendo amarescunt, herbeumque adipiscuntur colorem, ut præter experientiam testatus est Hippocrates observans aquas palustres & stabiles à sole aduri ac biliosas reddi, hisque utentes siticulosos fieri: sic intra corpus biliosum ac præfervidum, aqua apud viscera *ὑπερβλην* diutius desidens, corrumpitur, & in bilem præcipuè porraceam facessit. Quamquam enim aqua dissolvens obtinuerit cum bile qualitates, ea tamen computrescens amarorem potius quàm alium saporem duplici ratione solet contrahere: prior est ex parte agentis seu caloris, effectum calidum naturæ suæ affinem producentis; sicut ferventior ventriculus ex alimentis etiam frigidis, ac æstuosum hepar è chylo frigidiorè bilem congerunt. Altera & præcipua, ex parte patientis, nimirum ipsiusmet aquæ partes terreas complectentis, quarum promptus est ab immodico calore in amaritudinem transitus: Amara enim omnia quoad qualitates, calida sunt atque sicca; quoad materiam crassa & terrèna à calore præstante.

Lac siticulosus nocuum est ex Hippocrate; quòd ratione pinguedinis atque dulcedinis in corporibus calidioribus commutetur in bilem, quâ sitis perennat.

Sitis indicat completam purgationem: Nam qui epoto pharmaco non sitiunt, ipsorum purgationi finis non datur, priusquam sitiierint: ob inductam nempe ab evacuatione siccitatem, ita ut nulla excusatio afferri possit vel calefacientis seu humoris seu pharmaci, à quo sitis infertur, priusquam peracta sit purgatio; vel æstuantis seu ventriculi seu pulmonis. Potissimum autem hydragoga quantumvis cæteris cathartics non sint calidiora, eductis tamen aquosis humoribus calorem temperantibus sitim promonent; sicut ex adverso salis biliosive succis *τὸ*

Tom. IV. Pars II.

purgatis non solum non movetur sitis, sed quæ prius fuerat, restinguitur.

*Inexplebili novimus cruciatos sui, inquit Galenus, ac ex ipsâ perisse, tum quemdam qui deglutiverat viperam (erat autem dipsas) tum messoris qui vinum in quo talis serpens mersus fuerat, biberant; tum eum qui vinum vetus biberat ad satietatem: Non minus illum qui pertinaciter sitim sustinuerat. Ad hæc alios in navigio penuriâ aquæ dulcis, quorum qui ausi sunt marinam bibere, cum plurimum supra cæteros surrent, nonnulli quoque eorum fluxâ essent alvo, non sine morfu vehementi, celerius quàm alii perierunt. Vidi autem & ex iis qui causo laborant, quemdam cum morbus invalesceret frigidam avidè seu effuse bibisse, nec unquam quoad moreretur, expletum. Hæc Galenus. Verùm si res exactè pensetur, patet quidem multos ad supremum vitæ diem sibi *ἀνατολήν* fuisse divexatos, neque tamen hanc exitisse causam mortis proximam; sed vel morbum principalem cuius symptoma erat sitis; vel alia pestifera accidentia, primario morbo assidentia; vel denique lethales quædam affectiones per aquæ egestatem, potus abstinentiæ succedentes. Hallenus Antonius Menzovius.*

SOMNAMBULATIO.

De eâ hæc habet Clariss. Thomas Willis.

Somnambulationis causa in eo consistere videtur, nempe quòd spiritus animales sint efferti nimis, & irrequieti, ut unâ omnes minimè succumbant; verùm aliqui, cæteris feriantibus, spontè exiliant, ac motum ineant, non secùs ac canes, forsitan unus, & alter, sine quòvis imperiò, aut reliquorum confortiò venatui accinguntur: propterea item, quòd spiritus ad expatiandum apti, pro excursu suo, in medullâ oblongatâ, juxta originem nervosam potius, quàm in cerebrò, aut medullâ ejus spatia liberiora obtinent. Videtur enim quòd durante somnò, pori & meatus, in cerebri globosâ compage inferciantur adeò, ut spiritus illic, non secùs ac lymphæ gelu constricta, unâ omnes arctè compingantur: interim intra medullares cerebri & medullæ oblongatæ processus, qui versus originem nervosam ducunt, substantiâ laxior, & humore adventitiò minus occupata existat; ut ibidem spiritus in motum prompti, se faciliè exerant, & nervorum capitella subeuntes, motus locales, quorum sensus communis, & superiores animæ facultates profus ignaræ sunt, producant. Enim verò talis cerebri, ejusque appendicis dispositio; quæ ad noctu vagationem inclinat, tanquam à peculiari quædam organi conformatione dependeat, quibusdam hominibus, à natiuitate propria existit, nec quibusvis indifferentè accidit, aut unquam ab inordinatâ victus ratione contrahitur. Novi in quadam familiâ ubi & pater, & nati omnes huic affectioni sunt obnoxii, fratres noctu in somnis sæpe per domum discurrere, interdum convenire, ac invicem obviam factos comprehendere, adeoque se mutuo ex suscitare. Attamen alii, quibus hæc labes haud ab ortu imprimitur, nullâ *ὑποπόσει*, seu manifestâ occasione, in hunc affectum incidunt. Hallenus Thomas Willis *Tractatu de Animâ Brutorum.*

Consultationes.

Somnambulatio.

Sicut vigilia est actio ab expansione facultatis animalis à primo sensorio ad sensus externos, ita somnus est vinculum, sive copula eorundem in

H 2 Pri

primo sensorio, unde Aristoteles idem voluit, vigiliis consistere in sentire, quod est operari. Verum quoniam operatio quæ fit in vera & legitima vigilia, non consistit in sola spirituum expansione ad sensus externos, sed secundo in receptione specierum sensibilium quæ ad cerebrum à sensibus externis offeruntur, & tertio in recto iudicio eandem, quia iudicantur & objecta propria, & objecta communia; idcirco non vigilare, sed dormire Nob. Puerum, jure merito statuendum, licet in somno clamando, vociferando, seipsum movendo, & ambulando operari videatur. Somnambulus propterea recte dicendus est, statuendumque operationes hujusmodi omnes præter naturæ intentionem exerceri, quarum causa immediata est facultas imaginatrix adeo irritata, ut inconsulta ratiocinatrice motricem impellere & ad operationem excitare valeat. Et sicut causa mediata debet fixam & fortem reddere imaginationem, ita alia requiritur impellens, quæ mobilem reddat eandem cum facultate motrice; ut propterea sat nobis non videatur vapores crassos, fuliginosos & melancholicos assignare; sed necesse sit tenues quoque mobiles & calidiores ad hujusmodi exercitia in somno peragenda conspirare; unde & ipse Gal. dicebat, mirum non esse, si cum animalis facultas ab humorum copia, & crassitie gravata vexatur, homines vix seipsum movere, ac onera quædam portare per somnum imaginentur; contra vero cum levis, superfluitatibusque crassioribus vacans affectio corporis sit, se vel volare, vel velocissime currere, per insomnium videant, cum animæ visæ corporis affectionibus semper assimilentur. Quibus ita suppositis, examinanda sunt viscera Pueri, quæ certissime erunt intemperie calida affecta; & forsitan organicus quoque morbus addetur, nempe obstructions: pro certo enim habemus vapores calidiores, & à jecore, & à corde cerebro communicari, qui facultatibus, imaginatrici atque motrici in somno quoque agendi & operandi ansam præbeant: sicut crassiores necessario supponendi, qui sopitas reliquas facultates & servant, & præsertim spirituum animalium transitum ad sensus externos intercipient. Quorum vaporum minera, vel à causa interna, & præsertim liene; vel ab errore externo & potissimum à vini potu, vel ciborum in caput evaporantium comestione, erit petenda.

Et cum affectus iste quatuor abhinc annis semper invaluerit, verendum ne in deteriorem degeneret, sique epilepticus evadat; præterquam quod & per accidens lethalis quoque fieri potest.

Quare omnia agenda ut quamprimum remittatur, atque tandem ad nihilum redigatur; idque auxiliis medicis posteaquam pubertatis beneficio frui non poterit. Et quamvis affectus omnes chronicos in pubertate non relinquentes, Hipp. ipse consensescere solitos esse affirmet, id tamen de sola ætatis mutatione intellexit, tunc auxiliis medicis minimè consideratis.

Quare expiatis primis viis, obstructions, si quæ adsint, sunt aperiendæ. Massa sanguinea à vitiosis humoribus depuranda. Calida jecoris, venarum & cordis intemperies corrigenda. Caput aliquo pacto roborandum, & congrua vivendi ratio instituenda. Quæ omnia erunt remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis & Diæticis executioni mandanda.

Et si de Chirurgicis loquamur, congrua erit sanguinis missio ex pede, Vere futuro quoque repetenda; ita enim pro præservatione Comitialibus & Vertiginosis ex pede, sanguinem mittendum præcipiebat ipse Gal. Cauterium quoque coxæ affixum abs te non erit, sed differendum; Quos enim morbos non sanat medicamentum, sanat fer-

rum, & ignis. Interim vespertinis horis ante cenam valde conferre poterunt frequentes pedum lotiones aqua calente.

Pharmaceuticis primæ viæ expediantur, vel syrupo ros. & de polyp. vel lenitivo cum tartaro. Intermissis quinque diebus, Præparantibus ex jusculap. acet. ad ʒiii. cort. citri alterato. Inde ad succorum depur. usum erit ducendus, si non ex cichor. ob amaritudinem, saltem ex endiv. borag. & pomis dulc. ad ʒiii. qui per arenam trajici poterunt, ut clariore & suaviores evadant; præbeantur autem in jure pull. cichor. malva & beton. alterato; quibus insistendum ad 20. dies, & singula hebdomada exhibendum aliquod catharticum elective purgans, ut extractum rhab. sennæ, & polyp. cum elect. lenit. superbibendo, una, aut altera transacta hora ab assumpto medicamento, aut serum depur. aut aquam hordeaceam. In succorum autem progressu, si obstructions adessent, addi poterunt gr. 10. aut 12. tart. vitriol. aut saltem salis tartari. Atque tandem transactis jam dictis 20. diebus, pilula quoque unica vice prodesse poterunt de tribus, aggregat. & aureæ, simul compositæ.

Viscerum fervor erit quarto loco contemperandus, quod præstari poterit, quotidie exhibendo cyathum aq. stillat. de succo cich. addita conserva de acido citri, xv. aut xx. diebus summo mane assumendum. Tandem aliqua capiti corroboratio facilis non erit spernenda; in quem finem sub ingressum lecti, de more uti debet conserva rosarum, guttulis aliquot spiritus vitriol. & tincturæ chemicæ corall. reformata. Pariter in usum ducat quintam essentiam rosarum, qua illiniantur nares, tempora & futura coronalis.

Quibus si malum non cedat, nos ad opiatorum usum devenire solemus, sub ingressum lecti, præbendo granum unicum ladani nepenthes, nonnunquam vero & tutius, syr. de papav. ad ʒi. ut qui & causam antecedentem respicere, & vaporum atque spirituum motum fillere valeat.

Quo sine circa victus rationem, à vino per annum omnino abstinere saluberrimum fore censemus; sicut ab omnibus vaporosis alimentis, præsertim calidioribus. Exercitium jejuno ventriculo commendatur; nec ad studia Nobiliss. Puer sollicitetur, alacricque animo sit. *Rayn. Job. Fortis Cons. & Respon. Medic. Tom. 2. Cent. 1.*

Medicatio Juvencule Somnambulis.

Juvenca viginti annorum & temperamenti calidioris, decima à puerperio nocte domestica quædam negotia sibi peragenda somnians; è lecto sine ullis vestibus, inter sævissima hyemis frigora surrexit: & cum è thalamo hac imaginatione ducta in partes domus inferiores descendere vellet, strepitu januæ, quam aperiebat, matrem, eodem cum ipsa decumbentem lecto, expergefecit. Hæc novitatem rei admirans, filiam altâ voce increpuit & ad se revocavit: quo illa expergefacta ad lectum rediit, dicens se nisi clamoribus istis è somno fuisset excitata, domo exituram fuisse. Vigesimo quarto post die, cum marito dormiens, circa noctis gallicinium subito è lecto exiit, & ad januam cubiculi properavit. Verum à marito evigilante, & stentoreâ voce eam inclamante excitata, flens & tremens ad lectum revertit; narrans se è lecto voluisse fugere, ad evitandam vim, quam virum quandam sibi inferre velle somniabat. Postea similia insomnis, tam ad somnambulandum cogentia, sæpius est passâ, in quibus sine ulla noxa tam periculosa adit loca, quæ vigilans nulla ratione adire auderet.

Afficitur in hæc foemina cerebrum, secundum sub.

substantiam, & spiritus, ventriculis cerebri contentos, quod probat imaginatio, in somno ipsam adeo inquietans. Afficitur etiam totius corporis sanguis, unde fervidi isti spiritus gignuntur.

Morbus qui eam infestat, est Somnambulatio; sive intemperies spirituum, in ventriculis cerebri nimis copiose inter dormiendum existentium, iusto calidior & fervidior, cum intemperie viscidiorum quorundam vaporum, cerebri substantiam, longius à nervorum principio, occupantium, conjuncta; quâ illa, per insomnia nocturna è lecto interdum exurgens, ad ambulandum in somno impellitur.

Causa hujus morbi antecedens est sanguis fervidior & viscosior ac crassior, in toto ejus corpore redundans, qui viscidioribus & crassioribus quibusdam partibus, in cerebri substantiam vaporis specie delatus, & subtilioribus in copiosos spiritus animales conversus, hujus morbi, dum ægra interdum vehementius somniat, continens & causa.

Dum enim isti spiritus ipsi in insomnia, quod de re cupidius prosequenda vel fugienda, ob imagines, ex quibusdam expansis cerebri poris; menti in sensorio communi, à pressione vicinarum partium tum temporis libero, oblatas, habet, vehementius in ventriculis cerebri moventur, determinantur illi in illos membrorum nervos & musculos, in quos similis cogitatio eos in vigilia determinare solebat. Iique in musculos illos copiosius & vehementius fluendo eam dormientem erigunt, & in varia loca, quando hoc insomnia durat, deferunt. Nec tamen ipsa ex hoc vehementiore spirituum motu evigilat; quia reliquum cerebrum, ubi imagines sive notæ decori, honesti, utilis, aliæque sunt pictæ, à viscido & crassiore vapore occupatum, propterea expandi non potest. Atque ideo vagatur illa in somno, quo ipsam imaginatio ducit, donec, vehementiore matris vel mariti, vel alius eam increpantis, clamore, viscidiores & crassiores isti vapores è cerebro discussi vel dissoluti, cerebrum à spiritibus expandi, & rerum omnium imagines menti offerri patiantur, atque illa ita expurgatur.

Quod verò fieri possit, ut in una dormientium cerebri parte spiritus vehementius, in alia tardius eodem tempore moveantur, & nervis porisque cerebri unis per somnum clausis, alii pateant; præter insomnia vulgaria, manifestum est ex medicamentis quibusdam somniferis, inquietissima insomnia cum profundissimo somno excitantibus; atque ex spontanea dormientium, & reliquo corpore quiescentium, respiratione. Nam somnifera illa hoc alia ratione non faciunt, quam quod peculiari suo temperamento cerebrum in aliqua parte gravent, & in aliâ spirituum vehementem motum excitent, ac quosdam cerebri poros, imagines quarundam rerum continentes, aperiant, easque menti in somno offerant. Et ne quis contrarias has somniferorum in cerebro dormientium operationes miretur, consideranda est aqua communis; quæ in ignem flammantem injecta ardorem extinguit: in calcem verò vivam, ardorem excitat. Respirationem dormientium spontaneam quod attinet, illa nullâ aliâ ratione fieri potest, quam quod reliquis nervis clausis, respirationi perpetuò pateant, in eosque spiritus ex cerebro continuo fluentes, modò inspiratorios, modò expiratorios musculos, distendant, atque ita aërem vicissim in pulmones & ex pulmonibus pellant.

Hæc juvenula somnians, tam periculosa, citra noxam, adit loca; quia, ob plerisque cerebri poros per somnum clausos, notæ periculorum antea perceptorum menti ejus non offeruntur; atque ideo nullo terrore percussa, intrepidus & firmus in illis periculis sicut egreditur, atque ita feliciter ex

Tom. IV. Part. II.

is sese expedit.

Non omnes autem dormientes sunt somnabulones, neque etiam hæc scemina singulis noctibus patitur somnambulationem; quia non omnes homines, nec etiam hæc scemina semper spiritus in cerebro tam vehementer habent motos, qui nervos & musculos tantopere distendere queant, ut corpus eorum inter somniandum erigatur, & de loco in locum ambulando transferatur.

Somnambulatio licet sæpe nullum nocumentum inferat; quia tamen multi somnabulones in vitæ periculum, imò in ipsam mortem se incauti conjecerunt; ideo curacionem instituendam censeo; tum in paroxysmo; tum extra illum: præsertim, cum in epilepsiam hoc malum nonnunquam degenerare nonnulli ferant.

In paroxysmo somnambulationis deprehensa, si in periculoso loco fuerit cavendum ne excitetur, quia talis excitatio posset illam perdere; sed permittendum, ut ex eo sua sponte sese expediat, & in tutum perveniat. In tuto ubi fuerit, erit excitanda & acriter increpanda, & si hoc non sufficiat etiam castiganda. Ut, notis istis objurgationis & castigationis cerebro profundius impressis, à somnambulatione tam periculosa postea deterreatur.

Extra paroxysmum causa antecedens erit alteranda & è corpore educenda, & intemperies capitis contrariis corrigenda.

Primo itaque purgetur pilulis:

℞. Aloës gr. 12. Scammonii gr. 8. vel 10. Cum syr. rosat. solutio q. l. F. Pilulæ num. 3.

Postmodum educatur sanguis è brachio dextro ad uncias octo, vel decem. Et deinde hoc utatur apozemate.

℞. Rad. cichorii ʒii. Pæoniæ maris, fæniculi, petroselinii an. ʒss. Ellebori nigr. ʒiii. Heb. cichorii, lactuæ, endiviæ, agrimonie, chamædrii, cardui bened. beton. an. m. j. Sem. quatuor frigid. major. an. ʒiii. Anisi, fæniculi an. ʒi. Amigd. dulc. paria. viii. Tamarind. ʒi. Decoquantur in aq. comm. ad ℥j. ʒ. F. Apozema, de quo quotidie ter quaterve bibat haustum quatuor unciarum.

Dum utitur hoc apozemate, quarto quoque die purgabitur pilulis ante præscriptis.

Lavetur deinde sæpe in balneo aquæ dulcis: & subinde sub somnum sumat emulsionis amigdalatæ ʒvi.

Perseverante affectu, amigdalato conficiendo addi poterunt seminis papaveris albi ʒii. vel iii.

Ad vehementiora somnifera vel stupefacientia non est progrediendum; quia illa, insomnia quidem somnambulatoria impedirent; sed metus est, ne, cerebrum nimium gravando, coma vel carum accerferent.

Potest etiam uti lotionibus caput mediocriter refrigerantibus, caput deinde bene exsiccando.

Ad cerebri corroboracionem utatur hoc medicamento. ℞. Conservæ rosar. ʒss. fl. borrag. ʒss. pulv. sem. pæoniæ maris ʒii. sp. diarrhod. abbat. ʒiv. cremor. tartari ʒi. cum syr. condituræ citri q. l. F. conditum, de quo nonnunquam sumat dragmæ quantitatem.

In victus ratione aër sit purus, & inter dormiendum caveantur radii lunæ, quibus in hoc malo augendo magna efficacia adscribitur. Cibi sint boni succi, non flatulenti, vitentur itaque fabæ & lentices & similia. Somnus non ineatur mox à cœna; eaque sit parcior. Imaginationes & affectus non sint fortes, sed mites: ne iis imagines cerebro fortius imprimantur, eaque, postea menti vehementius in somno oblatae paroxysmum somnambulatorium accersant. In primis autem opera est danda, ut dormiat in cubiculo exactissimè clauso, ut, quamvis ex lecto surgat, ulterius tamen

H 3 pro-

progredi nequeat & præcipitia aliisque loca periculosa adire non possit. *Henricus Reginus recensente Theodoro Craanen, Medicationum lib. 1.*

Observationes.

De Somnambulonibus, & nonnullis aliis, qui ab alto deciderunt, absque magna læsione.

Quidam in agro Neocomensi ad Fontem Andree, Pierre Galantier nomine vir probus, robustus, & optimo corporis habitu præditus, & quadragesimum annum ætatis agens, cum anno 1605. Neopolin ad lacum Neodunensem, amicos invitandi, & nuptias celebrandi causâ profectus esset, & quadam die in convivio præter voluntatem ad computationes compelleretur urgereturque, effugit, & se cubiculum quoddam secundæ contignationis domus, quod computationes superfluas effugere posset, abscondidit. Circa mediam noctem, quum gravi ac profundo somno correptus esset, ac se ex convivio effugere & viridarium ingredi velle, somniaret, è lecto surgens, fenestram ascendit, indeque in terram cadit. Mox à somno expergefactus ejulat, & clamoribus suis domesticos excitat: qui accurrentes, ipsam semimortuam in hypocaulum transferunt. Vocato ejus loci Chirurgus, nulla deprehensa fuit læsio, præterquam quod cutis circa talos ad murum ex parte abrasa fuerat. Talis itaque emplastris applicatis, inunctis item lumbis & venâ in cubito sectâ, intra paucos dies sanitati restitutus fuit, & ad hunc usque diem sanus & incolumis vivit. Non enim adeò pridem, quum in agrum Neocomensem ad nobilem virum D. Isaiam Horricæum vocatus essem, prædictum Petrum Galantier ipsamet vidi, & illa, quæ acciderant, ab ipso, præsentem nobili viro excepi atque annotavi. Ab eo tamen tempore, nunquam simile quid sibi accidisse, affirmavit.

Idem nobilis vir Horricæus mihi retulit, se ante annos 20. in ditione Episcopatus Basiliensis, paganam somnambulonem cognovisse, illamque noctu surrexisse, & dormiendo rem familiarem administrasse, imò & aliquando in campos ad operarios exspatiatam fuisse. Idque se suis vidisse oculis, mihi affirmavit.

Lasticci propè Lofannam ad lacum Lemannum civis quidam 28. annor. ætatis, à juventute somnambulonem egit. Qui cum puer adhuc esset, frequenter noctu dormiendo è lecto surgebat, & per sedes & plateas obambulabat, vociferabatur, ac distinctè loquebatur. Id quod à multis visum & observatum est. Qui hujusmodi adhuc perageret, nisi uxor ejus illum coerceret, noctuque retineret. Hic tamen mentis nunquam usque adeò compos fuit.

Ante annos 24. cum apud præstantissimum Cosmum Slotanum, Praxin Chirurgicam exercerem, vocati fuimus ad puellum, trium circiter annorum ætatis, qui ex suprema domus altioris contignatione, in pavimentum lapideum decidens, cerebrum ejus aliquo modo commotum concussamque fuerat, unde statim vomitus cibi indigesti subsequutus. Slotanus accersitus, abrais crinibus totum caput ad tertiam usque diem oleo rosac. inunxit, pulverem rosar. & myrtillor. insperxit, & Enemata exhibuit. Tandem etiam capite per dies aliquot inuncto oleo suo ex floribus, æger convalescit.

Eodem anno, vir quidam pius, & magni nominis Medicus, nec non amicus meus singularis, divinitus servatus fuit. Cum enim obscurâ tenebrosissimâque nocte, montem quendam, in quo so-

Somnambulatio. Sterilitas dinæ carbonum fossilium erant plurimæ, eques transiret, ac parùm à via recta deflecteret, unâ cum equo suo in fodinam, viginti cubitos (si rectè memini) altam decidit. Sed quia fodina illa adeò angusta fuerat, ut homo solus tantum descendere posset, equus in medio tantummodo fixus & hærens remansit. Famulus quum Dominum suum viventem adhuc intellexisset, protinus iterum equum suum conscendit, & lumnâ qua potuit festinatione rusticos è proximo pago accersit, qui secum restibus omnibusque necessariis allatis, virum istum planè illæsum è fodina extraxerunt, equo tamen mortuo. *Guilielm. Fabric. Hildanus Observat. Chirurgic. Cent. 11.*

SOPOROSI AFFECTUS. Vid. CARUS.

SPASMUS. Vid. CONVULSIO.

SPHACELUS. Vid. GANGRÆNA.

SPINA VENTOSA.

Vid.

OSSIUM MORBI.

SPUTUM CRUENTUM.

Vid.

HÆMOPTISIS.

SQUINANCIA. Vid. ANGINA.

STAPHYLOMA.

Vid.

OCULORUM VITIA.

STEATOMA. Vid. ATHEROMA.

STERILITAS.

De Sterilitate vide quæ ex Clariss. Michæle Emmullerò, sub Titulo *Mulierum Morbi*. Hic autem *Consultationibus, Observationibus, & Anatomicis Inspectionibus* ex variis, præmittemus Clariss. Antonii Menjotii *Dissertationem Pathologicam de Sterilitate*: Quæ hæc est.

Natura in opere generationis studens precarite saltem æternitati, seminum cæu amidotorum mortalitatis, & quæ ideò Plato, quasi *Deus quidam Philosophorum* à Cicerone dictus, *Divina appellavit*, sollicitam habuit curam. Plantarum enim spermata lapideo *σπιρίβωλον* contextit, sive ut loquitur Plinius *compactis clausit operimentis* ad firmam spiritus Architectonici custodiam; nec pauca ex ipsis absque fabri operâ in sphaerulas tornata fuere, ut

ut ab injuriis forinsecus occurantibus tutiora forent, orbiculari enim figuræ nullus inest angulus qui frangi valeat. Quinimò seminum nonnulla perpolitæ sunt quasi limis descobinata runcisve lævigata, ut violentæ si quæ ingruerent causæ, frustratò icu innociæ præterlaberentur; alia verò protutamentò vel ἰλντρησ integuntur, vel echinatò vallantur calyce tanquam δορυφορικῆσ σκευῆσ, ac latellitum pili horrentium cohorte: ut taceamus uerberem eorum numerum, quo non robore modò & propugnaculò, sed densâ insuper multitudine sese tuentur.

Eâdem cautione atque provisione avium & serpentum ova munita fuerunt, & quasi τειθαριασματα, testaceâ σφοδρῶσ, seu ἀλιωρῶσ περιεχθῆσ. Ὁυραδεν βλαβασ, ut loquitur Aristoteles, cæterotumque animalium pretiosæ genituræ in certas ac destinatas arcufas studiosâ σκευωρῆσ procreationis ergò reconducuntur. Hinc Natura tacitè increpat incitâque masturbatores voluptatem humi effundentes, seu festinati homicidii reos, qui ut fertur de Diogene Cynico, Thalassionem manibus celebrando fiunt sine fœminâ mariti.

*Istam crede tibi naturam dicere rerum,
Istud quod digitis, Pontice, perdis, homo est.*

Nam juxta Tertullianum, fructus omnis jam est in semine, ac in semine, ait Seneca, omnis futuri hominis ratio comprehensa est: ita Aristoteles, semen manus, aut faciei, aut totius animalis, manus est aut facies, aut totum animal ἀδιόριστον, hoc est, indefinitum: atque alibi, Cor, inquit, & pudendum, utrumque est quasi sejunctum animal, ac è pudendò exiit velut alterum quoddam animal, nempe feminis virtus.

Igitur cum natura fatales individuorum ruinas reparatura, tam ardente propagandarum specierum libidine flagraverit, jure sterilitas semper fuit exorsa, adeò ut ἡέτρασ Lycurgi & ἀζοσ Solonis τῆσ ἀτίεινοσ ἀτιμῆσ consiliuita fuerint, sicuti ἡεμαί τριτωαῖδεσ datæ favore propagationis, ac ne Divorum quidem quantumvis, ut ait Pindarus, βαρυβόων πορθημῶσ πεφθόγῶν ἀχίροῦσ, cubilia vana esse δαιμόνιον ἐν μούσῶσ ἀνδρῶσ, totumque ingeniorum Homerus cecinit.

*in ἀσπορῆσιν ἀνδρῶσ
ἀθανάτων.*

Mirum tamen matrimonia inter deos credi, tandemque ex his neminem nasci, inquiebat ἑμῶσ τῶσ πατῆρων, tacetò lepòre solet Plinius.

Sterilitatis explanatio Stoicis quidem gravis non esset, qui nullas voces obscenas putavere, ac in earum prolacione nequidem dignabantur honorem auribus præfari, harum quippè reverentiam inceltare non verentes: sed viris incommoda est, & pudorem & Artis præcepta servantibus. Parcat igitur verecundus Lector vocabulis scædioribus; atque eò etiam magis quòd illa apud Græcos Latinòsque tolerabilis se habent, & accepta jam usu sunt, quum omni ferè Medicorum volumine atque sermone jactentur, nec quisquam potis sit Thalassionem verbis dicere non Thalassionis.

Sterilitas passio est fœminæ magis quàm virilis, unde voces ἀφορῆσ, ἀλοχοσ, ἀζωοσ, quæ apud Græcos sterilem locant, solis fœminis competunt: οἱ δὲ ἄνδρες ἀσπέρματοσ, ut loquitur Comicus, hoc est mutua flacciditas & quasi funerari infortuniò multati, seu ut ait Peironius, qui lorum in aquâ non inguina habent; vel qui Peironda Deâ benivolâ effundunt quidem virginitatem scrobem, sed

rore carent genitali quò agrum muliebrem conspergant, ita ut colis ἀσπέρματοσ ac infectò n gotiò è fœminis penetralibus revertatur; cæteritve impediã generandi obicibus, frigidi, maleficiati ac impotentis rectius quàm sterilem debent appellari: atque infrigidario quidem, ut loquuntur, atinet ad temperiem læsam, maleficium inconcinnam spectat partium conformationem, impotentia veid generis vicem gerit.

Quicquid sit, mulierum duntaxat sterilitatem nunc perquirimus, prout est ineptitudo ad concipiendum; etenim fœminæ ob strictiorem locellorum virginorum isthmum, ἢ ἰδιφάλλου, hoc est, veretri rigentis & arietantis introruptioni reluctantes, quaique fas olim erat venditori redhibere, non sunt ἐν τῷ φραστῆρι τῆσ ἑστῆσ, è tribu & euriâ sterilem; uti nec illæ quæ intra septimum à conceptione diem, vixque ductis à Prometheò nostiò primis fœtus lineis, ἐκμῆσιν sive effluxum, viti ἰσῶδι (cui rotationi averiendæ Fioralia ab Antiquis dicata erant) quodammodo respondentem patiuntur; ac multò minus si post tempus istud θῆλα ἰσπῶσῶσ εἰλεῖθῶσ καὶ λοχῆσ sive Natione Deâ malè favente, ἔμβρυον ἤμῆτρον

Erumpat thalamis, & nexu solvat inertes.

Neque etiam illæ infœcunda existimandæ sunt, quæ propter quamdam ἢ κνήμασ ἢ μὲλωσιν, infestigatam informemque melam gestant, tantum distantem à fœtu ἡαζῶσ, quantum Zoophyta, quæ palpitant magis quàm vivunt, à completò animali, ve τῆσ ὄστῆσ, hoc est, terræ tubera, quæ Plinius terra callum & terra vitium nuncupat, à stirpe concinnâ, suisque omnibus numeris ac partibus absolutissimâ discrepant. Verùm eæ solummodò mulieres vocari merentur sterilem, quæ tametli, ut ita dicam, passinatæ, repassinatæ ac tertiatæ probèque sementatæ conceptum nesciunt.

Galenus conceptionem τῆσ ἡελμῶσιν vocabulò expressit, ἡελμῶσιν, inquit, αἱ μήτρασ τῆσ σπῆμασ, uteri semen perficiunt, id est, ad finem perducunt à naturâ destinatum: quomodò Hippocrates τῆσ σῆμασ τελῆσ, & Plinius cibos perficere dixerunt pro concoquere.

Ad conceptionem autem exigitur primò ut sparsa pro foribus uteri per ejus οὐρῆσ, ut loquitur Aristoteles, virilis genitura ab ipso veluti telatore exugatur

*Cum semen forte virile
Fœmina commulsa subitâ vi, corripuitque.*

Viris enim evidenti sensu quandoque perceptum est, pudendi extremam ab uterò quasi encurvitatâ medicinali, forti raptu & tractu quòdam circumductò, allicti. Uterus semen avidè trahens comparatur ab Aristotele buccæ, vel naribus ærem foris intus validè inspirantibus, ab aliis assimilatur cervo è profundis cuniculis spiratu suo colubros educenti.

Secundò necesse est ut masculinum sperma femini à muliere quasi ἐμῆροθεν, ἐβουαστικòσ simul emisso, eique circiter ἰσχυρῶσ ἀμῆσ ἰσχυρῶσ commisceatur: nam quicumque animam anima, id est, semen femini, misceri negat, ille amens est. Notandumque obiter semen quoniam spiritibus turgidum, animæ nomine hic donari ab Hippocrate, sed eòdem librò genituram, utpotè corporum omnium nobilissimam, corporis voce per excellentiam exprimi, si masculina corpora, id est, valida femina, ab utrisque, hoc est, mare & fœminâ, secreta fuerint, &c.

H 4 Tertio

Tertiò requiritur ut seminum ἀδελφίζομένων masculam arctissimè & absque inanis ulius spatiosi interposito ac interjectu uterus amplexetur, hic namque frustra esset *προσπαστικός*, ni quoque *καθαρτικός*.

Demùm opus est ut geminæ istius genituræ *συμφορμα* sive miscellaneam congeriem vapore & complexu suo, quin potius ineffabili *ιδιούγκρασι* mox ad actum uterus deducat, fiatque *εμφύσησι* καὶ *διόχυσι* τῶν ἀπογομένων καὶ λυομένων λόγῳ καὶ ἀριθμῶν, *inflatio quædam & diffusio apertarum ac solutatum rationum atque numerorum*. Hæc autem uteri actio confusorum seminum vim igneque *τυχηκῶν* ex ore evocantis in lucem, ut *silicis venis abstrusus excuditur ignis*, sive ut *ἀσθμάτων* cietur agiturque à mechanicò, dicitur propriè conceptio, quam proinde nonnulli aptissimè definiunt delitescens ac reconditi animalis representationem & emersum. Aliàs, autore Hippocrate, uterus *deglutitiam*, ut loquitur Avicenna, nec tamen conceptam genituram tertiò die nonnunquam rejectat, atque, ut præceptoris voce utar, *ἐξεργίται*: imò totò septem dierum intervallò semen otiosum in genitalibus foeminarum foveis citra conceptum stabulari posse testis est Aristoteles; quanquam illud necessariò hæsisse in vitam alii asseverent, si post jactum sui intra septem horas non fuerit relapsum. Uterus profectò non est mera & inefficax formandi hominis siglina, nec se habet ad modum navis cybæ sive onerariæ atque conductitiæ in quam merces ingeruntur; etsi Arææus lata ejus ligamenta vocaverit *πῶς λαΐφια ναυγῖν vela*, ac Julia Augusti filia ipsam navi comparaverit, ubi differens de majore mulierum prægnantium quam vacuarum in ludò venerè oblectatione, festiviter aiebat se nusquam lubentius quam plenà nave vectorem admittere. Quemadmodum pharmaca nihil pollent nisi à naturâ promoveantur, ac ipsam virtus seminis *πλαστικὴ* confopita jacet, nisi uterum habuerit expergefactorem: istudque jus latentem virtutem seminalem suscitandi privatam est & quasi municipale, nam in quamcunque aliam corporis provinciam etiam calidiorem semen jactetur, omisâ conceptione illud computrescet.

Claram est autem per foeminas hic minimè intelligi *ἀχρίτας*, investes, necdum *ἐν τῷ ἀμβωσι γενλοφουόσας*, quibus ob cradiores annos non datur *ἀφουρραῖν* *πρὸς παιδοποιῶν*, nec etiam passas & exoletas ob rigentem temperiem vix suæ retinendæ nedùm aliis largiendæ vitæ pares, quarumque fecunditas jam emortua & quasi *παταρχουμένη*, seu *μυρία condita*, velut in frigido cinere nequit *ἀναζωογονεῖσθαι*; sed tempestivas, vesticipes, nec *ἀόρους*, nec *παράρους*, in mediâ scilicet ætate positas, putâ ab anno decimo-quarto ad quinquagesimum; quanquam vis generativa temporis feriusve surgat atque cadat pro cæli more solique ingenio, ac variâ cujusque foeminae naturâ. Referunt Irlandas mulieres sexagenarias procreandis lactandisque foetibus habiles esse: & Cornelia è Scipiadum gente expleto anno sexagesimo-secundo Volusium Saturninum narratur progenuisse; atque apud Hippocratem coriarîi cujusdam uxor floris jam extincti, adeò ut menstrua naturaliter exarefacta essent, marem nihilominus enixa fertur.

Quemadmodum vir in alio, foemina in se generat, ac idcirco Hippocrates viriliâ fascina quandoquidem *ἐξεσηκότα* extra corpus prominentia vocavit *γόνον γόνον genitorem nudum*, partes verò foemineas *γόνον ἔστιν οὐκ ὀπίσθαι*, *genitorem qui tegitur*, ac intrâ abdominis latebras occultatur; sic impotentia in viris non est inevidens, sed muliebris sterilitas latitat in abdito: quamobrem matrimonia, utpotè *ἐπ' ἀρίτην παιδῶν* contracta, dirimuntur ob

impotentiam virorum quia iudicibus perspicuam, minimè tamen ob sterilitatem foeminarum, quippè quæ hujus certò convinci nequeant. Unde indocum vulgus sterilitatis quoniam opertæ medelam Deo tanquam causæ proximatæ solet tribuere, qui

*Maternos sterili fructus
Exoratus donat, & orbos
Lata renovat prole penates.*

ita ut Ethnicos non puduerit ad superstitiones etiam obscenas quandòque confugere. Nam Romæ in festo Lupercalium nobiles juvenes & Magistratus nudi per urbem discurrebant hirsutus scuticis obvios per ludum & jocum credentes. Multæ quoque principes foeminae ex composito offerrebant se illis, ac palmas velut in ludo literario feriendas exhibebant, autumantes id sterilibus prodesse ad conceptum. Verùm ad removendas vanas omnes sterilitatis causas in memoriam revocandus est Hippocrates taxans rudem Scytharum simplicitatem, qui ad medicationem clauditis diurnâ ac sine flapedibus facta equitatione contractæ, venas ponè aures curabant sibi incidi, indeque facti *δουχίας καὶ ἀναδρῆναι*, tantæ calamitatis originem in Deum impiè rejiciebant. Audiendus quoque Divinus Physiopsaltes, qui utramque personam sustinuit & Philosophi & Poetæ.

*Nec divina satum genitalem numina cuiquam
Absterrent, pater à natis ne dulcibus unquam
Appelletur, & ut sterili venere exigat ævum,
Quod plerique putant & multò sanguine massi
Conspargunt aras, adolentque altaria donis,
Ut gravidas reddant uxores semine largò,
Nequicquam Divum numen sortisque fatigant.*

Itaque causæ sterilitatis, etsi *δυσδιήτοι* multisque difficultatibus obstructæ, naturales tamen sunt nec præsidii medicis semper insuperabiles; reducunturque vel ad *χάριος φυσότριαν*, hoc est, uterum, sive, ut loquitur Cicero, *concupientem comprehendentemque naturam*; vel ad muliebria profluvia; vel ad semen; vel ad corpus univèrsam, quæ causæ solent complicari. Neque enim uterus stare potest inculpatus peccantibus muliebribus profluviis, aut semine vitato; eundemque univèrsi corporis ægritudines in consortium facile pertrahunt, sicut vicissim *totum corpus*, Galeno iudice, *ut plurimum uteris consimile est*, atque ex Hippocrate morbi quibus muliebris natura crebrius & essetim maceratur, ad unum omnes ex utero pullulant. Jam verò è quatuor causis commemoratis primas tenent uterus & semen, utroque enim inoffenso, quæcumque alia causa affuerit, sterilitas nuspiam adventura est.

Primo igitur uterus, sacra luxuriantis naturæ favilla, steriles ob vulnera, carcinomata, ulcera (*pus enim, ex Hippocrate, genituram occidit & putrefacit*) aliasque plurimas affectiones quas silebimus utpotè generaliores, secus omnes fermè foemine morbi hic scrutandi essent & velut ostiatim pulsandi. Sed uterus speciatim ob intemperiem & vitiosam conformationem ad conceptum ignavus redditur.

Temperatus uterus semper paratus est ad concipiendum, soloque generoso commendatum semen extemplò comprehendit ac se explicat; non modò si vir justitiam temperie simul donatus fuerit, undè lætissima exurgit fecunditas, foetusque procreantur *λαμπροὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὸ σῶμα ἰσχυροὶ, animis splendidi & corpore fortes*, sed quoque si paulùm calidior, frigidior, humidior, aut sicior exiterit, cujus quippè modicus excessus à

ſceminâ & præparari valeat contemperari, ſicut aquæ cum calor tum frigus tepidæ admixtione remittitur, & anodyna remedia quoniam temperata calidos ac frigidus dolores æquè mitigant.

Intemperies uteri ſterilitatem accerſens vel moderata eſt vel immoderata: illa fertilitatem tollit non abſolutè verùm κατὰ τι, nimirum reſpectu duntaxat hujus illiusve viri: Etenim ſi ſceminæ mediocriter intemperatæ contigerit viro παρακραιμασθαι, aut temperatiſſimo, aut in contrarium verùm leviter intemperato, caſtigatâ & velut æquatâ uteri temperaturâ conceptio ſubſequi poterit: ſed viri ac mulieris ſimili intemperie laborantium συμπαρεχθῆ nunquam fructuaria eſt, quòd uterus propriæ dyſcratiæ derelinquatur.

*Uſque adeò id magni refert ut ſemina poſſint
Seminibus commiſceri genitaliter apta,
Clafſique convenient liquidis, & liquida craffis,
Quæ cui viro juncta ſit ſcimina per veneris res.*

Quemadmodum ergò periti eſt coloni non curare modò & colligere terræ fractus, ſed præſertim noſcere cui humo, quam plantam, quòdve ſemen mandare deceat, cum nullum detur terrenum tam plenè beatum ut fecundum ſit in omnia frugum genera; ſic propter temperaturarum utriuſque ſexus commentum conceptioni neceſſarium veteres obſtetrices non ſolum conſueverant parturientibus opitulari, ſed & inſuper tanquàm προμηθεύς ſivè pronuba in conſederandis conjugis quam cuique ad generoſæ proliſ procreationem jugare oporteret, deligebant, nec minùs in hæc arte προμηθεύς quam in umbilici præciſione gloriabantur, ſic referente Platone in Theæteto.

Verùm quælibet immodica uteri intemperies, ut nullius viri coitu poteſt καλῶς θάει, ſic abſolutam atque inevitabilem ſterilitatem importat.

Primò præſervida, feminis quidem cupientiſſima, ſed quæ hujus ſpiritus προσειδῆς καὶ τεχνοειδῆς naturaliter evanidus & fragilis illic ἀμαλδύνεται, atque diſperditur; pariter ac aqua, ut ſcribit Ariſtoteles, auctò ultra certum gradum calore haud amplius incaleſcit, ſed vanefcit in auras: quæ ratione portulacum, eſt naturæ refrigeratoriæ, rebus venereis prodeſſe ſtatutum eſt ab Avicennâ; fabulantiſque Junonem eſu agreſtium lactocarum, quæ tamen ceu δούχι ac Veneri refragantes infamantur, Hebem pepetiſſe. Ejuſmodi intemperies uteri aſtuoliſſima, viraginitibus proſediſque propria, cæteras mulieres rariùs exercet utpotè viris naturâ ſua algidiores: nam facetum eſt potiùs quam verum quod nonnulli ſcripſerunt ſceminas viris frigidiores eſſe τὰ ἄνω, calidiores τὰ κάτω.

Secundò intemperies gelida & quaſi Saturnina, per quam uterus immotus, contumax ac ut ait Ariſtoteles κωφότιμος, velut ſurdus, mutus fatuliſſe non aperitur debiùs tempore, nec tametsi aperiretur, ſemen valeret allicere. Adde quòd feminis etiam in uterum admiſſi ſpiritus prolificus, vel ſicut Hermetici loqui amant mechanicus, loci algo-re deleteretur: quæ de cauſâ notabat idem Philoſophus corvinum genus non eſſe libidinoſum, quia minùs infœcundum. Alia namque eſt ratio ventriculi & uteri; ille ciborum appetentior eſt, ſi frigidior; hic ex adverſo virile ſemen minùs appetit, ſi frigentior extiterit, eaque ſterilitas febris vel iræ adventu interdum ὀρχεῖται.

Tertiò intemperies ſicca ſemini per ſe humido adverſiſſima, officièntique ejus fermentationi: hinc mulieres quæ per hyemem accenſos carbones ventri ſubdunt, ſcœcunditate periclitantur, παρρητικῶν τῶ ἀμφύχου τὸ γὰρ ξηρὸν, ſiccitas longè à vita remota

eſt. Labet Hippocrati à præaridâ uteri intemperie alimonie defectu ſemen corrumpi; propriè tamen foetus non ſemen nutritu indiget, ſicque annonæ penuria foeturæ quidem jam conceptæ abortionem provocabit, at neutiquàm ſufficiet morandæ conceptioni.

Poſtremò intemperies humida, quæ vel nequit uterus emucidus ſemen attrahere, & quaſi ſorbilare; vel ſemen extinguitur ac ſuffocatur, quomodò aqua etiam calida ignem humiditate ſua reſtinguit; vel muliebris utriculus ita relaxatur, ut ilaplasm genituram patiatur elabi, taliſque uterus ἀποφύειν τῷ σπέρματι reſpondet locis congeſtitis nec ſolidis ad jacienda ædificii fundamenta. Si quis obſiciat ſceminas foetu ſimilique hydrope uterino interdum graves eſſe: Reſpondebimus hunc conceptione eſſe recentiore ac uteri graviditatis tempore arctè claſſi occaſione natum, nec tam uteri capacitatem inundare quam ejus corpus occupare, aut ſaltem ut in hydatibus hepaticis propria cyſti ipſum includi: ſecùs, ut ſerunt οὐ παρακραιμασθῆναι, non minùs inutile eſſet in aquâ ſementem facere quam arare litus.

Ex dictis colligitur uterum terræ appoſitè comparari, cui exuſtæ, algidæ, areoſæ aut paluſtri cerealia fruſtrâ committuntur. Notandum autem ſicut aridæ tempeſtates in univerſum δουρεσίαν potiùs afferunt quam pluviolæ; ita ſiccitatem uteri in genere magis adverſari conceptioni quam ejus humiditatem. Quapropter Hippocrates virum ante φιλῶδες ἔργον demittit in ſolium aquæ non quidem calidæ mulculos virgæ virilis erectores effœminantis, ſed frigidæ ipſos τρομοῦντες ſive firmantis in modum candentis ferri dum frigidâ mergitur, ut ait Galenus; mulierem verò congreſſuram ingredi jubet balneum aquæ calidæ, quæ uterus ceu gieba cæſpæve ἀπένεος καὶ ἀπόκριſες remolliatur, alioquin inſtar ſabuleti vel laxeti inhoſpitali durtiâ advenam genituram repudiaturus: quamobrem Ariſtoteles obſervavit timnunculum in genere τῶν γαμψυνοχῶν eſſe maximè ſcœcundum, quòd inter aves unguis ille ſermè ſolus bibit, ἢ δὲ ὑγρότης, καὶ ἢ συμφορὰς, καὶ ἢ ἰσχυρὸς, σπέρματικόν, humiditas & nativa & adventitia, ſemmalis eſt.

His omnibus cauſis accedit peculiaris ac δειδαθέν facultatis uteri abſconditam feminis vim, ut ſuperne dictum eſt, depromentis ἀτροπιῆ, à venenis aut foedâ colluvie foetus in uterò ſuffocati atque διαφύειν, nempe ex ἀδύς maternò in ἀδύς terræ migrans, inviſa luce ac nequidem proſpectâ vitâ.

Altera cauſa ſterilitatis ex parte uteri, eſt mala conformatio eaque multiplex.

Primò inſita parvitas ex pravâ naturæ architectone, aut cavernæ ejus oppletio à tuberculis, vel calculò concretò ut in ſamulâ Dyferidis quam nunquam concepiffe teſtis eſt Hippocrates.

Secundò ἰμοχορῖα, hoc eſt lævor, internæ ejus ſuperficiæ non habentis λαβλὴ ἀσφαλῆ, anſam firmam ad feminis prehentionem, ſeu lævor ille innatus fuerit, ſeu adventitiuſ propter glutinoſos quibus oblinitur ſuccos, aut magnam cicatricem ab ulceratione vel ſcœcundinæ violentâ extractione ſuſperſitè, quæ uterus velut volgiolis ac cylindris complanatus & pavitus reddiatur; exigua enim ejus cicatrix haud ſatis eſt ad ſterilitatem. Quandòque tamen Hippocrates à lævitate uteri, nullâ factâ ξηρότης mentione, abortionem metuit, propter ſcœcundinam foetu jam graveſcente cadivam, utpotè lævigatis uteri parietibus laxiùs annexam, haud ſecùs ac grave onus facile prociidit ſilis apperſi tenuiſſimis.

Tertiò perperuus oſculi uterini hiatus (σῶμα μήτρας διαπυλωχῆς, oſ uteri divaricatum vocat Hip- po-

94
 pocrates) ingresso semini liberum præbens egres-
 sum, à laboriosa parturigine quâ ejus fibræ vel di-
 lacerantur, vel tantoperè divellantur ut comprimi
 in posterum nequeant; quod præcipuè contingit
 in primò tenellam fœminarum puerperiò. Fit et-
 iam ex abortione, quæ legitimo partu sæpissimè
 ærumniosior est. Item à flatibus uterum distendentibus;
 necnon à summâ ariditate oris istius margines
 ad circumferentiam convellente; nunquam ab hu-
 miditate quæ ostii uterini oras inflando, illud potius
 occluderet.

Quartò ejusdem orificii angustia (*σώμα μήτρας
 συμμιμνήσκει* osculum matricis connivens appellat Sen-
 nex nosster) vel à collyriorum magnoperè stypticorum
 in fauces uteri immisione, lupis meritoriis
 usitata ut istò stellationatu atque mangoniò mæcho-
 rum gratiam aucupentur; vel à laborum ejus coa-
 lescentiâ ex vulnere aut ulcere incautè curato; vel
 à tumore quovis, hyperfarcâsi, callo, adipe, cras-
 sis lentisque humoribus transitam tenentibus; vel à
 coarctante seu vesicæ calculo, seu intestini recti
 phymate, seu osse sacro à primordiis malè forma-
 to. Unde in sacris Codicibus Deus desperaus steri-
 lilibus largiens fecunditatem, vulvam veluti esset
διεσπασμένη ac oppressulata aperire dicitur; & ab Hip-
 pocrate mulieres steriles dicantur *στυπραι*, quasi as-
 trictiores & compactiores; atque idem Præceptor
 inter cætera præsidia sterilitatis, flatu scientia utero
 apponit, quorum vi atque motu os ejus obsignatum
 resignetur. Quandoque etiam inefficacia natura in-
 terius uteri osculum mox à primo ortu pelliculat, sit-
 que interna *φίμασις* sive *capistratio*, & quasi Herme-
 tica vasis *γυναικείας* sigillatio. Si genituram, inquit Hip-
 pocrates, *mulier non suscipiat, mensibus secundum na-
 turam procedentibus*, nimirum per vasa ad vaginam pe-
 nis pertinentia, *meninges ante os uteri excreviri* proin-
 deque tabulosum est fœminas *ἀστέρους* interdum con-
 cepisse, quamvis hæc verba legantur apud Plinium,
*quasdam concretò genitali gigni infausto omine, Corne-
 lia Gracchorum mater indicio est.*

Denique uteri ascensus, ut si processerit ad medium
 lumborum, conceptum adimit, quod genitura è
 distanti difficiliùs arripiatur, ejusque spiritibus viæ
 tractu paululùm longiore illic exolutis evadat
εὐλας, vapida ac, ut loquitur Aristoteles, *κατακελα-
 τήσεται*, contabescat; quomodo notavit idem Aris-
 toteles, *ὅτι ἀδφοραδύς, qui proluxiore sunt verpâ,*
 infœcundiores esse *τοῖς μετρίωσιν*. Item uteri in se-
 dem vel in hypogastrium conversio, aut ad alteru-
 trum inguen conortio, adeò ut os interius *τῷ ἄφθρῳ*
 sive pudendo muliebri *κατ' ἔξω* non respondeat: ut
 observat Hippocrates fœminas *ἀτίνας* fieri, *ἢ αἰ
 μήτρας ἀφωρῶσιν*, si uteri adhaerint, id est, interprete
 Fœno, *in coxendicem procubuerint.*

Mittimus procidentiam uteri, laxatis *καθόροις* &
 quasi Vulcaniis ejus vinculis; item tumores *τῶν
 ἐνυαλίων*, sive sinum muliebrem & velut interiorem
 habitationem obrurantes, quod solùm ex accidenti
 videlicet impeditâ maris fœminæque *σωαγωγῆς* con-
 ceptionem offendant. Hic tamen notandum, uteri
 quanquam in pristinum locam postea restituti pro-
 lapsum posse esse causam saltem remotam sterilita-
 tis, quatenus insolito aëris contactu internis mem-
 branis *ἀπρωσφύται*, substantia uteri membranosa obla-
 ditur atque constatit.

Secundo sterilitatem inducunt muliebria proflu-
 via: hæc tria omninò sunt, *τοῖς γυναικείας* carens
 circuitu; *ἡ κατακλισία* quæ peritio; Septimius
tributum sanguinis appellavit; & *ἡ κόχια* à præ-
 senti instituto aliena.

In fluore muliebri uterus ex agello naturæ abit
 in cloacam, factusque nimia uligine *ἀλειτούργητος*
 atque incontinens, acceptam genitalem urinam

ἀφωρῆν. Nec mirum si elanguescat *μυῖα* matricis,
 cum fiat *τὸ Φάλλον Φυγὴ καὶ ἀναχρησις*, *ruber por-
 rectus ab inguine palus* confectum emittat tanta fec-
 ditans contactu, ad modum plantæ quæ verme icta
 vel auræ ejusdem malignitate verberata quamprimum
 tabescit. Gravidæ autem novimus hocce
 fluore salutariter sordescentes toto prægnationis
 curriculo, quod utero incolumi fluxus per vasa
 fieret in ejus cervice desinentia; idque priùs do-
 cuerat nos Hippocrates, *ἰτὴν λάσπης θυγατρὶα ἰτι-
 κιν, ἰτὴν ἐρῆσιν*, quædam cum albò fluore filiam pe-
 perit, quædam cum rubrò. Notat autem fœmineum
 sexum speciatim partum esse, quod fœminæ sint
 animalia *τῶν* gaudentque locis uliginosis: quo
 pacto annotabat idem Præceptor in agro paludoso
 fructus gigni *κατὰ θηλυμύθου*: contra verò alibi ser-
 bebant herbas montanas *καὶ ἀφελήσους* solidiores esse
 atque *δριμύτερας*, quasi diceret masculas magis nec e-
 viratas. Etenim, ut in transcurfu dicam, sexus
 quamdam proportionem ac similitudinem observave-
 runt rei botanicæ Scriptores in stirpibus ejusdem
 speciei, alias nimirum marium more hirsutas esse,
 crispas, densas & nodosas; alias fœminarum sive gla-
 bras, planas, molles & enodes.

Ut justa menstruæ *συνέξιας* pensatio mirificòs
 affert sobolescenti fructus; sic fluxus menstrualis
 conceptioni obstaculo est, Primò dum sanguis a-
 quosior & impurior effunditur, à quo resolutus u-
 terus nequit semen *ἐναρπάξιν*. Secundò dum san-
 guis diutius, sed guttatum & lacrymosè calitat.
 Tertio dum *δαίλον ἢ βάλαν*, immodestè nec gradu
 sed cursu fertur, ut in mulieribus *αἰμορροῦσαι* san-
 guine fluitantibus, quem affectum *μαστίχα* appella-
 bat B. Evangelistes; nam ut ait Arctæus, *ἐλγυτι
 φ' οὐ τ' ἄθρον*, prosternit naturam quod subitum est
 & conferunt, muliebrisque utriculus *ἀσπερξίσις* lan-
 guidus & enervatus non sufficit prolectando semini,
 ejusque virtuti quasi compedibus exolvendæ. Addit
 Hippocrates à sanguinis ex pleno fluentis copiâ fe-
 men opprimi. Quartò dum parcids fluit aut, quod
 pejus est, dum integrè sistitur; quam menstrui
 cursus stationem videtur Cœus nosster in Aphorif-
 mo per uteri *πυκνότητῶ* expressisse, eodem sensu
 quo *κοιλία πυκνὴ* alibi dixit de alvo astrictâ. Non
 obstito tamen nè illi suo fruatur judicio qui densos
 uteros exponunt, quorum vasa sunt angustiora
 quam ut ipsorum acetabulis factus secundina possit
συμπεῖν; sique pariter qui lubricos & politos inter-
 pretantur, quibus semen affigi nequit.

Cur autem *ἀφροα* advebat *ἀφορῆς* causam aliam
 alii reddidère.

Aristoteles ab humore quem fœminæ in congres-
 su voluptuoso effundunt, os quidem vulvæ adape-
 riri existimat, sicque *ὀδύσθαι μάλλον ἢ τὸ ἄφροα*
εὐπρηται liberiore viam ad uterum *παρὰ* masculi-
 nè semini, sed eundem conceptui ex se inuicem
 esse contendit, atque idcirco absque tali voluptate
 & materiæ istius fœminæ effluxu, conceptionem
 nihilominus perfici, *si locus turgeat & vulva pro-
 pius descendat*. Ipse verò virilem genituram ceterò
 unicam conceptionis causam efficientem, menstruum
 verò sanguinem tanquam unicam ejus causam mate-
 rialelem admittit; juxta quam doctrinam ardua non
 est allati dubii solutio, videlicet mulieres *μὴ κατα-
 κλιώσθαι* propter defectum materiæ ex quâ, ut lo-
 quuntur, nusquam concipere. Verùm quoniam
 examen Sententiæ Peripateticæ de integrâ mulie-
 bris spermatis inertia ad physiologiam pertinet, eâ
 missâ cæterorum opiniones circa propositam diffi-
 cultatem ventilemus.

Hippocrates vasorum uteri plenitudinem in-
 eusat, per quam spatii defecta nec sit attractio
 femi-

feminis virilis, nec emissio sui: quamobrem scriptum est in Coacis prælagiis, *sterilibus vomitionem sanguinis ad concipiendum prodesse*, exonerato nempe per sanguinis ἀναγωγὴν utero. Sed contra valorem uteri plethora non replet ejus capacitatem, nisi forte sanguis in ipsam eructetur.

Plerique scripserunt absque præviis floribus nullos enasci fructus, nec mulierem ficui similem esse frugiferæ, tamen ἀναδύει, tristi neque sentienti gaudia anni renascentis. At illi & nomine ludunt & re aberrant; fluxus enim menstrui proprie *fluores*, nec nisi perverso loquendi usu *florēs* à plebe indignantur; nullaque prorsum inter flores suavissimos qui invitante verni cæli tempestate, versicoloribus picturis in certamen usque luxuriantes, fructuum infantiam propediem emerisuram prænuntiant, ac fœmineorum mensium sordidos fluores, *defestatumque menstruatam pannum*, intercedit affinitas.

Nonnulli igitur alimonie penuriam criminantur; sed contra, fœtus erit quidem ἀτελέσφορος, hoc est, ad frugem non perducetur pabuli egestate, indeque abortus, at neutiquam sterilitas succedet. Sanguis enim menstrualis per se nihil conducit ad conceptum, imò primulo graviditatis diluculo, quo spiritus creator vitam ordiens tamen vitæ expertus, super aquas feminales ceu super Chaos Microcosmicum ferri incipit, ac nequidem vasa umbilicalia adhuc constructa sunt, necnon etiam proximis diebus quibus unæ partes spermaticæ à feminis μαζωματι & crassamento *ὑπογραφή delineationem*, & quasi ὑποτυπώσιν adumbrationem acceperunt, ac per meram materie fermentationem adaugebantur instar tritici extra terram germinantis, vel sempervivi in aëre crescentis; toto, inquam, illo tempore mensstruus sanguis stagnat superfluus, sexcentisque ærumnis ægram fatigat.

Itaque probabilis nobis videtur, primò concavam uteri fluore menstruo defraudati superficiem ob valorem ora non dehiscens, naturali scabritie spoliari; deinde uterum qui stans temporibus imbre sanguineo ceu campus hortulve aquæ cælesti amat irriguus molliorque fieri, illius, ut sic dicam, lætaminis inopia plus satis inarescere. Idque notissimum fuit Hippocrati scribenti, resiccata uterum sanguinisque sitientem *ἡπατι ἡμαλίου* ac fonti gratiosi humoris. Addamus ex Aristotele menstrua dum excernuntur calorem *ὑποπόσει* in utero, huncque illis absentibus necessario refrigerere, unde etiam Hippocrates menstruam purgationem appellavit *καθάρσις τῆς θυμῶς*. His de causis rariùs gravidari consueverunt nutrices *πολογαλαῖται*, quibus

----- candens lacteus humor
Uteribus manat distentis.

Sanguine menstruo ἀδελδομίῳ nec per naturale descendente, utpotè in alium cursum, scilicet ad lactis fonticulos contorto ac deflexo, ἢ δὲ φύσιν οὐδὲν ἄλλο πολυχρῆν οὕτως, ὡς ἰσχυροτέρησιν, nequit natura iam large profundere, ut anceps sit. Infrequenter quoque solent imprægnari virgines veteranæ quæ diutius vixerunt ἀπὸ ῥυτί, ob contractam toto prægressi temporis interitio, quo earum solum inaratum mansit, uteri quasi corneolam duritiem, quippe τῶν συνθησίων [vulgò *les ordinaires*] non tam per ipsam, quam per ejus collum sese evolvuntibus. Econtrariò statim à mensstruali purgatione mulierem comprimere plurimùm interest conceptus, non modò quòd uterus tunc sit ἀνισομορμῶδες ac defæcator, ardentiusque *καυρῶς*, *subare* & *surire* Latini dicunt his vocibus βλασφημία quædam ad mulieres translatis; sed præsertim quòd succosior exis-

tat necnon etiam asperior, proindeque semini quasi inuncando accommodatior. Referunt Catharinam Medicæam Galliarum Reginam ætate licet integra, cum velut quintâ Lunâ nata progeniem desperaret, importunam alvi sterilitatem votiva fœcunditate commutasse, dulcique liberorum propagine ditatam fuisse, quòd contra Moïsi edictum ἐστὶν καὶ θεὸς τῶν κατὰ μωυσῆν quibus semen aliàs eluitur, à Rege subagitata esset, ex consilio Fernelii sagaciter conjiciens exuperantem uteri ariditatem benigni sanguinis aspergine rigandam esse, vel etiam stomacham matricis naturaliter, perindè ac ex eventu in gravidis, arctissimum nonnisi mensum transitu referari. Idque edoctus fuerat Fernelius ab Hippocrate jubente mulierem *ἡμεροδραστὴν τὴν ἀνδροῦς* inchoante menstruo profluvio, sed maximè eò desinente, verùm profluente adhuc potius quam arefacto. Narrant nihilominus peregrinatores neoterici mulieres Groenlandas & Indicas, quoniam rigentissimam & candentissimam mundi plagam incolentes ad instar fœminarum bestiarum menstrui esse expertes, nec tamen ad conceptum inertes; ac nonnulli post Aristotelem observaverunt mulieres à mensstruo defestis aliquandò impletas esse, maturoque edidisse fructus. Verùm si quandoque nostratibus fœminis ita contigerit, verisimile est mensstrualem, quæ aut nondum comparere occoepit aut aliquandiu occultata erat, purgationem eo ipso tempore fortassis erupturam quo fœminæ istæ concepisse memorantur, superveniente conceptu mox fuisse repressam; vel saltem harum uteros naturaliter, etiam absque sanguinis periodicè affluentis irroratione, satis maduisse. Credendum præterea ejusmodi fœminas copiam sanguinis fœtui usque dum in lucem susciperetur necessariam coacervasse, quantumvis mensibus movendis imparem: minus namque sanguinis requiritur ad fœtus commoda quam ad mensstrualem fluxum; cum purgamenta puerperalia nihil aliud sint quam reliquæ sanguinis restitantis; postquam fœtus votis ac usibus abundè satisfactum est.

Tertiò sterilitas pendet à femine. Virile sperma ut est ἀρχερόν; sic album, tenax, grandinosum & spirituosum existit, odoremque florum palmæ, sambuci aut jasmini exhalat. Præterea quoniam spiritus quibus semen *εὐκροτόν* stantque intrâ proprios lares ubertim circumfluit, aëri exposita ocysimè evolant, si illud aquæ injiciatur mox innum petit propter spirituum qui levitatem ipsi impertirent repentinum interitum ac dissipationem, necnon quoque propter feminalem substantiæ crassitiem ornatissima coctione conquisitam; haud secus ac ova integra *ἢ ἀπὸ τῆς* utpotè maturissima confestim sidunt; ova verò ἀφαισθέντα *ἢ ἰσχυροτάτα* corrupta & urina, ratione cruditatis & flatuum, in summa aqua fluitant, ac idèò hypenemia vocantur atque zephyria, nec ἐκλιπῶν ἐκκλινόμενα scetomque fundunt. Addit Arabum Princeps inter eximias optimæ genuinæ dotes, eam à muscis degustari; mira certè prærogativa cum muscæ sterquiliniis delectentur.

Muliebri potè semen etsi virili ignobilius sit, dilutius atque invalidius, hujus tamen *εὐκροτόν* existit nec fœcunditate destituitur, estque foetus opus collatitium, quicquid in contrarium pronunciat Aristoteles, qui fœminam puero comparavit hancque quasi ἀρσεν ἀγορεύει esse voluit. Itaque fœmineum sperma, quanquam ἰδρωμα seu exudatio uteri ab eodem Philosopho contemptim appellatum, ac salivæ oris excremento oculorumque lacrymis injuriosè collatum, si ἀπὸ βίβης hoc est *profluvio defecerit* (ejusmodi mulieres *μη ἀπὸ σπέρματος ἰσχυροτάτου*)

Sterilitas

cibō nimium corpus fecēre; etenim tantū abest ut naturalis crassities officiat conceptui, quin ex adversō mulieres nativā crassitudine exutæ, quoniam à seipsis degeneres, in a'tenitas labantur. *Mulier, ait Hippocrates, quæ præter naturam crassa est, & pinguis & pituita repleta, non concipit hoc tempore; quæ verò ex natura talis est, horum gratiâ concipit, si non aliud quoddam ipsam impediât.*

Quod spectat verò ad feminas tenuiores, hæc κακοθνήσκουσι vixque faciunt sobolem; seu quod frigeat muliebris utriculus ob spirituum ja'turam ex rariore cutis texturâ; seu quod ille ipse juxta reliqui corporis conditionem rarior sit nec semen fati's coaveat; seu quod imbecillior existat utpotè ἄτροφος.

In genere autem tenues crassit' sæcundiores sunt, alba rubicundis, nigra lividis, & quibus venæ sunt manifesta, quàm quibus obscuræ. Quod si nigræ cum albis conferantur, illæ ob vividiorum caloris nativi ἐκλαμψιῖς instar terræ μελαμβύλου θεοφορητίης comperientur. Quærens enim in Problematis Cassius cur terra candida ut plurimum infœcunda sit, nigra verò ferax atque luxuriosa; Respondet illam nimium frigēre, huic abundè inesse caloris: idque probat quod in illâ reptilia enascantur quæ frigidī sunt temperamenti, in hæc fruges calidâ donatæ temperie.

Mulieres quoque ὀσμωτικῶσαι τοῖς μεγέθει, hoc est eminentioris staturæ, ob rapinam humoris foetifici à procerō nimium corpore, improceris rariū sunt παιδύσαι. Observavit Aristoteles in Epirō boves quasdam Pyrrhicas dictas, per novem annos servari ἀνυχέτους ac idcirco ἀπότασ'τους appellari, indèque amplissimum capere incrementum. Idem Philosophus plantarum exilium nec sese promittentium, sicut & exiguorum animalium, sæcunditatem memoravit; nominatimque scripsit pisciculos esse πολυγονωτάτους atque ad infinitum fertiles; aliòque locò majora animalia, ut elephantem, camelum, equum notat esse μονότικα, sicut etiam balænam inter pisces; item τὰ μώνυχα, hoc est solidas sive simplices & individuas habentia unguulas, sæpè sæpius esse uniparas; τὰ δίχρηλα sive bifidula, præter suam, esse pauciparas; τὰ πολυχιδή sive multifida esse multiparas: non per se ob tales pedum figuras, sed quod magnitudines corporis istis notis ut plurimum signentur: Dixi ut plurimum, nam elephas animalium maximum est, idemque multifidum; ac camelus præ cæteris procerum, nihilominus bifidulum est. Meritò autem Aristoteles à bifidis animalibus pauciparis sues sejunxit, quas constat esse numerosi partus, ut patet ex Æneidâ porcâ quæ

Triginta capium fetus enixa jacebat.

Sic apud Juvenalem fertur

Scrophâ Niobe sæcundior albâ.

Quapropter Telluri matri, propter inextinguibilem sæcunditatem, Scrophâ incens immolabatur & facta; ac in terræ motibus sue plenâ siebat procuratio. Veneri quoque sues fuerunt sacræ, erantque incontinentiæ hieroglyphicum, ac in cæremoniis nuptialibus mactabantur, & χοῖρος accipitur à Græcis pro pudendō muliebri, indèque χοιροπολιῖς dicuntur mulieres φορβίδες, hoc est prostibula nundinati pudoris captivæque corpore quærentiæ: hinc etiam palma mensarum à Veteribus tributa est vulvæ ejcctitiæ suis primiparæ, Cenforiarum Legum paginis idcirco cænis interdiciæ, sicut gallorum lascivissimorum testiculi nobis etiamnū sunt in deliciis.

Denique ad classem causarum sterilitatis è corpore universò desumptarum, referre oportet gravem infirmitatem principals alicujus membri. Est namque genitura abstractum quidem hominis à totò

Tom. IV. Part. II.

corpore saltem ἐπιζωτικῶς corrogatum: idèoque licet una existat, tamen velut παρρωσιμία quædam jure dicitur à nonnullis apud Aristotelem; sed cum illa præcipuè defu'tet à principibus partibus reliquo corpori imperitantibus, undè ἀπρωτὸς dicitur Hippocrati è cellis præsidibusque membris quasi cælitus decidua, his prædebilitatis semen fabricari necesse est non morbidum modò, sed etiam περιεβόλος hoc est ἄτροπος καὶ ἀτιλὸς irritum ac subventaneum.

Causæ externæ ἀτρωτὸς ponuntur quammultæ. Primò cælum æstuosum, evocatò calore internò sæcunditatem simul eblanditur: sicut ex adversò frigus ambientis quò ventres incalescunt, nisi intensissimum fuerit, commodat conceptui. Gentes enim Boreales Australibus sunt φερνότεροι, hincque populorum Septentrionalium funestæ inundationes ut Cimbrorum à Mariò & Catulò profligatorum, & Gothorum qui vastatâ Italiâ Romam solo exæquavère. Excipi tamen debet Ægyptius, ob aquam Niloticam arva muliebria sæcundantem, pariter ac eadem rivis superfusa miram campis fertilitatem infert, unde Nilus χρυσορῆστος dictus est: Imò inter Regia Ptolemæorum ad exteros munera, ipsa olim habita fuit utpotè πᾶσι ταῖς ἀγρταῖς κικρομημίῃ, ut ait Aëtius; leguūque Philadelphus ipsam Borenicæ filix Antiocho nuptæ in Syriam usque misisse. Sed redeamus ad vitia æt'is R. fert Clemens Alexandrinus agrum Agrigentunorum Meridionali ventò fuisse perflatum, cujus inspiratu mulieres sterilescebant, ac obstructâ ab Empedocle rimâ quâ ille erumpebat, sterilitatem cessasse. Contrâ ventū nonnulli etiam absque animalium coitu sæcunditatem ipsis afflare ja'ctitantur, sed falsò. Neque enim Ægyptiis credendum perhibentibus totum vulvurum genus esse scemininum & Subsolani statu concipere. In Lusitaniâ, inquit Justinus, juxta fluvium Tagum equas ventò concipere multi Authores tradiderunt: quæ fabula ex equarum sæcunditate & gregum multitudine nata sunt, qui tanti in Galleciâ & Lusitaniâ & tam pernices visuntur, ut non immeritò ipsò ventò concepti videantur. Undè apud Ovidium equi ventosi, vel ut loquitur Plutarchus ποδῶνται, dicuntur pro celeribus; eoque sensu Homerus Xanthum & Balium equos è Zephyro natos canebat, ac Boream pullos ex equabus sustulisse fabulabatur.

Secundò sicuti sine Cerere & Bacchò friget Venus, ac Dionysius vocatur à Plutarcho ἐργονοῖα; vinūque dicitur Aristophani γάλα ἀφροδίτης, atque idem jungebat πῖνον καὶ βίστον: Itâ immodicò meri usu Venus mollescit, oppressò ab ingluvie atque temulentia calore nativò. Scribit Aristoteles ebriorum femina esse infœcunda, quoniam humidiora ac debili crassitie destituta: undè apud Plutarchum vinolentiorum contrâ quàm siccorum ἐπιλείου πρὸς τὰς γυναῖκας ἐξίτηλοι καὶ ἀτιλῶι δει; notatū que ab eodem Plutarcho Alexander propter κάλυπτοιαν legnis ad venerem, tametsi acer & iracundus: imò refert Athenæus cum mater Olympias Callixenam Thessalam juxta filium dormituram collocasset, Philippò etiam concitò (dubitabant enim nūm effeminatus esset) Alexandrum frustra fuisse tentatum à meretriculâ formosissimâ.

Tendere que tremulum Peliam, Hecubaque maritum

Posset ad Hæthores sollicitare rogas.

Jure igitur Hippocrates in congressu mulierem jejunam esse præcipit, virum verò ὀδύρρητον, hoc est minimè ebrium, necdum βιβωπισμῶν obrutum, sed tamen qui vinum biberi valentissimum & metacum, non album & edentatum, nem qui ci-

I

bis

bis passus fuerit convenientibus τῷ πρῶτῳ; vir enim agens est ac vegetiore ad ευνουσίαν opus habet robore. Celebrantur ab Historicis naturalibus maligna quædam vina quorum usu fœminæ sunt *καυτοί*. Apud Heracliam Arcadiæ vinum nascitur, viris rabiem, mulieribus sterilitatem importans. Træzenium vinum qui bibunt negantur generare; potatō vinō in quō suffocatus fuerit nullus, vir Veneri, mulier conceptui inhabilis evadit, ut refert ex Terpicle Athenæus; idēque testatur de aqua apud Pyram mulieribus ἀγόνῳ, apud Thespias *παίδησιν* conceptisque mulieribus representante, ut loquitur Plinius; quomodo quædam in Lyciā aqua conceptum feminarum custodiunt, quas solent petere quibus parum tenax vulva est. Fœminæ quoque Hispanæ minis fœcundæ sunt, quod aquas bibant duras & rigidas. Ferunt in flumine cujusdam insulæ Goga dictæ, non procul à fluviō Indō sitæ, piscem reperiri *Hiphico* dictum, cujus adeps manē ad pisci magnitudinem per tres quatuorve dies deglutitus, vel etiam umbilico impositus fœminas infœcundas reddit.

Nonnullæ etiam plantæ habentur pro ἀνοτηρίοις; puta fabæ à Pythagoricis idcirco prohibiæ, quantum frequenti usu creduntur gallinæ domesticæ steriles fieri, & arbores satis juxta ipsarum radices fabarum putaminibus reddi *καυτοί*. Ruta quam ad Φυλακτίον castitatis custabant Mystæ sacris initiati. Virex cujus foliis matronæ Thesmophoriis Atheniensium Legisera Cereri puriter facturæ, cubitus sibi sternebant, undē nomen τῷ ἀγνῷ, id est casti ei inditum est. Semen quoque salicis præstat ἀναφορῆσιν, *Ocyssimō*, ait Plinius, salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero (ὠλισκάρως) frugiperda; sequiturque atas scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat: sed in hoc quoque providens natura facile nascenti & depaucto surculo incuriosius semen dedit. Ubi notanda venit vox illa medicamentum in malam partem à Pliniō sumpta: nam medicina, medicamentum, venenum & pharmacum apud Priscos, vocabula sunt communia, ancipitia, duâque res inter se contrarias capientia. Mentha quoque tamen recens adhuc & viridis, flatuosâ humiditate fit veneris incentiva, atque, ut Aristoteleis verbis utar, fœminam *καυτοίαν ποιεῖ*, undē proverbium, *ut vivas castè, mentham non adhibe*, resiccata tamen genitale virus exhaurit, id quoque herba improba dicitur; hinc paræmia ab Aristotele proposita, *Mentham belli tempore nec edito nec serito*: quâ de causâ retrigerare & fortitudini adversari dicitur ibidem à Philosopho, quod indigentia τῷ ὄργῳ τοῦ σώματος universum corpus frigescat atque effœminetur. Verumtamen cum aromata non extinguant feminis proventum quamvis siccissima, imò succus salviæ hortensis prolificus sit, ita ut Copticæ mulieres in Thebaide ad frequentandam civitatem post sævas pestilentias *καυτοίαν ποιεῖ*, ipsum quondam ebiberint, annon secretam menthæ malitiam potiori jure licebit suspicari? quâ ut lactis caseationem, sic genituræ pro conceptu glomerationem impedit; magna enim inter caseationem & conceptum intercedit coagnatio, secundum illud Jobi, *sicut lac multasti me, & sicut caseum me coagulasti*, ubi multus cum ejaculatione feminis, lactisque in caseum densatio cum conceptione apprimè confertur: quandoquidem ipsemet Galenus ex sententiâ Aristotelis, principium materiale & passivum in semine lacti comparavit, formale verò & activum succo vel coagulo cujus opera lac *γεμφοῦται*, ut aiebat Empedocles (coagulum enim Aristoteleis dicitur, lac continens in se vitalem calorem, quō partes similes in unum coagun-

tur) ac iterum idem Galenus, *Primum*, inquit, ac recens fetus similis est coagulato lacti.

Mittimus silicem fœminam, semen cannabis fativæ, anethum, periclymenon, camphoram; item mineralia, ut chalybis elimatam scobem à puellis chlorosi laborantibus liberaliùs assumptam, ac præsertim misy ad quantitatem fabæ aquâ solutum atque haustum, cæteraque *ἀνοτηρίων* reticenda magis quam revelanda, alioquin à tœlestis forsân mulieribus in usum vocanda, sicut à matronis Romanis nefariè olim ipsa usurpata legimus, quod illarum fœcunditas liberis nimium plena esset, vel etiam ne de gravitate oneris & labore partus alvus fatisceret æquorūque uteri irrogaretur, ita ut contractas istas rugas lomentō condere necesse haberent.

Sed jacet auratō vix ulla puerpera lætō,

Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt

Quæ steriles facit.

Tertiō immoderatum exercitium mulieribus saltatricibus & rusticis, cæterisque fœminis non *ἀνοτηρίων* sed ἀνοτηρίων τῶν ἀνοτηρίων fœcunditati obstaculo est, consumptâ materiâ τῷ σώματι, nimium discussō utili alimentō quod perscō nutritionis opere restitit, haud secus ac pictâ tabulâ nonnihil ἀνοτηρίων sive purpurissī; et *ἀπέ* superest, aliquidve protinus decidit τῷ κοινῷ seu tellorū operis quod fuerat illitum. Undē Diana ob laboriosas venarum exercitationes dicitur *καυτοίαν ποιεῖ*, rigidi Priapi tentiginem occidit, adeo ut τῶν μεγάλων *ἀνοτηρίων*, hoc est Ephesii delubri Sacerdotes non admittent nisi eunuchos. Pariter quoque *καυτοίαν ποιεῖ* *καυτοίαν ποιεῖ*, alta quiete ac vita, instar utreorum, *sedentaria*, infartō mucosis humoribus ac *ἀνοτηρίων* conceptioni: hinc fœminæ *καυτοίαν ποιεῖ* ac *καυτοίαν ποιεῖ*, quibus ipsa meridies antelucanum tempus est, rariùs *καυτοίαν ποιεῖ*; observavitque Hippocrates mulieres Scythicas infœcundas esse, quoniam ἀνοτηρίων, ideoque excrementis præcætes; harum verò famulas propter *καυτοίαν ποιεῖ* frequentius concipere. Nec proinde dispar est ratio fœminarum & plantarum, de quibus quærens Aphrodiseus cur sylvestres urbanis validiores sint atque lætiores, ac idcirco tellus illarum mater, harum verò noverca nuncupetur. Respondet sylvaticas stirpes ac in agris ruderatis natas humoris copiâ non inebriari, quæ hortensias laxat & quasi emaculat.

Quartō fœminas vel ob unum partum tæressi tempestivum nec valdè laboriosum fœcunditas nonnunquam deserit, uterō novimestris gestationis tæressi enixusque tormentis quantumlibet moderatis defessō ac defectō, ut nobilium, lactearum ac delicatarum fœminarum, quæ exindè sunt *καυτοίαν ποιεῖ*, exempla quodidie testantur. Interdum tamen lassus uterus atque defrugatus viribus temporis lapsu paulatim recollectis, pristinam fœcunditatem sponte recuperat, instar fundi novalis ac segetum quæ interquievère.

Quintō diurnus alvi fluxus, perditis spiritibus quibus genitalia ad generationem turgere necesse est ac uterō vicini intestini sympathiâ effœctō, arceat fœcunditatem; meritoque Hippocrates inter causas sterilitatis fœminarum Scythicarum, recensuit *ventres earum molles & frigidos*.

Sextō præmatura *καυτοίαν ποιεῖ* causa est infœcunditatis, seu quod uterus ætate adhuc imbecillus morbosam indè contrahat infirmitatem, seu quod tenellulum uteri ostiolum crebrâ τῶν *καυτοίαν ποιεῖ* hoc est virilis radii præsertimque pedalis conii, ut ait Autho carminis obscœni, allisione occalleat. Infructuosus quoque est frequens concubitus, quoniam uterum *καυτοίαν ποιεῖ* atque emacerat ac seminis elaborationem

Sterilitas

tionem interturbat: quemadmodum garrulorum sermone sunt ἀπειλὴς καὶ ἀκαρπῶς, sic venere abuten- tes semen fundunt ἀγονοί. Neque tamen vice ver- sa rectè opinabatur Rhafes, ob longiorem accessus abstinenciam, torpente cessati uteri facultate (quo- modò immotum ac neglectum solum obdurescit) ejusdemque ostiò apertioni desuetò & semine prop- ter diutinum situm rancescente, sterilitatem inferri. Nam viduas mulieres postquam diutissimè ἀνανδροί fuerunt, ac ipsasmet ἀζογῶς κοῦρας, sed jam ab ali- quot annis viri potentes, unicò viri tactu patet quotidie imprægnari; nupèrque dicebamus scemi- nas brutas desinèdò anni tempore in palæstrâ vene- reâ sese exercentes, conceptionem unò initu pera- gere raròque errare.

Causis etiã sterilitatis annumeratur incomposi- tus inter coeundum motus, dùm scilicèt clunibus & coxendicibus sublevatis lumborum crispitudine fluctuat, sive, ut dixit Martialis, *vibrat sine fine pruriens lascivos docili tremore lumbos* scemina ὀφθα- λῆς (Latini crillare, Græci ἀπορριζῶν appellat) undè belluæ à naturâ edoctæ in congressu citrà πόθησιν quietæ perstant. Lucretius, quem nescias utrumne inter Poetas an inter Philosophos numeres, hanc rationem reddit.

*Nec molles opū sunt motus uxoribus hilum,
Nam mulier prohibet se concipere atque repugnat,
Clunibus ipsa viri Venerem si laeta retrahet
Atque exosato ciet omni pectore fluctus.
Ejici enim sulsi rectâ regione viâque
Vomerem, atque locis avertit seminis ictum.
Idque sulâ causâ consuerunt scorta moveri
Nè completerentur crebrò, gravidaque jacerent.*

Apud Æginetam μῆτις ἢ ἰσότης dicitur con- ferre ad conceptum; hancque opinionem mutua- tus videtur ab eòdem Lucretiò apud quem hi le- guntur versus

*more ferarum
Quadrupedumque magis viui, plerumque putantur
Concipere uxores, quia sic loca sumere possunt,
Pectoribus positus, sublevis semina lumbis.*

Fundum enim uteri in eâ muliebris corporis po- sitione declivius est òsque ejus sublimius, undè recepta genitura videtur difficilùs excisura, sicut concubitu ἰσδοσάδω ipsa facilùs desluit. Sed con- trà avertò istò situ, semen ostio uteri κατ' ἄνωγειαν non insinuat; eadèmq; de causâ mulieres quæ, instar Asianassæ vel Cyrenes δωδεκαμηχόων, Venerem jungunt per mille figuras raris scemiant.

Tandè magni officiorum negotiorumque no- mentosorum acervi (Tertullianus impedimenta vitæ implicitæ & laciniosa appellat, sicut laciniosa vestis gressum impedit) item animi pathemata, præci- puè nœstitia atque timor adversantur concep- tioni, derelictò à spiritibus uterò his quippè ad ce- rebrum vel cor conversis: Venus enim Dea est φιλομηδία

*Nec solet in mæstos illa venire soros,
Similièrque animorum ἀντιδίοις παλομικὰ καὶ ἀσὺμ- βῶτε geniturarum divortiam præstat, ac inuus congressus rarò inanis non est. Quòdque mirum quanquam, ex Plutarchò, humana femina soleant μάλλον ἀπτιοθαί dùm amantes ἠλησιζουσι: atta- men si fuerint nimioperè κατὰκώχμοι τῶ πάθει, flagrantior ac veluti λουσαδης anoris flamma, ob effusum gaudium è gravissimi objecti possessione exurgens, spiritibus foràs proturbatis sicque ex- cussa potius ab uterò quàm susceptâ in uterum ge- niturâ, conceptionem nonnunquam interturbat; vel etiã desitiunt motio venerea inhiantem, dùmque in animò concupiscentia fervet eadem friget in cor-
Tom. IV. Pars II.*

pore, nec libidini libido servit sed adversus se- ipsam dividitur, commotòque animò in commoven- dò corpore seipsam non sequitur, ut præclarè D. Augustinus. Et quemadmodum, inquit Sinibaldus, vehemens sensibile corrumpit sensum; ita vehemens concupisibile ac libidinis τὸ ἀπὸ δέος καὶ τῶ μακρῶν evin- cit concupiscentiam.

Prætermittimus, ceterò λήρουε ἢ κλυμῶν, Magorum καί- γνια, ut incantamenta carminum, barbara luturramina vel bombum stridorémve magicum, ut ait Tibullus, *ver- borumque monstra*, ut canit Q. Serenus, quibus vene- fici non tam incantant sceminas quàm cerebrum eis excantant. Omittimus quoque malevolam & qua- si trucem Saturni ἀναβιβάζουσι καὶ χρονοκράτορος radiationem à Planetariis Medicis decantatam, quæ sterilitatis opertò naturæ τετῆς causas exploratas habere despondentes, innocentissimis Olympi faci- bus iniquam litem non verentur intendere, instar Accessæ Nautæ. Alexandrini quem navigationis per- tæsum, ferunt infausos Lunæ aspectus causatum esse; hinc de desidiis in proverbii consuetudinem venit, *Accessæ Luna*. Neque enim sublunaria cor- pora instar simulacrorum ὑδροσώδων à cælestibus duci, ac illorum scditiones ab his præscribi arbitrarî licet, excusâ nunc temporis credulâ Antiquitate sæculòque nostrò ad summam perductò solet- tiam.

Sceminaὶ δὲ ἀλλοτρίοι dignoscuntur vel ἐκ τῶν ἀπόντων, ex iis quæ absunt, ex remotione scilicèt cau- sarum sterilitatis superiùs enumeratarum; vel ἐκ τῶν παρόντων, ex iis quæ adsunt, nempe è colore cutis decolorò & vividò; moderatâ corporis proce- ritate, ejusque habitu σφριζῶντι καὶ ἀτραφῶν pectore paululùm angustò; manibus grandisculis, globo- sis, non pannuceis, pensilibus ac inclinatis, sed fir- mis & arrectis, acinòsò, τοῖσδὲ σφίσιςque consimili ornatis corymbò, ἢ ἀγγύων, hoc est uteri, valetudi- nem designante; ventre justæ molis atque corpul- entia; lumbis latis; natibus solidis & prominenti- bus propter ἰθουσίς cælis sacri; coxis amplis ob majorem cæsum illi à se invicem distantiam, quò τῆς γενναίς, ut ait Hippocrates, hoc est mulierum naturalibus locus spatiosior relinquatur; liberis, li- beralibus, nec non ἀεὶ αἶμα ἐπὶ ἰστίαν purpureis, & quasi flore τῶν αἰματίδων ac Tyriò murice unctis muliebribus, statò raròque dierum numerò recurrenti- bus; latâ tandem mente & quæ ἰσθαλιζῶν τὸ βίον.

Sceminaὶ autem si non ex toto, saltem majore ex parte his opposita, ἀφουὶς τῆς ἡδὺ ἀλλοτρίοι ἀσσιμαρι debent. Dixi majore ex parte, etenim li- quet experientiâ, sicuti, auctore Theophrasto, ar- boret exuete & thagadii obfusa uberius quan- doque fructificant, quàm τὸν τῶ ἀζωῶν; ita mulieres frigidas ac utroque gibbo & aucto & fossico de- firmes, dummodo locis non laborent, pures inter- dùm scetus dare quàm sceminas τετραγώνους habilis- simas & quadratas, còsque non rarò αἰνὺς ac lu- culentæ formæ: quoniam quoniam minor sit sangui- nis impensa in nutritionem, tantò plenior ejus uber- tas superest ad fabricationem seminis exquirit; quo pacto itè scripsit Aristoteles πολισπερμίας fieri vel propter vires vel propter imbecillitatem. Notandum etiam ex Hippocrate quibus spina infra diaphragma luxatur infœcundiores esse, quàm quibus gibbus supra septum contingit; nempe ob majorem ratio- nem viciniam in illis quàm in his partium genitalium consensum.

Plurima Antiqui ac Neoterici passim rumifi- cant fertilitatis sterilitatque περιτρίω, fides tantùm Authores appellet. Juxta Hippocratem, si muliere vestibus undique obvolutâ, odor thymiasens subter fectæ os ejus narisque feriat, nulla subest infœcunditas. Alibi mulieris caput lotum

lotum prius & deterfum, reticulò inodorò obtegit, deinde galbanum ignis solivæ calore emollitum uteri stomacho apponit, ac mulieri quietem imperat: quòd si manè remotò reticulò jejuna mulieris vertex (vbi propter suturas ossiumque cranii raritatem plenior sit διαπύση) galbanum redoluerit, de ejus fecunditate non dubitat. Item Netorum (unguentum erat odoratum & sumptuosum) modicà quantitate lanà convolutum, vel μάλυζαν εκκρόδον, allii monocephali φούρλα sive scarium dormituræ naturalibus pelli formà immittit; quòd si manè odor vel sapor ad os pervenerit mulierem fecundam, secùs sterilem affirmat; nam uterus calidior odorem dissolveret, frigidior repelleret, humidior extingueret, obstructus ipsius ascendentis iter interromperet: quo sensu docebat ibidem Hippocrates prægnantis verticem, propter uterum ἀφορμήν, medicamento subitò indito nihil olère. Alii πρόθετον ex melle cocto intrudunt ἕως ἔσω τῆς γυναικός, quòd si postero die lingua dulcescat, rati tam habent fecunditatem. Præterea si mulieri è subdititiis non admodùm vehementibus, dolores ad articulos, dentium stridor, tenebricosa vertigo & oscitatio supervenerint, huic majorem fecunditæ spem affulgere tradit Hippocrates, quàm cui nihil horum advenerit.

Porro halitus rerum subditarum è barathro fœmineo ad os, nares ac verticem sustolli posse exindè confirmatur, quòd axungia porci genibus adalligatà, redeat in os sapor, eamque illi expuere videantur; hydrargyrum exterius admotum, os ac cerebrum petat; Lingua, apud Hippocratem, sicca sicut à succensà fuligine & μητρώω μωρίω, hoc est uterò; affectibus hysteriis caput condoleat, functionesque animales scilicet sensitiæ, motrices & principes rapiantur in consensum uteri, adeò ut à partu difficili cerebrum ad dementia usque quòdque infirmetur.

Sunt qui ex oculorum post effrænem coitum subsidentiâ & hebetudine, persuasum sibi habeant potiorem partem humoris spermatici vel ex illis vel saltem è cerebro per illos desuere, ideòque oculos appellent ut testator fiat sterilitas; nempe horum hincquis complexus tempore croco illius si saliva post confictum venereum luteo colore non tingatur, mulierem infœcundam esse conjiciunt, propter σύγχυσιν καὶ σύμψυξιν pororum per quos feminalem materiam delabi existimant; quâ ratione præfectis ac cicatrice obductis ad curationem τῶν κισμάτων venis ponè aures fitis, Scythas reddi ἐγόνουε supra dicebamus ex Hippocrate: *Fecunditatis infaminiis prærogativam* (hoc est argumentum certum & minimè fallax) accepimus, inunctis ex medicamine oculis salivam infici, inquit Plinius post Aristotelem.

Proponuntur & alia fecunditatis βαρυνήτρια Fœmina si eructaverit, butyro vel lacte nutricis puerum lactantis ipsi exhibito; item si bibita antè somnum aquâ anisatâ, pruritu circa umbilicum à somno correpta fuerit, conceptui censetur idonea. Quidam tantillùm balsami aquâ diluti & molli fomento excepti intromittunt in locos fœmineos, tenuisque filo ad femur alligant, quòd si nulla tractio percipiatur facta ab utero, fœminam infœcundam esse judicant; necnon si dùm jejuna est, coagulo leporino ad dragmam unam in aquâ calidâ dissoluto atque assumpto, nullis tentetur torminibus; aut si tribus pessariis è feminis melanthii dragmâ unâ cum semisse & melle paratis ac sigillatim ἐς αὐτὸν, hoc est in fistulam muliebrem introductis, non febricitet. Denique hordeo in urina mulieris macerato deinde sepulto si decimo die illud germinet, vel sulphure vivo urinæ insperso si vermes indè prodeant, fecunditatem, sin minus sterilitatem argui à non-

nullis putatum est. Constat tamen feminales fucos à sulphure detrahi, aspergatur tabernaculo ejus sulphur, ut habetur apud Jobam, in signum sterilitatis, qui igitur savebit sulphur vermium generationi? Plura alia mitto sterilitatis documenta quæ sunt ἀπὸ σώματι plerisque, parcens fastidio Lectorum.

Sterilitas fœminarum frequentior est quàm impotentia virorum; his namque unicum incumbit munus videlicet περιεμβολίη; illarum autem officium est præter feminis fecundi conspiratam πρόσειν, generationem apprehendere, complecti & ad actum secundum instigare, quotque munia tot offensæ. Si mulier à genitali principiò in sterilitate fuerit, nupiam παραφορῆ. Ascititia verò infœconditas est πυνιμαρμύνη quali diceret *confatalis* parenti morbo, quem proindè necesse est παραφορῆν, ne Empiricorum more eundem cothurnum omnibus ægris aptemus; sterilitate quippe sequente causas non diversas modò sed pugnantes contrariisque remediis sæpenumerò profligandas. Exemplo sit mulier illa sana & crassa apud Hippocratem quæ catapotid concipiendi gratia temerariè deglutito, periculosis divexata fuit symptomatis, ac licet non cesserit è vitâ, quinquis tamen exanimata est, ità ut expirasse videretur; quemadmodum gubernatori ad incursum tempestatum, sic Medico ad varietatem causatum ratio mutanda est.

Coitus paulò frequentior medetur quòdque sterilitati, quatenus sicciòr uterus crebrâ feminis unctione remollitur, vel etiam plurimorum spirituum confluxu ipsius frigiditas corrigitur & emendatur, impedita vasa expediuntur, osque ejus occlusum recluditur.

Sicuti herbae πολύσπερμοι, ut legumina & fœmenta, terè sunt ἐπίγειαι sive ἀρπυια ac arboreses πολύφοροι totæque in fœtus exeuntes luxuriâ se consumunt, ac, ut pulchrè Plutarchus, instar viri ἀνοικοδομητον, patrimonia effundentis fortunâque suas obligurientis, nudæ ac inopes relinquuntur; stirpes contra tardissimè senescunt, quæ fructibus minimè laborant nec suas profundunt opes; ac iterùm juxta Aristotelem, quemadmodum animalia salacia properant ad senectutem, mulo autem quia infœcundò longiora sunt vitæ spatia; sic à fœminis sterilibus senectâ remotior est, quoniam gestationis incommodis, paritibusque laboribus nec sit demolitio carni, nec facies rugis sulcatur; Adde quòd nullam faciant rei familiaris jaeturam; generatio enim est οὐκ αἰσίου τινὸς ἐς ἕτερον ἕσθαι κατὰ φθορὰν οὐσα, ἡτορπία sui portuicula in alium transitus & perditio. Eadem tamen mulieres vivunt ut plurimum valetudinariæ, non modò quòd non gaudeant puerperialis purgationis beneficio, sed etiam quòd propter vasorum uteri, sicut in virginibus, angustiam menses soleant intercepti; vel saltem horum effluxus inordinatus sit, illiberalis ac dolorificus; contra quàm in mulieribus fecundis quarum corpus est πολὺν παρὰ πολλὰς ἀνοικίας, & καθάρων ἀδύρτοις καὶ ὀχρῶσι, quasi hânstris ac tubulis incijum.

Præsertim autem morbos à menstruorum suppressione natos solvit graviditas, nam perindè ferme est utero gerere & menses fluere, illie consumptò, hic educò redundante sanguine. Observavit Hippocrates fœminas, capitis, ischii manuum cæterorumque membrorum doloribus consuetas prægnationis adventu liberari, ipsas verò post partum eadem mala denuò incurtere: fœminâ namque fœtu plenâ laxantur uteri venæ, ac commodior redditur excrementorum in ipsas aditus, mòxque horum à calore uteri plurimùm adactò faciliòr consequitur διαφόρησις; verùm depletâ muliere humorum per densiorem uterum purgatio minus libera est. Prudenter igitur Senex nosset mulieri ἀρικν μωνι, si desierit κίρνωσις, ad morbo

morborem prophylaxin manuum pedumque venas bis in anno tundi præcipit.

Huic dissertationi terminum tandem figamus *Ædiliū Curulium* edictō, quā parte de mancipiis vendendis cautum est, per quod licebat emptori mulierem redhibere quæ fetus concipere nequiret. *Hactenus Antonius Menzsius, ejus Dissertationi succedant jam de Sterilitate.*

Consultationes.

De Sterilitate. Pro Nobilibus Conjugibus.

Nobiles Conjuges duobus abhinc annis matrimonio juncti, nec dum prole beati; nostrum exposcunt consilium, quo si fieri possit, fecunditas comparetur; cujus noxa cum ab alterutro conjugum; vel ab utroque promanet, in præsentia conjectandum est, ab uxore potius, quam à marito ortum ducere; quod vir Nobil. Juvenis sit, boni habitus, ad Venere proclivis, & qui ex aliis mulieribus prolem suscepit, quanquam ventriculi intemperie frigida, & humida laboret; cujus causa plus appetit, quam concoquat, ac dolori caput sit opportunum, & quidem plurimum hemicranie acutissimæ sinistrae partis; qui & gonorrhœam antehac passus est; ex qua tamen convaluit, nullo virulentie Gallicæ superstite vestigio, ut non inani conjectura vitium hoc nobilissimæ conjugii sit adscribendum; licet & Illustrissimo Viro remedia debeantur sanandis ejus affectibus, ut ut sterilitatem non inducentibus; quod illa ex consuetudine antehac octo annorum cum alio marito nunquam conceperit, quem licet variis affectibus ferè continuò laborasse testetur; ut cum propterea sterilitatis autorem tunc fuisse persuasum habeat; in ipsa tamen non leves se produnt noxæ; nec menses constant; quippe qui decolores quandoque, & pituitosi; ac plurimum cunctantur; aliquando verò prævertunt. Mulieri autem menses decolores, nec eodem semper modo, & tempore procedentes, purgationem indicant esse necessariam, ex Hipp. 5. Aphor. 36. Quorum quidem causa, sanguis est crassior potissimum, & melancholicus, jecoris præcalidi soboles; cujus elucet signa in colore; & totius habitus; sed & pituitosus, ac biliosus quandoque, cujus causa prævertunt menses, & quidem albi; quod fieri potest, cum à ventriculo, tum ab ipso utero imbecilliori, sterilitatis proinde causa: quanquam non satis constet, numquid labem hic duxerit ex offensa sinistrae genu, cui cum cruribus, & coxis facilis consensus, ratione ligamentorum ipsius. Verùm cum ex enarratis à Nobili patiente constet, quod cruris contractio seu convulsio à fractura genu graviter contuso ortum duxerit; & quòd ab illa in mensuris purgationibus nulla se prodiderit noxa; hanc non crediderim esse sterilitatis causam.

Quanquam nonnisi magno labore fecunditas sit comparanda; ob innatum jecoris fervorem, qui non adeo facili compescatur; accedente potissimum aliqua intemperie ipsius uteri. Hujus tamen spem aliquam facit, duorum tantum annorum conjugium.

Purgandum itaque totum corpus; sanguis attenuandus, & fluxioni præparandus; refrigerandum jecur, ac uterus moderatè calefaciendus, & exsiccandus, non prætermittis à proprietate juvantibus. Quæ præstabant remedia Chirurgica, Pharmaceutica, & Diætetica.

Chirurgica potissima erunt, sanguinis missio ex

Tom. IV. Pars II.

saphena dextra statim, à mensuris purgationibus, & vacuo illis tempore, ex jecoraria, parca tamen manu, adhibitis frictionibus inferiorum partium, mensibus imminentibus.

Purgandum mox corpus Lenientibus, Præparantibus, & purgantibus melancholicum potissimum, & pituitosum humorem, Viris præclarissimis quàm notissimis: hac tamen lege, ut diuretica, & magis attenuantibus, secunda humorum præparatione præscribantur, syr. scil. byzantinus cum aceto, de pomis compositus, & de quinque radicibus, cum decoctione apii, foeniculi, capill. ven. & pulegii. In quorum censu diacalamentum quam maximè commendat Galenus, contemperatum succo cichorii. Corpore purgato, aquæ Tettutianæ potus triduum, cum melle ros. solut. erit maximè opportunus, à cujus usu, contemperando jecori, accommodata erunt serum lactis caprini & aqua Beatae Virginis, quæ illi præcellit, ratione materię albæ ex utero procedentis, 12. dies circiter haustum, non sine aliquo diuretico, emulsionem scil. sem. melonum, cum guttulis aliquot spiritus, virioli, cujus loco nisi permeaverit ad urinæ vias, exhibeatur succus cichorii depuratus, cum modico absinthii succo, in jure pulli, aliquot dies. Extrinsecus verò fetus adhibeantur utero, ex vino albo, cui incocta fuerint pulegium, matricaria, artemisia, calamentum, & modica fabina, quos excipiant infusus in aqua Aponitana, immissa cannula pervia in ejus cervicem, illitis partibus illis internis, & externis oleo cheirino, & de amaraco, cum moscho, ambra, & succino, præscripto elect. ex conserva satyrii, vulva suilla, conserva capill. Veneris, & amaraco. Atque hæc potissimum ex usu futura censet. Influet autem Vir Nobilis & ipse purgationem, missio sanguine ex vena jecoraria, & accommodatis præparantibus, & purgantibus, à quorum usu caput expurgandum erithimis, & masticatoriis, atque exhibenda aqua Tettutiana, adhibito etiam infusu in iisdem aquis Thermalibus. Ventriculo verò, si negotium facescat, stillicidium ex aqua magni Balnei D. Petri accommodatum erit, præscripta recta victus ratione hæcenus neglecta. Atque hæc potiora habui. Quæ faxit Deus, ut Nob. conjugibus juvamento sint. *Benedict. Silvaticus Consil. & Resp. Medic. Cent. 9.*

De Sterilitate. Pro Nobilibus Conjugibus.

Vir annorum 33. gracilis, taciturnus, facile ex candescens, fusci coloris, verbo habitus melancholici; nunc verò ad melancholiam hypochondriacam vergens; atque palpitationi hærdiariae cordis opportunus, cum gonorrhœa virulenta aliquandiu laborasset, cum ulcusculis, & verrucis pudendorum spontè delatenscens, uxorem duxit virginem adolescentem, & sanam; qua triennio, vel quadriennio post apoplexia extincta, sterili, secundam duxit triennio abhinc, virginem & ipsam juvenem, fecunda stirpe ortam; quæ nulla tamen hucusque conceptus præbuit indicia: cujus rei causam propterea quaerit; quo remediorum ope, si fieri possit, optata prole potiatur.

Cum autem duæ possint esse sterilitatis causæ in præsentia, insectum scil. utrumque semen lue Gallicæ, ac virile aquosius, & tenuius; quòd Vir nobilis gonorrhœa virulenta diu laboraverit, cum aliis Gallicis symptomatibus; quom & utraque uxor primis congressibus ab eo contraxit; quanquam in illo antea suppressa sit nullius alexipharmaci ope præter sola adstringentia in penem infusa. Cùm tamen menses & annos latitet lues hæc frequenti experientia fide, semen ipsum facile infici, & infœcundum reddi

reddi potuit. Cæterum infœcunditatis hujus causam virile semen aquosius, & tenuius referendam potius esse, patientis habitus gracilis, & sanguis serosus antehac facta vena missus facile suadent, tum quod meticulosus est, palpitationi opportunus, pectore glabro, atque ad iram pronus; quæ luculenta indicia frigide cordis intemperiei. Ex sanguine verò illo ichoroso, de quo Hippocrat. quinto in 6. Epid. redundante in melancholicis, ob languidum eorum calorem, semen quinetiam tenue & aquosum produci necesse est; quod ex levi quolibet motu à congressu effluit; accedente potissimum aliqua uteri laxitate ex muliebri profluvio; vel potius gonorrhœa præterita inducta. Ut tandem statuum sit, sterilitatem hanc ab utraque quidem causa emanare posse; potissimum tamen à nimia virilis feminis tenuitate, uterique laxitate.

Quibus ita se habentibus, ut ex enarratis constat, metuendum quam maximè, ne irrita quælibet medica præsidia sint futura; quanquam ab Hipp. proditum sit in Epidemiis quòd morbi connutriti in senecta desinant; ac proinde affectus hic licet patienti sit innatus, cedere tamen possit non tamen Hipp. sententia de quibuslibet morbis connutritis intelligenda venit; sed de iis tantum, qui à causa calida ortum ducunt; quæ mutato temperamento in frigidum remouenda; cùm affectus præsens in dies ingravescere possit. Accedit, quòd Nobilis patiens, est adeò lgracilis, & debilis, ut generosa remedia non admittat. Non tamen supersedendum censeo levioribus quibusdam præsiidiis utrique præscribendis; quæ extinguendæ lui veneret, si fieri possit; quæ cordi, ventriculo, & toti corpori corroborandis.

Præmissa itaque universali blanda totius corporis purgatione, attenuantibus, incidentibus, & detergentibus, ratione obstructionum, quæ in pancreate latent: discutientia, & cardiaca hypochondriacæ affectioni & palpitationi cordis ex usu erunt; necnon hydragoga ferositatibus expurgandis; adhibitis alexipharmacis, ratione virulentæ; atque calidum innatum foventibus, ad perfectiorem feminis elaborationem; quæ alexipharmaca, & exsiccantia nobili quinetiam matronæ usui erunt; quò vel levis virulentæ Gallicæ umbra discutiatur. Quæ præstabit remedia Chirurgica, Pharmaceutica, & Diætetica.

Chirurgica quod spectat, exigi omninò censeo aliquam sanguinis eductionem; parce tamen, ad uncias quinque circiter, ex jecoraria dextra: aliis prætermis, utpote non necessariis.

Universalis purgatio lenissima sit, ex syr. de polypod. compos. & manna; præscriptis præparantibus, ex syr. de corticibus citri, acetoso simplici, & de pomis; cum decoct. accommodata; quos excipiat purgatio, ex modico agarico, & rhabarbaro. A quorum usu, referantur obstructionibus conferet jus galli junioris, cum feminibus odoratis & aperientibus, temperatis, puta cetrach, agrimonia, cuscuta, feminibus sceniculi, dauci, & ocymi caryophyllati; instillatis quotidie aliquot chalybis potabilis; præmissa rotula, ex oleo anisi destillato; vel extracto citri, 20. diebus circiter: à cuius usu, lui Gallicæ, radicibus extirpandæ præsentem erit remedio decoctum ex ligno Indico, & salsa; sollicitato blando, sudore semel in die, doliolis aqua hydrotica calida repletis; exhibita manna, quolibet octavo die, atque evacuandis ferositatibus redundantibus, quo tempore carnes assæ pro cibo erant, virium causa; nec non passulæ, & pistacia, cum pane non omnino ad duritiem cocto; qui subigi poterit aqua alterata salsa & ligao, in eadem infusus; parato vino

medicato ex iisdem tempore vindemiæ. Foveatur interim regio pancreatis vino albo modicè generoso, cum aperientibus, & inungatur oleo chamæmel. amygdal. amararum & rutaceo. Quinimò statibus infestantibus, opportunum fuerit stillicidium ventriculi, ex oleo malsichino, anethino, & nardino, cum mentha, schænantho, & spica; addito vino albo, quod supra pancreas decurrat. Atque hæc potiora censui in nobilis patientis salutem, qui validiora non admittit, præter conservam ex flor. citri, & borraginis cum confectioe Alchermes, & modico Mithridatio, nec sine recta semper victus ratione, ex alimentis facilis coctionis, & optimi succi. Nobili verò ejus uxori, præmissa corporis purgatione syrupus simplicibus primò, tum & compositis, ac iisdem purgantibus marito præscriptis, vel hujusmodi humoribus redundantibus accommodatis cum sudore idem decoctum conveniet apprimè latenti lui extinguendæ, cum congrua victus ratione. *Idem ibidem.*

De Sterilitate. Pro Nobili Matrona.

Tertius nunc agitur annus, cùm Nobilis Matrona viginti quinque annorum nupta, nondum tamen concepit: quæ ad nostram propterea decurrit opem, quò prole felix evadat.

Indaganda propterea sterilitatis hujus causa; quæ cùm à viro, & muliere sit petenda, nulla nunc in viro se prodit labes: quippe qui perfecta utatur valetudine: neque de aliqua in veneris noxa quicquam nobis constet: sed in mulierem tota eudenda faba, quòd aiunt, & vitii quicquid est, referendum: cùm potissimum continuo tantum non muliebri profluvio laboret, cujus causa humidior illi est uterus. Quæ autem præhumidos habent uteros non concipiunt; ex Divini Hipp. oraculo, 1. Aph. 62. extinguitur enim, inquit, in ipsis genitura. Accedit, quòd menstruæ purgationes prævertunt aliquando, quandoque vero tardius erumpunt: & quidem ferè semper cum dolore sævissimo ob copiam corruptorum humorum: de quibus Hipp. Aph. 36. ejusdem 5. Sectionis: Menses decolores, nec eodem semper modo, & tempore fluentes, purgationem necessariam esse significant. Adde, quòd non raro lumborum, crurum, & pedum doloribus divexatur: & rugitu quandoque hypochondria obmurmurant atque semel, & iterum stranguria laboravit, anno scil. 1632. 1634. quo eruentam aliquando reddidit urinam: quæ quidem symptomata ipsi nuptæ suborta sunt, cùm antehac optimè haberet. Sterilitatis itaque causa in malam dispositionem ipsius Nob. Matronæ est referenda: quæ alia forsitan non fuerit, quàm pituitosa materia exsuperans: non solum à ventriculo frigido, & humido: sed & à cerebro humidiori transmissa: quæ falsedinis quandoque particeps sit, cùm ratione putredinis, ex diuturna mora: tum ob illi immixtam falsam serosam humiditatem: quæ prout ad lumbos, crura, & pedes decurrens, dolores inducit; in hypochondriis verò conclusa, ac in status soluta, rugitus excitat: ita ad renes, & vesicam dum influit, stranguriæ: ad uterum verò, muliebri profluvio autor est: in venis autem sanguini immixta, mensium statum circuitum interpellat, cum dolore, & nobilem juvenem ad venerem forsitan ignavam reddidit.

Quòd si hæc ita se habeant, ut persuasum habeo, sperare utique juvat, fore ut Nobilis Matrona fœcundæ evadat: cùm nec affectus sint antiqui; nec infœcunditas triennii, in juvene 25. annorum perfecta sterilitas sit statuenda.

Fœcunditati autem comparandæ tria potissimum

num sunt peragenda. Purgandum primò accuratissimè totum corpus; divertenda fluxio; & partium affectarum intemperies sunt contemperandæ; ventriculi quidem, calefacientibus; capitis, & totius corporis, æquo mollioris, exsiccantibus; nec non calefacientibus, exsiccantibus, & corroborantibus uterum; qui nunc adeò languet, ut cloaca veluti, & sentina omnium corporis excrementorum factus sit. Hæc autem præstabis remediis ex Chirurgia, Pharmacia, & Dieta de promptis.

Et quidem primò Chirurgica quod spectat, non erit abs re sapientiam dextram tundere, imminuentibus mensibus, parca manu sanguine misso, illis tantum sollicitandis. Frictiones universales asperæ, sæpius adhibendæ, muliebris profluvii causâ, juxta Galeni præceptum in curatione uxoris Boeti. Quamquam verò fonticulus sinistro brachio inustus ex usu possit esse, hoc tamen nunc supersedendum censeo, concepta spe, fore ut hi affectus remediis minus molestis cedant.

In Pharmaceuticis, mihi probantur Lenientia, præparantia, purgantia, & alterantia. Lenientia potissima erunt, species hieræ, cum el. lenitivo, vel mel. ros. sol. cum manna. Præparantia verò oxymel. simpl. syr. de betonica, de mentha, de prassio, de duabus, & de quinque radicibus, sine diluto primò, mox & cum ipso, ex apio, sceniculo, hysopo, agrimonia; & hujusmodi diureticis. Purgatio fiat quandoque per vomitum, ad revocandam fluxionem, blande tamen, putâ, asaro & oxym. simpl. cum jure, quandoque tamen per alvum, agarico nempe trochiscato, cum pil. aggregativis de hiera cum agar. massichinis, & hujusmodi, vel etiam aq. Tettuciana, quatrinduo potui exhibita, ad ℥ iv. qualibet vice; cum ℥ iij. mel. ros. sol. in primo cyatho; necnon per urinam aliquando, & sudorem, Galeni exemplo in memorata curatione. Urina autem, & sudor cieri poterunt remediis contemperantibus præfatas intemperies, internis, & externis. Interna commendantur, decoctum ex radice chinæ, cum ligno Indico, lentisco, modico fassafas, & ligno nephritico; paratum eum columba turricola; additis betonica, iva arthetica, agrimonia, radice sceniculi, seminib. anisi, & coriandri præparatis, & infillatis quinque vel sex guttulis olei destil. ex aniso, & spir. vitrioli. In externis erit hypocaustum, in quo semel per diem, horam circiter sudet: præscripto victu attenuante, & exsiccante: necnon corroborandis partibus, stillicidium ventriculi ex oleis massichino, nardino, absinthite, & de mentha, cum vino albo, spica, scœnantho, & mentha: applicata deinde purpuræ rasura prædictis oleis imbuta. Utero ex usu erunt infessus in aqua fabrorum, & vino albo modicè generoso; quibus incocta fuerint stœchas, rosmarinus, mentha, absinthium, & calaminta; quorum loco usurpari poterunt aq. Thermales, interno, & externo usu, stillicidii formâ, balnei, & infessus; & quidem sulphuræ, nitrosæ & quæ sale constant; in quibus primæ debentur nostris Apontanis, tantopere ab antiquis celebratis; atque à nobis experientia compertis ad fœcunditatem conciliandam, ut solo ipsarum usu quamplures steriles continua prole beatæ evaserint; si potissimum tempore opportuno usurpentur, toto scil. mense Junio, & Julio: quas propterea cunctis aliis remediis præferendas censeo. Faxit Deus Optimus Maximus, ut votis respondeant. *Idem ibidem.*

De Sterilitate. Pro Illustriss. Marchionibus Calca-ginis, Ferrariensibus.

Conqueruntur Illustriss. conjuges, quod triennio abhinc cum dimidio, matrimonio juncti, & juvenes, nondum tamen optata lætentur prole;

quamquam nulla alicujus momenti se prodant noxa: cujus rei propterea causam, & medica præsidia exposcunt, quò voti compotes fiant.

Cùm itaque ad prolem suscipiendam maris, & feminae opera exigatur, inquirendum est, num quid alterutrius eorum, vel etiam utriusque vitio conceptio intercipiatur. Illustrissim. itaque matronam quod spectat: proditum est ab Hipp. 5. Aph. 62. quod, Quæcunque frigidos, & densos uteros habent, non concipiunt, & quò præhumidos, gravidari nequeunt: extinguuntur enim in ipsis genitura: & quæ sicciore, & æstuosus; nam alimenti defectu semen corrumpitur. Quæ verò ex utrisque moderatam naturæ sunt locorum temperaturam, eæ fœcundantur. Ex quibus patet, quòd juxta Hipp. sententiam, moderata uteri temperies ad fœcunditatem exigitur. De Viris autem hæc addit, proximè sequenti Aph. Par est de maribus ratio. Quod quidem admittitur de intemperie, non verò de cæteris in Aph. commemoratis. Quam ob causam Galenus, præcedentis Aphorismi commentario prodidit; prudentissimos Interpretes censuisse, Aphorismum hunc à sententia, & eloquio Hippocratis quam maximè alienum esse: quamquam neganda non sit humiditas in utero exsuperans; cùm Illustriss. matrona anno integro muliebri profluvio laboraverit; quæ tamen adeò non excedit, ut genituram extinguere possit; sed feminis justam solum in utero moram impediatur, quod referunt vix conceptum frequenter excidere, vel aliquantò possit; quamquam humiditas hæc sterilitatis sola non possit esse causa, sine alicujus frigiditatis ope, ex temperamento totius frigido, & humido conspicuæ; accedente potissimum eadem genitalium Illustr. Marchionis intemperie, qua alioqui contraria opus esset, ex Galeni sententia ad Aphorismum citatum: cùm frequenti gonorrhœa laboraverit, & tumore testiculi dextræ. Quibus accedunt intemperies frigida, & humida ventriculi: cujus causa plus appetit, quàm concoquat; necnon destillatione, quibus est opportunus: & magnus ferositatis proventus, copiosæ urinæ, & rariorum dejectionum autor: quorum causa semen tenue, fluidum, & frigidum evadit, ac proinde facillè excidit: quod nec retentum fœcundum esset. Statuendum propterea, sterilitatis causam aliam non esse, quàm utriusque intemperiem frigidam, cum humiditate: non tamen admodum exsuperante, quæ in alterutro eorum tantum, sterilitatem non induceret, cùm intemperies conjugum contrariæ infringantur, nec conceptionem intercipient.

Quæ cùm ita sint, non nisi multo labore fœcunditas reparabitur, cujus tamen spem aliquam facit ætas juvenilis: qua Illustriss. conjugum intemperies contemperari possunt.

Quod ut contingat, Illustriss. Marchionis caput exsiccandum est, ventriculus calefaciendus, jecoris caliditas contemperanda: & genitalia calefacienda, ac roboranda. Illustriss. verò Matronæ calefaciendus in primis, exsiccandus, & roborandus uterus. Quæ consequemur remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæticis, variè in utroque administratis.

Illustriss. itaque Marchioni lenienda alvus est el. lenitivo, & speciebus hieræ picræ Galeni. Præparandi humores syr. sine diluto primò, de betonica, de hysopo, & de corticibus citri, cum oxymel. simplici triduum; mox purgandi ol. diaphænico, & speciebus hieræ picræ. Præscribendi demum syr. cum diluto de betonica compositus, oxymel scylliticum, & syr. de prassio, cum decoct. borraginis, cichorii, pulegii, & calamenthæ, quinque dies, misso sanguine ex jecoraria dextra ad 3 vi. à syrupo secundo, eadem die. Quos excipiant purgantia ex agar. trochisc. & rhabarb. inciso, infusus in decoct. cordiali, ad-

ditis, mell. ros. solut. & syr. ros. sol. A quorum usu, detergendo validius ventriculo, exhibenda potui triduum aq. Tettutiana ad lb. xv. quolibet mane cum mel. ros. sol. vehiculi loco: à qua caput peculiariter expurgandum erhinis, ne materia ad ventriculum decumbat. Tandem præscribendum decoctum ex ligno Indico, visco quercino, & leutisco, cum herbis capitalib. & stomachicis, paratum cum columba turricola, cujus usus erit viginti dies. Caput exsicceatur pulveribus inspersis agar. beton. ossium septarum, & corticum ostreorum combustorum. Ventriculo adhibeatur stillicidium ex ol. de mentha, de absinth. nard. massichino, & communi. Infessus fiant in aq. thermalib. sulphureis tandem, corroborandis genitalibus.

Victus sit alimentorum boni succi, & facilis coctionis; & quidem asforum potius, quam elixorum. Vinum modicè generosum, & parcum, alvo continuo sollicitata familiari usu pil. massichinarum. Illustriss. Matronæ leniatur alvus, præparentur, & purgentur humores iidem omnino, cum jam præscriptis, à quibus, ex usu erit decoctum ex sassafras, & cortice ligni Indici, paratum quinetiam cum columba turricola, præmisso bolo ex trochiscis de myrrha, & de rhab. continuato ejus usu triginta dies, quo tempore fiant infessus in iidem aquis sulphureis, cum cannula foraminibus pervia. Foveatur uterus vino albo generoso, cui incocta fuerint abrotanum, origanum, matricaria, tanacetum, calamentha, rosmarinus, salvia, & mentastrum, illita ejus cervice oleo de costlo, de spica, & de mentha: quibus si accedat frequens suffitus aromatum, præsentis erit remedio. *Idem ibidem.*

*De Sterilitate. Pro Illustriss. Comite
Martinengha.*

Omnia mortali conditione fata generandi quandam facultatem à natura provida sortita sunt, quod species eorum perennaret, quæ in individuo fluxa erat, & caduca, ut non immeritò Nobilissimi conjuges, generis splendore, non minus quam opibus illustres, propagandæ sobolis desiderio Medicos consulant: quod à trium puellarum prole, quatuor primis conjugii annis nullum conceptus signum conspicuum fuerit, toto 23. annorum spatio, cum tamen ætatis flore matrimonio juncti sint, qui in præsentia vix 40. annum attingunt.

Quò itaque illorum mandatis morem geram, sterilitatis hujus causæ sunt indagandæ: quæ non adeò sunt in propatulo, utroque incolumi, quò si fieri possit, accommodatis remediis illi occurramus. Cum autem duplex sit sterilitas, innata scilicet cum ex se, ab insito aliquo vitio, vel manifesto, vel latenti, tum ex collatis invicem uxore, Viro, necnon quæ temporis decursu, indacta est ex morbosa aliqua affectione, hæc naturalis esse non potest, quæcumque illa sit, cum Nob. matrona ter conceptu ex Viro Illustriss. quod sanè non contigisset, si alteruter ipsorum à naturæ ortu sterilis fuisset: ut propterea statuendum censeam, infœcunditatis hujus causam esse morbosam aliquam affectionem, temporis progressu subortam, non quidem in Illustriss. Viro, qui integra, & perfecta utitur valetudine, sine ulla prorsus corporis, vel animi offensa, quæ sterilitatem inducere possit, verum in Illustriss. Matrona, cui, cum à secundo partu uterinis doloribus divexata fuisset, à tertio fluxerunt menstrua mensum integram cum iidem doloribus, dum subsistebant, continuato in hanc usque diem cursu decimo quinto quolibet die, biduum, vel triduum; quem præcedit insignis genitalium calor, & ardor, vel materiæ quandoque per octo dies effluxus rubræ, vel subrubræ; non sine suspitione muliebris profuvii; vel præludii saltem hypochondriacæ affec-

tionis; accedente per vices ventriculi, & incipientis dolore, quanquam non adeò molesto, ut curationem ad se trahat. Quicquid tam horum sit, patet luculentissimè, hujus sterilitatis causam Illustriss. Matronæ imputandam esse; eamque duplicem, vel etiam triplicem: primò quidem nimiam uteri molitiem, & humiditatem, os uteri, laxantem, cujus causà continuo ferè patet, ob frequentiore mensium fluxum, ratione tenuitatis, acrimoniæ, & caloris sanguinis à jecore fervido geniti, expultricem celerius irritantis, quam aliàs ex naturæ præscripto, concurrente forsitan serositate quadam pituitosa, ab imbecillo ventriculo transmissa. Secunda causa est caloris nativi ipsius uteri naturalis imbecillitas, quam prodit foemina sola proles, aucta potissimum ex labore præterito, & jugi mensium profluvio toto mensis spatio, à tertio partu. Quæ sola potuerit etiam esse causa sterilitatis à primo partu, absque aliarum evidentiorum ope, cum infirma adeò, & exilis quibusdam sit naturalis uteri compositio & ipsius facultatum imbecillitas, ut vel à primo partu nunquam deinceps concipere, vel diutius saltem foetum continere possit. De tertia quinetiam nonnulla apud me viget suspicio, perversione scilicet & obliquitate aliqua oris uteri, à præteritis doloribus uterinis inducta ab Hippocr. Libro de Sterilibus, causa veluti principe memorata. A quibus causis vel omnibus, vel quibusdam saltem sterilitas induci potest, frustrata retentrice, vel etiam alteratrice, & concoctrice facultate ipsius uteri, qui si à sanguinis fervore æstuet aliquando, semen ipsum absorbere, & infœcunditatis autor fieri potest.

Quæ cum ita sint, cuilibet in arte versato competentissimum est, difficillimum fore Matronæ Nobilissimæ fecunditatem comparare, cum memorati affectus sint anti quissimi, firmi & tantum non innati, ut eorum propterea curationem. Viri illi præclariss. forsitan detrectaverint. Cujus tamen non omnis abjicienda spes, cum non raro experientia comperit sit, quasdam mulieres à primis partibus ad postremos infœcundas, 12. 14. & plures annos, nulla postmodum medicamentorum ope iterum concepisse, ac peperisse, deposita prorsus proles spe: quamquam id Illustr. Matronæ sperandum non sit, quod morbosæ ejus affectiones per mutationem ætatis non sint cessuræ, cum periculo continui profluvii, & mortis tandem.

Agè ergo, & præmissa totius purgatione, jecur refrigerandum, ac ventriculus moderatè calefaciendus, materia morbifica evacuanda, divertenda, atque roborandus uterus.

Hæc autem præstabunt, in Chirurgicis primò sectio venarum superiorum, revellendi potius, quam evacuandi causa. Nec mihi non probaretur fonticulus in coxa dextra in usum derivationis ab utero, nisi aliis remediis cesserit affectus, atque fluxio sit insignis; tunc enim brachio potius esset inurendus, ad revulsionem, servata relictitudinis lege cum parte mandante.

Pharmaceutica sint primò universalialia, purgantia biliosam & pituitosam materiam redundantem, tum & particularia, jecur refrigerantis, divertentia ad vias urinæ, & roborantia. In quem usum aquas Thermales cæteris omnibus præcellere censeo, & quidem primo Tettutianas, tum & Beatæ Virginis, interno usu, vel Lucenses, missis Calderianis, ob ventriculi languorem, potissimum cum nullum meminerim ex nostratibus ab ipsarum usu concepisse. Extrinsecus aq. D. Petri, stillicidio ventriculi accommodatæ erunt, ut & infessui, cum Aponitanis, non neglectis aliis à proprietate juvantibus, ejusdem usus, Viris istis Præclarissimis quàm notissimis. Quas propterea data opera prætermitto: cui abunde fuerint, quæ potiora, tutiora, & faciliora duxi, hoc potissimum

tissimum anni tempore, quo tutò administrari possunt. *Idem ibidem.*

De Sterilitate. Pro Nobili Matrona. Ad Perillustrem, & Excellentissimum Virum, Petrum Dianam.

Quod perillustri Matrona tribus adhuc annis Viro juncta nondum conceperit, juvenis licet, optimi habitus, integræ valetudinis, & cui menstruæ purgationes statò circuitu procedunt, aliam non habet causam, ut censuit optimè Vir doctissimus, quàm uteri noxam, languidum scilicet ejus calorem, & intemperiem humidiorè morbosam, quæ eo patet luculentissimè, quòd sex primis conjugii mensibus nulla in congressu venereo voluptate affecta est, & quod deinceps virile semen conceptum non retinet, atque menstruæ purgationes antehac decolores se exhibuerunt, nunc verò à floridi sanguinis effluxu, nonnihil materiæ albicantis manare accepimus. Quas interceptæ conceptionis causas expressit Hippocrates, his verbis: Quæ frigidus, & densos uteros habent, & quæ præhumidos, gravidæ non sunt.

Cùm itaque incolumis degat Vir perillustri, optima præditus temperie, cujus tamen par debet esse ratio ex Hippocrat. 5. Aphorism. 63. sperare juvat, fore ut accommodatis remediis enarrata varia removeantur. Nunquid vero sit conceptura Nobil. Matrona, certius præbebit indicium, si ipsam velle obvolutam subter suffias. Si namque odor per corpus ad nares, & os diffundatur, culpæ expers pronuntianda erit, ex Hippocrat. 5. Aphorism. 59. ubi ait, quòd non suâ culpâ, quoniam non rarò sterilitas à Viro est, cujus par debet esse ratio, ex eodem Hippoc. quæ causa est, cur aliquando mulier ex aliquo Viro non concipiat, quæ ex altero prolem suscipit.

Cæterum si hæc sunt causæ sterilitatis, in spe bona sumus, fore ut accommodatis remediis fecunditas reparetur.

Quod ut fiat, totum corpus est accuratissime expurgandum. Menses enim decolores, purgationem indicant esse necessariam, ex Hippoc. 5. Aph. 36. Mox utero consulendum, calefacientibus, & exsiccantibus, cum internis, tum externis.

Internum potissimum erit decoctum ex radice chinæ, sassafras, lenisco, & salsa, cum columba turricola, & herbis accommodatis, à Viro præclarissimo præscriptis. In externis, inunctiones, suffitus, & clysteres uterini ex usu crunt, ex aquis potissimum Thermalibus Aponitanis parati, quarum miræ sunt dotes, cum interno usu, præmissis tamen potu Tertutianarum triduo, tum externo incessus formâ, immissa in uteri vaginam cannula foraminibus pervia, quo facilius earum vis ad uteri intimam pervadat, non omittis iis, quæ aliis corporis partibus consulant, exigente usu, ratione alicujus earum consensus cum utero: cui pro usu, applicanda Luta D. Petri, supposito panno lineo subtilissimo, vel sericeo, adhibitis quinetiam à proprietate juvantibus.

Quibus tamen recta victus ratio accedat oportet, & moderatior potus in primis quàm ex patriæ more, cum largior fecunditati noxæ sit. Atque hæc potiora habui conceptioni accommodata. Quæ ut ad vota cedant, Deum Optimum Maximum precibus sollicito. *Idem ibidem.*

De Sterilitate Nobilis Matronæ. Pro Illustrissima Comite Urbinatæ.

Ex enarratis de affectionibus Illustriss. con-

jugum, qui suscipiendæ proles causâ me consulunt, compertissimum est; Illustriss. Matronam, optima corporis constitutione alioquin præditam, quinque abhinc annis matrimonio junctam, nondum concepisse. Quod à mensibus parcius fluentibus fieri censeo, ob sanguinem crassiorè, & venarum uteri angustiam. Quæ quidem crassities ab imbecillitate ventriculi & insigni jecoris fervore ortum ducit: cujus causâ sanguis non expurgatus, timorem, mærorem, anxietatem, palpitationem, & capitis gravitatem inducit, necnon parte aliqua ad venas hæmorrhoidales transmissus, atque ab illis manans, memoratas auget affectiones. Illustriss. verò ejus conjugem quod spectat, nullam in ipso sterilitatis causam agnosco, præter nimiam laxitatem vasorum seminalium, & seminis tenuitatem, promptissimæ ejus ejaculationis causam.

Curandæ itaque Illustriss. Matronæ, exigi omnino censeo sanguinis missionem ex jecoraria primo extra mensum periodum, tum ex saphæna sinistra, istdem imminentibus; & ab ipsis, ex dextra, missis hæmorrhoidibus. Duo item fonticuli interno femori inusti præsentem erunt remedio.

Ab accurata verò corporis, & capitis purgatione, potui exhibitæ aquæ Ficoncellæ conducent quammaximè; ut & sillicidum ex aquis Calderianis, quarti balnei potissimum, necnon incessus in aqua dulci moderatè calida, cum inunctione ab ipso oleo liliorum alborum cum aromatibus, & moscho. Illustrissimo verò Comiti, præmissa quinetiam accommodata corporis purgatione, ex usu maximè foret incessus in primo dicto quarto balneo; quod aliqua adstringendi vi pollet; cujus si non detur copia, parari poterit, immixto alumine, chalcantio, & aqua fabrorum, facta inunctione lumborum, & perinæi, unguento ex corticibus castanearum, mastiche, thure, & succo plantaginis. In congressu verò illinatur glans zibetto; à quo, quieti se dabit Illustriss. Matrona. In eorum autem censu, quæ à proprietate juvant, commendatur umbilicus infantis spontè excidens, exsiccatus, & cum cibus exhibitus, insciâ muliere; coagulum leporinum, à mensruis purgationibus cum butyro vulvæ applicatum, uterus cervinus assumptus & oleum stillacitium majoranæ tenuioris, cum moscho, & coagulo leporino, in linimentum genitalium. Congressus verò justum tempus sit, vel paulò ante menses, vel statim ab ipsis. *Idem ibidem.*

Sterilitas ex Spermatis defectu.

Illustrissimus Marchio annum agens quadragesimum quintum, temperamenti totius, maximè vero jecoris, ad calidum & siccum vergentis, mediocri habitus, decimo octavo suæ ætatis anno Gonorrhæam cum bubone Gallico contraxit, & sudorifico Decocto purgatus atque curatus fuit. Post duos annos Uxorem duxit, sed prolem non habuit, cum novem annorum spatio nunquam conceperit, quamvis primis annis, nimirum usque ad vigesimum quintum, Viri Illustriss. semen, & copiosum, & laudabile fuisset. Vigesimo autem quinto suæ ætatis anno, aquosum observari cœpit, & vigesimo octavo hernia, tum aquosa, tum carnosâ, supervenit; aquosa resoluta fuit: carnosâ magna ex parte relicta est. Sed duobus aliis transactis annis, nimirum anno trigésimo suæ ætatis, cum tumor externus in regione costarum adnatus fuisset, & guma Gallicum esse Medici existimassent, rursus ad sudorem in hypocausto cum Decocto Virum Illustriss. doxerunt; sed tumor ad suppurationem transiens, ex contusione prægressa, fuit animum adversus; & non leve præjudicium ex Decocto atque

aque sudore à Viro Illustriss. observatum, nempe magnopere adaucto in toto corpore calore, & semine feie profus extincto; quod licet paulo post nonnihil adauctum fuerit, exiguum tamen semper, nec fat bene concoctum, usque in hunc diem observatur. Interim prima Uxore defuncta, anno ætatis suæ trigesimo septimo alteram duxit, juvenem & integre sanam, quæ tamen nunquam concepit. Hoc tempore febriculæ Viro Illustriss. supervenerunt, cum dolore intra anum; qui ad suppurationem devenit, cum exitu materiæ cruentæ ac purulentæ, fistula tandem in ano relicta, à qua nuperrime ferro & medicamentis liberatus fuit. Modo de agendis pro feminis augmentatione, prolis gratiâ, ipse me consulit.

Seminis defectum quem sterilitas consequitur Illustriss. Marchio, non ex mala vasorum conformatione provenire credo, quoniam defectus ipse perennis etiam primis annis observatus fuisset; quandoque enim arteriam spermaticam, præsertim dexteram, quandoque utramque in aliquo Viro à nativitate deesse contingit, & seminis defectus, indeque sterilitas ex necessitate consequitur: quæ vitiata conformatio in Illustriss. Viro dubio procul non reeritur, quoniam solum vigesimo quinto suæ ætatis anno Sperma deficere incepit; quare causam hujus defectus, & in mala compositione, & in intemperie quærendam esse existimo, cum uterque affectus concurrere mihi videatur. Et primò intemperies inæqualis, calida nimirum & sicca, atque frigida, & humida: prior in hepate & sanguine: posterior in vasis spermaticis, tum præparantibus, tum deferentibus, imò & in testibus ipsis. Calidam jecoris & sanguinis intemperiem significarunt nobis præterita mala, nimirum apostemata, fistulæ, quæ non aliunde quàm à sanguine calidiori & acriori provenerunt. Hanc eandem confirmarunt calida & sicca medicamenta, nimirum decocta sudorifica, quæ fervorem in jecore & sanguine augendo, seminis quoque defectum adauxerunt. Atque tandem hæc veritas roboratur à naturali calido temperamento, quod, augete ætate, ut cunctis evenit, augmentum suscepit, eoque majus, cooperante lue Gallica, primis annis contracta, cujus proprius characterimus non solum caliditas præter naturam, sed quoque exultio esse solet. sicque calidam & siccam intemperiem in superioribus partibus, ad seminis defectum inducendum, concurrere minime dubito. Verum etiam frigidam & humidam in vasis præparantibus, deferentibus, & testibus ipsis adesse censendum, non tamen naturalem, sed accidentalem ab hernia carnosâ & aquosa, cujus diurnam præsentiam, vasorum & testium naturalem calorem labefactare potuisse facile credendum. Restat considerandus morbus in mala compositione, de quo licet manifesta signa non adsint, valde tamen est suspicandum; sicut enim humores, herniam, tum carnosam, tum aquosam facientes, ad testem transmissi fuerunt, si non intra testiculi propriam, saltem intra Erythroidem, pro hernia constituenda; ita portionem aliquam supra præparantia, nempe ad plexum pampiniformem, exiguis vasculis refertum, unâ cum semine delatam fuisse, & obstructionem aliquam efformasse dubitari potest.

Quibus ita consideratis, nostrum erit calidam & siccam jecoris atque sanguinis intemperiem corrigere, ut vasis feminariis & testibus congrua materia pro feminis generatione subministrari possit. Secundò Semen augmenta in usum ducere. Tertiò Calorem naturalem vasorum & testium fovere; atque tandem Aperientibus temperatis, quæ potius alimenti, quàm medicamenti naturam obti-

neant, vascula ipsa feminaria pervia reddere. hæc quamvis jam dictis intentionibus satisfieri posse difficillimum fore censeam, nihilominus Cura deferenda non est, præsertim ea in usum ducendo, quæ certò prodesse, & individuo nihil obesse poterunt.

Itaque primæ viæ necessario mundandæ, syrupo ros. solut. aut Diacassia cum tartaro. Mox quinque diebus julapio acet. corticibus citri aromatizato, & guttulis aq. cinnamom. irrorato, præparandæ sunt cruditates, primas vias occupantes, ut deinde eodem superscripto Leniente repetito educantur. Inde ad jecoris & sanguinis calorem contemperandum, sanguineamque massam depurandam deveniendum; quod præstare poterunt succi depur. cich. borag. & sonchi ad ʒ iii. in decoct. cichorac. addita malva & violaria; in quorum usu xx. diebus erit persistendum; & decimo quoque die medicamentum ex flore cass. & elect. de succo rosarum paratum erit exhibendum, cui superbibat feri capr. depur. ʒ ii. Tempore autem intermedio horum succorum aperiri poterit Jecoraria dextera, exiguum tamen educendo sanguinem, nimirum ad jecoris calorem contemperandum, & sanguinem facilius depurandum.

His peractis (quibus Vir Illustriss. eget pro meliori statu proprii individui, etiam nulla speciei habita consideratione) ad reliquas intentiones explicandas, lactis, primò asinini, mox etiam caprini caprini opportunissimus erit, ad quadraginta aut quinquaginta dies summo mane de more cum saccharo: poterit enim sanguinem edulcorate atque multiplicare, ut semini gerendo materia sufficiens & idonea subministraretur. In hunc eundem finem alimenta quæ semen extinguere possint, sunt evitanda, & quæ idem augmentare valeant, eligenda. Quæ igitur semen, aut non generant, aut genitum extinguunt, sunt Mentha, Menihastrum, Ruta hortensis, Lactuca, succus acidus citri, limonum, aurantiorum, frequens aceti usus, Portulaca, & Nymphææ flores, nimirum Conserva; caro leporena; vinum austerum; aquarum potus frequens, & gelidi potus omnes. Quæ vero semen adaugent, quam plurima sunt, nimirum ova recentia ebibita, lactis usus & edulia omnia ex lacte parata; carnes hædinæ, vitulinæ, gallorum juniorum, palumbæ turricolæ, avium cerebra animalium; nuclei pinci, amygdalæ, pistacia & edulia ex his parata. Vinum autem pro potu consueto sit album & subdulce. Sed quoniam alimentis jam dictis, semen multiplicandibus, nonnunquam aliquod vehiculum est addendum, quod simul, & quodammodo sanguinem fundere, & ad vasa spermatica ducere, sicque & aliquod impediens, in pampiniformi plexu forsan existens, removeare valeat; Idcirco Emulsionem seminum melonum aqua stillar. malvarum extractæ, æstivo tempore frequenter epotæ juvabunt: sicut & lupulorum comestio, & eorundem decoctio epota. Pariter frequens asparagorum usus. Quibus omnibus addenda sunt etiam externa, testium & vasorum naturalem calorem roborantia, quæ licet plura sint, selectiora tamen & minus molesta, erunt illiniutiones testibus & perinæo frequentes oleo lil. alo. cum aromatibus, in quo dissoluti sint trochisci de gallia moschata; vel Balsamum factitium Peruvianum. In quorum omnium usu, sine tamen alia præcedenti corporis expurgatione, perseverare debet Illustriss. Vir, non solum per menses, sed etiam integro anno, ut an voti compos fieri possit, satis tentare queat. Raym. Johan. Forstii Consult. & Respons. Medic. Tom. 2. Cent. 4.

Consultatio I.

De Sterilitate.

Nobilissimi Coniuges, jam duobus annis Matrimonio juncti, de sterilitate conqueruntur: juvenes enim ambo sunt, namque Vir vigesimum quintum circiter annum agit, Uxor verò nondum vigesimum attingit; ille omni ex parte sanus, optimi temperamenti & mediocri habitus: Uxor verò temperamenti calidi & sicci, gracilis habitus, fusci coloris, & ad Melancholiam vergens; Menstrua autem redundantia & superexcedentia, quandoque etiam bis in mense erumpunt, ex quibus conicere difficile non erit, sterilitatis causam non à Viro, sed ab Uxore petendam esse, in qua vel deficere potest seminis circulatio, vel potest peccare mensurus sanguis, vel Uterus vitari. Prima causa ex relatione non concurrat, neque tertia, meo iudicio, cum nulla hucusque percepta, nec audita fuerit querela de Utero affecto: nulla enim intemperies conjici potest, etenim affectus hysterici inde suboriantur; nulla materia mucosa Uterum irrigat, ob quam semen contineri non possit, & licet superexcedentes purgationes edat Uterus ipse, id tamen non ex vitio vasorum ipsius Uteri, sed ex vitio sanguinis provenire censendum: iusto namque calidior existens ob calidam & siccam jecoris intemperiem, præterquam quod totius corporis habitum exustum atque melancholicum reddit, facultatem etiam expultricem venarum ad sui excretionem irritat, & ab eadem irritata, ad uterum tanquam ad totius venosi generis, in Mulieribus, Colatorium atque sentinam expellitur, sicque superflua evadunt Menstrua ipsa. Et quamvis sola quoque quantitas sanguinis mensurui, virile semen veluti suffocando, conceptionem impedire possit, in nostro tamen casu qualitatem potius fervidam ejusdem sanguinis sterilitatis causam esse credendum: siquidem sanguinem menstruum, ut tertium generationis principium, ad conceptionem concurrere voluit cum Hipp. Galenus, subdens quod iste natura humidus esse debet, nimirum dulcis, non fervidus, & uno verbo pravæ cujuscunque immoderantiæ expertus. Cum autem in hac Nob. Muliere calidissimus atque frigidissimus dubio procul à me existimetur, procul dubio etiam sterilitatem importare credo, nisi addere quoque placeat ipsius Uteri aliquem caliditatis excessum.

Quare pro conceptione procuranda, non est quod Virum medicis præsidii perturbemus, sed tota cura Mulieri adhibenda, spe fore ut concipere possit.

Si primo exinanitis primis viis, totum à serositatibus biliosis expurgetur: Jecoris & totius sanguinis fervor contemperetur; Uterus tandem quodammodo refrigeretur & roboretur.

Pro quibus explendis intentionibus, ex fonte Chirurgico iterata est depromenda sanguinis missio ex utroque brachio, aliquot tamen inter unam & alteram diebus interpositis; reliqua à Pharmaceutico desumenda.

Et primò pro primarum viarum expiatione, præbeatur potio ex manna clarif. ad ℥vi. Inde sequatur humorum præparatio julapio acet. simplici, cui post horam suberbibere poterit jus pullæ Cichoraceis alteratum, & quinque transactis diebus repetenda eadem potio. Mox ulterior ineunda præparatio, succis depuratis herbarum potius, quam syrupis saccharatis, tanquam visceribus fervidioribus suspectis: sint autem succus cich. endiv. & acet. ad ℥iv. in jure pullæ, cichorio, borag. en-

div. foncho, acetosa & hepatica alterato: in quorum usu decem diebus erit perseverandum. Deinde præbendum tale medicamentum.

℥. Flor. cass. extr. ℥vi. Elect. de succo ros. ℥iii. m. f. boli, & hora transacta superbibat serum capr. depuratum ad ℥ii. vel aquam Nocerianam. Inde repetantur succi depurati endiv. pom. dulc. & plantagin. ad ℥iii. in decoct. jam dicta, additis plantag. foliis: & in horum usu decem saltem diebus perseverandum. Deinde præbendum medicamentum hujusmodi.

℥. Flor. cass. rec. extr. ℥vi. Elect. de succo ros. ℥ii. Extracti rhabarb. ℥i. m. f. boli, quibus, transacta hora, superbibat serum depur. asininum, vel caprinum, ad ℥ii.

His peractis, quatuor aut quinque diebus assumat serum capr. aut asin. depur. ad ℥iv. vel v. præmittendo pro vehiculo syrupum ros. solut. ad ℥v. ut dejectorium evadat, & inde ducatur Nobiliss. Juvenis ad usum lactis asinini primis viginti diebus, mox caprini saltem ad integrum mensem, incipiendo ab ℥v. cum semicochleari sacchari albi, & paulatim augendo dosim usque ab ℥x. cum integro cochleari ejusdem sacchari.

Interim paretur toti corpori Balneum aquæ dulcis, viginti diebus saltem, vespertinis horis administrandum, alteratæ malvis, violis, & in sine quoque rosis. Quod si Juvenis totum corpus immergere renuat, fiant saltem infusiones usque ad septem: hepatis namque, & renibus prodesse poterunt.

Ante lactis usum libenter acidulas aquas præscriberem diuretico modo assumendas; verum quoniam præsto non esse existimo, ideo statim ad lac ipsum devenio diuturniori tempore usurpandum.

Aliqua quoque à proprietate, sed inscìa Muliere exhiberi possunt; prærogativam autem habet matrix leporis assata & in pulverem redacta, sub alio nomine Juveni in aqua capill. Ven. vel in jure pullæ stellariæ alterato, ad semicochlear per plures dies exhibita. Lac quoque equinum, egregium esse remedium asserit ipse Rhasis, si inscìa Muliere sub alio titulo propinetur.

In victus autem ratione aliqua sunt observanda, nimirum quod comedat Erucam, Orminum, Origanum; abstineat autem à reliquis valde calidis, ab aromatis, à salitis, à vinis meracioribus, & congressus sequatur statim cessantibus Menstruis: tunc enim facilius semen virile Uteri vasis adhæret. Alacri autem & confidenti animo vivat, omnia exacte executioni mandando, ut res pro voto succedat.

Consultatio II.

Pro eadem.

A præclarissimo Viro accepi Mulierem istam Illustrissimam jam præscriptorum medicamentorum recta atque prudenti administratione in melius profecisse, dum carnosior atque alacrior reddita est, quod non aliunde quam ab obstructionum hypochondriorum reseratione, & à viscerum naturalium intemperierum moderatione provenisse credendum: hoc enim fuit nostrum intentum; siquidem speciei propagatio sperari non poterat, sine præcedenti individui valetudine prospera. Et quia quæ semel administrata juvant, repetita sanare solent, ideo hoc anni tempore congruo totius expurgationem, licet non adeo prolixam, consulo; ut tertio generationis principio, menstruo nimirum sanguine ad conceptionem prorsus idoneo reddito, Utero tandem potissimum nobis relinquatur prospiciendum, non quidem calefacientibus &

& exsiccantibus, sed humectantibus atque laxantibus potius cum de exuberanti calore, quinimo & ejusdem duritie ac siccitate potius sit dubitandum, à proprietate juvantia tum interna, tum externa non negligendo.

Pro quibus explendis, rursus Jecoraria dextera erit aperienda tempore intermedio ab utraque purgatione æque distanti. Et licet Menstrua recte procedant, nihilominus Utero prodesse posse parcam ex Saphæna in fine menstruæ purgationis sanguinis missionem puto.

Exacta primarum viarum eadem præscripta expiatione, succorum depuratorum usus erit repetendus, nempe cich. borrag. & malv. aut pom. dulc. in decoctione jam præscripta; in quorum usu viginti diebus erit persistendum, & quinto quoque die flos cass. cum pilulis de tribus & aggregat. erit præbendus, superepoto sero, vel aqua Noceriana, ad libitum mulieris Illustrissimæ.

Quibus peractis, ad lactis asinini usum erit ducenda, quod summopere profuturum spero, eoque magis, si horis vespertinis infusiones addantur in aqua dulci, eaque alterata foliis malv. viol. mercurialis, & pulegio, tepida autem, non calida, non frigida, unius horæ spatio, viginti diebus administranda, à quibus, statim exteris partibus illis, fiat inunctio à proprietate juvans, nimirum ex butyro rec. & coagulo leporino, cum oleo lil. alb. q. s. ut reform. linimentum. Quo eodem tempore exhibeatur quoque per os sal Satyrionis aqua Artemisæ dissolutus. Præterea paratur vinum medicatum, infundendo Stellariam herbam in phiala vini pro mensa consueti, ex quo primus ciathus in mensa sumatur: quinimo parari poterit pulvis ex eadem Stellaria quolibet anni tempore ad 3 i. in vino exhibendus. Egregium quoque & efficax remedium à proprietate juvans pro fecunditate erit lac equinum in Muliere Illustrissima oblatum; decipi autem poterit, si postremis diebus ab asinino sumpto, per hebdomadam præbeatur Equinum, estque remedium à Rhasi quidem desumptum, & à me non semel feliciter expertum.

Quibus omnibus congrua addenda victus ratio, aliàs præscripta, & fusius à Doctissimo Viro adstanti præscribenda; circa quam adnoto Erucam & Orminum in cibis & acetariis, etiam à proprietate valde juvare. Præterea animadversione dignum, quod magni Viri Paulus & Oribasius admonent, ut Illustrissimus Conjux ablineat à coitu decem aut duodecim continuis diebus & noctibus, ut in fine menstruæ purgationis cum Uxore Illustriss. coëat; quinimo addunt, facilius semen ad corpus Uteri deferri, si præpostera Venere utatur. Meliora mihi non suppetunt, optatum tamen finem habitura, si fecunditas in Illustriss. Muliere possibilibus fuerit. *Idem ibidem.*

Sterilitas post Abortus varios in Illustrissimâ Hypochondriacâ; cui præterea tumor durus ac indolens in uteri collô.

Comitissa Illustrissima trigesimum tertium annum agens, temperamentum totius ad calidum & siccum vergentis, hepatis calidioris, calidi verò & humidum capitis, gracilioris habitus, anno decimo octavo suæ ætatis Viro nupta, paulo post concepit, & nono mense peperit marem, qui quinto mense suæ ætatis obiit, cum tertio suæ gravidationis mense, ex utero sanguinis profluvium passa fuerit; & ita fecunda extitit, ut decem annorum spatio quater conceperit, secutus semper abortibus primis mensibus, modò maris, modò foemina,

imò & semel gemellorum, sed semper prægressa sanguinis ab utero copiosa effusione, & semel non exigua serositatis effusione. Hoc tempore ab obstetrice digitis utero explorato, tumor, exiguus quidem, sed duriosculus fuit observatus; quo non obstante postea concepit, sed cum quatuor jam annis elapsis rursus obstetrix uterum explorasset, tumorem multo quam antea majorem & duriorum, sed indolentem invenit, nec amplius matrona illustrissima concepit. Menstrua tamen satis abunde statò tempore apparent, non tamen adeo commodè, cum frequenter præcedant dolores lumborum ad uterum pervenientes, & exeat sanguis, primò serosus, mox verò crassus & niger. Toto præterito tempore & in præsens, multis & variis symptomatibus fuit & est obnoxia, sed præsertim destillationibus à capite omnis generis, modò falsis, modò inspidis. Præterea tensionibus, rugitibus, fluctuationibus in hypochondriis. Varia & multa toto hoc annorum curriculo, & calefacientia atque exsiccantia, & refrigerantia, ac humectantia administrata fuere remedia, & primò decoctum chinæ, fantalorum & sentifei, iterum repetitum cum pulvere viperino: Propinata fuit aqua Ficoncellæ Villensis, præmissa & Tettuciana; aliàs succi refrigerantes depurati; chalybeata medicamenta, & omne genus aperientium; incesiones quoque Puteolanae in balneo magno cum sudatorio; Stillicidia capiti, ventriculo & utero, sed omnia incassum tentata: iisdem enim, sed intentius symptomatibus affligitur matrona illustrissima; & ideo ad te tanquam ad Colophonem confugimus, ad hoc, ut, præstantissime vir, tuo prudentissimo consilio opportunam afferas opem.

Fecunditas in illustrissima Matrona superioribus annis observata, uterum bene valere & sanguinem in toto abundare significabat. Et quamvis primus partus opportuno tempore editus, non nisi usque ad quintum mensem vitalis fuerit, & plures postea secuti fuerint abortus, hæc tamen incommoda non utero, sed sanguini tribuenda fuere, qui copia quidem, sed etiam calida & acris qualitate peccans, in prima conceptione ad uterum detrusus, per vasa externa effluxit, & foetum imbecilliorum reddidit, qui vitalis ultra quinque menses esse non potuit, quoniam ut monet Hippocrat. si mulieri prægnanti purgationes eant, impossibile est foetum esse sanum. Et quoniam vitiatò sanguini, copiâ & qualitate peccanti, provivum non fuit; idcirco in subsequens conceptionibus pariter ad uterum per interna vasa depositus, foetus ipsos suffocando, & expultricem facultatem irritando, abortus in causa fuit: & eo facilius, cum tempore conceptionis sanguinem matronæ Illustrissimæ ex superioribus vasis unquam detractum fuisse, non audiam. Hanc veritatem à priori nobis demonstrare potuit temperamentum totius & jecoris calidum, gracilis habitus, & mox præterea confirmavit excreti sanguinis ipsa Autopsia, cum modo serosus à caliditate colliquantur: modo crassus & niger ab eadem increfante & exurente visus fuerit. Exuberans autem hujusmodi calor fuit omnium malorum fons & author: eoque magis, cum à primis purgationibus adhibitis valde fuerit adauctus & intensior redditus, dum rugitus in abdomine copiosus cum fluctuationibus, à frigiditate ventriculi positiva ortum duxisse creditum fuit, non autem ab obstructionibus, ex cruditatibus genitis à ventriculo, ab hypochondriorum fervore privativè frigidiori reddito, & ab eodem calore exsiccatis: quæ unâ cum ipsius jecoris calida intemperie, sunt radices,

Sterilitas

à quibus nascitur; imò dum crura quibus incedit hypochondriaca affectio, qua, ut innuit vir excellentissimus in exactissima sua relatione, à principio usque ad hoc tempus semper laboravit & laborat Comitissa illustrissima; quæ affectio sicut conditiones, imò universam naturalem œconomiam evertere, ita facile caput in consensum trahere solet, vaporibus calidis & crassis ipsum replendo, intemperiem augendo, humiditates in eo contentas liquando, & demum destillationes excitando, quibus frequenter incumbunt medici, neglecta; aut non cognita primò affecta parte mandante: non animadvertentes quod rugitus in abdomine, fluctuationes, tensiones, anxietates à cibo, ptyalismus & copiosæ flatuositates sunt hypochondriaca symptomata ut propterea Galenus affectionem hypochondriacam, flatuosam appellaverit. At quoniam Comitissa illustrissima è fecunda sterilis jam reddita est, causa in externum errorem omnino est referenda, dum in secundo laborioso partu violenta manu ab obstetrice extractus fuit fœtus, sive potius, ut ego suspicor, ipsa placenta utero adhærens: ob quam violentiam excitati fuerunt dolores cum febre, alicujus phlogosis, aut etiam inflammationis indicium; Attractis autem ad uterum humoribus, tum à doloribus, tum à calore, utpote à duabus causis potissimum attrahentibus, tumor exiguus incepit & relictus fuit, non quidem inflammatorius, sed potius durus, & scirrhosam naturam referens, cum indolens sit; qui subsequen- tibus annis conceptionem non inhibuit, sed tunc tantum, quando ad majorem molem evehus, ip- sius uteri perfectam clausuram impedivit. Nec mi- randum est etiam in muliebri profluvio uterum con- cepisse, cum materia tum cruda & pituitosa, tum maxime biliosa, per venas cervicis, non corporis ipsius uteri, à toto profluxerit.

Matrona illustrissima tot non minus remediis, quam malis conflictata, eget tamen propriis & op- portunis medicis auxiliis, quæ certo juvare, nil nocere possint, & quæ affectionibus adauctas & confirmatas paulatim imminuere atque remit- tere valeant: radicitus enim extirpare affectio- nem istam cum suis causis, non nisi repetitis ictibus, nempe Expurgationibus, sperandum est. In quem finem quamprimum hoc, licet non adeo congruo, autumnali tempore, Purgatio regu- laris est ineunda, primas vias leniter expiando. Secundò Viscerum obstructions gradatim & per partem post partem, mesenterii scilicet primò, mox aliorum viscerum, referendæ. Tertio Venosum ge- nus depurandum. Quarto Caput purgandum atque tandem eo modo quo fieri poterit, jecoris & san- guinis calor remittendus; Uteri vero pro nunc, aut nulla, aut exigua cura est habenda, ne duri- ties scirrhosa pejorem acquirat conditionem: quod periculum evitabitur repetitis & expletis propositis intentionibus.

Pro prima igitur intentione, repetendum Leniens ita parandum.

℞. Floris cass. rec. extr. elect. lenit. an. ʒss. crem. tart. ʒi. m. f. boli.

Vel ℞. Pot. magistr. ex man. clarif. ʒv. aquæ flo- rum citri parum, m. pro potu. Intermediis vero quinque diebus præscribatur Præparans.

Ita ℞. Julap. acet. corticibus citri ʒii. aq. to- tius citri ʒi. m. pro una vice, & sic pro aliis.

Pro secunda intentione explenda, rhabarbari usus opportunus erit ita.

℞. Rhabarb. maturi ʒss. Floris cass. rec. extr. ʒii. m. f. boli summo mane exhibendi, quibus post horam superbibat aquæ stillat. malvarum ʒvi. syr.

Tom. IV, Pars II.

de pom. ʒj. m. & tribus horis ab assumpta aqua prandeat. Sequenti vero die assumat succos de- puratos ita.

℞. Succis depur. cich. borag. pom. dulc. an. ʒj. falis tart. fixi gran. ʒi. decoct. in jure pullæ paratæ malvarum, violarum, fonchi, melissæ, citri ʒiv. m. pro syrupo, & sic pro aliis. Tertia die repetat bolos ex rhabarb. cum aqua, ut supra, & quarta succos jam descriptos: sicque perseveret, alterna- tim rhabarbarum & succos assumendo ad deci- mum usque diem; sed interim aperia- tur Jecoraria dextera, parce tamen sanguinem mittendo, præsertim si totius macies increve- rit.

His quindecim transactis diebus, ad tertiam in- tentionem satisfaciendam erit deveniendum eodem rhabarbaro, sed infuso: cum enim in infusione tenuiores sui partes relinquant, ideo ad penitiora vis- cerum loca permeare & penetrare valet, sic igitur paratur.

℞. Rhabarb. opt. mat. ʒi. aq. stillat. de succo cichor. ʒvii. succi limon. ʒi. m. f. infus. per hor. xii. deinde mane facta colatura, Illustrissimæ Co- mitissæ præbeatur, cui, si placeat, ad insuavitatem evitandam, addi poterit sacchari albiss. cochlear, aut succus limonis. Sequenti vero die repetat suc- corum usum.

Ita ℞. Succis depur. cich. borrag. agrim. an. ʒi. spirit. tart. alchaliz. gut. x. decoct. suprascriptæ ʒiv. m. pro syr. & sic pro aliis. Tertia die repe- tenda erit rhabarbari infusio: ita alternatim perse- verando per alios quindecim dies. Quibus tran- sactis, bolos hunc in modum paratos assumere de- bet.

℞. Floris cassiæ rec. extr. ʒvi. pilul. de trib. cum rhabarb. ʒi. Extracti senæ ʒss. m. f. boli, quibus post horam superbibat feri capr. aut asin. depur. ʒii. tribus vero horis ab assumpto sero pran- deat.

Ita secundæ, atque tertię intentioni pro viribus satisfactum erit; & ideo ad quartam deveniri po- terit caute executioni mandandam, quoniam hy- pochondria validiora Purgantia & calida ægerime tolerare poterunt: idcirco sat erit unica vice pilulis capitalibus uti.

℞. Pilul. cochlear. aurearum an. ʒss. aggregati- varum ʒi. m. reform. pilulæ in aurora assumendæ, quibus, tribus transactis horis, superbibat aquæ Nocer. ʒii. & duabus horis ab assumpta aqua pran- deat. Interim potius per nares capitis expurgatio tentanda Errhino ita parato.

℞. Pulv. major. ireos Forent. an. ʒii. nigellæ ʒi. m. f. pulvis mane per nares attrahendus more tabaci.

Pro quinta intentione explenda, lac asininum; & Balneum aq. dulcis, duo essent efficacissima re- media; Verum primum à copia catarrhi prohibe- tur, alterum ab anni tempore frigidiori non ad- mittetur: & ideo substituatur lac arte factum.

Ita ℞. Sem. melon. mundat. ʒi. sem. anguriæ; cucurbitæ mundat. an. ʒss. amygdalarum dulc. n. ʒii. vel nucleorum pineorum n. ʒv. m. contund. & cum jure pullæ junioris, aut vituli extrahatur lac ad ʒvii. vel viii. in quo dissolvatur sacchari al- bissimi cochlear unum, & summo mane assumatur: cui quiescere, imò & superdormire poterit Ma- trona Illustrissima, & in ejus usu pergat integro mense, Balneo verò substituatur quotidiana inunctio universo corpori oleo amygdalino; abdomini vero ungu. malv. ol. amygdal. reformato. Et hæc sufficiant in præsens.

Vere autem venturo rursus erit instituenda pur-

℞

pur-

purgatio, à præscripta non valde absimilis, usu nempe succorum depur. cich. borag. malvæ, fonschi, pom. dulc. in herbarum decoctionibus; benignioribus purgantibus; sanguinem quoque mittendo, prout assistentibus Medicis visum fuerit, ex brachio, aut ex pede: quamvis enim gracilis sit habitus Illustriss. Pat. ut plurimum tamen Craciles Carnosis & Pinguibus sanguine magis abundare soleat, & ideo Venosi ab Hippocrate dicebantur; insolitæ tamen maciei in sanguine educendo ratio habenda erit. Et quoniam caput non parum à visceribus naturalibus impletur & afficitur, sperandum foret, iisdem melius se habentibus, & ipsum melius habiturus, ita ut prægresso copiosi seri depurati tribus aut quatuor diebus usu, cum vehiculo dejectorio syrupi ros. solutivi, aut potionis clarificatæ, ad lactis asinini usum tunc temporis deveniri posset, necnon ad Balneum aquæ dulcis: Etenim lac asininum cum, ut dicebat Gal. quam celerrime per corpus digeratur, quia tenuissimum est, ideo cæteris caput minus implere solet, & interim contumaciores obstructions, ut sicciore, relictas, propria tenuitate & humectatione auferre, viscera refrigerare & humectare, sanguinem edulcorare, & quodammodo totum corpus nutrire, sine ventriculi gravamine valebit. Parum autem de frigiditate ventriculi, utpote privativa solliciti esse debemus, sed potius de siccitate, docente Galeno, quod naturalia instrumenta quò sicciore fuerint, eò ad nutriendum sint minus idonea: & ideo Gladiator ille cui omenti pars major dempta fuerat, toto suæ vitæ cursu, & non sine oleis humectantibus admotis, cibos ægerime concoquere potuit. Quare ab aquis Tettucianis, à decoctis omnibus calefacientibus, necnon ab extrinsecus admovendis exsiccantibus, omnino abstinendum: non enim calorem nativum in florenti ætate positive deficere, nec defecisse in Illustrissima Comitissa credendum, quinimo nimius & intensior calor est formidandus, ne magis excalescat visceribus, & sanguine crassiori & melancholico reddito, tumor in Utero, modo scirrhosus, carcinomatofus evadat. Quod si nonnunquam Ventriculo aliquod robur addere placeat, fat sit, duo aut tria grana mastiches integra ab assumpto cibo devorare; & urgentibus flatibus, pro discussione aliquod cochlear per intervalla, sed raro, sequentis liquoris haurire.

℞. Aq. tot. citri ꝑ. xv. aq. cinnam. ꝑ. i. Julapii gemmati M. D. gut. x. m.

Jam dictis omnibus victus ratio proportionem servans, erit addenda; ita ut à cibis & potibus, nimirum calefacientibus & exsiccantibus abstineat; humectantibus verò & moderate refrigerantibus utatur, ut exactè præscribi poterit à Sapientibus Viris Adstantibus, quibus cætera quoque omnia rite & rectè dirigenda remitto. *Idem ibidem.*

Observationes.

Pro Sterilitate.

Comitissa quædam primo Matrimonii anno Filiam peperit, postea annis penè duodecim sterilis permansit. Subinde uterinis morbis divexabatur, nec menses decente & ordine fluabant, ut curam illius susciperem rogatus, eam sic aggressus sum. Postquam itaque à mensibus repurgata fuerat, primum feces hac ratione expurgatæ sunt.

℞. Catholic. ꝑ. i. dissolv. in aqu. meliss. & cichor. q. s. ut F. Potio, capiat. Altero die vena brachii aperta fuit, tertio, quarto, quinto, & sexto diebus continuis, præparante hoc syrupo usâ fuit.

℞. Rad. aper. in vino albo macerat. an. ꝑ. i. rad. rub. ꝑ. s. artem. matricar. nepet, puleg. utriusque ꝑ.

mar. summitat. lupul. an. M. i. cicer. rub. p. j. fl. bug. anth. leucosii an. p. i. sem. sesel. filer. mont. scenic. an. ꝑ. s. passul. ꝑ. ii. F. decoctio, in colat. adde sacch. q. s. aromatz. ꝑ. iii. cinnam. & ꝑ. i. santal. citrin. F. apozema pro quatuor diebus.

Septimo denuo purgata fuit sic;

℞. Pilul. aggregat. ꝑ. ii. auteat. ꝑ. s. cum vino macerat. F. pilulæ ix. Octavo ut vires recolligeret, sumpsit hunc holum

℞. Conserv. rosmar. ꝑ. i. ras. ebor. ꝑ. i. mosch. gr. 2. M. F. Bolus. Hisce peractis deinceps alternis diebus hoc electuario usa est, holum illius sumendo.

℞. Conserv. Satyrion. conserv. rad. eryng. an. ꝑ. i. pistac. pinear. mundat. conserv. flor. anthos, an. ꝑ. i. cortic. citr. condit. zinzib. condit. an. ꝑ. s. sem. eruc. bulbi, an. ꝑ. s. ras. ebor. ꝑ. ii. coagul. lepor. rasur. cornu capræ, priapi tauri pulv. an. ꝑ. i. pulv. diambri. diamosch. an. ꝑ. s. cinnam. caryophyll. macis, nuc. mosch. an. ꝑ. ii. cum syr. conserv. zinzib. F. Elect. interim topica matricaria adhibui remedia, pessaria duo primum, quæ duabus noctibus in sinu uteri retinere.

℞. Spec. tripher. magn. sine opio, spec. benedict. agar. crasso modo triti, an. ꝑ. i. sem. nigell. roman. ꝑ. i. cum succo mercurialis F. Pasta, implentur duo sacculi & utatur.

Cum instaret septimana, qua menses fluere debebant, saphænam aperi jussi, & ut menses sic expectaret. Absoluta mensium purgatione, curam denuo aggressus sum. Infectionem talem illi præscripsi.

℞. Rad. alth. M. ii. rad. valerian. enulæ, rubiæ maj. an. M. i. fol. majoran. artemis. nepet. chamædr. chamæpit. fol. lauri, vinc. pervinc. puleg. origan. an. M. i. fl. chamæm. meliss. sambuc. an. p. ii. sem. lini, sænugrac. an. ꝑ. i. sem. carvi, ꝑ. s. bulliant in aq. adde lixivii mensur. ii. sedeat in hoc balneo noctu cubitum itura per horam unam, ventremque inferiorem ad umbilicum usque immergat calidè, dein egressa & absterfa calidis pannis, in sellam perforatam sedeat, in eaque fumum sequentem per quartam horæ partem imo ventre excipiat.

℞. Troch. gall. & alipt. mosch. an. ꝑ. s. styrac. calam. ladan. benjoin. an. ꝑ. iii. lign. aloës, zinzib. santal. citrin. an. ꝑ. iv. rad. pæon. ꝑ. s. mosch. ambr. an. ꝑ. s. cum laricea, F. trochisci pro fumo ponder. ꝑ. ii. imponatur unus carbonibus, surgens è sella & in lectum decubens inungat regionem sub umbilico sequenti unguento.

℞. Ol. nardin. moschæ. an. ꝑ. iii. pingued. gallin. anser. an. ꝑ. i. fol. lign. aloës, zinzib. zedoar. an. ꝑ. ii. macer. nuc. moschat. caryophyll. an. ꝑ. iii. ros. stæchat. schænanth. an. ꝑ. s. castor. ꝑ. i. mosch. zibeth. an. gr. vi. F. unguentum, inungatur, & postea dormiat. Hunc processum balnei suffitus & inunctionis eo modo per dies septem continuet, verum duobus postremis diebus, postquam hisce usa fuerit, & in lectum se composuerit, pessarium hoc in sinum uteri immittat, totaque nocte retineat.

℞. Mastich. ꝑ. s. styrac. liquid. ꝑ. iv. cicer. rubr. ꝑ. s. vitell. ovor. crud. q. s. F. duo Pessaria. Post usum postremi Pessarii, ea nocte corpus membraneum crassum, latum, & fibrosum rejecit, quod, quia inde mirè se levatam sentiebat, multis annis gestasse, & pondus & gravamen inde sensisse prædicabat. Jussi ab usu omnium medicamentorum abstinere, donec mensium tempus præteriret, quod cum advenisset, nec menses fluere, statim se gravidam suspicabatur; jussi emplastrum sequens in pectinis regione noctu gestare.

℞. Mass. empl. pro matric. ꝑ. i. de mastich. ꝑ. s. hy.

hypocist. acaciæ an. ʒi. ros. rubr. ʒʒ. santal. omnium an. ʒi. styr. calam. benjoin. troch. gall. & alipt. mosch. an. ʒi. malixentur oleo moschæleo, F. emplastr.

Ex nausea, vomitu & mensium retentione gravidam esse quoque opinatus sum, nec me opinio fefellit; nam mox ventris & mammillarum intumescencia ejus rei fuerunt indicium, filiaque post nata id confirmavit. Hæc cura laudem non exiguam mihi apud magnates peperit. *Felix elaterus, obs. lib. 1. pag. 270.*

Pro Sterilitate ob uteri humiditatem.

ʒ. Cinnam. cardamon. maj. croci, caryophyll. macis, cyperi, nuc. mosch. cumini, lign. aloës, piper. long. cass. lignæ, an. ʒii. cubeb. doronic. an. ʒiv. ambr. mosch. balsami, an. ʒi. sacch. albiss. ʒʒ. vini malvatic. an. bugl. & meliss. an. q. l. F. electuar. de quo capiat omni sero quando vadit dormitum cochli. i. Est hoc expertissimum quod cum hoc quod calefacit, exsiccat matricis humiditates, ad imprægnationem solemniter disponit, & non solet me decipere.

ʒ. Galliæ mosch. castor. bdell. ladani coagul. lepor. nuc. mosch. an. ʒʒ. coq. diu in aqua, in qua lavetur aut suffumigetur cum ea.

ʒ. Testiculum verris exsiccatum unum, testiculor. vulpis paria 1v. testicul. lepor. par. v. galli paria vi. matric. leporis x. cerebra passerum 60. rad. pastinac. sylv. carduorum, saryrionum, omnium cum sacch. conditor. ras. ebor. an. ʒiiiʒ. cinnam. electiss. ʒiii. vereri tauri non nigri, pinear. dactyl. nucis indæ, an. ʒii. piper. long. zinzib. fl. rorismar. an. ʒʒ. sem. fesei. ʒi. sem. urtic. caryophyll. croci, macis, galang. cyperi, nuc. mosch. call. lign. cubeb. doronic. nepit. sem. mercurial. masculi, fol. indi, mosch. ambr. an. ʒi. sacch. albi dissolut. cum aq. nepit. ʒvi. F. electuar. quod prolificativum est mirabile à me expertum; utatur mane jejuno stomacho, & etiam quando intendit copulari viro. *Barthol. Montagnana, consil. 207.*

Purgato ut decet corpore, ego maximè comprobo hanc confectioem, si ejus ʒʒ. cum vino generoso tribus vel quatuor diebus continuis jejuno ventriculo, ante mulieris cum viro concubitum propinetur.

ʒ. Mosch. ambr. an. gran. iii. castor. ʒʒ. lign. aloës, cinnam. caryophyll. ras. ebor. an. ʒii. spic. piper. long. an. ʒʒ. doronic. zedoar. galang. an. ʒi. sacch. vel mell. q. l. F. mixtura S. A. Utilem etiam imò omnium efficacissimam hunc in usum confectioem hanc describendam inveni.

ʒ. Satyrii ʒii. spec. diamosch. d. ras. ebor. an. ʒiii. uteri lepor. siccat. & pulv. ʒʒ. succi salviæ depurat. succ. herb. tabac. an. ʒʒ. sacch. albiss. in aq. artemis. q. l. fiat confectio in rotulis: cujus ʒii. mulieri exhibeantur desinentibus mensibus, tribus diebus continuis hora una ante cœnam, superbibendo ʒii. vini generosi.

ʒ. Zinzib. cinnam. spic. nard. an. ʒi. nuc. mosch. macis, benjoin. styrac. an. ʒi. caryophyll. ladani, an. ʒʒ. castor. ʒi. cum terebinth. F. trochusci, quibus uterus suffumigetur.

Si adhuc non concipiat, repurgato iterum leniter corpore, gusjaci decoctum triginta diebus aut pluribus accipiat in hunc modum paratum.

ʒ. Lign. gusjac. ʒv. salsapar. ʒi. aq. communis ʒix. infund. horis viginti quatuor. Deinde bulliant ad consumptionem medietatis; in fine add. artemis. matricar. saliv. beton. an. p. i. coletur & usui servetur. *Joan. Zecchius consult. 67.*

Capiat sæpius in die de morsulis his conceptioem facilitantibus.

Tom. IV, Pars II.

ʒ. Rad. satyr. rec. eryng. an. ʒii. pinear. mundat. pistaceor. an. ʒiiiʒ. cortic. citri, zinzib. an. ʒi. sem. eruc. siler. mont. pastinac. sylv. cinaræ, an. ʒii. coagul. lepor. priapi tauri, an. ʒʒ. cinnam. caryophyll. an. ʒi. cum sacch. ros. rab. solut. in aq. mentis. ros. & bugl. q. l. F. confectio in rotulis. *Jo. Petrus Lotichius, observ. 14. cap. 1. lib. 5.*

Pro Sterilitate.

Inter alia si vino myrrhato, quod Veteres in deliciis habuerunt, hoc tempore non careremus, infusus ex eo factos cunctis aliis anteferrem; sed si loco ipsius vinum generosum capiat, eique myrrha aristolochia, artemisia, rosa, & cupressus incoquantur, atque ex ipso percolato infusus utero de more paretur, magnam utilitatem esse sequituram credo; sic enim simul & nimie humiditati, recentis infirmitati, uteri oris obliquitati, & consequenter sterilitati succurri posse sperandum est. *Hieron. Mercurialis consult. 93. tom. 1.*

Peracta corporis purgatione, & muliere menstruis mundata, statim mane & sero per duos dies sumat hanc evaporationem, quæ mirabilis est, & nunquam vana est inventa, nam mundificat matricem; & eam ad conceptionem disponit, & continet quam plurima simplicia juvenia manifestis & occultis qualitatibus.

ʒ. Sabin. lauri, rorismar. fol. citri, matricar. menth. sylimbr. bisfort. rad. petrosel. liquirit. fœnic. aspar. meliss. absynth. organ. quatuor anodyn. saliv. sambuc. matrisylv. an. part. æq. sem. anis. cumin. cubeb. galang. an. ʒj. bull. in aq. in vase benè obturato, & post accommoda emborum per cannam perforatam, & sumat fumum in utero. His pluries factis duobus diebus, coeat cum viro suo mane. Si adhuc non concipiat mulier suffumigetur hoc mirabili suffitu mane & sero per duos dies à menstruis.

ʒ. Mosch. ambr. an. gr. x. lign. aloës ʒʒ. gummi olivar. ʒii. cinnamom. el. ʒi. myrrh. ʒʒ. mosch. gr. xv. pulv. sassafr. ʒii. terebinth. & gummi pinæ q. l. F. iussius.

Hoc facto, utatur nocte mulier hoc Pessario.

ʒ. Pulv. liquir. & matric. lepor. exsiccat. an. ʒiiʒ. stercor. lepor. & cumini, an. ʒii. spicæ, myrrhæ, & amomi, an. ʒi. coagul. lepor. ʒʒ. ladani, q. l. contundenda contund. & in peña ligentur, & imponantur. Ad omnem sterilitatis causam valet ex *Demoncrio*; ut tam vir quam mulier per aliquot dies bibant ad ʒʒ. juris galli veteris cum ʒi. pulv. testiculi verris seu apri siccati in umbra; & est secretum rarissimum & valde expertum. Uterus leporis siccat, & cum vino detur in potu, vel decocto sassafras, per decem dies, maximè cum à menstruis mulier est purgata; vel ex *Rhasi & Avic.* urina Elephantis mirabilis est, maximè de sero bibita cum mulier est vicina conceptui. Ad idem valet radix bisfortæ vel imperatoris cum vino bibita per plures dies. Ad idem ex *Savanorolla* dens Pueri septem annorum in auro vel argento gestatus in brachio, vel lapis aquilæ. Ad eandem intentionem valent infrascripta simplicia, quovis modo sumpta, vel in pulvere, vel in elect. nimirum satyrii herba, radix lapathi, matrix leporis, porci, rasura eboris, coagulum leporis & stercus ipsius, & vulpis, sem. fesei. pastinaca, ustica. Sic *Galenus 3. De Remediis paratis facil. cap. 150.* Leporis uterum frige, tritumque assidue propina; & cum stercore vulpis & levo bubulo inunge mulieris virique genitalia. Mihi maximè familiaris est hæc conserva.

ʒ 2

ʒ. Pulv.

7. Pulv. raf. ebór. ʒj. pulv. fefel. dauci; an. ʒ ii. coagul. lepor. ʒii. conferv. borrag. & anthos, an. ʒ ii. M. Post menſtrua ſumat mulier. Fœcondiſſimas quoque reddit mulieres, ut ex Hiſtorius Ægyptiorum habetur, hauſtus ſucci ſalviæ domeſticæ ad ʒ iv. cum modico ſale maximè poſt menſes. *Epi-phanius Ferdinandus, hiſtor. 95.*

Ex alumine Sterilitas.

Camphoram, immodicè ſiccã, ſi in ſinu virginum geſtetur, juvenes ad venerem reddere impotentes *Cardanus lib. 5. de ſubtil. refert.* Cui tamen experientia non favet. De alumine propior obſervatio nuper innotuit. Ambiebat illicitos puellæ amplexus Inſulanus quidam, extra viciniam ſuam ignotus. Annuebat illa quidem votis exorata, ſed metu imprægnationis deterrebat. Spondit procius indemnem fore, ſi aluminis fruſtum ore arctius illa contineret dum Venere exoptata frueretur. Perſuaderi ſibi paſſa eſt credula blanditiis & falſis promiſſis, ſeque tutam ab alumine ſperans, tam anxie ore conſtrinxit alumen, non ſine ſallidio, quam ſedulo alter opus ſuſceptum cum voluptate per egit. Deſtorata illa, tandem poſt decem menſium effluxum, credulitatis ſuæ vel ſimplicitatis pretium retulit, Mater facta. Sive caſu ſive traditione aliqua Inſulanus ille in alumen incidit, certum eſt veterum quorundam de alumine ita ſenſiſſe, ſed non eo, quo puellæ huic perſuaſum, modo. Huic ori inditum, ut aſtrictione, qua pollet, maxima, obturaret forſan os puellæ de ſua pudicitia ſollicitæ. Veteres autem ori vulvæ impoſuerunt, ut aſtringendi vi clauderet os uteri ne recepto ſemine, conceptio fieret. Ita *Dioſcorides lib. 5. cap. 123.* Ex Melo, inquit, adveſtum alumen, etiam mulieribus præſtat ne concipiant, ante coitum ore vulvæ inditum. Ubi *Saracenus* ad marginem textus notat, in *Vet. Codice* addi etiam ad menſes eliciendos valere; nec id mirum eum ipſe *Dioſcorides* teſtetur hoc ipſo loco, fœtus pellere. Cæterum loco *ῥαυρῶν*, legitur in eodem *Codice* *ῥαυρῶν*, cum lana, cui alumen voluit involvi, ut fieret quaſi peſſarium, locum verò non designat ubi apponendum. *Gon-pyli* vetus liber addidit, *ῥαυρῶν*, h. e. Myrrham, quæ ad menſes potius vel fœtum referenda quam ſterilitatem inducendam. Secundas enim pellit ex Hippocrate, lib. de Nat. Muliebr. Fœtum epiçit *Oribasio lib. 2. de Virt. ſimpl.* Emoluit enim præclaram vulvam & aperit, unde menſes & partus celeriter extrahit. *Dioſcorid. lib. 1. cap. 77.* Niſi hanc vim pellendi fœtum alumen exſerat, intus per os ſumptum. Ita enim maximè aſtringentia, ut cortex granatorum, &c. laxant. Quicquid ſit, aluminis uſus apud Metallurgos, ut aurum ſecernatur ab argento, vel argentum ab auro, docente *G. Agricola lib. 10. de Re Metall.* In hac puella diſcrevit caſtam ab impudica. *D. Thome Bartholini.*

Anatomicæ Inſpectiones.

Sterilitas muliebriſ ob multiplex uteri vitium. Ob uterum immenſè tumentem & ſcirrhofum. Ob ejus parvitatem & duritiem cartilagineam. Ob uterum compreſſum à duritiè inſigni Omenti. Ob carnoſitatem exiguam intra canalem veræ cervicis. Ob uteri defectum, vaſorum ſpermatieorum & Teſtium. Ob obſtructum uteri collum à carneâ excrcſcentia. Ob obſtructiones, tumores, &c. Tubarum uteri. Ob caltum in utero enatum. Ob carneum tuberculum in collo interiore. Ob Uterum ſpongioſum & mollem, ejus cervicem oſſeam. Ob ſcirrhum circa oriſicium fundi

uteri. Ob ſteatoma uteri fundo parte externa adnatum; Et cavitatem pinguedine denſa obſitam. Ob tumorem uteri materiam ſebo ſimilem continentem. Ob concretionem carnoſam in fundo. Ob uterum exiguum, utriculum ipſi adnatum.

Helena Lobin nunquam concepit, & hydrope uterino interiit; Uterus, qui circa fundum liber eſſe ſolet, peritonæo arctè coaluerat. Veſiculæ majores toto ambitu erant adnatæ. In membrana deſerviente, non procul à collo, erat glanduloſa quædam ſubſtantia, dura, magna.

Illuſtr. Baronilla de Coudrée ætatis ann. 65. ſterilis fuit. Uterus immenſe tumens reperitus & plane ſcirrhofus. Proſtatæ ovi magnitudinè, reſertæ pure. *Ex Obſerv. Clar. D. D. Alex. Deodati Med. Genev. & Decani.*

Multæ ſunt ſterilitatis cauſæ in muliere, de quibus fere omnes Medici tum antiqui tum recentiores ſcripſere: Unam tamen obſervavi à nullis ediam in lucem, videlicet duritiem maximam Omenti, à quo uterus tactus diſtendi non poterat, & ſic genituram projiciebat. In reliquis vero iſta mulier bene colorata fuerat & optima fruens valetudine, hoc tamen habebat ut omentum undique ſatis craſſum, durum ac fere lapidoſum uterum premeret, ut tangendo ipſius abdomen obſervavi, ex quo ſterilitas orta fuerat. *D. Panavolus Pentacoſte 3. Obſ. 10.*

Vidi in Nobiliſſ. Muliere, quæ anno ætatis 55. deſceſſit, exiguam matricem, duriffimam, ac fere cartilagineam; tres liberos tantum ſuſceperat; intra canalem veræ cervicis, carnoſitatem exiguam invenit, inferne poſitam tanquam peſſulum oſſio obditum. *Riolanus Anatro. lib. 2. cap. 35.*

Fœmina erat cujus vulva ab aliarum fœminarum vulvis nihil peculiare & diverſum habebat; Et matricis colli portio præminebat, vel matricis collo ſimile, matrix autem nulla aderat in abdomine, neque teſtes: Et quoties cum viro coibat (coibat autem ſæpe) mirandum in modum conquerebatur. *Columbus Anatom. lib. 15.*

Anno 1662. Lipſiæ ſubjectum fœmininum cultro Anatomico explorabatur, quod ob nimiam laſciviam & adulterium commiſſum decollabatur; Illius deſiderium neque à marito neque ab aliis ſatiari, vel ab ullo ingravidari poterat: In dextro latere arteria ſpermatiea bifida reperiebatur: Extra collum uteri propendebat excrcſcentia carneâ, circa interius colli oriſicium adnata, longitudine digiti minorem, craſſitie vero lumbricum ferme æquans, quæ uteri collum exacte claudebat, & loco obſtaculi erat ut nullum ſemen uterum ingredi poterit. *Casp. Theoph. Bierlingius Med. Magdeburgenſis in miſcellan. curioſis anni 1671. Obſerv. 208.*

Frequentes ſunt in Tubis, haud ſecus atque in utero, obſtructiones, tumores, phlyctænæ amplex; proculdubio additæ ſterilitatis contumacesque cauſæ: *Veſtingius Anat. cap. 7.* Novem circiter aquæ puriſque libras in unaquaque invenit. *Tulpius obſerv. 43. lib. 4.* Interdum ita cavitatis p. n. dilatata fuit ut molam contineret, quod *Marquartus* in *Empir. præctica* reſert. *Blasius ibidem.*

Mulieris Claræ, nomine & genere, mortuæ corpore incifo, Vulva à medio infra, verſus imam ejus partem junctis oris occaſiſſe reperta eſt. Quod ſterilitatis cauſam fuiſſe cognovimus. *Benivenius de Abd. cap. 635.*

Sterilitatis Catharinæ Sandræ, uxoris ſororis Rondeletii, cauſam fuiſſe ſuſpicati ſumus carneum tuberculum piſi magnitudinè quod in uteri collo interiore deprehenſum eſt: Id enim fuiſſe potuit obſtaculum ſemini in fundum penetraturo. *Joubertus in vita Rondeletii.*

Cur

Cur non stupeant homines, si quemadmodum à nobis inter anatomes annotatum est, Uterum in foemina inftar spongæ raræ & mollis, aliquando & pure osseam cervicem videant? *Gemma lib. 1. cap. 6.*

Sexagenariam matronam quæ hinc nuptiis sterilis fuerat dissectui: perquisitâ diligenter sterilitatis causâ, invenimus scirrhum circa orificium fundi uteri, qui inftar annuli fundum matricis circumdabat, adeoque uterum claudebat ut styli acies vix immitti possit, unde nil mirum quod in coitu Sperma à matricis ingressu perpetuo arceretur. *Guil. Fabriciius Hild. cent. 1. observ. 65.*

Honestâ quædam matrona in primo puerperio inflammatione uteri laboraverat, curata tandem steriliis mansit: Cum autem postea morbo acuto extincta esset, corpus ejus dissectui, atque in cervicem ante orificium fundi uteri scirrhum magnitudine ovi asinerini inveni, ipsi adeo adhærentem ut unum videretur corpus, nec ullo modo ab eo divelli potuerit. *Idem ibidem, observ. 66.*

In cadavere muliebri à Cl. Veslingio Patavii anno 1644. aperto, repertus uteri fundo, in parte exteriori, tumor adnatus, magnitudine nucis juglandis, cujus interior facies albicans & pinguis steatoma referebat: Aperta uteri cavitas simili pinguedine densa omnino repleta visebatur, parietibus ejus annexa: Hinc annorum induciis nunquam concepit. *Th. Bartholinus cent. 2. hist. 60. J. Rhodius cent. 3. obs. 46.*

Mulierem, quæ nunquam conceperat, quamvis innumeris medicamentis esset usa, J. Veslingius à morte sectam anno 1642. vidit tumore uteri laborasse, membrana propria materiam sebo similem continente, quem ideo inter sterilitatis causas merito referendum censebat, memoratum etiam, *Joh. Huebero lib. 2. de sterilitate p. 211. Velschius Episcopus observ. 72.*

Vidimus in Nob. Matronæ *Ant. le Fevre* corpore, concrecionem similem parenchymati Hepatis, cavæque uteri adnatam, à partu postremi liberorum, & æqualem fabæ Ægyptiacæ, sterilitatisque reliquâ ejus vitâ causam. *C. Piso de morbis à sero Sect. 2. pag. 2. cap. 7.*

Fœmina nupta viro, sexennium integrum ventrem tumidum gessit, inftar prægnantis, absque impedimento in ullis functionibus: Non menstruabat autem, licet commode marito convixerit, corpore bene habita & muscolosa. Obiit prælocata, Utricularius quidam præternaturalis ventris capacitatem explebat, exortum ab uteri fundo extimo sumens. Uterus ipse exiguus erat & arctus qualis puellæ 10. aut 12. annorum.

Sterilitas propter obstruendum uteri collum à carnea excrescentia.

Dari sterilitatem conjugalem, quæ secundum *Gilb. Jacchæum Inst. Med. lib. 3. p. 249.* mulieris justæ ætatis, & utentis viro, concipiendi impotentia est, abundè constat è factis. Istum naturæ defectum animadvertas, si *Saram Genes. 16. vers. 2.* *Hannam, Samuel. 1. vers. 5.* *Elisabetham, Luc. 1. v. 7.* & plures alias adeas *Genes. 30. vers. 1.* *Judic. 13. vers. 2.* hujus verò mali causa, fons & origo diversa est. Fieri enim interdum à Diabolo, infensissimo Dei, ejusque ordinationum omnium & hominum hoste, hujusque instrumentis, sagis nimirum, talem conjugii turbationem, videre licet ex *Delrio, Hieron. Jordano, de eo, quod divinum est, Hildebrando in Theurgia, & Bodino in Dæmon. lib. 1. cap. 6.* Sic olim quoque mulieres castrabantur & incidebantur veluti infert ex *Johanne Brod. Miscell. lib. 5. cap. 3. Rittershus. ad §. 5. Inst. d. Publ. Jud. Item ex Alciat. in l. 128. Tom. IV. Pars II.*

*de V. S. & 4. antiq. Lect. cap. 10. Kornmann. d. Jur. Virginit. cap. 116. p. 298. Inter Synops. Philosophiæ Moral. lib. 3. c. 3. Schenck. Schol. part. pag. 13. & Joan. Wier. de Præstig. Demon. pag. 288. Quomodo mirum pater quidam filiae suæ lascivienti uterum per porcorum castratorem excidi curaverit Riolanus Anat. c. 35. p. 539. asserit Dalechampium in not. ad lib. 17. Athen. Veterem foeminarum castrationem sic interpretatum esse, quod quemadmodum in fibularis naturalibus equæ, quas concipere & parere nolunt, custodiuntur, per ferreos nempè circulos ordine trajectos, quibus illæ ipsæ libidinis partes occluduntur; ita uxores olim conservatæ fuerint. Possit hanc sententiam insuper confirmare quod, recensente eodem Riolano *Anat. cap. 3. pag. 539.* moris erat apud Nigrorum nationem, quæ hymeni, utpote fragili, labilique sepimento minus confisa, validioribus & certioribus præsidii filiarum virginalia munire assolebat: Etenim puellis, ubi primum natæ erant, pudenda consuebant, sed ita, ut urinæ liberior meatus non interceperetur: Illæ autem ubi adoleverant, sic consue nuptam dabantur, sponsoque ea relinquebatur ac incumbere cura, ut ferro conglutinata cervicis labra secaret divideretque. *Aliæ* tanta corporis infirmitate correptæ sunt, ut debitum præstare nequeant; *Aliæ* ita arctæ, ut mulieres fieri non possint. Non curamus autem hic, an illa muliebrium locorum obleratio ex naturalibus causis oriatur, vel per medicamenta & morbum, an à Dæmone præstigiis causetur; item an arctitudo sit in ossibus, an in carnositate. Impotentiam clitoridis justo major eminentia excitat, quæ copioso spiritu influens conjunctioni conjugali obstaculum affert. *Riolanus.* Est quoddam genus sterilius, quæ concipere quidem possunt, tamen non possunt deinde retinere propter crassitiam aut humiditatem, aut ob exiguitatem uterorum, aut quod omnino dilatari pro foetuum magnitudine non possunt. *Valles. Comm. in lib. 2. Epid. Hipp. f. 3. p. 163. L. D.* Omentum quando intercedit fundum vesicæ & uteri, os uteri comprimi, & mulieribus sterilitas adferri putatur. *Barth. Anat. reform. l. 1. c. 8. p. 44.* Duæ ob uterum humidiorum steriles curatæ fuerunt. *Henr. ab Heer Observ. 14. p. 177.* Conceptionis impeditæ ex tumore uteri, Item à scirrho in utero mentionem facit *Guil. Fabric. Cent. 1. Observ. 65.* Sic anno 1662. 30. Maji Lipsiæ subjectum foemininum cultro anatomico explorabatur; quod ob nimiam lasciviam & adulterium commissum decollatum erat; Illius desiderium neque à marito, neque ab aliis satiari, vel ab ullo ingravidari poterat. In dextro latere arteria spermatica bifida reperiebatur. Extra collum uteri pendebat excrescentia carnea, circa interius colli orificium adnata, longitudine digitum minorem, crassitie verò lumbricum fermè æquans, quæ uteri collum exactè claudebat, & loco obstaculi erat, ut nullum semen uterum ingredi potuerit. *Dom. Bierling. à Magdeburgo Uratist. datis Litteris.**

Sterilitas à Tubarum Fallopiarum clausurâ.

Sterilitatis mulierum multæ inveniuntur causæ; inter quas Tubarum Fallopiarum clausura, haud infima est habenda: Hanc modò circa insertionem in uterum, alias in earum extremò observo. Si tot cadavera non secuissem, nunquam credidissem, Tubas Fallopias, seu Oviductus, tam frequenter in mulieribus esse clausos, quod sæpius à partu difficili [in quò non rarò illæ partes levem inflammationem patiuntur] vel ab aliis ventris doloribus provenire expertus sum; & quod observatu dignum est, si in extremitatibus sint clausæ

K 3 tubæ,

tubæ, ut plurimum eas arctè cum ovaris coalitas inveni, quod magis experientiam nostram, quoad causam, confirmat; videmus enim sæpenumero viscera, postquam inflammationem conceperunt, ad se invicem contrahi & uniri. Præterea in hoc casu sæpissime tubas valdè reperi extensas, præsertim circa earum extremitates; sicut in Musæo nostrò unicuique demonstrare possum: Id quod Oculatissimus Anatomicus Regnerus de Graaff semel quoque observavit, ut patet in tractatu de Mulierum organis generationi inservientibus pag. m. 256. Crediderim hanc præternaturalem extensionem fieri ab occæcatione tubæ, & humoribus ac flatibus ex uteri cavitate (eò tempore, cum os uteri nimis arctè clausum est) exitum quærentibus. *Clariss. Fredericus Ruysch, in observationibus Anatomico Chirurgicis.*

STERNUTATIO.

Sternutatio (Græcè *Πραπίσις à πρᾶξις, sternuo*) est flatusorum spirituum, acrimque humorum tunicam narium internam compungentium, violenta, ac quasi convulsiva excussio. Causæ internæ sunt humores ad nares delabentes. Externæ verò radii lucentis Solis, vapores è cepis, allio, sinapi, raphano, &c. & medicamenta ptarmica nariibus admota.

Observationes.

Pro Sternutatione molesta.

Iussi ut per nares sæpe attraheret lac tepidum, quod cum ter quaterve fecisset, miraculi instar, statim cessavit sternutatio. Credebam enim ex acris Catarrhi descensu ad nares sternutationem irritari, neque mea opinio me fefellit, nam ex lacte tepido per nares attracto, faldedo & acrimonia, quæ nares pungebat, mitigata fuit, & sternutatio molesta ablata. *Petrus Forestus, observ. 127. lib. 10. De Cerebri morbis.*

Ex immodica & violenta sternutatione profluvium menstruorum gravissimum atque periculosissimum.

Nobilis Matriona in agro Meldunensi quinquaginta circiter annorum nata, vidua robusta, & plethorica, circa principium mensis Martii anni 1607. absque causa manifesta sternutatione violenta correpta fuit, ita ut per quadrantem horæ continuò sternutare coereretur, vixque anhelitum trahere posset: tam violenter concutiebantur interiora omnia. Cæterùm in ista agitatione & concussionibus viscerum, maximos etiam sentiebat dolores è regione ossis sacri, & imi ventris, menstrua quin etiam simul eruperunt atque profluxere, & quidem non simpliciter, & secundùm naturæ ordinem, sed per duos integros menses, absque ulla ferè intermissione. Ab initio per dies quindecim fluxus non admodùm copiosus erat, postmodum tamen vehementior factus, ad talem debilitationem pervenit Matriona ista, ut lectum amplius egredi non posset. Tandem 12. mensis Maii, 1607. cum rem in angusto positam esse vidissent adstantes, me in consilium adhibuerunt.

Præscripta optima victus ratione, inunctis lumbis, & osse sacro, unguento refrigerante, & imo ventri applicato cataplasmate adstringenti, brevi convaluit, & ad hunc usque annum 1609. bona valetudine fruatur. *Gulielm. Fabricius Hildan. Observ. Chirurgicar. Cent. 3.*

Matrona sternutando è vita discedit.

Puerpera quædam pia, atque honesta in inferiori Germania, cum victus ratione peccasset, & aëri frigido sese maturè nimis exposuisset, multis variisque symptomatibus correpta fuit, imprimis autem capius dolore vehementi quidem, & continuo, quem sequutus est aurium tinnitus, auditus & loquelæ depravatio, mentis quin etiam aliquomodo alienatio & visus abolitio: ita enim obstruati fuerant nervi optici, ut ne radios quidem solares percipere posset. Ego cum clarissimo atque doctissimo Viro Dn. Henrico Stapenio medico celeberrimo in consilium adhibitus, multa variæque medicamenta præscripsimus, adhibuimusque cucurbitulas, quin etiam vesicatoria, & fetaceum nuchæ applicuimus, ita ut tandem nonnulla symptomatum remiserint, & de recuperanda valetudine spes aliqua nobis præberetur. Quadam die autem cum ipsi pilulæ capitales, quibus grana aliquot extracti hellebori nigri admixta erant, præscriptæ, à pharmacopola præparatæ, & ab adstantibus exhibitæ essent, post horas duas à sumpto medicamento semel alvum exoneravit, & quidem clementer. Iterum post horas duas nonnihil pituitæ vitreæ evomit, absque ulla tamen violentia. Post vomitum cum duodecies circiter sternutasset, protinus extincta fuit, & quidem sternutando.

Ex immodica & violenta sternutatione menstrua erupisse, & adeò copiosè profluxisse, ut ferè de vita cum ægra actum esset, in tertia Centuria observationum nostrarum observ. 58. annotavimus. *Idem ibidem.*

Sternutamentum Empiricorum more adhibitum, quæ incommoda sequuta?

Quam periculosa sit sternutatio in corporibus impuris, & quantum visui obsit, lector in prima observationum nostrarum Centuria observat. 24. videre poterit. Sed & alia ex sternutamentis Empiricorum more adhibitis, incommoda consequi posse, sequens Observatio fidem facit.

Anno 1611. Juvenem quendam Rutgerum Gummersbachium, robustum, & optimo corporis habitu præditum, Coloniae Agrippinæ familiariter cognovi. Ille cum catarrho ad dentes defluente vexaretur, Empirici & circumforanei consilium auxiliumque implorat. Numerata pecunia, curationem aggreditur, & nullo prius exhibito medicamento purgante, nariibus pulverem ex radicibus cyclaminis, pipere, euphorbio, & similibus, calamo inspirat, & bacillo ex utraque parte bifurcato inter dentes posito sternutamenta provocat, & pituitositatem per os & nares extrahit, & quidem copiosè. Sed quid sit? eadem die sequutus est tinnitus aurium molestus & dolorosus. Porro dolor iste cum per se paulatim remississet & materia ad nares defluxisset, ichor emanare cepit, atque per menses aliquot inde effluxit. Tandem odoratus ita abolitus fuit, ut ab eo tempore sive suavissimi, sive ingratiissimi odores fuerint, eos tamen percipere, aut discernere potens non sit. *Idem ibidem.*

Sternutatio CCC. in uno Paroxysmo repetita.

Nobilissimæ cujusdam famula, nocte ingredienti, ante decubitum ex improvviso aliquoties sternutare incipiebat, mox continua, immodica & inani sternutatione per totam noctem magno cum conatu, concussionem totius corporis, Narium obstructionem, quorum vicem solum Os respiratione crebra & diffi-

cili

cili obibat, ter centies & ultra corripiebatur, insequenti animi deliquio, & virium summa imbecillitate. Domestici, quicquid ipsis in promptu visum fuit, præprimis Fermentum Saccino permixtum, vertici imposuerunt, quo tandem remisit. Summo mane per literas de ejus affectus consilio & auxilio rogatus, cum verò nullius causæ internæ vel externæ, antecedentis vel præsentis in iis mentio fieret, decumbens Juvencula 17. annorum esset, Novilunium simul instaret, à sanguinis aliqua vitiosa qualitate & acrimonia, vel à Cacoehymia in ventre inferiore latentis vaporibus ad caput delatis, hanc Sternutationem provenire statuebam, hinc præmissis Lenitivo, apertio cephalicæ manus dextræ, frictions extremorum, Frontis & Colli, Pediluvia aliisque procurata: per nares verò lac tepidum sæpè ut attaheret, illæque internæ ol. Amygd. d. cum mucilag. Sem. Cydonior. &c. permixtis, oblinrentur, jussi: Viribus prospiciebatur Cordiali & Cephalico. His non obstantibus, altera, ab invasionis principio, Noctè, Sternutatio crebrior, diuturnior & gravior, non solum cum frequenti animi deliquio, sed & motibus convulsivis, rediit, quo vires valdè dejectæ, hinc denuo rogor, absque ullius causæ mentione, per literas, ut aliquod consilii communicarem; Vesicatoria itaque, Cucurbitas siccas femoribus applicandas, venarumque poplitum sectionem commendavi, præterea frictione Palati cum panno asperiore succurri, quo calefacta pars humores dissiparet; iisque diverterentur à Naribus ad Palatum: Internè verò Corroborantia & Antispileptica ordinata. Verùm tertîa vice, intervallo unus diei, Sternutatio hæc permolesta & periculosa rursus noctu excitata, cum animi deliquio & motibus convulsivis, adhibitis ergò transmissis medicamentis, tandem transmutata in Hemiplegiam sinistri brachii & lateris, quo cessavit Sternutatio: postero die supervenit Mensium fluxus, his ritè fluentibus, externis & internis membra paralytica sensim in integrum restituta. Licet autem, ut dictum, cessarit Sternutatio, protinus tamen ac caput motu vel Solis calore incalcesceret, vel à frigido aëre & ventis afficeretur juvencula, illud narium obstructione, vellicatione, anhelatione, difficultate & sternutationis crebritate corripiebatur, imposito verò fermento cum succino v. aci, conquievit, hinc conjecti aliquid in capite latere, quo commoto vel quiescente affectus hic adesset vel abesset. Paulo post ad Nobilissimam evocor, ubi inter alia penitus in prædicti affectus latentem causam inquirere constitueram, tandem ab remedii domestici, ex fermento supra verticem applicatione, in locum & causam genuinam deveni, sub capillis enim summi verticis copiosis, Tumor æqualis, mollisculus, attactu dolens latebat, cujus materia à motu vel solis radiis incalcescens, partim agitatione & dilatatione, partim acrimonia insita vellicando Pericranium, & hinc per consensum & continuitatem duræ meningis, à qua oritur, membranam nares succingentem, quæ itidem ortum suum duræ Matri debet, tum sternutationem hanc sæpè repetitam, inanem, diuturnam, totumque corpus concussionem & violentiam suam in consensum traxit, tum obstructionem narium & respirandi difficultatem frequentiamque excitavit. Quod igitur Solis radii excalefaciendo & humores attenuando, id frigidus Aër constrictione & compressione effecit. Ortus autem erat hic Tumor ex lapsu & gravi allisione capitis seu verticis ad terram, quia verò tunc ultra dimidium annum nullam molestiam pepererat, hinc neglectus, nec curatus est, donec Sternutationis motu violento, & applicatione remedii domestici, detectus esset. Aperto verò deinceps tumore, evacuato pure, & consolidato

ulcere, per biennium, hucusque nullam amplius molestiam dicta juvencula perlenit.

Sternutatio cum singultu.

Nobilis Virgo annor. 23. feliciter debellatâ tertianâ feбри, singultum vehementer molestum experta non ita pridem est, in quò tollendò operam perdidimus quotquot Medici à Patre rogati consilia dedimus; insuitam enim faciem induit singultus miserè tenellum corpus excrucians, & vix degluttoni tempus indulsit. Quandoque cessare videbatur. Sed singulari metastasi succedebat sternutatio perenni motu ægram exagitans, tamque vehemens, ut lectò excuteretur, nî ab adstantibus impedita fuisset. Vitium in œsophagò hæere, tuberculo quodam impedito, suspicio fuit, quia quæ exhibebantur difficulter deglutiebantur. Sternutatio verò undè? Divinare non facile fuit. An vermes in abdomine? Aliquid hos contribuissè inficiari non ausim: magni illi satis per enemata expurgati. Omnibus tentatis nihil profecimus, quanquam Pharmacopœorum officinas evacuaverimus; hinc aliquot menses sunt protracti inter has pænas; leniri subinde malum videbatur, sed recurrebat, donec tandem corpore profus expurgato, variisque, tum Galenicis, tum Chemicis Medicamentis præparato, solo spiritu vini exhibitò à mulierculâ, convaluit, & nunc sana vivit; undè bene proverbium ait: beata vetula quæ venit in fine morbi. D. Joseph. Lanzonus Ephemer. Germanic. Dec. 2. An. 9.

STRABISMUS.

Vid.

OCULORUM VITIA:

STRANGURIA.

Vid.

URINÆ VITIA.

STRUMA. Vid. SCROFULA.

STUPIDITAS.

De Stupiditate sic scribit Clariss. Thomas Willis.

Stupiditas, sive *μωροποιε*, est potissimum ad Animam Rationalem spectat, atque intellectus, & judicii defectus significat, non improprie tamen inter morbos capitis, seu *ἰγκεφαλι* recensetur; in quantum scilicet ista Animæ superioris eclipsis ab imaginatione, & memoria læsis procedit, atque harum deliquia, à spiritu Animalium, ipsiusque cerebri vitis dependent.

Animam Rationalem, in sensitivâ sive corporeâ subsistere, ejusque sedem quasi principem imaginationem esse; porro ab hac, & memoria, rerum omnium, quas mens speculatur, aut notiones ipsas, aut earum occasiones suppeditari, superius clare ostendimus. Quapropter si quando has functiones corporeas deficere, aut inhiberi contingit, proinde intellectus acies, quasi oculis ejus obvelatis, hebetari plurimum, aut penitus obscurari solet. Itaque ut stultitiæ, & stupiditatis pathologia rite tradatur, imprimis inquirere oportebit, quâ ratione, & quibus causis, imaginatio & memoria sæpè deficient, vel præpediantur.

K 4 Sqz

Super his ut meliōlice procedatur, huc referri debent quæ de Animæ corporeæ functionibus earumque subjectis, & instrumentis supra differimus. Imaginationis sedem corpora callosa, sive cerebri medullium, atque memoriæ cerebri corticales medullas; porro utriusque organa immediata esse spiritus animales fusè declaravimus. Quamobrem quod potentiis istis (quæ functionis eujusque alterius, scilicet, tum rationalis, tum sensitivæ, primi aut præcipui Elateres sunt) præpeditis, mentis imbecillitas & hebetudo, tarditas ingenii, stupiditas, ac ipsa demum amentia sæpenumero oriuntur, in culpâ sunt, aut cerebrum ipsum, aut spiritus animales, aut utraque simul, atque prius modo hi, modò illud.

1. Quoad spiritus animales eujusmodi illi ex propria, & genuinâ indole esse debent, & quales ob diathesin præternaturalem in Phrenitide, Melancholia, & Mania existunt, satis fusè declaravimus. Verum insuper (quod supra innuimus) suspicari licet, spiritus istos interdum particulis activis ferè destitutos, quasi vappidos, & effectos fieri; nempe cum particulæ spirituosæ præpollere, atque sibi met salinas volatilisatas consciscere deberent; in stupiditate tum hæ utraque, tum sulphureæ nimis depressæ, aquosis vel terrestribus immerguntur pæne, ac obruantur. Enimvero Fatui non tam rudi crassaque Minerva quam Animo præditi esse videntur, eorumque spiritus animales potius quam præcordia ex luto effingi. Plures sunt occasiones, sive causæ evidentes, quibus spiritus animales texturam adeo levidenssem acquirunt, quarum præcipuas mox attingemus.

2. Atamen haud frequenter evenit, stupiditatem merâ spirituum, aut ipsius animæ corporeæ culpâ solitaria excitari; quin sæpius cerebrum ipsum potius, aut prius in culpa esse reperitur. Quippe cum plura sint requisita, quibus hoc peridoneum functionis animalis subjectum sive machina constituatur, si forte eorum quodlibet aut deficiat, aut depravetur, facile sequitur taliter affectos ingenio minus pollere.

Primò. Vulgaris observatio est, indolem ac ingenium nonnihil à capitis, & consequenter à cerebri ejus magnitudine, & figura pendere; nam quoad molem ejus, in Adagio est, cerebri parum, aut nimium stoliditatem arguere. Et quamvis hoc non semper, atamen crebro sic evenit. Cujus ratio est, quoniam in parvo cerebro pauciores tantum spiritus gignantur, exercenturque; grandius autem, texturâ plerumque viliori constans, mentis acumini minus accommodatum existit.

Secundò. Cerebri figura genuina & optima, globosa esse debet, sc. in eam finem, ut spiritus æquabili effluxu à medullis ejus quaquaversus in ambitum diffundantur, & illinc æqualibus ubique reflexionum angulis retorqueantur. Veruntamen qui capite depresso, vel nimis acuminato, aut alias improporcionato insigniuntur, ut plurimum functionis animalis labe quadam notabili efficiuntur, eujusmodi namque Cerebra, tanquam specula distorta, rerum species non rectè colligunt, nec Animæ rationali eas verè obijciunt.

Tertiò. Substantia Cerebri sit bene temperata, & laudabilis texturæ; nec tantum quoad caloris, & frigoris, siccitatis, & humiditatis qualitates; verum systasis ejus sale volatili & spiritu copiosis cum modicâ reliquorum proportione constans, sit tenuis & aerea; ut spiritus facile totum trajiciant; & sibi tractus procedant, simulque mediocriter firma & compacta, ut tractus & meatus exculi permanent, nec statim à partium nimis mollium subsidencia deleantur. In stupidis vero suspicari licet, modò in cerebro qualitatis eujusdam manifestæ, uti impri-

mus humiditatis aut frigiditatis excessum propter quam rationem pueri & senes sensuum hebetudine sæpius affici solent; modò texturam nimis crassam, & terrestrem esse; proinde ut spiritus non facile ipsum irradiant, aut sibi tractus producant; nempe haud, plusquam lucis radii, corpus opacum penetrare possint. Hujusmodi levidenssi cerebri texturæ rufficorum & agrestium nati, quasi ex pejore luto formati, crebro obnoxii sunt; hunc in quibusdam familiaribus multis retro progenies recolendo, vix unum sagacem aut sapientem reperire datur. In quibusdam locis cœli ac aeris influentia, incolas ad stupiditatem inclinari perhibetur; ita in Bœotia nati, in Adagio idem est, ac fatuum esse.

Quartò præter hæc cerebri vitia, quæ ut plurimum originalia & connata sunt, nonnunquam mala ejus secundum poros, & meatus conformatio, propter inordinationes quasdam acquisita, in causa est, quod functio animalis minus ritu excolitur. Nam primò quod attinet ad cerebri meatus, & poros minores (quos ipsi spiritus per totam ejus compagem ubique procedunt, inque iis pro functionum animalium exercitiis perpetuò scotent) nonnunquam accidit hos aut deficere, aut perverti, proindeque mentis hebetudinem, aut morosin accersit. Spatiola hæc deficient, in quantum cerebri consistencia, aut obdurata, aut fluida nimis, ea debito modo procedi, aut permanere non sinit. Cæterum meatus illos perverti suspicamus, vel quatenus nimis laxi, vel contracti sunt, vel quatenus eorum conformatio inæqualis est. Pori nimis stricti materiam pro spirituum copiis haud satis uberem admittunt: supra modum laxi, unâ cum materiâ istâ, particulas heterogeneas, & regimini animali infestas excipiunt. Inæqualiter conformati videntur, siquidem patentiores sunt in unâ parte cerebri, & angustiores in aliâ. Propter hanc causam putamus esse, quod nonnulli res satis rectè sentiunt, sed malè semper judicant; quippe notiones eorum, & conceptus, velut species visibiles medium diversimodum pertranseutes, distorti evadunt. Porro fortasse ob hanc rationem contingit, quosdam imaginatione, & phantasia satis pollere, ac in memoria plurimum deficere, & alios è contra.

3. Interdum accidit utraque has moroseos causas conjunctas simul concurrere, nempe quod tum spiritus animales hebetes, ac torpidi, tum cerebrum malè conformatum fuerit. Et revera quæcunque pars prior in culpa est, brevi alteram pariter ream facit. Quippe cum spiritus obusi ac inertes cerebrum haud liberè trajiciunt, pori, & meatus in eo vel non satis producantur, vel denuo coalescant; atque spiritus, si ob malam cerebri structuram satis expandi nequeant, ipsi tandem senes & otio obtorpescentes diathesin vitiosam acquirunt.

Hæc de Moroseos causis conjunctis, quod ad procatarticas & evidentes spectat plures sunt occasiones & occasiones propter quas prædictæ labe cerebro, aut spiritibus, vel simul utrisque inferri solent.

Primò enim stupiditas (prout modo observavimus) interdum originalis sive connata est; & sic vel hæreditaria, uti cum stulti progignunt stultos; cujus ratio satis patet, isdem nempe particulis effectis, ad constituenda organa animalia in filio, quæ fuerant in patre, confluemibus. Vel stupiditas congenita quasi accidentalis est, nempe frequenter accidit sapientes, & summè ingeniosos, insulos ac bardos progignere: quod ob hanc causam, ita interdum fieri putamus, quatenus parentes literarum studiis, imo & lectioni

aut

aut meditationi nimis dediti, spiritus animales Cerebri hospites in tantum impendunt, ut pro supplementis eorum, generosissimæ sanguinis particulæ usque ad *ὑνίφαλον* accersantur, paucioribus tantum & tenuioribus ad corpora spermatica descendere permittis. Quando Anima rationalis de sæctu suo (qui intellectus opera sunt) edendo maximè sollicita est, tunc Anima corporea (spiritibus in alterius obsequia vocatis) aut minus aut imbecillius prolifica evadit.

Præter hanc rationem insuper alia nimis frequens occurrit, quare hominum æquè ac Brutorum indoles primigenia à parentibus ad liberos non sæpius propagatur. Nam cum Equi generosi, aut Galli Pullos tam certo patriillare præsumimus, ut proinde statim magno pretio veneant, & horum virtutes, siquidem victu inordinato, & præternaturali non abrumpuntur, longâ serîe ad seros nepotes descendunt: hoc sæpe aliter in homine contingit; nempe quòd parentes intemperantiâ, luxuriâ, & malis moribus corpora sua ita infirmant, enervantque, propterea ut natos non nisi languidos, aut valeudimarios gignant. Hinc ut plurimum qui ex parentibus senio fractis, aut nondum ætate maturis, aut ebriis, aut mollibus, aut effeminatis nascuntur, ingenio magno & liberali carent. Nec minus facultatis animalis detrimentum iis accidit, quorum factores malis cerebri affectionibus, uti Paralyfi, Epilepsiæ, Cæro, spasms, & similibus obnoxii fuerunt; ita ut ex parentibus nasci, quibus mens sana in corpore sano est, patrimonio amplissimo longè præstet.

Secundò. Plures sunt causæ evidentes quibus stupiditas nonnullis originaliter sanis induci solet. Quidam prius solertes & ingeniosi, merâ ætatis declinatione, sine magnis in victu erratis, sensim hebetiores, ac demum insulsi evadunt; quatenus nimirum sanguis & liquor nerveus (quorum dyscrasias spiritus animales obsequuntur) tanquam vina quædam, aliique liquores fermentati, post fermentationem perfectam à vigore decedunt, & paulatim quasi in vappam degenerant. Enimvero observare est, quorundam ingenia juxta ætatem suarum periodos, varia incrementa, & decremента suscipere. Novi plures in pueritiâ sagaces admodum, & summè dociles, ut literatura & discursu suo quosvis in admirationem raperent; qui postea Adollescentes obtusi & hebetes evaserunt; quique prius erant formâ pulcherrimi, postea nihil venusti, aut decori in aspectu referabant. Pariiter è contra raro evenit multos primo indociles, literaturæ profusus ineptos, ac vultus inconcinni videri, qui ubi ex Ephebis excesserunt, eximiam mentis acie, & formæ nitore pollent. Prioris ratio est, quod ingenium præcox instar fructus horarii haud diu in eodem statu permanet, quin cito declinans brevi emarcescit. Quippe in omni mixtione & concretione rite facta requiri videtur, ut progressus à cruditate ad maturitatem lente & paulatim fiat, hoc est, elementa activa imprimis haud cæteris emineant, & supra modum præpollent, quin iis obvoluta paulatim emergant ac sese exerant; secus enim ab initio libera nimis, & soluta facile avolabunt, subiectum suum effectum ferè ac vappidum relinquunt. Quapropter de pueris, qui primis annis paulò hebetiores videntur, spes erit eos postea, cum cerebri temperies [evaporata humiditate superflua] maturatur, satis ingeniosos fore.

Tertiò. Interdum magna capitis plaga aut concussio, præsertim quæ casu præcipiti ab alto contingit, facultatis animalis noxam, & debilitatem infert. Novi quosdam egregiè literatos, atque summi acuminis ac judicii homines qui fortuitis

hujusmodi casibus superventes, postea hebetes & crassioris ingenii fuerunt. Vulgò dicitur taliter affectorum cerebra subversa esse & quidem vehemens cerebri concussio, assuetos spirituum tractus & orbitas valde pervertit, & non raro comprimit, aut occludit, proinde ut memoriæ, & imaginationis actus in posterum ægre, aut perperam obeant, adeò ut nonnulli à piagâ fortiori capiti insiditâ Baridi prorsus & amentes evaserint.

Quartò. Frequens ebrietas, & crapula, præsertim si poculis indormiant somno vinoque sepulti, quorundam ingenia plurimum labefactant, & rationis usum infirmant; quatenus nempe hoc modo pori & meatus cerebri aperiuntur nimis, iisque corpuscula heterogenea & regimini animali valde infesta introducuntur. Ob similem ferè rationem frequens opistatarum usus quibusdam mentis aciem valde perstrinxit.

Quintò. Violentiæ ac subitæ passiones, quales in primis sunt improvisus acque immanis terror, aut tristitia vehemens nonnulli vecordiam intulere, proinde ut tenta animis verbis exprimere, aut actiones vitæ familiares vix obire potuerint. Quod certò accidit, in quantum spiritus cerebri incolentes, propter talem occasionem plurimum dissipati, & ab invicem distracti, priora motuum suorum vestigia postea repetere nequirent; pariter ac milites à subito ac violento hostis incurfu fugati, ordines & stationes suas haud facile recuperant.

Sextò. Observare est, quosdam homines propter morbos cerebri immaniores etiam morosin contraxisse. In Epilepsiâ gravi & diuturnâ hoc frequenter accidit, in quantum hic affectus cerebri medullia occupans, poros & meatus omnes ob spiritus ibidem crebro & vehementer explosos, pervertit, & sæculentis inserit adeo, impletque, ut spirituum tractibus oclusis, sensuum motuumque internorum actus inhibeat. Novi puellam primò indolis acutæ, ac vividi ingenii, quæ postquam morbo comitiali diu laborasset, *μωρὴ καὶ μωροτέρα* evasit. Porro stupiditatem paralyfin comitari, aut præcedere in pluribus notavi, (prout supra innuimus capite de Paralyfi) nempe eadem materies, quæ in corpore strato resolutionem, in calloso aggesta, si non Apoplexiam, aut Carum, sæpe morosin accersit.

Morbi hujus differentie plures occurrunt, & primo inter stultitiam & stupiditatem vulgò distingui solet, quod prioris affecti, res simpliciter satis dextrè & celeriter apprehendunt, inque memoria firmè retinent; atiamen ob judicii defectum, notiones male componunt, aut dividunt, & longè pejus aliud ex alio inferunt; porro ineptiendo, & plerumque sinistrè aut ridiculè agendo, & loquendo risum assantibus movent. E contra stupidi propter imaginationis ac memoriæ, æquè ac judicii defectus, nec bene, nec celeriter apprehendunt, nec bene arguunt, insuper non, uti priores, negando & gesticulando, sed bardè ac insulsè, & velut more asinino se gerunt; proindeque horum simplicitas miserabilior, qui adeo morbum vultu incessuque fatentur. In stultitiâ, videtur quod spiritus animales aliquantum agiles, sed minus firmi, atque tractus breviores tantum, & obliquiores nacti, non æquabili, & constanti irradiatione cerebrum trajiciunt, sed desultoriè, modò huc illuc excurrentes, functionum animalium actus aut perfurctorios tantum, aut ridiculos obeunt. Verum in stupiditate, spiritus ex propria indole hebetes, ac obtusi, inque cerebro crassiori, ac minus pervio scatentes, pro regiminis Animalis munitis rite peragendis, sese exere nequeunt.

Stupiditatis (cujus Pathologiam hic præcipuè

puè tradimus) plures sunt gradus; quidam nempe quoad res omnes, alii quoad aliquas tantum capiendas, idonei habentur. Nonnulli ad literaturam, & scientias liberales addiscendas prorsus inepti, ad artes mechanicas satis habiles existunt. Alii utrarumque harum licet incapaces, Agriculturam tamen & res rusticas facile comprehendunt. Alii, ad negotia fere omnia inhabiles, solummodo quæ ad victum & communem vivendi ritum spectant edoceri possunt. Alii mere blenni, vix quicquam omnino intelligunt, aut scienter agunt.

Ad Prognosin quod attinet, stupiditas ab ortu contracta, sive hæreditaria, sive ob causas ignotas accidens, si ad pubertatem usque persistit, fere nunquam sanatur: quandoque tamen evenit, puerulos primo hebetes, ac fere insensiles, ob maturatas postea tum cerebri tum spirituum crases, satis ingeniosos & dociles fieri.

Morbus à causa evidenti solitaria, uti capitis noxiæ, ut passione violenta excitata, quin etiam Epilepsia: inveteratæ superveniens, si aliquamdiu perseverat, postea incurabilis est.

Quæ Lethargo, aliisque morbis soporosis succedens, à memoriæ læsione imprimis dependet, nonnunquam affectibus istis curatis, sponte evanescit. Si quando igitur in his casibus stupiditatis curatio instituitur, eadem fere medendi methodus & remedia, quæ pro Lethargi Indicatione præsertim præscripsimus, hic convenient; quorum scilicet præcipuæ intentiones erunt, ut spiritus animales torpore quovis & narcosi immunes intra cerebrum translucidum poros & meatus procudant, inque iis rite expandantur.

Interdum febris quosdam stultos & stupidos sanavit, & acutiores reddidit. Refert Huartus quendam Cordubæ in Aulâ Regiâ fatuum cum febre maligna afficeretur, in medio morbi ad tantum iudicii & discretionis acumen pervenisse, ut universam Aulam in admirationem raperet, & toto vitæ, quod reliquum habuit, tempore prudentissimum perstitisse. Novimus & nos quendam obtusi & planè Bœotici ingenii, qui in febre delirans, diætina acutissima, & plurimo sale condita celerrimè promebat. Porro supra narravimus, senem Generosum memoriæ; & proinde discursus usum amisisse, qui ab intemperie febrili postea accidente juvenem maximum recepit; quorum ratio videtur esse, quod æstus febrilis caliginem cerebro obductam quandoque rarefaciat & dispellat.

Quod itaque spectat ad morbi huius Therapeiam, Stupiditas sive innata, sive acquisita (si non plane amentia, sive stoliditas, eruditionis omnis incapax, fuerit) quamvis minime curari, sæpe tamen emendari solet. Quapropter danda erit tum Medici, tum Præceptoris opera, quo taliter affectus ingenium nonnihil expoliatur, illique, ad rationis saltem aliquantulæ usum perducti, à Brutorum classe eximantur.

In hunc finem quoniam Bardi, aut hebetiores, communes rerum notiones, haud promptius quam pueruli prima vocis elementa discunt, idcirco à magistro assiduo, & maxime sedulo in omnibus instituendi, eademque res iterumque inculcandæ sunt. Hæc enim ratione, spiritus, etiamsi segnes & torpidi à perpetuo exercitio aliquatenus acventur, illique perpetim incitati, in cerebro, utat rudi & crassiori, tractus sive ductus quosdam, licet imperfectiores, pro expansione sua tandem procudent. Hæc quo felicius, & facilius succedant, etiam remedia Medica, quæ sanguinem, ac liquorem nerveum, unâ & spiritus animales purificent, ac volatilifent, nec non quæ cerebrum clarificent, & quasi diaphanum reddant, exhiberi debent.

Ad sanguinem depurandum lenis purgatio inter-

dum, & sanguinis missio in parvâ quantitate, si vires ferant, crebrâ vice celebrentur; propterea item, ac insuper ad sæculentias à Cerebro derivandas fontanellæ conveniant in brachio, vel in crure, vel simul in utrisque: Obesitas, & capite humidior præditis expedit nonnunquam binas juxta homoplatas incidi. Porro huc facit quod nonnulli trepannationem (quo nempe cerebrum liberius transpiret, & evaporet) laudibus immensis prædicant. Victus sit levis & attenuans; habitatio in caelo liberiore, & sicco; somnus moderatus.

Postquam hæc aliquandiu ordinariè & solenni ritu adhibita sunt, si adhuc læva in parte mamillæ nil salis Arcadico juveni, frustra erit ulteriori pharmacis operam ac oleum impendere; sin verò ab illorum usu emolumentum signa, aut spes aliqua apparebunt, interdum ex re fore videtur, remedia alterantia horis Medicis quotidie per longum tempus sumenda adjicere. Horum formulæ, ex pharmaceutica nostrâ ad tollendas Affectuum plerorumque cephalicorum procatarxes superius traditâ, desumi possunt: porro insuper quæ hunc casum peculiariter respiciant, recepta quædam magistralia hic addere visum est.

℞. Spiritus armoniaci succinati ʒvi. dentur gr. 15. ad 20. vesperi & primo mane in aq. destill. sequentis cochl. iii. superbibendo ejusdem cochl. 7.

℞. Foliorum Visci pomorum recentium M. vi. Salviæ minoris, Rosmarini, Satureiæ, Serpilli, Calaminthæ, Pulegii, Majoranæ, Erucæ majoris, an. M. ʒv. rad. Angelicæ, Imperatoriæ an. ʒvi. Zedoariæ, Galangæ minoris, Calami Aromat. Cort. Winterani, an. ʒii. Cariophyllorum, nucis Moschat. Maceris, Cinnamomi, Zinziberis an. ʒi. Cubebarum, Cardamomum granum Paradisi, an. ʒvi. omnibus minutim confectis & contulis affunde vini canarini optimi lib. 12. digerantur frigidè & clauso vase per tres dies, dein destillentur f. a. liquor totus misceatur, edulcorandus saccharo inter utendum, dosis ʒii. vel iii.

Post usum spiritus Armoniaci per 15. vel 20. dies, alia medicamenta circiter idem temporis spatium vices suas habeant, cujusmodi sunt spir. fuliginis, C. C. cranii humani, Tinctura Coralli, Antimonii, Castorei, Succini, Elixir vitæ Quercetani, Elixir Proprietatis, Spiritus Lavendulæ, &c.

Vel ℞. Conserv. florum Liliorum convall. ʒvi. rad. Acori veri condit. ʒvi. Zinziberis in Indiâ condit. nucis Moschat. condit. an. ʒss. specierum Diambri. ʒii. Ligni Aloës, sant. Citrin. rad. Zedoariæ select. Cubebarum, piperis Jamaicaensis an. ʒi. Coralli præparat. ʒii. syrup. condituræ Zinziberis q. s. f. Electuarium, Dosis ʒii. mane & vespere superbibendo Aq. destill. ʒiii.

Quibus cerebrum nimia humiditate scætet, omni mane propinetur haustus coffeæ, cum foliis salviæ prius incoctis. Quibus spiritus animales effecti nimis ac inopes sunt, potus Chocolatæ qualis supra describitur, utilis videtur. Pro potu ordinario pareretur Alla aut Cerevisia tenuis, doliolo iii. congiurum capaci, post fermentationem imponatur sacculus sequens.

℞. Foliorum salviæ acutæ siccat. M. vi. Cubebarum ʒi. Cariophyll. nucis Moschat. incis. & cont. misce f. a.

Applicationes externæ hic locum habent; cujusmodi sunt Cucupha, sive pileus, Emplastræ, & linimenta, atque modò hæc, modò illa, vel ista adhibeantur.

℞. Florum Liliorum convall. Anthos, steechados an. m. i. spicæ celicæ ʒii. rad. Cyperi, Galangæ minoris, Iridis florent. an. ʒiii. Labdani, Benzoin. Balsami Toluiviani, succini an. ʒii. nucis Moschat. Cariophyll. Macis, Cinnamomi, an. ʒi. f.

om,

omnium pulv. subtilis pileo cum bombace interpassatim insuendus.

℞. Emplastri floris unguent, dicti ꝑ. Tachamahacæ, Carannæ, Balsam. Toluiani, an. ꝑ. iii. pulv. succini, Myrrhæ, an. ꝑ. iii. Cariophyll. Nucis Moschat. Maceris an. ꝑ. i. simul liquefacta conficiantur in massam, è qua formetur Emplastrum, super Alutam extendendum, & capite raso applicandum.

℞. Olei Palmeti ꝑ. i. Balsami Peruvianii ꝑ. i. Olei Nucis Moschat. per expressionem ꝑ. ii. Olei succini ꝑ. i. f. linimentum pro capite.

Possem hic multa alia medicamenta, & administrationum modos adijcere, verum in casu fere desperato, ubi sæpissime remedia nulla prodesse solent, & curatio nunquam perficitur, hæc sufficiant. *Hællenus Thom. Willis de Morbis ad Animam corpoream.*

Anatomicæ Inspektiones.

Fasuitas nativa ob parvitatem Cerebri & Plexus intercostalis, cerebro & cordi communis exilitatem.

Cum nuper ejuſdam à nativitate Fatui cadaver dissectarem, nullum in cerebro, nisi quod mole perexiguam esset, defectum aut vitium reperire potuimus. Præcipua autem discriminis nota quam inter illius & viri cordati partes advertimus hæcce erat, nempe quod prædictus Nervi intercostalis plexus, quem Cerebri & cordis internuntium & homini proprium diximus, in stulto hoc valde exilis & minori Nervorum satellitio stipatus fuerit.

Dum hæc scribuntur, Cercopitheci Anatomem instituiimus, cujus cerebrum parum ab eo quod in cane aut vulpe cernitur differebat, nisi quod proportionem ad sui corporis molem habita longe esset capacius, ejusque anfractus ampliores existerent. Prominentiæ orbiculares, Nates & Testes dictæ, item Protuberantia annularis à cerebello dimissa, ad earundem partium figuram & magnitudinem in Homine propius accedebant. Quod autem præcipue notatu dignum occurrebat, hoc erat, scilicet quod Nervus Intercostalis, licet pariter ac in cæteris brutis assolet, eadem cum Paris octavi trunco vagina inclusus, per collum ferebatur, tamen iste ab hoc Nervo prope claviculam abscedens, antequam Plexus juxta superiorum costarum radices posito inferebatur, aliquot furculos in cor & appendicem ejusque fibras quasdam in diaphragmatis nervum mittebat: Quæ forsitan ex parte ratio est, cur hoc animal præ cæteris bestiis adeo solers & mimicum existat, atque hominis non modo gestus, verum passiones quasdam & gestus, tam apte referre & imitari possit. *Willis Neurologia cap. 26.*

Mentis Stupiditas à tumore globoſo in cerebro, & aqueo humore copioso ventriculos distendente.

Gaspar Boncurtius Nob. Eques sensim per biennium mente alienari cœpit, adeo ut tandem omnino attonitus nihil secundum rationem ageret, & cibum nec petebat, nec nisi per vim intrusum capiebat: lectum non nisi coactus petebat, sed ad mensam brachio innixus continuo dormiens fere sedebat, nec nisi interrogatus sæpeque admonitus, verba quædam, sed quæ ad rem minime pertinebant, proferebat: sillabat interim è naribus pituita aquea copiosa frequenterque. Quibus sic semianni spatio se habentibus, tandem expiravit. In causis perquirendis nihil quod huic malo ansam præberit certius cognosci potuit quam ictus capitis

quo tribus aut quatuor annis ante percussus, cerebri imbecillitatem ab eo tempore cœpit experiri; cum alias prius strenuus aliqui miles, nihil tale sensisset.

Calvaria post mortem ipsius aperta, cerebro diducto, supra callosum cerebri corpus, insignis tumor globosus, glandulæ instar carnosus, scirrhosus fungosusque, pomi mediocris magnitudine, deprehensus est, qui privata tunica investitus, venulisque erat confusus, ab omni tamen connexionem cum substantia cerebri liber, adeo ut citra sectionem manibus exemptus, foveam insignem aqueo humore mox repletam, quo & ventriculi admodum dilatati diductique referti erant, post se relinqueret. Quem globum sua mole cerebrum illiusque ductus comprimentem irrigantemque, hujus stuporis & torporis, tandemque mortis occasionem fuisse deprehendimus. *Platerus observationum lib. 1. pag. 13.*

Stoliditas à lapide in cerebro reperto, Substantia ejus flaccida, & Cerebri cum cerebello mala coherrentia, Defectu glandulæ Pinealis.

J. Nicolai 24. annorum adolescens, id ætatis inter rationis stultitiæque confinia traduxerat, semper somnolentus, semper capite obtuso, ut si quid ageret quod hominem saperet, potius ex creperæ ejuſdam rationis scintillis, quam ex vero ejus usu proficisci videretur. Is cum obiisset in causam constitutionis inquisivi.

Substantia Cerebri omnino erat flaccida: Pia mater, quod in hydrocephalis fieri amat, ita laxè cerebro erat circumjecta ut nullo negotio posset ab eo separari; Cerebrum, non ut in hominibus fit, cerebellum magna ex parte obumbrabat, sed ab eo recedens, ut videre est in ovibus, nudum cerebellum primo aspectu oculis subiciebat; Glandulæ Pinealis ne vestigium quidem natura elaboraverat: An forte quia non decreverat homini huic indulgere (quod hic fieri quidam putant) animæ corporisque colloquium; An camphoræ instar særi expositæ in nihilum redacta? An denique resoluta erat instar salis ab humido? Ratiocinentur alii in quaslibet partes. Ego nihil nisi quod vidi & tetigi, aut alio sensu percepi in medium profero: Inter quæ aqua salissima, quæ priores duos ventriculos fatui hujus plus media parte repleverat, quorum dexter etiam inclusum servabat calculum colore albicantem, qui Medica statera examinatus grana pendebat tredecim: *Theodor. Kerckringius Observ. Anatom. 35.*

SUDOR.

De Sudore sic disserit Clariss. Thom. Willis.

Cum vita nostra in perenni sit fluxu, ideo sicque nova addi, & apponi, ita vetera, & effata continue subtrahi, & amandari debent. Quapropter ut particulæ quæque superflua, aut incongrua, perpetim amoveantur, multiplices extant decessuum & excretionum viæ, in quibus tamen faciendis natura sæpe nescit modum, & vel citra vel ultra illud, quod maxime commodum est, subsistit. Quomodo Evacuationes istas, quæ à Peripheria sive exteriori corporis ambitu introrsum ducentes, per cloacam quandam particularem excernunt, quoties in excessu, vel defectu peccant, moderari, aut corrigere oporteat, in superioribus ostendimus: Methodi ratio nunc postulat, etiam ut Diaphoretens, (quæ à centro versus circumferentiam tendens, excretio maxime generat)

neralis, & diffusa est) siquando nimia aut depravata fuerit, medelam tradamus.

Et quidem ejusmodi Affectionem sæpenumero accidere observationi vulgari satis obvium est. Quippe nihil usitatus est, quam quosdam Phthisi, aut Scorbuto laborantes, aliosque à febribus diuturnis tandem ægre convalescentes, quinimo nonnullos absque alio morbo, aut *επιφθοράς* evidenti sudoribus assiduis, & sæpe immentis obnoxios degere. Itaque circa *επιφθορίαν* nimiam, primo inquiramus quot modis, & quibus de causis talis evacuatio exoriri possit, deinde quæ remedia, quales Administrationum modi in singulis ejus casibus maxime conveniant, exponamus.

Quoad prius horum, Sudatio crebra, & immodica nonnunquam alterius cujusdam morbi præsentis symptoma est; namque in Phthisi, & Scorbuto (prout jam dictum est) hoc familiare est: cujus ratio in eo consistit, quod nempe cum sanguis miasmate quodam impuro inquinatus, aut dyscrasiam nactus, succum alibilem massæ ejus jugiter suffusum rite concoquere, & assimilare nequit, eum usque degenerem, & subinde cum aliis recrementis ad plenitudinem aggestum, secernit, & per sudorem foras ejicit.

Sudationis hujus Cura omnino à morbi cujus symptoma est, Therapia dependet; interea circa hanc, quantum ad victus rationem pertinet, ex symptomate isto indicatio utilis, & necessaria desumitur; nempe, ut, cum affectibus istis sudores noturni, & copiosi superveniant, Dieta ex alimentis omnino tenuibus, viz. lacte, jusculis avenaceis, cremore hordei, & similibus, quorum particulas lenes ac molles massa sanguinea ferat, ac minime ex carnibus, aut cibus fortioribus, instituat.

2. *Επιφθορία* nimia, interdum alterius morbi prægressi & aboliti effectus est, uti cum febribus diuturnis succedit: namque ita passim accidit, incensia febrilia, in madores hydroticos terminari (uti cum ætas torrida in Autumnum pluviosum cedit,) ut vix quisquam à morbo isto longiore absque indispositione hac relicta convalescit; quæ tamen in aliquibus moderata, & facile curabilis est, in aliis vero gravior, & affectu isto, cujus soboles erat, haud minus infesta. Novi Adolescentem, qui, postquam à febre quartana decemestri convalescens, paroxysmis carere cœperat, in sudores adeo profusos quotidie deliquescere, ut necesse haberet, camisiam, & lodices per totum (veluti si aquis immergerentur) madefactos ter in unaque nocte mutare. Propter evacuationem hanc, ita per plures hebdomadas continuatam, adeo caro contabuit, & vires exhaustæ fuerunt, ut fere in sceleti marcorem redigeretur. Hic, cum variis remediis sine magno fructu diu usus fuisset, demum lactis Asinini vespere & mane potu, dieta reliqua ex lacte vaccino instituta, brevi tempore convalescit.

In hujusmodi casibus sanguis contenta sua perpetuo rejiciens: & per Arteriarum oscula velut evomens, haud solummodo chylum, è visceribus suffusum, statim foras eliminat; sed insuper in pabulum suum, & succum nerveum, & partium solidarum sarcimenta resorbens, ea mox omnia una cum liquore nutritio fastidians, per cutis poros expellit.

Affectus hujus causa potissima in sanguinis dyscrasia & debilitate consistere videtur; quatenus nempe liquor ejus, instar lactis acescentis continue fundi, inque serositates præcipitari aptus fuerit; quapropter tum propria ejus deliquia, tum humores quinque aliunde suffusi, siquidem assimilari nequeant, protenus secernuntur, cumque pori cutis valde patefiant, per diaphoresin potius quam per aliam quam-

vis excretionis viam foras amandantur. Quod autem sanguis adeo in fusiones sive fluores disponatur, plerumque in causa est, Salis fluidi, sive acidi (quemadmodum in lacte acescente) in massa ejus dominium. Interdum vero Succus Nerveus in acorem degener, prius & potius in culpa est, proinde namque recrementa ejus acida in sanguinem remandata, massam ejus fundunt, inque serositates præcipitant: porro è tali causa Diabetem, & sudorem Anglicum ita dictum (quoniam hic Endemius fuit) origines suas habuisse censemus.

Επιφθορία hujusmodi nimia, haud tantum à sanguinis crasi & fermentatione vitiatæ, verum quandoque propter accensionem ejus depravatam exoriri solet. Quo ritu sanguis, ob sulphuris excessum febriliter effervescent, subinde in sudores erumpit, superius ostensum est. Porro haud minus ob sulphuris defectum, symptoma hoc interdum succedit: si quando enim sanguis depauperatus, & aquosior factus, minus accenditur, propterea, quousque à calore adscititio, aut corporis agitatione, in motum rapidiorem urgetur, necesse erit serositates ejus, (siquidem efflagrando absumi, aut insensibiliter exhalare nequiverint) in sudorem exsolvi. Sulphur in sanguine deficit, vel quoniam absorbitur, uti post febres diuturnas, vel quoniam ob pabuli inopiam non satis progignitur. Posterius hoc observare licet non tantum in plerisque hominibus, qui aut Annona angustati, aut Dieta Quadragesimali usi, à cursu aut deambulatione citatiore, mox in *επιφθορίαν* incidunt, sed insigniter etiam in jumentis, quæ cum gramine aut sceno recenti vescuntur, à labore quovis plurimum sudant, & cito oblanguescunt.

Quod spectat ad *επιφθορίας* ob prædictas causas & *επιφθορίας* oriundæ curationem; Intentiones Therapeutice erunt potissimum hæc tres, viz. primo humorum dyscrasias, aut debilitates tollere, vel emendare. Secundo cutis poros nimium patentes paululum constringere. Tertio sanguinis serum, & recrementa aquosa versus renes derivare.

1. Harum prima, hujusmodi remediis perficitur, quæ salis acidi in sanguine, aut succo nerveo præpollentias destruant, item quæ sulphuris (si forsitan deficiet) exaltationem promovent. In quos fines Antiscorbutica, Chalybeata, item medicamina sale volatili, nitroso, & alcalifato prædita sæpius juvant: singulorum ex his formulas quasdam subjiciemus.

℞. Confer. storum cichorei, fumarie, an. ℥ii. pulv. eboris, C. C. Corallii præp. an. ℥i. Margaritar. ʒss. Spec. diarrhod. Abbatis ʒi. ligni Aloës, sant. Citrin. & rub. an. ʒss. salis prunellæ ℥iv. cum f. q. Syrupi de fumarie; f. confectio, sumat quantum Juglandis vespere, & primo mane, superbibendo aut Julapii sequentis, aut aq. destillatæ ℥iii.

℞. Aq. fumarie Jugland. simp. an. ℥vi. Limacum, Lumbri, an. ʒi. sacchari ʒvi. misce f. Julapium.

℞. Summitat. Abietis, Tamarisc. Cupres. an. M. iv. Myrti M. ii. folior. Nast. aq. Becabun. Eupatorii, Hyperici, ling. Cervinæ, veronicæ, an. M. iii. cortices exteriores 12. Aurant. incis. & contus. affund. cervinæ Brunsvvicensis ℥. viii. destil. organis communibus; liquor totus misc. & edulc. ad placitum. Dosis ℥iii. bis in die.

℞. Foliorum Taraxici, nastur. aq. Plantag. becabung. an. M. iii. contusis affund. aq. destil. præscript. ℥. i. f. expres. fortis. Dosis ℥iii. ad 1v. mane horâ nonâ, & quintâ pomerid.

Juxta hanc methodum in virium languore, & noturnis sudoribus post febres diuturnas præscribere soleo; quæ tamen remedia si minus juvant, ad chalybeata perveniendum erit.

℞. Sy.

Sudor

MEDICOPRACTICÆ LIB. XVI.

121

℞. Syropi de Chalybe ꝑvi. sumatur cochl. j. mane & horâ quintâ, cum aq. suprapræscrip. ꝑiii.

℞. Pul. eboris, Coralli pr. an. ꝑii. croci Martis, falis chalybis, an. ꝑiij. f. pul. Dosis ꝑb. bis in die cum aq. ejusdem distillat. ꝑ. iij.

℞. Tincturæ falis Tar. ꝑi. dosis gr. 20. ad 30. bis in die aq. distil. Eodem modo Tincturæ è coralitem è gum. & balsamis paratæ exhiberi possunt. Porro in his casibus sp. C. C. urinæ, aut fuliginis sæpe cum fructu exhibentur.

Secunda intentio pro sudationis nimie Therapia in potorum debita constitutione consistens, fere tantum per administrationes exteriores perficitur; in quem finem totius corporis inunctiones cum oleis amygdal. Palmeti, unguento è floribus Aurantiolarum, & similibus, adhibeantur; quinimò lintea his imbuta gerantur. Nonnunquam Balneationes in aqua frigida, aut fluvia; quandoque aeris mutationes convenient. Circa horum usus (cum satis vulgò innotescant) non opus erit, particulare hic regimen præscribere.

At vero hic opportunum videtur de affectu quodam molesto ad Diaphoresin, aut saltem ad *diaphoresin* nimiam, aut inordinatam, spectante, verba quædam facere. Spiritus observavi quosdam poros corporis (sive transpirationis organa) eo modo dispositos habuisse, ut à nihilo magis, quam ab aeris appulsu inassueto, læderentur; in tantum, ut, cum *εὐχρησ* & *εὐσάπτις*, etiam quoad appetitum, somnum, & membrorum robur recte habentes, satis sani viderentur; attamen ne levissimum illud nudi aeris aut venti assilatum perferre potuerint, quin statim maxima spirituum perturbatio, cum facultatum omnium coincidentia & totius corporis indispositione sequeretur; cujusmodi *ἀραξίαν* adeo leviter contractam nec cito nec facile excutunt, verum ægre, & non nisi post longum tempus ad pristinum statum se recuperant: in hanc *δυσσάπτιαν* proclives, aerem, plusquam alii ignes, aut aquas formidant. Hinc quidam extra fores progredi non audent, alii intra cameram clausam degentes, nec ostium, aut fenestram aperiri patiuntur, & si forsitan levis aura alicubi per foramen occultum inspiraverit, illico perferunt, & noxam ejus luunt. Novi quosdam à tali *προσφῶν* per plures menses lecto affixos. Memini Pedaneum satis sanum, & robustum, qui supra decennium cubiculo suo non exivit, nulloque ad exeundum pretio, aut suavis adlucui potuit: cumque postea *ἄδιδυ* incendio conflagrantibus, vi extraheatur, per plures exinde menses, sine alia quavis læsione periculose decumbebat: alii super aream, aut pavementum lapideum, terreum, aut lateritium stare, aut ambulare verentur, magnam exinde noxam contrahere soliti. Plures alii hujusmodi casus passim eveniunt, quibus insuper hæc infelicitas accedit, quod taliter affectos pauci miserentur, nec reipsa sed tantum imaginatione laborare credunt.

Itaque in Pathematis hujus naturam, ut paulo inquiramus, haud proorsus de nihilo esse, quod querantur isti censemus, quin proculdubio pœnam quandam sive molestam ipsis à frigore suscepto, sive *διάρροισ* modo alterato insidiam perferunt: ut vero constet, quænam ea sit, & in quo ratio ejus consistat, imprimis considerare oportet, quo ritu ordinario, aeris ambientis particulæ in cutis nostræ poros agunt, eorumque subjecta, nempe spiritus Animales, circa corporis superficiem ubique diffusos afficiunt. Enimvero hos siquidem æthereæ cujusdam indolis, sive naturæ fuerint, à congeneribus tum auræ lucis particulis, dummodo iis proportionatæ adveniunt, resciri valde, inque blandam quasi expansionem, accieri constat: Pari-

Tom. IV. Pars II.

ter & sanguis, dum circuitu suo exteriorem corporis oram pertransit, ibidem perinde ac in præcordiis, tum fuligines suas per arteriarum oscula exhalat, tum pabulam nitrosam pro flamma sua sustinenda per venarum hiatus suscipit. Propter hæc & sanguinis, & spirituum animalium beneficia, pori cutis rite conformari, eoque modo patefieri debent, ut aeris, & lucis particulæ in copia moderata nonnihil refractæ, cumque blando allapsu utriusque istorum hypostaseos oras extimas feriant. Nam secus si ægenus ad patiens hoc, aut illud, vel simul utrumque, appulsus improporionatus fuerit, statim in hac, vel illa, aut simul in utraque animæ parte perturbationes oriuntur. Nam si spiritus exterioris degentes, aut ex se debiles, infirmi, ac cito dissipabiles fuerint, aut ob poros cutis nimis apertos Aere nudo & asperiori obijciantur, passim accidunt, eos à levi quavis occasione in fugas, & distractiones adigi; proinde ut non tantum circa corporis partes exteriores, dolores, spasmi, aut resolutiones hic, illic excitentur, sed nonnunquam à frigore (uti dici solet) suscepto, totius animæ coincidentia (quæ non cito nec facile sublevatur) succedit. Et quidem hinc prædictæ circa *διάρροισ* inordinationes potissimum oriuntur, in quantum Anima sensitiva; aut non robusta, aut non munita satis, aeris externi injuriis nimium patescit, proindeque ad appulsus ejus fortiores, in hac aut illa parte, aut simul in tota ejus hypostasi, perturbatur, inque *ἀραξίαν* non statim recuperabiles adigitur. Porro hinc etiam Animæ pars flammea, consensu, haud minus quam idiopathia, propter aeris occursum improporionatum affici, & commoveri solet. Quippe fibræ & propagines nervæ in corrugationes, & spasmos adactæ, vasa sanguifera ab ipsis circumligata, variè stringunt, proinde ut sanguis in fluctuationes inordinatas compellatur. Insuper massa sanguinea per se, tum quoad accensionem, tum crassam ejus transpirationis depravatæ vitia plurimum luit. Respectu prioris, flamma vitalis, circa corporis superficiem gliscens, à duro aut asperiori ejus sufflatu innutur, & trepidationes, variasque inæqualitates (quibus tota anima succutitur) cogi solet. Dein satis vulgò innotescit, cruoris mixturem à nihilo magis quam à *διάρροισ* vitiatam periclitari: hinc enim fluores, & in massa ejus serositatis præcipitationes, à quibus catarrhi, tusses, paroxysmi Asthmatici, Nephritici, & Arthritici contingunt, oriuntur.

Ex his facile erit Affectionis, de qua nunc agitur, rationem formalem, simulque causas, & curationes designare. Enimvero quod aliquis à frigore, aut nudi aeris occursum protenus in hoc, aut illo membro dolorem, aut stuporem, vel paralyfin contrahat, ideo fit, quia spiritus Animales, intra fibras membraneas scatentes, percussis, & fugati in distractiones aguntur: quod si amplius à tali *προσφῶν* totius corporis languor, & virium prostratio contingunt, non privatus spirituum manipulus, sed tota eorundem hypostasis, sive integra anima sensitiva plecti videtur: quæ nempe percussa, adeoque in minorem ambitum contracta, & decurtata, intra corporis organa subsidit, ejusque facultates flaccescere sinit. Insuper his, si cuiquam aeris incautius exposito, brevi tumor, aut phlegmone, odontalgia, catarrhus, tussis aut pleuritis superveniunt, vel si rigor subsequente mox æstu, & incallescencia febrili exoritur, indicio est sanguinem, haud minus quam spiritus Animales, ab improporionato aeris appulsu affici, proindeque liquorem ejus, aut in motu, & accensione perturbatum, ad effervescentias febriles disponi, aut mixture solutum, in varios fluores & serosi laticis præcipitationes adigi. Immensi hic operis ac tædii esset, singulos affectus describere, qui interdum tali

L

προσφῶν

σφοδρά origines suas debent. Hinc cephalgia, vertigo, affectus soporosi, catarrhi, Coryza, Angina, ophthalmia, tussis, vomitus, diarrhæa, aliorumque morborum Ilias sæpenumero procedunt; in tantum, ut vulgus, morborum fere omnium causas evidentes ad bina hæc genera, scil. crapulam, & frigus contractum referre soleat.

Hactenus *διαπνοῆς* depravatæ rationem formalem, & causas conjunctas descripsimus. Quod vero spectat ad procatarxin, sive prædispositionem, propter quam alii præ aliis, ad frigus captandum apti sunt, dico hanc, aut in spirituum Animalium, aut sanguinis, aut pororum (scil. unius ex his, aut simul, plurium) vitio consistere.

1. Spiritus Animales quandoque in culpa sunt, quia debiles admodum nihil durum, aut asperum, quod exterius objicitur, sufferre valent, quin statim à nudi aëris appulsu in fugas, & distractiones vertuntur; quemadmodum plurimi post longas ægrotationes, sub dubio versari horrent, & quamprimum aprico exponuntur, sæpissimè in recidivas incurunt: porro spiritus interdum ad Diaphoresicos vitium istud inclinant, quatenus degeneres illi, indolemque acrem, & inquietam nacti, à quovis aëris appulsu in *ἀναῖσις* aguntur. Quapropter qui ob spiritus ita dispositos hypochondriaci fiunt, etiam affectioni (quam descripsimus) obnoxii, à levi quavis occasione frigore tentantur.

2. Sanguis duplici ratione ad *διαπνοῆς* depravatæ habitudinem disponit: viz. tum respectu temperamenti, tum missionis ejus. Quoad posteriorem hanc, sæpe cruoris compages adeo laxa, & dissoluta existit, ut à *σφοδρά* quavis exigua, & præcipuè ab aëris frigidi, aut humidi appulsu, in fluxiones, & ferositatum præcipitationes vertatur, in tantum, ut tali sanguine præditi, nequaquam extra fores progredi, imò vix prospicere audeant. Cæterum massa sanguinea quoad temperamentum suum sæpe calida & vaporosa admodum, effluvia summe acris, & penetrativa exhalat; à quibus dum cutis pori referantur nimis & patentiores fiunt, tum spiritus, tum flamma vitalis, aëris nudi, ventique injuriis, plus debito exponuntur.

Tertio mala pororum constitutio, aut ab ægrotatione, vel aliis modis producta, aut etiam naturalis & ingenta, ad istum pravæ diaphoresicos habitum, valde inclinât. Nam siquidem meatus isti nimis patuli, fere semper dehiscunt, sanguis, & spiritus in toto, aut partibus quibusdam, contra externi aeris occursum haud satis muniuntur. Talis pororum amplitudo quibusdam insita & naturalis est, utpote qui carne molli, & laxa præditi sunt cutem plerumque tenuem, & valde cribratam habent: insuper propter varia accidentia frequenter contrahi solet: post diætam sudorificam diu continuatam, item post sudationes crebras quæ circa februm declinationes erumpere solent, cutis pori per longum tempus ad summum extensi, & patefacti, diu postea dehiscunt, & fere semper apertiores manent.

Affectio hæc, etsi mortem non minetur, quia tamen vitam valde molestam aut prorsus inutilem reddit, Therapeiam adprime meretur: ad quam molendam intentiones Curatoris erunt potissimum hæc tres: viz. primo ut tum spirituum, tum sanguinis debilitates, sive dejectiones, aut depauperationes sanentur. Secundo ut utriusque illorum dyscrasie (si fortè adsint) tollantur. Tertia ut pororum conformatio debita procuretur.

1. Præcipuus hujus negotii cardo, circa primam intentionem, quatenus ea spirituum Animalium corroboracionem, sive totius Animæ sensitivæ ampliationem respicit, vertatur: quippe nisi Patienti-

bus confidentiam quandam assumere persuasum sit, ita, ut foras prodire, vires ultimas exercere, & naturam ad duriora indies aspiranda assuefacere tentent, medela omnis frustratur; quapropter victu lautiore, & alacritate haud minus quam medicina opus erit, nimirum ut spirituum Animalium copie, indies instaurari ac augeri, illæque insuper aulis subinde majoribus obfirmari queant: in quos fines, vina generosa cum cibis opiparis moderate sumta egregie conveniunt. Porro studiis & curis quibus Anima deprimitur, omisiss, tempus otio, & recreationibus, aut exercitiis modicis teratur. Per hujusmodi victus rationem ritè institutam uti spiritus animales reficiuntur valde, ita sanguinis casus, & depauperationes instaurantur.

Propter eosdem fines etiam medicamenta sequentia cum fructu exhiberi possunt.

℞. Sp. Succini Armoniaci q. l. sumantur gr. 15 ad 20. vespere, & primo mane in cochl. j. Aq. destillatæ sequentis, superbibendo ejusdem cochl. 9.

℞. Folior. Salviæ, rorismarini, thymi, satyriæ, majoranæ, balsamitæ, an. M. 1v. rad. Angelicæ, Imperatoricæ, an. 3vi. Zedoaricæ, Galang. minoris, calami aromatici, Ireos Florent. Cubeb. an. 3is. nucis Moschat. Caryophyl. Cinnamom. an. 3i. Cort. exteriores 12. Aurant. 6. Limon. incif. & contus. affunde vini albi, & Canarini an. lb. 1v. destil. organis communibus, liquor totus misceatur, & edulcoretur cum saccharo perlato: inter destillandum Alembici capitello suspendatur nodulus ex Ambre grif. 9i. Moschi 36.

℞. Tinct. Antimonii, vel balsami Tolutani 3is. sumantur gr. 15. ad 20. mane horâ nonâ & quintâ p. merid. in cochl. Aq. præscript. superbibend. ejusdem 3iii. seu potius mane superbibatur haustus Tca vel Chocholet. ex decocto salviæ paratus.

Paulo ante Prandium sumatur haustus vini Xerensis.

Quando hæc aliquandiu usurpata intermittere visum erit, sequentia eorum vices subeant.

Loco sp. Electuarii sequentis dosis vespere & primo mane sumatur cum aq. destil. aut cum vino vi-perino.

℞. Cort. Citri humide condit. 3is. Myrobal. condit. 3i. nucis mosch. Zinzib. condit. an. 36. Confec. de Hyacintho, Alchem. an. 3iii. Margar. præcoral. rub. pr. an. 3is. cum syrupo de succo chermes, f. Elect.

Pro potu ordinario bibatur alla medicata juxta modum sequentem parata, viz. doliolo 1v. Congiorum indatur sacculus sequens.

℞. Gallum vetulum semicoctum, & minutim incisum, folior. Salviæ, linguæ cervinæ sicccat. an. M. ii. Dactylos incif. num. 6. rasuræ iassaphras 3ii. & contus. misce, f. sacculus post fermentationem indendus.

2. Intentio secunda, spirituum & sanguinis dyscrasias, aut depravatas indoles emendandas suscipiens, iisdem remediis, quæ in Affectione hypochondriaca & melancholia conveniunt, perficitur; quare ex Affectuum istorum Therapeia olim à nobis tradita præscriptionum formulæ huc referri possunt.

3. Circa intentionem tertiam, quæ ad poros cutis ritè conformandos, debitam quoad vestitum, aëra, & focos, victus rationem instituit, medico haud multum relinquatur. Nam affecti sese, & vires suas juxta propriam Imaginationem metientes, ita se vestiunt, intra cameram velut claustrum obfirmant, lecto, aut foco indulgent, quemadmodum ipsi, à genio suo, nullis amicorum aut medici præceptis an-

Sudor

cul

cultantes, docentur. Quicquid circa res illas alii consulant, isti experientiam suam, & indicationem à juvantibus, & lædentibus sumptam objicientes, plerumque repudiant. Consilii ratio, quæ ab illis accipi, & juvare solet, fere unica est, uti Cœlum, & Solum (unde non raro Animum quoque) mutant. Nam ædibus clausis, aut cubili quantumvis additi; ad regiones exteras, ubi Auram calidiorrem, & magis serenam spirant profecti, vix credibile est quam brevi convalescunt. Hæc de Diapnoe perversa, sive depravata. Cujus affectus Theoriam ideo plenius tradimus, quoniam ab aliis intastus relinquitur: nunc, unde digressi sumus, ad Diaphoresin nimiam revertamus.

Restat adhuc Tertis pathematis hujus, nempe sudationis immodicæ species, quæ non uti prior, morbi alterius præsentis, aut prægressi symptoma, aut effectus est; verum ipsa primo incipiens, aut per se morbus est, aut affectionis morbidæ parens existit. Ad primum centum præcipue spectat sudatio ista pestilens apud nostrates olim epidemia, proindeque per totum orbem sudoris Anglici nomine insignitus, in cuius Ætiologiam mox inquiremus. Cæterum ut de sudore sanguineo, nigro, aut cæruleo, foetido, aut cæruleo, foetido, aut suaveolente (quorum mentio ab Authoribus fide dignis facta est, & quorundam ex iis Typi observationi nostræ quandoque occurrerunt) nihil hic dicamus; sæpe advertimus quosdam sine causa manifesta, in *hidropis* habitum incidisse, & deinde evacuationem istam indes adauctam, non raro in immensam excrevisse; in tantum, ut totius corporis humiditates in sudorem profundi viderentur. Et quidem haud mirum est affectionem hanc semel inceptam quotidie augere; nam multum aut crebro sudantes, valde sitiunt, proindeque immaniter bibunt, atque dein quo plus bibunt, eo magis sudant; adeoque reciproce bina isthæc, causæ & effectus vices gerunt, & longa serie se mutuo producant. Vivit adhuc in hoc regno Domina illustris, jam à multis annis ob *hidropis* immensam, seu potius stupendam celebris, quippe singulis noctibus non solum linthea, & lecti contenta quæque madefacit, seu potius inundat, sed insuper in pelvim femoribus suppositam meri sudoris plures uncias, imo juxta vulgi famam, plures libræ extillant; interea necesse habet ob sitim continue urgentem paulo uberius potum ingerere 3. à quo uti vires instaurantur, ita sudatio perennatur. Admirandi hujusce affectus historiam tum à multis fide dignis, tum à proprio Dominae laborantis ore (etsi nunquam pro valetudine ejus recuperanda consulere) accepi. Cepit tamen à pluribus medicis remedia, diversimodas circa vitium, & 6. non naturalium regimen methodos tentavit, Acidulas cujusque fere generis bibit, Regionum exterarum, & imprimis Gallia auram experta est; veram his omnibus invictis, Insignissima Domina stillicidio hoc perquam molesto etiamnum laborat. Quandoquidem quæ circa hujus morbi initium, progressus, & alterationes contigerunt, quæque à juvantibus aut lædentibus observanda fuerunt, mihi nondum innotuere, & solummodo eam semel videre, & in transitu tantum colloqui dabatur, non facile erit casus hujus Ætiologiam tradere: utcumque suspicari fas est, in hac, sicuti in aliis naturæ instantis, sanguinis serum promte nimis abscedere aptum, relictis per renes, lymphæ ductus, glandulas, aliisque excretionum ordinariis viis, hanc per poros cutis primo occasionaliter cœptam, & postea habitudine quadam facilitatam deinceps affectasse, & constanter observasse; cui forsitan accedat, quod salis fluidi in sanguine, & succo nerveo præpollentia sanguinis fusionem pe-

Tom. IV. Pars II.

rennem, serique secretionem uberiores efficiat. Ad morbum hunc sanandum, quando nunc habitu diuturno confirmatus, simulque naturæ œconomia ab eo penitus inversa fuerit, nescio an remedia quævis, aut medendi methodus quicquam profecerit. Mihi certe nulla, cum forte quondam eam alloquerer, proponere visum erat. Si magnum illud pro diapnoe vitata remedium, sc. aëris mutatio repetenda foret non amplius Gallia, verum Dania potius aut Suecia adeantur.

Appositum ad hanc rem esset de sudore Anglico apud nostrates tum domi, tum foras olim epidemio, & funesto admodum, parumper hic differere. Veruntamen cum morbus hic intra seculum haud conspectus fuerit, atque Typum ejus solummodo ex aliorum scriptis cognoscere datur, non licebit circa naturam, & causas ejus hypothesin quamvis contexere, sed, post historiam ex Authoribus descriptant commentarii loco conjecturas nostras proponere.

Sudor Anglicus cœpit Anno 1485. circa initium mensis Augusti, duravitque usque ad finem Octobris: & quamvis Sennertus dicat, hoc malum deinceps 40. Annos regioni huic familiare, & perpetuum fuisse, tamen Nostrates, & Medici, & Historici, qui tunc aut prope ea tempora vixerunt; eum perfecta, & magna intervalla habuisse observabant; cumque 66. annorum spatio solummodo quater redierit, viz. 1506. 1517. 1528. 1551. vix unquam supra sex menses desavisse, & nonnunquam spatio trimestri terminatum fuisse, eumque, tempestatem valde humidam semper præcedeam habuisse. At vero singulis, quibus increbuit annis, maximas ubique edidit mortalium strages; ut ab unoquoque ejus regio, quibusdam in locis tertia pars hominum brevi desideraretur. Tanta fuit ejus malignitas, ut, quamprimum urbem aliquam invaderet, singulis diebus quingentos, aut sexcentos occuparet, & ex ægris primo vix centesimus evaderet. Morbi Typum à Sennerto compendiose, & methodice descriptum, etiam nostris Autoribus consonum hic inferere visum est. Morbo hoc correpti statim sine bubone, Carbunculo, exanthematibus, languore dissolvebantur, & animo deficiebant cum summo virium languore, inquietudine, *καρδι. γαλ.* capitis dolore, pulsu crebro, celeri, inæquali, cordisque palpitatione maxima; sudore vero diffluebant perpetuo, & copioso, qui non finiebatur, antequam morbus solveretur, quod intra 24. horas contingebat. Nam qui sudorem non proliciebant, neque cardiacis utebantur, & qui impatientius calorem ferebant, auramque frigidam captabant, ii omnes subito intra 24. moriebantur. Postea ubi morbi hujus ratio innotuit, ut ægri sudores elicerent, ac Cardiacis se munirent, pauciores moriebantur. *Sen. de feb. lib. 4. cap. 15.* Circa curationem paulo accuratius scribit Polydorus Virgilius: Post ægrotantium plurima experimenta & observationes, à juvantibus, & lædentibus factas, ita usu venit, ut remedium unicuique promptissimum inventum sit, quod hujusmodi est. Si quis interdum sudore corripiebatur, cum vestitu protenus cubatum erat, si nocte; & in lecto, tum quiescat, nec se à loco moveat, usque ad 24. horas exactas interim, ita se stragulis oneret, quo non provocetur sudor, sed sua sponte molliter stillat, cui nihil capiat, si tam diu famem tolerare possit, neque plus portionis consueta, ac calefactæ hauriat, quam modice satis sit ad sitim extinguendam, inter hanc curationem imprimis caveat, ne manum quidem aut pedem suum refrigerandi, recreandique causa extra stragula proferat, quod facere lethale est.

L 2

Addunt

224
Addunt alii toto isto nycthemeri spatio à somno prorsus abstinendum fuisse. Affectus iste, quia tam brevi intervallo, in vitam, aut mortem terminari solebat, à medicis plerisque febris Ephemera dicta fuit. A sudatione hac pestilenti recuperati postquam aliquandiu sani perstitissent, quandoque in eam rorsus, imò interdum vice tertia, incidebant.

Ex hisce Phænomenis, ut diri hujus pathematis Ætiologiam tradere præsumamus, imprimis suspicari fas sit, *ἰσχυρῶς* illius pestilentis rationem formalem simulque causam conjunctam in eo consistere, quod sanguis materiæ cujusdam malignæ, sive venenosæ occursum infectus, proindeque statim in crasi dissolutus, inque serositates susus, propter mixturæ istius virulentæ citissimam expulsionis, illico in sudationem, utpote universalem simulque amplissimum excretionum modum exsolveretur; qua quidem *ἰσχυρῶς* si forsan contigerit particulas omnes venenatas illico foras propelli, morbus brevi in salutem, secus vero frequenter in mortem terminabatur.

At vero hic inquirendum sequitur, utrum materies ista maligna in sanguine primo gignatur, vel annon aliud in ipsum suffundatur? Si prius dicatur, supponendum erit cruris massam, quemadmodum in peste, ob malignam Anni, & aëris constitutionem, diathesin *ἐνδογενῆς* acquisivisse; quæ postea aut sponte, quatenus ad plenitudinem evecta sit, aut per contagium, velut accensa in turgescientiam periculofam, & sæpe corruptivam erumperet: quo minus in sudatione istac maligna rem ita habere suspicer, hoc imprimis facit, quod nulla sanguinis corrupti, aut multum vitii signa, ante, vel in paroxysmo, vel post ipsum occurrerent. Præterquam enim quod febris hæc haud valde intensa maculis, exanthematis, bubonibus, aliisque sanguinis venenati aut plurimum effervescentis indicibus careat; insuper nyctemeri spatio terminatur: quod vix unquam evenire solet in affectibus intra massam sanguineam altius radicatis.

Quamobrem existimare potius adducor, morbi hujus labem in liquore nerveo primitus fundatam; exinde in cruorem, dum *ἰσχυρῶς* istius malignæ tragœdia peragitur, communicari. Videtur enim quod humor iste, fibras omnes totius corporis irrigans, & spirituum animalium ubique vehiculum existens, propter Anni intemperiem, à crasi debita, neque à spiritu-salino-volatili desciscens, versus indolem acetosam, aliamve indolem acetosam, & demum malignam degeneravit; cumque is ad depravationis statum illum pervenerit, ut vel sponte ob plenitudinem, vel propter contagii fermentum excitus, turgescientiam sive fluorem conceperit, è partibus istis irritatis excussus, inque massam sanguineam redundans, hanc illico totam venenet, compagem ejus dissolvat, inque effervescentiam, illius mox expellendi gratia, maximore ecriticam incitet. Hinc sudores (quoniam hæc excretionis via tum proxima, tum amplissima est) copiosi erumpunt; quo naturæ nisu extremo si forsan accidat virus totum è sanguine in habitum corporis remandari, indeque per *ἰσχυρῶς* universalem, & aliquandiu continuatam prorsus ejici brevi salus, velut sudum post nubes penitus dissolutas, effulget; sin vero à fermentatione ista & *ἰσχυρῶς* nisu; in quam sanguis miasmatis maligni expellendi causa excitatur, particulæ venosæ non subito, nec in totum ejiciantur, cruoris massa tum quatenus sero orbata, tum crasi pessumdata, ad flammam vitalem amplius prorogandam inhabilis evadit.

Ex his non difficile erit symptomatum causas & curationis ejus Empiricæ rationes assignare, Nam

quod morbo urgente, aut circa primum ejus insultum, antequam febris accendi videbatur; languor statim insolitus, animi defectio, summa virium prostratio, capitis dolor, cordis palpitatio, cum pulsu crebro, celeri, & inæquali, aliaque nervosi generis pathemata laborantes infestabant, indicio erat, partes nerveas, prius sanguine affici, ab iisque malum illud originem suam ducere.

2. Cum sudor copiosus (qui & symptomaticus, quandoque etiam criticus erat,) circa febris hujus principium, secus ac in plerisque aliis, exoritur, ratio est, quod latex morbificus, è fibris, & partibus nerveis in massam sanguineam redundans, exinde statim à primo ejus appulsu rejicitur, nec diutius in sanguine morari, aut intime permisceri sinitur. Enimvero, in statu non admodum invale tudinario, liquor Nerveus cum Sanguineo vix unquam congruit: quare si quando ille per vices quasdam in hunc regurgitet, mox iterum excutitur, & priusquam tinctura lixiviali inficitur, per renes amandatus, urinæ limpidæ profluvium excitat; quod quidem in affectibus spasmodicis sæpius evenire advertimus. Sin liquor nerveus degeneret, aut depravatus in sanguinem continuo rediit, modo Dysenteriam incruentam, qualem supra descripsimus, modo Diabetem, prout prius ostendimus, producit. Cæterum propter ejusdem humoris restagnationes minores & privatas, tumores cancerofos, strumofos, scirrholos, aliosque mali moris exoriri olim evicimus. At vero in affectu, de quo nunc agitur; latex iste nerveus, siquidem valde malignus, & pestilens existat; sanguinem primo contactu venenat, inque serositates per sudorem citissime amandandas fundit; secus enim, si per horas aliquot intra massam sanguineam manere, cumque ea circulari, & penitus commisceri permittitur, ipsum penitus corrumpit, & plane mortificat: hinc in mendendi methodo ista per experientiam crebram inventa, ita sedulo cautum est, ut primo morbidi insultus momento, laborantes confessim (non opperiendo dum vestibibus exuantur, lectoque inferantur) stragulis cooperti ad sudandum componantur, atque *ἰσχυρῶς* mox æquabilem in toto corpore excitatam per 24. horas continent, interim ut nec manum, nec pedem movere, nec cibum aut somnum capere sinantur; hoc est; nihil omnino agant, quo latex iste pestilens cum sanguine plus, aut intime magis confundatur, aut quo celerrima, & totalis ejus exclusio inhibeatur. Quod si ejusmodi cita, copiosa, & æquabilis sudatio per naturæ instinctum accita, perque medicinam regulata tam diu producat, ut virus totum per cutis poros exhalet, affecti statim sine eruptionibus cutaneis, febre lenta, infirmitate diuturna, sudoribus nocturnis aliisque sanguinis vitiiati consequentiis integre convalescunt. In quantum vero liquor nerveus, post corruptelas ita expurgatas, rursus eodem more depravari, & dein, ob plenitudinem aut contagium commotus, è partibus nerveis in sanguinem redundare, ipsumque pariter venenare aptus est, propterea nonnulli postquam perfecte convalescerant, ab eodem morbo secundo, imò nonnunquam tertio corripi solebant. Non opus erit medicamentorum formulas in hoc casu ullas subjicere; quia totum Curationis negotium, fere tantum à recta Ægrotantium tractatione, sive administratione dependet. Cæterum valde *ἀποδιδύμεος* esset pharmaciam, ac methodum præscribere contra morbum adeo insolitum, quem speramus nunquam rediturum; & si forsan olim aliquando redierit, incertum est, an eadem rursus medendi ratio in omnibus observari debeat. *Hæcenus Thom. Willis Pharmaceuticæ Rationalis parte 1.*

Observationes.

Sudor sanguineus.

Anno præterito 1626. Adolescentulus in vicinia mea, natus annos 12. sub initium mensis Februarii, cum fratre lanione, ad empta armenta abigendum, rus profectus est, in via ab exercitio & à vino, quod bibit album, alias aquæ assuetus, sanguis febrili calore incensus, & ad extrema corporis commotus fuit, & quia summè tenuis, fluxilis & serosus, præterea à natura irritata compulsus, exitum per extrema venarum ora molitus est. Hinc per nudam gingivarum carnem penetrans, primum cruenta exustione rejectus est, mox è poris in totius corporis ambitu exudans, densis & infinitis stillis indusium maculavit. Nihilominus puer iter perficiens, domum pedes rediit, ad quem vocatus sui octava morbi die, idque ob summum periculum vitæ, quod fera narium hæmorrhagia minabatur. Pulsus ei erat febrilis, frequens & debilis: totus pallidus & valde imbecillis ipse, extremas partes frigiditas habuit: nec mirum, cum intra dies octo ultra tres mensuras nostrates sanguinis effudisse, affantes asseruerint, ego tamen exillimarem, tantam sanguinis jacturam, nisi vitæ dispendio, eam ætatem pati non posse. Lodices & calcitras infinitis sanguineis maculis pictas, & cutim patientis universam petechiis confersam latiusculis, in medio nigrum sanguinis concreti, pori cujusque osculum obturantis, punctum habentibus, conspexi. Interim ad narium hæmorrhagiam, quæ vitæ thesaurum prodigè nimis dissipando, virum ruinam intentabat, sistendam, Gypsum aceto subactum cum linteis fronti frigide applicabam, considerans Criseos insolentiam, & esseram ac immoderatam hanc hæmorrhagiam inhibendam esse, sive symptomatica sit, sive, quod magis ardebat, à natura incepta quidem, sed ob valorum nimiam aperitionem eò perducta, ut laxatas habenas retrahere & inde gradum revocare natura non posset, nisi arte adjuvaretur. Præterea ad sanguinis impetum sistendum, sequentem mixturam confestim parari jussi: R. Syr. mirt. de papav. an. ʒi. Syr. de ros. siccis ʒi. lapid. prunellæ ʒi. Aqu. plantag. ʒi. M. pro 2. potionibus. Nitrum tanquam principale addidi, eò quod olim à Professore Montspeliensi, in periculosa hæmorrhagia illud exhibitum magno cum fructu viderim: Spiritus sanguinem commoventes figit, calorem si quid aliud refrænât, & serosos ichores per urinæ vias educit. His cum cordialibus & victu refrigerante ac instaurante usus, à Deo prisinam sanitatem recuperavit. Sed postquam convalescit, totius corporis pruritus, citra tamen scabiem, diu ipsum molestavit, qui tandem eum etiam deseruit. Sanguine supra modum seroso & diluto præditum fuisse probant sufficienter sudo sanguinis diluti & aquosi color, qui apparebat in sanguine, è naribus profuente, dilute rubens, & maxima copia ipsius, qui si sincerus fuisset, sine dubio seger defecisset: tandem serosi & salis ichoris pruritus subsequens signum indubitatum est. *Georgius Sporlinus, apud Guilielmum Fabricium Hildanum, Observat. Chirurgicar. Cent. 6.*

Sudor sanguineus.

Civis Grumbergensis, ruscianæ profapiz, statæ ætatis, ita ob errores diætæ corpus sibi reddidit scorbuticum, ut, præter Cachexiam, in hoc unico omnia velut in contemio posses conspiceret scorbuti versipellis symptomata. Hic quoties à motu sudat, sanguineo sudore sub alis indusia maculat, qui

Tom. IV. Pars II.

liquor rubicundus tam tenaciter linteis inhæret, ut difficulter cedat lotricis manibus.

Scholion.] Sanguis scorbuticorum cum sero multo diluatur, sudoribus eapropter admodum eos obnoxios esse constat; illud verò serum uti acri sale turgere, symptomata morbo illi familiaria satis ostendunt: ita sanguini etiam majorem justo fluiditatem, fibrarum ejus compagem laxando, conciliat; unde & idem per arteriolas minimas ad glandulas miliares subcutaneas delatus, facile una cum sero isto per tubulos excretorios exitum inveniet, in primis à motu corporis concitator si factus fuerit. Talem etiam sudorem sanguineum in puella scorbuto laborante vidit Excellentiss. D. Langelottus, teste *dec. 1. Ann. 6. observ. 10. Ephem. harum*, & in foemina nostra *D. Wedelius, pag. 188. Physiolog. Med.* Quamvis autem sanguinem ipsum sic posse excerni, nullum sit dubium, tot in sanis etiam corporibus observatis cruoris exsudantis exemplis id testantibus, serosum tamen corruptum humorem mentiri similem fluxum quandoque posse, admodum est verisimile, sero nempe, eodem *Wedelio* notante, humorum omnium vehiculo existente, eorumque salium & sulphurum tincturam imbibente, sæpe ideo hanc ipsam ob causam rubicundo sub colore per vesicam in scorbuticis effluente, & quod *Salmuth. cent. 1. obs. 28. Thom. Bartholinus cent. 4. hist. 62. & Sachsus nosster Ampelogr. pag. 395.* se observasse, fidem faciunt, epti vini rubri generosi particulas per sudorem educte. *D. Samuelis Ledelii.*

De sudore luteo ab assumpto rhabarbaro.

Anno 1649. cum ex Borussia Academia Electorali Regiomontana me contulisset Dantiscum medicinz Candidatus, primo statim die, cum eo venissem, hora quarta pomeridiana, febrili horrore obrutus decumbere coactus fui. Cumque incertus adhuc essem de natura febris nihil quicquam medicaminis sumpsit; sed noctem subsequenter calore satis acris ad usque sudorem, paroxysmum finientem, peregi. Manè *ἀπὸ* relurgens obivi trunera mea. Tertia die, cum febris eadem hora pomeridiana me invasisset; cum calore p. n. noctu in sudorem determinante, iterumque subsequenter diem sine ulla febre transegissem, judicavi me tertiana intermittente laborare. Postero die manè hora 5. adhuc in lecto jacens, ipsemet mihi Medicus sumpsit pulv. rhabarbari opt. ʒj. cum pauxillo vini, nullo admixto alio ingrediente, qua bilem, tertianæ vulgo causam, per alvum deturbarem, brevi post subito mador aliquis toto corpore erumpebat. Ego omnibus lecti integumentis à corpore devolutis, ex lecto ocyus exiliebam, ne sudor aliquis subsequeretur. Fore enim judicavi tunc, tantum abesse, ut purgaret rhabarbarum bilem, ut potius sudore isthoc medicamenti virtus impediretur. Verùm licet ego indusio interiore saltem tunc vestitus essem, illudque ventilationis causa quoque exuissem, sudor nihilominus universalis ex toto corpore adeo copiose promanabat, ut disfluere totus sudore viderer, nec erat medium declinandi istum. Cogebat itaque relinqui naturæ conamen, eodemque indusio sudorem abstergere, penitus rhabarbari (quod notandum) odorem subluteumque colorem referentem. Hoc sudore post integram horam finito, nullum posthac paroxysmum febrilem perferens, sed à tertiana mea liberatus, vegetus ad negotia mea accessi. Etsi autem quis forsan diaphoresin hanc primo intuitu rhabarbaro adscribere vellet, ambigere tamen non nemo posset, utrum sudor ille non primario acciderit ob naturæ motum, vitiosos humores febrisque causam crisi quadam ad ambitum corporis foris eliminan-

L 3

minan-

minantem, vel ex alia quapiam causa. Qua de re iudicium cuiuslibet integrum relinquo. *D. Christiani Menzelii.*

De sudore caeruleo dextri hypochondrii.

Multi sudorem pinguem, alii oleosum, pars arenosum, quidam sanguineum & vini rubri, &c. observarunt. Caeruleum verò à nemine hæcenus annotatum credo, quem tamen Francothalii, in Palatinatu inferiore in fabro lignario melancholico, præter propter triginta annorum (una cum Expertissimo Dn. D. Mogio, piæ memoriæ observavi) qui æger, quoties morbo, epileptico simillimo corripiebatur, prægressa vertigine cum anxietate cordis; toties in terram corruit, sudorque caeruleus amyli caerulei (*vivie blaue Stercke*), colorem mentiens solum in dextro hypochondrio, ubi hepatis sedes est, erupit, quem sudorem linteis sæpius detestum uxor non mihi solum, sed & aliis spectandum exhibuit, color ex linteis haud facillè elui potuit. Paroxysmis bis vel ter per annum invasit ægrum, sudore profuso melius habere cæpit, & exinde conclusit paroxysmum remissurum. Unde hic sudor & ex qua materia, aliorum non minus Doctorum quam curiosorum relinquam iudicio. Fateor in hisce ignorantiam meam; aut si conjecturari liceat, à bile æruginosa deducendum putarem.

Scholion. In operario artis vitariæ Nassovico (*im Creuz wvalde.*) vidi sudorem in indusio ita copiose crystallisatum & coagulatum, sive velis sublimatum, ut cultro posset abradi. Colorem verò caeruleum nuper observavi in foemina, quæ sæpè vomebat & tussiebat cum magna extenuatione, sputo spumoso quidem, sed & viscido, ita ut quasi succo cyani seu indigo esset tinctus. In alio autem vomitum copiosissimum lasurei ipsius lapidis colore infectum. Cujus causam an ab æruginosa bile, an à succo pancreatico, an alius cujusdam humoris peculiari corruptione proficiscatur, meretur meditationem. *D. Joh. Dolai.*

De sudore atro & sanguineo.

Sudorem atrum rarissimum deprehendi evolventi observationes quascumque facile patet. Certè Marcellus Donatus, ille, qui magno studio mirabiles nobis collegit historias, libro 1. *Histor. cap. 2.* nec à se unquam, nec ab aliis observatum esse meminit sudorem nigrum, quare experientie defectum ratione ostensurus, notat nigrum, & crassum seu melancholicam illum succum usque adeo extenuari non posse, ut per secretoria ista, seu tenuia feri cribella excernatur. Refragatur tamen huic sententiæ *Jul. Cas. Baricellus lib. 2. cap. 11.* de hydronosa natura, possibilemque ea ratione statuit, si crassus iste succus ab alio seroso fluido diluatur. Atque hanc experientia firmat. Talem enim atri coloris Hodgesius in eleganti suo de nupera Peste Londinensi observatum adferit; ejusque multo luculentius exemplum præbet magno suo merico celebratissimus chymia-ter & Polyhistor Olaus Borrichius in editis non ita pridem Hafniensium actis, de foemina quadam primaria ad plures dies atramentum exudante, de cujus causa more suo satis ingeniose differentem placet heic audire: Mibi [*inquit*] in raro hoc phænomeno, salvis aliorum sententiis, non absolum videtur, dilutiorem sanguinis partem à nimio acido, quod in corpore tabido deesse utique non potuit, in nigrorem versam inter sudandum evaporasse. Adjiciam ego nunc simillimum huic exemplum, quod modo laudatus Illustris Dominus von

der Wyck de semet-ipso mihi suggestit. Curaturus nempe Sursundæ, quam ex incommodis castrensibus paralytici scorbuticam sibi contraxerat, auri diaphoretici ʒj. assumpsit, cumque in laconico suo, quod commodissimum invenit se ad sudandum composuisset, adeo statim in sudores defluxit, ut, quæ curiositas est Viri Illustris, lintea & indusium tribus sudati humoris aucta notaverit; color autem laicis adeo niger, ut atramentum referret scriptorium & omnino acidam auram spiraret. Testem oculatum penes se habuit Præcellent. Dom. Christoph. Schmidt, Archiatrum Megapolitanum, & Chirurgum ordinarium M. Johan. Andersen. Postera die repetit usum Auri diaphoretici, sed sudor subssecutus est flavus, & sic convaleuit. Alias sudorem sanguineum hic loci me observasse memini in filia rhedarii Ducalis, scorbuto laborante, quæ paulo post vivere desit. *D. Joelis Langelotti.*

Sudor atramenti.

Urinam ægrorum sedimento nigerrimo metuendam bis hoc anno conspexi, & formidantibus mortem, qui reddiderant, sanitatem, quæ etiam consequuta est, ex aliis prædixi argumentis. Certum quidem illud Hippocratis in Prognost. *νεφίδαι ἰσχυρῆς καὶ τοῖς ἔργοις μάλιστα φλαύρας.* Unde Philiscum memorat *Cous* idem Epidem. 1. interiisse, *ὅτι μάλιστα ἔργος.* Constat tamen plures evasisse Libitinam, quibus atra per urinas prodierint, de quo consulenda apud *Trincavellium, Montagnanam, Zacutum* exempla. Cæterum & atra per sudores excerni, & sanari ægrotantem, id verò hæcenus forsitan inusitatum; contigit tamen superiori hyeme primariæ cuidam faminae, urbani Consulis uxori, quæ postquam insidiosissimam febrem petechialem feliciter superasset, phthisi, in quam ante morbum propensior erat, afflcta, rejecit extulsiendo ad plures hebdomadas tantam crassi, sædique puris vim, ut alantium plerisque crederetur universas pulmonis faucii reliquias exclusisse. Pulsus parvus, sed concitatissimus, subsultans, sæpè intermittens; anhelitus creber, putrida hecticæ junctæ populaverat artus; sanguis perruptis vasis confertim subinde, etiam ad integras libras per nares se effuderat; ad summam, credita conclamata omnia.

Solus in exanimi restabat spiritus ore.

Rediit nihilominus cum sanitate in gratiam clementia superum, viro experientiss. Dom. D. Casparo *Kolichen*, Urbano Physico, consilia mecum, & manum hospitalem commodante. Dum autem mendendo incumbimus, illa paulatim convalescenti prior sudoribus matutinis spontaneis ad plures dies perfundi cæpit, iisque tam atris, ut nigerrimo colore inficerent ægræ lintea, præcipuè calanticas, quas cum vespere puras capiti circumposuisset, mane nigricantes & quasi atramento tinctas invenit, nobisque anxia ostendit. Nos meliora ominati subjecimus, criticam apparere evacuationem, in salutem ægræ terminandam. Nec decepit augurium, ex eo enim sensim remisit malum, & expectata diu sanitas revertit. Sed quæ causa exsudati atramenti? mihi in raro hoc phænomeno salvis meliorum sententiis, non absolum videtur, dilutiorem sanguinis partem à nimio acido (quod in corpore tabido deesse utique non potuit) in nigrorem versam inter sudandum evaporasse. Noti sunt, etiam extra sacram historiam, cruenti sudores, notum, mihi quæ sæpè exploratum, ab aceto sanguini animalis calenti infuso mixturam atratam exurgere;

nota

nota laxitas pororum in phthisicis plerisque, quos & non raro media hyeme simplici stragulo operatos sudare noravi, frigentē licet triclino. Sed cur in hac ægra potius, quam in aliis tabidis infueti generis sudor? quia acido corporis ægri accesserat malum aliud; solito magis adusta erat sanguinis massa, eoque in nigritiem tanto proclivior, antecesserat enim maligna febris, unde humores potentius adusti. Quod ad urinas nigricantes autem, de quibus supra, non earum color ab amurca lienis semper accersendus, sed sæpe à sanguine extra vasa sua in renibus, in utero, in vagina ejus propulso, ibique, si interquiescit, à calore vivi corporis in grumos subnigros excocto, cui interea acidulum quiddam, ubique fere in corpore discurrens, superaddi alienum non est. *D. Olai Borrichii.*

Sudor pinguis & oleosus.

Præter naturam aliquos sanguinem sudasse ànotarunt *Aristoteles lib. 3. de partib. anim. cap. 5. & lib. 3. de histor. anim. cap. 16. Rondelet. de dignosc. morb. c. 11. Fernel. lib. 6. de Part. morb. & Symptom. cap. 4. Marcell. Donat. lib. 1. de Medic. histor. mirab. cap. 2. Mercurial. lib. 4. variar. lect. cap. 12. Gr. Horst. lib. 1. part. 2. observat. 15. Thom. Barthol. cent. 2. Epist. 11. pag. 440. Henric. ab Heer observ. 23. meminit cujusdam Nobilis, qui sanguinem cumque eo pedicillos ruberrimos sudavit. Nonnullos sudorem arenosum habuisse observarunt *J. D. Horst. Manud. ad Med. pag. 191. Id. Thom. Barthol. cent. 1. histor. 34. & alii. Vide Tr. meum de Arthritis vaga scorbutica cap. 13. in fine. Sudorem vini rubri vidit jam bis citatus Dom. Thom. Bartholin. ut refert cent. 4. histor. 62. & D. Sachs. in Ampelographia Curios. lib. 11. Jat. 6. membr. 2. cap. 8. artic. 1. pag. 395. Sudorem Cerevisiæ Salmuth. cent. 2. observ. 28. Sudorem viridem Borellus cent. 2. observ. 54. Sudorem croceum Hildan. cent. 6. observ. 77. & Sudorem nigerrimum Zacus. lib. 3. observ. 73. Sudorem mellis Johann. Prævol. teste Johann. Rhodio cent. 3. observat. 68. Ast sudorem pinguem ac oleosum ab aliquo observatum esse nondum legi, qualem Nobilissima quædam virgo jam maritalis non pinguis, nec pingui carne se delectans à præterito anno circa priorem & posteriorem thoracis partem dieque nocteque habuit, sine virium jactura ac molestia ulla, nisi quod hic sudor vestes maculaverit. *D. Val. Andreae Moellenbrocci.***

De Sudore pingui & oleaginoso.

Describit *Dn. D. Valentinus Andreas Moellenbroccius Miscell. Curios. Germ. anni 2. Observ. 19.* sudorem pinguem & oleosum in nobilissima quadam virgine jam maritali à se observatum: talem nos quoque in virgine quadam juvenula Thorunensi fere per annum durantem deprehendimus, cujus in antecedentibus observatione quadam de metastasi humoris per vias occultas &c. mentio facta est, hisce verbis: *Dorothea Kriegeria, virgo annorum septendecim, constitutionis corporis gracilioris, complexionis phlegmaticæ, incidit anno 1675. hyemali tempore in pleuritidem spuriam sinistri lateris &c. cui jam à longo tempore singulis noctibus gravis fuit sudor oleaginosus, fetidus, coloris crocei, tam in capite, quam in dorso, etiam indusium tingens, & pinguedine quadam insiciens. Quod rarissimum symptoma, & ceu rectè præfatus nobilissimus Medicus statuit, vix à quopiam huc usque observatum,*

hinc singulariter curioso Lectori exhibere volui, cui non ingratum futurum confido. *D. Simonis Schultzeii.*

Sudor podagricorum an salsus, an acidus.

Amicus quidam meus triginta sex annorum, temperamenti, ut apparet sanguinei, colore florido roseoque, à pluribus jam annis podagra & chiragra tentatur, ita violenter, ut jamdiu in pedibus, brachiis, digitorumque articulis nodos formarit, vulgatis remediis hætenus indissolubiles; ita prompte, ut unicum vini haustum menstruo crociatu cogatur expiare. Is varia expertus pharmaca, sed, propter leves diætæ errores, omnia incassum; transplantationis quoque vires, licet ex præscripto Medici provincialis examullim cuncta administrasset, irritas sensit. Proposui curam lactis, quam strenue invasit, sed negotiis interpellantibus, post mensem unum meis ingratis deseruit, eoque etiamnum misere per intervalla affligitur. Hætenus nullum præsentius solatium invenit sudore, quomodoconque elicit. Quo viso, rogavi ipsum non ita pridem, (ut est curiosus, & rerum quoque Chemicarum peritus) ut evocatum sibi in balneo publico sudorem linteis mundis, sed in sola aqua stillantia ante lotis, atque ita sponte exsiccatis, quantaliceret, copia exciperet, & linteaminibus postea validissime expressis patinam vitream invisio liquore expleret, quo leni calore in vapores attenuato hostem residuum, cujus demum esset profapia, exploraret. Paret, excipitur sudor, & subdito igne modesto in crassamentum abit, cui cum in portiones certas diviso, hic oleum tartari per deliquium affundit, illic nitri spiritum, evidentem sensit à nitri spiritu strepitum, & effervescentiam, ab oleo tartari motum planè nullum, adeo ut ex hoc experimento visus sibi sit concludere, non acidas esse particulas illas, quibus in membranas impactis tantopere inquietatur sed salsas lixivias. Neque id injuria; obduces partes acidas evolasse? At ex natura acidorum, remansissent in crassamento acidissimæ, si quæ adfuissent. Sed de calore est quod adjiciam: postquam in vase vitreo reliquias illas sudoris spiritu nitri imbuisset, quiescente demum strepitu, postridie misturam inspexit, miratus non leviter, cum in glutem viride, sive gelatinam mavis virescentem abuisse conspiceretur. An æruginis naturam imitatur podagricorum hostis? *D. Olai Borrichii.*

De Sudore post mortem.

Rodachii anno hujus seculi 65. civis cujusdam infans morbo corripitur. Tertium prostratæ valetudinis diem ubi superabat, quartum calore præternaturali accidentibus convulsionibus inopinè demum morte finit. Levior intumescencia, quæ vivum affecterat, leviori quidem parentum animos metus vinculo primum constrinxerat; sed ubi lac maternum faucibus avidioribus, è mortuali præprimis die, traxit curas quoque ad nutricis pectus attraxit ille graviores, & labore suo interno ac ultimo internum adauxit parentum dolorem. Corpusculum animalia sua destitutum, seipso vivo longius & rigidum sic à morte evasit, ut ferè eorum, qui indusium brachiolis accommodare laborarunt, industriam eluserit. Examine illud sueto ceremoniarum ritu tertio die loculo inclusum ad cæmeterium, ut terræ mandetur, deportatur. Referat hic vulgi spectatum venientis gratia, more in oris nostris sueto, loculo, infantis facies sudoris guttulis referta cernitur. Facies mira præsentium mox invitat faciem & in admirationem trahit. Ad naturæ vires sudorem in corpore calore vitali

prorsus destituito, referre ausus fuit nemo: magna vero pars ad occultiore & sublimiore causam fuit facilis. Nonnulli ex ipso sudore velut effectu, ejus causam, sopitum scilicet & latentem hoc in corpore vitalem facultatem tacite secum collegerunt, & infantis ad sepulcrum deportationem maturam deinceps exprobarunt. Mœssissimi parentes & avus raro hoc casu & maledicorum insultu perturbati per Fratrem meum dilectum M. Johann. Fridericum, Diaconum ibidem, meum de hoc sudore iudicium requisiverunt. Anni petito, & extemporaneum iudicium tum dedi, quod brevi post in Disputatione quadam publico eruditorum examini submissi. Casum, quia ad paucorum manus Disputatio venit, spectatissimo naturæ curiosorum Collegio jam communicare placet. Subjungam etiam datam tum temporis *responsum*. Rarus autem est casus ille, neque similis exempli vestigium vel in Henr. Kornmanni tractatu de miraculis mortuorum, vel in libro primo (secundi editionem orbis literatus adhuc expectat) tractatus elegantissimi eodem titulo, de miraculis mortuorum, insigniti sed doctiori calamo exarati Dom. Lic. Garmanni vel in aliis, quos evolere licuit, adverti, nisi quod Kornmannus part. 5. cap. 8. suspensi cujusdam cadaver plurimum sudoris per 14. dies effudisse scribat: quam historiam admirationis aliquid habere scribit Zacchias (D. Samuelis Ledelius deinceps observavit in Pastoris cujusdam scorbutici & melancholici corpore non tantum vivo continuum, sed & defuncto triduanum sudorem largissimum, qui faciem cum toto corpore madidam reddidit. Vid. ann. 3. Ephemer. nat. Curios. observat. 83.)

Ut sudorem istum infantis labore & sudore nostro feliciter detergamus, præsupponimus sudoris nomen sumi 1. late & improprie pro quavis materia vaporosæ vel liquidæ roris in modum in quocunque subjecto collectione. Ita lentiscus massichen sudare dicitur, & Renodæus de mat. med. massichen definit, quod sit gummi-resina è lentisco exudans. Sic statuae apud veteres sudasse leguntur, cujus rationem Theophrastus dat lib. 5. hist. plant. cap. 10. quia ex cedro conficiebantur, cujus materia nata est humorem exudare. Fenestræ, specula, canthari, poma, parietes sudare quoque hyberno tempore dicuntur: 2. proprie, & quidem vel strictè, pro materiæ vaporosæ in cute animalis viventis roris in speciem collectione, quocunque illa promanarit modo, sive excretionem, sive expressionem, sive partium solidarum exolutionem. Tribus enim his modis sudorem exire dicit Stephan. Rodericus Castrensis lib. qua ex quibus pag. 45. Excretionem qui prodit, caloris florescentis est index; qui expressionem tumultuantis, qui partium exolutionem deficientis, non simpliciter, sed respectivè, vel strictissimè, pro eo, qui caloris vitalis ope per cutis spiracula prodit. Adhuc Crato consil. à Scholizio collect. 381. tres requiri vult conditiones, calorem mediocrem, materiam tenuem & cutis meatus apertos. Sudor ille in infante non fuit verus sudor, quia mortuus erat infans, adeoque omnis in eo calor vitalis absuit: id quod etiam partium rigor, & ob hunc induendi induratum difficultas prodidit. Inter notas autem finitæ vitæ etiam membrorum rigiditatem referri testatur Paulus Zacchias quæst. Medico-legal. lib. 4. tit. 1. quæst. ultim. Ergo nec caloris seu florentis, seu deficientis soboles sudor ille fuit. Caloris quidem defectum sudorem quendam sive *spidrosus* sequi admittimus, sed ut partialis, non totalis ille defectus sit, requiritur. Si enim totalis oriatur, pororum in refrigerato corpore sequitur constrictio, eorumque parietes in se invicem collapsi omnem sero exitum denegant. Sed si quidam in corpore supersit calor

vel spiritus, qui externam corporis compagem (aut debiliter & insensibiliter id fiat) suffulcire queat, non omnis sero egrediendi potestas denegatur. Ergo ad improprie sic dictum sudorem ille infantis erit reducendus. An vero sudoris proventus ad naturales, an vero supernaturales causas sit referendus, in disquisitionem inducitur merito.

Nos prius asserere non dubitamus, quamvis res ipsa sua non careat difficultate, propter quam etiam meliora docenti cuivis assurgere erimus parati. In hanc vero sententiam me deduxerunt circumstantiæ in infante observatæ. Tumore quodam, dum in vivis esset, fuerat correptus ille, & è morte conciliandi coloris suavis gratia linteola vino calente madida faciei crebro imposuerant domestici, ex quo rara cutis substantia laxior aliquando permansit, & in hac tenuior materia quiete subsistere potuit. Remittente demum manuum in applicandis linteolis industria, subsidente sensim cute tumida, & concidentibus in seipos pororum parietibus contenta in his materia tenuis fuit expressa, quæ sudoris indolem & speciem expressit. Atque hoc ita fieri posse, confirmo verbis, quæ facit Dom. Dn. Libavius contempl. de cruent. cadav. pag. 244. Omnino, inquit, si sit rigida cutis, sudor ex interna commotione non prodit. Extans in summo, nudari potest subsidente mole: potest etiam protrudi halitibus, aut per alluvionem gigni aquositas. Sic nec à veritatis tramite secundum eundem autorem aberraverimus, si dixerimus, halitus fermentationis ope incipiente putredine excitatos, & per dispositam cutem protrusos, à frigoris ambientis potestate ad sudoris speciem cogi: vel incipiente sanguinis putredine spiritus, sal & sulphur à motu suo regulari cessare, & in confusionem agi; deinde in cavitatibus conclusa inordinatè fermentescere, & corporis totius ac viscerum intumescencias facere. Quod dum sit hærens, in rara corporis superficie materia vaporosa sub roris & sudoris specie per illam ebullitionem extruditur. Ebullitio enim genus fermentationis est, asserente Martino Schockio, curioso fermentationis & fermenti examinatore cap. 8. Eum sanguinis motum genarum in cadaveribus rubor quandoque subortus testatur. Notavit idem quoque Platerus in cent. Posth. Quæst. Medic. Paradox. num. 8. quod cadavera, quæ Anatomiz causa pluribus diebus servantur, post flavescerentem illum colorem, quo, postquam expiraverunt, pallent, exactis aliquot diebus rursus nonnihil in malis & carnosioribus locis rubeant: sanguinem quoque levi commotione ex venis nondum sectis & ad interiora emanare dicit. Raro autem in cadaveribus observatur sudoris talis proventus, quia rara in cadaveribus illa ad sudorem dispositio, cum calore vitali destituta exteriori corporis compage arctius constringantur spiracula, quam ut ab halituosis exhalationibus intus conclusis referari queant. Neque (ut objectionem declinemus) in cadaveribus eorum, quos hydrops peremit abdominis, licet multo humore turgeat, superficies similem guttularum apparatus exprimere potest, tum quia in nimia abdominis extensione pororum ad extima tendentium ductus à subjacentibus partibus carnis obliteratur & detorquetur, tum quia aqua fluctuans extra ordinariam ad poros viam, quam venæ & arteriæ sternunt, degit, & ob crassitiam subtiles meatus deinceps, post mortem ob vitalis caloris ablationem magis constrictos, decurrere nequit. Halituosa enim materia seu aqua resoluta sudoris est materia, ita ut aqua, quæ primum fuit in statu collectionis, abeat caloris ope in flatum dispersionis, & ad cutis superficiem delata redeat demum ob ambiens frigus (quod ita etiam activo

tivo tempore secundum quid respectu majoris caloris dicitur) & similium copiosorum unionem in flatum collectionis, & sudor vocitetur. Sed an prior, an vero posterior ratio in infante illo locum habuerit, ego laborare nolo, cum accuratiorem & feliciter horum indagacionem scrutator non nisi præsens, vix autem per relationem absens reportare queat. Unius circumstantiæ observatio omne sæpe punctum fert: ea autem neglecta, in arenoso solo extruitur tota verborum moles, quæ circumstantiæ illius afflatu demum protinus corruit. Quid naturaliter in tali casu fieri queat, ostendisse sufficiat. *Dom. Johan. Christiani Frommanni.*

De Sudore post mortem.

Antiqua pietate & fide Pastor, in districtu Zulicheni Marchiæ, Scorbuticus, succosus, natura Melancholicus, ætatis 43. annorum, vitæ sedentariæ mancipatus, à primis juventutis annis fuerat excruciatu Melancholia hypochondriaca, ephialte, insomniis molestissimis. Hic præter dictos annuatim invadentes Paroxysmos Melancholicos, à tali quodam præterita ætate circa Sirium tam vehementer corripiebatur, ut ad desperationem ferme redigeretur. Durabat idem Paroxysmus duos menses cum vigiliis molestissimis, ita ut maniam minaretur; dabatur Laudan. Opiat. à gr. iij. ad 6. 7. & plura absque notabili effectu. Sudor aderat continuus, ut inde etiam obsessum se clamaret æger, non capiens unde tam copiosus latex resplanderet. Fonticulum alebat geminum, qui uterque parum ducbat, imo penitus exarescebat: Vires paulatim decreverant; Tandem Epilepsia triduanâ miseræ hinc vitæ tristem addebat catastrophem. Vix animam efflaverat, en sudor copiosissime erumpebat, faciem cum toto madidam reddens corpore, guttulas linteo absterfas aliæ statim excipiebant, ad quartum usque diem quo urna claudabatur. *Dom. Samuelis Ledelii.*

De Sudore perpetuo volæ manuum.

Vivit apud nos, aut certe nuper vixit illustris legati filia nubilus, in Brasilia quidem nata, sed pulchritudine & membrorum alias conformatione optima insignis, cujus volæ manuum perpetuo sudant, etiam hyberno tempore; non ulcerantur tamen, sed madent tantum subtili humore, quem cum oppido abominetur, plurimorum in Belgio, atque alibi consiliis usa, nondum invisum laticem ita sistere potuit, ut non ex brevi intervallo recurrat: Inquietatur eadem frequenter retentione menstruum, cui incommodo cum rogatus ex præceptis Artis obviam irem, soluto tandem hoc nodo, observavi parcius sudare manus quoties illa liberaliter debitum menstruum exsolveret, quo iterum tardante, recrudescere sudorem manuum, ut vel hinc novi generis consensum liceat recognoscere. Non putarim tamen sympathiam hanc nervorum propaginibus communibus, aut alii vasorum conspirationi adscribendam, sed solenni humorum gravium ad inferiora propensionis: quippe fluentibus mensuris necesse est serum in supernis corporum partibus, præsertim in sanguine stagnans imminui, adeoque tum minus alibi exsudare, resistentibus autem illis, pergit in pristinos alveos, atque ex illis, si quæ pars imbecillior est, & poris magis pervia, sudoris iterum specie extenditur. Non alienum hic fuerit meminisse studiosi Germani, cujus quidem volæ manuum non madebant perpetuis sudoribus, sed ardebant perpetuo rubore, nec continebat se

præiens rubor intra volam, sed paulatim ad extrema digitorum proserpens quavis hebdomade amplius occupabat spatium. Curiosum erat videre mediam digitorum partem quasi cocco tinctam, ardentemque mediam nativo albore coruscantem, & tepescentem. Diu tenuit hoc malum, & diversos Medicos etiam in Germania fatigaverat. Erat autem eo formidabilis, quod ardor ille plures post se squamas in cute relinqueret, & tristi vultu appareret spectantibus, ac si in elephantiasin tandem videtur propendere. Cessavit tamen post crebrum usum cathartorum, & modeste refrigerantium, advocatis simul in auxilium corallii Antimonio diaphoretico, acidulis, diæta crassitudinem humorum inducente. *D. Olai Borrichii.*

De Sudore unius lateris.

Sutoris Quedlinburgensis Sigismundi *Fanteners* uxor adhuc vivens, succi plena, cæteroquin sana & vegeta; ubi corpus à motu vel calore externo, vel allumto sudorifero calefit, in singulis sinistri lateris partibus à capite ad calcem usque sudorem profudit largissimum, in dextro vero latere ne minima sudoris gutta nec mador unquam erumpit, id quod ego partim non modo sæpissime vidi, sed ipsa quoque hoc à pueritia, quantum recordari potest, non aliter contigisse, constanter asseverat. Quod autem hic quam maxime admirandum mihi videtur, illud est: quoties hæc scemina ex marito concepit, (est autem quinque jam liberorum mater) statim à conceptionis, & hinc toto gestationis tempore, sudorem per corporis partes in utroque latere ordinarie prorumpere observat, exantlati vero partus laboribus, eo ipso momento dextri lateris pori concidunt, ac firmissime iterum clauduntur; adeo, ut ipsa sudorem totius corporis pro infallibili conceptionis indicio, & quasi pathognomonico imprægnationis signo in se jam agnoscat, habeatque. Extra gravidationis vero tempus etiam in balneo calidissimo per diaphoretica maxime volatilia (quod aliquoties tentavi) sudor nullatenus elici potest. Ipsa interim nulla hinc sentit sanitatis incommoda, nisi aliqualem sinistri brachii ac totius fere istius lateris gravitatem, forsitan à latice seroso illic copiosius affluente oriundam. Utrum partes sinistri lateris pluribus ac majoribus vasis lymphaticis vel specialibus præ reliquis conformatione, an vero cutis in ea corporis parte speciali pororum dispositione & structura à primo ortu ita facta gaudeat, & pluribus glandulis subcutaneis, majorem feri copiam recipientibus & emittentibus? Vel an Archæus partium sinistri lateris alacrior ac robustior sit, è contra vero dextri lateris partium torpidior ac debilior non nisi à spiritu seminali excitatus excrementum serosum expellere tentet? Acutioribus Naturæ Mythis expendendum relinquo. Observavit jam antenac sudorem dextri tantum lateris in 13. Viro Argentoratensi, tandem hydrope mortuo *Excellentiss. Dom. D. Francus P.P. Heidelbergensis*, Ag. s. in naturalibus perspicacissimus *Decur. 1. An. V. Ephemer. Germ. obs. 100. D. Jacob. Schmid.*

De Sudore verminoso.

Stupendos equidem sudores alii, mellis enim sordorem recenset *Rhod. C. 3. 58. epotæ ceteris Salm. C. 2. 28. viridem Borell. 3. 56. nigerrimum Zec. 3. pr. Observat. 73. vini rubri Boricholinus C. 4. h. 61. Sachs. Ansel. p. m. 395. arenulorum Boricholin. C. 1. h. 34. J. D. Horst. Man. ad Med. p. 1. cap. 2. m. 123. vitæ Salm. C. 2. 28. statuarum Boricholin. C. 6. h. 93. Theatr. Europ. T. 6. pag. m. 632. croceum Hildan. C. 6. 77. oleolum ac*

pinguem *Mollenbr. in Misc. Cur. Ann. 2. Observat. 19.* Sudorem septem annorum *Tulp. 3. 42. sanguineum, Arist. 3. A. 9. L. 3. P. ann. cap. 5. Maldonat. T. 1. in Evang. Matth. cap. 26. Fernelius L. 6. path. 4. Tulp. 2. 31. G. Horst. pag. 2. Observat. 15. Drexel. pag. 2. delic. gen. hum. cap. 2. Donat. 1. M. H. cap. 2. Thuan. L. 1. hist. Bartholinus hypn. 4. de cruce Christi. Libav. disput. de lacbr. eruent. §. 4. Beeber. 1. Med. Micr. cap. 5. Jonston. thauinat. Cl. 10. capit. 3. G. Fabricius L. 3. Annal. Misc. Theatr. Europ. 1. 2. pag. m. 115. Mercurial. L. 4. V. L. cap. 12. At verminolum sudorem, excepto *Henrico ab Heer in Miscell. Curios. Ann. 2. Observ. modo citata*, à nemine unquam observatum memini. Accipe igitur, Excellentiss. Dne. rarissimam historiam. In Pomerania paucis abhinc annis rusticæ filius, 12. anno ætatis variolis corripiebatur. Pauperula mater, ob rem domi angustam, vetulam consulit, hujusque consilio filio Theriacam propinat in aq. card. bened. ægrumque ad sudorem componit. Quid sit? paulo post ægotans in universa cute intolerabilem sentit pruritus, rogat itaque matrem, ut fortiter ipsum fricet. Ipsa annuit: pruritus augetur. Tum æger, quæso, accuratius inspicere corpus meum: recipit, mordet, vellicat, pungit, & quid singula? Genitrix perlostrat nudum filii corpus, & ecce! minutissimos vermiculos albos, nigra puncta in capitibus gerentes, è poris partim egressos, partim egressuros deprehendit innumeros. Vidua profus attonita rem inauditam vicinis oppositura nudum detelinquit filium, reversa semianimem reperit, qui tandem, syncope superveniente, eodem die finem vitæ fecit; ut ex ore amici cujusdam eruditi, viri rerum naturalium studiosissimi & fide plenissimi, habeo. Vides, Excellentiss. Dne. Langium Prof. Lips. in judiciosissima disputatione de morbillis, an. 1660. habita, expulso veterum errore, rectissime docere, Variolas & morbillos nil aliud esse, quam pullulaginem verminosam. Et ita omnino est, si conferas *Observat. Rhod. C. 3. 64. Borell. cap. 2. 72. & observat. microf. 31. Bartholinus C. 5. b. 20.* plures ut taceam. *D. Christiani Francisci Paulini.**

Sudor post mortem.

Laticem talem fluxisse è corpore demortui, jamdudum observavi & annotavi, id quod & tum temporis Curiosis Uranislaviensibus communicavi, qui ob raritatem moti, Ephemeridibus inferere non dubitarunt. Extat *Decur. 1. Anni 3. & est observatio 83.* Postea simile quid observavit Excell. Frommanus ejusdem *Decuriæ Ann. 6. Observ. 185.* consignatum, ubi etiam laboriosus est in reddenda ratione rarioris hujus sudoris, qui videatur loco notato, si libet. Hac vice gemino alio confirmabo observationem exemplo. Hoc ipso Anno 1690. in ætate usuram vitæ clauderat Neonekoviæ propè Grumbergam Rusticus 78. Annorum. Neuchristoph dictus, qui dum vivebat semper erat rosea facie, Prodromum mortis habebat, hemiplexiam, qua detentus decubuit sex menses, & finitis his vivere desuit. Statim ab obitu adfuit sudor per triduum, quo completo, inditus loculo terræ mandabatur. Guttulæ tam copiosè extillarunt, ut nisi linteo abstergerentur, sponte profluxerint absque intermissione. Nobilis primarius hujus Ducatus, inter discursus idem de propria filiola confirmabat quod dum æstivo tempore obierit; custodes corporis sudorem animadvertent, ipsique indicant, putantes *das Magdlein vvere hinbrütig und nicht todt*, id quod ipsum commoverit ut distulerit funerationem per diem. Verùm cum nec vita redierit, nec stillicidium sudoris intermiserit, demum cryptæ avitæ inserere jusserit, Nobilissima matre paucio tempore interjecto etiam obe-

unte & ipsam insequente. *D. Samuel Ledelius Ephemerid. Germanicar. Ann. 9. Decur. 11.*

De Sudore sabuloso.

Vetulam quandam viduam M. D. vultu membrisque ad venustatem parum compositam, morumque urbanitate non aded limatam quondam hic loci juvenis 27. annorum (*om haer Gellekene niet om haer Velleken*, ut Batavi loquuntur) sibi sponsam eligerat. Nuptiis certi dies desinebantur, quibus in lætitia finitis, cæteri qui insequabantur, perpetuis rixis ac altercationibus consumti sunt, neque tantum maledicis verbis sed verberibus vetula cum juvene marito concertabat. Qui contra parum uxoris ingratiæ cervicibus parcens, repetitis ictibus non raro in eam desæviebat, inter ærumnas igitur ac miseras durante infelici hocce matrimonio ad aliquot annos, vetula tandem pristinae libertatis jacturâ factâ maritique imperio succumbens arcanò animi & paulò post manifesto satis corporis morbo quatiebatur; sic ut fermè biennium variis accidentium generibus in lecto detineretur, quæ inter primaria erant tumor abdominis asciticus & procidentia ani cum fluxu hæmorrhoidum. Uti verò raro iis, quibus animus pacatus & tranquillus non est, corporis medicamenta profunt, sic in hac muliere idem evenit, quæ tandem tum animi tum corporis ægotationibus, magis magisque contabescens, tædiosam cum morte commutavit vitam. Notandum verò id est, cuius gratiâ præ primis hanc observationem sisco, quod tribus ejus obitum præcedentibus mensibus, effusissimum sæpius ex poris corporis emiserit sudorem, eumque non quidem æquosum, sed modò viscidum ac pinguem instar sevi, modò arenosum. Quod ne gratis dixisse videar, sanctè testor, sæpe vetulæ maritum, me præsentem, erumpentem sudorem acie cultri abrasisse, eumque in calidam aquam injecisse, ubi statim sabulum interdum rubrum, aliàs flavum fundum vasculi petiisse observavimus, propriisque id ipsum manibus palpavimus: Quod verò cum faceremus, illud intra pugillos detentum paulatim dissolvebatur. Hinc non potui non pro tartaro aut sabulo scorbutico in venis & ipso sanguine generato hæcæ arenulas habere.

Similes historias ex *Horstio, Schneidero* & aliis tradit *Bonæ. anat. pract. sect. 24. lib. 3. §. 4.* ubi indutrio quondam Philosophiæ naturalis Professori D. Sperlingio, in morbo qui demum ipsi lethalis exitit, idem accidisse postque sudorem copiosas arenulas cuti in diversis partibus adhæsisse legitur. Plura exempla de sabuloso sudore suppeditat *Clar. D. Paullini Ephem. dec. 2. A. 6. Append. observat. 1. & A. 5. Appendic. observat. 85. D. Joh. Petr. Albrecht. Ephemer. Germanic. Ann. 9. Decuriâ 2.*

Sudor sanguineus in Juvene.

Juvenis quidam Studiosus NN. cum propter insolentias nocturnas & alia tentata carceri injiceretur, talem timorem & anxietatem cordis passus est, ac si ad mortem usque deliquisset, ut sparsim in pectore, manibus & brachiis, guttulæ sanguinis erumperent & transfudarent: Re ad Inclytum Magistratum delatâ, jussus sum eum visitare & historiam explorare, quæ omnia cum oculis meis vidissem, & incarcerationum in periculo vitæ constitutum deprehendissem, ad instantiam meam (poenâ quidem reservatâ) dimissus, & tenuior factus sanguis, sublata omnianxietate, ad pristinum statum reductus est. *D. Georgius Tobias Durrius Ephemerid. Germanic. Ann. 10. Decuriâ 2.*

Sudor sanguineus infantis recens nati.

Uxor Domini NN. utero gerens, tempusque graviditatis brevi emensa, incidit in febrem calidiorē, quæ licet à principio narium Hæmorrhagiam non exiguam habuerit sociam, in tantum tamen non obstantibus quibuscunque remediis, fuit adaucta, ut ad tumultuantem humorum æstum demulcendum, sectionem venæ in brachio suadere debuerim; hæc tam feliciter successit, ut lapsis horis bis viginti quatuor, patiens omni febre immunis redderetur, & tertio inde die, qui erat vigesimus primus Octobris Anni millesimi sexcentissimi octuagesimi noni, partu felici filium ederet sanum, robustum & incolu- mem, qui tertia post partum septimana, tam floccidus & debilis evasit, ut de ulteriori ejus vita actum videretur. Cumque Avia filioli quasi agonizantis, statum deploratum quodam mane parenti referret, illa socio suæ reponens, inquit; somniavi hac nocte, seu potius per somnum mihi dici inaudivi, hunc filium meum gaudium nostrum fore, & solatium; filiolum autem quam habeo unicam, loco filii morituram. Et ecce mira quæ subsequitur utriusque infantis metamorphosis. Filiolus, utut debilis & languidus, vitam in alterum usque diem protraxit, cumque mane ab Avia sua è cunis, & linteaminibus evolveretur, cum summo stupore deprehenditur circa brachium dextrum, præter universi corporis sudorem, rubicundissimo madere sanguine; utque tam insoliti phænomeni causa pateret, indusium detrahitur, inquiritur ubi esset vulnus, ex quo tanta cruoris copia, quæ tota manica fuerat tincta, emanavit, sed reperitur nusquam. Infans interim vegetior, & vicacior apparet; melius copiosiusque à matre lactatur, ac more consueto in cunas deponitur. Postero die à matre elevatus infans, iterum ut die priori circa brachium sanguine rubere conspicitur, fonte, unde purpureus hic effluerat rivulus, non apparente; hæc sanguinis in brachio dextro eruptio 5. si fallor 6. diebus perfluit, parvulo pusione semper in melius proficiente; his elapsis, sanguineus sudor brachii dextri erumpere cessavit, sed mox in sinistro, eodem modo quo in dextro, proflire cepit, cum dicrum aliquot continuatione, quibus exactis cruenta illa diaphoresis evanuit, parvulo patiente extra omne periculum apparente. Filiola, quæ biennium fere compleverat, formæque suæ & docilitate utrumque parentem multum delectarat, vix fraterculo restituta salute variolis perniciosissimis corripitur, quibus die septimo, missella non sine parentum lacrymis succubuit. Denata sorore, fraterculus quantumvis debilis adhuc, & excarnis, eodem intestatur malo, sed quasi jam ipsa natura de parvuli conservatione sollicita, pustulas primò copiosiores & majusculas in vultu, absque omni malo symptomate protrusit, quibus sine ullo vestigio perlanatis, alias non tam in vultu quam reliquo corpore frequentiores exclusit; quæ similiter ad debitam maturationem deductæ, maculis nullis omnino relictis deciderunt. Periculis hisce devictis, parvulus pusio, integro anno perfluit sanus, donec dysenteria, quæ Epidemicè proximè elapsa æstate apud Consulentinos grassabatur, correptus, ad extremam maciem & marasimum deduceretur, & licet hic iterum spes salutis valde angusta aut nulla, vicit tamen nihilominus hunc serpentem herculeus infans, jamque sanus in arundine equitat, tympana pulsat, cantat, lætusque saltat. *D. Alardus Mauritius Eggerdes Ephemerid. Germanic. Ann. 20. Decuriâ 2.*

De Sudore Cruento frequentiore.

Uxor Viri cujusdam hujus civitatis in dignitate senatoria constituti, temperamentum sanguinei, olim frequentibus & nimis hæmorrhagiis obnoxii, modo verò eufarcè habentis, nuper, dum ejus filiam febre hæmorrhagica afflicta curarem, visendam mihi præbet vitam cubicularem, quam ubi exactius contemplantus fui, deprehendi, hinc inde eam satis notabiliter cruentatam fuisse ex sudore præcedentis noctis, quale etiam indusium erat; refert penes hoc jam præcedentibus diebus quoque observatum fuisse; quin & aliquot diebus elapsis, narrat denuò & vittam & indusium simili cruore notabiliter conspurcatum fuisse: habitus corporis totus, ut dixi, eufarcus est, & absque omni labe, in quo nec minima excoariatio apparet; terrebantur hiuc conjuges, crexi tamen animum, dum demonstravi naturalem omnino esse posse hunc sudorem; per arteriolas enim minimas ferri ad cutis glandulas miliares, & ita forma sudoris evacuari; idque vel maximè, quod ex præcedentibus hæmorrhagiis, sanguis fluidior videretur, quibus & modò acquiescunt, nec amplius attendunt. Plura non addo, dedit enim jam *Decur. 2. Anni 2. observ. 34. Ephemerid. Academ. Naturæ Curios. & singulariter ejus doctissimum Scholium. D.D. Johannes Jacobus Franciscus Vicarius, Ephemer. German. Ann. 1. Decuriâ 3.*

De Sudore vino simili.

Narrat Clariss. Franc. Zypaus in suis *fundam. Med. Phys. Anatom. part. 2. cap. 3. artic. 17.* aliquem à largo potu vini Hispanici, sudorem illi similem reddidisse. Similiter ego quoque observavi militem à vini generosi liberali potu sudorem vino nigro similem effudisse; Et de quodam Hebræo recordor, quòd ætatis tempore, sudorem subrubrum, sub axillis præcipuè emisit, quo indusia tingebat, & vestes rubro colore foedabat. *D. D. Joseph. Lanz, Ephem. Germ. Ann. 1. Decuriâ 3.*

SUFFOCATIO UTERINA.

De Suffocatione Uterinâ vide quæ habentur ex Clariss. Michaelis Etmullerò, sub Titulo *Mulierum morbi. Hic tantam rursus, Curationes & Observationes aliquot.*

Curatio Clariss. Theod. de Mayerne.

In Passione & Suffocatione Uterinâ, clyster sequens injiciatur.

℞. Radic. aristoloch. rot. & bryon. an. ʒss. fol. malv. alh. violar. parietar. an. Mj. summit. arthemif. & trifol. odorati an. Mss. flor. chamæmeli, hyperic. sambuc. an. p. ij. sem. anif. fenic. cumini, baccar. laur. & juniper. an. ʒij. f. decoctio & colatura, in cujus ʒxxi. dissolve mellis vulvaræ & mercurialis an. ʒiij. Sacchari rubr. ʒii. vini muscatellini ʒiii. Mf. f. clyster. injiciend. hor. 5. p. m.

Proximo mane, si opus fuerit, mittatur sanguis è brachio: postridièque leniter purgetur.

Vinum Chalybeatum cum radic. & herbis aperientibus & hysteriis eidem infusus apprimè utile est.

Apozema sequens specificum est.
℞. Cortic. cassiæ fistulæ optimè loti vino albo & à meditullio liberati contus. ʒj. ligni aloës ʒii. cort. rad. cassiæ ʒiij. sem. myrrhid. odorat. ʒii. f. omnium

num decoctio in ℞iij. aq. fontan. ab ℞j. consumptionem, f. colatura, cui add. vin. Rhenan. non adulterati ℞j. spir. sulph. & sal. gem. sine ulla alterius salis additione præparati ana ʒj. sal. card. bened. & artemis. ana ʒij. mf. omnia exacte, mox add. ol. tart. per deliquium præp. q. f. ut omnis aciditas penitus extinguatur, agita; add. syr. flor. vetonic. rub. & flor. pœon. ana ʒij. syr. moror. rub. Idæi ʒj. aq. cinam. coch. ʒ. mf. Capiat ʒv. si possit, sin minus, ʒv. bis in die longè à passibus per 6. dies vel plures, pro re nata.

Specificum aliud (præcipuè pro innuptis).

℞. Lienem bovis castrati ab omnibus pelliculis diligenter mundatum & in minima frusta concisum num. ʒ. puleg. regal. matricar. rutæ, nepet. menth. siccorum ana ʒiʒ. eupator. Mesue sive agerati ʒj. seminum viticis & rut. ana ʒvj. His omnibus affund. vin. spir. ut supernatet ʒ. digir. Digere in balneo Roris per triduum. Cola, exprime, coagula ad mellaginem: cui add. croc. subtilissim. pulv. ʒiij. castor. opt. ʒʒ. camphor. ʒ ii. Mf. Redige ad pilul. consistentiam ad usum.

℞. Mass. emplastr. pro matrice ʒij. gumm. tacamahac. ʒj. galban. in vin. Hispan. solut. & inspissat. ʒj. pulv. subtiliss. trifol. odorat. ʒiv. camphor. ʒj. mf. & addit. tantill. styrac. liquid. colati f. Massa Emplastr. cujus portio extend. in aluta ovalis figuræ & applicetur umbilico pubem versus. Umbilico autem indantur gr. ij. moschi, & totidem zibet. bombace involuta: Gestetur continuò, & octavo quoque die renovetur.

Zulapium hystericum, sed prodest in paroxysmo.

℞. Aq. stillat. bryon. ʒiij. menth. & hyssop. ana ʒj. absinth. ʒij. hysteric. ʒiʒ. theriac. stillat. spiritus castor. per infusion. præp. ana ʒx. syr. flor. pœon. mar. & artemis. ana ʒix. sp. vitriol. q. f. ad gratam aciditatem. M. detur cochlear unum & alterum pro ratione necessitatis in paroxysmo.

℞. Aq. stillat. pomor. redolent. ʒvi. aq. hysteric. ʒi. syrup. flor. vetonic. rub. & de cort. citr. ana ʒvi. spir. vitriol. q. f. ad levem aciditatem: Mf. pro 2. dof. sumend. hor. octava matutin. & quinta p. m. longè à passibus.

Pilulæ hæ sunt efficacissimæ.

℞. Rad. Aristol. rotund. gentian. an. ʒi. asæ foetid. sagapen. in vin. Canarin. solut. traject. & inspissat. myrræ an. ʒiv. rutæ, trifol. odorat. flor. matricar. & chamæmel. nobilis an. ʒiʒ. sæcular. bryoniae, cinamomi albi, flor. lavendul. cortic. exterior. cir. & aurant. debite siccata, an. ʒii. testiculorum equi debite præparat. ʒiii. Terantur terenda ut alkool, omniaque mista excipiantur f. q. succ. puleg. regalis cum sacchar. inspissat. ad mellaginem, & f. massa pil. ad usum; adde gutt. pauc. ol. stillat. assafr.

℞. Hujus massæ ʒiij. Croci sideri ferment. Aloës rosat. an. gr. xlv. Mf. f. massula dividend. in novem part. æqual. pond. pro totidem dof. sumend. hor. 4. ante prandium superambuland. Superbibatur haustus posteti calentis.

In hoc remedio perseveret per dies novem vel plures pro facili tolerantia & successu.

Pilul. hysteric. magistrales. ℞. Baurac. sæcul. bryon. an. ʒi. pulv. subtiliss. sabinæ, rut. puleg. regal. an. ʒv. sem. matricar. ʒiij. cort. cass. fistul. cinam. inter. osium dactylor. an. ʒiʒ. castor. ʒij. sem. passinac. major. trochisc. myrrh. an. ʒij. sperm. ceti recent. sal. artemis. an. ʒʒ. ol. stillatit. sabin. assafr. an. ʒi. ol. cinam. succin. an. ʒʒ. testium equi condit. tertiam partem reliquorum (viz. ʒij. ʒx. gr. x.) Mf. & cum syr. de artemis. f. pilulæ, sumat. ʒv. vel v. duabus horis Medicis.

NB. Licet moschus & ambra grif. cæteraque odorata, noxia sunt odore, i. e. naribus admota, non autem in stomachum assumpta, ubi partem reborant, & diffusis per vasa vaporibus ipsum uterum recreant.

Instituatur balneum aq. dulc. in quò calidò & probè testò per noctem infusa fuerint simplic. seq. rad. alth. & malv. cum toto, fol. multa mercur. utriusque atriplicis, betæ, chamæmeli, præsertim verò ebuli, & flores multi sambuci. Moretur in eò manè per horam unam, vel diutius, prout vires ferant: ne sit autem nimis calidum. Perflet in hujus (alternis diebus renovati) usu per plures dies.

Ante ingressum balnei indatur passus seq. qui per totum balnei tempus contineatur.

℞. Fol. virid. mercurial. & valvar. an. Mi. rad. recent. ebuli ʒij. agaric. ʒij. terantur omnia in mortario in pulvem qua repleatur sacculus oblongus ex syndone (vocata *Tiffany*) qui delibutus melle mercuri: ali indatur penitissimè, propendente filò.

Tandem saphenæ apertio, vel hyrudinum ad venas sedales applicatio, si malum perseveret, institui possunt: ut & suffumigationes ex stercore ovini ʒiv. Croci ʒʒ. *Hællenus Theodor. de Mayerne Praxeos. Medicae lib. 3.*

Consultationes.

De Praefocatione uterina; Angustia sub costis mendosis; Frigiditate partium inferiorum sinistri lateris, & aliis Symptomatibus. Pro Juvene elegantiss. Sina Regiensi.

Mulier annorum 27. temperamenti calidi & humidi, candida, venosa, capillis nigris, ad actiones prompta, duobus fere abhinc mensibus abortu excussit puellam mortuam, non profluentibus lochiis, nec ullo succedente urinæ profluvio, non sudore, vel lacte conspicuo; imò nec copiosis quibusdam dejectionibus: quanquam alvus illi melius respondeat quàm antehac; cum quolibet tantum quinto die descenderet, nunc autem quotidie, & quidem materiâ sæculentiâ concoctâ. Plures antehac abortus ejecit, nulla molestia: à quibus menstrua integro mense fluxerunt; atque sexta abortus die hystericæ passionem exercuerunt horæ circiter spatio, quæ frictionibus infernarum partium, venæ saphenæ sectione, cucurbitularum usâ, & ligaturis cesserunt; superfluit tamen angustia quadam in utroque latere, sub costis spuriis, irrequieto corporis motu, & frigiditatis sensu in sinistro femore, crure, & pede; necnon calida evaporatione, in caput, horæ circiter quartam partem; qua evanescente, leviter incaluit pars sinistra; semper tamen superfluit angustia sub costis, cum flatibus in ventre, & totius corporis horrore, sine febre. Consilium propterea nostrum exposcit.

Quò itaque his affectibus occurramus, juxta cum Viris Excellentiss. patientis curæ præfectis, omnia enarrata symptomata ab utero promanare statuimus male affecto ob suppressa lochia post abortum. Si enim, mensibus deficientibus, morbi sunt ex utero; ut prodidit Hipp. quanto graviores futuros censemus ex cohibito puerperio, sanguine scil. menstruo novem menses in utero coacervato, & concluso; ac proinde qualitate longe magis noxio; cum purior pars sanguinis in foetus nutrimentum cesserit. Cur autem postremo hoc abortu suppressi fuerint menses, qui à præteritis abortibus inoffenso cursu fluxerint, licet evidens nulla assignetur causa, internam tamen duplicem agnoscimus; calidi scil. innati noxam; & subsidenciam quan-

quandam vasorum ex foetu mortuo; tum & conflationem eorundem, ex inæquali cœli intemperie, & frigiditate; non sine copia sanguinis pituitosi, & melancholici in utero, ratione temperamentis præpollentis; Hyeme in primis; & Vere præteritis, admodum inæqualibus; qui calorem nativum foetus obruere, & extinguere non solum potuerunt, sed & abortum facilius excutere; cum irritata expultrice à foetus pondere, tum ob retentricem imbecilliorum, ratione laxitatis ligamentorum, prout ipsi antehac, & aliis frequenter contigit sub tertium mensis gestationis uteri; juxta Hipp. sententiam 5. Aph. 45. quodd. Quæcunque modicè copulenta abortiunt, secundo, aut tertio mense, sine occasione manifesta, his acetabula uteri plena mucoris sunt; nec præ pondere foetum continere possunt, sed abrumpuntur. Quanquam admitti possit etiam aliqua uteri contorsio ad partem lævam; cujus ratione, ejusdem partis refrigeratio quædam suborta sit, calidiori, & tenuiori parte ad superiora exhalante. Huic affectui successit angustia quædam sub costis spuriis, adhucnum superflua; non ex aliqua ventriculi offensa, ut visum quibusdam; sed ex compressione septi transversæ; necnon fortè à sanguine crasso, & melancholico, ab utero ad partes superiores, per venas gastricas remeante; à quibus & potuerint supprimi lochia in puerperio: quanquam & ipsius aliqua pars in flatu faeculentis, rugitis; & flatu toto ventre oberrantes excitavit, cum horrore, ex materia ichorosa confertim decurrente persentientes. Atque hæc de essentia, & causis horum affectuum.

A quibus incolumis quidem evadet, ut spero; non tamen levi adeò negotio, nec nisi longo temporis spatio, ob crassitatem, & frigiditatem humorum redundantium.

Inhærendum itaque erit attenuantibus, incidentibus, detergentibus, evacuantibus, & ad uterum attrahentibus; eo prius calefacto. Quæ præstabit remedia Chirurgica, Pharmaceutica, & Diætica.

In Chirurgicis, primas obtinet sanguinis educio ex saphena dextra revulsionis causa à superioribus, & derivationis à sinistra parte affecta; præmissa tamen accuratissima corporis purgatione; ne scilicet materia ad inferiora trahatur, & earum partium obstructions augeat; non prætermittis ante sectionem venæ uteri fomentis ex vino albo generoso, in quo effruberint pulegium, organum, ff. chamæmeli, matricaria, & artemisia.

Pharmaceuticæ sint Lenientia, Præparantia, Purgantia, & validiora attenuantia. In Lenientibus tamen species hieræ picæ Gal. potissimæ erunt; cum el. lenitivo. Præparentur humores oxymel. simplic. syr. de hyssopo, & pomis; cum decoct. betonice, borraginis, pulegii, & hyssopi; addita semper drachma sem. cremoris tartari. Purgentur demum iisdem speciebus hieræ, & el. de dactylis; vel agarico trochiscato, melle ros. sol. & syr. de polyp. composito; cum decoctione cordiali, ex infusione drach. ʒ. fol. sennæ. A quibus sanguinis tuto educi poterit ex saphena; adhibitis deinde validioribus attenuantibus, & incidentibus; puta, oxymel. composito, scillitico, & byzantino cum aceto; addita decoct. prassii, agrimonia, cetrach. radicem apii, foeniculi, cum matricaria, & artemisia; atque alternis diebus exhibitio decocto epithymi Mesues hujus decoctionis loco; quæ tandem excipiat purgatio, ex biera Pachii, ex tracto hellebori nigri, & elect. Indo. Ab his, sæviente adhuc dolore, locus erit decocto ex sassafra, & ligno Indico eraso, in jure galli junioris salii; cui incoctæ fuerint radices apii, foeniculi, & alpa-

Tom. IV. Pars II.

gi; cum sabina, & silere montano; præmissis illi bolo ex trochiscis de myrrha, & castoreo; cujus usus erit 20. dies circiter. Quo tempore foveantur partes superiores decocto uterino præscripto, ex vino albo generoso; adhibitis pessariis, ad menses revocandos; duos, aut tres dies ante justum eorum tempus, ex sabina, & mercuriali, cum myrrha, & croco. Suffitus quinetiam aromatum muliebria ducunt, ex Hipp. Crus autem sinistram lavetur aqua ardente.

Quibus accedat recta victus ratio, ex cibis attenuantibus potissimum. Vina sint modicè generosa; exercitium erit maximi usus, & Venus. Quæ potissima in casu præsentis duxi; atque ut ad vota succedant Deum enixè rogo. *Benedictus Silvaticus Conf. & Resp. Medic. Cent. 4.*

Uterina Suffocatio.

Vidua quædam Nobilis 25. annum agens, temperamenti calidi, & humidis, plethorici habitus, quæ septem annorum spatio Viro juncta, quater concepit & peperit, mensuris semper copiosis fruens, & pancreaticè vivens, tandem orbata Viro, mæssa fieri cepit, mensuraque consueta diminui, accedentibus paulatim rugitis abdominis, eructationibus, cum difficili respiratione & suffocationis sensu. Ab his supervenerunt ventris vellicationes, cum vomitu acidæ pituitæ, & sæpius, potissimum propè menstruas purgationes, veluti suffocata, extremis perfrigeratis, voce destituta, pulsu privata, respiratio aufertur, & tota frigida, sine sensu & motu, mortuæ instar jacet tres continuas horas, mox paulatim ad pristinum statum expergitur, pallida tamen & veluti obesa, cujus indicium præbet uteri laxitas & humiditas, ab eodem exsillans, cum intestinorum murmure. A qua molesta affectione liberari cupiens, de agendis consultit.

Sensibilis Animalium atque Vitalium functionum læsio, in hysterica Muliere, licet uteri præfocatio nominari soleat, strangulatio tamen verè non est, sed potius Apncea, idest ablatio anhelitus, quam Fernelius distinxit ab uteri ascensu, quæ si legitima fuerit, syncope uterina à pluribus appellata est, & nuncupatur modo in Nob. nostra Vidua Patiente. De cujus affectus causa non conveniunt inter se Medicinæ Scriptores. Hipp. enim eam refert in uteri siccitatem, quando à Venereo congressu non irrigatur, aut à defectu mensuræ sanguinis exsiccatur, cui assensisse quoque Aristoteles videtur, non dissentiente Platone, qui credidit, uterum esse animal, quod creandæ proles gratia moveretur, quod si privetur his quæ concupiscit, universo corpori nocere; Hipp. verò & Platoni subscripsit Aretæus, qui existimavit vulvam huc & illic, sursum & deorsum, sinistrorsum & dextrorsum, ad jecur, ad intestina & ad septum, penitus errabundam moveri. Paulus verò opinatus est, uteri præfocationis causam immediatam, esse ejusdem recursum, & Aetius, aversionem. Quorum tamen opinioni non accedit Gal. nec post eum Fernelius ipse, negavit enim Gal. uterum moveri, sed aliquando solum repletis ligamentis, vel à semine, vel menstruo, contrahi, ut in convulsione contingit ex repletionem, & propterea, ægrè semper ferre, velut animal, si eo privetur quod concupiscit, quod si exsiccatus, humiditatibus privaretur, eadem peteret à vesica, intestinis, vel à jecore per venas. Quare verisimilior erit opinio Gal. quod scilicet immediata causa sit frigidus vapor, vel à menstruo sanguine, vel à semine retento eleva-

M

gus

rus, totum corpus perfrigerans. Gal. sequutus fuit & Fernelius, qui addit menstruo sanguini, & semini, saniosam quoque materiam, à loci natura veneficam qualitatem adeptam; à quibus, ait ipse, vapor ex utero, non tam per venas & arterias, quam per cæcos ductus & latentes, in partibus naturalibus, & rugitus, & eructationes, & ventriculi lincinationes, cum vomitu acidæ pituitæ primò inducit: mox à septi compressione, & pulmonum coarctatione, & spirituum refrigeratione ac interceptione, extrema perfrigerat, vocem adimit, & sensum ac motum, cum pulsu omninò aufert. Non tamen ablata respiratione, Patiens vita privatur, quia exiguus ille calor, sola arteriarum & cordis transpiratione conservatur, absque ulla ab ore respiratione: unde veluti mortua jacet: insignis enim & magna est hujus mulieris præfocatio: quia non ex solis mensuris retentis, verùm & ex semine, ex quo major sequitur noxa, ortum ducit. Unde observavit Gal. Mulierem quandam, ex contrestatione crassum & plurimum semen excrevisse, & ab hac molestia liberatam fuisse. At in præsentia, cessat accessio atque invasio, materia vaporosa ab uteri frigiditate densata, & in humiditatem uterum laxantem conversa, vel cum Hipp. ex pituita à capite defluente, eodem humectato.

Est autem hæc affectio perquam periculosa, ocyssimè enim strangulat. Quare præceptum est periculum, ita ut non solum eadem die, sed etiam intra paucas horas interimat, & potissimum prægnantes & puerperas. Curatio verò difficilior, quia non solum à menstruo, sed à retento quoque semine provenit. Verum quoniam Patiens juvenis est, nec adhuc cacochymica, eisdem speranda salus.

Interim autem advertendum, quod quandoque accessio redditur adeo diuturna, ut mortuæ mulieres credantur, ideò cautè agendum, neque gossipio, aut lanæ, neque speculo, neque poculo aqua pleno fidendum, in arteriis enim transpiratio perficitur, securius quippè sternutatorio discerni potest viva à mortua. Tutissimum vero erit eas per triduum non sepelire, vivæ namque mulieres nonnunquam sepultæ, quandoque à medicis dissectæ fuere.

Medela hujus affectus duplex esse solet. Curativa & Præservativa. Curativa in accessione perficitur, Præservativa extra accessionem. Utramque seorsum proponamus.

Curativam quod attinet, quatuor debent esse medicæ intentiones. Primò enim divertenda aura venefica à partibus nobilioribus. Secundò facultas sopita excitanda. Tertio roborandæ partes principales. Quarto materia peccans sensibiliter & insensibiliter evacuanda.

Pro prima implenda intentione, in Chirurgico fonte, non est qui in accessione sanguinem mittere audeat, cum non adsit permittens, cujus loco, cucurbitulæ leves ilibus, coxis & inguinibus valdè conferunt. Ligaturæ quinétiam artæ atque frictions, ut & Sinapismi. Naribus foetida apponenda, Utero odorata, quod docuit Hipp. dicens, Tumorem ab hepate, cum manu, infra leviter detrudito, & præcordia cum fascia deligato, & os aperito: Vinum odoratissimum infundito, graveolentia naribus, odorata utero admoveto. Naribus itaque suffitus fiant ex castoreo, asa foetida, cornu cervino, pilis humanis ustis, plumis perdicis, unguibus animalium, oleo gagatis, oleo succini.

A proprietate juvat suffitus ex pulvere verrucarum quæ tibiis equorum adnascuntur. Utero verò suffitus fit ex ambra, moscho, styrace, benju-

no, calamo aromatico, balsamo, ladano, per canulam insinuatus. Ex hoc eodem fonte, facultati sopitæ excitandæ conveniunt sinapismi, dropaces, aspersio faciei frigida, evulsio capillorum, clamores, picationes infernis extremis partibus.

Pro tertia intentione, ex eodem, cordi epithemata & illitus fieri possunt, non tamen valde odoratis, ne ad nares pertingant.

℞. Aquæ melissæ lib. i. aq. flor. citr. unc. iv. specier. cord. temper. drach. ij. aq. vitæ unc. ij. aceti ros. unc. i. m. pro epith. cordis, quo amoto, illinatur oleo de scorpionibus Matthioli.

Pro ultima intentione, in hoc fonte, juvat excitatum sternutamentum, ut supra, & suppositorium acre. Pessarium paretur, cum non sit Virgo, ex succo matric. mercur. nuce moschata. Pro secreto habetur, perfricare umbilicum succo allii cocti, aloë misto. Prodest titillatio, manibus perunctis oleis odoratis, utero admotis, imò Avic. præcipit perfricationem usque ad feminis effusionem.

Ad quatuor jam dictas implendas intentiones ex Pharmaceutico fonte remedia hauriri debent. Pro prima, suppositorium acre paretur & immittatur, pro secunda, sternutamentum excitetur, insufflatione nigellæ, pyrethri, helleb. albi. Ol. saturni ad gutt. ij. umbilico infusum, statim suffocationem sistere dicitur. Pro tertia, in accessione præstantissima est Triphera magna sine opio, pariter aqua theriacalis, vel elixir vitæ. Pro quarta, oleum succini cum aqua cinnam. per os, & omnium maxime tinctura granor. sambucci, ad cochlear in exigua portione aquæ tot. citri, aut matricariæ. Extrinsecus vero ol. Jovis, à Crollio descriptum, umbilico illitum.

Præservativa perficitur extra accessionem. Primo diligens corporis expiatio curanda, habita ratione prædominantis humoris. Secundo materia in utero stabulans, menstrualis, provocanda: lemnalis, aut sollicitanda, aut absumenda, si saniosa atque corrupta, eluenda ac educenda, uterisque exsiccandus, & tertio, appropriatis præfocatio arceda.

Pro prima implenda intentione, sanguinis missio utique necessaria. Et licet Mercatus illam reprobet dum à semine fit, intelligendus in accessione. Educatur itaque ex brachio, tempore intermedio menstrualis expurgationis. Mox instantibus mensibus, repetatur ex pede, sed parca, & potius ex eodem foramine bis repetita. Vesicantia coxis applicata in usu sunt ad præfocacionem præcavendam. Verum ego pluries sum expertus sinapismos, duabus aut tribus horis ante accessionem, coxis appositos, eandem divertisse, quod est minoris molestiæ remedium. Cauterium, nisi valdè Patiens abhorreat, coxæ inurendum. Frictions pariter, & pedum lotiones sunt administrandæ, decoct. matricariæ, artemisiæ, pulegii, origani, calamenthi montani. Inunctiones utero ol. lil. albor. cum aromatibus, quod uteri theriaca appellari solet.

A fonte pharmaceutico reliqua desumuntur remedia. Sic leniatur alvus;

℞. Elect. lenit. unc. j. pil. massic. drach. j. m. f. b. Mox præscribatur hoc præparans;

℞. Mel. ros. simpl. oxymel. simp. aquæ cinnam. an. unc. j. m. per quinque dies, deinde

℞. Elect. lenit. diacath. an. unc. f. pilul. de tribus serup. ij. magist. mechoac. gr. vi. m. f. b. In ead valida præparantia deveniendum, præmisso tamen aquæ Tettuzianæ opportuno usu, quatuor aut quinque vicibus, cum vehiculo: mox

℞. Oxymel. squill. syr. de cicib. cum rhab. an. unc. j. decoct. cicib. borrag. end. melissæ, matricariæ,

Suffocatio uterina

tricarizæ, artemisizæ, capil. ven. unc. vi. m. pro syr. cui præmitti poterit bol. huiusmodi.

℞. Pulv. castorei, fæculæ bryonizæ, zedoariæ, an. ℥ss. vini aromatici q. s. m. f. bol. & aur. Sequuta hac præparatione, fiat talis expurgatio.

℞. Elect. diaphcæa. lenit. an. drach. iij. hieræ picræ, cum Paulo, aut diacolocynth. cum Acio, drach. i. m. f. b.

Quibus peractis, menstruorum provocatio erit tentanda, appropriatis rem. diis.

Pro femine verò, vel rursus Pat. Viro cohabitet: vel Venerem & semen extinguentia adhibeantur, cuiusmodi sunt, agnus castus, lactuca, ruta, cannabis, passinaca, mentha, rosa alba sicca, coralium album, peconia nigra.

Superest uterus corrigendus, confortandus, & exsiccandus. Et ideo aut metrenchyitis, aut infessionibus erit utendum. Pro metrenchyitis

℞. Bacc. lauri, juniperi, an. unc. s. sem. rutæ, cumini an. drach. ii. iridis, aristolochizæ an. unc. i. flor. salvia, rorismar. centaurii min. an. pug. i. aquæ comm. vini albi an. lib. ii. m. & f. decoctio, colaturæ adde pulv. ligni aloës, cinnam. nucis moschatae, theriacæ veteris an. drach. s. m. pro pluribus uterinis injectionibus.

Pro infessionibus verò, optima erit aqua Aponensis sulphurea.

Tandem appropriatis utendum, ut à præfocatione præservetur Patiens, quæ plurima & varia à Medicis proponuntur, à Philagrío, ex Actio, Diap. polit. & Diatriumpip. à Matthiolo, vinum album aromaticum, in quo ebullierit unc. i. radic. bryonizæ, à Gal. agaric. ad drach. j. in vino, ab Avic. gr. 15. piperis contusi in vino, à Paulo, Castoreum, ab Actio, acetum scylliticum, à Nicolao, pulvis gentianæ in vino aromatico, à Recentioribus, & à multis plurius experta, Triphera magna sine opio, cum castoreo, ungula alcis, cum radice zedoariæ, aqua theriacalis, ol. succini in aqua cinnam. fæcula bryonizæ, unctura granorum sambuci, ad cochlear, summum, in aqua totius citri, vel cord. Sax. & Daucus masticatus, ac in ore detentus, antè accessionem.

Aliqua sunt à proprietate juvenia observata, & primo ab Athenæo, vinum, in quo fuerit detentus piscis mulus. Gal. vero caput viperæ suffocatae, collo appesum, à præfocatione defendere protulit Lib. de Incarnatione.

Circa victus rationem, occurrit notandum, quod Hipp. vinum odoratissimum offert; Avic. vero illud prohibet. Verùm Hipp. præbet in accessione, Avic. prohibet extra accessionem. Unde & Celsus jubet vinu circumdendum esse in totum annum, etsi non revertatur casus. Quia tamen concedi solet, parari poterit medicatum, ita

℞. Radic. Angelicæ odoratæ, bryonizæ an. unc. s. fol. melissæ, pulegii, artemisizæ an. m. j. flor. rorismarini m. s. ligni sassafras incisi drach. ij. m. reponantur in sacculo, qui in doliolo pro potu quotidiano parato suspendatur. Ab acidis, dulcibus, siatulentis abstineat Patiens. Quæ pro salute ejusdem, dicta sine satis. *Raymund. Job. Fortis in Consultationibus super Mulierum morbis.*

Observationes.

Pro Suffocatione uteri.

Galbanum dissolvimus cum modico aceto, & in corio rotundo extendimus, & umbilico mulieris apponimus: hoc remedio infinitas præfocatas curavimus, & à paroxysmo excitavimus: pessus etiam in hunc modum paratur.

Tom. IV. Part. II.

℞. Gall. mosch. ℥ij. cinam. folii macis, cariophyll. an. ℥j. ambr. mosch. an. gr. iij. ladan. styrac. an. q. s. cum aqu. ros. mosch. F. veluti suppositorium utero indendum. *Petrus Forestus, observ. 31. & Schol. lib. 28. De Morbis Mulierum.*

Cum viderem virginem suffocatione uteri ex femine retento miserè torqueri, imperavi ut emplastrum contra matricem quo nos uti solemus, pudendo muliebri apponerent; quod cum fecissent, illico ad miraculum cessavit uteri suffocatio: emplastri nostri hæc est descriptio.

℞. Gall. mosch. alipt. mosch. styrac. calam. ladan. puriss. massich. an. ℥j. xyloaloes, xylobalsam. carpopalsam. galang. cyper. an. ℥ij. ros. rub. ℥iij. ceræ novæ ℥ss. pulver. pulverizentur & cum terebinth. q. s. F. Emplastrum ut artis est; hujus accipio ℥j. & obduco in circuitu galbano in forma rotunda, & umbilico appono; & inveni sæpe magnam utilitatem quotidiana experientia. Alia muliere suffocatione uteri laborante, cum neque emplastr. contra matricem, neque male olentibus naribus admotis excitari potuit, tandem nos vocati plumas perdicis istas naribus admovimus & mox ad se rediit: postea etiam eodem modo subinde recurrente, semper eodem remedio fuit restituta; tales igitur plumæ à quadam proprietate juvant: quare cum aliæ plumæ combustæ idem tam efficaciter non præstant, has semper deinceps paratas habere voluimus. Quædam puellæ nobiles pello ex tymo cum panno lineo subdito, à paroxysmis illico restitutæ sunt. Ad idem valet pessus ex floribus rorismar. Novimus alias sola masticatione sem. levistici, semel paulatim deglutendo à paroxysmo fuisse liberatas. *Idem observ. 32. & Schol. 28.*

Cum globum ex assa fætida & castor. pro odoratu naribus admovissemus, & hunc pulverem sequentem sumpisset, cum exigua cerevisia, accessio licet gravior cessavit.

℞. Rad. gentian. sem. dauci, ostrut. (j. imperator.) an. ℥ss. F. pulvis subtiliss. post tres dies redeunte uteri suffocatione adeo violenta, ut pro mortua haberetur, dedi ex cerevisia ℥j. pulv. matricalis, qui ita describitur à *Leonello.*

℞. Rad. distam. sem. dauci, an. ℥j. cinam. el. cass. lign. meliss. an. ℥ij. croci orient. ℥ss. castor. rec. ℥j. M. F. pulvis; sed accessio adeo erat violenta, ut neque pulvis juvaret, nec odor assæ fortidæ, castorei; nec plumæ perdicum usæ, quæ omnia tamen sæpe juvare solebant. *Idem observ. 33. lib. 28.*

Per os exhiberem decoctum tale.

℞. Galang. zedoar. el. bacc. lauri, rad. ligustici, an. ℥ij. gran. & rad. pæcon. an. ℥j. sem. cumini ℥iij. sem. dauci, passinac. sylv. an. ℥j. coq. in aqu. fl. tilizæ, betonic. & matricar. an. ℥ss. ad casum tertizæ parvis, de colatura dabis manè & serò cochlearia v. vel vi. calide: decocto exhausto darem de sequenti pulvere, quem sæpe in sedando dolore æstrangulatione matricis non sine fructu sum expertus.

℞. Sem. dauci ℥ss. sem. passinac. sylv. ℥ij. rad. pæcon. & gran. ejusdem excortic. an. ℥iij. rad. ligustic. sem. cumin. an. ℥iij. anterior. ossis cranii humani ex futura coronali ussi, cinam. el. an. ℥iij. baccar. lauri, zedoar. el. an. ℥ij. fol. betonic. rad. bistort. an. ℥j. succini albi, ammeos, seseleos, an. ℥ss. redigantur singula in tenuissimum pulverem & M. dosis manè & serò ℥ss. cum aqua matricar. beton. & modico vini albi clari.

Nicolaus Florentinus etiam laudat in tali casu pulverem gentian. in vino calido oblatum, & scribit hunc pulverem dolorem ventosum ex flatu crasso inflativo, tum proprietate, tum qualitate sanare &

& addit, dicunt quidam quod curat dolorem præsentem & præservat à futuro. Ad extra applicarem emplastrum de Galbano factum, & de baccis lauri, an. q. s. & applicarem sumini, vel solum emplastrum de baccis lauri, præcedentibus tamen fomentis carminantibus & anodynis sive humidis sive siccis. *Joh. Neuius, consil. 35. lib. 3. conf. Craton. &c.*

Cum uteri suffocationes in enixis eveniunt matricem etiam optimè purgata; nihil utilius semine dauci saccharo incrustato deprehendi, & usu confirmavi. *Abraham Seylerus, Epist. 31. lib. 6. conf. & Epist. Cratonis, &c.*

Frictionibus & ligaturis pedum, & præscriptis subsequentibus paroxysmum inhibuimus.

℞. Castor. ꝑ. iv. ass. foetid. ꝑi galban. ꝑi s. cum cera q. s. F. pomum, teratur manibus, & odor naribus percipiatur. Item,

℞. Pulv. fol. artemis. puleg. absinth. meliss. an. ꝑij. sem. cumini, angelic. an. ꝑi. galban. ꝑi. cum cera & terebinth. q. s. F. emplastrum extensum corio, ventri imo applicetur in forma accommodata. *Gregorius Horstius, observ. 11. lib. 5. De Morbis Mulierum.*

Quidam accipiebat septem circiter domunculas cochlearum, easque in pulverem subtilem redactas prunis inspergebat, jubebatque sceminas hystericas parte inferna sumum excipere: sincerè affirmabant omnes, sentire se, ac si quis filo matricem ad locum suum detraheret; quod postea sæpissimè à pluribus probatum, semper efficax compertum fuit. *Jeremias Martinus, observ. 36.*

Suffocationis Hypochondriaca in Viri exemplum.

Suffocatio Hypochondriaca, quæ in sceminis vulgo Hysterica vocatur, quo jure quæve injuriâ nunc nondicam, in Viris sanè notari meruit. Etsi autem tria mihi suppetant ejusmodi affectus in Viris exempla, unum alterumque in Sacerdotibus paganis Cimbriæ nostræ, tertium vetus jam & obloletum tyronique mihi ex discipulata cognitum, tamen hujus duntaxat memoria inter schedas mihi reperta, novissimis illis duobus, quorum unum rarioribus, quantum succurrit, stipatum erat circumstantiis, inter migrationis itinerumque longinquorum turbas dispersit. Ita autem ex commentario sonat, quam nunc recenseo, historis. Vir certus, quatuor & quadraginta annos natus, Saturninæ indolis, fortunæque adversæ casibus excipiendis minus idoneus in Nosodochium inferebatur Leydense, operam Medicorum imploraturus. Itaque rogatur, morbi initium & accidentia recenseret, quod ille non gravatus fecit. Accidit autem, ut inter alia de noxiâ sibi que valde incommodâ gulæ strangulatione & mole in eam intrusâ conquereretur; sed antequam hoc contingat, per Epigastrium & Hypochondria status mirâ volubilitate detonare, qui si in alvum desinant, minus esse à strangulatu periculi, si retineantur, sursum ad gulam reflecti, & post præcordiorum angustias spiritum quoque intervertere; in hoc statu tamdiu sese versari, donec vel Naturæ robore aut medicinis rupta flatuum viscositas commeatum laxaverit ructibusque viam fecerit. Hæc morbi facies jam ab aliquot mensibus ægrum distinguerat, & quævis aliâs, si taciturnitatem melancholicam exceperis, ingenio esset acri, vitalesque functiones mediocriter valeret, ab operis tamen textoris, quod erat hominis opificium, abstinere seque lecto affigere cogebatur. Nihil autem magis dolebat, quam pertinaces alvi obstructions, quæ nec durissimis medicamentis abigi poterant, adeo & pituita &

quidquid erat humoris austeri intellina pituitæque vias constrinxerant. Dulcia omnia averfabatur, quippe quæ sibi noxia usu intellexisset; simul ac ad tristitia cogitatione prolaberetur, in propinquo Paroxysmus. Verbo, omnia, si mentis immunitatem præterea, tam commodè muliebri illud vitium Symptomatum affinitate exprimebant, ut nisi sexus diversum suavisset, ab Utero profectum jurasset. Uterina sola malum levabant, odores quoque ingrati Asæ foetidæ, Castorii, & Salium Urinosorum in partem solatii veniebant. At nostris quidem auspiciis non in totum restitui potuit, tum quod tempus nimis breve nacti essemus pro illo morbo, tum quod cum animi tristitiâ, quæ originem malo dederat, usque consistaretur: erant tamen Paroxysmi multis partibus leniores quàm pridem, neque metuebamus, ne in horribilem mulierum suffocationem transirent, sexu & naturâ corporis satis validi hoc prohibentibus. *Johan. Nicol. Pechlinus in Observationib. Physico-Medicis.*

SUGGILLATIO.

Vid.

CORNEÆ MORBI.

SUPERFOETATIO.

Superfoetatio (dum scilicet post conceptionem Sordinariâ naturæ lege peractam à novo coitu aliquando nova quoque & secundaria succedit) rarum est contingens, inter millies millenas imprægnationes & partus solitos juxta mandatum Majestatici illius: Crescite & multiplicamini, subsequens. Cum autem miserè exerceat nondum exercitatos juniores, ac puerperio adstantes sceminas, nec multum in historiis Medicis de hac tradatur, lubet sequentia producere. Fœmina 26. annorum, vegeta, factum ex uteri ergastulo, orbis amplitudini exhibitum, expectat quot horis horam à primo ac caelesti conjugii Autore ipsi ad hoc opus destinatum, & tandem parit filiolum methodo sceminis consueta, sanum, hunc simul insequente suâ secundinâ, ac lochiorum solitorum portione; proinde hilari mente sibi quoque gratulatur de illo naturæ debito (cujus gratiâ mulieres beatas solatur ac honorat Sacra Scriptura absque majore molestiâ persoluto. Verùm quid sit? Restat insignis abdominis tumor, motus inibi manifestè sensibilis, dolor alternans, lochiaque partim retenta; puerperâ tamen vegetâ obambulante. Obstetrix præfagit, à Geminis alterum mox quoque esse proditurum; sed statu uno eodemque per biduum ita perseverante, hæret Lucinæ cum Consiliariis sceminis aqua; Propterea accersiti curant; Puerpera præprimis ulteriorem partum expectans non sine cordalio queritur, quod quasi sola inter millenas mulieres peccaverit, dum non experiatur hilare illud factum gravidis ac puerperis aliâs commune. Sed bono animo eandem cum adstantibus esse jussi, indicans, expectandum esse superius notatum superfoetationis finem, priore partu non minus jocundum futurum; addebam non minus joco serio, hæc animo eo generosiore esse toleranda, cum hujus sue fortunæ ipsamet fuerit fabricatrix, per coitum scemundum scilicet uno plorem peractum vel admissum. Mente itaque sic composita, ac tranquillâ septimo demùm à priore partu die exit alius puellus, hunc juxta mandatum naturæ insequente suâ secundinâ, lochiisque residuis suâ pen-

Superfœtatio

penfom abfolventibus; & hucusque, dum hæc scribo, vivit Mater cum bigâ filiolorum fanâ. Inter illa partus interfittia dedi faltem aliquando, pro roborandô Archæô, tincturam corallorum, effentiam mumiaæ alcalicam, effentiam terræ catechu, item alteratim pulveres è præparatis, quæ vocantur, v. gr. ebore, unicornu fossili, coralliis, addita cinnabari meâ fixatâ. Septimanâ hanc inſequente, in eadẽ plateâ in domo jam dictæ fœminæ è regione aliâ habitans idem planè experiebatur fatum, quod modò retuli, aliaque rariffimè accidit, ſuperfœtatione ſexto ad ſeptimum die itidem ſuperveniente ſine aliquo incommodo. *D. Gabriel Clauder. Ephem. Germ. Decur. 2. Ann. 7.*

Superfœtationum alia Exempla.

Uxor cujuſdam Chirurghi Amſtelodamenſis Ann. 1686. infantem robuſtum & viventem peperit: Sex horis poſt hunc partum, in lucem quoque edidit embryonem minimum, ac quaſi unius menſis, in quo notata fuere digna, primò, quòd funiculus umbilicalis tot hydatidibus refertus, ut totus videretur concatenatio veſicularum a quo humore refertarum. Unde hoc? Secundò, placentulam tantæ magnitudinis & craſſitiei inventi, ut in fœtu trium menſium raro craſſiorem & majorem repererim. *Friederic. Rbuyſb in Obſerv. Anatomico-Chirurgicis.*

In muliere raro evenit ſuperfœtat. Sed factum tamen aliquando eſt, inquit Philoſophus. Plinius adſupulatur. Et libro integro de ſuperfœtatione ſcripto, ut omnes taceant, hoc irrefragabiliter teſtatur divinus Medicorum Magiſter. Interim ſuperfœtationis natura & ratio tantis difficultatum involucriſ eſt implicita, ut plerique eam fieri non poſſe exiſtimarint: ſed audiendi non ſunt, inquit Laurentius. Nequaquam audienda eſſe iſta ſpeculationi ſuæ tam addicta ingenia; ut quæ ipſi, quomodo fiant, non percipiunt; audacter, dicam, an impudenter negent, omnemque denegent fidem viris quantumlibet probis, qui ſe, vel vidiffe, vel expertos eſſe conſtituant ea, quæ ipſorum excedunt ſcientiam. Cùm ergo ſuperfœtationem dari præter antiquos elament Laurentius, Sennertus, Nicolaus Florentinus, Paulus Pereda, innumerabiles alii: & tamen pervicaces iſti longe pëtitus, vel tantum auditu cognitâs ogganniant eſſe hiſtorias, volui hic etiam extare luculentum ſuperfœtationis exemplum. Qui teſtimoniis tot & tantorum virorum non convincuntur, veniant & videant duo penes me ſelecta geminorum uno partu editorum, quorum alter octo erat menſium, alter quantum nunc ex offibus apparet, & tunc, cùm carne veſtita mihi offerrebantur, ex toto corporis habitu apparebat, quantum menſem nondum atigerat: quod etiam figura appoſita ſpectatorem liquido ſatis docebit.

Quamvis non multæ aliæ exiſterent ex obſervationibus rarioribus utilitates, hoc ſaltem haberemus, ut neotericorum experientia fidem aſtrueret veterum ſententiis, quas plerunque increduli iſti ad fabulas rejiciunt, quia nihil fere eſt rarius, quod non commentis ſuis vel illuſtrarint, vel obſcurarint, qui tum erant populorum magiſtri, Poëtæ. Quorum allegoriz, dum rerum veritatem quidem explicarent jucundius, factum eſt, ut populus adhæreſcens externo parabolarum cortici, nucleum, qui ſub iis latebat, negligeret: ideo quæ de Alcmenæ Herculem & Iphicem patientis ſuperfœtatione myſterioſe magis, quàm vere ab iſis dicuntur, non atali: ne parabolica iſta, tam clariſ experientiis objicerent tenebras dubitationis. *Theodorus Kerckringius in Spicilio Anatomico.*

Tom. IV. Part. II.

In ſuperfœtatione Conſilium.

Juvenis Mulier, 30. annum agens, totius & uterique temperamenti calidi & ſicci, uterum ſiccum ſemper habens, excepto menſtruorum tempore, gracilis habitus, & ſalax, tardè Viro nupta, tandem verò robuſtum adoleſcentem forſita, cum quo frequenter maxima cum delectatione deliciis fruëbatur, anno elapſo peperit filium; mox rursus concepit; & tandem jam ab octo diebus fœtum naturalem peperit maſculinum, feliciter quidem cum ſecundina; verùm poſt partum ventre adhucnum tumido, cum manifeſto ac frequenti motu ex una ad alteram abdominis partem, & lochiis primo ſolùm die expurgatis, inappetentiam quodammodo patitur. Medici autem adſtantes urùm alter in utero fœtus deliteſcere poſſit à nobis quæerunt, & de agendis conſultunt.

Alterum fœtum in utero habere juvenem hanc, facile credi poteſt, ſi primò conſideremus ejuſdem temperamentum, tum totius, tum potiſſimum uteri, calidum & ſiccum; quem fœtum, non cum nato gemellum, nec eodem tempore, ſed per ſuperfœtationem conceptum fuiſſe cenſemus; quæ licet contingat, quia aliquando poſt primum conceptum non claudatur os uteri; in hac tamen ſalaci Muliere, quæ Viro ſuo frequenter concubuit, veriſimile nobis eſt quod licet os uteri à primo conceptu ocluſum fuerit, ob magnam tamen in coitu voluptatem rursus hære potuerit, ita ut ſuperfœtatio ſit ſubſequuta; quam non in medio uteri conceptam fuiſſe credendum, ſed in alterutro cornu; namque ſi in medio, à primo fœtu & veteri jam excluſo expulſa fuiſſet. Superfœtationis verò ſigna, præter jam enarrata, hæc ſe produnt, nimirum aliquis ventris dolor, inappetentia, & omnium maximè ventris intumeſcentia ſuperſtes; ſicut vitalem atteſtatur motus de loco ad locum, qui neque in extincto fœtu, minus verò in carnoſa mola perciperetur. Neque caſus impoſſibilis, licet rareſt ſuperfœtatio; ſiquidem contigit Uxori Gorgiæ in Lariffa. Quam admittit quoque Ariſt. narrans Herculem & Iphicem fabuloſè uno partu natos. Nota & apud Plautum Amphitryonis fabula; prout & Plinius narrat de Proconceſſa ancilla, quæ & Domino & Procuratori filium genuit. Sic refert Nicolaus fœminam quandam peperiffe maſculum, & poſt tres menſes alium, amboſque vegetos vixiſſe. Dodonæus verò narrat aliam Mulierem peperiffe maturè filium, & poſtridiè alterum quadrimeſtrem. Rouſſetus, quod Mulier quædam tres filios ſimul geſtaverit, quorum unum peperit circa quintum menſem, alios duos poſt octavum. Scribit Bauhinus quod Mulier feliciter puellam peperit: ceſſante verò purpério alterum filium. Et tandem Saxonia, memora Nob. Mulierem filium peperiffe nono menſe, perfectum: octo verò poſt dies alium non ita perfectum & quindecim diebus poſt duos alios. Neque credimus, cum Braſavolo ſuperfœtationes epidemicas dari; eo quòd ſit adeò rarum, ac proinde, ex Cardano, opus habeat cauſis communibus atque efficaciffimis: propriam ſiquidem & adequatam cauſam aſſignat Ariſtoteles, hiſ verbis. Sicut ex uno coitu plures infantes concipiuntur; ita & ex diverſis congreſſibus plures fœtus, unde ſuperfœtatio. Quare, cum cauſam manifeſtam habeamus, non eſt quod occultam ſolliciti quæramus.

Eſt effectus mulieribus rarus, nec leve matri incommodum, & aliquando periculum offerens; præfertim niſi ſtatim à primo conceptu legendus edatur; etenim in caſu noſtro, à lochiis retentis ventriculi aſſiſtiones & præfocationes, & prævæ nutritiones,

M 3

& fe-

& febres laboriri possunt; præterquam quod duplicis secundinæ excretionem, largior & copiosior sanguinis effluxus sequi solet. Atamen, quia fœtus vivus, minus periculosa censenda, potissimum cum molesta symptomata non supervenerint, quæ mortuum fœtum, aut carunculam, in utero comitari solent.

Quare naturæ negotium omnino committendum; tunc enim tantummodò erit partus adjuvandus, quando primò natura parturitionem tentaverit, moderatis quidem, si fœtus vivat: validioribus verò, si mortuus ex propriis deprehendatur signis, prout & violentioribus quoque uti solemus in carnosa mola & caruncula.

In reliquis, hoc rerum statu, nil agendum, nisi quod si abdomen nonnihil laxatum fuerit à partu primo, adeò ut secundum fœtum agrè continere possit, fasciis ventrem sustentare bonum sit, ne peritonæo nimis laxato, & aliquando abrupto, excitetur hernia.

Hoc autem transacto partus periculo, vitanda fuerit ab hac Muliere superfœtatio; post primum conceptum à coitu & lascivis amoribus abstinendo. *Raymund. Joh. Fortis, in Consultationibus super Mulierum morbis.*

SUPERPURGATIO.

Vid.

HYPERCATHARSIS.

SURDITAS.

Vid.

AUDITUS LÆSIONES.

SYNANCHE. Vid. ANGINA.

SYDERATUS MORBUS.

Vid.

APOPLEXIA.

SYNCOPE.

Vid.

CORDIS MORBI.

SYNOVIA.

Vid.

JUNCTURARUM MORBI.

Finis Libri Decimi - Sexti.



JOH.



JOH. JAC. MANGETI
BIBLIOTHECÆ
MEDICO-PRACTICÆ
LIBER DECIMUS-SEPTIMUS.

De Morbis à Litera T incipientibus.

TABES. Vid. ATROPHIA.

TACTUS MANUUM.

De Morborum Curatione per *Manuum Tactum*, Curiosa quædam profert Clarissimus *Job. Nicolaus Pechlinus*, quorum recensio Lectori nostro, ut opinamur, non erit ingrata, nec Bibliotheca hæc Medicâ indigna.

Tactus manuum salutaris.



UID in mitigandis doloribus manuum tactus possit, vix quisquam est, qui non experimento domesticis didicerit; neque verò simpliciter admota manus, quæ & ipsa calore salubribusque effluviis plurimum potest, sed & compressio, etiam vehemens, plurimum conducere videtur.

Tumores quosque & extensiones à flatu manus commodè admotæ pulchrè temperat, imò, si fortius applicetur, etiam laterum dolores puncturasque imminuit, dum nimias Thoracis Costarumque expansiones, quæ fibras divellere doloremque augere solent, pressione compescit. Mirificum etiam in Hypochondrii sinistri doloribus, Splenem vulgò vocant, manus admotæ remedium; est enim, ubi alia non sunt, quæ juvare possint, præsens in beneficâ manu solatium. Nempe, cum nimia fibrarum intestinalium expansione dolores ingravescant, manus incumbens status æstusque illâ parte assurgentes opportunè coercet prohibetque nisu contrario, ne nimium evagentur, aut ubi in latum evagandi copia non est, in longum prorepant, adeoque diviso impetu unâ parte minorem excitent dolorem. Credibile autem manum calidam ferventiorumque præstare frigidâ, quòd comprimentis nisus in frigidis affectibus caloris effluviis valdè adjuvetur. Dolores Nephritici sæpe & ipsi, si ad latera & inania ventris convertantur, magnum à manu accipiunt delinimentum. In Vesicæ Calculo, qui

colis glandem excruciat dolor, nullo alio, quàm perpetui contactus frictusque mitioris remedio temperatur. In Capitis, Dentium & Aurium doloribus quid manuum fortior applicatio possit, etiam vulgò notum est, quid quod ipsi illi dolores manus beneficium ultro persæpe provocent. Ubi Suturae capitis invicem discessere, aut jamjam discessurae sunt, qui ipse dolor est immanis, nullum præsentius, quàm à manu comprimente, auxilium. Et verò in iis, in quibus frequens est ille morbus, cujus notas accuratius nobis descripsit Arnoldus Boonius, ad doloris itus reditusque manus necesse est identidem accedat, & hiatus discretas Capitis Saturas invicem resingat compingatque. Vidi hoc ego in Hamburgensi sceminâ, quæ gravissimis capitis doloribus à Sutararum discessu ortis affecta, ab admotis vehementius filiarum manibus solatium experiebatur, mox iterum ad remissorem contactum invalescente dolore, qui non antè sedari in totum videbatur, quàm dissipatis vaporibus ad se redirent laminæ arctiusque coalescerent. In Emphysemate doloribusque Ventriculi novus mihi est, qui felicem in se expertus manus *caudæ*, aliis quoque magno emolumento eam commendare solebat. Atque ab hujus quidem manu, dum Ventriculo admovebatur, emanans in superficie cutis serum, quâ manus sphaera sese explicaverat, doloris causam fagamque opportunè significabat. Hic autem præter contactum etiam effloviolum salutarium aliquem usum fuisse non de nihilo hariolor. Id verò, quod nunc proferam, manus medicatæ exemplum longè omnium, quæ vel vidi aut audivi, prodigiosissimum est.

Mirabilis historia de Medicato manus Tactu.

Inter præcipuas & admirandas sanationes, quas secula ostenderunt, recensenda est Nobilis Hyberni per Tactum sanatio, ante hos XXVI. annos in publicis hominum conventibus Londini, Oxoniæ, & passim alibi, tum in Angliâ tum Hyberniâ, frequentata; quò magis mirandum est, rem nostrâ memoriâ gestam tacitè elabi de manibus, & non esse

esse hodie, qui tam horribilis secreti famam ad animum revocent. Ad eò licere mihi puto narratione rei stupendæ præcipuam nuper segnescentem excitare, & vel ignoratione mysteriorum religionem, aut causarum recensu admirationem sui intundere. Editus est in eam rem liber linguâ Anglicâ anno 1666, ubi titulus, & titulo subjecta Viri imago hoc elogio ornatur: *Valentin Greatrakes Esq. of Asme in y Comty of Waterford in the Kingdom of Irland, famous for curing several diseases and distempers by the Stroke of his hand only.* In hoc sanè libro multæ narrantur & prodigiosæ curæ, quas salutaris manus ad invidiam aliorum effectas dedit. Neque jam ullam de veritate rei suspicionem superesse posse existimem, ut quæ tot & exquisitissimis circumstantiis narrata pudorem dubitanti imponere videatur; sanè, si quid unquam ad probandum historiæ fidem adferri à quoquam potuit, id omnino hic factum esse putem. Est hic personæ, est affectus, est modi curationis, est temporis, est testium, quibus inspectantibus res acta, est omnium, quæ desiderari possunt, copiosa & iusta deductio. Quamvis autem ipsæ illæ Ephemerides, quas auctor manu sua consignavit, dignæ sint, quæ omnium gentium linguis ad extollendam miraculi fidem evulgentur, tamen, quòd longioris sint argumenti & minutissima quæque in testimonium citentur, utique unius Decani Comorensis, Georgii Rustii Theologi & Faireclovii Astellique epistolas in Commentarij & Historiæ vicem hic adducere non pigebit, dum antè constet utrumque & Rustium & Greatrakium Josephi Glanvilli, Capellani Regii, Viri tum integerrimi tum perspicacissimi, commendationem meruisse. Literas autem apud Glanvillum in Scepti scientificâ Anglicâ linguâ exaratas Latine sic interpretor. Plurimas expertus est Valentinus censuras, nam, ut ingenium erat hominum, ita pro Mago, Impositore, Thaumaturgo, & Apostolo est habitus; ego autem fateri debeo hominem esse ingenium, pium, familiarem & ab omni furo & fallaciâ alienum, & ne quid monstri in religione alere videatur, ritibus Ecclesiæ Anglicanæ penitus additum. Fui cum ipso apud Dominum Conways ipsas tres septimanas, ubi vitam ejus moresque observandi plurima erat occasio; vel mille hominibus manum hominis adnotam sanationemque feliciter peractam vidi. Et, ut res prodigiosa sit, non tamen tota miraculum est. Morbos sanabat manu semel admota fugientemque dolorem ad extrema usque persequente; quod si dolores pertinacius insisterent impositamque manum morarentur, iteratis frictionibus facile eos de loco ad locum & à nobilioribus membris ad ignobiliora tandem ipsaque corporis extrema derivabat; plerique tamen omnes ad medicatæ manus contactum velut fascino deliniri morbos sentiebant. Scotomiam, Amblyopiam, perditissima oculorum auriumque vitia, nudâ manu sustulisse eum scio testorque oculatus; Epileptica me inspectante molli manuum tractu vel vicies percussit, idque intra tres duosve horæ minutas; Ulcera inveterata, imò & Strumas, quæ aliàs Regum videtur esse prærogativa, & ipsa manus feliciter sanabat, & quod plus est, tumores obstinatos & maturationem detrectantes ad puris naturam feliciter perducebat admota identidem manus, & sic aliquot annorum plagas intra quinque dies coire vidi; Carcinomata & scitrosos Mammarum tumores eâ rem fortunâ curabat. Neque tamen tot tantisque rebus gressis adducor ut credam, supernaturalem esse hanc vim aut miraculosam, cum neque ipse sit in hac sententiâ & insolitas dotes temperamentum planè singularis ingenio adscribat. Et verò

modus ille manus ægrosque exercendi satis argumto est, sine miraculo aut influxu divino rem confici; cura enim persæpe lenta est plurimique morbi iteratis manuum tactibus opus habent, alii etiam recidivam patiuntur & nonnulli planè non obsequuntur manui ducenti, sive quòd ingeneratus sit morbus, illi enim in universum occurrere non potest, seu quòd singularis complexio abhorreat. Ad eò existimo à Balsamicis quibusdam & medicatis corporis temperati effluviis, quod Tincturæ Universalis instar se habeat, totum hoc negotium proficisci & merè corporeum esse. Jam, quòd Greatrakium ipsum spectat, quis sit & qui ad tam egregium atque inusitatum donum pervenerit, putat is pro illâ simplicitate immediatum esse hoc Dei donum, idque hoc indicio. Nimirum, quatuor ferè anni sunt, cum mirificum quendam impulsus spirantisque genii vocem audiret, à quâ nullis admodum occupationibus sive feris seu ludicris liberare se poterat, ut quæ continuò auribus insulurraret: *I hav given thee the gift of curing the Evil;* Dedi tibi donum sanandi malum sc. Regium, Strumas. Tandem autem importunitate vocis perpetuò incumbentis fatigatus Uxori rem defert veneficium suspicatus Uxor non genio, non divino impulsui, non artibus Magicis, sed enormi atque eccentricæ Phantasiæ causam imputat. Quod eum in illâ continuantis susurri pertinaciâ adduci non posset ut crederet, liberandi sese ab hoc, quisquis esset, genio occasionem circumspicit; itaque dum insolitæ voci obsequi statuit, in occurrente forte muliere strumosâ experimentum manus sumit, neque mora, quin uno alteroque tactu foeminam percuraret; ad hæc animosior in plurimis aliis nunquam frustrante successu experimentum fecit. Jamque nonnihil ab incommodo illo vocis susurro liberari videbatur, cum invalescentes in viciniâ Febres novam genii aut Phantasiæ errantis vocem provocarent, quæ identidem auribus inferret: *I hav given thee the gift of curing the Ague;* Dedi tibi donum curandi Febres. Nihil jam trepidans ad hanc vocem Greatrakius ultro sese turmis febricitantium infert, & omnes contactu manuum, quâ parte dolor esset, persanat. Vix anni dimidium effluxerat, cum pacatum jam suique securum novæ vocis stridor incesseret inque aurem diceret: *I hav given thee the gift of healing;* Dedi tibi donum sanationis: Quòd cum ad universos & singulos morbos extendi posse religiosè crederet, propitiæ opinionis veritatem auspiciò comprobavit; nam quibuscunque inde morbis manum admoveret, ex facili omnes cedebant. Quòd prodigio territus non amplius sibi fidere, sed totum negotium jocanti Phantasiæ fortunæque lusui adserbere cepit. Itaque cum semel diu multamque super hac re cunctaretur animique dubius penderet, una subito manus paralytica concidit, ubi spiritus sibilo quodam admonuit, suavitque alterâ manu laborantem demulceret ac stringeret; & confestim profligatis doloribus membro sensus & vita rediere. Ac tum demum supernaturale esse & divinum negotium credidit totumque se & manus beneficium ad sanandos morbos convertit. Hanc autem verissimam esse historiam eorum, quæ in Hyberniâ acta sunt, planè sum persuasus. Quæ in Angliâ Londini & alibi in publicâ luce hominum facta sunt, pleraque ipse Greatrakius cum omnibus circumstantiis & testimoniis fide dignis integro libro enarravit. Extant verò etiam literæ Dn. Faireclovii ad Baronetum Wilhelmum Smit, & aliæ Jeremiæ Astelli, quæ, utut à Medicis sint scriptæ, tamen mirabilem Viri in sanando virtutem luculentè declarant,

tanta est Medicorum illorum etiam in professionis suæ fraudem integritas. Ita autem Faireclovius: Vidi, inquit, & notavi hominis urbanitatem & officiosum in omnes animum, manum verò supra fidem medicatam. Nullis equidem utitur in hoc negotio ceremoniis peregrinis, sed ubi convalere ægri, sublatis in cœlum oculis in hæc verba sanè quàm pia erumpit: *God almighty heal, or help, you, or thee for Jesus sake, or his mercyes sake*: Et si qui ægri operosè ei gratias agere contendunt, magno conatu laudantium impetum à se avertit, & ad deprædicandam divini nominis gloriam his verbis serio exhortatur: *The Lords name be praised, or, give God the praise*. Qui cum eo versati sunt, pietatem hominis ac candorem admirantur, ut qui nihil sibi, omnia Deo, tribuat. Stat etiam à Regis partibus, nullisque lubentius operam suam impendit, quàm Classariis aut militibus sub Regis auspiciis vulneratis mutilatisque, eorum enim plurimos à conclamatis vulgaremque manum respuentibus morbis, Paralyti, Aridurâ, dolore, tumoribus febrilibusque, lentis ac tabificis, feliciter liberavit, quæ ipse etiam multis etiam exemplis in fidem rei allaus comprobat Greatrakius, unde particularia quæque repetent curiosi lectores, si fortè liberè manus veniat & suâ linguâ intelligatur. Astellius autem hoc est elogium: In multis, inquit, acutisque doloribus sæpius vidi adhibitam manum protinus auxilio fuisse, & quod ostento simile est, notavi à sinistra Scapulâ comitante manu deductum in dextrum pedem dolorem tandem etiam pollice exivisse; tralaticium erat fixos alibi dolores manuum pedumque digitis iteratis tractibus evocare. Id verò cum primis singulare, quod quoties fugientem jam dolorem manus desereret, illo ipso loco fixus ægrum diriter excruciet, nec antè torquendi finem faceret, quàm admotâ denuo manus ponè sequendo suspensio cum ultimâ expelleret. Verùm etiam quavis parte imposita manus solatium adferre miseris videbatur, sive quòd balsamica quædam essuvia acrimonia temperarent, seu quod materiam discernerent. Fœminam vidi immani & multorum annorum Cephalâ laborantem; hujus ille caput iterum iterumque contrectando, quidquid erat dolorum, in Oculos expressit, inde rursus in Nares & Os, donec novo iterum litu tractuque manus propulsas in Ventriculum præceps dolor descenderet. Et verò hæc, si unquam aliâ, vehemens & intolerabilis cruciatus, credebantque omnes jam morituram; at cum manum Scrobiculo Cordis, quâ parte Ventriculi orificium est, apponeret, profugus statim dolor Gulam invasit, ubi suffocationis periculum creasset, ni opportuna manus celeritas etiam inde abactum in Oculos rursus extulisset. Sed hic nata ad perniciosi miasmatis insultum visus orbitate novis molitionibus opus erat, acciditque tandem post varios medicatæ manus errores mollesque contactus, ut expresso semel per extrema corporis dolore membris integritas rediret ægraque penitus convalesceret; idque beneficium pluribus intra paucas horas, & dum adstarem testis, evenisse scio. Surdos me inspectante admotâ solâ manu curavit. Puer erat duodecim annorum strumosis tumoribus tutos quantus oblitus, ita ut nec manus nec pedes officium facerent; unum ille in lumbis tumorem cultello aperire necesse habebat, cæteros omnes manus delinimentum ad maturitatem perduxit; jamque alterâ vice per universi corporis tumores medicatâ manu ambulabat, cum puer à longo tempore impotens sese movere pedibusque incedere coepit; fluentes tabo plagas jamjam ad fidem spectantes unius salivæ misturâ feliciter con-

solidabat Greatrakius. Ischiadicos uno contactu curatos vidi. Vir erat triginta annorum, quem totum strumæ sic occupaverant, ut intra tres annos erecto corpore stare non potuerit; aliquæ istarum intempestivâ sanatione in fistulosa ulcera degeneraverant, factis per musculos lumbares cuniculis, multa etiam inflammatio comitante dolore ægrum malè habebat; has ipsas & alias ei vicinas cum aliquandiu manu illevisset Greatrakius, sedati ilico dolores, & quod intra tres annos non potuerat, erectus stare atque incedere potuit. Non procul à Carpo in utrâque manu duo erant tumores pilæ instar luforiæ, qui nullo modo ad maturitatem adigi potuerunt, quos ut conspexerat Greatrakius, ad Virum Illustrem, qui fortè præsens erat, conversus, quin, inquit, nisi tumores hosce cultro discindam, periculum est, ne brachium penitus computrescat; itaque brachio comprehenso tumores novaculâ invadit, & apertis iis ultra centena corpora rotundula lentiformia grandinis instar excutit, erant autem miro fœtore comitata. Persimilem etiam tumorem in musculo pollicis alebat, quem iudem aperiebat; videbatur quidem ipsa illa musculi caro in ejusmodi materiam transisse, quis autem ille sit succus, ex quo hi globuli concreverant, quæve eos idea determinet, haud facile dictu est. Alium vidi, cui Paralytica manus immota penitus contabuerat, quam ut comprehendit tractuque frequentato demulceret, redibat manui vita & motus, & pari eam celeritate, atque alteram, circumagebat, ubi ego rei novitate perculsus, clamorâ gratiarum actione in Dei honorem erumpebam. Pluribus historiis fatigare Dominum nolo, cum in fidem rei illa, quæ ipse his oculis vidi & accuratè notavi, sufficere possint. Si omnia recensere vellem, quæ me præsentie acta sunt, plurimis certè paginis opus haberem. An verò, qui tam repente ad solum manus contactum convalere, ad unum omnes constanter & usque sine recidivâ beneficium hoc experti sint, dicere non possum; noti tamen mihi sunt, qui in pristinum malum relapsi hominis opem denuo sollicitabant. Si mores & characterem Viri nosse cupis, planè is talis est, qualem D. Rustius & Faireclovius describere, adeoque plura addere religio est. Hæc Astellus. Cum autem in illo hominum incredulorum supercilio imprimis dignitas personarum & testium fides spectata esse debeat, non video, quid Historiæ hujus veritati opponi possit; nulla enim vel minima historia est, quæ non tribus minimùm testibus, usque omni exceptione majoribus, comprobata. Testes verò non semper illi iudem, sed plerique omnes in singulis casibus diversi, & tales, à quibus propter affectu ac præjudiciorum vim, jam & muneris professionisque rationem, aut nullam aut longè aliam & contrariam narrationem expectes. De Theologis autem, quam illi in omnem partem sint circumspetti, nec temerè miraculi speciem, quæ pridem exspirasse credi volunt, extollant, aut ea hominibus tribuant, quæ unius Dei esse constat. Hic tamen non puduit nec Decanum Comoremsem D. Ruste, nec Simonem Patricium Rectorem Conventus Paulini, veritati suffragari & oculati testimonii fidem scriptis nominibus signare, vocato etiam in partes Josepho Glanvillo, Capellano Regio, Viro subtilissimo. Jam Medici, quorum id interest, ut peregrinas & methodo non respondentes sanationum formulas elevent, nihil tamen habuere, quod in tam manifestâ veritatis luce opponerent. Itaque & plurimorum Medicorum testimonio historias illas confirmatas video. Sed & Nobiles Militumque, quorum magna pars prodigia aut spernit vel non temerè admittit, & ipsi tam raris experimentis

oculorum & conscientiae fidem negare ausi non sunt, adeo & illorum nomine subscripta veritas triumphat. Verum instar omnium est auctoritas Collegii Regii Londinensis, quod ipsum interprete & proxeneta Illustri Boylio, Viro in Naturae arcanis versatissimo, Greatrakii apud vulgum laborantis famam sustinuit & ab imputatae Magiae suspitione liberavit; ob quam rem etiam pleraque à se aeterni nomini ejus atque iudicio consignavit. Morborum, quos sanavit, ingens copia nec minor diversitas, & quantum ex Diario ejus video, plerumque conclamationis profuit miracula manus. Reperio autem, ut compendio dicam, quae Auctor ipse accuratius consignavit, Paralytin, Hemiplegiam, Cephalaeam, Veruginem, Caecitatem, Surditatem, Tabem Anglicam, Hydropem, Tympanitin, Arthritin vagam, Podagram, Calculum, Pleuritit, Diarrhoeam, Vomitum, Febres omnis generis, Dolores, Tubercula, Oedemata, Ulcera, Carcinomata, Sinus putridos & fistulosos, Scrofulas, deploratum aliis malum, solo illo manuum contactu feliciter fuisse curata. In sanandi formulâ id non tantum deprehendi prodigiosum, quod solo contactu lituque iterato sanatio fieret, sed quod ipsa illa Natura medicatae manus auxilio semel excitata ad omnis generis Excretiones, Sudores, Vomitus, Diarrhoeas aut insensibilem Transpirationem materiam morbificam converteret seque onere liberaret; quales effectus non temere ab alio medicamine, quam Tincturâ Universali aut Francisci Antonii auro potabili, nisi labore Diarii fides, expectare debemus. Id verò notatum dignum, dolores ad contactum balsamicum exortâ protinus fermentatione in parte, cujus sensum habebant aegri, vel extractos protinus desisse, vel in alias corporis partes diffusos durius excruciasse, donec frequentati litus ad ignobiliora membra vagant alibi fermentam reducerent, aut Naturae sibi sufficientis ingenio in alvum, gulam aut glandulas subcutaneas specie Diarrhoeae, Vomitus aut Sudoris deponerent. In expugnando fermento febrili id quoque mirum, in extremas partes exilemque circumferentiam collectum ingentes saepe dolores, saepe *vixio dicitur*, frigus, coloremque nigrum stigmati magici instar inulisse; sed quae omnia repetito tandem contactu evanescere. Ut autem aliqui aegroti recidivam passi sint & in illâ manus medicatae absentia pristinum malum recruduerit, non tamen hoc adeo prodigio fidem detrudere, quam gloriam absoluti divinique miraculi imminuere potest.

Similis argumenti Historia.

Opinionem & conceptam de Medico fiduciam plurimum posse in sanando jam ante attingi, ubi Imaginationis vires deduxi; sed quis credat etiam de alio quoque, vel non Medico, modo vulgi suffragium nactus sit, eandem subnasci opinionem posse; subnascitur tamen, & non peregrinas tantum personas, sed & media insolita, pridem etiam miraculorum sanctimoniae aut Cabalae arcanis adscripta, sanationibus adhiberi quotidie vidimus. Quando morbi inveterascunt vulgaremque Medici manum spernere videntur, nullum non in illo taedio auxilii genus sollicitatur, & cum in Naturae ordine receptisque medicinis praesidium amplius non est, ad superstitiosa, magica, spiritalia, nobis saltem ignota, transire non pudet. Quid autem de illis dicendum est, qui nuperis annis à Theologiae castris, sive ut transfugae seu ut exploratores, omnem Medicis famam abstulerunt, & conclamatione quavis mala, si credere fas est, vitae orisque pietate in publicis hominum conventibus & pro concione perlanavere. Etiamnum infonant, auribus

nostris Marci Aviani historiae medicae, quas in miraculorum classem retulit popularis superstitio. Viri istius ingenium simplex & perpetuae fidei laudatione exercitatum homines pie credulos, in illa vitae austeritate & sanctimoniae fama, facile adduxit, ut morbos, quos, in tantâ imaginandi facultate ab hominis habitu & ore ingenerata, non sentirent, etiam abactos crederent, in levibus & superficialibus morbis, quae est Phantasiae vis, etiam respondente successu. Certè vitae instituto & ecstasica devotione, in quam naturâ & consuetudine propendere videbatur, apud plurimos magnam nominis sui famam excitavit; sed quae apud alios in fabulam & ludibrium versa Socræ materiam praebuit: adeo difficile iudicatu est, quarum partium potior sit causa. Quomodo autem illorum causam juvare videtur, quod plurimi protinus vel in speciem fuerint curati, ita haec servit, quod non omnium, qui curari voluerunt, eadem fuerit fortuna, & in aliquibus etiam speciosa ad tempus curatio non diu post defecerit nutante, credo, fide abrupta. Ante annos tredecim Epistola ad me ex Gambriiis missa, quam B. Coneringius Junior, maximae spei Medicus, ad B. Kristenum, Virum doctissimum, exaraverat, cujus argumentum meo verbis tale erat. Si proximis annis, id est 1675. & 76. in Italia fuisset, vidisset ipse etiam miracula Monachi alicujus; erat is Frater Florentinus, Francisco Bagnone nominatus, qui plurimos morbos solo contactu curavit; atque is ipse est, qui praeteriti anni mense Februario Principem Parmensem, qui cum gravissima & sex mensium Febri consistebatur, solis hinc verbis, *surge & ambula*, tanta erat vel Viri virtus aut credentis religio, feliciter liberavit, cui rei tum ipse Princeps, tum alii, qui aderant numero plures, testimonium perhibere. Virgo Aulica, Corfinia Scotti, quae duos annos lecto affixa cum bonâ validitate in gratiam redire non poterat, solo contactu ab ipso curata fuit. Et de hisce quidem miraculis nec dubitare fas est, cum magnam sibi nominis gloriam hic homo contraxerit; ac illam etiam ob causam ab Imperatore in Germaniam sanandae Augustissimae Conjugis gratia accitus, pedem referre debuit, quod in Alpibus haerenti jam tum nuncium adferretur mortuam illam esse. Verum, quò de hominis ingenio, sanandique fortunâ melius constet, addam Otonis Tacchenii, famigerati Venetiis & in Germaniâ Medici, Epistolam, quam super hoc argumento Anno 1676. mense Decembri, die 18. dedit. Capucinus ille, intelligit Fratrem Bagnone, jam inde à quatuor septimanis hinc Chiozza profectus multis sui expectationem reliquit; aliqui autem existimant illum etiamnum hic latere. Ego, ubi notaveram magnum factum esse hominum ad eum concursum, & ipse curiositate ductus eò affectavi viam, si quid fortè miraculi etiam me praesente fieret. Itaque templum reperi plenum & refertum omnis generis hominibus, nam & vetulae & edentuli senes, & in cunis vagantes pueri illati sanitatis beneficium à Monacho praestolabantur. Atque ibi tum Capucinus de fide in suggesto verba faciebat, quid illa esset, & quantum in recuperandâ animi corporisque salute valeret, idque breviter & sine ornatu. Hanc orationem benedictio sequebatur, cum qua ceremoniarum finis erat. Quoties videret alios ex aliis succedere in templum, dimissis primis pristinum sermonem repetebat additâ benedictione. Inter alios Vetula quaedam scipioni inmixta se magno conatu inferebat medicae concioni Capucini con-

Tactus manuum

conspicuum vehementius sollicitans, quod cum notaret, abrupto sermone, suâ linguâ clamabat, *Ma donna, voi non credete & pero non havrete gratia, perche la benedictione va ben in lontano*, atque ita illam repudiabat. Cum templo egrederer juxta cum aliis, obvium mihi fieri video Tonforem Perino totum miserum solutisque pedibus; hunc conjux alterque amicus Josephus Monticelli non sine molestiâ in templum deducebant, quò & ipse experiretur, quid fides posset. Post benedictionem video Perinum velut alium renatumque hominem pedibus, quod intra aliquot annos non potuerat, insistere; solùmque & sine comite ultro citroque ire, tandem ad aram primum interque lacrymas, quas gaudium extorserat, Deo O. M. gratias agere. Inde pedes transibat *alla Ricca*, ubi notavi hominis gestus & miratus sum pridem Paralyticum velut cum tripudio in scapham insilire; ibi ego eventum rei operiens unâ cum aliis Nobilibus socium me homini adjoinxi, nec mora, quin domum veniens eodem animo ac celeritate scaphâ exsiliret. Cum ego hæc nuntiarem D. D. Marco Crasso, fidem ille meam obtestatus est, neque temere se crediturum rem planè novam, nisi iteratâ visitatione de veritate rei constaret. Itaque ego post aliquot dies hominem revisens in priorem illum morbum recidisse intelligo, & æquè miserum esse ut antè. Quâ novâ rei mutatione ad Perinum conversus, quæ ergo, inquam, illa catastrophe, ut, quem ante paucos dies sanum pedibusque firmum reperi, eum nunc denuo miserum videam atque afflictum; ubi ille, noli, inquit, recidivam mirari, cum fides illa, quâ pridem sanitatem crurumque usum receperam, per Nobilium, quibus rem narraui, sanas irrationesque labefactata validudinem statim mutare meque à felicitatis statu dejicere cœpit. Equidem ipse persuasus erat imputatam à Nobilibus credulitatem muliebrem & Phantasie lusum fidei spiritalis vires perceptivæ initio effectus constantiam evertisse, adeoque suâ se culpâ & fidei deliquio miseram expectare, donec redeat Monachus, qui collapsam pridem fidem erigat atque instaurat. At verò etiam plurimos nullo cum fructu audivisse hominis sermonem, & ita abiisse, ut admissi erant, miseros atque imbecilles, & vidi ipse & vulgò constat. P. Prioli insignis Theologus oelogenarius, ætate jam cæcus, etiam ipse Monachi operam & benedictionem impensè querebat; itaque & sermonem de fide & benedictionem facili & summâ cum animi devotione admisit; at eum nihilo melior exurgeret, & culpam in se magis quàm concionantis sermonem derivare vellet, & verò, inquit, fides non est cujusque, sed donum Dei; cui Monachus, *ben con Dio, sia pio Theologo com' io*. Plurimi imaginationi rem omnem tribuant, sed quos eorum experientia confutat, qui etiam pueros in cunis vagientes percurari videre, interveniente, aiunt, Parentum fide. Mihi verò contrarium visum in Puerò Balthasar Moris familiaris mei, qui in mediam concionem illatus & sæpius detentus nullum benedictionis fructum sensit, quippe qui, ut erat tabidus atque confectus, domum reductus est; ego autem, quid de re tam occultâ, aliis negatâ, affirmatâ aliis, sentiri debeat, hæcenus quidem ignorare me fateor. Atque hæc sunt Tacchenii. Quidquid demum sit, ut aliqui subinde religiosi in Deum Proximumque fiducia curati sint curenturque etiam hodie, rarissimum tamen est, ubi illa vis perpetuo & communi beneficio in methodum transiit pluribusque simul profuit. Aded non possum, quin hic Antonii Benivenii Historiam, quam libro de Abditis Rerum Causis Cap. XLV. descripsit, mutatis

verbis commemorem. Allegat ibi Joanninam Beniam, cognatam suam, quæ multorum annorum Diarrhœa jam confecta & à Medicis deserta, quod ultimum erat, Dominico Piscensi Monacho, Confessionario suo, morbi jam extrema minantis periculum indicat, simul rogat pro pietate illâ, quâ animo laboranti succurrere solebat, etiam corpori jam nutanti adesse velit. Ad quæ Monachus sui fideis nihil quidem se habere ait præter preces, spiritualia arma, quibus morbum tam atrocem atque inveteratum oppugnare possit, neque jam dubium esse, quin, si enixâ contentaque fide uterque agerent precesque invicem miscerent suas, à morbo aliàs conclamato liberari possit. Itaque, dum caput ægrotantis manu contrectat & cruce identidem signat, jamque sui & validudinis certam ad fidei precumque constantiam hortatur, alvi fluxus statim imminui corpusque tot annorum diluvio extenuatum novas vires recipere cœpit, quas ipsas ad tertium usque annum firmas habuit integrasque. Hic autem corporis ægritudinem ab animo pertinacissimè & cum fiducia credentis, spiritumque in præcipiti Diarrhœa fluidum nimis atque eccentricum novâ & balsamicâ tincturâ seu motu, quæ est gaudii ratio, adstantis victam fuisse, & vinci sæpiusculè posse, omninò mihi persuadeo. Sed ne soli Pontificii hoc privilegio exsultent, aliud ostendam & à nostræ Sectæ, si ita licet, homine ante aliquot annos & hic in vicinâ profectum miraculum, & plurimorum testium, etiam Sacerdotum, auctoritate confirmatum. Epistolæ autem à Viro plo nequè ineptè credulo Germanicâ Linguâ scriptæ tale erat argumentum. Est hic Vir Ripis in Cimbriâ natus atque educatus, qui plurimam ætatis partem in Hollandiâ, Angliâ ac Galliâ transegit, quique Juvenis gravissimis conflictatus tentationibus sacerdotum Amstelædamensium operas jam tum beneficis utileque expertus erat. Hic ipse ad meliorem mentem revocatus totum se piè vivendi rationi tradidit, quâ id tandem consecutus videtur, ut exaggerando fidem in Christum vitæque ejus imitationem plurimos à corporis morbis liberare posse videatur. Hunc ergo hominem pridem à vulgi societate atque ordinariis religionis ceremoniis alienum alii profectus, alii pro mago traduxere, atque ita aditus ad eum publicâ auctoritate plurimis interdictus; ego autem constanti beneficiorum tumore impulsus & ipse rimari mecum constitui, quid monstraleret homo Magiæ suspitione infamis; itaque quatuor horarum spatio conscientiam hominis variis quæstionibus fatigavi, ubi ego illum non aded rixarum aut subtilitatum scholasticarum, quàm vitæ puræ miræque integritatis amantem reperio. Quare ut serum ab ipso actarum aliquid apud me testimonium aut pondus esset, petii me præsentem experimentum prodigiôsæ curæ caperet. Ergo in tribus mulierculis, quæ fortè aderant, Phthificâ unâ ac pleuriticis doloribus vexatâ, & duabus Quartanariis, jactatum de se rumorem planè confirmavit. Primum autem singularum nomen & confessionem rogabat, & num in Deum P. F. & S. S. fidenter credant; deinde, an eam esse putent Dei potentiam & voluntatem, ut eas à morbi molestiâ liberare & possit & velit: Quibus cum fidentem addixere suam, monet, usque & constantem in fide illâ & oratione ad Deum perdurent, inde & ipse se pro ipsis Deum orare velle contendit, hæc additâ monitione; Abite cum bono Deo, & ubi convalescitis non mihi sed uni Deo gratias agite; Eleemosynasque in pauperes erogate. Ego sanè vel quinquaginta numeravi, qui curationis gloriam

homi-

hominis pii ceremoniis tribuebant, quibusque ipse mandaverat, ut se Sacerdotibus ostenderent Deoque mentis puritate & prece litarent. Memorabile autem imprimis fuit exemplum hominis furiosi, qui ferreis manicis pedicisque detentus plurium hominum labores lassaverat. Hic ante hos quinque dies, cum advesperasceret, per octo homines validos ad Virum deducitur; mandatis, continuo exsolventur eum vinculis catenisque rogat inde, imò jubet, animi sui sensum ac testimonium de Deo ac fide profiteretur. Paret is sive metu seu pio instinctu, & confessionem edit accuratissimam, quo prodigio plurimos, qui aderant quosque rumor excitaverat, ad fletum commoveri vidi nihilque magis mirari, quam quòd homini tot mensium carcerario mentisque inopi tam subitè & imperiosa hominis pii vocemens & cum eà mores rediissent. Neque hic stabat prodigii novitas, sed protinus vultu nitidiorè, quem paulò ante carceris squalor & solitudinis tædia absumserant, alium planè & saniorè referre videbatur. Itaque jam sui competentem rogat, num credat eam esse Dei tum potentiam tum bonitatem, ut eam à morbo liberare queat & velit. Quod cum affirmaret, mactè, inquit, hoc animo & Deum diligenter ora, neque jam de salute tuà ulla subrepet dubitatio. Atque post hæc abducebant eum sanum vegetumque. Hic jam rebus suis domique fideliter præest, adeò etiam in publico sermone prodigiosæ curæ habita mentio Deoque gratiæ solenniter actæ. Hæc est ejus sanandi ratio, quod si à Deo profectum est opus, utique durabit, si non, sponte collabascet. Deus prohibeat, ne temere de hominis ingenio judicem, ut quem totum ocio religioso precibusque deditum reperio; ipse etiam variis tentationibus affligitur corpusque habet malè affectam; quare ad eum conversus, & verò videri, inquam, ridiculam sanandi rationem, quæ cum proprii corporis usui servire deberet, nunc tota aliis impendatur, adeò hic quoque verum esse Græcorum illud, *ἄλλων ἰατρὸς ἀντὶς δὲ ἑλκεσι βρώων*. Ad quæ ille impunè, inquit, hæc licet dicas, sum enim profectò miserà afflictaque valetudine, & tantum non ipse consilii opisque indigeo; sed est hoc Dei unius beneficium, cui ut ipse novam sanandi formulam in corpore tam attrito acceptum refero, ita ut omnes idem hoc faciant, inque Deum, auctorem omnis boni peregrinique effectus, mutationem hanc rejiciant, impensè rogo. Propediem hinc abitum meditatur, & quam hic exseruit sanandi virtutem, alibi exserere detestat se ipso contentus. Hoc erat Epistolæ argumentum. Quemadmodum autem inusitata hæc sunt nec quotidiana, ita etiam abdita plurimæque caligine involuta. Et ut Tincturæ alicujus Balsamicæ astralis, aut rarissimæ devotionis exemplo res illustretur, tamen præter nudam & ingeniosam nomenclaturam nihil video. Ad majorem autem rei intelligentiam notari velim esse plerumque hoc hominum genus *φαιδριάζον*, & in religionum ceremoniis ferè singulare & vel Quietissimum, si ita licet, aut, si laudabile ac pulchrum nomen in ludibrium aut crimen verti fas est, Pietisticum. Sanè ejusmodi sunt homines, qui fidem ac bonæ vitæ exemplum plebeiâ faciendâ exaggerent, & Christi, Servatoris nostri, imitationem severissimè commendent. At ne quid nimium illis meritis tribuamus, advertendum est, non esse perpetuum hoc sanandi beneficium, & nunc interpolari, nunc etiam penitus abrumpi, sive quòd non æquè semper sit contenta pietatis vis, seu quòd, si ille Astrorum est influxus, pro conditione loci & temporum is quoque ingenium mutet, immissum-

que pridem *χάρισμα ἰατρίας* in angustum contrahat. Sed neque affectus a parte laborantium semper est diuturnus, plurimi namque, labefactatâ credo Fide aut reluctante Naturâ, validudinis quoque deliquium sensere. Et verò in Veneto illo Perino ad remissiorè fidem recuperatæ sanitatis quoque factam esse jacturam evidens est. Accedit quod in nonnullis medicata sive manus seu facundia omnino nullum præstiterit beneficium frustra admissa, fortè, quòd defuerit necessariæ pietatis & fidei aut Naturæ concurrentis auxilium. *Hællenus Joh. Nicolaus Pecblinus.*

TALPA & TESTUDO.

Vide in *Biblioth. Chirurgica.*

TARANTATI.

IN hoc morbo satis fuerit si accuratissimam Dissertationem à Præclarissimo Viro, Domino Georgio Baglivo, Medico Romano Celeberrimo, & Archiatro Pontificio Dignissimo, nobis amicè communicatam, attulerimus. Oculatus enim testis est Vir Doctissimus eorum omnium quæ de hoc producit veneno, Terræ suæ Patriæ inquilino; dum alii qui super eodem argumento scripsere, nec animal viderunt, nec forsitan Apuliam, cui natales suos debet, etiam salutarunt. Sit itaque illa Dissertatio instar omnium.

Georgii Baglivi Med. Doct. Exercitatio Nova.

De Anatome, Morsu, & Effectibus *Tarantulae*.
Accedunt ad calcem Observations & Experimenta varii argumenti: Et præcipuè de usu, & Abusu Vesicantium, &c.

Ad Virum Præclarissimum, & Celeberrimum D. Joh.
Jacobum Mangetum, Med. Doct.

Quicumque de *Tarantula* scripserunt, Mangeto Eruditissime, vel ex alienis dictis scripserunt, vel è cerebro quamplurima deprompserunt. Nemo Apuliam nostram, in qua hujus animalculi venenum familiare est, & vernaculum ne salutavit quidem, si unum excipias Epiphanium Ferdinandum; Et idèd quæ de *tarantula* vulgò circumferuntur, vel ridicula putant homines, vel falsa. Quamobrem, ut humanitati tuæ morem gererem, quæ me adeò benigniter per litteras nuperrime compellere dignatus es, brevibus subindicabo nonnulla, *tarantulae* indolem, & effectus spectantia, quæ quidem vel ipse expertus sum, vel optimus, ac dulcissimus Pater meus, isque Medicus apud Lycienfes, notissimæ eruditionis, & doctrinæ; vel demum à Conterraneis nostris fide dignissimis audivi. Cæterum prævideo consultius futurum fuisse, & nomini, & rebus meis si tacuissem; nam cum integro hoc decennio, quo me à Patria distinet peregrinatio, maximis, & rei familiaris, & adversæ valetudinis & inclementis fortunæ incommodis multatus fuero, (ut familiaribus meis abundè liquet) ex hac sanè messi, nil aliud expecto, quam uberrimam segetem odii, ultionis, & iræ. Utcunque tamen res habebit, talem me posthac præstabo, qualem describit Virgilius 6. *Aeneid.*

*Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet.*

Vel

Tarantuli

Vel potius qualem se gessit Cæsar, teste Sallustio oratione ad Cæsarem de Republica ordinanda. In te o Cæsar præter cæteras artes unam egregiam, eamque mirabilem comperi, semper tibi majorem in adversis, quam in secundis rebus animum esse. Quare in posterum mihi danda est opera, ut nec amicis sim incommodus, nec aliis molestus, sed propria industria & assiduis vigiliis ad utiliora perveniamus; non aliter superiores mentis curas relaxando, quam assidua morborum observatione, & solidæ methodi curandorum morborum inventionem: quo pacto temperatos fore contrarios insultus speramus, ut prodidit idem Magnus Vates 1. Æneid.

*O passi graviora! dabit Deus his quoque finem.
Durate, & rebus vosmet servate secundis.*

Quod si nec per tolerantiam nostram adversarii conatus lenientur, tunc forti modo, fortiorem cuneum aptabimus; atque ex domestico agello, & paupertinis laribus, tanquam ex alta specula inanes hominum conatus contemplabimur, contenti interea medica forte, & mente serena.

Ad calcem hujus exercitationis, te jubente, varia apposui experimenta Anatomico-Practica, monitis practicis roborata, & præsertim de usu, & abusu vesicantium, quorum breve specimen dedi ex ipso observationum penu erutum. Et qualiacunque sint tibi debentur, cujus hortata chartis utut ruditer coniecimus, eaque benigna fronte excipias, quousque novum nostrum Organum medicina, sive Apparatus ad solidam Praxim lucem videat.

Interea Bibliothecam tuam practicam quamprimum bono publico exhibeas, nam cum, ut innuis, locupletanda ea erit consiliis, observationibus, cadaverum inspectionibus, curationibus, & præceptis rarioribus, magnum sanè dabis opus à nemine antehac, præfata methodo tentatum; quod quantam lucem allaturum sit medentibus, & præsentibus, & futuræ ætates fatebuntur, præcipue quod, super observationem, & anatomen jacta sunt fundamenta opificii tui. Et si vestigiis tuis insistenti Posteris, excussurum fore puto, è Republica Medica scomma illud, quod ignarum vulgus in Medicos continud vibrat. Gaudete sapientes, in medicina decantantur tenebræ, & noctuæ philosophantur Athenis. Sit itaque

CAPUT I.

Etymon Nominis, & Differentia Tarantularum.

Tarentum antiquissima magnæ Græciæ Urbs est ad Ionium mare, à qua denominari dicitur Tarantula animalculum de genere Araneorum, veneniferum; & quos semel momordit, impressi veneni semina nunquam amplius delentur impostum, sed singulis annis reviviscendo, ingentem malorum seriem post se trahunt; futuram sanè patientibus permolestam, nisi in debitum salutis pignus saltationes, & choreas stato tempore instituant. Vocatur Tarantula, non quia Tarenti hoc animal virulentius sit, quam in reliquis Apuliæ Regionibus; sed forsitan quia Græcorum, & Romanorum temporibus Civitas illa cæteris erat, aut frequentior, aut nobilior, & idèò existentibus ibidem majori numero ægrotis hoc veneno laborantibus, nomen exindè animalculum desumpsisse non inficiarer. Aranei nomen commune est omnibus Phalangis, Tarantulis, & Tetragnathis. Plinius lib. 29. c. 4. octo species Araneorum numerat. Avicennas lib. 4. sen. v. tract. 5. cap. 5. duodecim. Idem cap. 9. 10. & 11. quatuor alias describit. Sed hac de re legi merentur Aldrovandus, & doctissimus Lister tract. de Aran. alique supra laudati Auctores. Nos majoris claritatis gratiâ, dividemus Araneos in Octonoculos, & Binoculos, qui adin-

Tom. IV. Pars II.

MEDICO-PRACTICÆ Lib. XVII.

145

vicem differunt magnitudine, substantia; colore, pedibus, aculeis, oculorum numero &c.

Tarantula est de genere Araneorum Octonoculorum, eamque mox sedulo, & laconicè describemus. Et quamvis præfens historia parùm utilitatis afferre videatur ægris, rei que medicæ, propterea quod solis Apuliæ Incolis necessaria sit; nihilominus tamen ardua venenatorum morborum Provincia, magnam exindè lucem exhibebit; relatis adinvicem symptomatis veneni Tarantulini, cum symptomatis aiorum venenorum, ut impostum diagnosi, prognosis, & cura venenorum solidior habeatur. Hydrophobia licet sit effectus veneni canini, eandem tamen Petrus Borellus in homine absque ullo canis morfu, sed ob peculiarem humorum exaltationem, caninæ rabiei non abfimilem productam vidit, ut notat cent. 3. obs. 38. Salmuth. quoque, absque prævio canis morfu eandem in malignis febribus observavit, in quibus dum apparet, futuram mortem prænunciat, ut videre est apud eundem cent. 2. obs. 52. Ex antiquis Cælius Aurelianus lib. 3. acut. pass. hydrophobiam pariter ex se productam describit. Itâ pariter venenum Tarantulæ nonnullis stipatur symptomatis, quæ analogiam insignem habent cum melancholiæ, chloroseos, & similibus morborum symptomatis. Mania, & Dementia quamvis morbi sint, longè differentes ab hydrophobia, curantur tamen felicissimè per repetitam ægrotantis in aquam immersionem, ut fieri solet de hydrophobis; sicuti expertos pluries est Medicus Anglus celeberrimus, teste Helmontio Filio tract. de homine. §. 29. f. 33.

CAPUT II.

De Natura, & Situ Regionum, in quibus nascitur Tarantula.

Quam hodie denominamus Apuliam, antiquiores nostri Græci magnam Græciam appellabant, & generali nomine Japygiam, eamque subdividebant in Dauniam, Peuceciam, & Messapiam, à Daunio, Peucetio, & Japygio Lycaonis filiis, qui Apuliæ olim imperarunt. Prisca Daunia vocatur hodie Capitanensis Provincia, quæ triplici Flumine alluitur; Frentone scilicet, Cerbalo, & Aufido; ad cujus dextram ripam adhuc observantur nonnulla insignis Cananarum Oppidi rudera, quò loci memorabilis illa, & cælo Latino penè exitialis pugna, Pænos inter & Romanos peracta fuit. Antiqua Peucecia dicitur nunc Barenensis Provincia. Demùm vetus Messapia, Lycienensis sive Aletina Provincia denominatur. Tota Regio prædictarum Provinciarum omninò plana est, si Garganum Montem, qui in Daunia assurgit, excipias, in qua pariter provincia tria nuper recensita quamvis per exigua flumina decurrunt. In Gargano Monte nascitur manna purgans officinarum, & vulgè dicitur manna montis; nascuntur pariter & insignes aliæ herbæ medicinales, quibus utpotè activioribus, omnes ferè Italorum Pharmacopææ utuntur. Ab Aufido flumine (vulgè *Fiume d'Offanto*) usque ad Promontorium Salentinum, sive S. Mariæ ad Leucas, quo sanè tractu Barenensis, & Lycienensis Provincie comprehenduntur, mirabilis propemodum planities, ad centum, & viginti circiter milliaria se extendens observatur, & nulla ibidem flumina, paucique aquarum rivuli percurrunt, sed omnia æstivi Jovis caloribus vehementer aduruntur.

Regio prædicta Orientem respicit, ventisque orientalibus, & aquilonaribus obnoxia est: æstate illi, imbres rarissimi; quâ de re, imò etiam ob viciniam Orientis exurentissimis caloribus Solis uritur Apulia; undè Populares illi coguntur respirare aërem quasi ab ardenti clibano efflantem. Solet tamen Lycii, & adjacentibus Oris spirare paulò ante, vel post Meridiem ab

N

Adria;

Adriatico veniens Favonius, qui aliquantulum ardentis Jovis calores lenit ac demulcet. Huic climatis temperiei analogi sunt adusti temperamenti, nigri capillis, subfusco, quandoque subpallido cutis colore præditi, macilentis, impatientes, iracundi, insomnes, magno mentis acumine præditi, ad discursum veloces, ad operationes promptissimi. Obnoxii potissimum sunt ardentissimis febribus, phrenitidi, pleuritidi, dementiæ, aliisque morbis inflammatoriis; tantaque calor est illis in Regionibus activitas, ut plurimos viderim in summam impatientiam atque in dementiam ados.

Quamvis prædictis incommodis obnoxia sit Apulia, incredibili tamen telluris ubertate, salubritate æris puri, sicci, aperi, nullo flagrantium aquarum squalore infecti, amoenitate maris, piscium denique, & carniæ cuiuslibet generis affluentia, nulli prorsus Italiæ Regioni cedit. Et verum fateor, me nullibi per Italiam, Dalmatiam, &c. suaviorem odorem, saporemque in fructibus observasse, quam in Apulia. Vina illic penè omnia sunt nigra, & adèd fragrantia, ac potentia, ut potius pro balsamo ad vulnera, quam pro deliciis ad convivia inservire videantur. Apulia Barensis triticum, & amygdala magna copia producit, & hoc nomine vulgò dicitur magnum horreum Italiæ, ac Regionum adjacentium. Apulia Lyciensis oleo, vino, & tritico summopere abundat; & oleum illud, primum locum obtinet inter omnia Italiæ olea, & ad exteras quasque Regiones transvehitur. Platanus, Populus, & hujusmodi arbores umbriferæ deliciis potissimum inservientes, raro vegetant in locis; Sed per campos oliva, vitis, & triticum; per arva verò inculta rosmarinus, salvia, pulegium, & thymus uberrimè efflorescunt, suntque ordinaria Animantium pascua.

Hac in regione, præfata hominum, climatis, & telluris temperie prædita, cuiusque geographiam, prima exhibet figura, nascitur Tarantula animalculum frigoris impatiens, & hyemante cælo sub terra se occultans, quo tempore nullis vescitur alimentis. Neapoli elapso decennio plures clausimus in phiala terra semiplena, prout ab Apulia venerunt, & ita absque cibo vixerunt per mensem, & amplius.

Licet insectum hoc incommodum sit hominibus aliisque animalibus; illi tamen incommodum magis est aliud animalculum Vespæ non ab simile, in dorso variegati coloris, in ventre verò nigricantis, quod Tarantulas, cæterosque Araneos avidè querit, occidit, & depascitur. Veruntamen mirabilis est observatum, Tarantulas ipsas adèd esse inter se hostiles, ut si in aliquo vase decem v. g. vivæ ponantur: eousque ad invicem occiduntur, donec una duntaxat viva remaneat. ut sæpè Apuliæ, & Neapoli experti fuimus; imò si duæ solummodò vivæ in aliquo vase claudantur, altera alteram interficit, & comedit brevi temporis intervallo.

Hyemante cælo suis in specubus latent Tarantulae: per initia verò æstatis ab iisdem prodeunt, arva incolunt, & insidias struunt viatoribus. Ruricola nostri, quando eas captare volunt, ad illarum latibula accedunt, tenuisque avenaceæ fistulæ sonum, apum murmuri non ab similem modulantur, quo auditio foras exit Tarantula; ut muscas vel alia hujusmodi insecta quorum murmur esse putat, capiet, captatur tamen ipsa à rustico insidiatore. Si tenui vibice motum & gratum sibilum efficias, & exindè vibicis apicem ad oram latibuli apponas, confestim videbis Tarantulam è specu prodeuntem, super vibicem ascendere, qua ratione etiam à Popularibus illis capiuntur.

Tarantula est de genere Araneorum, seu Phalangiorum; eamque in secunda & tertia figura accuratissime, & ad vivum delineatam invenies. Octo pedes habet, quatuor scilicet hinc indè ad latera, & singuli pedes terna internodia: duo anteriores pedes sunt minores cæteris sex, & hæc magnitudinis pedum diversitas omnibus ferè Araneis familiaris est, nam modò anteriores posterioribus, modò hi anterioribus longiores sunt: idque putarem factum à summo Opifice, tum ad agilitatem, tum etiam ad commodum telas variè conficiendi.

Tarantulae Apuliæ magnitudo æquat, vel superat magnitudinem glandis, estque ferè illius magnitudinis quam exhibent figuræ secunda & tertia. Corpus illius dividitur in duas partes principales, thoracem scilicet, & ventrem, quæ quamvis ab invicem sejuncta videantur, tenui tamen ligamento, seu nodulo thorax ventri unitur: Caput à thorace, & humeris nullo distinguitur segmento, sed una eademque sunt continuatio. In capite primo occurrit os, à quo duo tela prodeunt similia forcipi hamato *aa*; quorum apex acutissimus est, & hac ratione facillimè in cutem penetrant, suntque quasi duo veneni emissaria; substantia telorum crustacea est, ac friabilis, & in maribus Tarantulis firmiora sunt, atque acutiora; in foeminis contra obtusiora, & laxiora. Hos forcipes accuratè delineatos vide in Micrographia Philippi Bonanni. Post tela seu forcipes occurrunt duo parvula cornua seu antennæ duæ *bb*, quæ propè illos oriuntur, duoque habent internodia; extremus harum antennarum apex in maribus latior est, & crassior, in foeminis contra acutior, & subtilior, ut patet in figuris; antennæ has continuò ac strenuè hinc indè movent, præcipuè cum propinquo sunt prædæ.

In capite octo oculi observantur, quod familiare est singulis Phalangis, & Araneis majoribus, qui siliam texunt, sicuti nostra Tarantula; contra qui binoculi sunt, siliam non texunt, quantum hætenus observare potui, & ab Octonoculis differunt magnitudine, figura, substantia, membrorum proportionem, &c. Oculi laeves sunt, & lucidi, nec monticuli, sive tuberculi exasperati, ut in aliis Insectis observavimus. Quatuor oculi majores sunt, & duo hinc indè ad latera capitis situantur absque microscopii ope facile visibiles; reliqui quatuor minores sunt, & linea parallela sub primis dispositi, & vix nisi per microscopium observabiles; singulos tamen in figuris Tarantularum descripsimus, ut videre est: oculorum color quandoque niger, quandoque subcæruleus. Sed quare hæc oculorum multiplicitas in Tarantula cæteris que Araneis octonoculis, qui siliam texunt, à Summo Opifice constituta sit, me sanè latet, nisi asserendum esset plures oculos faciliori texendarum retium commodo aliquid conferre; nam binoculi, qui siliam non texunt, tanta oculorum copia non gaudent, ut diximus. Octonoculi Aranei alvum habent, quæ non exigua incisura à pectore dividitur, & in ano nonnullæ eminentiæ quasi appendices observantur, quæ sunt veluti emissaria filorum texendis rebus necessariorum.

Tarantula pilosum animal est, pilique insigniter prominent per universam corporis peripheriam. Color externus corporis varius est, nonnullæ enim amulantur colorem coturnicum, aliæ cineritium, vel subalbium, aliæ subnigrum adinstar coloris pulicum: sunt etiam quæ maculis hinc indè stellatis consperguntur. Tarantula coturnicæ, vel subalbidi coloris ventrem habet rotundum, os parvum; stellata verò dorsum acutius. Cutis illarum mollis est, in maribus tamen durior, sed ad crustaceam substantiam non accedit.

De visceribus Tarantulae hic super sedeo discutere, nam præ friabilitate, & mollitie eorundem detegi vix potest.

potest minima structura; meditor tamen eadem in aliquam subpticam aquam infundere, ut consolidatis parumper partibus, sectioni possint resistere. Hoochius in sua *Microg. observ.* 47. affirmat de Araneo longipede illum marino cancro similem esse, & interna viscera, visceribus cancri marini non dissimilia se deprehensurum, si fragilior illorum substantia sectionem admisset. Inter viscera interna numerari quoque poterunt filorum conceptacula, qualia in bombycibus observantur nuper Itali, & de illis fusè discurrit doctissimus Redi de gener. insectorum lat. edit. fol. 177. ubi pariter de filo Araneorum multa scitu digna adducit. Notandum hic obiter Araneos octonuculos excrementa semper ejicere liquida, contra binuculos semper solida: quamvis utriusque muscis, & aliis hujusmodi insectulis vescantur.

CAPUT IV.

Vasa Seminalia, Ovum, & Generatio Tarantulae exponuntur, ubi obiter nonnulla de Ovis Ostrearum, & de Semine in genere.

Scuti animantia cætera, ita pariter & Tarantula ex ovo suam ducit originem, & per ovum speciei propagationem perpetuat. Mas, & femina in Tarantularum specie matuo gaudent consortio, & vasa seminalia proportionata habent; Femina scilicet ovarium, mas verò organa prolificum spiritum generantia, imò & penem, qui exurgit ex media commissura thoracis, & ventris, estque nigricans, intortus, & forma referens muscæ aculeum, ut observavit quoque in Araneis Marc. Aurelius Severinus decus magnum Italotum, & Calabriae, & fusè notat in sua Zootomia. Mares observantur minores feminis siciorique structura præditi, ut videre est in figuris; illæ verò pedes habent longiores, & ad motum promptiores, reliqua ad æteriorem structuram spectantia habent communia.

Hæc animalcula coeunt appetente Junio mense, quo tempore animalia penè omnia proficisci feminis turgentiam perpetuantur. De coitu Araneorum in genere hæc habet Aristot. lib. 5. hist. animal. cap. 8. *Cum femina de ductam araneam traxerit, mas eandem matuo trahit, quod ubi sapius fecerint coeunt, & averfis elumbus copulantur; nam propter alvum orbicularium modus hic coeundi iis convenit:* hæc ille. An ita aversè, an verò os ori jungendo coeant Tarantulae, adhuc observatione non didici. Si gravida secetur Tarantula, invenitur in ea ovarium ex folliculis ovulorum plenis coagmentatum. Circa ætatis initia hæc ova fecundari incipiunt, & tunc temporis ventre turgido apparet Tarantula, qualem in tertia figura delineamus: (secunda namque figura Tarantulam marem representat) post elapsos aliquotà fecundatione dies ovulorum folliculum parturit, ejusque figuram num. 4. descripsimus.

Foliculus hic sive ovulorum congeries, quam parturit Tarantula, coloris est cælestis, ad differentiam ovarii cochlearum, quod subflavi, ac veluti splendentis coloris est. Postquam peperit antedictum folliculum, arde illum amplectitur ut in figura tertia apparet; & ita amplexum per 12. 15. aut 20. continuos dies detinet, & exindè in campis deserit, quousque demùm ab ulteriori solis ætuatione maturata ovula excludantur. Tarantula parit ova modo quo cæteræ araneæ, eorumque emissarium propè alvum situatur, quod etiam Aldrovandus vidit de insect. fol. 625. ubi hæc habet. „ Observavi sub captæ araneæ alvo magnum „ ovorum cumulum adedè exiguorum, ut atomis liceat „ comparare, erant autem candida, & digito compressa crepitem edebant.

Non evadit fecunda Tarantula, nisi peracto anno, vel biennio ad summum suæ ætatis, quo tempore ad

Tom. IV. Pars II,

perfectam magnitudinem fecunditati opportunam pervenisse creditur. Tempore coitus, & fecundationis mas cum femina dulce ducunt consortium, idque tandè faciunt, donec femina partui proxima fuerit, tunc verò marem non amplius observamus, utut femina toto ætatis tempore plus ovulorum folliculos pariat.

Foliculus ovulorum supradictus, figura, & magnitudine lupino similis est, prout figura quarta repræsentat. Si per medium secetur, invenitur intus ingens ovulorum copia, ita ut centenos & amplius quandoque observaverimus. Ovula prædicta ordinatè disposita inter se sunt, invicemque uniantur tenuissimis quibusdam, & flaccidis filulis, imò mucos quodam sui generis. Hanc ovulorum massam per medium sectam quinta figura exhibet. Ovula prædicta seorsim sumpta magnitudinis sunt grani millii, quandoque seminum papaveris albi, suntque undequaque rotunda; exterior illorum membrana tenuissima est, & friabilis, intra cuius sinum prima araneorum stamina reconduuntur, ab ulteriori solis ætuatione mox manifestanda. A primo ovulorum partu, ad perfectam usque eorumdem exclusionem, maturationemque plures dies intercedunt, quandoque viginti, quandoque verò triginta in æstuoso Apulicæ solo, citius, vel tardius prout Tarantula campestris, aut montanam Apulicæ regionem inhabitavit.

Cum de ovulis insectorum inciderit sermo, non abarè erit pauca de ovis Ostrearum exponere, utpotè quarum propagatio obscura adhuc est apud Philosophantes. In adventis elapso Maio Neapoli Romam vivis Ostreis dum contemplerer lac intra illarum cavitatem fluitans, & observationes acutiori microscopio pluries repeterem, deprehendi tandem lac illud nil aliud esse, quam congeriem minutissimorum ovulorum, seu minutissimarum ostreolarum succo cuidam mucaginoso, ac velut resinoso confusorum; imò si super vitrum extendatur lac illud, & lumini fortiori objiciatur, deinde microscopio observetur, quædam motus oscillatio, ac partium lactis hinc indè progressus deprehendetur, quasi progressiones illæ essent futuri animantis prima motus inchoamenta. De motibus hisce vividissimis in aliis animalium feminibus à Medico in Italia celeberrimo observatis, plura dicere supersedeo, ne castas Lectorum aures offendam.

Lac pariter recens capra emulsum, super vitrum extensum, & microscopio observatum repræsentat quodque infinitam minimorum globulorum copiam, hinc indè agiliter se moventium: motum hunc agilissimum in globulis observavi quoque secunda, & tertia ab emulsione die, dummodo tamen aciditatem, aut corruptionem lac non contraxerit: Et si lacti parum aquæ miscetur, distinctior ille motus apparebit. Observationes hæc faciebam microscopio trium lentium ita composito, ut res observandæ lumini commodè objici possent, & ita diligentius, acutiusque intueri.

Sed ad ostrearum lac redeamus, quod superius diximus nil aliud esse, quam congeriem infinitorum ovulorum, seu minimarum ostreolarum, mucagini seu resinoso cuidam succo confusarum, ut in magnis vivisque ostreis observavimus. Ad quid tamen intersit album illud, ac mucosum gluten ovulis interspersum, ipse profectò nescirem, nisi assererem factum esse ab Authore naturæ ut non solum blandum quendam, ac veluti balsamicum madorem tenellis ostrearum feturis conciliet, quo possint celerius maturari; verùm etiam ut minimas illas feturas jam à matre emissas, scopulis firmet, & agglutinet, ad hoc, ut & ventorum, & maris incuribus potenter resistant, & per conciliatam firmitudinem ad debita perducantur incrementa.

CAPUT V.

De Morsu Tarantulae.

Nec cuilibet Regioni, nec quovis anni tempore venenifera est Tarantula, sed Apuliae duntaxat, atque aestivo tempore, praesertim urante canicula; Hyeme si mordet, non offendit, imò quod mirum est, Tarantulae illae, quae montes ad Apuliam terminantes incolunt si mordent, nequidem offendunt, quocumque demùm tempore mordeant. Noxiae igitur sunt, quae Apuliae campos accolunt, & potissimum aestivo tempore, quia tunc ab urentissimis Solis radiis venenum illarum exaltatur, & hinc in rabiem actae quoscumque sibi obvios impetunt. Non solum hominibus, sed aliis quoque animalibus noxiae sunt Tarantulae, quod etiam adnotavit *Alianus lib. 1. cap. 8.* ubi ait cervis esse perniciosas, quibus haedera pro medela est, & nisi eam brevi comederint, moriuntur. Ictus illarum graviore putantur à Nostratibus eo tempore, quo coeunt, id est circa initia aestatis, exaltato scilicet veneno, & ob veneris, & ob aestivi caloris orgasmum, sicuti de aliis etiam veneniferis animalibus vulgò circumfertur: nihilominus tamen, tam concubitus tempore, quam per aestatis decursum venenosus summo perè est illarum morsus.

In Apulia Barensi messores frequentius ab iis mordentur; illic enim vastissima, & oculo meherclè gratissima camporum planities spectatur, praesertim dum tritico universa luxuriat; Et cum rariore, ac ferè nullae arbores ibidem crescant (tellus namque omnis tritico feritur) arva illa omnia torrentur, ac veluti inflammantur à Solaribus radiis, & hac de causa Tarantulae in majorem rabiem actae, & caloris impetu lacessitae rabiidius messores, & viatores mordent. Earumque morsibus messores potissimum obnoxii sunt; nam Tarantula vel per fulcorum squallorem, vel per tritici fistulas progrediens, manibus, vel pedibus occurrendo veneniferum morsum infligit: quamobrem messores ocreolis pedes vestiunt, ut à morsibus tutiores evadant.

Communiter credunt viperam non mordere, nisi irritatam, prout in circumforaneis observamus, qui à morsibus illarum immunes sunt, propterea quod dexterrimè, & sine vi eisdem tractant. Super hoc assertum fundata est opinio *Domini Charas* de veneno viperæ, putantis nullum in ea venenum latere, sed totam veneni vim consistere in spiritibus viperæ inflammatis, & exandescens ob vim eidem illatam, spiritusque ita inflammati ac in virulentam indolem exaltati, dum animalium humoribus inferuntur, universam illam sanctorum symptomatum procellam confestim producant. Sed cum solida *Viri doctissimi Domini Redi* nostri amicissimi experimenta contrarium evincant, æqui rerum aestimatores hanc hanc dirimant, & in neutram partem propendendo, inconcussam veritatem stabiliant.

An eadem quaestio movenda sit de veneno Tarantulae, iudicio actiores decernant: Hoc unum scio per autopsiam; Tarantulam vigilantes aequè ac dormientes, irritatam, vel non irritatam semper mordere, & semper veneniferam labem asserere; Pariter morsus tempore eructat exiguum, vixque perceptibilem liquorem, qui venenum ne sit, an potius inflammatorum, venenatorumque spirituum vehiculum, me sanè latet. Experimentia quoque popularium nostrorum constat, non solum exitiales esse Tarantularum ictus, verum etiam exitiales futuros liquores, in quibus illa fuerit suffocata; quod etiam confirmat oculatus testis *Epiphanius Ferdinandus cap. 2. observ. 81.* In quo casu corruit opinio omnis de spiritibus inflammatis; nam quilibet illorum impetus in liquoribus praedictis extinguitur; igitur in solidiori subiecto, veneni Tarantulina indolem latere asserendum erit.

Qui morsus sunt à Tarantula, sentiunt ictum non absimilem ei quem apis, aut formica infligit. Ab ictu pars circumscribitur parvo circulo livido, vel flavo, vel nigro, aut alterius huiusmodi coloris. Dolor supervenit vehementissimus, quandoque loco doloris stupor, atque huius-

modi symptomata varia sunt, pro vario Tarantulae colore, magnitudine, veneni exaltatione, temperie aëri, & consimilibus, quae clarius patere non poterunt, nisi describendo nonnullas aërorum historias, ut paulò infra fiet.

CAPUT VI.

Morbi, & symptomata morsum consequentia describuntur.

Undequaque infelix est humana vita, infelicior tamen si morbis, infelicissima si veneni affligatur, prout experimur in veneno Tarantulae, quod indole caeteris venenis infueta, dum semel contagio suo corpus afflarit, vel immediatè Patientem enecat, si praeflo non fuerit musica, & opportunus remediorum usus; vel si haec praeflo sint, non perindè tamen venenum omnino extinguitur, sed in fluidis adeò altè illius vestigia imprimuntur, ut singulis annis, & potissimum tribus aestatis mensibus veluti reviviscat, & nisi anniversaria illa reviviscencia choreis, antidotis pro tempore demulceatur; toto illo anno aërotantes innumeris affectionibus graviter divexantur.

Dormientes, & incautos, ut plurimum mordet Tarantulae; Demorsus si vigilant, sentiunt ictum, veluti à formica, aut ape inflitum. Demorsa pars quandoque dolore, quandoque stupore insigni preheitur, circulo livido, nigro, aut subflavo statim coloratur; paulò post in tumore dolorosum attollitur, qui post institutam musicam, & remediorum usum spontè cum aliis recedit symptomatis.

Paucis elapsis horis à morsu, Patientes ingenti cordis angore, gravi mœstitia, sed graviore spiritali difficultate primò corripuntur, mœsta voce conqueruntur, oculis turbatis inspiciunt, & interpellati ab adstantibus ubinà doleant, vel nihil respondet, vel affecta cordis regionè manu pectori apposita demonstrant, quasi cor praecæteris afficiatur.

Symptomata haec frequentius in Tarantatis prima morbi invasione observantur, non sunt tamè perpetua, & singulis aërotatibus communia; imò nec à singulis Tarantulis producuntur, sed varia pro varia Tarantula natura, aëritemperie, calore aestivo magis minusve adurènt; Nostrates namque observant Tarantulas borealè Apuliae regionè magis incolètes, saeviores esse, & ab iis demorsos gravioribus corripit symptomatis, imò variis delectari coloribus praecipuè rubro, viridi, caeruleo, &c. raro autè nigricati. Et si adstantes incedat vestibus eo colore diffusis, qui Tarantatis ingratus est, necesse est ut ab illorū aspectu recedant; nam ad intuitum molesti coloris angore cordis, & symptomatum recrudescencia statim corripuntur.

Pro varietate Tarantularū, varia quoque producuntur symptomata. Tarantula subalbida producit dolorem levè, cui accedit pruritus, dolor vètris pungens, & diarrhaea. Tarantula stellata acutiorè dolorem, & pruritum asfert; imò & stuporè, gravitatè, & dolorem capitis, horrorem totius corporis, &c. Uvea Tarantula praefata quoque mala producit, quibus accedunt tumor, & dolor ingens in loco demorso, spasmus, rigor, & sudor frigidus universalis, aponia, in vomitū propensio, tēsis virgæ, & pectinis, vètris inflatio, & reliqua in historiis infra dicenda.

Cum multiplicia, ac penè incredibilia sint Tarantatorum symptomata, quorum multa à depravata imaginatione pendere videntur; non erit à veritate alienum si asseramus, venenum Tarantulinum post exacerbationem vehementium symptomatum primis diebus apparentium, desinere demum in melancholiam sui generis, eò usque aërorum cervicibus imminemem, donec vel saltatione, vel musica, vel aetatis mutatione virulentis characteres, è sanguine, & fluido nervorum penitus eliminantur, quae felicitas raro contingit, nam semel demorsus, imposterum non sanantur amplius, ut certò constat.

Assertum hoc innumera confirmant symptomata, depravatae phantasiae naturam redolentia; multi namque ex Tarantatis sepulchra, & solitaria loca desiderant, in feretro

mor-

mortuorum se extendunt tanquam mortui. In puteum ceu desperatise projiciunt. Virgines, & Mulieres, cæteroquin honestæ, solutis verecundiæ habentis vehementer suspirant, ululant, indecorè moventur, partes obscenas patefaciunt, motum pensisem amant, &c. nonnulli volutantur in limo tanquam sues, & volutatione hac summoperè delectantur. Alii verberibus cædi desiderant in ano, calcaneis, pedibus, dorso, &c. Alii cursu magnam sentiunt utilitatem. De colore curiosa quoque observantur. Tarantati namque his coloribus delectantur, aliis contra graviter afficiuntur, & pro vario depravationis phantasiæ gradu, alternatim variis rerum coloribus recreantur, & affliguntur.

CAPUT VII.

Cætera symptomata ulterius exponuntur, & quam cum aliis morbis analogiam habeant, demonstratur.

Generaliter loquendo symptomata Tarantatorum, primo veneni insultu similia sunt iis, quæ in maligna febris ex coagulatione observari solent, qualia sunt angor cordis, spirandi difficultas, omnimoda ferè pulsus oppressio, animalium, vitaliumque actionum repentina, ac penè fatalis jactura. Horum omnium testis oculatus est optimus Parens meus, isque apud Lycienses in Apulia Medicus, ut omnibus constat, celeberrimus. Ille igitur tribus in ægris rure Lycium advectis non multis abhinc annis observavit; quod cum tales ægroti maligna febris ex coagulatione laborassent, & multa in illis apparent symptomata Tarantatorum symptomatis multum analogia, Parentes judicaverunt à Tarantula demorsos fuisse (repugnante interim summoperè optimo sene parente meo, qui morbum revera esse malignam febrem ex coagulatione assererat) & ideò adveniente musica, choream & saltationem inchoarunt patientes, jussu, & hortatu Parentum: ex iis duo saltando mortem accelerarunt, tertius verò in ipso choreatum actu expiravit: exinde deducimus malignam febrem ex coagulatione, imponere sæpissimè Medicis sub specie veneni tarantulini.

Si quid judicare valeo, crederem venenum tarantulium præcipuam sedem figere in liquido nervorum sive in spiritibus animalibus; siquidem continui dolores capitis, animi deliquia, dolores ossium, impotentia ad motum, ventriculi dolores, cordis oppressiones, & reliqua hujus generis symptomata morbosam spirituum naturam abundè patefaciunt; non excludendo tamen antecedentem ipsius sanguinis virulentam quoque indispositionem.

Præcipua membra, quæ in Tarantatis multari videntur, sunt ventriculus, & cor (si pro corde intelligenda sit sanguinis massa per cor circulans, non litigo) ideò raro illi immunes sunt doloribus ventriculi, nausea, siti, inappetentia; necnon angore cordis, convulsione, gravitate, & afflictione circa pectus, undè semper sunt luctuosi, suspiriosi, pallidi, & taciturni. Notatu quoque dignum est multas mulieres ex nostratibus chlorosi laborantes, eadem ferè pati symptomata, quæ Tarantati, & quoniam pro Tarantatis habitæ sunt, consueto more singulis annis saltarunt; & per saltationes à chlorosi diuturnisque hysteriis immunes omninò evaserunt; quoniam antedictæ mulieres à chlorosi, variisque hujusmodi diuturnis morbis saltando, & sudores hac ratione eliciendo liberatæ sunt: dogma prædictum exinde deducitur, quod tales mulierum morbi nunquam rationabilius curabuntur, quam per medicamenta roborantia, effœtam, atque elanguidam sanguinis massam exaltantia; non verò per purgantia, saccharata, & similia majorem languorem sanguini inducentia. Inter præcipua roborantia effœtam, ac debilem sanguinis massam in chronicis morbis, laudo maximopere equitationes in aëre rusciano factas singulis diebus, hora potissimum matutina, quibus

Tom. IV. Pars II.

equitationibus morbos chronicos penè incurabiles protinus eliminavi. Hæc obiter de equitatione, & saltatione in curandis chronicis adnotavi, ut clarius pateret quantum valeat exercitium ad roborandam, restituendamque emortuam penè sanguinis massam in chronicis, irritò quovis alio remediorum genere, præcipuè si ab animi pathemate oriuntur; equitatio tamen præ cæteris laudatur, utpotè in qua tota vis succussionis ab equo facta in imum ventrem terminatur, ubi fermenta excitantur, & flagnans materies circulum amissum recuperat.

Non reticendum hic erit, quod licet in nostris Regionibus, & Tarantulæ venenum, & Tarantati revera dentur; mulieres tamen quarum inter Tarantatos pars magna est, morbum hunc frequentissimè simulat per symptomata eidem familiaria; nam sive amoris igniculis, sive jactura rei familiaris, sive aliorum malorum mulieribus propriorum tædio afficiantur, ob assiduum de talibus objectis mœrorem in desperationem, ac ferè in melancholiam degenerant. His omnibus accedit vita solitaria adinstar Claustralium, ab omni quamvis honesta familiarium hominum confabulatione immunis. Accedit pariter aër adustissimus, temperies mulierum ardentissima, cibi calidi, & maxime alibiles, otiosa vita, &c. Atque tam prioribus quam posterioribus hisce de causis in mœrorem, & affectionem melancholicam frequenter degenerant, eademque ratione omnimodis concentu, & choreis delectantur summoperè; undè ut opportuna hac musices occasione solis Tarantatis permissa utantur, Tarantatas se fingunt, fucò autem, & simulationi accedunt pallor vultus, mœror, spirandi difficultas, angor cordis, deprava imaginatio, & reliqua simulati potius, quam veri Tarantularum veneni symptomata (& cum maxime grata sit hæc chorea Mulieribus, cessit apud nostrates in adagium, *il Carnevaleto delle Donne*). Et quamvis solæ mulieres morbum hunc quandoque simulent, non perindè tamen suspicandum hoc etiam erit de reliquis Tarantatis; nam nonnulli Viri cæteroquin eruditi, & Religiosi, cum minime Tarantatis crederent, periculum in se ipsis fecerunt, & in Apulia demorsis à Tarantula, in imminens vitæ discrimen inciderunt, & nisi præfesso fuisset musica, brevi animam se sstatoros fatebantur, ut asserit etiam *Epiphanius* nosster loco laudato.

Tarantula, ut diximus, venenifera duntaxat est in Apulia, & præsertim camporum incola, nam quæ in montibus Apuliæ vicinis reperitur, vel nullo, vel non pernicioso pollet veneno. Et si eadem campestris Apuliæ Tarantula in exteras regiones, Neapolim scilicet, Romam, &c. transferatur; si mordebit, nulla ibidem asseret patientibus incommoda, & si offeret pauca erunt, & levia, ut inferius in historiis. Dicunt nonnulli tandiu in Tarantatis vigore venenum, quandiu ipsa vivit Tarantula, &c. sed cum hoc falsissimum sit, ut experientia infallibili apud Nostrates constat, nihil immorabor in hac refellenda falsitate.

Non solum Tarantulæ apuliæ, verum etiam scorpiones apuli veneniferi sunt: observatione namque constat, à scorpione punctos eadem ferè pati symptomata, ac si à Tarantula morsu essent; chorea delectantur, & musica, iisdem duntaxat sanantur, ut infra in historiis, &c. Hac de causa quamplures Græci senes, & populares nostri arbitrati sunt symptomata ea omnia, quæ vulgò Tarantulis adscribuntur, pendere potissimum à scorpionum morsu. Sed quoniam assertum hoc falsitatis redarguit inconcussa Regionum nostrarum experientia, ideò in præsentem statui Tarantulam æquè ac Scorpionem Apuliæ esse summoperè veneniferos, eadem ferè producere symptomata, & iisdem remediis musica scilicet, choreis, &c. sanari, scorpiones tamen minus virulenti sunt quam in Africa, magis verò quam in reliqua Italia.

Sunt qui à Tarantula demorsis paucis diebus moriuntur, nil proficientibus musica, & antidotis; nonnulli cõtra præfatis remediis ab imminente morte liberantur.

Cæterum veneni semina, more reliquis infaeto, adeò altè incoquantur humoribus, ut vix deleri possint; imò ferè semper ad mortem usque comitantur patientem, &c. Et quod semper diximus, Tarantulæ venenum semel corpori illatum indelebile imposterum est.

Periodum, & recrudescentium venenorum curiosum est indagare. Caninum venenum ad 30. quandoque annos massæ sanguinæ inhæsit, statisque temporibus recrudescendo ad mortem usque patientis duravit; hæc de re legi meretur historia Hildani *cent. 1. obs. 26. de Matrona*, quæ à canerabido demorsa per triginta ferè annorum spatium singulo septennio veneni recrudescentiam patiebatur, donec tandem mortua fuit. Vulgò credunt venenum caninum si elapsis 40. diebus non manifestetur, imposterum non amplius manifestari; sed hoc falsum esse præfata Hildani testatur historia. Nos quoque Romæ hoc anno 1695. vidimus Pharmacopæum, qui cum demorsus fuisset à cane, mense Junio ejusdem anni, in Urbinatensi Civitate Patria sua, & exindè Romam venisset, derepentè factus maniacus hydrophobus, post biduum periit, circa medietatem Octobris nuper elapsi. Hoc idem quoque observavit Neapoli in Juvene Medico Vir celeberrimus *Lucas Tozzius* Summi Pontif. hodiè Archiater, ut nuper mihi familiariter narrabat. *Fracastorius lib. 2. de morb. contag.* ait: Vidi ipse puerum, qui post octo menses, ex quo demorsus fuerat à cane, contagionem ostendit, ex qua mox periit, &c. Venereæ huius character ad 30. & plures annos sanguini inhæret absque ulla molestia; & incommoda patientis valetudine; recrudescit tamen derepentè tanta symptomatum vehementia, ac si tunc primò supervenisset. Tarantulæ venenum singulis annis, & potissimum circa illud tempus, quo patienti illatum fuit infallibiliter recrudescit. Dum calor solis ardentius exurere incipit, quod contingit circa initia Julii, & Augusti, Tarantati lentè venientem recrudescentiam veneni persentiunt, seque manifestantem per inappetentiam, cordis angorem, capitis gravitatem, sitim, ossium veluti fracturam, & huiusmodi alia, quæ quandoque sensim, quandoque derepentè superveniunt, & veneni paroxysmum incutiunt. Si patientes de præfatis symptomatis lentè subrepentibus advertuntur, statim ad musicam, & choream confugiunt, ne à superveniente derepentè paroxysmo corripiantur. Si verò paroxysmus absque præviis antedictorum symptomatum nunciis inopinatò ægrum invadat, tunc ille veluti fulmine tactus humi concidit semimortuus, manus, facies, aliæque extremitates denigrantur, suffocatione, & spirandi difficultate corripitur, & ita jacet, quousque veniant Cytharædi, quorum consueto modulamine audito, sensim in vitam restituitur, ad choream disponitur, atque artus primo, mox verò universum corpus movet.

Si debito tempore æger non saltaverit, toto illo anno gravissimis urgetur symptomatis, ietheritio scilicet cutis colore, anxietate cordis, inappetentiâ, febriculâ, & reliquis toties repetitis; imò si Tarantati vervecina carne, cucumere, aut citrulo utantur, statim dolore ventriculi molestissimo aggrediuntur. At si singulis annis consueto tempore saltaverit, sudaverit, & mices sono veneni semina foras eliminaverit, toto illo anno optima fruitur valetudine, nec ullis subjacet symptomatis modò recensitis.

CAPUT VIII.

Curatio morsus Tarantula, & effectuum ab ea provenientium.

S Alus ægrorum omnium, quibus venenum aliquod illatum fuerit in ancipiti est, multò magis si à Tarantula, aut Apulo Scorpione demorsus sint, quorum

plurimi brevi horarum spatio moriuntur, irritis, & musica, & antidotis.

Ad duo communiter genera reducunt auctores venenorum effectus, ad coagulantes scilicet, & dissolventes massam sanguineam. Ex phænomenis toties repetitis quisquis deducere poterit venenum Tarantularum disponere humores ad coagulum, sive incrasationem; idque satis indicant repentina pulsus oppressio, angor cordis, maxima spirandi difficultas, faciei, aliarumque extremitatum deturpata nigrities, rigor, horrorque universalis, sopor gravis, & reliqua hæc analoga, quæ quidem varia sunt pro varia Tarantularum indole, varia ægri temperie, & antecedenti corporis morbosa aliqua dispositione, calore æstatis magis minusve ardenti, &c.

Sivè à Tarantula, sive à Scorpione Apulis morsus quis fuerit, indicationes curativæ sunt, dissolvendi, attenuandique humores virulento afflato contagio, per medicamenta alexipharmaca, theriacalia, bezoardica, & reliqua parum diversa ab iis, quibus utuntur Medici in demorsis à vipera. Demorsum locum statim scarificat Nosstrates lanceola, & quoniam magnus stupor affectum locum interèdum occupat, patientes scarificationis dolorem non sentiunt: Factâ scarificatione cucurbitulam applicant ad veneni extractionem, exindè theriaca, & alio contuso, quandoque mythridatio, aut confectio orvietana partem fovet, donec venenum aliquantisper fuerit debilitatum.

Ipse verò (si meo arbitrato uti unquam licebit,) demorsum locum candenti ferramento statim adurem; ignis namque cum sit de genere stimulorum, isque stimulus vehementissimus, excitat in fibris affecti loci, & successivè in toto systemate fibrarum humani corporis oscillationem quandam sive motum vividum, continuatum, & vehementem, qua ratione humores qui sunt ad contactum, solidorum ita oscillantium, solvantur, dimoventur, attenuanturque; & à veneno coagulante, vix unquam figi poterunt, præsertim in affecto loco, ubi stimulus ignis est potentior, & humorum ad coagulationem major inclinatio. Quoniam verò felices hos ignis effectus nec ipse adhuc expertus sum, nec ab aliis didici auctoribus, superfedeo nunc à majore illorum præconio; obiter tamen notare non gravabor effectus ignis in aliis morbis.

Pluries observavi, ulationem candenti ferramento factam in incipiente gangræna, vel incipientibus, sed sordidis ulceribus, gravissima damna intulisse; nam per crustam illam ab ulatione intempestiva productam, hiantia fibrillarum, vasorumque oscula prorsus clausa fuerunt; idè impeditâ necessaria corrosivi, & gangrænosii humoris per ea repurgatione, nil mirum quod noxius ulceris humor ad interiora retrocedens, pro diversitate partium in quibus deponeretur, diversa, & gravia adduxerit symptomata; Porrò adusta pars prorsus exsiccabatur, & nigrescebat, & ad malorum cumulum paucis diebus interpositis mors superveniebat, ut nonsemel observavi Patavii, aliisque Italiæ Xenodochiis.

Dum igitur talia ulcera medenda occurrunt cum suspitione malignitatis, & magna humoris erosione, non sunt statim adhibenda ferramenta ignita, aut remedia caustica; sed foveri incipiant decoctis balsamicis amariantibus, vulnerariis, & similibus, quibus erosivi humoris ad exteriora evocatio procuratur, fibræ flaccidæ ac ferè erosæ consolidantur, & circulantibus per affectum locum humoribus balsamica quædam conciliatur dulcificatio, ac robur. Et hæc candidè fateor, quod si postpositis unguentaceis, & oleosis vulgarium Medicorum remediis præfate decoctiones vulnerariæ, & balsamicæ intus, & extra adhibeantur, methodoque recensitâ patienter, atque assidè maligna, & gangrænosâ ulcera in principio tracten-

Tarantati

tractentur, non solum brevi curabuntur, sed nunquam ferè in corruptionem, aut incurabilem statum degenerabunt. Cæterùm si remediis hisce statim præscriptis nil proficiat, sed in ulcere contagium, & depascencia supervenerint; in his duobus casibus duntaxat ad ulsionem, remedia caustica, & tandem ad membri abscissionem si gangrenosus imminet deveniendum. Inulso ulcere curandum, ut citissimè decidat eschara, ne per illam occlusa vasorum inulorum oscula, maligni humoris eruptionem impediunt, ut supra observavimus; succo petroselinii inuncta pars, brevi de se escharam emittit, si super ambustum locum insuffletur flos farinæ tritici in tenuissimum alcohol redactæ, & exindè superponatur petia vino nigro madida per diem ulcere inuquenda, postea oleo lini foveatur; decidet quoque eschara, ut vidi Patavii curante Domino Marchetto.

Sed è diverticulo in viam. Nostrates postquam demorsum à Tarantula locum, & scarificaverint, & alexipharmacis inanxerint, ad interna demùm remedia se converiunt. Inter hæc primas tenent spir. vini rosmarinatus, sive aq. Reg. Ung. vel potius ipsa essentia rosmarini per se destillata, & sumpta cum aqua zheriac. cortic. citri, vel hyssopi, meliss. serpilli, &c. statim naque exhiberi potest spir. vini rosmarinatus ab unc. 1. ad ij. cum aq. serpilli, aut brodio herbis alexiteriis alterato, ægerque in lecto cooperiatur ad sudores eliciendos, quibus facilius extorquendis pannum lineum spiritu vini madidum, & nudo corpori obvolvendum, priùs tamen calefactum leniter, summoperè laudatur. Epiphanius Ferdinandus lequens electuarium, quod antiphalangium vocat, tanquam summoperè utile, & à se expertum in observationibus suis proponit: sit igitur. Recip. bacc. myrti. & tamaricis an. unc. 1. semin. passinac. nigelle. agn. cast. dauci, anisi, cumini, & origani, an. drag. 1. terr. sigill. & boli arm. orient. an. drag. ij. cum syr. tot. citri. f. s. a. electuar. de quo sume quotidie mane drag. ij. & superbi brodium alteratum herbis, & radicibus alexiteriis. Cæterùm frustranea propemodùm sunt, tum hæc, tum alia remedia, quæ proponi possent, nisi præsto sit, & adhibeatur musica, ut constans, & infallibilis nostrarum Regionum evincit experientia; Siquidem musica præcipuum est Tarantatorum antidotum, qua quidem auditâ, quamvis adsillar apoplecticorum jaceant patientes, sensim movere incipiunt manus, pedes, & exindè reliqua membra, donec tandem in pedes erigantur, erecti ululant, suspirant, obscena eventulant, & saltationes integro triduo absolvunt. Sed de his speciatim.

CAPUT IX.

Chorea, & Musica sunt præcipuum hujus veneni antidotum. Ubi obiter modus saltandi Apulia familiaris describitur.

Quoniam irritis quibuscumque remediis, brevi intereunt Tarantati, nisi musica præsto fuerit; ideo de modo saltandi nobis familiari pauca mox dicemus.

A Tarantula demorsu paulò post humi concidunt semimortui, cum totali virium, & sensuum jactura, difficulter quandoque spirant, quandoque luctuosè suspirant, frequenter tamen immobiles jacent ac velut exanimis. Inchoato musices sono sensim mitescere incipiunt symptomata antedicta, æger digitos, manus, mox pedes movere incipit, & successivè cætera membra, crescenteque sonorum modulamine, motus ipse membrorum augetur, & si patiens humi jacet, vehementissimè in pedes elevatur, saltationes inchoat, suspirat, & modis ferè admirandis contor-

quetur: Vehementes has, ac primas saltationes pluribus horis, sed frequenter duabus, tribus horis continuat; postquam verò paululùm quieverit in lecto ad sudores abstergendos, viresque reficiendas, eadem vehementia saltationes redintegrat, & facta supputatione duodecim ferè horas quotidie impendit in saltationibus vicissim institutis; Et quod mirum est, non solum à vehementibus hisce saltationum laboribus lassitudinem, aut debilitatem aliquam non sentiunt patientes, sed exindè, ut ajunt, agiliores, fortioresque evadunt.

Saltationem inchoant frequenter circa ortum Solis, eamque nonnulli absque ulla quiete protrahunt ad horam unam circiter ante meridiem; coguntur tamen interdùm quiescere, non lassitudinis causa, sed quia dissonantiam aliquam in musicis instrumentis percipiunt; quam dum perceperint, adeò vehementibus corripiuntur suspiris, & angoribus cordis, ut dictu sit incredibile; inò tamdiù suspirant, & affliguntur, donec ad consonantiam redacto instrumento saltare denuò incipiant. Mirum quoque est, quod rudes puellæ, & inculti rustici, qui unquam ne viderunt quidem nobiliora musices instrumenta, saltationis tamen tempore, tam periti evadant dissonantiarum, & consonantiarum artifices, & censores.

Circa horam meridianam quiescunt à sono; & chorea; lectoque componuntur ad sudorem evocationem, quibus evocatis, & absterfis, tenui brodio, vel simili tenui cibo reficiuntur; nam gravissima quæ tunc detinentur inappetentia, lautorem ciborum copiam vix, ac ne vix quidem permittit. Hora una circiter pomeridiana, vel duabus horis ad summum, saltationes renovant eadem vehementiâ, easque continuant modo suprascripto usque ad Vesperas. Vespera denuò lectulum ingrediuntur, sudores excitant, usque absterfis tenui victu reficiuntur, & somno demùm se componunt. Hic saltandi modus communiter per quatuor dies exercetur, rarò ad sextum extenditur.

Generaliter saltandi terminus incertus est, multi namque tamdiù saltant, donec ab omnibus solutos symptomatis se persentiant, quod frequentissimè succedit post tertium vel quartum diem; tunc enim spoliata sanguinis malsâ virulentis partibus per supervenientes sudores, pristina salutis commoda recuperat patiens, & toto illo anno à pravi morbi symptomatis immunis vivit. Et quamvis per sudores saltationibus provocatos venenosa morbi semina à sanguine eliminantur, non perindè tamen sequitur, ut sudores à vulgaribus diaphoreticis provocati hoc idem præstare possint; Nam plures ex nostratibus Medicis, quamvis, postposita saltatione, sudores provocaverint per aquas, & confectioes diaphoreticas, nonnullis diebus ante suspectam paroxysmi invasionem; nihilominus tamen paroxysmus verè supervenit, & majori cum impetu, fuitque necessarium choream adire & novos sudores per repetitas saltationes procurare, & ità proxysmum omninò jugulare.

Circa illud anni tempus, quo à Tarantula demorsus fuit patiens, recrudescunt gravia hujus morbi symptomata; undè qui prompti non sunt in antevortendo morbi insultu per consuetas choreas, ipsos paroxysmus derepentè ingruens præoccupat, idè ubicumque reperiantur, concidunt veluti apoplectici, aphoni, cum denigratione faciei, & extremorum &c. de quibus omnibus admoniti parentes statim cytharædos vocant, ut sonos inchoent, quibus auditis sensim respiscit patiens; primò manus, mox pedes; dein reliquum corpus movet; in pedes erigitur, & saltationes consueto more absolvit. Et ut supra indicavimus, si opportuno tempore non saltaverit, sudoresque hoc pacto evocaverit patiens, toto illo anno miserimè discruciat inappetentia, colore cu-

tis istericio, lassitudine universali, & reliquis supra recensitis malis, quæ magis magisque ingravescent si annis sequentibus ne quidem saltaverit, donec tandem in cachexiam hydropem, & morbos incurabiles incidat.

Nonnulla curiosa hic subnectemus, quæ Tarantati chorearum tempore faciunt. Universaliter omnes Tarantati in magno illo saltationum vigore suspirant, alitè conqueruntur, ebriorum adinstar, internorum externorumque sensuum rectum usum ferè amittunt; Adstantes, & Parentes confusè atque æqualiter tractant, & de præteritis ferè non recordantur. Ex illis tamen nonnulli, saltationis tempore delectantur summoperè frondibus vitis, vel arundinis, easque manibus per aëra circumferunt, aqua madefaciunt, faciei ac collo circumnectunt, imò in aquam ipsam manus, & faciem immergunt; Alii rubras vestes, vel nudos enses manibus tractare cupiunt. Hinc apud vulgus invaluit opinio, saltantes cum frondibus vitis, demorsos esse à Tarantula; contra cum ensibus nudis, ab apulo scorpione, qua de re fides sit apud ipsum vulgus. Alii dum parum à saltatione quieverint, humi caveam effodiunt, aqua implent, & in luto illo veluti sues volutari summoperè cupiunt. Demùm inter initia saltationis quandoque enses petunt, & artem gladiatoriam saltando exercent, quandoque speculum volunt, & dum in eo propriam vident imaginem vehementissimè suspirant. Quandoque vestes pretiosas, pulchra indusia, monilia & alia hujus generis ornamenta petunt; magnaque reverentia ab adstantibus accipiunt, & omnia ordinatè disponunt circa aream, in qua saltationes ducunt, iisque vicissim utuntur, ac delectantur saltationis tempore juxta varios impulsus, quos læsa imaginatio intus excitaverit; vestibus, & indusiis coloris amæni, ut plurimum rubri, cærulei, & flammei delectantur; nigrum contra vehementer horreat, ad illius aspectum suspirant, & adstantes tali colore incedentes quasi manibus impetunt, & foras exire jubent, &c.

CAPUT X.

Nonnulla alia circa choream breviter expenduntur.

Quemadmodum Tarantulæ sunt diversæ magnitudinis, coloris, & virulentæ, ita & Tarantati à diversis sonorum generibus ad saltandum excitantur delectanturque, prout à variæ speciei Tarantula fuerint demorsi; imò non solum singuli patientes particulari modulamine delectantur, & excitantur ad choreas, verùm etiam & particulari instrumento, alii scilicet fistula pastorali, alii tympano parvo, cythara, lyra, cymbalo, fidibus, & tibicinibus varii generis. Hinc curiosum est observare, quod Cytharædi interdum, quamvis tria vel quatuor diversa sonorum genera efformaverint, ab iis tamen patientes ne minimùm ad saltationes moventur, dum verò aliud efformant à præfatis diversum, & ipsorum veneno forsan accommodatum, statim ad illam suspirant, & saltare vehementer incipiunt. Hoc unum tamen verum est, patientes, licet suo quique delectentur sono, omnes tamen velocissima sonorum modulamina desiderare (quæ sonorum velocitas vulgò dicitur *Tarantella*). Ideò Cytharædi horum non ignari, faciliter mulierum faciem solent manifestare, nam si viderint mulierem ad quoscumque sonorum concentus veloces, aut tardos, & similes alios statim, imò & indiscriminatim saltare, dicunt eam non esse revera Tarantam, uti postea experientia certum comperitur.

Atque hæc sunt, quæ de chorea ejusdemque effectibus breviter adnotavimus, reliquum est, ut

mox perpendamus an ipsa Tarantula ad musices sonum revera saltet, & an alia animalia ab eadem demorsa ad saltandum cogantur.

Tarantulam ad sonorum concentus saltare nonnulli crediderunt, inter quos Kircherus mund. magnet. lib. 13. pars. 8. aliique Auctores, qui ex alienis dictis potius, quàm per autopsiam hac de re judicant. Ex antedictis tamen sciendum Tarantulam esse de genere Araneorum, sive Phalangiorum octonocolorum, cujus substantia ferè tota friabilis, membranæ, & subtilissima est, atque sui generis nutritia lymphæ turgescens (sanguinis namque vestigia, rarò in eadem observavimus) undè hac ratione à quolibet, vel levissimo motu externo, in subsultus involuntarios impelli posse credendum.

Porrò Tarantula ex natura sua ad saltus, motusque vehementiores prona est, & ferè nunquam quiescere observatur, multò magis si adurens æstatis calor accesserit, quo exaltati attenuatque Tarantulæ humores in majores motus subsultorios eandem adigunt. Cum intueret interdum avulsam Tarantulæ pedem, integris ferè horis duabus subsultorios, vehementioresque motus in illo observavi. Duobus his motibus si tertium accedat, undulatio scilicet aëris, & vehemens ejusdem pressio à musices instrumentis facta, & Tarantulæ membraneum corpus incurrens, mirum non est, si ea ad musices sonum subsilire tunc temporis videatur, subsultusque illi externis motibus potius debeantur, quàm voluptati Tarantulæ, ex necessario naturæ instinctu ad sonum subsilientis, quæ omnia magis patebunt legenti librum de vi percussione, quem nuperis annis emisit vir celeberrimus *Borellus* Academiæ Neapolitanæ & Romanæ decus magnum, ubi multa virium impulsus arcana examinantur. Cæterùm quamvis hæc ipse sentiam, non perindè tamen omninò nego Tarantulam ad musices sonum ex interna quasi voluptate subsilire, præsertim cum *Epiphanius* laudatus hoc asserat, & alii quamplures testes oculares, sed majori probatione rem hanc indigere abitor.

Videbimus mox an reliqua animalia à Tarantula demorsa saltare cogantur, ut homo. Nostrates passim opinantur affirmativè, & ab oculatis testibus hoc pluries audivimus. Sennertus quoque lib. 1. cap. 7. ex *Epiphanio in suis observ.* refert vespam à Tarantula demorsam, unà cum ipsa Tarantula saltasse ad sonum fidicinum, imò & gallum demorsum pariter saltasse. An animalia demorsa iisdem de causis saltare cogantur, quibus Tarantulam ad saltandum cogi nuper indicavimus, dubius hæreo. Fateor tamen quod sicuti à cane rabido demorsi ululant adinstar canum, aliaque operationes canibus analogas exercent, ob impressas forsan in illato veneno rabidi animalis ideas. Ità pariter si in summè activo Tarantulæ veneno ejusdem animalculi instinctus, atque inclinationes lateant; eæque per veneni vehiculum animalibus communicatæ sint, quid mirum si in his totas suas vires, & à venenati insecti natura parum differentes exeant?

Elapso decennio dum exercebam praxim Neapoli in celeberrimo illo tùm Doctorum Virorum, tùm Scientiarum Emporio, amicus quidam noster varias Tarantulas vivas Apuliâ transferri curavit circa mensem Augusti. Unam ex illis tenui vibicæ prius irritavimus, irritatæ statim cuniculi vivi caput aptavimus, cujus superius labium paulò post bis momordit, transactis duabus horis demorsi cuniculi labia insigniter intumuerunt, nigrescebant, & ipse subobscurâ spirandi difficultate, & blanda totius corporis horripilatione correptus humi concidit; usque ad quartum diem nec cibum hausit, nec potum, sed stupidus, ac veluti comatosus jacens, & præfatis graviter pressus symptomatis quinta die circa meridiem obiit.

Caput,

Caput, labia, & lingua ante mortem vehementer intumuerunt; imò, & abdomen; Licet Cytharædus accesserit, & varia sonorum modulamina efformarit, non perindè tamen cuniculus movebatur, aut subsiliebat, sed semper aphonus, & immobilis jacuit. Probabile itaque est in sola Apulia miros saltationis effectus producere venenum illud, quò loci ab urentioribus solis caloribus ad debitum exaltationis gradum evehitur, non ità in reliquis Regionibus, sub frigidiori forsàn climate constitutis. Lycium redux decreveram nonnulla in animalibus experimenta per Tarantulæ morsum tentare; sed quoniam vix domum attigeram, quod in exteris Regionibus peregrinandum mihi fuit, idèò nequidquam hac de re potui absolvere.

Aperto cuniculi cadavere, venas, & arterias cerebri turgidas invenimus, & cerebrum ipsum levi affectum inflammatione, maculis lividis hinc inde conspersum. Pulmones, & reliqua viscera naturalia sanguine concreto, & nigro nimum dilatantur. In ventriculis cordis grami majores sanguinis, & tenues rami polyposæ concretionis conspiciantur; Magna seri copia hinc inde exterius in cerebro fluctuabat. Reliqua demùm sana erant, & inculpata.

Nil frequentius occurrit in apertione cadaverum, quàm hæc seri extravasatio in partibus, & cavitatibus corporis. Eam tamen potissimum observavi in cadaveribus eorum, qui ob generalem aliquam sanguinis coagulationem, vel potius particularem in aliquo viscere obstructo perierunt. Universalem intelligo in malignis febribus à coagulatione; particularem verò in apoplexia, pulmonum morbis quamplurimis, & viscerum obstructionibus, ac scirrhis; Undè in extinctis ab apoplexia sæpius copiosam seri fluctuationem observamus extrà, vel intrà cerebrum; In extinctis verò à pulmonum morbis, in cavitate thoracis, & sic deinceps. Et hæc seri evasatio recentiori potius debet inter effectus, quàm inter causas morbi principalis, utpotè quia paucis ante mortem diebus, aut mensibus se manifestat. Quod præ cæteris observavi in iis, qui ex polypo cordis moriuntur; hi paulò ante mortem tumore pedum œdematoso vexari incipiunt, mox cohexiã; & tandem hydropè corripuntur. Huic observationi quadrat & illa de asthma, aliisque pectoris morbis, in quibus impedimentum aliquod vel in auricula dextera, vel in dextero cordis ventriculo adest, utpotè dilatatio, aneurisma, polypus, ossificatio & reliqua hujusmodi exonerationem sanguinis à dextero cordis ventriculo in pulmones impediunt: in his inquam morbis observavi, exteriorem dextræ manus partem attolli sensim in tumorem, coloris vel naturalis, vel subpallidi, & morbo ad interitum ægri properante, tum orem illum altius elevari, & per continuatum brachium expandi. Quando igitur talem tumorem in exteriori, & mox in interiori manus parte deprehenderit, aderitque spirandi aliqua difficultas, semper prædicito impedimentum aliquod circa dextrum cordis ventriculum, aut circa illius auriculam, ut cadaveris sectio clarius manifestabit.

CAPUT XI.

(Varia Egrorum Historia proponuntur.

Historia I.

Nobilis Mulier Lyciensis ann. 1689. rure in urbem regrediens, secessit in cellam vinariam, in qua cum paulisper commorata esset, domum

rediit, negotiisque domesticis occupata, morsum quendam in femore dextro sensit, formicæ morsui non dissimilem, interea temporis neglecta levi punctura ad prædandum se contulit, vixque pauco ingesto cibo, femur, & inferiores artus sensim stupefiebant, nec ullam vellicationis molestiam à patiente factam sentiebant. Quamobrem relicto prandio secessit in cubiculum, ut observaret demorsum femur, invenitque in loco demorso parvum tumorem magnitudine lentis, subrubrum ac ferè livescens, cui statim theriacam allio confuso mixtam applicuit, eodemque tempore vehementis angor, & magna spirandi difficultas supervenerunt. Mox lectulo composita totius corporis tremore correpta fuit, tali profectò vehementia, ut vix duo robusti homines eam continere potuissent; paulò post ingens dolor in articulari, & digitis pedum supervenit, & præ doloris magnitudine agrè ferebat levissimum pondus indusii linei corpori superpositi. Accersito Medico pars affecta pluries secta fuit lancæ, sectionique superposita theriaca cum allio confusis; intus verò sumptis confect. alchem. cum vino generoso. Sed omnia hæc frustra; nam sensim aphonía, & spirandi difficultas crescebant, & patient dicebat linguam sibi ad interiora convelli, & ita impedire, ne posset verba pronunciarè: Trium horarum spatio ab accepto morsu hæc supervenerunt, illisque accedebant suis ingens, vigilia, angor cordis, inappetentia, & quamplura alia symptomata. Undè Parentes statim suspicari cœperunt de ista Tarantulæ, (quamvis in affecto loco eandem non invenerint) & patienti saltationem suadere, quæ quidem lachrymando respondit, se saltare non posse, tum ob vehementes in articulari pedum dolores, tum ob totalem virium jacturam.

Urgente tamen morbo vocati sunt Cytharædi, qui propè lectulum patientis stantes, interpellarunt eam à cujusnam coloris, vel magnitudinis Tarantula demorsa esset, ut familiarem talis speciei Tarantulæ sonum inchoarent; Et cum respondisset se nescire, à Tarantula nè, an à Scorpione puncta esset. Illi statim duo, vel tria diversa sonorum genera instituerunt, à quibus nihil prorsus afficiebatur patient; audito tamen quarto à reliquis diverso, statim suspirare cœpit, & se temperate nesciens à vehementissimis insultibus, quos musica intus excitabat, solutis omnibus verecundie limitibus, ferè nuda prodit è lecto, vehementissimè saltare cœpit, & ita per triduum consueto more continuando, ab omnibus symptomatibus libera evasit. Cæterum licet patient toto illo anno optimè se habuerit, singulis tamen subsequenter præsertim eo tempore, quo puncta fuit, eidem omnia recrudescent symptomata, locus demorsus dolore, phlogosi, & rubicundo colore afficitur, &c Omnia tamen evanescunt per choreas modo antedicto institutas.

Historia 2.

Alia Mulier pariter nobilis Lyciensis à Tarantula demorsa, iisdem symptomatibus magis, aut minus vehementibus affecta fuit, sed per choream more patrio institutam brevi evasit, & toto illo anno optimè habuit. Singulis tamen annis, circa solitam veneni recrudescentiam vehementissimus dolor digitos pedum occupabat, ob vehementiam doloris inflammabantur, & per decursum inflammationis ex unguibus digitorum ichor tenuis, & mordacissimus emanabat, qui adjacentes partes graviter exulcerabat. His de causis saltare coacta nobilis Mulier, post finitas saltatio-

saltationes, à præfatis digitorum, & totius corporis symptomatis statim sanabatur, imò ipsi digitorum unguis omninò decidebant.

Historia 3.

Septuagenarius robustioris temperaturæ, Neritonensi in urbe propè Aletium ortus, circa initia Julii mensis dormiebat in campis, & præcipuè in area tritici hora meridiana, derepentè morsus fuit tenui punctura, à qua excitatus, statim manibus fortiter compressit locum demorsum. Interea denudato femore invenit scorpionem nigrum jam interfectum in affecta parte. Paulò post ingenti cordis angore, languore universali, pectoris angustia, capitis debilitate, aliisque symptomatis corripitur. Per adhibita varia intus, & extrà medicamenta non remittebat morbus, sed omnia ruebant in deterius; ægerque affixus lecto manibus plaudebat, frondes vitis aqua madidas petebat, sonum musices, & choream desiderabat, & in ipso lecto pedibus subsiliebat; dum hæc peragebantur, supervenit musica, quâ auditâ licet patiens summoperè lataretur, nihilominus tamen ob extremum virium languorem, & continuas pectoris, atque cordis angustias vix moveri poterat à latere in latus, unde paucis interjectis horis, extremo correptus angore migravit ad Superos.

Historia 4.

Juvenis rusticus Neritonensis, peponem, in cuius superiori parte fovea naturaliter excavata erat, in fovea scorpio latebat, comederat, abjecto prius scorpione. Vix elapsis duabus horis ab ingesto pepone gravissimis doloribus colicis corripitur, mox verò febrî, & fatalibus tum vitalis, tum naturalis regionis symptomatis, quorum omnium vehementia obiit tertia die. Hic pariter ante mortem chorea, & musica delectabatur, frondesque arundinum propè lectum semper volebat: Ex his deducimus patientem periisse ob virulentiam scorpionis.

Historia 5.

De Virtute Lapidis Indici, vulgò dicti Serpentina, contra morsus Scorpionum.

Hic lapis invenitur in capite Serpentis Indici vulgò *Cobra de Capelo*, & communi Scriptorum omnium de rebus Indici consensu, creditur habere specificam virtutem extrahendi venenum à parte cui ab animali venenoso illatum fuerat. Ex repetitis tamen Domini Redi Viri accuratissimi experimentis, de hoc lapide factis circa venenum potentissimum olei tabaci, viperæ, & scorpionis Africani, detectam tandem est virtutem illius factoriam venenorum, suppositivam esse, & falsam, ut patet ex ipsius epistola ad *Kircherium*. Diù adhæsi opinioni tanti Viri propter grave pondus suorum experimentorum in Aula tanti Principis factorum; sed acceptis gratissimis, dum hæc potissimum scriberem, epistolis, Aletio Romam mihi datis per Patrem meum, ab eruditissimo Patre Joanne Dominico Putignani Soc. Jesu, mutavi sententiam, præsertim cum ex iis cognoverim non esse omninò falsam dicti lapidis virtutem, sed ex parte veram, ut expertus est præfatus Pater Paulæ urbe Calabriae. Summa prædictæ epistolæ hæc est.

„Discedens elapsis annis Siciliâ, mecum ferebam
„nonnullos lapides serpentinos dono mihi datos

„à Religioso Viro, qui recens Lusitaniâ Siciliam venerat; Paulam Calabriae urbem me contuli, quo loci aliquantisper commoratus sum. „Interea rusticus Calaber Augusto mense morsus fuit in collo à Calabro scorpione, & floccipendens illatam puncturam nulla adhibuit remedia; „quamobrem supervenientibus gravissimis symptomatis ad extremum ferè vitæ perductus fuit. „Elapso triduo certior factus ab amicis de præfato casu, accessi ad patientem ut experimentum facerem cum lapidibus meis serpentinis. Inveni igitur ipsum jam jam morientem, & à filio suo indicatus mihi fuit in collo locus demorsus, cui parva crusta supercreverat. Scarificato prius lanecola loco affecto, statim superposui unum ex lapidibus præfatis, qui vehementer adhæsit parti; vixque elapsis quatuor, vel quinque minutis horæ, patiens summoperè suspirare cœpit, necnon & respirare frequentius, & post horæ quadrantem integræ sanitati restitutus fuit, præsentibus plurimis conterantis. Observavi in principio applicationis lapidis quod oportebat illum statim exonerare succo veneno, infundendo eundem in lacte, in quo veneni femina deponentur. Quamvis liberatus esset æger à morbo post horæ quadrantem, nihilominus tamen præservationis gratiâ per duos alios dies lapidis applicationem repetebam; & singula applicatione observavi, quod in lacte, adhuc deponeret aliud quid venenose substantiæ, donec tandem illud non amplius tingeret. Hæc est summa epistolæ Italico sermone datæ ab eruditissimo Patre.

Colligendum exindè erit lapides prædictos re verà venenum extrahere; quoniam tamen plures sunt adulterini, & vili pretio ab Arabibus, & Indis fallacibus venundati nostris Europæis, ut idem testatur Dom. Redi, idè nil mirum quod frequentissimè votis non respondeant, &c. In mentem obiter revocanda sunt præcepta Domini Boilei in libello *De experimentis, que non succedunt*; ubi fusè de non succedentibus, quamvis veris experimentis discurret.

Historia 6.

Franciscus Mustellus rusticus Diæcesis Lycienensis elapso decennio circa calendas Julias punctus fuit à Tarantula in manu sinistra, dum tritici spicis legendis attenderet. Occisa Tarantula domum revertebatur cum sociis, in medietate tamen itineris derepentè humi concidit velut apoplecticus, supervenientibus spirandi difficultate, manuum, faciei, & aliarum extremitatum denigratione, &c. Nota sociis morbi causâ, Cythæredos vocarunt, quorum musicâ auditâ sensim veluti reviviscebatur patientis, suspirare cœpit, pedes primò, mox verò manus, & reliquum corpus movebat, & paulò post in pedes elevatus saltabat vehementissimè, cum suspiriis, ita vehementibus, ut ferè adstantibus timorem incuteret; frondes arundinis, & vitis aqua madidas saltando gestabat; humi volutabatur, & pedibus solùm vehementer percutiebat. Post elapsas duas horas ab inchoata musica nigredo in facie, & manibus omninò soluta fuit; saltationibusque per tres dies more consueto repetitis, & hac ratione sudoribus provocatis perfectè convaluit. Singulis annis circa tempus morsus, dolor in affecta parte cum omnibus prædictis symptomatis recrudescit, minori tamen impetu; & nisi ingruentem paroxysmum musica, & choreis antevertat, derepentè ab eodem corripitur, undè frequenter à familiaribus suis reperitur in campis fatali morbo corre-

Historia 7.

Petrus Simeon Messapiensis, adolescens calidi, & siccissimi temperamenti, ruri degens, noctu, in hypochondrio sinistro morsus fuit à Tarantula; quæ forsitan uvea fuit, ut ex symptomatis supervenientibus colligere licet. Undè statim per sensit vehementem dolorem in loco ictus, & statim concidit in terram cum frigore totius corporis, horripilatione, dolore in pectine, virgæ tensione &c. crura debilia erant, suspirabat, lugebat, se suffocari dicebat, clamare volens, sed non potens. Sequenti aurora defertur ab adstantibus in oppidum ubi vocatur musica, & ea specie musicæ maximè delectabatur, quæ à Nostratibus *Catena* vocatur, auditâ musicâ statim saltare cœpit, sudoribus multis perfundebatur, vigilavit per hebdomadam, vinum meracum bibeat, alvus per quatuor dies non evacuabat, nœniam optabat, in aquam infundi volebat, rubicundum amabat colorem, maximo odio persequens cœruleum, quem dilaniabat, & pedibus conculcabat. Noctu calcanea sibi manibus scalpenda curabat, quo pacto aliquantulum disponebatur ad somnum; parum, vel nihil comedebat, sed spatio unius ferè hebdomadæ saltans, sudoribus, & musica fuit perfectè sanatus. Historiam hanc excerptimus ab *Epiphonio Ferdinando ex observatione sua 87.* ea potissimum ratione, ut magis paterent veneni hujus symptomata.

Historia 8.

In rebus physicis affigenda sunt potius pondera credulitati, quam addenda pluma. Hoc nuper serio secum perpendens quidam ex Medicis Neapolitanis, ne minimum quidem decantatis Tarantulæ effectibus credere volebat, nisi in se ipso periculum faceret. Quamobrem advectis Apuliâ Neapolim nonnullis Tarantulis mense Augusto 1693. duas illarum nudæ carni sinistri brachii sub indusio posuit præsentibus sex testibus, & notario; paulò post morsus fuit, sensisque puncturam similem ei, quam formica aut musca affert, eodemque tempore dolorem sensit in articulatione digiti annularis ejusdem brachii. Sequenti die pars affecta rubescebat, & circumcirca lividus aureique coloris circulus aderat: tertia die intumuit circulus aureus, tum continuatione doloris: quarta die tumor prædicti circuli evanuit, & demorsa pars remansit rubro lividoque colore suffusa, dolor verò interea vix sentiebatur. Hoc pacto absque ullo novorum symptomatum insultu per quindecim dies stetit morbus; decima quinta die crusta nigra in affecta parte supercrevit, qua ablata, denudè crevit & alia, imò circulus ille aureo lividus etiam tunc apparebat. Elapso mense ab accepto morfu, levi infirmitate correptus fuit patiens, quæ an tribuenda sit virulentia morbi antecedentis, an aliis causis occultis, ignoramus. Paulò post in patriam se contulit ad reficiendas vires ab infirmitate antedicta penè detritas, tribusque elapsis mensibus Neapolim denudè regressus est, ubi nunc vivit incolumis. Tarantula post septimum à morfu diem obiit. Præcipua hujus historiarum argumenta Neapoli Romam nobis communicavit amicissimus Dominus Bulifonius. Ex qua colligere licet quod superius indicavimus, Tarantulam in exteris Regionibus translatam fatalia morfus symptomata non asserre, nec non talium Regionum ca-

lorem non esse tantæ activitatis, quanta requiritur, ut venenum illius ad debitum exaltationis gradum perducatur, sicuti in intensissimis Apuliæ campestris caloribus revera perducitur.

CAPUT XII.

Nonnulla dubitative proponuntur circa hujus veneni genuinam naturam.

Omnes ferè venenis commune est, ut subito, & vehementer totam vim suam in animalium exerant vitam; & hæc omnia efficiunt non magna substantiæ quantitate, sed exigua, & quandoque imperceptibili. Venena generaliter agunt vel coagulando, vel dissolvendo, & nonnulla quæ bestiis innocua sunt, hominibus solent esse fatalia, & contra. Ideò ad nocendum non tantum veneni prærequiritur activitas, & deletoria substantiæ vis, quantum particularis quædam dispositio, sive pororum analogia in partibus animalis ad venenum suscipiendum. Scaliger exercit. 33. §. 2. affert exemplum messoris qui ab ardoribus solis incallescens, & sitibundus, nonnullos aquæ cisthos in ipso incallescens actu potaverat; paulò tamen post illam haustam cecidit extinctus; Hoc in casu aqua fuit adinstar veneni; nam in humoribus magna dispositio aderat, ob insignem eorum rarefactionem ab ardoribus solis factam, undè derepente iisdem occurrens, nil mirum quod frigiditate sua statim, atque lethaliter coagulaverit. Eadem mechanicè pluritides, anginas, aliosque hujusmodi morbos à repentino frigore produci in libro mechanicorum medicinalium fusè probavimus.

Porro in veneno corrodente observamus, quod ejus particulæ acutæ, & scindentes corrodant, solvantque partes solidas, coagulent contra partes fluidas animalium; in utroque tamen eandem efficiunt operationem nempe solvendi, sed effectus in fluidis est coagulatio, in solidis verò erosio. Virulentia luis gallicæ, dum primò hominem corripit, coagulantes effectus producit, ut deducimus ex bubonibus, tuberculis, impotentia ad motum in articulis, &c. morbo autem crescente, & per repetitas circulationes venenosa materie vehementius exaltata, dissolventes effectus sunt, ossium scilicet caries, dolores partium terebrantes, macies, febres, & similia; ex quibus deducimus ad suscipienda venena particularem in corpore requiri dispositionem; ad hoc ut hæc potius, quam alia producantur symptomata.

Tarantula nascitur in Apulia, Regione supra cæteras Italiæ adustissima, & quoniam climatis temperiem, hominum temperies sequitur, illi pariter calidissimi sunt temperamenti, impatientes, acutis, & inflammatoriis morbis potissimum obnoxii; undè meritò colligi potest ingens illa succorum volatilizatio, in Apulorum sanguine observabilis, quæ quandoque tanta est, ut evoluta parte subtiliori, nil aliud remaneat in sanguine, quam terreum quid, & fixum, quod popularibus illis hypochondriacam, tetram, & melancholicam affectionem adeò facillè progignit. Undè tam ratione incolarum, quam ratione climatis, & virulenti animalculi summa in omnibus observatur activitas, volatilizatio, & impetus, quæ omnia nos potissimum animadvertunt, quid statuere debeamus de hujus veneni natura.

Veruntamen si rem paulò attentius consideremus;

consta-

constabit naturam venenorum ab animalibus vel rabidis, vel virulentis emissorum consistere in compositione quadam particularum nimis activarum, volatiliū, & celeris motus, quæ sanguini admixtæ fulminis ritu omnia derepente pervadant, magnosque concitando tumultus, mutuum partium sanguinem componentium vinculum dissolvunt, undè quælibet sui juris factæ, & hinc inde secedentes viam sternunt ad coagulationem; cujus quidem indicia nobis præbent angores cordis, aphonix, pulsuum oppressiones, extremorum nigredo, & alia hujus generis post illata rabidorum, & virulentorum animalium venena, se manifestantia. Huic opinioni aridet observatio Benivenii, qui cap. 56. in suis historiis hæc habet. *Famulum habui, qui à Scorpione ictus tam subito, ac tam frigido sudore toto corpore perfusus est, ut argentiſſima nive, atque glacie se opprimi quereretur. Verum cum argenti illi solam iberiacam ex vino potentiori dedissem, illico curatus est.*

Rem hanc ulterius confirmant multa, quæ in rabidis observamus animalibus. Homo licet omni prorsus veneno careat, ob eam tamen aliquando illius spiritus tantoperè exaltantur, & irritantur, ut quasi in venenosam naturam evchantur; & si in actu illo iracundix aliquem momorderit, observatum est venenosam rabiem eidem communicasse. Magis hoc elucescit in canibus, felibus, lupis, mulis, aliisque hujusmodi animalibus ad iram provocatis, quæ hac ratione in rabiem degenerant, & mordendo venenosam rabiem aliis communicant; neque in illis accusari potest venenum antecedenter in corpore absconditum, cum tota vis veneni consistat in spiritibus & humoribus ad extremum ferè exaltationis, & excandescentiæ gradum perductis. Mulum vidimus Patavii Julio mense 1691. ob nimiam veneris turgentiam, vel ob vehementes illius æstatis calores in rabiem actum, qui stabulo exiliens, & obvium hominem furiosè impetens humi prostraverat, variosque morsus brachio, & collo attulerat, & calceis malè tractaverat, & ita miserimus patiens paucis elapsis horis obiit; ante mortem tamen in rabiem ipse quoque actus, adstantes, & parentes impetebat, ut morderet.

Nimiam activitatem in sanguine Apulorum, & climate Apulo ulterius confirmant, tam ingens numerus melancholicorum, & maniacorum iis in locis frequentior, quàm alibi per Italiam; undè erectum est Neapoli magnum illud, & totius Italiæ celeberrimum Xenodochium incurabilium, in quo dementes magna copia detinentur. Confirmat quoque tam frequens copia canum rabidorum, cujus rabici causa exurentissimo aëris calori tribui jure merito debet. Benignitate tamen Summi Numinis, à rabidis canibus homines demorsu brevi sanantur; si ante quadragesimum à morſu diem se contulerint ad Oppidum S. Viti 40. milliariis circiter Aletio distans, ubi effusus ad Deum pura mente precibus, Divi illius intercessione mox liberantur, ut cuilibet in Apulia constat.

Hæc eadem summa veneni exaltatio vel spirituum in veneni indolem evectorum excandescencia, quam præfatis animalibus adscripsimus, tribui quoque poterit Tarantulæ, & in ea tota vis veneni reponi. Tarantulas, cæterosque araneos communiter reponunt auctores inter animalia venenifera. Et quamvis Harveus de generat. animalium exercit. 57. hæc asserat: *Ipsamet aliquando experiundi causa manum acu aranei dente confricans, manum alio loco perforavi, nec potui quicquam discriminis inter has duas puncturas observare, &c.* Nilominus tamen Dominus Lister cap. 6. de infectis Angliæ post illa Harvei verba, hæc subdit. *Erat tamen in cute quod discerneret, quippè eodem la-*

co ubi venenata punctio convigerat, subito sese in tuberculum contraxit, induitque mox ruborem, calorem, & inflammationem, tanquam ad pugnam, & nocentis mali expurgationem se roboraret, & accingeret.

Cæterum quamvis omne genus araneorum veneniferum sit, & exitiales quoque illorum morsus; magis tamen veneniferi sunt ii, qui summoperè calidas Regiones incolunt; quod de Tarantulis in Apulia, & de Scorpionibus in Africa, & Apulia quoque verificantur. Siquidem ob exurentissimos aëris Apulicæ calores, cum ad extremum exaltationis gradum Tarantulæ humores evchantur, nil mirum si tandem in venenosam rabiem animalculum illud degeneret, prout superius de aliis diximus animalibus. Atque hinc est, quod Tarantula montium ad Apuliam terminantium incola, nec non & hyemis tempore, si mordeat, nullum affert damnum. Pariter si ad exteras transferatur Regiones, & inibi locorum mordeat, ne quidem offendit; quia scilicet talibus in Regionibus, & tali anni tempore, ad debitum exaltationis veneniferæ gradum Tarantulæ humores perducere non possunt.

Venenum itaque hoc, ratione sui, in summo exaltationis gradu constitui potest; ratione verò diversitatis temperamenti ægrorum, diversos producit effectus. Præcipui tamen sunt densatio, & coagulatio, nec non & spirituum oppressio; Inducunt hoc fatis angores cordis, pulsus parvi, spirandi difficultas, niger aut lividus faciei, & extremitatum color, frigus totius corporis, tumor, stupor, dolor, & inflammatio affecti loci, curatio morbi per spiritum vini anathosatum, vel essentiam anthos, sudorum provocatio per saltus vehementes. Inducunt pariter continui dolores capitis, animi deliquia, ossium dolores, & inappetentia, suffocationis metus, aliaque innumera, quæ annis à morſu subsequenti in patientibus observantur. An hæc densatio ab acidis, vel contra ab alchalicis veneni partibus fiat, discernant acutiores; Certum tamen est, nonnulla alchalia solvendi vim habere, nonnulla alia coagulandi, hoc idem acida faciunt, ut gravissimi testantur auctores, unde in rebus tam dubiis non per speculationem, sed per experientiam tentamina aliquam veritatis lucem eruere poterimus. Et utinam Medici tot vigilias, & studia in nugis hisce inutilibus speculandis non impenderent; cum causæ primæ primæ, & proximæ: nec non proprietates minimæ rerum naturalium alta nocte obruantur, nobisque difficulter manifestentur.

Præterea venenum Tarantularum in gradu venenositatis mitius est, quàm illud Viperarum; in motu verò vehementiori partium componentium similibusque motus passionibus illud viperarum longè superat. Ideoque merito quadrat assertum Villisi cap. 7. de morbis convulsivis, dicentis: *Venenum Tarantularum liquori nervo instillatum mitius est, quàm ut spiritus animales penitus extinguere valeat, aut distractos prorsus dissipare, & in explosiones immaniores cogere, sed eos tantum in fugam conjicere, fugatosque hinc inde in spasmos leviores, ac ferè tantum dolorificos incitare.*

Et quamvis venenum Tarantulæ activitate virulentæ substantiæ humores ad coagulum ferè disponat: quoniam tamen vividissimo motu partium componentium gaudet, hic aliqua ex parte totalem illam impedit coagulationem, spiritusque, & humores aliquantum excitando, facit, ne totaliter succumbant. Imò interdum tanta est hæc spirituum concitatio, ut in motus involuntarios, ac merè spasmodicos degenerent; undè nonnullis ex Tarantulis ingentibus convulsionibus, rigoribus, diarrhæa, multisque aliis involuntariis motibus post infectum morsum corripiuntur.

An hæc, quæ dubitative de hujus veneni natura subindicavimus vera sint, vel saltè verisimilia, æquorum æstimatores judicent. Hoc unum fateor me magis delectari in observandis naturæ motibus ad diagnosim, prognosim, curationemque morborum spectantibus, (cujus vox non est adinstar nubeculæ, quæ citò transit, sed adinstar sideris, quod permanet, & lucet) quàm in hujusmodi inanibus, & eousque duraturis, donec à contrariis speculationibus non subvertantur (quod paucorum dierum aut mensium spatium succedet) phantasiæ meæ conatibus, de rerum effectibus, superstruendis; nam ut optimè Orator Romanus de Nat. Deorum, *Opinionum commenta delet dies, natura judicicia confirmat.*

CAPUT XIII.

Quid agat Musica in Tarantatis & in aliis morbis, breviter examinatur.

Quàm mirandi, quàm variis, & quàm incredibilem sint effectus motus, neminem latet. Et generationes, & corraptiones, & singulæ ferè sublunares alterationes per motum fiunt. Quæ vivunt, quæ vegetant, & quæ sensibiles mutationes vitæ, & interioris subeunt, in perpetuo sunt motu. Quamobrem cum tanta sit vis motus, meritò Philosophi sagaciores duo rerum principia statuerunt, motum scilicet, & materiam. Imò cum motus operationes per contactus corporum fiant,

Tactus corporibus cunctis, intactus inanis.

Ideo nil mirum, quòd admirandi effectus producuntur à quibuslibet, vel levibus motuum impressio- nibus, ob communicarum scilicet impetum contactus ad partes etiam remotissimas, ut in aureo de vi percussio- nis libello demonstravit Borellus noster, & ex sequentibus clarè patebit. Podagrici licet ad omne exerci- tium impotentes sint, crederem tamen assidua cum amicis colloquia, vel librorum lectionem alta voce factam ipsis esse posse loco exercitii; nam inter loquen- dum contrahuntur, & exercentur muscoli oris, & par- tium adjacentium, & propter contractionem illam ex- pressio, & circulus liquidorum quæ sunt ad contac- tum, promptius, & facilius absolvuntur, & sic deinceps liquida omnia quamvis remotissima celerius promo- ventur, ac circulant. Quod loquela alta voce facta, nec non & cantus recenseri debeant inter genera exerci- tii abundè testatur Plutarchus de tuenda bona va- letud, pulcherrimis hisce verbis. *Ità dixerit aliquis, litterarum studiosis non oportere tradi præcepta de cor- poris exercitationibus, quòd ipse quotidianus disputatio- nis usus, qui voce peragitur, mira quaedam est exerci- tatio, conducens non solum ad bonam valetudinem, ve- rum etiam ad corporis robur, non illud quidem palastricum, neque quòd carne cutem disendit, incrustet, infarciatque foris velut in aedificio, sed quòd partibus maxime vitalibus, principalissimisque vim internam, vigoremque verum ac genuinum inserat. At cum vox sit agitatio spiritus non leviter, nec in superficie, sed velut in ipso fonte, in ipsis visceribus valens, & calorem auget, & sanguinem subtilem reddit, & omnes purgat venas, & omnes aperit arterias, humorem vero super- fluum non sinit crassescere, neque siccis in morem subsi- dere in his conceptaculis quibus accipitur, & confici- tur cibis. Itaque cum primis danda est opera, ut se se huic exercitationi familiares, & assuetos reddant, assi- due differendo, aut legendo sive recitando, si quid sus- picabuntur corpus esse lassum, aut imbecillius; hæte- nus Plutarchus in aureo libro de tuenda valetud, ubi fusius quoque hoc idem probat argumentum. Exin- de etiam est, quòd viri religiosi, & claustrales, quam- vis non multo utantur exercitio, vitam tamen multò salubrem ducant; quia scilicet diù, noctuque in cho-*

Tom. IV. Part. II.

ro vocem exercent, in canendis Deo precibus, & in vocis exercitio corporis motum pensantes, & bene digerunt, & diù salubriter præ aliis hominibus vi- vunt. Pariter non sine ratione *Asclepiades* morbos curabat lecto pensili; patientes in tali lecto movendo, & exercendo, ut morbos (verba illius sunt) *extenua- ret*; huncque lecti pensilis usum in curandis morbis, nonnulli inter Dalmatas adhuc retinent, ut mihi per illas Regiones peregrinanti multi retulerunt. Rhæ- dà aut sellà vehi inter exercitii genera referri quoque debet, & licet hoc exercitio corpus non succutia- tur, nihilominus tamen novus ille continuusque æ- ris in corpus impulsus, & motus ille, utut levissi- mus, humorum cursum promovet, transpirationem auget, corpusque ab excrementis repurgat. Vocis igitur exercitium, & vectio rhædæ familiaris sint po- dagricis ob rationes supradictas. Atque hæc dicta sunt, ut pateat quàm magni effectus à parvo motu fiant, & ita clarè consentent mox dicenda de musices effectibus. Musica est de genere eorum, quæ aërem acutè feriunt, & in vividas quasdam undulationes dis- ponunt; motus hi, sive veloces undulationes sangui- ni, & spiritibus per contactum communicatæ, in iis diversas excitant affectiones, nunc eos ad motum ve- hementer concitando, nunc ad quietem componen- do; & ex varietate sonorum, variæ in mente nostra rerum ideæ excitantur, hinc alii contentus ad auda- ciam, alii ad hilaritatem; alii demùm ad pietatem nos movent, prout scilicet spiritus, & humores hoc, & non alio modo afficiuntur. Tympani, & fistulæ belli- cæ, dum sonant, quàm vehementes excitent motus in spiritibus militum arguere licet ex audacia, alacri- tate, & promptitudine ad pericula, necnon ex imma- ni furore, in ipso calore consiliis, vel in apparatu ad consiliis animis militum obversantibus; ut ta- ceam exempla strenui, & generosi ducis, ambitionem gloriæ, & stimulos prædæ, quæ pariter ad furorem militum conducunt, &c.

Mœsti, irati, vel aliis animi passionibus affecti, le- ni, & placido musices concentu in alacritatem, & gau- dia excitantur, & per illius continuationem in som- num ducuntur &c.

Quod præfatæ aëris undulationes agant in solidas, fluidasque nostri corporis partes, ex variis brutorum exemplis, nec non ex stupore dentium deducimus. Multi à motu limæ, aut ferræ, ob ingratam illam aëris undulationem in stuporem dentium, aut molestantem sen- sationem incurrunt, eo quia cum improporionatæ sint moti aëris particulæ: poris nervorum radicibus den- tium infertorum, eosdem detorquent, dimovent, at- que adeò vel stapefaciunt, vel dolore afficiunt. Porro contingit, ut quisque nostrum dum insolitam quati- dam, ac gratam musices harmoniam sentit, quasdam veluti oberrationes blandi horroris, sive rigoris per- cuium, imò & aliqualem capillorum erectionem intet- initia experiatur. Quod animalia pariter à musices so- no afficiantur, plurimi testantur auctores; Strabo ira- tos elephantes musices sono placari affirmat, apes so- nitu metallico delectari, cygnos cithara & cantu; delphinos musicâ, ut refert *Epiphanius loco cit.* Ipse vidi canem Ragusii, pulcherrima & nobilissima Dal- matia urbe, quæque olim Antiquorum Epidaurus fuit, & Esculapii templo celebris, nunc est caput Reipublicæ liberæ, & præstantissimæ. Ibidem natus sum ipse anno 1668. die 8. Septembris oriente sole. Deinde puer cum parentibus Aletium in Apuliam migravi, ubi nunc nostra sedes. Vidi, inquam, canem, cui adeò exosus erat cytharæ, vel alterius instrumen- ti musici sonus, ut eo audito in magnos ululatus, ac ferè in luctum conjiceretur.

Curiosum magis est quòd affert *Alexander ab Alex- andro dierum genialium libr. 6. cap. 5. dicens. Theo- phrastus quibusdam viperarum moribus cantus fidici-*

num,

num, aut tibatium, aut alia artis musica organa modulati adhibita, apertissime mederi affirmabat. Hoc pariter observavit Alcibiades, qui phreneticos, mente imminuta, & valetudine animi affectos, nulla re magis, quam simphonia, & vocum concentu resipiscere, & sanitati restitui dicit. Fertur etiam Ismeniam Thebanum plures Bæoticorum ichiadicos, intentione tibie, vel cytharæ sanitati restituisse. Vide plura apud Aldrovandum lib. 5. de insectis, fol. 621.

Cum igitur ex antecedentibus musica sanos homines, & alia cogitantes, in actiones modulaminis auditi æmulas rapiat; quid de musices effectibus in curatione Tarantatorum sentiendum sit exinde clarè elucescit. Probabile est motum velocissimum à musicis instrumentis aëri impressum, (id genus velocissimi soni Tarantatis familiaris, ab Italis vocatur *Tarantella*) & ab aëre cuti, nox spiritibus, & sanguini communicatum, incipientem eorundem coagulationem paulisper dissolvere, disgregare, excitare; & quod dissolutionis effectus crescant, sono ipso crescente; donec tandem per repetitas has succussiones, ac veluti vibrationes pristinam fluiditatem humores acquisiverint; quo facto æger sensim reviviscit, membra movet, in pedes elevatur, suspirat, & vehementissimas inchoat saltationes; donec evocatis sudoribus, veneni seminis foris eliminata fuerint.

Neque mirum, musicam tantam vim habere solvendi spirituum, humorumque venenosum coagulum; siquidem præcipue, & immediatè afficit organum auditus cerebro valdè propinquum, imò cerebrum ipsum sive minimas, & tenuissimas ejusdem fibrillas, in quibus cum torpeant, & ad necrosin ferè dispositi sint spiritus, probabile est quod à continuis, & vehementioribus musices contactibus in membranas cerebri explicentur; & motu ex parte adepto nervorum, fibrillarumque tubulos facilius, agiliusque introeant, & ita cum humoribus, & solidis partibus pristina recuperent commercia. Moto aëri ab impulsu fidicinum, vim auget, & stimulos, calor solis ardentissimus, ær Apuliæ calidissimus, & tenuissimus, undè sonus ille vehementius ferit spirituum, humorum, & membranarum systema, & ex vehementiori impulsu, vehementior pariter in humoribus excitatur fermentatio, exaltatio, & debita fluiditatis restitutio. Hæc omnia per remedia diaphoretica intus sumpta assequi non possunt, ut superius adnotavimus; nam talia medicamenta antequam ad sanguinem pervenerint, vires suas magna ex parte amittunt, aguntque in fluida duntaxat, non in solida. Contra musices sonus eodem tempore, & solida ferit, & fluida, atque id vehementissimè, & per vim percussione in cerebri fibrillas, in quibus immediatè succi nervei, & spirituum secretio, atque distributio peragitur, & hac ratione in solidis æquè, ac fluidis momentaneam producit eodem tempore explosionem, agitationemque, quod à remediis intus sumptis præstari vix poterit.

De Usu & Abusu Vesicantium, Dissertatio.

CAPUT I.

Nonnulla præponuntur experimenta circa effectus Cantharidum.

Ariter inter se hætenus contenderunt practici circa usum vesicantium, & modò in affirmativas, modò in negativas distracti sententias, ad instar oberrantis alicujus Euripi, incerti hinc inde fluctuant. Contentio nata potissimum est, vel propter privata odia à diversitate sectarum, aliisque de causis inter Medicos excitata, ut inter Mallariam,

& Saxoniam, qui mutuo quodam odio, non elucidandæ veritatis causa de phænigmis scripserunt, inter Helmontistas, & Galenicos hodiernos, & sic deinceps. Vel quia more hætenus consueto, ex natura mentis potius, sive hypothesi, cui se manciparunt, quam ex ipsa rei natura de vesicantium effectibus judicant; undè nil mirum si ita temerè, atque inconsideratè agentes; neque, quid unquamque in re, loci, temperamentorum, causarum, ætatumque varietas postulet dijudicantes, tam deplorabilem altercationi, & erroribus ansam præbuerint. Nos autem more nostro naturæ vestigia secuti, quid patienter in plurimis Italiæ Xenodochiis hæc de re observaverimus, breviter exponemus. Et dummodò vera, & saluti hominum utilia proferamus, parum interest, quid alii de nobis sinistrè, uti consueverunt, obmurmurent, &c.

Experimentum 1.

Romæ mense Maio 1692. cani molosso ad tabulam ligato aperui jugularem dexteram, & per syringam injeci unc. ij. tincturæ cantharidum, quæ composita erat ex drac. ij. cantharid. pulv. & unc. vj. aq. card. s. per tres dies super cineres calidos digestis. Post primam siringationem canis vomuit aqua & viscosa, salivam viscidam ore eiciebat, donec finita duarum unciarum siringatione confutum fuerit vulnus, & viriolo uslo aspersum. Facta operatione statim cecidit humi canis, velut exanimis: usque ad mortem nil voluit comedere, sitiebat vehementissimè, undè famulus, me inscio (ductus miseratione) bibendas ei dedit duodecim circiter aquæ libras, quibus vix epotis urinam flavam copiosissimam minxit. Interea ululabat, sitiebat semper vehementissimè, aquam tamen non amplius bibendam dedimus. Ante mortem convellebatur, quarta die noctu post maximos ululatus expiravit.

Aperto cadavere, collum ex ea parte, qua experimentum tentavimus, sphacelatum omninò erat, & fetidum. In dextro cordis ventriculo sanguis nigerrimus, parum, vel nihil coagulatus copiosè fluctuabat, & in superficie gutturæ quædam veluti olei innatabant. Ibidem pariter exiguum polypum grumo sanguinis continuatum invenimus. In sinistro cordis ventriculo, duo parvi polypi reperti sunt, & sanguis nigerrimus, ac dissolutus. Pulmo erat sanus, & reliqua viscera pariter sana. In vesica urinaria, ne minima quidem mucositas portia, qua naturaliter oblitur vesica, inventa est, quia forsitan ab acrimonia cantharidum erosa fuit. Bilis in vesica fellea aliquali nigritie tingebatur. Sanguis qui ex dissectis venis, aut visceribus emanabat; nigerrimus erat, nihil coagulatus, & in superficie minimis veluti olei guttulis perfusus.

Experimentum 2.

Romæ 14. Julii 1692. cani juveni mediocris magnitudinis, super tabulam ligato unc. ij. tincturæ cantharidum injecimus in jugularem dextram. Vulnere confuto, & fasciato ut supra, canis statim vomuit, humi cecidit semimortuus. Post duas horas linguam foris magna anxietate promebat, sitis causa. Nil comedere voluit, sitiebat quammaximè, sed ipse nihil aquæ concesseram. Post sex horas, graviter ululando, mortuus est. Aperto cadavere viscera omnia sana erant: sanguis tamen nigerrimus erat, & dissolutus, & in hoc quoque veluti olei gutturæ supernatabant. Canis hujus fuit juvenilis ætas, parva corporis magnitudo, nihilque aquæ biberat, undè nil mirum si humoribus à caustico cantharidum sale sat citoque dissolutis, & liquidatis, post sex horas obierit.

In ambobus hisce canibus observavi, quod post injectam tincturam in jugulari; nulla alia pars, tam cito

to afficiebatur, quam caput, quod quidem statim nutabat, & ad inferiora inclinabat, rectaque cervicē stare animal non poterat. Primus canis post factum experimentum, statim caput inclinavit, & vix illud attollere poterat: potatis tamen duodecim libris aquæ supradictis, in pedes statim se elevavit, caput liberè, & recta cervicē movebat, magisque hilaris fuit: aqua verò vix per urinam exonerata, denuò humi concidit, caput non amplius attollebat, & ita semistupidus, ac capite nutans obiit quarta die. Exindè deduci poterit cantharides esse potissimum capiti noxias, adeoque in morbis illius inflammatoris, & acutis summo-perè ab eorum usu esse cavendum; hoc tamen non est ita nudè statuendum, nisi centuplex experientia rem magis confirmarit.

Experimentum 3.

Romæ 14. Aprilis 1692. Accepimus uncias octo sanguinis recensè vena ægrotantis cujusdam extracti, inque duo vascula dividi curavimus: statim ab extractione miscui scrup. i. pulver. cantharid. sanguini in uno ex dictis vasis contento; alterum verò sanguinem in alio vasculo, intactum reliqui. Sanguis præfato pulvere commixtus prius coagulatus est, quam alius sine pulvere: postea colore plumbeo, & subnigro tingebatur, donec tandem subtilis pellicula subnigra in superficie apparuerit. Demum per totam sanguinis superficiem maxima vesicularum copia supercrevit, quæ ruptæ subnigrum serum emittebant; demum totus sanguis dissolutus est in serum nigrum, ac sublividum. Sanguis in alio vasculo hujusmodi mutationibus obnoxius non fuit.

Experimentum 4.

Eodem mense Aprilis post factam sanguinis missionem in quodam febricitante, serum à sanguine separavimus, & sero miscui scrup. i. pulveris cantharidum. Post mixtionem observavi, quod pulvis paulò post in fundum vasis præcipitaverat, nec ullo colore serum tinxit, solummodò evasit liquidius, tenuius, & vix coagulabile.

Mox subnectam majoris claritatis gratia tres observationes ægrotantium, cui vesicantia fuere adhibita.

Historia 1.

Juvenis ann. ætat. 22. gracilis, & biliosi temperamenti, paulò antè sanatus à bubonibus veneris, postquam foco incaluisse, aquilonari vento se exposuit, & exindè in anginam incidit, quæ mox desit in pleuritidem cum sicca tussi, calore febrili exurentissimo, pulsu duro, & alto, vigilis, siti, urinis crassis, & summo-perè rubicundis. In Xenodochio quodam Italiæ ægrotabat.

Circa duodecimum diem, quo primum ego illum invisebam, datus fuit à Medico pulvis cornachini, die verò sequenti sex vesicantia apposuerunt gracillimo corpori. Decimaquarta die supervenerunt delirium, suppressio sputi, tremor carniū, motus epileptici, pulsus, & respiratio inæquales. Urinæ erant copiosissimæ, dejectiones per secessum biliosæ, ac fœtidæ, sed sine ullo symptomatum levamine: die decima sexta mitigata sunt omnia: sequenti nocte recruderunt denuò vehementissimè cum sudore universali copiosissimo glutinoso, & acidum olente, qui usque ad vigesimum morbi diem duravit, eoque die mortuus est pater.

Historia 2.

Coquus ætat. ann. 30. temperamenti sanguinei, biliosi, rubri capilli, veneri, & baccho maxime indulgens; post calorem, & susceptum postea fri-

Tom. IV. Pars II.

gus externum correptus fuit convulsione inferioris mandibulæ, paulò post convulsionibus abdominis. Præscripserunt eidem in Xenodochio pulverem cornachini, & sequenti die quatuor vesicantia. Post horum applicationem supervenerunt vomitus, motus convulsi, & gravissima spirandi difficultas, quibus pressus symptomatis obiit miserimè quarta die. Durantibus epilepsia, & motibus convulsiis supradictis, sensum interiorum, ac exteriorum liberum usum non amisit, &c. A pulvere Cornachini sæpius vidè productos motus convulsiivos in affectibus soporosis, à gravi capitis vulnere causatos. In soporibus verò ab aliis causis pulverem hunc utilissimum deprehendi, præsertim si antecedenter depleta fuerint vasa per diætam, aut per sanguinis missionem, si necessaria fuerat: nam post illius pulveris usum statim sopores solutos videbis: ut nuper observavi in puero octenni, qui in principio accessionis febrilis gravi sopore corripiebatur, durabatque per plures horas, exhibito semel pulvere cornachini, post sex horas ab accessione, omninò solutos vidimus sopores. In apoplexia, lethargo, vertigine, & similibus capitis morbis, vix datur præstantius hoc remedio, &c.

Historia 3.

Mulier octo mensium gravida, juvenis, & gracilis, integro octiduo doloribus ventris molesta, demum infantem peperit. Post partum adhuc continuabant dolores, cum insigni ventristensione. Quoniam verò omne genus remediorum spreverat, vel potius neglexerat, demum à quodam Medico quatuor vesicantia sibi apponi permisit. Lochis quæ primum stuebant exindè suppressa sunt. Paucis post diebus denuò apparentibus lochiis, abdomen graviter convelli cœpit cum insigni dolore, adeout ne digito quidem premi posset; exindè sudores frigidi, cum refrigeratione extremorum vitæ redacta fuit pater. Elapsis paucis diebus in melius aliquantulum procedebat: derepentè tamen supervenientibus gravissima spirandi difficultate ex genere convulsivarum, & interdum in delirium se commutante, nec non alvi fluxu flavo, & fœtido, qui per octo dies continuavit, demum decima septima die morbi obiit pater, &c. His adnotatis sit.

CAPUT II.

De Incommodis ab usu Vesicantium.

§. I.

Nihil tam citò post adhibita supervenit vesicantia, quam sitis cum linguæ ariditate, quæ quandoque tanta est, præsertim in ægris adusti temperamenti, & mente non alienata, ut quibuslibet remediis temperari vix possit, præterquam continuo aquæ gargarismo; durat hæc sitis ita vehementer pertriduum circiter, prout scilicet citius, aut serius, parcius vel uberius acres cantharidum sales è massa sanguinis fuerint separati; deindè sensim remittit, eamque appellare soleo, sitim vesicantium, ob rationes dictas. In usu vesicantium maxima cautio adhibenda, ne indiscriminim præscribantur quolibet anni tempore, cuiuslibet ætati, temperamento, habitui corporis, & quibuslibet morbis, ut hodie consueverunt Galenici, sed duntaxat dum necessitas urget, scilicet in casibus infra dicendis; Aliter mala quam plurima ægrotantibus supervenient, si debitis non adhibitis cautionibus applicentur, quæ quidem mala rudes Medici tribuere statim solent deleteriarum, & pravæ, ut aiunt, remedii naturæ; non verò erroneis indicationibus, quibus illud præscripserunt; sed de his fuscè superioribus libris Præceos ressit. Vidi nonnunquam ulcera à vesicantibus exci-

O 2

tata

tata defuisse in gangrænam, vel in difficillimam eorundem cicatrizationem, cui an contribuat aliquid nova æris constitutio tunc temporis regnans, me sane latet: Observavi tamen anno 1692. non solum Bononiæ, verum etiam Romæ ulcera à quacunque demum causa producta, imò, & vulnera aliàs levissima, facillimè gangrænasse, & quandoque cum ægrotantium pernicie, quorum plurimi tunc temporis à gangrænatis vesicantium ulceribus perierunt. Anno præfato hyems frigidissima, & copiosis nivibus ac gelu exasperata fuit, infueto quidem Italiæ more; successit tempus vernum valde pluvium, & nebulosum; Exindè tandem æstas temperata, & frequentibus quoque pluviis madida. In tali constitutione anni, ulcera, & vulnera cujuscunque generis promptissimè gangrænismo corripiebantur, cum magna Chirurgorum admiratione. Ad morem igitur Coti Senis, semper attendamus ad constitutionem anni generalem, ejusque influxum, & seduli sumus in describendis ad vivum ejusdem natura, & effectibus. Cæterùm qualibet anni tempestate, ulcera vesicantium corrumpi, aut gangrænari facillimè solent in cachecticis, hydropicis, atro-melancholicis, & valetudinariis corporibus, nec non & quorum corpora lue gallica graviter laborarunt; non ità verò in robustis, & solidiori partium structura præditis, nec diuturnis morbis miserimè laceratis.

II. Qui graviter vulnerati capite fuerunt cum vomitu, abolitione sensuum, aliisque gravibus læsi cerebri symptomatis, dum illis applicabantur vesicantia, nonnulli vehementissimis convulsionibus corripiebantur paulò post applicata vesicantia. Alii sudoribus frigidis, quibus superveniebat mors, paucis interj ætis horis, aut diebus. Alii sequenti nocte moriebantur convulsi. Memini quemdam torminibus spasmodicis infimi ventris cum febre, &c. molestè laborantem, post adhibitam Xenodochio vesicantia, exerevise per secessum insignem copiam sanguinis rubicundissimi, & paulò post periisse. Cum igitur sæpius, atque sæpius in graviter capite vulneratis ab adhibitis vesicantibus observaverim, aut convulsiones lethales, aut alia mala supradicta, imposterùm semper ac videbam in Xenodochio talibus applicari vesicantia, intrepidè statim præstare adstantibus, aut vehementissimas convulsiones, aut mortem, uti eveniebat. Ubi suspicio convulsionum est, vel factæ jam sunt, cavendum omninò ab usu vesicantium, præsertim si aderit febris, acrior, & colliquativa sanguinis constitutio cum habitu gracili, præcedentibus vigiliis, diæta, exinanitionibus per usum veneris, &c. Qui lue gallica semel laborarunt, ab adhibitis vesicantibus summoperè læduntur, in quocunque demùm morbo adhibeantur: undè nonnisi in maximis sanguinis coagulationibus, & morbis soporosis in talibus ægris præscribantur, & etiam cum cautione. In febribus ardentibus, & continuis in quibus magna adest sanguinis agitatio, & impetus. In constitutione anni calida, & sicca, in similibus pariter temperamentis, Regionibus, victus generibus, ætate juvenili, &c. In affectibus nervosis cum febre ad ardentem inclinante. In affectibus comatosi febrium, quæ accedunt ad ardentem. In morbis pectoris spasmodicis, inflammatoriis, & à salino-acri constitutione sanguinis productis, semper in pejus cessisse vesicantia pluries observavimus. Et quamvis interdum utilitas aliqua effulserit, quoniam tamen nesciebam an à vesicantibus, vel potius ab aliis remediis illa proveniret, idè vel rarè, vel nunquam in casibus supra dictis applicabam vesicantia, curatio nemque solis hypnoticis, diluentibus, & dulcificantibus remediis feliciter absolvebam.

Cùm de sopore superius incidere sermo, obiter hæc notandum me pluries observasse in febribus ardentissimis, & quasi ab inflammatione sanguinis productis; in principiis accessionis soporem quemdam, qui

crecente accessione, magis crescebat, & magis exacerbabatur, quo copiosius ipse dissolventia, & cæphalica præscribebam. Post repetitam demùm observationem, didici soporem sponte sua imminui, accessione ad declinationem tendente, vel si ità sponte sua non imminuebatur, per emulsionem feminum, aquas acido limonum temperatas, aliaque hujusmodi refrigerantia feliciter solvi; Hoc tamen observavi duntaxat in febribus ardentissimis, & à nimio sanguinis orgasmo pendentibus; Et ratio ex mechanicis est, quòd sanguis tanto impetu, & tanta celeritate cerebrum petens, difficulter tùm ille inibi filtrari, tùm spiritus separari possunt; imò quadam veluti strangulatione in illorum circulatione producta, descensus ad inferiora impeditur; undè necessariò somnolentia, quæ magis exacerbatur, quo major impetus sanguini additur, minuitur verò, quo minor, ut per se constat.

III. Post applicationem vesicantium observavi nonnunquam motus tendinum veluti subultorios, & convulsivos, nonnullas sudoris expressiones, & quandoque copiosas; pulsus veluti obscurantur &c. & hæc tandiù durant, quandiù inhaerent sanguini acres cantharidum sales, quibus mox eliminatis, evanescent, ut superius de linguæ ariditate, & siti diximus, præcipuè si vesicantia debitis indicationibus fuerunt imperata; exacerbantur verò si imprudenter, & morbo non petente data sint. Non solum gangrænâ, verùm etiam, & mictus sanguineos, & ardores urinæ, & alia vesicæ mala frequenter generant vesicantia, præsertim in gracili corporis habitu, in calido, & sicco temperamento, astrictivo tempore sub ardore caniculæ, & similibus.

In corporibus macilentis, & gracilibus, cautè usurpanda sunt vesicantia; nam si alicubi, hic facillimè obortos vidi motus convulsivos, febris exacerbationem &c. & quandoque cum febris propè statum esset, ex applicatione vesicantium recrudescere cum gravibus symptomatis. Si tali corporis constitutioni accedant calidior, & siccior temperies, tempus anni æstivum, evacuatio aliqua copiosa antecessit, status sanguinis ad dissolutionem, colliquationemque tendens, omninò prohibenda sunt vesicantia, idque in qualibet ætate, & quolibet morbo, ob pessima indè subsequenda accidentia, ut quisque per se observabit. Quamplurimi ex Galenicis nimium hærentes suis hypothesebus, dum febres colliquativas, sive ex dissolutione observant, credunt gravia, ac improporcionata earum symptomata à venenata qualitate dependere; idè ad veneni evocationem quatuor, sex, aut plura adhibent vesicantia. Post ea tamen sæpius observavi convulsiones, abscessus in visceribus, deliria majora, febris maximum incrementum, & tandem mortem: ob dissolutam scilicet magis, magisque sanguinis massam à caustico cantharidum sale, & ab acri pariter febris materia. In delirantibus cum febre acuta, & lingua arida, dum applicabantur in Xenodochio vesicantia, celeriter omnes moriebantur, & magna ex parte convulsi: Quibus repetitis eventibus perterrefactus, ipse postea feliciter usus sum remediis diluentibus, emulsionibus refrigerantibus, & sectione venter frontis in supradicto casu, &c. Vesicantia interdum ob insignem, quem excitant dolorem, delirium jam factum adaugent, imminens verò accelerant. A Medico fide digno audivi, micam panis recens furno extracti, & adhuc calidissimi, si applicetur alicui corporis parti, post elapsam semihoram eam vesicare, & ulcerare adinstar vesicantis: & quod nisi ulcere illo, & crustæ in principio factæ, optimè medeantur, difficulter postea sanari

Tavantati

fanari poterunt. A nimio cantharidum usu scēdissimæ suboriuntur satyriases, quarum duas historias lethales narrat Cabrolus *obs. anatom. 17.* Cauti igitur sint Medici in salacibus Viris, à nimio vesicantium usa, ob rationes dictas.

§. IV. Delirantes, ab usu vesicantium, plures mortuos vidimus, quàm sanatos. Post vesicantia admota observavi, quod pluries alvus nimidum fluens sistebatur, & pulsus qui prius alti erant, postea obscurabantur. Acidum aceti, corrigit, & figit sal volatile causticum cantharidum; idèd si fortia velis vesicantia, parum aceti, aut fermenti veteris addas, vel loco illorum adde emplastrum de mucilagin. aut simile. Nunquam facilius gangrænantur ulcera vesicantium, quam dum hisce nimia cantharidum dosis additur, vel Medici, vel Pharmacopœorum culpa: cantharides namque cum levissimæ sint, ut quinquaginta illarum, vix drachmam pendant, erratur facilè in earum dosi præscribenda; idèd numero sunt ordinandæ pharmacopœis, verbi gratia numero sex, aut decem, &c. non verò pondere. Cantharides per os sumptæ, vel contra iscuriam desperatam, vel ad excitandam Venerem, vel contra gonorrhæam virulentam, solent pessima producere symptomata; primò quidem post eas sumptas exulceratur vesica, & meatus urinarius, deindè paulatim inflammatur & hepar, & eroduntur intestina, immensique dolores in hypogastrio excitantur, quos dolores mentis alienatio, & mors subsequitur, nisi statim expellantur foris cantharides, vel eorundem vis infringatur. Hac de re vide plura apud *Franciscum Joel*, ubi curationem quoque prudenter proponit. Contra cantharides antidotum est lac nativum, & artificiale, teste *Langio epistol. Sept. lib. 1.* Observavi in hominibus temperamenti adusti, & biliosi, vesicantia interdum infructuosa fuisse, imò noxia; nam præterquam quod locus vesicatus vehementer inflammatur, & cum atrocissimo dolore excoriatur cum exigua feri, & quandoque nulla prorsus eruptione; vesica atrocissima corripitur stranguria. In his itaque temperamenti cum sanguis sale, & sulphure copiosis scaeat, paucoque sero diluatur; necesse est, ut Prædicantes post adhibita vesicantia copiosum diluentium usum præscribant, ut vitentur mala recensita, &c. Atque hic breviter subindicavimus incommoda, ab applicatione vesicantium supervenientia, quæ hæcenus mihi observando innovaverunt in Xenodochio; mox ad commoda descendamus, &c.

CAPUT III.

De Commodis ab usu Vesicantium.

§. I.

Quamvis vesicantia producant mala superiori capite recensita, non perindè tamen, è Republica medica sunt proscibenda; siquidem illa, ut & omnia alia medicamenta pari ratione se habent, ac vinum quod licèt inebriet, & innumera capitis mala producat, non idcirco tamen illius usum prohibent Rectores Urbium, quippè imprudentiæ humanæ, non verò deleteriæ vini qualitati, tribuendi sunt effectus illi gravissimi, quos affert inebriatio. Quantum in constitutione sanguinis acri, & colliquativa obsunt vesicantia; tantundem conferunt in diathesi ejusdem crassa, viscida, & ad coagulationes, stagnationesque se disponente. In febris, quæ exilissimo pulsu, extremitatibus frigidis, anxietate, ad morbos soporosos

Tom. IV. Pars II.

propensione, aliisque coagulationis indicis slipantur, dictu est incredibile, quàm proficuos effectus afferant vesicantia; multò magis si aderint tempus hyemale, temperies ægri ad humidum inclinans, habitus pinguis, & similia; communicato namque acri cantharidum sale humoribus ad coagulationem dispositis, eorum particulas disgregat, solvit, & ad pristinam fluiditatem disponit; verbo dicam, ad solvendas incipientes sanguinis coagulationes, stagnationesque in quocumque morbo, qualibet ætate, temperamento, anni tempore, &c. vix ullum præstantius, & ita celeriter agens observavi remedium, quàm vesicantia. Et hæc eo magis quadrant, quo ne minimùm recedere mihi videntur ab Arabum sententia. Hi namque primi vesicantium inventores, nunquam iis utebantur, nisi ad excitandos soporosos, & à morbo refrigeratos, ut videre est apud *Oribasium*, qui primus ex Arabibus de usu illorum scripsit; & ubi vel soporosos excitare, vel morbo refrigeratos calefacere necessarium non erat, ab usu vesicantium prorsus abstinerebant. Non ita se gesserunt subsequentiæ ætatum Medici, qui falsa imbuti opinione, vesicantia vim habere extrahendi venenum febrium malignarum, indiscriminatim contra omnes cujuscumque naturæ febres eadem præscribebant, magna ægotantium pernicie, ut superiori capite probavimus. Observavi in pleuritide utut præcesserit, vel non præcesserit sanguinis missio, quandoque circa quintum, vel septimum, vel aliis intermediis diebus apparere magnam spirandi, & expectorandi sputi difficultatem, quæ patientem in summum vitæ discrimen conjiciebat. Irrius aliis duo vesicantia tibiis, vel cruribus admota, non solum expectorationem, quæ primaria crisis est morborum pectoris, ferè ad stuporem statim promovebant, verùm etiam & spirandi difficultatem leniebant cum mutatione morbi in melius. Majora dico? Quacumque die in pleuriticis spirandi, & excreandi sputi difficultas successerit, statim applicanda sunt duo vesicantia tibiis: prout etiam sentit *Hippoc. lib. 2. progn. 67.* dicens; „ In pulmonibus quicumque tumores fiunt ad crura, boni; nec potest aliud quicquam melius accidere, præsertim, si mutato sputo, sic appareant: „ hæc ille. Et sanctè fateor ex centenis ægotantibus vix paucissimos obiisse, qui præfata methodo tractati fuerunt à *Doctissimo* quodam Medico in celebri Xenodochio, idque potissimum observavimus anno 1694. Romæ hyemali tempore, quo pleuritides epidemicæ copiosè grassabantur, ob intensissimum illius tempelatis frigus, à copiosis nivibus, & gelu productum. Introducto namque acri cantharidum sale in sanguinis massam, & mox in pulmones, in quibus stagnatio metuebatur, incipientes coagulationes solvebat: humoresque pristinae circulationi restituendo, & spirandi difficultatem imminuebat, & exitum sputi promovebat, cum ægotantis levamine. Adverte quod præfati pleuritici in quibus hæc commoda nos observavimus, non fuerunt in principio purgati, ut faciunt Prædicantes nonnulli, sed adhibitis venæ sectionibus opportunis, sola brodia pectoralia, & remedia alcalia leniter dissolventia in progressu curationis feliciter præscribebantur, &c. Post adhibita in pleuritide vesicantia observavi diarrhæam, si aliqualis tunc temporis aderat, vel imminutam fuisse, vel prorsus suppressam. Nonnunquam verò post vesicantia in pleuritide copiosior succedebat urina, atque tam prius illud, quàm hoc postlerius magno ægotantis commodo. Neque mirum, nam experientia infallibili, & decreto Hippoc. constat, alvi fluxus pleuritidi supervenientes ferè semper esse perniciosos, siquidem post illos suppressur

mitur sputum, spirandi difficultas augetur, & æger paucis interpositis diebus ad Superos migrat, vel in chronicos morbos delabitur. Hinc clarè patet quantum à veritate aberrant, qui prætextu minorationis cacochimæ, vel aliarum hujusmodi nugarum, statim in principio pleuritidum purgantia exhibent, tanto ægrotum detrimento; Pulmonæ namque, & pleuritides cum originem ducant ab inflammatoria massæ sanguinæ diathesi, tenellis pulmonum membranæ vim faciente, omni ope curandum, ut inflammatio leniter dissolvatur per depletionem vasorum, & alcalia temperata. At si inflammato sanguini, inflammatorios purgantium stimulos addideris, præsertim erudo existente morbo, non solum motus naturæ profus contrarios excitabis, sed exacerbata inflammatione, sputum suppresses, spirandi difficultatem augebis, donec brevi, vel mors superveniet, vel in tabem migrabit patiens.

§. II. Quanti discriminis sunt purgantia in pleuritide, & pectoris morbis, tantæ ex adverso utilitatis sunt diuretica. In omnibus enim pectoris morbis semper ad vias urinæ ducendum, infallibili naturæ, & experientie documento. In morbis verò capitis, & faciei, iisdem docentibus purgantia levia frequenter exhibita magnam afferunt utilitatem, præsertim si tunc temporis etiam pediluvia præscripta sint. Hinc quadrat illud Jacotii com. ad coac. Hippoc. lib. 4. f. 212. dicentis: *Alvus ferè semper stringitur in morbis capitis.* Dum loquor de capitis morbis, non intelligo eos ab acrimonia, convulsione, & nimio solidorum, aut fluidorum impetu productos; sed à crassitie potissimum, stagnatione, & lentore fluidorum. Inter purgantia hujusmodi morbis summoperè opportuna, primas tenet pulvis cornachini, ut sæpius observavimus. Inter diuretica morbis pectoris amica, præstant omnia ex theribinto, mille pedes præparati, syrupus de althea Fernelii, & herbæ vulgò dictæ aperientes. Acidum cum pectori inimicum sit, diuretica pariter ex acidis parata suspecta erunt in ejusdem morbis. Quod etiam observavit Hofman. in *Schrod. f. 376.* ubi rejicit usum balsami sulphuris in phthisi, & morbis pectoris, quia acido pollet unctoso, quod auget potius, quam eradicat phthisim, teste pariter experitissimo *Valschmidio.* Sed è diverticulo in viam. Vesicantia delirantibus hominibus admota damnum potius, quam utilitatem afferbant, pluresque ex iis moriebantur, quam sanabantur. Contra mulieres delirantes adhibitis vesicantibus in melius procedebant cum levamine symptomatum, morbi, & salutis recuperatione. Idque observavimus Romæ incipiente anno 1694. quo tempore, gelu, & nives infuso Latii more, hyemem graviter exasperabant; prodixeruntque mortes repentinas quamplurimas, catharros febriles, tusses humidæ cum infarctu pulmonum, pulmonias, pleuritidesque, quibus magis afficiebantur vires, quam mulieres; dolores colicos, & similia. Dùm imminet delirium, loco vesicantis, ipse secare soleo salvatellam in dextra, vel sinistra manu, aliquando cucurbitulas scarificatas scapulis impero, sanguinemque extraho, pro ratione ætatis, temperamenti, &c. Post hanc venam sectam sæpius jugulavimus, mox irrupens delirium; vel si factum jam fuerat maximo-perè imminuimus; sive revulso, sive infracto per hujusmodi emissaria, inflammati, & acris sanguinis ad caput impulsu. Facta sanguinis missione, copiosas emulsiones cum aq. card. s. vel violarum, vel hordei præscribo, sive brodia diluentia herbis refrigerantibus alterata, & congrua nitri portione temperata; inter nitrata laudo nitrum sibiatum, vel sal prunellæ. Ulcera à vesicantibus excitata, quandoque in pejus ruunt, vitio, vel materie

morbosæ, vel mali habitus corporis; atque tunc sensim arefcunt cum colore subnigro, aut livescente, & quasi gangrænam minantur. In tali ulcerum statu præsentaneum remedium erit, eadem oblinire melle rosaceo, bis, terque quotidie: ægrum à mellis unctioe molestum quendam dolorosæ punctationis sensum, ac veluti effervescentiam percipiunt, quod bonum signum erit; nam uno, aut altero die interjecto humiditas in ulceribus apparebit, expurgatio promovebitur, nigra crusta antecedenti ulcere obducta, decidet, & paulò post rubicunda caro supercrescet.

§. III. Non solum in ulceribus vesicantium, sed generaliter in aliis, dùm ad corruptionem, & fordem vergunt optimos mellis rosacei effectus observavimus. Romæ mense Maio 1693. curabam Juvenem ulcere inguinali, ex bubone venereo laborantem cum acuta febre, siti, virium debilitate, &c. Ulcus erat latum, dolorosum, inflammatorium, & nigra crusta obductum. Statim itaque præscripsi mane unc. x. feri lactis caprilli depurati, vesperi verò emulsiones ex sem. melon. & cucurb. in aq. card. s. factas, miscendò scrup. ij. ocul. cancr. & loco victus solidi singulis sex horis sumebat brodium herbis alcalicis alteratum; addito interdùm ovi vitello. Ulcus illud melle rosaceo duntaxat, bis terque quotidie. Hac methodo per decem dies continuata cessavit febris cum locis symptomatis, ulcusque optimè mundificabatur, donec tandem post sumptam levem decoctionem ex sal. parill. lign. guaiaco, sibiio crudo, &c. pristinæ sanitati fuit restitutus. Obiter hic notandum, quod in cura ulcerum, magnam vim habet ad sanationem diæta ex diluentibus constans, utpotè sunt decoctiones ex herbis alcalino dulcificantibus, & balsamicis, brodia vulneraria, & similia copiosè data. Nam per hujusmodi copiosa diluentia sal acre ulcerum massæ sanguinæ inhærens dulcificatur, retunditur, & copioso dilutum fluido, per commodas naturæ vias, secessum scilicet, urinas, aut sudores promptissimè eliminatur, & ita dulcificatus, purificatusque sanguis ulceris cicatrizationi summoperè conducit. Quæ quidem omnia Medici sperare vix poterunt per hypocausta, diætam exsiccantem, decocta sudorifera, & hujusmodi alia, quibus sal acre ulcerum magis, magisque exaltando, & acrius reddendo, in desperatum salutis statum eadem redigunt, præsertim si corpus ægrotantis non fuerit cachecticum, humidum, pallidum, laxum, nec talia pariter ulcera; quo in casu consuetus exsiccantium usus ex parte conferret, &c. In oculorum, & faciei morbis vesicantia cervici applicata sunt tanquam specifica, & cæteris præstant, præsertim in suffusione, & fluxionibus vulgò dictis ad oculos irruentibus, ut sæpius mirati sumus. Nonnunquam ulcera vesicantium difficulter cicatrizantur, quamvis morbus primarius multò ante fuerit jam sanatus, & ipsa rorobram materiem sufficienter expurgaverint: Et quoniam ulcerum apertio ad multos menses interdùm durat, eludunt profectò quorumlibet remedium vim. Inter magnoperè proficua in hoc casu, non inveni melius remedium, quam pulverem thuris in subtilissimum alcohol redacti, & ulcersi aspersi bis in die, quo sanè brevi illa cicatrizavimus. Experius quoque sum ad cicatrizationem fila carpta, in decocto aluminis crudi ebullita, deinde exsiccata, & ita ulceribus ad cicatrizandum apposita. Interdùm hæc etiam minus proficua deprehendi, quando scilicet corpus nimis impurum exitit.

§. IV. Vesicantia, sinapismi, purgantia, aliique hujusmodi stimuli, non sunt adhibendi in corporibus

bus succi plenis, plethoricis, & nimia humorum copia repletis, nisi prius depleantur vasa per sanguinis missionem, si indicata fuerit, vel per dietam severiorem. Stante namque tantâ humorum copiâ, aut orgasmo eorundem in vasis sanguiferis, secretiones fluidorum in cribris viscerum, aliarumque partium, vel difficulter fient, vel morbosè. Siquidem ex mechanicis, ad secretiones non solum requiruntur pori liberi, & proportionata resistentia solidorum, verùm etiam, & proportionatus motus, ac copia fluidi secernendi; quorum alterutrum si peccaverit modo prædicto, secretiones præternaturaliter peragentur, ut superius de sopore in principio, & augmento accessionis febrium ardentium, per emulsiones, & refrigerantia duntaxat curando subindicavimus. Per stimulos purgantium, vesicantium, diaphoreticorum, &c. major in fluidis fermentatio, turgentia, & orgasmus excitatur, & in solidis vivida quædam oscillatio; undè si humores in vasis redundaverint, vel ob vehementes fermentationes ad extremum turgentie gradum pervenerint, ratione solidorum resistentiam superent, & ita viscerum fibras variè divellant, extendant, atque contorqueant, nil mirum si paulò post vel vasorum rupturæ, vel fixationes fluidorum periculosa contingant. Id quod experientia quotidiana abundè nobis manifestat, siquidem post imprudenter, & intempestivè adhibita purgantia, vesicantia, diaphoretica, &c. nil aliud observamus frequentius in praxi, quàm febris exacerbationem, deliria, inflammationes viscerum, motus convulsivos, sanguinis hæmorrhagias, & similia; quæ quidem non succederent, si depletis prius vasis sanguineis per sanguinis missionem, talia exindè præscriberentur remedia; nam quæcumque ab iis excitaretur fermentatio, & turgentia, cum humoribus in ampliori spatio circularentur, solverentur, & commoverentur; impossibile esset, ut impetum in solidas partes facerent, aut sibi ad coagulationem, stagnationemve sternerent viam. Hicce ductas fortasse rationibus Dominus Sydenhamius, ab Academijs Italiæ tantoperè laudatus, antè usum purgantium præsertim fortium, vasorum depletionem per sanguinis missionem, aut dietam, si morbis inducias dabit, maximoperè suadet. Hic pariter auctor inter cæteros hujus ævi per centies repetitas observationes stabilivit demùm methodum, qua tractanda sit fermentatio febrilis in sanguine excitata; Primusque inter Septentrionalium cæteroquin doctorum Virorum, lubricam aliquantisper medendi methodum ad debitam rationis, & experientie semitam redegit; decernendo inter cætera æquè peccare Medicos, qui in principiis acutorum purgantia exhibent, ac qui in principiis eorundem exhibent diaphoretica; Nam eam tunc temporis fermentatio febrilis materiam peccantis, cruda jam sit, confusa, & ad depurationem impar; per additos purgantium, diaphoreticorum, &c. stimulos, magis magisque turbabitur, & augebitur, & loco debite separationis producet febris exacerbationem, aut reduplicationem, vigilias, deliria, inflammationes viscerum, motus convulsivos, & alia cætera, &c. sed fusius hac de re in libris de Practica Sapientia superius disputavimus.

§. V. Ex superioribus constat, vesicantia magnam vim habere dissolvendi, & attenuandi sanguinem crassum, & coagulatum, & alicubi stagnantem, & propterea esse veluti specifica in morbis oculorum à fluxione pendentibus, suffusione, febribus ex coagulatione, & similibus lentescentiis, &c. Sed quoniam pertinaces viscerum obstructions, cachexiæ, suppressiones mensium pariter diuturnæ à tali quoque sanguine originem habent; Ideò hor-

tatur Medicos, ut in casibus desperatis, cantharidum usum vel forma emplastri, vel alio commodiori modo experiantur, ut horum tam difficultium morborum curatio lucem aliquam exindè mutuetur; nec semper hæreamus in limine. Thomas Bartholinus *cent. 5. observ. 82.* docet modum parandi infusum cantharidum, quod tanquam specificum deprædicat in gonorrhœa virulenta, urinæ suppressione, & pellendo calculo. Sic autem paratur: Scrupulus unus pulveris cantharidum infundatur in unc.iii. vel iv. vini Rhenani, aut spiritus vini; stent in infusione per aliquot dies, deindè filtrantur per chartam bibulam, sit ex substantia cantharidum nil admisceatur. Ex colato liquore cochlear unum misceatur cum septem cochlearibus vini, aut cerevisiæ; hujusque mixturæ sume primo die unum cochlear, sequenti duo cochlearia, & sic deinceps. An hoc remedium tentari possit per os in obstructionibus, & morbis paulò supra recensitis, nondùm expertus sum. Qui gravissimæ tussi cum sputo crasso, & copioso obnoxii sunt, à nullo remediorum genere tantam utilitatem suscipiunt, quantam à vesicatorio cervici appposito; Et si contingat, ut ulcus ab hoc excitatum, citò sanetur, fieri aliud poterit vesicatorium infra aures, vel supra homoplatas; nam serosa illuvies à compage sanguinis soluta, & hinc indè exudans, derivatur per vesicantia, ab influxu, quem in pulmonem faciebat, & ita tussim excitabat, ut pluries observavimus in Xenodochio, sene Medico præscribente; & in se ipso expertus quoque est Villisus. Hicce breviter ac fideliter de vesicantium usu adnotatis, sequenti capite rationem ex mechanicis trademus de modo quæ revera agant vesicantia.

CAPUT IV.

Vesicantium natura evidenter demonstratur ex mechanica stimulorum doctrina.

§. I.

Vesicantia stimulando agunt, & inter stimulos principem obtinent locum; ad clariorem notitiam, nonnulla ad mentem Domini Bellini, in Doctissimo de stimulis argumento breviter exponemus.

Dico primo. A stimulo debet succedere major nifus motuum partium, ex quibus totum systema membranarum componitur, nec non expressio cujuscumque liquidioris corporis, & derivatio ejus quæ potest.

Dico 2. A vi stimuli, villi membranarum, idest totius corporis, naturali contractione validius contrahi debent, & hac ratione expressio liquidorum facilius peragetur. Siquidem per majorem hanc contractionem fiet, ut villi breviores evadant, magis duri, rigidi, & tensi, undè tremor vividior, & excursus fluidorum ad contactum diætæ fibræ, adhuc majori cum nifu per diametrum. Et ideò ratione aucti utriusque nifus, facilius expressio liquidorum, & derivatio eorundem, qua fieri potest, succedent, &c.

Dico 3. A vi stimuli, musculorum contractio, quæ sit à liquidis, sive succis intra ipsos fluentibus debet fieri validior, atque hinc expressionem liquidorum facilius successuram, atque insuper à stimulo augeri velocitatem, & cursum sanguinis. Quoniam enim per vim stimuli liquidum nervosum in undas frequentiores agitur, ideò per motum derivationis, deducetur in nervos musculorum omnium liquidi quantitas, naturali major, quare

quare musculi validius contrahentur, & extrorsum validè nitentur villis suis, & expriment quidquid est liquidius ad contactum sui, idest circa illos, & intra spatia, per quæ successivè moventur, dum contrahuntur, &c.

Dico 4. Pro diversitate partis, in qua sit stimulus, potest illa rubescere sine tumore, verè inflammari, nihil tumescere, nec rubescere, intumescere tumore quolibet alio, imò verò evacuare plurimum cujuscumque materiae, absque eo quod eandem materiam ad illam partem stimulus vocet, aut trahat &c.

Dico 5. Quod hæc eadem secutura sint, si cum stimulo conjuncta sit facultas aliqua intrò penetrans, & humores subigens; sed posse etiam, nihil non malorum inde provenire, & nihil non planè diversum à solo stimulo.

Dico 6. Si stimulus sit etiam divellens, non autem solummodo flectens, & sit aut stimulus simplex, aut conjunctus cum fermento, producet pariter eadem, quæ exposuimus superius.

Dico 7. A stimulis simplicibus, idest non conjunctis cum fermento, & evacuationem producentibus; sive evacuatio fiat per emissaria naturalia, verbi gratia nares, os, alvum &c. sive ab ipsa parte stimulata; dico inquam quod evacuari potest, & id, quod per stimulum exprimitur ab humoribus, hinc inde circulantibus, & id, quod exprimitur à substantia villorum, sive fibris partium solidarum; idemque fiet à stimulis cum fermento, quæ sunt vesicantia, sinapismi &c. Quoniam enim hæc, & omnia stimulantia faciunt, ut villi quilibet, sive fibræ partium solidarum validè contrahantur, & expriment quidquid fluere potest: Hoc igitur ipsum effluens derivabitur quæ poterit; & quod quidem à vasis quibuslibet exprimetur, extra ipsa derivabitur, & ducetur inter membranas, & ad earum superficies, & intra ipsarum poros. Et vicissim quod à villis membranarum elicitur, traduci poterit intra vasa. Igitur præfati stimuli evacuantes, etiam non conjuncti cum fermento ducere possunt per emissaria, sive naturalia, sive ab ipsis facta in loco stimulo, & vesicato, & quod exprimitur ab humoribus, & quod exprimitur à substantia villorum &c.

Dico 8. Stimuli non evacuantes, maximè movent, & maximè solvere possunt. Id ipsum præstant evacuantes non conjuncti cum fermento, & insuper liquidorum quantitatem minuunt, & utriusque exsiccant plurimum oportet. Vacuantes cum fermento conjuncti, eadem quoque præstare poterunt, sed pro diversitate fermenti cum quo sunt conjuncti densare, fundere, coagulare, sistere, & tandem quidquid velis producere &c.

A stimulo sit maxima contractio, & per contractionem maxima expressio fluidorum etiam ad partes remotissimas, ergo maximè moveri, tam fluida, quam solida; ergo in morbis, à coagulo, & lentore, cum fibrarum paralyti, aut laxitate necessariò sunt admittenda, & pinculum esset stimulantia, ob præconceptam falsam hypothesim, aut negligere, aut scurriliter apud vulgus lacerare. Porro in vasis sanguineis, per eandem auctam contractionem mutabuntur contactus lenti illius liquidum subsistentis, & cum velocitas totius sanguinis augeatur, dabitur vis major transversè illud abripiendi per longitudinem canalium, & deducendi ad viscera per quæ subigi ulterius, & ad exitum disponi possit.

Dico 9. Si partes liquidæ illinentis membranas nostri corporis se se mutuò omnes premerent, atque urgerent quaquaversùm, non secùs ac partes sanguinis intra vasa, posset ratione illius pressionis

materies, eam distantissimarum partium derivari ad emissaria stimulorum, & per ipsa purgari: sed nifus ille mutuus in hujusmodi liquido, non videtur rationi conveniens.

Similiter si cutis, & membranæ omnes nostri corporis in ea tensione essent naturaliter, ut statim ac in aliqua parte divelluntur, & stimulantur, undecunque contraherentur per ambitum divulsionis, & illa contractio per totum corpus succederet, ita ut nifus ejus tenderet ad locum divulsionis, & versus eundem urgeret quidquid est liquidum, ut sit in vesica urinaria, dum exprimitur urina; facto emissario per stimulum, posset, ejus contractionis ratione derivari ad emissarium stimuli materies remotissimarum partium, & per illud expurgari &c. sed & hujusmodi naturalis tensio in membranæ omnibus, & hujusmodi contractio, & hujusmodi nifus, sive impulsus versus stimulum, non videntur rationi consona. Cæterum materia inhaerens alicui parti dimoveri per stimulum ab ea distantem poterit, si nervus, aut tensa quælibet membrana, cui stimulus appositus sit perveniat, & intextatur parti, cui inhaeret materia evacuanda: per emissarium verò stimuli evacuari poterit, si sit etiam intra nervum, aut per villos membrana fluere possit, aut intra eodem derivari; necnon cum per vim stimuli mota, atque ad fluxilitatem redacta, ad emissaria illorum fluere. Modus verò certissimus, quo stimuli, etiam ad distantes partes agunt, est, quia totum corpus concutiunt, stimulant, exprimunt, & totam quantitatem minuunt: sed hac de re plura in folliculo contractili apud laudatum Auctorem invenies, ad quem te remitto. Quoniam itaque stimulus contrahendo concutit, non solum certam aliquam partem, sed totum corpus, ipsumque totum exprimit, & expressa fluunt qua possunt in vasa sanguinis, & undecunque, & per emissaria aliquid expressæ materiae expurgatur. Igitur cum per eam expurgationem minuatur universa hujusmodi quantitas, minor sanè illorum copia ad partem quamlibet affectam, quamvis distantem confluet. Idem in morbis, quos aiant à fluxione pendere, utpotè sunt cathartici nonnulli, tules suffocativæ, & à lenta materie productæ, morbi oculorum, & præsertim suffusiones, dolores nonnulli periodicè se exacerbantes &c. In morbis pariter ab humorum stagnatione, & pertinaci fixatione pendentes, utpotè sunt apoplexiæ, paralytes, sopores, obstructions, & similes &c. stimuli vesicantia, vel alii hujus generis stimuli ob rationes antedictas omnimodam vim curationis, & salutis absolvunt, & nefas esset eis in casibus vesicantia omittere, ob præconceptam hypothesim, ac speculationem.

Dico 10. Quoties à stimulo imminet aliquod periculum assluxus nimii humorum ad partem stimulatam, tunc tutissimum erit applicare stimulos in parte remota ab illa, quam expurgare volumus. Quod si nullum ex iis periculis imminet, propè ipsam partem evacuandam adigi poterunt. Plures, quam pauciores magis juvant, dum motiones vividae, sive oscillamenta acutissima in villis sunt excitanda, imò ampliori spatio, quam angustiori extensis. Repetendi sunt, vel refricandæ plagæ, ab iis excitate, cum cessat dolor, & sensus stimuli: cum subitanam, & evidentem aliquam utilitatem à stimulis volumus, plures, & ampliores, & acriores adigendi; & quæ exinde supervenire possent calefactiones, exsiccationesque in corpore, humectantibus, & refrigerantibus copiosè datis, sunt temperandæ, spiritulique demulcendi &c. In gravissimis soporibus, apoplexiis, aliisque hujusmodi morbis correpti, momento serè excitati fuerunt, applicato magno

vesicatorio supra totam capitis peripheriam, abrasis prius capillis, ut plures testantur historiae, &c. stimuli vero ad longius tempus protrahendi, minores, ac pauciores esse poterunt, ob rationes recensitas; ex quibus omnibus arguimus à stimulis fieri magnam spirituum agitationem, & absorptionem, ut infra clarius patebit.

Dico 11. Quod stimuli, quamvis inservire possint loco missionis sanguinis, & esse possint aequè expeditæ operationis, præcipuè si acrius stimulent; sunt tamen minus tuti missione sanguinis. Habent tamen aliquid peculiare, quod à missione sanguinis non consequimur, movent nempe, contrahunt, concutiunt totum corpus, atque tam fluida, quam solida uno eodemque tempore excitant, ac dimovent, &c.

Ex omnibus his propositionibus innumera veluti corollaria deduci possent ad praxim, per quæ stimulorum utilitas, & noxæ apertè demonstrarentur; quoniam tamen à laudato Auctore hoc argumentum solidè tractatum fuit, & singularum propositionum evidens ratio reddita: ideo nos pauca duntaxat, quæ curationibus morborum inservire possent, mox subnectemus, &c.

II. Stimuli alii sunt simplices, alii cum fermento: stimuli simplices tunc vocantur, cùm partem divellunt, rubefaciunt, dolore afficiunt, & ita etiam ad distans operantur, sed nihil illorum substantiæ intra humores communicatur; hujus generis sunt ustiones ferro candenti, frictions, cucurbitulæ simplices, aut scarificatæ, & hisce analoga. Stimuli cum fermento illi sunt, qui non solum partem rubificant, divellunt, agitant, concutiunt, &c. verum etiam aliquid humoribus communicant, utpotè sunt vesicantia, sinapismi, dropaces, & similia, quorum particulae acres, & in parte stimulant, & in sanguinem reassumuntur, validèque illius massam solvunt, dimovent, & aperiant: Utrique hi stimuli agitant vehementer tam solida, quam liquida (magis tamen stimuli cum fermento) & solida agitata adhuc validius in ipsa liquida nituntur, & hæc validius compressa, vim rursus majorem inferunt solidis, undè vicissim premuntur, ac restituuntur, & ex illa mutua pressione, ac restitutione fit, ut plurimæ liquidorum partes intra duas quasque proximas, aut ad superficiem exteriorem duarum quarumcunque, non se contingentium nitantur introrsum, undè cohesio, ac permixtio tollitur, vel ponitur. Id ipsum quoque fieri necesse est à solidis in suas partes dum dimoventur, & à liquidis in solida, & à solidis in liquida, mutua actione, & reactione. Stat igitur, quod pluries subindicavimus, partes scilicet solidas, à stimulo plurimum dimoveri, concuti, atque dissolvi. Et ab eodem stimulo quoque fieri agitationes, dissolutiones, mutationes contactuum, violentias & expressiones atque derivationes liquidorum quæ fieri potest. Et quoniam in hisce actionibus plurimum humiditatis absorbunt stimuli, spiritusque debilitant, per opportuna humectantia, atque corroborantia obtiniam eundem est talibus incommodis, aliter optatus finis à stimulis haberi non poterit, &c.

Inter stimulos principem obtinere locum vesicantia, omnesque effectus antedictos jure quodam ipsis convenite fatentur Mechanici. Quamobrem credibile est nonnullos morbos vix, ac ne vix quidem sanandos fore nisi adhibeantur vesicantia, alios contra in pejus abituros si imprudenter adhibeantur. Neque tantum ea præscribantur ad minuendam humorum copiam, vel malignitatem educendam, ut multi putant, quantum ad eosdem coa-

gulatos, crassos, vel alicubi hærentes, solvendo, dimovendo, & ab affecta parte ad locum stimuli derivando. Siquidem quicquid per ea evacuat exiguum est, neque ad minuendam peccantem materiam sufficiens. Sed undenam potissimum veniant humores à vesicatorio excreti, quæret quispiam. Respondemus eos eructari partim à poris cutis, & glandulis cutaneis, partim ex arteriarum osculis, & fibrarum nervearum sinibus, & tandem peractâ stimuli actione atque oscillatione, à toto corpore, & à partibus quibusque remotissimis, ut constat ex antedictis. Latex enim serosus pharmaci stimulis imbutus magnâ copiâ ac promptissimè à reliqua sanguinis massa separatur ac veluti divellitur, & qualibet circulationis periodo major ejus quantitas per eadem arteriarum oscula continuè irritata excernitur, cum eoque infinitæ aliæ morbosæ particulae secernuntur, ac evacuantur. Porro cùm per vesicatorii applicationem fibrarum quoque nervearum extremitates denudentur, & irritentur, probabile est à nervis etiam in stimulo loco aliquid secerni; totus namque nervorum latex vi stimuli commotus à stagnatione liberatur, simulque particulae heterogeneæ eidem inhærentes ubique agitæ, & à cerebro derivatæ, versùs emissarium recens apertum sensim prolabantur, ac demùm foras eliminantur.

Morbi igitur in quibus præ cæteris convenire possunt vesicantia ob rationes antedictas, sunt Malignæ febres ex coagulo & visciditate humorum. Affectus soporosi. Catharri à viscida materia pendentes, & irruptionem minantes in pulmones, vel aliam nobiliorem partem, aut in nares, oculos, fauces, pectus, &c. Dolores fixi & acriter divellentes partem aliquam. Morbi cutanei nonnulli, & dolores hinc inde vagantes. Convulsiones sine febre. Epilepsia aliique hujusmodi nervorum morbi. Demum in omnibus aliis in quibus necesse est solvere, divellere, derivare, excitare, & similia agere pro morbi genio, & Practicantis experientia, &c.

Sequuntur alia Experimenta.

Experimentum I.

Dum exercerem praxim Neapoli elapso sexennio cum Viro Celeberrimo Januario Bisogno; incisâ jugulari canis grandioris, injecimus in eam 3. semis spirit. vitriol. per syphonem, fasciato, & accommodato vulnere, statim horrore, & rigore totius corporis correptus fuit canis, utut circa meridiem Julio mense hæc operatio facta fuerit; salivam ex ore promebat, vomuit, humi concidit, anhelabat, paucis interjectis horis obiit. Aperto cadavere viscera omnia subnigro colore suffusa invenimus, & sanguinis nigri insignem in corde copiam ac grumescationem, uti & in pulmonibus, cætera sana erant, & integra.

Corollarium.

Hujusmodi infusoria experimenta, eam lucem afferunt praxi Medicæ, quod scilicet post infusum liquorem observamus quænam phænomena, & symptomata partibus quibuslibet humani corporis affricari possent à talis remedii usu. Ideo attentè, & minutè notanda sunt omnia, utut minima acci-

accidentia, quæ in functionibus animalibus, vitalibus, & naturalibus post exactum experimentum emergunt, ut exindè factò analogismo ad humani corporis actiones, perdiscamus quibusdam partibus conferat, vel officiat liquor ille, vel tinctura quæ infunditur. Et sane factor magnam lucem Praxi Medicæ allatura fore huiusmodi experimenta si ab aliquo Eruditorum cætu continuo, & attentissimè peragerentur ad varios, & varios liquores gradatim ascendendo. Experimenta namque, quæ in vivis animalibus fiunt, spem aliquam veritatis afferre possunt ad praxim stabilendam solidè & maturè. Et ad ætiologiam morborum eruendam observationes ex cadaveribus morbo denatis penitæ, primam, ac stabilem lucem curandorum morborum conciliabunt; dummodò antecederent in ægro, cujus cadaver inspiciamus, observaverimus, & notaverimus symptomata omnia ut ut minima quibus divexabatur, & contulerimus cum eis, quæ in cadavere reperiuntur; & hoc idem in aliis, & aliis ægris, ac cadaveribus repetendo, deducamus demum præcepta præctica, solida, utilia, & qualibet ætate duratura. Cadavera enim hominum obiter secare, nec antecederent præficere ac prænotare, quæ symptomata passi fuerint, ad illustrandam pathologiam est inopportunum.

Experimentum 2.

Romæ 1693. cum Domino Pacchiono præcitato, ac Domino Josepho Paschalis, nunc apud Taurinenses Medicinæ Doctore eruditissimo, ac celeberrimo; Cani juveni sectâ venâ crurali dextra propè inguina, per siringam immisimus ʒii. spirit. vini optimi. Factâ siringatione, canis horrores per totum corpus passus est spatio semiquadrantis horæ exindè urinavit copiosè, & circa vitæ functiones bene habuit; & bene habuisset imposslerum, nisi à servis incautè occisus esset. Aperiò cadavere optimè constitutas invenimus singulas corporis partes.

Experimentum 3.

Canis Juveni ad tabulam ligato aperuimus ingularem dextram, & infusus in eam duabus unciiis spiritus vini rectificati ut supra, vix factâ tertia siringatione, canis statim utut ligatus interiit. Aperiò cadavere maxima sanguinis grumelcentia in pulmonibus reperta est, cæteræ partes sanæ erant.

Corollarium 1.

Ex præfatis duobus experimentis deducimus, quam diversis mutationibus obnoxii sint humores ob medicamenta ad hanc, & non ad aliam partem applicatam, prout in hac & non in alia parte impetus sanguinis à corde impressus est vehementior aut remissior. In pulmonibus eùm continuo insignis, ac ferè generalis sit sanguinis inundatio, & turgentia, nil mirum si vini spiritus copiosus in magnum illum sanguinis pulmonum oceanum repente afflatus, illum statim coagulaverit, & subitam canis mortem intulerit. Siquidem vini spiritus albumen ovi ingenter coagulat; Idem ore detentus salivam maximopere condensat, ac figit adinstar glutinis. Hosce pariter effectus in sanguine, & spiritibus producere affirmant Etmullerus tom. 1. thesi de nutritione & auctione, Bohnius cap. de somno & vigiliis, & alii.

E contra vini spiritus curalibus venis infusus exarata damna non intulit, illic enim exigua est sanguinis inundatio, nec ulla datur mora, qualis in pulmonibus reperitur, sed continuus est itus &

reditus sanguinis, isque velocissimus prout fit in singulis. Idèò facillimè vini spiritus vires infringuntur, & enervantur, atque antequam ad uberiorem sanguinis alveum pervenerit, in quo ratione copiarum aliqualis fixatio & coagulatio succedere posset, protinus elanguescunt.

Corollarium 2.

Consideratione dignum est observare, quod in morbis diuturnis, ea loca in quibus sanguinis massa uberiori alveo profluit, præ cæteris partibus morbosam labem persentiscant, in iisque futuræ mortis tragædia disponatur. Ità major pars hominum diuturno aliquo morbo laborantium, moritur tandem ex affectione pulmonum, aut renum. Hæc etenim duo viscera universam sanguinis massam cum omnibus contentis continuo recipiunt, ob insignia duo officia, quibus illa sunt destinata; Hinc mirum non est si vitiosus, & malè affectus sanguis, isque copiosus, dicta viscera continuo præterfluens, iniis tandem superstruat fatalia vitæ pericula, qua de re plures morbi chronici desinunt tandem in morbos pulmonum, aut renum, ut quilibet observare poterit; idèò in hisce casibus semper providendum est pulmonibus, & renibus per opportuna, & specifica remedia.

Experimentum 4.

Patavii 91. factâ sectione in jugulari vena canis juvenis, infudimus per siringam ʒv. aquæ frigidæ, occluso, & fasciatò vulnere, horroribus per totum suffusus est canis, cæterum bene habuit, & vixit.

Experimentum 5.

Patavii anno præfato (quo fruebar familiaritate Viri doctissimi & celeberrimi Michaëlis Angeli Tardellæ veræ Matheseos Restauratoris, nunc Publici Astronomiæ Professoris in Archilyceo Patavino) accepimus magnum canem, factâque sectione sub hypochondrio dextro ligavimus filo, strictioni nodo, truncum arteriæ magnæ, & venæ descendens infra renes; & casualiter dextrum pariter ligavimus ureterem. Confuto, & fasciato vulnere, reliquimus canem. Post operationem (quæ facta fuit die jovis horâ 22.) canis vomuit ter, deindè cecidit humi, velut exanimis, & jacuit absque ullis aliis apparentibus symptomatis, usque ad sequentem diem veneris, qua mortuus est horâ matutinâ.

Aperio post mortem abdomine, per totam intestinorum longitudinem inventa fuit stria quædam veluti fascia latitudinis duorum digitorum, coloris subflavo-viridis, quæ quidem stria, an bilis effusio fuerit, an aliud quid nescio? Diaphragma tantisper erat inflammatum. Bilis ferè tota effusa erat è sua vesica. Factis per cultrum incisionibus in rene dextro, ingentem aquæ copiam per ejus substantiam diffusam vidimus. In corde sanguis nigerimus erat.

Experimentum 6.

De Arteria nova.

Romæ 20. Januarii 1693. In Xenodochio Consolationis aperuimus cadaver mulieris quinquagenariæ ex inflammatione intestini coloræ defunctæ, & invenimus quod à trunco arteriæ magnæ descendens prodibat ramulus arteriæ, qui inferebatur in

in dextrum ureterem circa illius medietatem. An huiusmodi arteria intus cava fuerit, an potius in ligamentum indurata, ut fit de aliis frustraneis partibus præ celeritate quam Adstantes nobis afferebant, observare non potuimus. Nescientes pariter, an præfata mulier mictui sanguineo aliisve renum morbis, per vitæ suæ decursum, obnoxia fuerit. Impræsentiarum admirari tantummodò liceat ludentis naturæ conatus, quorum uberrimè sciant Observatorum libri.

Experimentum 7.

Elapso triennio Bononiæ sumpto parvo canè (vulgò *corsetto di Bologna*) & super tabulam ligato, factâ incisione circa jugulum invenimus utramque arteriam carotidem, separatimque nervis paris vagi, qui cum dictis arteriis strictim uniti incedunt, utrosque præfatos nervos per medium totaliter amputavimus: post amputationem, nervi totum ac vehementer retracti sunt ad sua principia, & sub carnibus se obliterarunt, confuto, & fasciato vulnere, canis impotenter non potuit, nec latrare, nec ejulare, affatimque obmutuit; de cætero vividus erat, bene ambulabat, gravi tamen respiratione per intervalla premebatur. Usque ad tertium & quartum diem quicquid comedebat canis, statim vomebat, hinc maximè emaciabatur. Usque ad nonum diem parum vel nihil comedebat, & eò macilentus evasit, ut scheleton animatum meriò diceret: nona die manè maximò ulutatus, & latratus fecit, utut antecederet mutus fuerit. Tandem cum parum comederet, & sensim ad extremam, & ferè incredibilem maciem redactus esset 12^{ma} die miserimè obiit. Dissecto cadavere viscera omnia, sana & inculpata invenimus. Solummodò per rotam œsophagi fistulam deteximus cibum, quem antea comederat valdè compactum, & agglomeratum, ipsumque œsophagum nimiooperè turgidum, in ventriculi enim cavitatem cibus exonerari non poterat.

Hoc idem experimentum tentavi Willsius, ut notat tom. 1. c. 24. de nervorum descriptione & usu: ille tamen nervum non amputaverat, uti nos fecimus, sed solummodò fortiori nodo constrinxerat, ideo nil mirum si in suo cane symptomata observaverit aliquantisper à nostris diversa, ut legere poteris apud illum loco citato.

Corollarium.

Omnibus notum est quod nervi ad cor tendentes proveniant à trunco paris vagi, & cum utrosque paris vagi trunco, nos è toto amputavimus, ideo maximè miramur quomodo impedito totaliter ad cor spirituum animalium influxu ob discissos nervos prædictos, illud pulsare potuerit, & animal vivum esse per continuos duodecim dies. Willsius asserit loc. cit. quod præter ramos paris vagi perveniant ad cor aliqui rami ex nervis intercostalibus. Verum factâ diligenti indagine in variis canibus, dictos ramos nervi intercostalis ad cor pervenientes invenire non potui. Ideò ingenio & observatione acriores rem hanc impotenter illustrare non graventur.

Experimentum 8.

Bononiæ præcitato tempore Cani Molosso ad tabulam ligato, detectis utrisque arteriis carotidibus, sinistra nempe & dextra, & separato nervo paris vagi, qui cum dictis arteriis strictim unitus incedit, illas fortiori, & duplicato nodo ligavimus, fa-

ctâque ligaturâ volans consumimus, & fasciavimus. Auctores nonnulli referunt quod factâ hac observatione animalia statim concidant apoplectica. Iple tamen cum hæc non observaverim, candidè proferam quicquid adnotavi. Canis parvò post stupefcere cœpit, & super pedes regi non poterat, sed hinc inde concidebat ad latera. Usque ad quintum diem benè habuit & functiones ferè sanas exercebat, parum tamen, vel nihil comedebat, aut bibebat. Dum itaque usque ad septimum diem stupidus jacuisset, septima die mortuus est. Interea vereor ne dum alii hoc idem tentant experimentum, nervum pariter cum arteria adligent, & inde animalia cadant apoplectica.

Dissecto cadavere, apertoque cranio nullam deprehendimus in cerebro noxam, id est nec sanguinis extravasationem, nec feri, nec venas aut arterias tumidas, nec ulla demum utut levis inflammationis cerebri vestigia. Circa inferiora viscera vitalia scilicet, & naturalia magnum sanguinis infarctum ac fixationem quamplurimas observavimus. Cætera sana erant.

Experimentum 9.

Romæ 1. Decembris 1692. extraximus licenem Cani Juveni, cicatrizzato optimè vulnere, canis interea benè vixit, comedebat, urinabat, & omnia sanis similia exercebat usque ad 40. diem, quo tempore nos occidimus canem, cum nihil novi succedere observassemus post factum experimentum. Aperto cadavere, viscera omnia sana, & salva erant, neque aliquid novi observare potuimus.

Experimentum 10.

Bononiæ mense Decembris secui canem magnum quinque annorum, & venationis peritissimum, is captandis avibus ingrediebatur frequenter fluvios; exinde incidit in tussim atque pertinacissimam coryzam, adeò ut præ coryza suffocari videbatur; ita ægrotavit integro triennio, quo tempore bis in anno, mense scilicet Aprilis, & Novembris lira scabie scedabatur. Et cum ad extremam maciem redactus esset, à Domino impetravimus ut canis cultro anatomico subjiciatur. Quamobrem prius benè palto cane, & ad tabulam postea ligato, secuius abdomen, & thoracem, ambarumque harum cavitatum viscera sana omnino erant, & benè se habentia præ cæteris pulmo optimè constitutus fuit, imò & glandulæ mesenterii, ac reliquæ benè etiam constitutæ erant. Interea curiositatis gratiâ observavimus venas lacteas in magna copia in mesenterio propè intestina tenuia; & propè venas incedebant copiosa vasa lymphatica, quorum altero disrupto lympham illam degustavi, eratque mordacissima, ac maximè feriebat linguam; Non solum tamen in hoc, sed in aliis pariter animalibus lympham hanc aliquantisper salam observavi. Venæ lacteæ præsertim majores erant nodosæ, & repræsentabant herbam centinodiam adeò frequentibus nodis instructam; illi autem nodi sunt totidem valvulæ lactearum, ut in lymphaticis observamus. Observavimus sacculum Perqueti, ductum thoracicum, & alia curiosa. Notu dignum est, quod ignis candelæ quæ inserviebat pro inspectione cadaveris peragenda, crepitabat veluti si sale perfusus esset, quando illum propinquabamus ad viscera animalis, è quibus vapor exhalabat: qua de re solinoacidam fluidorum canis naturam arguere possumus. Cum itaque nullam insignem læsionem in pulmone, & visceribus canis observassem, putarè coryzâ illam, tussim, & scabiem canis producta fuisse vel ab ulcè

ulcere, aut carie interiorum nasi partium circa os
cribriforme, vel ab ingenti fluidorum acrimonia, &
falsedine per quas irritatæ partes præfixæ exarata
producebant symptomata. Atque hæc sunt quæ tibi
communicanda censui, doctissime Mangete. Vale
intercæ, & humanitate tua fovere ne desinas tibi
perpetuò

Dabam Romæ Kalendis Aprilis 1694.

Additissimum
Georgium Baglivum Med. Doct.

TEMULENTIA. Vid. EBRIETAS.

TENESMUS. Vid. DIARRHOEA.

Item DYSENTERIA.

THERMINTHUS.

Vid.

EPINYCTIS.

TETANUS. Vid. CONVULSIO.

TINEA.

Vid.

PILORUM MORBI.

TINNITUS AURIUM.

Vid.

AUDITUS LÆSIONES.

TITUBATIO.

Vid.

TREPIDATIO.

TON.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

TONSILLARUM
MORBI & CHIRURGIA.

Vide in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

TOPHUS. Vid. OSSIUM MORBI,

& rursus quædam in

LUE VENEREA.

TRACHOMA.

Vid.

PALPEBRARUM AFFECTUS.

TREMOR.

I. Tremor est motus depravatus membrum præter voluntatem concutiens.

II. Pars affecta, sunt musculi & fibræ motrices, qui per illiberalem spirituum animalium infloentiam, languidi evadunt, nec propterea satis diu tensi esse possunt ut membrum in eodem situ per aliquod temporis spatium, commodè contineant. At ne error ex nomine oriatur, sciendum.

III. Alium esse tremorem convulsivum ab irritatione propagatum, de quò capite de Convulsione & morbis Convulsivis. Alium verò à debilitate ortum, ac ad Paralyfim aliquatenus accedentem, de quo hic nobis agendum incumbit.

IV. Causa remota est sanguis crassior, magisque evanidus, & spiritibus animalibus, aut eorundem materiæ cerebro sufficiens minus aptus. Causa verò proxima est spirituum imbecillitas, aut peculiaris obstructio quæ ipsorum irradiationi ad partes aliquas satis liberali, ut motum ad voluntatis nutum perficiant, obicem ponit. Si verò ulterius queratur, unde hæc imbecillitas, unde hæc obstructio? Priori respondemus imbecillitatem spirituum, vel materiæ ipsos sufficiens deberi, vel majori eorundem dissipatione & consumptione; in morbis diuturnis, & præcipuè cerebri, in exercitationibus vehementioribus, venere nimia, hæmorrhagiis largioribus, vigiliis protractioribus, aliisque id genus; posteriori verò, obstructionem hic ab iisdem pendere causis quæ obstructiones supra in paralyfi aliisque locis jam explicatas faciunt. Itaque hic nullo modo necessarium est ut demonstretur ratio tremoris, cum Nobiliss. Philosopho Renato Des Cartes valvulas in musculis antagonisticis partis tremore affectæ imaginemur, quæ dum per vices referantur liberum faciunt commeatum spirituum ab uno musculo antagonista in alium, unde crebra pusillorum motuum vicissitudo in ipsis oritur; gratis enim hæc afferuntur à Viro Clariss. & ex sola debilitate, & obstructione à nobis productis, res per se clara evadit; nam dum pauci spiritus inque pigri ad unum è musculis antagonisticis devenientes, illius contractionem diutius continuare non valent, alii in antagonistam quamvis parvè influentes vim suam elasticam & expansivam exerunt, atque partem retrahunt, sicque vicissim & motibus alternatis & intercisis, dum sc. spiritibus jam ab explosione prægressa defatigatis, proptereaque adversariis suis cedere coactis, suppetias veniunt aliis à cerebro emissis, ipsorum vim quasi oppressam pro tempore suscitantes.

V. De Diagnosi, Prognosi, Indicationibus, Curatione & Medicamentis non est quòd hic verba faciamus, illa enim aut per se sunt manifesta; aut ex aliis cerebri ac nervorum affectibus abundè colligi possunt. Tremorem illum quem senectus inducit quod atinet, nemo nescit illum aliunde non esse sanabilem, quam Medecæ artificio, aut etiam, si diis placet, transfusione sanguinis nos-

nostris temporibus à quibusdam tantopere decantata, quamvis eventus promissi forsan æque fabulis annumerandi veniant, ac Ovidii poetica commenta.

Curatio Clariff. Theodori de Mayerne.

Cura Tremoris fit 1. Concoquendo materiam frigidam & humidam cum hujusmodi syrupo magistrali.

℞. Acori, Stœchados, herbæ Paralyseos, fatuereizæ, amaraei, rutæ, salviæ, chamædr. chamæpityos, calamenth. mentastr. origan. an. m. ii. f. decoctio, cui add. mellis q. f. & conficiatur syrupus, in quo pulvis infra scriptus in nodul. ligat. aequaliter bulliat, & postea abjiciatur.

℞. Cinam. cariophyll. macis, nuc. moschat. sem. pœron. piper. nigr. & long. calam. aromat. zinzib. spicæ, sem. anis. an. ʒj. contunde & in pulverem redige.

2. Evacuando cum hiera Logadii, pil. fœtid. vel ex Metuë.

℞. Castor. pyrethri, cass. an. ʒiii. sagapen. pulp. colocynth. an. ʒss. hieræ picræ ʒv. Confice cum melle rosac. Dosis ʒss.

Confectio sequens ad tremorem experta est.

℞. Myrobalan. Indor. ʒj. salv. ʒiii. oliban. ʒii. Cyper. calam. aromat. an. ʒiʒ. Confice cum passulis. Dosis ʒii.

Convenit stœchas ad pondus ʒj. cum aqua mellis per multos dies propinata, vel cum hiera picra in formam pilular. redacta syrupo aliquo appropriato. Item juvat castoreum cum aqua salviæ. Corroborat nervos & tremorem removet diamargariton. Item Electuarium sequens.

℞. Salv. rorismar. acori seu calami aromat. ana ʒss. f. decoctio in qua ponatur croci ʒss. sacchar. alb. ʒij. adde nucleor. pini ʒj. zinzib. xyloaloes, nuc. moschat. macis, cardamom. ana ʒss. f. Electuarium, cujus dosis ʒij.

Leonel. Faventin. certâ se experienciâ didicisse affirmat, oleum lilior. convallium esse mirabilissimæ virtutis & verissimi effectus in tremore curabili, universalibus congruis antea præmissis. Olea item cum cumeris asinini, de euphorbio, de castoreo, & de flore trifolii sive loti Ægyptiæ, vel empl. ex foliis ejusdem, plurimum valent: Item hæc super membrum affectum inunctio quæ recipit costi ʒj. pyrethri, euphorbii ana ʒj. castor. ʒss. Dissolvantur omnia in ʒvi. ol. vulpini, quibus addatur ceræ ʒj.

NB. In tremore manuum factâ ab animi passionibus, scilicet verecundiâ & intensâ cogitatione de re formidabili tentandâ, juvat opopanax in vino exhibitus. *Hællenus Theodor. de Mayerne Praxeos Medica lib. 1.*

De Tremore.

Consultatio unica.

Illustrissimus & Reverendiss. Nuncius Apostolicus ætatis quadraginta novem annorum, temperamentum secundum totum, calidi & humidi; hepatis & cordis paulo calidioris, sicut capitis humidioris cum caliditate; habitus totius corporis carnosus; arduis negotiis multis abhinc annis implicatus, & potibus nive refrigeratis toto anni tempore, aquæ præsertim succo limonum conditæ more Romano indulgit. Cum autem ab ineunte ætate imbecillitas quædam in brachiis ac manibus movendis observata fuerit, trigesimo suæ ætatis anno earundem partium manifesto tremore tentari cœpit, qui tamen non multo post, exiguis quoque administra-

Tom. IV. Pars II.

tis remediis, remissus quidem est, ac nunquam profus evanuit. Duobus autem adhuc mensibus rursus invaluit, occasione febris supervenientis, continuæ atque biliosæ spurizæ, quæ in sexagesimum usque diem exigua cum intermissione ob jecoris obstructions producta est. Quoniam vero Patrem & Patrum eodem aff. & tremulo correptos habuit, quinimo post plurium annorum tremorem, Patrem ipsum Apoplexia, inter sexagesimum & septuagesimum annum, interemptum vidit; veritus ideo ne hoc idem infortunium (quod Deus avertat) sibimetipsi forsan occurrat, modo de agendis, tum pro præsentis tremoris curatione, tum pro imminenti apoplecticæ invasionis præservatione nos consulit.

Affectus quo Vir. Illustriss. atque Reverendiss. à teneris annis molestat, & qui trigesimo invaluit, nuncque febris occasione recruduit, proprie & univoce Tremor appellari debet, sicut æquivoce Tremores quoque appellari possunt, rigor, motus convulsivus, cordis palpitatio & nervorum incontinentia, qui quoniam veri & legitimi tremores non sunt, ideo proprium singulis nomen inditum fuit: sit enim sit nosse, verum tremorem non fieri sine voluntatis imperio; unde dicebat Gal. quod *Tremor tibi vere non fit, nisi partem moveas*; idque quoniam est motus compositus ex sursum & deorsum; motus sursum sit à voluntaria facultate vincente & membrum elevante; motus vero deorsum sit à facultate victa à pondere membri; sicque primus motus sursum cum non fiat, nisi voluntate imperante, nec fieri potest secundus motus deorsum. Quare sine voluntatis imperio tremor nullo modo datur. Ceteri vero tremores jam dicti absque ulla concurrente voluntate fiunt præter voluntatem nostram, ita & palpitatio cordis, quæ est dissentio & subsidentia valde differens à motu sursum & deorsum, quoniam ad latera quoque illa fieri potest; ita & nervorum incontinentia valde tremori similis: sit tamen etiam membro quieto manente, cum à calore & irritamento fiat, sitque motus profusus depravatus, non autem simul imminutus, ut est ipse tremor, qui pro causa immediata, perpetuo facultatis moventis imbecillitatem cognoscit; quæ quidem motum partis incipere valet, ac propter imbecillitatem non valet perficere, & ideo vincitur à pondere partis; conatur autem facultas rursus partem elevare, rursusque à pondere vincitur, & ita verus atque legitimus oritur tremor. Sicut autem causa immediata tremoris est semper imbecillitas facultatis voluntariæ, ita non me latet mediatam multiplicem esse posse: tremor enim concitari potest ex timore, resolutis spiritibus, & ita imbecilla reddita facultate motrice; præterea tremit homo ex aliquo pondere propriis viribus improporcionado; tremit quoque ex succorum in corpore redundantia, oppressa nimirum facultate, & ita ex oppressione imbecilla reddita: sic apud Hipp. ancillæ Stymargei, detracto sanguine in puerperio, tremor cessavit. Tremor quoque supervenit superfluis alvi fluxibus, copiosis sanguinis evacuationibus, diuturnæ inediae, temulentis ex meraci vini potu copioso, ut considerabat Aristoteles, & apposite magis docebat Gal. quod nimirum si tremor succedat post potum vini meracioris, semel aut bis confertim factum, non quidem verus tremor, sed nervorum incontinentia dicatur: tunc enim à causa calida fit; at si succedat tremor potatoribus de more vinum meracum bibentibus, ille verus & legitimus tremor erit: quoniam à longo vini potu tantus excitatur adscitivus calor, ut naturalem extinguendo frigiditatem inducat; unde dicebat, *Ubi vinum pluri bibitur, quam vinci possit, tantum abest ut calefaciat*.

ciat, ut potius frigida mala gignat. Senibus quoque contingit tremor, imminuto calore & invalescente frigore, ob humidi radicalis consumptionem. Tandem fieri quoque potest tremor à crassis atque glutinosis succis spiritus viam impredientibus. Verum in casu nostro sicut immediata causa hujus tremoris alia esse non potest, quam facultatis moventis imbecillitas, ita mediatam fuisse, & esse malam quandam Diathesin pravamque dispositionem nervosæ substantiæ à Parentibus lemini inditam, censendum est, quæ meo iudicio in humiditate, seu præsentia crassæ, pituitosæ & glutinosæ materiæ consistere nequit, quia redundans humiditas in pueritia primò, postea in adolescentia, magisque in virilitate, à calore imminuta & consumpta fuisset, & ita tremor trigésimo ætatis anno non fuisset adauctus, sed valde diminutus. Præterea materia nervis impacta non adeo facile accedit, & recedit, neque contra; insuper in febre proxime præterita, ab ipso calore febrili potius attenuata & imminuta fuisset materia ipsa, juxta Hipp. sententiam, cam tamen in hac eadem tremor fuerit adauctus; eò quia ab eodem calore febrili, à medicamentis assumptis & ab inedia, vires totius resolutæ fuere; indeque imbecillitas facultatis adaucta. Tandem præsentia hujusmodi materiæ viscidæ & pituitosæ spiritibus viam interceptis, torporem potius atque stuporem, imò semiparalytin, non autem tremorem tractu temporis excitaasset; quare pravam illam Diathesin à Parentibus nervis communicatam in frigiditate seu frigida intemperie positam esse puto; quam maximopere fovere & adaugere potuit frigidæ potio, imò diuturna consuetudo & aquæ, & vini semper nive refrigerati; ut propterea Hipp. *Frigidum inimicum esse dentibus, ossibus, nervis, spinali medulla, & cerebro: calidum verò utile* pronunciaverit. Hæc autem frigida nervorum intemperies, quoniam latitudinem habet, & intenditur, & remittitur ab externis occasionibus, ideo intenditur quoque, atque remittitur tremor: in febre namque præterita, à copiosis aquæ frigidæ potibus, causis vires resolventibus additis, adaugeri potuisse non est qui non videat.

Et quamvis prava hæc nervorum dispositio, utpote hæreditaria & in ætate ultrò progressa, ope medica omnino deleri non possit, potest tamen cohiberi, & mala quæ post se ipsa minatur, arceri; quod potius familiari aliquo medicamento nervosum genus calefaciente, caput exiccante ac utrumque roborante, necnon cautiore vivendi ratione, quam validis & copiosis expurgationibus, nos assequi posse censendum. Siquidem altas & naturales radices habet affectus iste, cujus causa alterationem potius ad contraria, & corroborationem, quam evacuationem expostulat. Spernendus tamen, nec negligendus est, cum etiam solius ætatis ratione augmentum sit suscepturus: *Frigida namque senectus*. Quare *Senibus tremorem advenire, sicut lucerna, extinctioni proxima*, dicebat Arist. Præterquam quod frigiditas, dum augetur in cerebro tanquam in nervorum principio, humidam quoque & catarrhalem materiam multiplicare solet, frequenter in senibus Apoplexiæ matrem.

Medicæ igitur intentiones causis opponi debent, quarum immediata cum sit imbecillitas, roborantia indicantur; mediata vero quia est frigiditas, calefacientia requirit; cui quoniam aliquem madorem sive humiditatem addi quoque, & imposterum addendum non inficiamur, ideo tertio loco aliqua exiccantia, & alimenta humidum minus multiplicantia erunt quoque consideranda.

Quibus intentionibus satisfaciendum paulatina, longa & potius remissa executione; intemperies enim

omnes nonnisi longa & continua medicamentorum administratione superari possunt.

Audire tamen Eximios Viros non sine ratione proponentes futuro Veris tempore Balnea sulphurea toti corpori universalia, ut tota spinalis medulla calefieri, & aliqua humiditatis portio redundans resolvi possit: subinde Balnea Montis Ægrotorum, quæ cum & gypsum, & calcem combustam, & alumen pro minera contineant, insignem roborandi facultatem obtinent. Audire alios Autumni tempore musti & vinaceorum balneum commendantes, prægressis convenientibus primarum viarum, & corporis expurgationibus, quibus & ego subscriberem, si tremor insignis esset, vel quotidie major evidenter evaderet; quo casu etiam de aliquo Decocto sudorifico cogitandum esset: & eo magis, si magis quoque caput læderetur. Sed rebus eo, quo diximus, modo se habentibus, ac præterea superata præsentis præteritæ febris convalescentia, cum totius corporis restauratione, nervorum quoque roboratio sperari possit, sicque tremoris diminutio; ideo pro jam dicto instituto meo indicationibus satisfaciam, & à congrua victus ratione, utpote diuturnis morbis utilissima exordium sumam.

Et primò quoad aërem, caput non solum [quod est nervorum origo] verum & spinalem medullam, imò & totum corpus ab aëris inclementia, præsertim frigida, & domi immorando, & vestibis custodire necessarium omnino est; quia ut dictum fuit cum Hipp. *Frigidum nervis, spinali medulla, & cerebro inimicum, calidum verò amicum*; quod tamen calidum sit moderatum: alioquin carnis effeminationem, nervorum imbecillitatem, mentis torporem, & alia mala, frequens & intensa calefactio inducere solet; & ideo neque hyeme ignis in cubiculo accendi debet, minisque noctu accensus detineri. Alterari potest cubiculi aër suffumigatio aliquo suavi, caput exiccante ac roborante, non autem calefaciente; quod parabitur in olla prunis accensis admota, in qua bulliant in aqua rosacea frustula citri, sanctali citrini raspati, lignum rosæ mar. incisum, & exiguum cinnamomi integri.

Secundò circa alimenta, tempus, quantitas & qualitas consideranda veniunt; Et quoad tempus, novem saltem horæ intercedere debent inter prandium & cœnam, nec statim à cœna cubandum. Quoad quantitatem, plenius sit prandium, ut parcior, imò parcissima cœna esse possit. Quoad qualitatem, recensebo solum quæ omnino omitti debent, reliqua omnia concedendo, & nonnulla quoque tangendo, quæ prærogativam in hoc affectu habere dicuntur. Primò igitur inter carnes rejicitur, suillæ, agninae, asferinae: commendantur autem quam maxime leporinae, & præsertim cerebrum leporis assum aliquo aromate conditum. Commendantur præterea columbæ sylvestres, & sylvestres omnes aves & aviculæ. Prohibentur carnes pingues & nimis annosæ. Inter pisces, interdicitur ulus Conchylum, & Ostreaeorum, sicut pisces omnes palustres & lutosi; cæteri, nunquam frixi, raro elixi, frequenter assii. Inter lacticia, nullum bonum, excepto modico caseo nonnunquam in fine mensæ. Ex eduliis pasta paratis, conceduntur tantum Vermiculi Apulenses in jure carniū decocti. Ex leguminibus, omnia prava, nervis & articularis inimica; oriza tamen & hordeum quandoque concedi possunt. Inter olera, exploditur lactuca, necnon cucumer; præterea fungi & tubera terræ. Inter fructus, fraga & cerasa subaustera, subtyptica concedi possunt; sicut non possunt prohiberi optimi melopepones & ficus; inter bel-

Tremor

bellaria vero, nucleï pinei conceduntur atque pistacia; reliqui fructus omnes damnantur. Ex condimentis, permittitur parvus aromatum usus, magis verò petroselinî, menthæ, menthastri, thymi, pullegii, salviæ, rotis mar. majoranæ; rarus vero fit acidorum, ut succi citri, aurantiorum, limonum, & rarissimus aceti; ita allii & cæparum. Vinum sit tenuis substantiæ, nec dulce, nec austerum, nec aquosum, nec generosum; & si subdulce, sit quoque sublypticum & moderatè sumptum, modice refrigeratum: etenim ab Hipp. & Gal. incipiendo, cæteri quoque omnes Medicinæ gravissimi Scriptores contra potiones nive refrigeratas invehunt atque reclamant, ut quæ solæ possint tremorem excitare, & ideo tanto facilius excitatum fovere.

Tertiò; somnus nocturnus, etiam diuturnus conferre potest, sicut potest obesse diurnus: quod si fuerit consuetus, sit brevis, & capite erecto, sedendo, non autem decumbendo.

Quartò; exercitium quam maximè necessarium, sed ante cibum: labores enim ante cibum præcipiebat Hipp. otium enim nervosum, & musculosum genus coercat, ut dicebat Celsus, & ante ipsum Hipp. *Non impleri cibis, & impigrum esse ad labores, ut duo sanitatis fundamenta pronuntiavit.*

Quintò; alvi quotidiana evacuatio est custodienda; & si deficiat, sollicitanda aliqua pilula massicina ad 9 j. sub cœna assumenda; nec ad majora deveniendum.

Tandem, animi pathemata sunt evitanda, sed ñs forti animo occurrendum, quod tamen reminisci superfluum: nam Fortia pati Romanum est. Multo autem difficilius erit Illustriss. Viro ab intensis applicationibus, studiis atque negotiis abstinere; tum quia semper occasio præsens, tum quia natura maxime activa, & ingenium perspicax ægerrimè animi quietem admittere poterunt. Saltem igitur caute procedat, graviores applicationes procul a cibo servando, & a nocturno somni tempore ablegando.

Jam dictis in vivendis ratione cautionibus observatis, tremoris augmentum remorabitur, & nonnullis medicamentis benignioribus in usum ducendis, viam ad salutem parabit; hæc autem interna & externa esse poterunt; & inter interna semel in anno, mense Maio utilissimum fore existimo pulverem viperinum triginta diebus ad 9 j. in jure pupilli, ivæ & salviæ alterato sumendum, præmissa primarum variarum expiatione; Autumno vero sequenti, pullos nutriendos milio simul cum viperis decocto, & eadem decoctione fursuribus subactis, quinimo & viperæ carne minutim incisa pro eorundem pullorum nutritione: vipera namque insignem habet prærogativam, ad nativi caloris roborationem, & vi quadam balsamica ad humidi radicalis coagulationem & conservationem; præterquam quod humiditates excrementitias egregie citra calefactionem absumere valet, ita de vipera dicente Gal. *quod Extenuantis est facultatis, valde enim exiccac ac digerit, & ad cutem properat.* Sed pro condimento ciborum theriacalis commendatur, vel saltem tali communi sal absinthii de more miscetur. Statim à cibo magnopere juvant quatuor aut quinque salviæ baccæ conditæ. Vespere sub ingressum lecti in usum ducatur aliqua Conserva nervis & cerebro amica, qualis erit Conserva è florib. salviæ, vel rot. mar. vel betonicæ; & hyemali tempore conferre poterit etiam gingiber recens, conditus; & adveniente senili ætate semidrachi confect. Anacardinæ, quæ tamen in usum frequentem ducenda non est; quandoque etiam matutinis horis frustulum nucis moschatae conditæ. Nocturno vero tempore somni in ore detinere poterit confectionem in rotolis ex quinta essen. rotis mar. *Tom. IV. Pars II.*

rini paratam.

Externa medicamenta apponi debent cerebro & spinali medullæ; sic pro quotidiana pectione paratur pecten eburneus, vel ex ligno guajaci. Post pectionem inspergatur pulvis compositus ex sepiis combustis, cornu cervi combusto & ex radice iridis Florent. addito quoque pulvere ex carie lignorum; quo vespere quoque caput inspergi poterit, ut noctu detineatur. Præterea illiniatur futura coronalis summo digito quinta essentia rot. mar. intincto; spinalis medulla vero illiniatur inunctione composita ex 3 j. ol. juniper. & uncia media quintæ essentia rot. mar. & ex 3 ii. ol. de succino, qua summis digitis inunctis tota illiniatur spina semel in die.

Hæc sunt documenta & familiaria medicamenta, quæ pro Illustriss. & Reverendissimo Viro salutaria mihi visa sunt; & quamvis congrua, non tamen continuo administranda, sed per intervalla, & non quovis anni tempore caniculari præsertim evitanda. Ita Deus Opt. Max. vota secundet. *Raymond. Joh. Fortis Consultat. & Respons. Medic. Tom. II.*

Observationes.

Pro Tremore.

Hodie imprimis pro singulari in hoc casu remedio, laudatur electuarium Orvietanum. *Felix Platerus.*

Ad tremorem egregie confert, si urina propria membra tremula sæpius laventur; alii verò urinam pueri magis commendant: habetur hoc quidem pro experimento indubitato, quacunque causa tremor oboriatur, sive ex Venere, vel vini potatione; vel post alios morbos, aut ex fumo argenti vivi. *Petrus Forestus, schol. observ. 5. lib. 8. De exterior. capitis vitiis.*

In tremore manuum post universalia, exhibe ea, quæ caput & nervosus partes roborare creduntur, quale est præcipue diacorum, & extractum calami: extra autem tremulas manus foveo vino calido, in quo betonicæ, salvia, majorana, rosmarinus & similia incocta sunt, & penetrationis causa spiritus vini aliquid affundo. Ita multis tremor paulatim remisit donec prorsus aboleretur. *Petrus Monardus Epist. 28. l. 2. Consil. & Epist. Cratonis, &c.*

Relatum est mihi aliquando à fido pharmaco-pæo aurificem Bruxellensem solo & continuo esse cerebri leporis affati à tremore evasisse; eius quoque columbarum sylvestrium à vi quadam occultata valere dicitur. *Petr. Forest. observ. 99. lib. 10. de cerebr. morb.*

TREPANATIO.

Vid. in Bibliotheca Chirurgica;

in CRANII FRACTURIS;

TREPIDATIO seu TITUBATIO.

De Trepidatione, seu Titubatione, hic tantum agemus per duas Consultationes, ex Clariss. Raymundo Johanne Forti petitis.

Consultatio I.

Reverendissimus Pater annum agens quadagesimum quintum, temperamenti, secundum totum, calidi & humidi, jecoris tamen & cordis calidioris, capitis caliditate & humiditate excedentis, boni habitus, satis carnosus, ab ineunte ætate, frequenti & copiosa narium hæmorrhagiæ obnoxius fuit, qua Dialpri lapidis appositione suppressa, in Vertigines incidit, quæ recedentes dolorem capitis relinquebant, postmodum, vomitu superveniente materiæ crudæ atque biliosæ, & ipse dolor cedebat. Anno suæ ætatis decimo octavo, vertiginosus ille affectus adeo invaluit, ut usque ad vigesimum tertium annum, semel saltem in hebdomada Patrem Reverendiss. infestaverit. Interim fluxionibus tentabatur, quæ decimo nono anno suæ ætatis ipsum in lecto degere coegerunt; aliquid autem levamen attulit pulvis betonicæ per nares attractus more tabaci. A vigesimo vero tertio suæ ætatis anno usque ad quadagesimum quartum, mirum usque ad annum proxime præteritum, mitior factus fuit affectus & rarius invasit: at hyeme ineunte, accessiones intensiores & frequentiores habere coepit, nempe tertio quoque die, quæ adventante anni tempore calido, magna ex parte cessarunt. Sed mense Octobri oborta spirandi difficultas, quæ copiosa sanguinis per venas eductione sanata est, mox sævior, ut antea, rediit affectus ipse usque ad quadagesimale tempus, tuncque rursus remisit (ut creditum fuit) usu Caffè, non tamen omnino cessit, sed quandoque, licet raro, revertebatur. Fluxionibus interim se obnoxium fuisse ipse fatetur, cum aurium molesto tinnitu. Modo cum ad nostras manus pervenerit pro Curatione, jam dictis relatis addidit, Vertiginem non adeo tenebricosam esse, ut ipsum in terram cadere cogat, quinimo eam præsentire se asserit, ita ut sedere liceat, antequam ingruat affectus: evaporationes enim prius sentit, ab inferioribus partibus, & præsertim à ventriculo ad caput ascendentes, & illud idem in gyrum moventes; quod si aliquando repente irruat Vertigo, brevis est & cito dissolvitur. Viscera ejus manibus tractavimus, & tensiones nonnullas, jecoris partem profundam, scil. cavam occupantes, invenimus. Modo Reverendiss. Pater de proprio statu, & de agendis, nos pro salute consultit.

Quamvis Hipp. & Galenus cum eo, duos tantum Vertiginis gradus assignaverint, simplicem nempe, *Dinos* dictam, in qua objecta stabilia in gyrum moveri videntur: alteram vero tenebricosam, *Scotodinos* appellatam, in qua non solum objecta circumvolvi videntur, sed tenebræ quoque oculis offunduntur, ita ut pereat visio, & Vertiginosi in terram cadant, illæsis manentibus cæteris sensibus, omnibusque principibus operationibus: tertium tamen gradum addiderunt Arabes, & potissimum Avicennas, imo & inter Græcos Aëtius quem Trepidationem appellarunt, in quo nec objecta in gyrum moveri videntur, nec minus tollitur visio, nec prociidunt Vertiginosi, sed tantummodo objecta visa, & terra ipsa, brevi tempore trepidare videntur, absque eo quod in gyrum moveri credantur; huncque Vertiginis gradum, primum appellare nobis liceat, quem Hipp. & Gal. ad Vertiginem, præviam disposi-

tionem esse supposuerunt. Secundus vero gradus erit simplex Vertigo, sicut Vertigo tenebricola tertius. Primo, & secundo gradu multis abhinc annis detinetur Reverendiss. Pater, quorum causa immediata, est inordinatus motus spirituum animalium, & præsertim visiorum; Irregulari vero motu aguntur spiritus, tanquam à causa mediata Vertiginis, à materia vaporosa: humorosa enim, utpote ad motum difficilis atque tarda, spiritus ipsos celeri & inordinato motu movere non valet. Difficultas autem cognitionis, & per consequens Curationis, consistit in indaganda parte primario affecta, num scil. fumosa materia in capite, essentialiter affecto generetur, an potius caput per consensum afficiatur, sicque causa ab aliqua alia corporis parte petenda sit: & si ab alia parte, num à ventriculo, vel ab hypochondriis, & num à jecore, vel à toto venoso genere vaporosa materia elevetur, ut parti affectæ producenti, suscipiente non neglecta, prospiciatur. Et primo, sicut in gradu primo Vertiginis, caput natura calidum & humidum, studiis & applicationibus deditum, jam aurium tinnitibus & fluxionibus obnoxium, essentialiter affici; & primario concurrere ad vapores producendos credi potest, cum extemporanea sit hujusce Trepidationis & imperfectæ Vertiginis invasio; & præterea cum adventante hyeme fuerit frequentior; ita in secundo gradu simplicis & veræ Vertiginis, caput non essentialiter & primario, sed secundario & per consensum ab alia parte coaffici credendum est, cum Reverendiss. Pater Vertiginis invasiones præsentiat, quam præsentationem non permittit essentialis in capite affectio. Præterea vapores ipsos percepit à ventriculo præcipue ad caput ascendentes, & Vertigine corripitur, præsertim eodem ventriculo cruditatibus & bile quandoque referto: ut propterea potissima Vertiginis culpa in ventriculum referenda videatur, non sine fomite ex jecore bilem ventriculo suppeditante, & sanguinis copiam in toto venoso genere cumulante: ideoque totum etiam venosum genus sanguine abundans, concurrere existimo, post suppressam copiosam & frequentem hæmorrhagiam: cui suppressioni ab initio successit primo Vertigo, & Vertigini capitis dolor, qui cedebat vomitione crudæ simulque biliosæ materiæ: ut propterea liquido appareat & ventriculum & venosum genus cum jecore tanquam partes mandantes vertiginosum affectum fovisse: quam veritatem confirmavit, tum à priori, hæmorrhagia olim suppressa, tum à posteriori, spirandi difficultas, copiosa sanguinis eductione sanata. Speculatione autem dignum mihi videtur, cur in Trepidatione spiritus in gyrum non moveantur: & præterea, cur in Vertigine, spiritus irregulariter moti circulari, & non alio motu agitentur? Cui Quæsitio respondet Aristoteles, dum quærit, cur aliqua quæ in aëre generantur, vertiginoso motu moveantur? aitque id fieri à calida & levi exhalatione: nam quæ frigida sunt, ut nix, grando, recta via continuo descendunt: calida vero, quia sursum ascendunt propter levitatem, cum ad mediam aëris regionem pervenerint, densantur frigore, & gravia fiunt; unde necessario deorsum moveri coguntur; sed quoniam exhalationis calidæ naturam adhuc retinent, ideo ubi ad mediam dispositionem, inter gravitatem & levitatem pervenerint, neque sursum neque deorsum absolute moveri possunt: cum vero nec possint quiescere, in gyrum moveri coguntur. Haud aliter spiritus, ab exhalationibus non adeo crassis, & potius calidis, ab infernis partibus transmissis, agitati, aliqui

calidi

calidi & leves sursum ascendunt propter leviatē: dum autem ad cerebrum perveniunt, frigiditate illius densantur, acquiruntque gravitatem ulteriorem; cumque nulla virtus ex duobus illis sit sufficiens ad motum sursum aut deorsum, in gyrum moventur: sicut enim à calore attenuantur, ita à cerebri frigiditate densantur; & ita nullo ex duobus motibus vincente, sequitur circularis, cum intra parietes ventriculorum semper discurrant vapores exitum quaerentes, & non inveniētes. Cur autem ad cerebrum pervenire non possint vapores in spiribus Trepidationem facientes, pro causa quidam assignant vaporum densitatem ac frigiditatem, qui utpote in capite parte frigida geniti, propter gravitatem, in proprio situ manentes, Trepidationis quidem, at non Circulationis motu agitantur. Sed si hoc verum esset, Senibus semper Trepidatio, raro, aut nunquam vera Vertigo contingeret, cum tamen ætatis senilis proprius affectus ab Hipp. censetur vera Vertigo. Verior itaque causa erit, tenuitas atque exiguitas vaporum, spiritus visorios movere, at non sursum elevare valentium; & propterea Trepidatio facile fit, & cito desinit, non autem ita secundus aut tertius Vertiginis gradus.

Et quamvis Vertiginem per se non esse lethalem cognoscit Prudentissimus ac Sapientissimus Pater, cognoscit tamen, per accidens esse periculi plenam, propter ea quæ eidem succedere possunt, sive propter repentinos casus, vel in terram, vel in aquam, sive imminentes internos affectus: & propterea Vertigo à Gal. Morbus magnus existimata fuit, de qua dicebat, *Si Vertigo sit maximum malum ad opus vitale & animale, quid dicere oportet? proxima namque est morbis comitialibus & apoplexiis, cum comitiales & apoplexias precedere soleat.* Comitiales prænuntiat, si causa fuerit calida, ætasque florida: Apoplexias vero, si causa frigida, ætasque senilis, ut ego longa praxi observavi. Verum tamen est, quod semper de scotomatica & tenebrosa Vertigine, jam dictos infuillos eventus prænuntiavit Gal. quæ in Reverendiss. Patre neque adest, neque adfuturam sperandum, tum quia diuturno elapso jam tempore, à quo cæpit ipsa Vertigo, ad postremum gradum nunquam pervenire non potuit, tum quia prudens, providentiam non negligit congruis medicis auxiliis, congruoque vivendi regimine.

Ut igitur opiatum finem assequamur, omnibus jam dictis consideratis, Purgationem modo in fine Veris præservativam ineundam esse, opimum fore putavi, hancque (ut rectus exposulat ordo) respicientem partes mandantes, à quibus Vertiginem pejorem, nimirum secundum gradum, provenire observatum fuit, capite tamen non neglecto: cum nos doceat Gal. quod, *Licet caput per alterius partis consensum laboret, affectio tamen ipsi capiti tribuenda sit.* Ablatis ideo & superatis causis foventibus, & Vertigine non cedente, mox capitis cura principalis habenda erit. Quare in præsens primæ viæ ab excrementis sunt expediendæ. Secundò Obstructiones in cava jecoris existentes, sunt aperiendæ. Tertio Sanguinis copia minuenda & à capite divertenda. Quarto Ventriculus roborandus. Quintò Jecoris calor moderate contemperandus, atque tandem capiti aliquod robur addendum, à proprietate juventia capitalibus medicamentis immiscendo.

Quibus intentionibus satisfaciendum remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæticis. Et à chirurgico duplex est depromenda sanguinis missio, ex brachio nimirum, tandem ex pede: utramque enim proponit quoque Gal. Caetera in hoc affectu locum habere solent, in coxa, si per con-

sensum; in brachio, si per essentiam caput afficiatur, frequentes quoque pedum lotiones aqua calente, jejuno ventriculo, non parum prodesse possunt; Et nisi cesserit affectus, aperiatio venarum hæmorrhoidalium ter aut quater in anno, duabus tantum hirudinibus appliciis procurata, saluberrima erit.

Pharmaceutica medicamenta pro prima intentione explenda erunt, primo leniens hujusmodi. Potiois ex man. clarif. ʒvj. aq. florum citri parum m. pro potu. Primum Præparans quinque diebus assumendum erit, ℞. Mellis ros. simpl. ʒj. julap. acet. simpl. ʒj. f. acq. cinnam. ʒi. m. pro una vice, & sic pro aliis quatuor. Quibus transactis assumat sequens medicamentum: ℞. Potiois ex man. clarif. ʒvj. addendo infusioni consuetæ, agar. trochisc. ʒij. rhab. el. ʒj. aq. florum citri parum, m. pro potu.

Pro secunda intentione, Præparans erit; ℞. Succ. depur. cich. borag. agrimonie an. ʒj. salis tart. gr. x. decoct. endiu. fonchi, lupulorum, pentaph. mellissæ, euscutæ ʒiv. m. pro syr. & sic pro aliis quinque. Mox minorativum Purgans sit; ℞. Potiois ex man. clarif. ʒvj. addendo infusioni consuetæ, fol. senæ el. ʒij. rhab. el. ʒi. aq. florum citri parum, m. pro potu, cui, incipiente evacuatione, superbibat aquæ Nocerianæ libram. Deinde repetantur Præparantia & Aperiencia hunc in modum parata; ℞. Succ. depur. cichor. beton. agrim. an. ʒj. tart. vitriol. gr. x. decoct. mellissæ, beton. borag. stœchad. ʒiv. m. pro syr. & sic pro aliis quatuor. Inde sequatur hujusmodi expurgatio; ℞. Elect. lenit. ʒvii. pilul. de tribus cum rhab. ʒj. Extracti senæ ʒi. m. f. boli. Post hæc, repetenda erunt Præparantia, jecur & caput respicientia, ita; ℞. aq. stillat. beton. agrim. an. ʒiv. julap. acet. ʒii. m. pro syr. & sic pro aliis.

Tertiæ intentioni, iterata sanguinis missione, satisfactum fuerit.

Hinc ad quartam intentionem explendam, paulatim accedendum; pro qua assumat primò pilulas unica hora ante parcam cœnam; ℞. Pilul. massic. de trib. cum rhab. an. ʒj. m. reformentur pilulæ iij. & aur. Sequentibus vero aliquot diebus summo manè assumat cochlearia tria aut quatuor hujusmodi liquoris; ℞. Julap. acet. aromatiz. cum cortic. citri ʒvj. aq. cinnam. unc. i. m. cui statim superbibat aquæ stillat. de mentha unc. ii. Et quinto transacto die, repetat pilulas: mox liquorem assumat, ut inde ad aquam Tettucianam tanquam ad præstantissimum stomachi remedium assumendam deveniat, cum vehiculo dejectorio, ut quæ à ventriculo & intestinis cruditates abstergere, & ventriculum exiccare, atque calefacere valeat; præbeat autem ita; ℞. Potiois ex man. clarif. unc. vi. addendo infus. consuetæ, rhab. opt. agar. trochisc. an. ʒi. aq. cinnam. parum, m. pro potu. Sequenti die quiescat; tertio vero die præbeat aqua Tettuciana ita; ℞. Potiois ex man. clarif. unc. v. aquæ cinnam. ʒi. m. pro potu, cui statim superbibat aquæ Tettucianæ cyathum, & incipiente evacuatione superbibat ℞. Aq. Tettuc. ℞. v. & duabus aut tribus horis ab assumpta aqua prandeat. Hoc idem sequenti die faciendum; tertia vero die augetur dosis aquæ, nempe ad ℞. v. f. & quarta die ad ℞. vj. facta quotidie diligenti observatione, quod tota aqua per alvum excernatur, nulla vero vel minima portio per urinam, alioqui à potu ejusdem aquæ abstinendum esset. Terminato à duci poterunt, tum intriculus roborantia in usum duci poterunt, tum intrinsecus absinthium præternam, tum externa. Intrinsecus absinthium prærogativam habet, ut quod ventriculo prodesse, nec hepatis quicquam obesse possit, cum illud ut utriusque parti amicissimum existimaverit Gal. quare statim ab assumpto cibo Conservam absinth. Pont.

comedat; vel sal ablinth. ad gr. xx. exiguo vino dissolutum bibat. Extrinsecus vero extollitur Balsamum naturale fundo ventriculi illitum, si legitimum haberi possit: sin minus, utiliter substituitur Balsamum Peruvianum. Efficax quoque solet esse oleum Magni Ducis Hetruciae: quo deficiente, uti poterit oleo stomachico, à Monachis Benedictinis Sanctæ Justinae Patavii parato.

Quintæ intentioni ut satisfaciamus, Cichorium aptissimum esse poterit, dum de ipso scribit Gal. quod, *Moderate refrigerat, & robur jecori addit per adstrictioriam facultatem, nec frigiditas intemperies magnopere laedit.* Ideo ejusdem succus depuratus, imo & per arenam trajectus, ad ℥iij. in jure tenuis pullæ, aut vituli, summo mane quotidie per xv. dies assumi poterit: sua namque amaritudine Ventriculo quoque proderit, cum terminus amari sit abstergere. Quod si Reverendiss. Pater ætatis diebus suaviorem potum eligere cupiat, vice succi bibat aquam stillat. de succo cich. ad ℥. j. in qua salis prunellæ ℥j. vel ejus loco, syrapi de succo limon. unc. j. dissolvatur, sive cochlear Conservæ de acido citri.

Postremæ tandem intentioni satisfacere poterunt Conservæ capitales præsertim sub ingressum lecti assumendæ, ut è floribus beton. è flor. rotifmar. aut salviae, quibus addi poterunt gattulæ tincturæ corall. chym. extractæ, Conservis reformando. Silit vapores ascendentes spiritus vitrioli, Conservæ rosarum immixtus, quo non solum pro præsertione, sed in actuali quoque Vertigine quacunque hora commode uti poterit. Caput roborare & vapores in capite existentes discutere valet quinta essen. rotis mar. ex qua rotulæ ita parari poterunt; R. quintæ essen. rot. mar. gutt. xii. sacchari albi dissoluti cum aqua cinnam. unc. i. m. & ad ignem S. A. f. confectio in rotulis, quarum unam noctu dormiens in ore detineat. Imo hyemali tempore summitate digiti medii manus, eadem essentia rot. mar. madefactâ, quandoque illiniri poterit sutura coronalis. Non me latent alia quam plurima medicamenta à proprietate juventia, ut oleum Buxi, oleum Succini, oleum Camphoræ, Theriaca, quam Gal. ait sanare Vertigines, quæ quidem Vertigini, at non Vertiginoso nostro prodesse possent. Unum reticere nolo remedium à Recentioribus omnibus commendatum, & à me non semel, infcio Patiente, expertum, estque stercus Pavonis exiccatum & pulverizatum, maris maribus, & foeminae foeminis, sine ulla præparatione, Conservæ rosarum immixtum, & pluries exhibitum ad ℥j. bolos efformando, auro aut nebulis involutos; quibus superbibenda detur aqua stillat. prœoniæ. Et quamvis stercora inter abominanda remedia à Gal. recenseantur, eadem tamen probat, & ab Aesclepiade libenter recipit; quare urgente Vertigine tantum remedium expertum, omitendum non esset.

Jam dictis omnibus congruam vivendi rationem addere debet Reverendiss. Pater; & primò caput custodiat ab omnibus aeris, tum frigidis, tum calidis inclementis, necnon evitet aspectum fluminum, objectorum in gyrum sese moventium, locorumque in præceps ruentium. Secundò; Inter alimenta, evitet stulticia, vaporosa, & coctura difficilia. Vinum pro mensa sit potius tenue, at non austerrum, nec dulce; & summo opere juvabit, semel in die tantum cibum capere. Tertio; Somnus nocturnus sit diuturnus: *somnus enim concoquit, dicebat Gal. & vigilia digerit.* Quarto; Corporis motus & exercitia ad sanitatem necessaria sunt, sed ut monet Hipp. *Labores ante cibum.* Quintò; Alvus, si opus fuerit, sollicitetur pilula massicina ad semidrachmam, semel aut bis in mense hora una ante ci-

bum assumenda. Et ultimò abstinere ab intensis applicationibus, præsertim ab assumpto cibo, & alacri atque confidenti animo vivat, certa spe integræ sanitatis recuperandæ, pro qua totas meas vires semper intendam.

Consultatio altera.

Illustrissimus Baro quadragesimum sextum annum agens, temperamenti secundum totum calidi & humidum, plethorici habitus, fervidi jecoris, & cordis calidioris; à primis annis gravioribus Aulicis negotiis implicatus, succrescente ætate, magis magisque semper adauctis, & pro sui cordis & sanguinis calida temperie, de singulis anxius nimis, nimisque sollicitus: præterea assiduis studiis, diuturno tempore, continuatis diebus, mensibus & annis, operam navans, nihilominus incolumem vitam duxit, quamvis animi pathematibus perpetuo divexatam. Tandem novem abhinc annis, affectu quodam capitis laborare cœpit, cujus ratione ægrè pedibus stare, minusque incedere posse sibi videbatur, adeo ut scipioni inniti cogeretur: non tamen continua fuit hujusmodi affectio, imo menses, & forsitan etiam annum ab illa immunis transegit. Ab hoc malo, pluribus remediis adhibitis, liberari tamen non potuit, quamvis acidulas etiam aquas de Pruz epotaverit: quinimo postremo hoc anno frequentiores facti sunt ejusdem affectus insultus, à quibus nonnihil se levare percipit, levi superveniente podagra, unum vel alterum occupante pedem. Ab accessione quoque citius vindicatur post attractum per nares vulgo tabaccum. Quandoque etiam sanguis è naribus sponte erumpit, non tamen copiosus. Liberam vitam semper duxit, & frequenter comestationibus & computationibus more Germanorum interfuit, in quibus aliquos errores, at non immodicos, commisit. Modo cum prudentissimus & virtute ornatissimus sit, præsentia fastidians, & pejora timens, ab hoc liberari, & ab imminenti malis præservari cupit; ut propterea nos de agendis pro salute consulat.

Difficilis, sive imbecillis pedibus insistendi facultas, & incessus instabilis, de quibus conqueritur Illustriss. Baro, non à læsis pedibus & cruribus, sed ab affectu capite pendere, ipsemet perspicuo cognoscit, cum nullam læsionem in inferioribus partibus, sed in capite liquido percipiat; & idcirco tantum abest ut de pedum & crurum imbecillitate conqueratur, ut potius podagram sibi desideret, qua præsentia, caput melius habere, & hujusmodi affectu sublevari fatetur. Caput igitur est pars principaliter affecta, verum quo morbo, & à qua causa ille proveniat, primò à nobis considerandum. Secundò num caput ipsum essentialiter & primario afficiatur, an vero per consensum & secundario; & si secundo modo, indaganda est pars inferior læsa, cujus consensu caput afficiatur. Et primum quod attinet, idea hujus affectus non adeo facile inveniri poterit, si Gal. & Hipp. aures præbeamus: etenim cum illæse maneat omnes principes operationes, Apoplexiam, Epilepsiam, alioque magnos capitis morbos profus excludere debemus. At cum visionis sensus quodammodo lædi videatur in casu nostro, hunc affectum ad vertiginem redigi posse censendum. Verum cum duas tantum species, sive gradus vertiginis assignaverint magni isti Viri, Dinos scil. & Scotodinos, nimirum simplicem vertiginem, & vertiginem tenebrosam, præsens vero affectus ad neutram pertineat, sequitur quod vertigo dici non debeat; Etenim Dinos fit cum objectorum visibilibus cum rotatione; Scotodinos vero, non solum

solam cum obsectorum circumvolutione, verum & tenebræ oculis obverfantur, adeo ut pereat visus, & aliquando procident. In nostro vero casu nec obsecta circumvolvi videntur, nec minus oculi obtenebrantur, quare sub neutra vertiginis specie comprehenditur, & per consequens cum Gal. & Hipp. vertigo non est; nisi dicamus esse præludium, ac viam ad vertiginem: sicut stupor & torpor sunt via ad paralyfim. Verum & affectus iste proprio nomine non caret, cum Aetius ex Græcis Trepidationem, & inter Arabes Avicennas Titubationem appellarint: trepidare namque videtur ipsa terra, cæteraque objecta conspecta, at non in gyrum moveri. Hujus autem trepidationis causa est motus spiritus visorii, quodammodo inordinatus, sive potius inquietus, sed non in circulum commotus; irregulariter autem movetur spiritus ipse à vaporibus, in Illustriss. Viro calidis, qui visorii spiritibus immisli eosdem trepidare cogunt, dum ad nervos opticos speciebus visibilibus recipiendis factos recto tramite feruntur: quo fit, ut cum trepidatione, at non circumvolutione, species ipsæ visibiles admittantur & judicentur. Causa autem ob quam vapores jam dicti tantam vim non habeant, qua possint spiritus animales visorios in gyrum movere, nec propterea veram vertiginem inducere est, quoniam iidem vapores, ut calidi & tennes facile & cito dissolvuntur antequam in cerebri parietes impingant, aut ab eisdem cerebri frigiditate densentur, & ita circulari motu una cum spiritibus moveantur. Vapores autem illi, & erat secundum inquirendum, mineram propriam in capite non habent, sed ab inferioribus partibus, nimirum à jecore & corde, una cum sanguine per venam cavam, mox per arterias carotidas ad cerebrum feruntur, qui natura calidi sunt, quoniam à fervido sanguine elevantur, ut credit Hipp. Gal. & alii magni Viri cum eis, ut Aëtius & Avicen. Neque hoc probare difficile erit, si consideremus quod novem annorum spatio affectus iste vere vertiginosus factus non fuerit, dum minera vaporum in capite non residet, sicuti non solum simplex vertigo, sed tenebricosa quoque hucusque evasisset, si vapor non à calida, sed à frigida minera ortum duxisset: non enim adeo cito & facile dissolveretur, sed resolutioni resistens, utpote frigidus & crassus in gyrum moveretur, & secum spiritus quoque visorios in gyrum duceret. Minera autem calida adeo patet, ut probatione non indigeat, cum calidum sit jecoris & cordis temperamentum, ut ex calido multoque sanguine, & ad omnes operationes promptitudine facile elicere licet, qui calor à natura quidem dictis partibus inditus fuit, sed mox ab animi motibus & intensis studiis, additis quoque computationibus, multo magis adactus, multo majora mala Illustriss. Viro intulisset, nisi eadem summa prudentia divertisset. Quare conclusum sit affectum hunc trepidationem dici, viam scilicet ad vertiginem, & fieri ab inordinato motu spiritus visorii, ob permissionem vaporum calidorum, qui non in capite generantur, sed à toto sanguine calido, ob jecoris & cordis fervorem ad caput ipsum elevantur, quod quidem idcirco non est primario affectum. Verum tamen est quod ob intensas & diuturnas applicationes imbecillitatem contraxit, ratione cujus facile & prompte suscipit calidas jam dictas evaporationes ab inferioribus partibus una cum sanguine ad seipsum transmissas. Podagram vero quandoque invadere mirum non est, dum studiosis cruditates familiares esse solent, ob diversionem nativi caloris à ventriculo ad caput, pro principibus operationibus obeundis: quæ cruditates per venosum genus simul cum sanguine à valida facultate expultrice, per modum Crisis ad pedes quandoque deponuntur. Quibus omnibus ita se vere habentibus, nobis addere liceat, quod sicut ubi mul-

tum vini reperitur, ibi multam quoque foecem reperiri necesse est: ita multo existente sanguine in Barone Illustriss. necesse est ut multa faex ejusdem, succus scilicet melancholicus, si non in toto, saltem in hypochondriis hæreat, unde elevati vapores cor & caput petentes, eundem Baronem de rebus omnibus nimis sollicitum, & de singularum eventu anxie ancipitem reddant, imò præsentem affectum, magis quam par sit, existimet, futuraque mala, etiam distantissima formidet, cujusmodi homines *obscuras, melancholicos, atque morosos* Gal. cum Hipp. nominabat, qui de rebus & negotiis magis solliciti sunt, quam res ipsæ exposculent.

Ut igitur præsentem malo prospiciamus, & vertiginem arceamus, hoc anni tempore Verno purgatio est ineunda; sed interim monendus Illustriss. Vir, ne majora mala formidet: etenim Gal. cum Hipp. Apoplexiæ atque Epilepsiæ proximam esse vertiginem tenebricosam asseruit, non autem simplicem vertiginem, & omnium minime præsentem titubationem, quæ tantummodo est via ad primum vertiginis gradum. At quoniam molestus est & iste, quamvis exiguus affectus, idcirco omnia agenda, ut radicitus extirpetur: primò vias primas mundando. Secundò Massam sanguineam depurando, & ejusdem copiam minuendo. Tertio Vapores ascendentes revellendo, & divertendo. Quarto Calidam jecoris, cordis & sanguinis intemperiam corrigendo. Quinto & ultimo Vapores in accessione discutiendo, & caput roborando. Quibus omnibus intentionibus ordine executivo erit satisfaciendum.

Et pro prima, primum leniens sit ℞. pot. ex manna clarif. ℥vj. aq. flor. citri par. m. f. p. Quinque sequentibus diebus quotidie exhibeatur Præparans ℞. Julap. acet. ℥ij. syr. de pom. aq. flor. citri an. ℥j. m. pro syr. & sic pro aliis. Transactis quinque diebus repetatur idem leniens. Inde ad secundam intentionem explendam deveniendum præparantibus & purgantibus; Præparantia autem non sint saccharata, aut mellita; biliosis enim, nec melancholicis conveniunt. Præbeantur itaque succi herbarum depurati, nimirum cich. borag. & endiu. aut sonchi ad ℥iij. in jure pullæ, aut vituli, malvis, viol. acetosa, & melissa alterato, quod præparans quotidie assumat quatuor horis ante cibum. Secunda aut tertia die dictorum succorum, aperiatur Jecorata dextera, & educatur sanguis ad ℥viij. vel ix. etenim sicut pro præsertione Gal. vertiginibus obnoxii sanguinem ex pede educendum esse jubet; ita pro curatione, correptis ex brachio mittendum esse præcipit, eoque magis in hoc habitu plethorico sanguine abundante, ut propterea repetenda sit sanguinis missio, ut infra dicetur. Terminata hebdomada, assumat medicamentum ℞. rhabar. opt. senæ orient. rec. an. ℥ij. aq. melissæ q. f. m. fiat inf. per noctem, deinde f. fortis expressio, & col. adde syr. ros. sol. aut pot. ex manna clarif. ℥v. clarificatæ addendo aq. cinnam. ℥ss. & exhibeatur, cui transactis tribus horis, superbibat seri capr. aut asin. depur. ℞. ij. & tribus horis ab assumpto sero prandeat. Mox repetatur succorum usus ℞. succi depur. cich. borag. agrim. an. unc. j. decoct. cichorac. violat. hepaticæ unc. v. m. pro syr. & sic per integrant hebdomadam. Secunda die horum succorum rursus educatur sanguis ex brachio sinistro, non solum ut purificetur, sed ut ejusdem calor remittatur, & quantitas minuatur. Terminata hebdomada, assumat hujusmodi bolos ℞. extracti senæ, extracti rhabar. an. ℥j. elect. lenit. unc. l. m. f. b. & post horam superbibat seri capr. aut asin. depur. ℞. ij. & tribus aliis transactis horis, cibum capiat. Deinde tertia hebdomada succi depur. adhuc præscribantur ita; ℞. succi depur. cichor. borag. beton. an. unc. j. decoct. cichor. hepaticæ, salviæ unc. v. salis prunellæ ℥l. m. pro syr.

& sic pro aliis. Secunda die horum succorum, detrahatur sanguis ex venis sedalibus: pedes enim attingere non licet, utpote podagræ obnoxios. Terminata hebdomada præscribatur medicamentum, quod & totum corpus, & caput ipsum expurgare valebit, & esse poterunt pilulæ capit. Paracelsi quæ continent extractum diagrydii, extractum hellebori, & colocynth. diebus Canicularibus paratæ; præbeantur autem summo mane ad 9ij. quibus superdormiat, si fieri possit, & tribus transactis horis superbibat serum depur. ad ℞. ij. vel iij. & duabus aliis transactis horis, prandeat; quæ quidem pilulæ quarto quoque die semel, aut bis repeti poterunt. Nec dubitandum de feri exhibitione, eo quod Hipp. dicat, quod *Lac dare caput dolentibus malum*: etenim de frigidis capitis affectibus locutus fuit, non autem de calidis, ut in præsentem, in quo post epotas aquas acidulas, lac quoque asinin. exhibere utilissimum esse potest.

Pro tertia intentione, nisi Illustriss. Vir magnopere abhorreat, Cauterium coxæ sinistrae affixum, summo pere vapores ascendentes revellere, & ichores calidos educere poterit, dum frequentes pedum lotiones ob podagræ insultus exerceri nequeunt.

Quartæ intentioni satisfacere poterunt acidulæ de Pruz, de more primis diebus cum vehiculo dejectorio, cæteris vero cum diuretico epotandæ.

Tandem status discutere poterunt odorosa omnia, etiam si calida fuerint: qualiscunque enim vapor jam in capite contentus, licet calidus & aliunde transmissus, resolutionem exoptulat; Hæc autem Viro Illustriss. præsto sunt: quæ vero Anti-apoplectica sunt in casu nostro quoque usurpari possunt, sed caute, raro, & non nisi affectu præsentem: alioquin caput nimis calefit, quod calefactum, tanquam cucurbitula, dicebat Hipp. ab inferioribus vapores & humores ad se ipsum attrahit. Potius caput ipsum roborantia in usum ducantur, extrinsecus nares & futuram coronalem sub ingressum lecti illiniendo quinta essentia rosarum, addita aliqua gutt. quintæ essentia roris marini; statim à prandio de more assumat Conservam rosarum: sub ingressum lecti modo rosarum, modo è floribus betonicae pariter conservam comedat, quibus species Diarrhod. Abb. misceri poterunt. A proprietate quoque vertiginem arcere virgam seu penem Vulpis, noctu capiti alligatum, voluit Nicolus eximius Medicus, sicut alii succinum appositum.

Quibus omnibus congrua vivendi ratio est addenda, ita ut primò omnem aëris inclementiam evitet, & præsertim calidam. Secundò abstineat à cibis vapo-

ris calidis; sicut & ab impensè frigidis & flatuosis; à potibus meracioribus; Somnum fugiat pomeridianum, cui si fuerit assuetus, sedens, non decumbens, parum dormiat. Exercitium commendatur, sed ante cibum, ventriculo nempe jejuno. Alvus sollicitetur passulis & prunis coctis, addito saccharo, prima mensa assumendis. Tandem animi passionibus omnidustria sunt arcendæ, & studia quæcunque minuenda; imo tempore hujus Purgationis omnino omittenda; totum enim hominem requirit medicamentorum usus, ne oleum & operam perdamus. Quæ omnia prudentissimi Viri Adstantis judicio, non solum executioni mandanda, sed melius dirigenda, libenter committimus.

TRICHIASIS.

Vide in *Bibliotheca Chirurgica.*

TUMOR.

Vide in *Bibliotheca Chirurgica.*

TUSSIS.

Super eâ nihil addimus iis quæ capite de Phthisi abundè præposita fuere; non omisâ etiam Tossi Puerorum Suffocativâ, de quâ accuratè Clariss. Willisius eodem capite; præter alia quæ in hoc etiam argumentò exstant, ubi de Morbis Infantum agitur.

TYPHOMANIA

Vid.

COMA VIGIL.

Capite de CARO.

TYMPANITIS.

Vid.

HYDROPS.

Finis Libri Decimi-septimi.



JOH. JAC. MANGETI M.D.
BIBLIOTHECÆ
MEDICO-PRACTICÆ,
LIBER DECIMUS OCTAVUS.

De Morbis à Literâ V incipientibus.

VAGITUS UTERINUS.



DE eo Observationes aliquot rariores huc adferemus, si hæc ad Praxim Medicam propriè facerent, cui quod hujus restat operis concedendum venit; ne nimium, aliis rursus admittis, excrescat.

VARI & VALGI.

Vide in *Biblioth. Chirurgicâ.*

VARIOLÆ & MORBILLI.

Variolæ & Morbilli, contagiò suò non tantùm in febrium malignarum censum apud omnes veniunt, sed etiam exquisitò quò sæpissimè stipantur veneno, quòque plurimos jugulant, alia quasi pestis ita dici merentur, ut Arabes plurimique magni nominis Medici, hujus historię, illorum descriptionem continuò subjungant. Disputatur autem an eos cognoverint Veteres; negativam tuentur Mercurialis, Liddelius, aliique multi, asserentes Arabum ævo primò innotuisse. Verùm præterquam quòd Salmasius, & alii primæ eruditionis Viri contrarium defendunt, Arabes hosce morbos tanquam novos non describunt, quòd procul dubio fecissent, si Græcis incognitos scivissent. Sed prætermittis hæc minoris momenti disputacionalis, de quibus etiam mox eruditè admodum è Cler. Carolo Declincurtio; videamus jam quid sint Variolæ, quid Morbilli.

I. Variolæ sunt tubercula ut plurimum alba, sed in ambitu rubra, humore plena, dolentia & pruriginosa, cutem, musculos, nervos, interiora viscera, partesque propè omnes solidas obsidentia, cum febris continua ac suppuratione conjuncta; peculiari & malignæ humorum fermentationi originem suam debentia.

Morbilli sunt maculæ, aut tubercula minima, rubra, purpurea vel nigra, eadem quas variolæ partes occupantia, à causa itidem maligna orta, sed ad suppurationem minimè tendentia; cum

Tom. IV. Pars II.

febre continua, tussi sicca, & raucedine.

II. Quænam in hisce morbis sint partes affectæ ex definitione, seu potius descriptione satis patet; Nam pustularum respectu non tantum diximus cutem, ac musculos, sed etiam viscerum membranas, aliasque partes, iis affici; respectu verò febris concomitantis cum Clarissim. Francisco Piens non concludimus, eor illius unicam sedem esse; huic enim multò majora non tribuimus in effervescentia & motu sanguinis accelerando, aut aliis febrili necessario adjunctis in totum corpus circumvehendis, quàm cæteris propè omnibus musculis, & præcipuè fibris arteriarum, venarumque musculis; & in specie respectu caloris & frigoris, eos referendos credimus fermentationibus variis succorum admittionibus, atque salium concursibus, hic illic, ubi eorum reperitur materia; subinde præter naturam factis.

III. Differentiæ quæ variolas inter & morbillos intercedunt ex utriusque affectus diagnosi mox enstranda manifestæ fient. Quod verò variolas in particulari spectat, aliæ sunt discretæ, pustulis à se invicem discriminatis & per exteriora corporis dispersis, sensibiles; aliæ confluentes, quæ postquam nunc erysipelatis ritu, nunc sub morbillorum forma eruperunt, non in molem spectabilem attolluntur, at sibi invicem implicatæ, se habent instar vesiculæ continuæ totum vultum contegentis. Aliæ præterea sunt regulares atque mitiores, quæ ut adnotat Clariss. Sydenham, circa æquinoctium vernum ingrediuntur; aliæ anomalæ & irregulares, quæ mense Januario sæpè invadunt, & contagi sunt multo universalioris & diffusioris; aliæ adulterinæ, quæ variis indiscriminatim temporibus, sed præcipuè calidis adveniunt, & febris ephemeræ, atque sæpè nulli, aut parvæ admodum adjunctæ, efflorescentias raras in cute faciunt, pustulasque aliquando grandiores, sed quæ ut plurimum sine prævia suppuratione citò evanescent. Differentias plures rursus addunt Clariss. Diemerbroeckius & Franciscus Piens, sed quæ aut ad rem parum faciunt, aut ad eas quas mox adduximus redeunt, aliæ sc. sunt ipsi profundæ, aliæ superficiales, aliæ rubicundæ, aliæ lividæ, aliæ violacæ, aliæ alterius etiam coloris, aliæ molles, aliæ duræ, aliæ elevatæ, aliæ depressæ, aliæ tardæ, aliæ citò erumpentes, aliæ externæ, aliæ internæ, aliæ albicantes, aliæ splendentes, aliæ lætæ, aliæ contractæ. Morbillos quòd attinet alii sporadicè,

Q

dicè.

dicè, alii epidemicè grassantur, alij sunt regulares qui ut plurimum quarto post primam morbi accessione n die erumpunt moribus pulicum persimiles, quorum protuberantia digito leviter admoto tactu deprehenditur; alij irregulares qui citius aut tardius prodeunt, humerosque, ut observavit Clariss. Sydenham, non faciem, primò occupant, nec desquamationes ad instar aliorum faciunt. Differentiæ iidem aliæ peti possunt à colore, à multitudine macularum, à latitudine & elevatione protuberantiarum, aliisque id genus ad praxim tamen minùs forsitan facientibus.

IV. Causæ variolarum & morbillorum sunt vel internæ, vel externæ; Distinctionem hanc non agnoscit Fernelius, dum ad aërem quicquid est hujus morbi causæ referens, sic scribit. Utriusque hujusce morbi sua propriaque causa in aëre, qualitas quippè maligna, diversi mitiorisque generis quam quæ carbunculum bubonemque pestilentem ingenerat: proindè in infantes ac pueros, non autem in seniores, nisi ferocior immaniorque sit, invadit. Neque austrina, neque pluviosa constitutio, neque æstus, sed cæca pernicies, hyemè pariter ac æstate, annis quibusdam irrumpens horum est effectrix: cum hac enim inquinamenta illa incipiunt, pariterque desinunt. Verùm Vir Illustriss. abditis rerum causis, Astrologorumque placitis nimirum attentus, ea in scenam frequentius producit, atque sibi amplam ratiociniorum & causarum evidentiorum mensem, magno forsitan filiorum medicorum malo, præscindit; & hoc in specie capite omnem luis de qua agitur causam ad extra tanquam sufficientem, quamvis sibi occultam repetit. Sed hisce diutius non immorati, videamus, an cum aliis meliora de causa interna, nobis eruere liceat.

Avicenna & Arabes propè omnes causam variolarum atque morbillorum internam & materialem à sanguine materno in imprægnatis per menstrui fluxus suppressionem restagnanti, deducentes, in corpore infantili inde inquinato volunt delitescere, tacitèque conquirere, donec specifica aliqua causa efficiente excitetur, & in actum promoveatur. Illis post alios multos viros doctos suffragari videtur Clarissim. Willisius, dum loquitur de fermento quodam in utero genito, temporeque conceptus, quo omninò menstrua desinunt, in foetum cum particulis nutritivis derivato, unde sanguini communicatur prædispositio, symptomatibus variolarum & morbillorum suo tempore efformandis apta. Clariss. Grembs in sua arbore integra & ruinosâ, menstruo sanguini, cum aliis, adjungit semen corruptum, unde vestigia remaneant à quibus variolarum & morbillorum putredo cum fervore incipiat. Verùm missâ eorum oppositione qui non è sanguine materno foetum in utero ali, at potius è succo lacteo per varias intestinuli seu funiculi infantium papillares glandulas, è sanguine appellente secretò, aut alias in membranarum foetum involventium cavum advecto, suctioneque inde ab embryone collecto; Non verisimile est, dato etiam infantulum unicè sanguine per umbilicum suscepto vesci, illum fore fermentaceis & corrosivis particulis ita onustum, seu imprægnatum, ut earum reliquiæ tot, tamque tragicis effectis pariendis post longam moram, post tot circuitus una cum sanguine peractos, pelicanationesque, (si ita loqui licet) succis etiam acerrimis, salibusque maximè effertis mitigandis & obtundendis quàm apprimè convenientes. Quomodò enim delicatula embryonum corporis textura, illi acrimoniæ ferendæ fuerit accommodata, aut quare eo quo in locem erumpunt tempore tam vehementes quos sustinent motus, tamque violenta ab auris liberioribus, omnibusque am-

bientibus & occurrentibus mutatio, fermentum non sollicitabit. Sed præterea sanguis menstruus non ejus est malignitatis, quam declamatoria voce quidam protrudunt, revera postquam in uteri cavum extillavit, si ibidem moras trahat putredinem concipit, eamque promptam in quibusdam mulieribus; sed eo quo stillat momento non alterius est naturæ quam ille qui per totum corpus circuitus suos perficit; atque etiamsi mala multa à suppressis menstruis oriantur, quæ ex hac parte acrimoniam multam resuere denunciare videntur; qui attentus fuerit ad alias hæmorrhagias, & ad sanguinis impetum per eas periodicè refractum, advertent, non corruptioni sanguinis, sed vasorum distentionibus aut effusionibus in viscerum interiora, pulmonum videlicet, cerebri, aliorumque, factis, præ vasorum plenitudine, symptomata varia earum suppressiones concomitantia non negabit deberi. Etiam illi qui stato tempore sanguinem arte mittere assueti sunt, ni pro more illud fecerint variè patientur à plethora ad vasa quam sic incurrunr. Rursus concessa sanguinis menstrui malignitate ejusque in foetum cum nutrimento admisione; anne illa ita immota perstabit, ut neque per febres, neque per sudores, neque per scabies, ad senium usque in aliquibus perdurantes, disturbetur; imò neque obediat horrendæ, quæ Helmontio dicitur, salivationi, seu potius Mercurii inunctioni, eam per sanguinis, humorum, & fermentorum quam maximè etiam rebellium exagitationem, & è nidulis atque recessibus quamvis profundioribus, obscuris, minusque alias referabilibus, educationem facient. Tandem qui nescit menstruum fluxum omnibus in universum mulieribus non ita esse proprium, & plures inter eas etiam sæcundas dari quæ illo destituantur, consulat historias à Nicolao Florentino, Rondelerio, Marcello Donato, Guainero, Bertino, Trincavello, Brasavolo, Platero, aliisque multis posteritati traditas, quibus quasdam etiam è propria experientia petitas addere possemus. Non est itaque quòd in variolarum & morbillorum à sanguine menstruo in foetum tempore graviditatis derivato; atque in fermentum modò citius, modò tardius, exaltato, causa interna repetenda allaboremus; Sed potius videndum nobis restat an solidior aliqua sententia hac in parte occurrat; eam autem cum invenire posse desperet Clariss. Diemerbroeckius, præstabilius censet scientiæ confiteri infirmitatem, quàm per multas ambages, & vanas conjecturas nullo fundamento innitentes, tandem crassam ignorantiam prodere. Quis enim, addit, tantæ se rei veram & perceptibilem rationem daturum promittet? Hæc quippe sunt ex illis arcanis quorum causas nos exactè scire voluit altissimus Conditor. Hoc viri celeberrimi pronunciatò coerciti, nihil ulterius adjicimus, altumque hac in materia jam silemus; Revera vidimus aliquando elephantiasim hæreditariam quæ per totos triginta & quatuor circiter à nativitate annos in sanguine ita soporata sublitit, ut ne minimum quidem ejus signum, sed valetudo integra ante trigessimum quintum annum observata sit, quæ demum illo tempore à nulla proflus causa externa, sed à fermento tacitè priùs in humoribus partibusque solidis conquirente, exaltato, victa, lepræ, eique immaniter per omnes partes brevi spatio grassanti, paruit, sed quid hoc ad explicationem, nam præterquam quod casus hic est de genere eorum qui rarissimè adveniunt; etiamsi pluribus, & Elephantinorum, & lue venerea tactorum historiis manifestum faceremus, contra priorem nostram positionem & assertionem morborum fermenta in corpore delitescencia ad multos annos silere posse, non sic tamen magis pateret quænam sit horum fermentorum ratio; quæ

quæ in sanguinem & totum corpus actio, quæ natura, & quomodo vires sopitas determinato tempore exerant; quod hic tamen pro demonstratione aliqua faciendâ nobis indiceretur.

Causæ variolarum & morbillorum externæ sunt 1. aëris dispositio & maligna qualitas, quo pertinent anni mutationes insigniores. 2. sanguinis atque humorum perturbatio à victu inordinato, balneis, ira, terrore &c. orta. 3. contagium ab iis qui prius morbo fuere affecti diffusum. Verùm ut vidimus quosdam qui etiam si loca lue gallica infecta familiaris frequentarent, nullam inde tamen labem referabant; sic vidimus plures qui cum iis, qui variolis morbillisque afficiebantur ad multos annos versati sunt, & non tantùm eandem cum illis aëris dispositionem malignam, sed etiam contagium diffusum hauserunt, qui tamen ab hisce morbis semper intacti permanserunt, familiarisque integras super hoc casu nominare possemus. Unde patet præter causam externam requiri necessariò dispositionem internam, quæ in quibusdam major atque gravior, in aliis minor atque mitior, in paucissimis verò nulla existit. Proinde ex hoc causarum concursu concludimus variolas & morbillos dari feros, mites, aut in aliquibus subjectis per totam vitam nullos.

V. Diagnôsis variolarum & morbillorum tam fusè traditur à Clar. Sydenham historię morborum, & præcipuè acutorum, scriptore accuratissimo, ut satis fuerit, si quædam ex eo in rem nostram jam seligamus.

Variolæ interstinctæ vel discretæ cum rigore atque horrore invadunt, quos mox excipiunt calor intensus admodum, capitis & dorsi vehemens dolor, vomitio, ingens in sudores propensio, (quod de adultis dictum sit, nam in infantibus tale quid vel ante, vel post pustularum eruptionem non observatur;) doloris sensus in partibus quæ scrobiculo cordis subjacent, si manu premantur; stupor etiam & somnolentia; in infantibus præsertim nonnunquam & paroxysmi epileptici. Sæpè in iis qui sanguine cum mitiori, & ut loquitur Clar. Sydenham, laxiori, separationis periodus sensim atque gradatim sine insigni aliqua ægritudine transigitur, priusquam expulsio materiæ, pustularum eruptione se prodât. Quarto autem ut plurimum die à prima invasione erumpunt, nonnunquam seriùs aliquanto, ante illum verò rarissimè; quo quidem tempore vel minuuntur admodum symptomata, quod plerumque sit, vel etiam penitus evanescent, nisi quod adulti in sudores propensi vix ab illis possint cohiberi, ut leviter tegantur, quæ dispositio ægrum non deserit nisi sub pustularum maturationem. Eruptionem quod spectat; Pustulæ subrubræ tenuissimarum acicularum puncta sequantes magnitudine, sparsim se produnt, faciem imprimis occupantes, vel etiam collum & pectus, dein corpus universum. Per id temporis & fauces dolor infestat, qui unâ cum pustulis surgentibus augeatur, quæ in dies grandescunt, & in majus fastidium elevatæ cutem carnesque vicinas rubore afficiunt atque inflammatione, circiter enim octavum à primo insultu diem intervallo quæ prius subalbesciebant, rubere jam incipiunt, atque in molem attolli, non sine partium harum dolore tenivo, qui in horas auctus inflammationi viam sternit, ita ut progrediente morbo, præ palpebrarum tumefactione, eaque splendente, ad instar vesicæ inflatæ, æger luce ferè privetur; imò aliquando citius hoc evenit, scilicet ubi major pustularum vis se maturius in oculos effundit. Proximè à facie intumescunt manus digitique; eoque tempore pustulæ quæ in facie hætenus fuerant læves atque rubræ, asperiores & subalbidæ evadunt; paulatim insuper foccum quandam luteum, colore à favo non abludentem, evomunt. Cùm inflammatio ad summum est evecta apicem, tum color

Tom. IV. Pars II.

in pustularum interstitiis exhibetur satis floridus; rosarum Damascenarum æmulus. Die undecimo faciei tumor & inflammatio satis apertè recedunt, aliarum vero partium, maturitatem, & justam magnitudinem adipiscuntur, & in variolis regularibus, die decimo quarto, vel decimo quinto ut plurimum funditus ubique pereunt, exceptis manibus, quæ die uno aut altero ipsas post alias conservant. Faciei & reliqui corporis pustulæ desquamatione, at verò manuum quæ sunt, diruptione abutum sibi parant. Rarè admodum, nisi brevi pro tempore, ulla sui relinquunt præter ruborem vestigia. Decurrente omni morbo, æger vel constipatam protus habet alvum, vel saltem rarissimè dejicit.

Variolæ confluentes cum symptomatibus iisdem ac discretæ, sed atrocioribus invadunt; nihilo minus hic non ita promptè in sudores dissolvitur æger ac in alio genere, diarrhœa insuper nonnunquam eruptionem præcedit, & ad diem unum alterumve post illam protrahitur. Tertio ut plurimum die erumpit hæc species, & rarè, atque ob immanius aliquod symptoma, ad quartum vel quintum diem differtur eruptio. Hæc symptomata sunt, tum lumborum dolor acutissimus, tum lateris, tum ventriculi cum vomitu cruciatur. In hisce variolis, tum febris, tum alia symptomata, ad multos à pustularum eruptione dies ægrum excruciant, secus in discretis, ut dictum, evenit. Nunc autem erysipelatis, nunc morbillorum ritu erumpunt, & ab his nonnisi à medico experientissimo distinguuntur. Crescente morbo, non in moleculas spectabiles, ut discretæ, attolluntur; at sibi invicem quasi confusæ, instar vesiculæ rubræ vultum omnem contegentes se habent, eumque etiam maturius quàm discretæ in tumorem solitam cutis superficiem non multum superantem elevant. Præterlapso die octavo pellicula alba quotidie paulatim magis exasperatur, & ad colorem fuscum non verò flavum, accedit; tandem post asperitatis & coloris intensiones per gradus progressas, pellicula latoribus desquamatur laminis, quod in quibusdam faciei partibus, si morbus truculentior fuerit, non nisi post vicesimum contingit diem. Pellicola hæc ubi primùm deciderit nulla scabritie vultum afficit, at verò mox illam excipiunt spumulæ surfutaceæ, indolis perquam corrosivæ, quæ non modò patientiores excavant foveas, sed etiam faciem circumcirca sædè deturpant. Si admodum sævierit morbus humerorum & dorsi cuticula nonnunquam perditur. In hoc autem variolarum genere pustulæ manuum atque pedum majores sunt quàm reliqui corporis, & quò propius ad truncum acceditur, eò minores & contractiores existunt. Alia præterea duo symptomata variolas sæpè comitantur, confluentes, salivatio nempe in adultis, atque in infantibus diarrhœa; horum prius ita perpetuum est, ut nulli propè adulto iis laboranti non superveniat; quæ autem per illam sit evacuatio, experientia non minùs videtur necessaria, quàm pustularum faciei & manuum in genere discreto intumescencia. Hæc salivatio nonnunquam primo se prodit eruptionis tempore, nonnunquam non nisi biduo præterlapso: materia primò tenuis excernitur, neque sanè multum cedit illi quam mercurius adhibitus educit, nisi quòd non ita malè oleat. Die undecimo saliva viscidior difficillimè excreatur, siticulosus est æger, tussit subinde inter bibendum, & potus per nates revertitur, atque ab hoc die ut plurimum cessat pyralismus, nisi (quod rarum admodum) postlaminio recrudescat. Diarrhœa infantibus confluentibus variolis laborantes non ita maturè solet invadere atque adultos pyralismus; quocumque verò tempore ingruerit, nisi arte sistatur, singula morbi stadia decurrit, Febris in utroque variolarum genere à primò

Q 2

primò

primo statim insultu ad eruptionem usque præcipue dominatur; qua peracta inducias ferè dat usque ad pustularum maturationem, & tempus in quo pus conficitur, quo demum elapso prorsus desinit. Vespertinis semper horis æger paroxysmò quasi laborat, & funestiora symptomata se ostendunt atque exacerbantur.

Variolæ anomalæ, sive fuerint discretæ, sive confluentes, motus in regularibus mox descriptos non sequuntur, scilicet eruptio, vel est citior, vel tardior quàm in præcedentibus, symptomataque non eo progrediuntur passim quo in regularibus dictum est.

Morbilli infantes plerumque aggrediuntur, à rigore atque horrore, calorisque & frigoris, quæ se mutuo primò die expellunt, inæqualitate incipiunt. Secundò die in febrem consummatam desinunt, cum siti, inappetentia, lingua alba (non verò sicca) tussicula, capitis atque oculorum gravedine & somnolentia perpetua. Plerumque è naribus & oculis stillat humor, sternutat æger, intumescunt palpebræ paulò ante eruptionem, vomit, sæpiùs tamen laborat diarrhoea cum dejectionibus coloris subviridis, quod infantulis dentientibus præcipue est familiare. Ad quartum usque diem, ut plurimum, ingravescent symptomata, quo tempore, ad summum die quinto, in facie erumpunt maculæ parvæ rubræ, pulicem moribus persimiles, quæ auctæ racematim coalescunt, & partem maculis variæ figuræ interstinguunt, quæ maculæ supra cutis superficiem paululum elevantur, ut tacta digito admoto patet. A vultu ad pectus, dein ad alias partes se diffundunt hæc maculæ, sed non elevantur ut in facie. Symptomata, ut in variolis, post eruptionem non leniuntur, si vomitum excipias qui ut plurimum aut semper cum recedit; sed tussicula, febris, oculorum debilitas cum defluxione, somnolentia, inappetentia aliæque non tantum perseverant, sed etiam intenduntur. Die sextò emoriuntur pustulæ cutisque faciei exasperatur, macularum verò in reliquo corpore rabor intenditur. Octavò die maculæ faciei & reliqui corporis propè omnes evanescent, & novo nullæ amplius supersunt, sed artus, facies & quandoque totum corpus quasi farina conspersa visuntur; Tum febris, spirandi difficultas, tussicula importuniùs urgent, si præcipue regimen & medicamenta calidiora currense morbo sint adhibita, quæ etiam aliquando in peripneumoniam conjiciunt ægros. His etiam non raro adjungitur diarrhoea ab ipso morbi initio, quæ aliquando ad plures septimanas post ipsius morbi totalem fugam perseverat. Aliquando etiam post medicamenta justò calidiora exanthemata livefcunt primò, mox nigrescunt, quod adultorum tantum est, atque promptam, & certissimam perniciem denotat, nisi phlebotomia & refrigerio iis subveniatur. Et hæc de morbillis regularibus. Irregulares quod attinet, facile videre est ex differentiis morbi supra enarratis, in quibus conveniant, & in quibus disconvēniant.

VI. Prognosis quod spectat. Si pustulæ variolicæ maturefcentes ad colorem subfuscum vergant & lentius abscedant atrociores pronuntiari possunt. Variolarum malignitas, à quantitate & qualitate earum quæ faciem, non verò quæ totum corpus reliquum occupant æstimari debet. Si iis qui variolis discretis laborant, die octavò facies nec tumeat, nec inflammetur, sed flaccida videatur, interstitiaque pustularum albescant, pustulis etiam summi ruborem atque elevationem servantibus, phrenitis, anxietas, jactatio, urina parca atque mors ipsa sunt in procinctu, tuncque temporis supprimuntur sudores qui priùs emanaverant sponte aut arte, & jam nullatenus remediis etiam calidissimis, revocari possunt. In iis qui confluentium genere affli-

guntur, si die undecimo salivatio sponte sua desinat, & manuum atque faciei intumescencia itidem deprimatur, necessarò perit æger. Si materia ptyalismi viscidior fiat, ægro suffocationem sæpè intentat. Maculæ purpureæ pustulis interspersæ cum visuntur mortis ut plurimum sunt prænucciæ. Maculæ nigrae in pustularum medio cum subsidentia apparentes sent infausti ominis. Mictus sanguineus in variolis lethalis est. Urinæ suppressio in statu vel declinatione discreti generis juvenibus adveniens funesta est. Si adultis superveniente diarrhoea pustulæ concidant ingens est discrimen. Si convulsiones ante variolarum eruptionem infantulis supervenerint, signum est eas de minus malignarum, & discretarum genere futuras. Variolæ primò rubræ, hinc albicantes, molles, eminentes, rotundæ, distinctæ, & copia mediocres, bonæ; præcipue si vox fuerit libera, & respiratio facilis. Si variolæ interiora viscera obfederint peripneumoniam, tabem, jecoris & renum ruinas exulcerationes, aliæque mala inducent. Si oculos occupent, aliquando ophthalmias pertinaces, aliquando maculas indelebiles, aliquando fistulam lachrymalem, lippitudinem, aliæque post se relinquunt incommoda. Si interioribus auribus aut naribus cum exulceratione insederint, utrumque hebetabunt organum aut etiam illud in suo officio perdet. Si integram nec interruptam in facie efficiant crustam, indicium sequuturas fædi coloris maculas, turpesque cicatrices. Qui in profecta ætate variolis corripiuntur, frequenter moriuntur, præcipue si fuerint temperamenti melancholici, & cacochymi.

Morbilli plura habent signa prognostica cum variolis communia. Si affectus circumstantias habuerit benignas atque respondentes typo in morbillis regularibus à nobis exarato, faustus erit eventus; sin verò vel in peripneumoniam deducatur æger, vel in alia graviora incidat symptomata, malum. Non apud nos perpetuum est, aut ut plurimum evenit, quod habet Clar. Willis. sc. eos qui variolis etiam copiosis tentati sunt à morbillis immunis fore, plures enim vidimus, eosque ætatis jam profectæ, immanioribus variolis prius afflictos, non minus morbillis, atque etiam mali moris fuisse ex-cruciatos. Morbilli in maligna aëris constitutione graffantes, sæpè exitiosi.

VII. Indicationes in utroque morbo, variolis scilicet & morbillis omnino propè quadrant; Prima & præcipua erit, ut æquabilis fermentatio in sanguine sustineatur, quæ sc. nec vi sua & proritacione illum nimis dissolvat & fundat, nec etiam torpore expulsionem lentiolem, aut imperfectiolem faciat. Secunda ut post eruptionem, pustulæ ad maturitatem deducantur, oculi, aures, pulmones aliæque partes præserventur. Tertia cosmetica est & variolas in specie spectat; sc. ut fœdæ cicatrices à malignioribus variolis impressæ, aut imprimendæ, impediantur, aut ex parte oblitentur.

VIII. In Variolarum & morbillorum itaque curatione, attendendum ne sanguinis ebullitio ferocior fiat & propterea si vel stragulis, vel ignæ, vel medicamentis æger multum excalefactus sit, si in ætatis flore versetur, priusque generosiori potu usus fuerit, si verna tempestas adsit, aut æstatis saltum initium, venæ sectio continuò celebrabitur, omiffaque cardiacorum apud mulierculas, medicosque forsitan quosdam heu nimis familiarium, turba. Natura sibi aliquatenus permittetur, nisi sæviora adveniant symptomata; sc. vel suffocatio aliæque propter eruptionem difficiliorem; vel nimius materiam morbificam impetus & orgasmus, unde in cerebrum cæteraque viscera fit quam sæpè irruptio.

Medis

Medicamenta pro Variolis & Morbillis, sunt primò simplicia; Folia galegæ, Sem. aquilegæ, (unde paratur emulsiq in expellendis variolis aptissima) napi, nasturtii hortens. rapar. Rad. contrayerv. polygonat. Fruct. chermes, ficus, Gum. laccæ. Anim. cornu cervi; hominis, sed præcipuè viperarum pinguedo. Lap. Sapphirus, lapis bezoardicus. Secundo præparata, oleum terræ strigontensis, bufonum oleum, spirit. vitrioli cum aqua cardni benedicti, balsamus vitæ Basilii, tinctura ex floribus diaphoreticis antimonii, antidorus *ἑνίπερα* Quercetani, antidotus *παρχύσις*, tinctura ex mercur. antimon. cum sole, &c.

Formulas medicamentorum pro variolis & morbillis non est quod addamus, pauca enim à vera & genuina praxi depromi possunt, quæ è superius allatis selecta, in formulas commodè redigentur. Qui interim plura voluerit, consulat Cratonis consilia, Amati Lusitani curat. Lazari Riverii observat. Thomæ Willis tractat. de febr. variaque alia, in sequentibus à nobis afferenda, Maculas à variolis relictas quod spectat, commendatur emulsiolactea ex semine cannabino, separatis corticibus, cum aqua ros. parata, & cum gossipio admota. Cicatrices vetò præprimis delet oleum myrrhæ per deliquium ex albuminibus ovorum paratum, ut & etiam oleum vitellorum ovorum, &c.

Curationes.

Ac primò Caroli Drelincurtii de Variolis atque Morbillis Dissertatio.

Variolis, seu varis exiguis, oppidò variis, variari cutem, notius est quàm ut exponam. Morbillis eandem, ceu tot morbis minutulis deturpari, vel lippiorunt.

Sed tantorum affectuum primordia non vulgaribus duntaxat, verùm & Clarissimis Scriptoribus latent: Ingrassiam, Costæum, Mongium, Mercuriale, Vidium atque Chicotium contestor; certatim quippe, morbos esse Priscis invisos, & Avicenna Scriptorum primùm detectos, nobis obrudere student. At in illorum natales, altius dum inquiri, nec Majoribus inauditos, nec Avicennæ primùm notos, manifestè comperio & manu teneo. Græcorum igitur, Rhassique Arabis quidem, sed & Græcò idiomate donati, & Avicennâ longè majoris ætate) ipsissima verba proferam, ut toti illis Majorum meorum verbis, ceu tot sagittis, ex adversò mihi stantes transfodiam.

II. Primævos Adami Nepotes vitæ continentioris, atque adeò salubrioris, existisse ratum est: sed cum primùm progenies ejus vitiosior atque vitiosior, luxuriam magis ac magis indulset, morbi alii, atque alii ex illa prava diætâ, ceu *semente malâ*, pullularunt. At Variolas Morbillosque nequaquam serotinos, sed præcoces esse, ex veteribus Auctoribus inconculse stabilitam; illos quippe, vel ab omni hominum memoriâ viguisse notos, non ferro, vel armis, sed graviorum Hippocratis Nepotum, qui iudices in me sedent, iudicio decernam. Ne autem fusior sim, abundè erit, Veterum isthæc loca, suis tunc demum è tenebris in apertam lucem protulisse, cum variolarum phænomena pede pressò consequar. Ipsorum nomina me siluisse, fuge conqueri. Si quippe Veterum scripta sapis, si Græcorum monumenta versas, si mortuis sis concolor, si hominem ex nævò nosti; si demum indigenas, advenasque sermone distinguis, meos Auctores ex Idioma te continuò nosces. Nemo siquidem ipsorum est, in quem Evangelicum illud non quadret, locutio tua manifestum te facit. Variolas ergo, Morbillos-

Tom. IV. Pars II.

que rudiori primùm Minervâ delineabo, donec pedetentim meò huc & illuc circumducto penicillâ illorum tabellam suis numeris compleverim.

III. Variolas igitur depingo fermentantis sanguinis universalis rejeclanea, vulgo sese prodentia tuberculis rubris, saniosis, purulentis, pruriginosis sublimibus atque disjunctis.

Morbillos veò describo, sanguineæ massæ febriliter efferventis eruptiones erysipelatosas, maculis generalibus conspicuas, rubentibus, planis, expansis atque contiguas.

IV. Descriptiones illas dum excutiam minutatim Variolarum atque Morbillorum indolem patefaciam.

Modicum fermentum totam fermentare massam experientiâ & auctoritate sacrum est. Nullus igitur immorabor in asserenda veritate, quam ore uno promulgant, de fermento commovente mixtum: Abundè erit, si sanguinem in Variolas atque Morbillos erumpentem fermentari probavero. Intricatissimam quippe de nostri fermenti tum origine, tum varietate, missam facio disquisitionem; undè scilicet primitus usque adeò multiforme succrescat, ut malorum invehat iliada: modò v. g. febres succendat intermittentes omnigenas; modò autem continuas vel simplices & boni moris, vel larvetas & mali moris, atque petechias, ut ita dicam, stellationatas, vel quod mei Thematis est, vel Variolis vel Morbillis signatas.

V. Variolarum Morbillorumque sanguinem vitioso fieri fermentò phænomenis sex palmariis, quò firmius statuam, effecta fermenti paucis prælibabo.

Notum est, fermenti spiritus petulcos, suâ sponte, jugiterque mobiles, mixtum intimè pervadere & in minima dispescere: atque adeò tot portunculâs, sic minutim contractas, minimas minimis confligi atque collidi. Mixtum igitur, hoc intestinâ tumultu variè concussum tepescit & fervet, atque etiam tantò turgescit impetu, ut nimis arctatum, repagula vel fortissima diffingat, uti vel musto liquefactioribus coërcito doliis.

Imò, dum mixti portunculæ sic tumultuantur; suas non modò lordes despumant, sed & effluvia de se fundunt, quæ vinariis in hypogæis, ex eodem musto tanta sunt, ut homines suffocent.

At in Variolis atque Morbillis id ipsum obtingere constat; dum quippe sanguinea moles, (quam musto comparant) fermento tumultuat, plus tatis incalcescit, bullis asurgit, carniū poros impensius opplet, suosque tubulos & plenius distendit, ac etiam diffringit, & quâ datâ porta ruit.

Hinc corpus universum & tam horridè turgescit, & tam asperè dolet. Imò nares sanguine manant, & corporis moles illa turgidior pustulis gemmat, quæ nihil nisi contagem spirant. Sanguis enim illò turbamento, sui portunculâs tum crassiores, tum subtiliores emittit, quæ vel epidermidis densitate, vel viscerum tunicis cohibentur, inque Variolas & Morbillos abeunt; vel poris & halitu distantur, & contagione sua, inspirandum atque transpirandum adstantium ambientem inquinant, atque adeò virus illud sanguinis in Variolas atque Morbillos erumpentis serpit in adstantes, quorum massam æquè commovet, ac florentis vitis expirationes vitium vel in cryptis exagitant.

Sic enim insuper, scærum tenellulum, uterinâ cryptâ conclusum, illasâ validiori matre, inquinant. Ita Parisiis, nupera gravis filio Variolis decumbenti invigilat indennis, sed, filium alterum Variolis scædum enititur. Ferrelii, Foresti, Hildani, Augeni, Collei, Rhodii, Bartholini, nec non Germanicarum Ephemeridum de foetibus in utero Variolatis exempla, quæ ab hac nonnihil abludunt imagine missa facio.

Q 3 Quid

Quid ergo febris, tumor, dolor, hæmorrhagia, pustulæ atque contagia, loquuntur aliud, quam sanguinem alieno fermento fervidum, atque bullientem?

VI. Illam porro sanguinis ferviditatem, quia majorem in Morbillis, quam in Variolis agnosco, febrem ideo sicut Variolas inter describendas: at eandem Morbillis tribui, Horum quippe fermentum & fervidius & tenuius culpa: ideoque & citius erumpit in actum, & turbis majoribus febrem succendit. Variolarum autem virus, uti minus æstuosum, ita crassius & lentius, nec jure febris suscitabilem est.

Dicitis fidem experientia facit. Nam, Morbilli cito, tum erumpunt, tum dissipantur; nec præterea fastigantur, nec suppurant; sed in longum & latum, erysipelatum more, sese diffundunt, donec vel consistant, vel in auras evolent. Accedit, quod ne scio quidem audiverim Morbillos citra febrem erupisse. Sic unicuique fidem meam obstringo de Morbillis, tum Epidemias, tum & sporadicis semper inveniunt. Unicum novi quod hanc veritatem infringat exemplum: Euphranoris Hippocratis filius est, cui altera post Morbillos eruptos die, febris est accessit. Sed istæ enormia regulam nesciunt; rata quippe non sunt artis: nec una hirundo facit ver.

VII. Variolas quidem febriles eruptiones apud Antiquos audivisse ex eo liquet, quod illas & Carbones adustos, & fittas ignis esse dixerint; quam sententiam amplexi sunt Rhasis, Haly, Ingrass. Ferret. Mercurial. Mercat. Auger. Hucher. Helmont. Sena. Chicot. atque Burnetus. Sed suffragia decernenda si veniret, totidem alios secus sentientes in judicio sisterem, Avic. Hercul. à Vega, Holler. Perduic. Forest. Schenck. Ferdinand. Merindol. Collæum atque Rhodium.

VIII. Sententia ergo numeratis animi pendeo, sed me Experimenta mea propria à priorum sententia deterrent, Epidemias siquidem Sporadicæque Variolas vel sub ipsam initium, sæpe sæpius febris expertes curavi. Sed, ne rudiores in Arte Medica fide mea sola sapere cogantur, donec rerum usuperitiores facti humer fidem in istis controversiis interponant, lubet & alios mecum proferre testes ut ex ore eorum vel trium testium res tota confirmetur.

En igitur variolatos febre carentes unum & alteram Rhodius mihi cedit: Schenckius filium suum in medio ponit: Epiphanius plurimos, sed præprimis alterum atque alterum domesticos nobis detegit: Et ne quis argutus, Variolis præparcis & idcirco nusquam febrilibus illos degisse nullitet, ad Foresti gravidam adeamus quæ tam copiosas est passus, ut plures Forestus viderit nunquam, illam interea miratur febre carentem.

Si igitur exempla trahant, en te meam in sententiam pertractum. Sed ne mecum male credulus audias, en ab indole Variolarum illius eventus rationem mutatam.

IX. Variolas citra febrem quandoque prorumpere, ipsarum lento veneno suadeor. Sicut enim perturbationem Criticam emittit duntaxat insequuntur: nec protinus, Morbillorum more, vel sub ipsa bullientis sanguinis primordia, cea stridatæ, olei sartagine ferventis, salient in altum: si quas enim, ante quadriduum, triduumve, à primo sanguinis æstu in faciem & pectus exspoma se, viti, id rarissimum numero: Illarum quippe tabum, uti diutius consistit intercus, durum, firmum, nec diffluens, nec difflatum, purulentiam duntaxat, crustive peritarum; sic etiam sanguinis molem & tardius versat, & lentius conturbat, quam ut jure incendium febrile in illam inferat. Tunc siquidem sanguinis circuitum vix urget, nec ideo, nativum ejus

teporum immutat; nec enim tota fervent ientet actæ: at è diverso, Morbillorum virus tenue & efficax sanguinem celerius rotat, ejusque calo em blandum & naturæ consocialem in igneum convertit: sic incenduntur & effusa rotæ.

X. Variolas autem, fermento licet actas, ex imis partium penetrabilibus in illarum plantis em ier us trudi, plenius evincam, atque sic, Hippocratis ergo, Neotericorum placius adve labor: Li quippe scriptitant Variolas Præcis ignotas, & Hippocratis Silenum variolatum fuisse eò nomine negant, quod ipsi non primis, illæ, diebus, sed octava duntaxat proruperint. At istud Dogmatis, præterquam in verisandis Veterum monumentis suppositum arguit, practicum & inscitiam prodit. Practicus enim notum est, post sanguinis variolatam, ut ita loquar, conturbationem, Variolarum exitum, non duntaxat in quartam, quintam, sextam & octavam, sed & in vigesimam usque diem quandoque procelari: Testes adhibeo, non vetustioris ævi Proceres, (quos ejurant hæc in lite) sed Ballonium, Epiphanius, Reuealmum, Hildanum, Merindelum, Zacutum, Rhodium, Riverium tandem atque Willijum.

Quanta igitur isthæc est plurimorum nequitia; Hippocrates asserit, octava duntaxat febris die, Sileno Variolas effloruisse; sed fides omni ipsi detrahitur; ceu Vir ille tantus, fallere nescius, illi animi candorem, quo semper intemeratis fuisse honoribus exisset omnem: At Neotericorum cuiusvis obvio, febris non octava, sed vigesima demum die, florentes Variolas proferenti, sua consistit aucto-ritas; ô tempora! ô mores.

XI. Serotinas esse Variolas insuper probare est symptomatis ipsas eruptiones præcedentibus, quæ, tanquam sæva tempestas, sanguinis Oceanum decumanis fluctibus exagitant, nulla assurgente malacia, quin sanguinis fermentantis æstus omnino consistat.

Vultis ne procelle tantæ spectatores esse fidi atque securi, has undas irretoris oculis de continente contemplantini, & naturæ Variolas parituræ tot tormenta dicetis esse.

Febris continens (vulgò saltem) in aegros invadit, dolent spina, naibus prurient, somno terrentur; corpore lancinantur universo, pandiculantur, oscitantque frequenter, faucibus & pectore dolent, cum dyspnœa, tussi, cute sicca & ardente, spumisque crassis, voce raucâ, cephalalgia pulsantia, gravitante. Inquieti præterea implacidi, sese jactant, nausesabundi, vomentes.

XII. Sed ne genericis in hæc septimeffrem Zacuti gravidam acriter intueamur, febricitantem, srobundam, aphonam, convulsam, sudantem, stridentem, horrentem, & tam implacido pruritu lancinatam universe, cutem unguibus ut discerpat, his velut *imbricatis* embryonem id est sætum extrahentibus, cunctantem sætum, & matri dire terminalem, Variolas volo segniores, sed impense dolentissimas, ex abditis in lucem evocet.

In septennem, præterea, Ferdinandi filiam oculos conjiciamus; febricitat cum extremis frigidis, siti, cephalalgia, tussi, appetitu dejecto, tremore artuum, delirio, stertimento, facie rubicunda, lacrymis, urinis turbidis, alvo sicca, voce clangosa, foras à se Variolas antequam ex iudat.

Hippocrati denique Silenum in oculis habeamus, ardet ille, lumbis dolet, capite gravis est, & cervicem contentâ; prodeuntibus alvo biliolis, synce-riis, fumantibus, colorationibus & multis, Urinæ nigrae, nigrae deponentes. Sitis, lingua sicca, vigilæ, delirium, hypochondrium utrinque ad umbilicum usque submolli-ter extentum. Verba multa, risus, cantus, inquietus, incontinentia, Capite pau- cis

cis sudat, frigent & livent extrema, implacidas valde & alvò nulla, subsistit & urina. Vox deficit, non incalescit, nil mingit, octava tandem, sudore frigido universali pustulæ rubræ, rotundæ, parvæ, varorum more, nec recedentes, nec suppurantes.

Quanta quæso, ferventis sanguinis indicia tribus illis exemplis habemus, hoc præsertim in Sileno; cui spiratio magna & rara jugisque præcordiorum palpitatione, vel primitus adfuit.

Quidni igitur concludemus, pustulas ejus veras genuinasque extitisse Variolas, cum præcipue juvenilibus ille floruerit annis, morbumque contraxerit laboribus, computationibus, & exercitiis intempestivis? Nam experientia teste, & Willisio suffragatore, ob sanguinem & humores crapulâ, aut exercitio immodicè perturbatos oriuntur Variolæ, quod latentia mali semina nimio sanguinis fervore commota, sanguinis massam inquinant.

XIII. Quid si præterea, doctrinam amplecteremur de fermento uterino sanguini foetus turgescientiam conciliante, usque adeò tardam, ut plurimi consistentes ætate Variolas sint perpeffi, uti profectò sexu utriusque non paucos post Fernelium observavit Ita sexagenarium Variolis obsessum viderunt Ch. à Vega, Herculanus atque Gentilis. Patavinam insuper curavit Augenius, quæ sexagesimo quinto ætatis anno Variolas est eluctata. Septuagenarios denique Variolis cum ereptos, tum peremptos Horatius idem, Ingrassias atque Chicotius commemorant. Quid plura? Exemplorum satietas ideo me tenet, quod alienissimus sim ab illâ de uterino fermento cum Veterum, tum Neotericorum mente.

Nemine etenim demonstratore, (quæ justa est Marnardi querimonia) id fermenti tam seris annis in actum erupturi, sibi asseruit uterus. Frustra quippe, demonstrationis avidus, ad meos adivi Præceptores muros, Burnetum, Willisium, Riverium, Schmithium, Salmuthum, Sennertum, Jonstonium, Cortesium, Collæum, Ferdinandum, Laurentium, Hucherum, Costæum, Mongium, Guillemeum, Paræum, Mercatum, Vidium, Saportam, Perdulcem, Forestum, Weckerum, Joubertum, Vegam, Langium, Amatam, Ingrassiam, Fracastorium, Tarantam, Gordonium, Isaacum, Avicennam, Avenzoarem, Rhasen aliosque tum hujus seculi, tum vetustioris ævi Primpilos.

Quorsum ergo? Variolæ um virus tardum ut probem, ad litigiosum illud, & tenebris plenum, de materni sanguinis foetui aspersa labe, dogma confugiam, cum aliunde, tam luculentis argumentis ab indole Variolarum petitis, ferotinas illas esse stabiliverim.

Si qua porro, fermentum in illud quod connotatum reputant, jacienda tela, manus velim immittatis in Salmatii, Merindolii, Augenii, Mercurialis, Fernelii, atque Gentilis pharetram, & acutissimas exinde sagittas Otto, (nec ab Herculano, nec à Laurentio hæcenus retusas) in materni sanguinis Fautores impuros exprompturi estis.

XIV. Sed, ut undè orsa est à fermento sanguinis, in eodem terminetur oratio, & meæ definitionis reliqua pertexam, mustum denuò proferam quod suis motibus irrequietis despumat, sanguis enim fervore commotus suas & sordes quoquo versus emittit, & viscera cutemque Variolis & Morbillis opplet. Nulquam siquidem credere est, isthæc fermentantis sanguinis impura, in habitum duntaxat propelli. Tales quippe eruptiones, lethalius potissimum in Variolis, occupant & intima, ut rationibus & ætæque stabilitam.

XV. Resto tamen menti nostræ sic obversetur. Sanguis in Variolis atque Morbillis fermentò suo irrequietus ab ipsa scaturigine fervidus salit. Is ex æquo

tubulos suos omnes præterfluit: ac cum ejus tubuli, in viscerum extrema, perindè ac in corporis habitum longè lateque sint diffusi, consequens est, ut ferventior ille viscera primùm, ac externa deinceps pervadat.

Vasorum præterea capillarum myriades præ oculis habeamus, singulis illorum extremis, ferventis sanguinis illius (fervore sese despumantis) tot guttulas in superstratas partes, mente capiamus compelli. Uti igitur minimorum existant tubulorum myriades, spumescens & sanguinis bullarum myriadas esse consequens est. Consequens igitur ut descriptionis clausula vigeat, quæ Variolas universa nuncupo rejectanea: huic enim clausulæ derogat nihil, quod aliàs sanguinis illius nec fervor nec impura, tanta sint, ut Variolas Morbillose creent, quæ numerum nesciant. Tam quippe, etsi vel Variolæ vel Morbilli parciore existant, nihilo secius ab intimis præcordiis in illorum superficiem inque corporis circumferentiam protruduntur, atque sic universales audiunt, pelluntur enim, non quidem in singula generum, sed in genera singulorum.

Hanc rei naturam Majores nostri plene contuentes significantiùs papulas illas & ἐκζέματα καὶ ἐσθράσματα, ebullitiones & ejectamenta vocitarunt. Imò tantas (sulphure sanguinis ardente) viscerum eruptiones cum Ætæa Vesuvioque, suis de faucibus flammæ & cineres eructantibus, compararunt, illius ideo micantis febrilis ignis scintillas, non modò ἀναβλάσταις eruptiones, sed & ἐκ τῆς φλόγης τοῦ φερονίου ἀματῆος ἀνίστανται τὸ δίκμα cinerem veluti quemdam naturæ pellentis corrupti sanguinis reliquias in cutem, nuncuparunt.

XVI. Istas porro viscerum sese depurantium explosiones tuberculis adscripti rubris, licet quandoque vel candicent vel liveant; sic deinceps, sublimia atque disjuncta vocantur, & si quandoque depressa & coherentia cernantur: quod enim vulgatiùs atque melius, non autem quod insolentius atque deteriorius est, describo.

XVII. Variolas autem singulatim saniosas dixi, sanguineas tamen atque purulentas esse profiteor: sed consultus id feci, ut Variolis atque Morbillis intermedias Crystallos includerem. Has ichorosas atque fatuas Variolas Merindolius vocat, illasque Sennertus Ingrassiæ tribuit, quas eisdem Riverius Vidio refert acceptas. Sed eas neuter genuino suo asseruit Auctori. Nomine siquidem Albumera & Alhumica apud scriptores Arabas audiunt. Has ego lymphaticas voco, utpote, quæ lymphâ (ceu hydati intercus) totæ perluceant. Sanguinis rorem sui odoremque illas itidem nuncupo; de his quippe alteram atque alteram sententiam soveo; Illas enim adscribo cutaneis glandulis fermentescentem sanguinem exactiùs tunc filtrantibus, atque aded & has sanguinis bullientis undas tam sincerè depurantibus, ut puri puri sudoris more prorumpant. Sicut enim cuticularium glandularum poris impensè patulis, cruor sese subducit, unà cum lymphâ, quam tota cruentat, quamque sanguineum sudorem nuncupant ita purpurascens Variolarum & Morbillorum exitum poris patentioribus iisdem totis arrogo. Quidni igitur è diverso, manente pororum nativa configuratione, pura pura lymphâ & ab omni sanguinis purpurissò secreta, gemmei tamen filis æmula, in cuticulam guttatim propelleretur, totque inibi perlucetes papulas, ceu tot grandines, totve Crystallos, non frigoris, sed æstus filias, progignet? Verùm, Crystallos illas, quibus, ceu minutulis adamantibus, gemmata cutis splendescit, lynceis oculis diutiùs contempleremur.

Alteram de ipsis, adamantino stylo notandam; Sententiam soveo. Lymphatica siquidem vasa suam &

Q 4 symbos

lymbolam ad hæcæ Crystallos conferre puto. Dum quippe sanguinis æstuantis serum exceperunt, æstuosum illud hæud ita facile continent, ac dum nullo fervore concepto suis illud tubulis leni placidoque cursu à circumferentiâ ad centrum evehunt, nunc enim tanti sanguinis æstus secum confors est, ac suis ebullitionibus dum assurgit, superfunditur, inque corporis planitiem exundat.

Quoniam autem tot intercutia, quæ suis æstibus tubercula creat, lympham, cruoris licet exortem, minus defæcatam continent, tot ideo vesiculas illas saniosas esse dixi, ob serum scilicet illarum ambitu coërcitum, quod ab indole primæ vâ deflexit, & sanguinis tabam acido-salium reddet: acredine siquidem scætet, suisque portiunculis acribus, ceu tot salium aculeis, cutem fodiat, exindèque præter prurimum, quem infert, tot foveis, totque cicatricibus cutem deturpat. Imò sanies illa suas quandoque cystidas exedit, inque pectus & abdomen stillat uberitum, uti Doringius ante Bartholinum atque Kerckringium oculatos testes, oculatus vidit.

XVIII. Viam sternunt isthæc ad descriptionem reliquam, sanies quippe acido-salsa si pruriginosa, consequens est, purulentiam omniem (eminenter acido-salam) aculeos etiam habere, quibus prurimum, foveas atque cicatrices longè majores inferat. Tot siquidem puris portiunculæ, salis participes, suis spiculis, ceu tot vel stylis, vel acubus, entypicam cælaturam & Phrygiam artem æmulantur, & exinde cutis vel profundius insculpitur, vel sublimi callô confurgit. Dum autem isthæc & Entypica sculptura & Phrygionicum opus conficitur, pruritum tantò vexantur, ut se quior sexus, (experientiâ teste, testibus & Foresto atque Zacuto) cutem aliquando sibi dilaniet, mortemque tantò cruciatu reputet potiorum. Hinc Fernelio scælitatis illa tam deformis est visa, ut occæcatis oculis, universa cutis, in squamas foetidæ & in crustas ingentes solveretur: imò corpus omne, non aliter contabesceret & macie nigrorèque torreretur, quàm si menses quatuor è furcâ pependisset.

XIX. Nec cicatrices illæ vel palpebrarum hiatu, vel oris rictu solidum deformes, sed & aliunde mulcres Veneris delicias turbant. Hinc juvenis (testibus Hildano, & Germanicis Ephemeridibus) lautiori suo Hellepontiaci peculiò petulcus, ac recens sponsæ cristas alacriter aliàs triturus, Variolarum *φιδώσιν* capistrò, [prævium ulcus edax olente] coeretur. Tanta quippe præputii cicatrix, mentulæ capitulo, capistrum velut injicit, quò, ne lætius comprimatur, comprimitur. Sed quid leviora externaque memorem? Hòc enim Variolarum pure ulcera Telephiis atque Chironiis deteriora vidi, tantos sparsim cuniculos egisse ut vel Hippocratis manum elusissent. Hinc annose virginis glutæos musculos, mammatarumque colles, imò & oculorum globos, purulentia cuniculis suffossos dolui. Hinc ulcera rebellantia & erosa cornea atque horribilem cæcitatem exhorruerunt Forestus atque Guillemeus.

Hinc observatore Paræo olfactus auditusque perit, hyperfarcosii ex ulcere Variolarum geminante.

Hinc nuperum octennem septicâ Variolarum labellinguem, sed loquentem stupuit Academia Salmuriensis: stupuit & universus terrarum orbis: stupebunt & seri Nepotes. Etenim, de miraculo ne conticesceret ætas ulla Academia Salmuriensis sui stuporis memoriam propagare libitum est. Projectò quippe titolò sesquipedali *ἀλλωνοροματαλασπασθηραφιας* historiam universam illam de puero octenni sine lingua ore loquentis ab oblivione hominum atque silentio vindicavit.

Hinc & in pectus gliscente virus æruginosò, tot Variolis Phylisicos notant Avicenna atque Neoterici,

quibus eò confidentius suffragor, quod nuper luxuriam dilectissimum mihi pectus variolarum tabò totaliter exesum.

Imò, recentes Germanorum Ephemerides post variolas sanatas, pure tamen edaci non penitus retusò, & Hæmoptoen, & sanguinis fluxum per interstitia digitorum utriusque pedis, mirabiliter observant. Corrosi nimirum puris æruginè residuâ, tum pulmonalibus cellulis, tum pedis vasorum integumentis.

XX. Quid tenerum pulmonis pedisque textum exesum profero? Quid alia viscera tenerrimi etiamnum texti corrupta si panderem? Tunc quippe jecur, lienem, omniaque interiora, ex oculatis testibus, retexerem, ex Fern. v. g. atque Horst. sordidissimis manantia papulis; Ex Paræo, crustosis pustulis scætantia, his similibus quæ in cute emergunt; Ex Kerckringio variolis scætantia maturis, pure turgentibus, quæ etiam flavæ cujusdam aquæ tantillum effundebant; ex mea tandem Praxi, ulcusculis saniosis atque purulentis intus & foris exesa; sive ut aliter dicam, densis cænosisque scrobiculis veluti lacunata. Imò, istis majora proferam, id quippe corrosivum latius atque latius, vel in solidissima membra serpit. Hinc articulis contractos Salmuthus notat. Hinc Ephemerides Germanicæ Septennem adducunt, quæ variolarum pure in cubitos decumbente, brachium nec flectere, nec extendere potis est. Tales *ἀγκύλας* articulorum callos, Parisiis immedicabiles vidi. Vidi & Vinoxbergæ, dum Castrensiu Medicorum Primarius essem, Senem *παιδίον* puerilibus variolis *καλαζικαίς* cubitis incurvis & immotis. Atque adeò, non mendax, sed verax est Græcia, cum suis abcessibus humeri, quibus brachiorum perit cardinata compages. Nec mirum, id quippe putredinosi ferinique virûs beluam sapit fabulosò Pythonem, multiplici strage capitalem. Paræum testem oculatum inclamo, illò quippe virus edaci, ossa sterni arrosa & à se invicem dirempta, ossum verò brachii epiphyse, & omoplastæ capitulum pariter erosa, insignique portione multata reperit. Rursum igitur veridica Græcorum Oracula, *ἡ πικρὸν τὸ σῆμα γυγόνιμα ἰσανθήματα ἡ καλοπαιζοῦσα ἀπὸ τῶν χυμῶν ἰγυρῆς προσηκῆ κατά διαφόρων γυγόνιμα, ὅμοια δὲ ληπτὴ φαρμάκῳ ἰστί.* Exanthemata corporis universi cutim scædentia scaturiunt ab humorum corruptela tam forti & tam enormi ut perniciosissimo veneno similis sit.

Quid demum? Variolarum virus ferinum esse probaturus, post tot illarum *ἐπιπέματα* ulcera terrâ ipsa *θηρία* feras ipsas, seu beluas feroces suis in cubilibus occupabo. Tunc etenim, non unicum hæc putredine natam Pythonem proferam, sed animantum turbam (nulli quidem Crocodili proceritate Nilias in undis ludentem, sed acarorum parvitate) in cæno loco constrictoque puris stagno natam atque ludibundam. Vermiculos volo, dentatis rostris hamatos, Variolarumque vesiculis conclusos, ubi suis morsu unculis partes subjectas arrodunt. Testes seculi hujus adduco Zacutum, Rhodium, Formium, Borellum, Germanicas demum Ephemeridas. Nolim enim tam vilis animantis in natales alciis inquisivisse; operosum quippe foret Joëlis v. g. manes evocasse. Hos interim ni me ludibria fallunt, si consulimus, non in Variolatorum cadaveribus vermium *επιθρομῶν* per vasa majora natare cum Bauhino comperiemus; sed & ipsos *ἀποφύρας*, in flagranti veluti delictò, carnes subjectas non cadaverosas, sed vivaces susturari deprehendemus. In Variolis enim anno Christi 1574. In Insula Rugia & vicinâ urbe Stralsundensi scævientibus, tanta fuit putrefactio, ut detractis pustularum crustis in subcutaneo ulcere vivi vermiculi fuerint reperi.

Mitto, tum vulgatius istud de lumbricis Variolatorum vel naribus vel alvò fugientibus; tum fabulosum alterum

alterum illud de vermiculis alatis per mediam tepentemque Variolorum urinam volitantibus: Isthæc enim postrema, apud me, λῆροι sunt ἢ λήρων, gerræ gerrarum,

----Credat Judæus Apella,
Non ego, qui pelle prudentium Christianorum in-
flernor, nec temerè credo.

XXI. His subjungenda prognostica, quibus, quid spei de ægro sit, prædicatur. Ex genere acutorum hic morbus est.

Morbilli ut plurimum uno impetu egrediuntur & septimò terminantur die: at Variolæ sensim & tardiori gradu, decimo nimirum quarto die desinunt, & quò exitus difficilior, eò longior graviorque morbus esse solet. An ægro periculum mortis imminet? An verò pristina restitendus sanitati, ex collatione virium cum morbi magnitudine præfagire oportet.

Variolis igitur erumpentibus, febris si mitis fuerit aut nulla, sique symptomata aut omnino cessant, aut imminuantur, non magnum periculum imminere, sed salutarem morbum futurum annunciant. Nec minorem spem faciunt ipsæ Variolæ, si citò & faciliè erumpunt, ac brevi ad maturationem perducuntur. Optima quippe ἐστὶν ὁμιχρὴ φλυδῆνα καὶ πᾶν τὸ σάμα ἐκφύεται, γνομένη πικρῆ ἀποχρηματῶ. In quibus vox libera est & respiratio facilis. Quæ colore existunt supra albæ, infra in basi rubræ, leviter pruriginosæ, molles, magnæ, distinctæ, raræ aut paucæ, rotundæ, fastigiatae; solam cutem, non verò partes internas afficientes, salutares esse consueverunt.

Excreta & retenta magnam sibi significationem tribuunt in acutis morbis, cum plerumque Criseos effectus aut enormium symptomatum motus esse soleant. Hæc si à calore laudabiliter & decenter peraguntur, salutis suppeditant signa; sin incongrue & promiscuè interitum apportant.

Inter signa, quæ spem incolunitatis egregiè conciliant, hæmorrhagia numeranda venit, præsertim in morbillis, sub initium, cum virium perseverantia & morbi tolerantia. Ita quoque passiones epilepticæ, deliria, oculorum obtenebrationes, tinnitus aurium, narium pruritus, nausea, aliæque hujus generis symptomata circa decretorium tempus apparentia, non statim ultimam vitæ claudunt scenam, sed potiùs materiam ad excretionem aptam indicant, ac vel per hæmorrhagiam narium, vel per vomitum, aliove modò, recenti adhuc robore vitali propellendam.

Ex urina nihil ad præfagiendum occurrit, quam si cruenta, vel conspurcata appareat. Ita ex mixtu sanguinis lethalem eventum se multoties prædixisse, nec unquam deceptum fuisse, recenset in suis obs. Schenckius.

Ex adverso periculum minantur, si post Variolas eruptas febris eundem tenorem servat nec remittatur.

Quo plura apparent Symptomata, eò majus imminet periculum. Anxietas & inquietudo magna cum ventris meteorismo mortem indicat in prociectu. Difficultas spirandi. Sitis ingens & cum ea respirationis angustia & delirium si augeantur, mors itidem in propinquo est. Ὅταν γὰρ ἐν τῇ ἀναρῆσιν τῶν διαλείποντι δάκρυα γίνονται, καὶ αἴμα φροσὶν θανάσιμον. Alvi fluxus aut dysenteria superveniens diurnâ cum urinae suppressione, semper ad mortem terminatur.

Pessimæ sunt Variolæ tardè apparentes. Copiosæ, magnæ, virides, violaceæ, lividæ, foetentes, duplices, continuatæ, quæque adunatione crebrâ, toti præsertim faciei crustam inducunt, usque ad eò horribilem, meritò ut scripserit Ingrassias, nihil turpius hoc spectaculo ad deterrèndos pueros excogitari pos-

se. Perappositè igitur Medicorum summus tales & Variolas vocat, aspectu terribiles, περιτὸς γὰρ τὰς περιθροῦσθαι καλῶς ὁ Ἰπποκράτης, ΓΑΕΙΝ ΔΕΙΝΟΥΣ.

Depressæ ac duræ deteriores sunt, inprimis si in earum mediò maculâ appareat nigra.

Ast maximè lethales, quæ ubi egressæ sunt denudè evanescent & tumor partium remittitur: & illorum quippe nemo evadit. Sic Foresti rusticus atque puella cùm aëri inclementiori sese exposuissent, retroactâ materiâ subito vitam cum morte commutarunt. Sic Timonactis infantulus, sic & puerili complures recens ab uberibus depulsi, imò majores illis octennes, atque decennes, & usque ad pubertatem, retrocedentibus morbillis atque Variolis convulsi pereunt.

XXII. Scopî, quos habere ob oculos debent curantes Medici admodum varii sunt. Vacuationem indicat humorum ἐπιρροία. A. V. S. itaque, Si corpus plenum fuerit & alia indicantia adfint inchoanda erit curatio, eaque quam primùm celebranda. Sic enim natura ex parte onere suo levata, reliquum quod est, audentius aggreditur, majorique robore vitiosam congeriem ad ignobiliores partes detrudit. Hanc vacuandi speciem ipsa quandoque natura nobis indigere solet per ἀπορροίαν. Multis enim, præsertim succulentioris & calidioris conditionis hominibus sanguis è naribus stillat, & quidem felici cum successu: quoniam sanguine imminuto, morbus fit mitior & tolerabilior & Variolæ pauciores, parte materiæ illis subtractâ. Testatur hoc Augenius, vidisse se pueros duos, qui ob sanguinis fluorem è naribus à febrè sint liberati & paucioribus conflictati Variolis: quæ etiam mature, die sc. quartâ exierint & ægrotos clementer tractarint.

Veretur sc. quis αἰμορροῦσθαι, ne isto præsidio vires frangantur, & natura, quæ criticè excretionem movet, ab inceptò avocetur.

Equidem ubi vires imbecillæ sunt, ut in recens natis, ubi nulla est, aut exigua febris, nec sæva urgent symptomata, totum naturæ negotium est committendum. Verùm ubi vehemens febris accensa fuerit, & symptomata varia invalescunt, ne dubites missione sanguinis naturæ suppetias ferre: Virium non ita nimis religiosa habenda ratio: sæpe ab ipsa sanguinis copiâ omnis dependet. Uno verbò, consilio omnia moderanda & prudentiâ, nec propter abusum tollendus statim est usus. Neque pueri flagitante morbi magnitudine hoc beneficio planè defraudandi. Cavendum, ne securitati nimium indulgentes, deficiamus in generositate. At si succedit, illius potiùs quandoque fortunæ, quàm rationi, adscribendum.

Quod si verò suspecta sit V. S. propter ætatem tenellam, vel ob timiditatem ægroti, tunc certè optimum fuerit cucurbitulis scarificatis dorso, scapulis & femoribus admotis uti, & sanguinem copiosorem vacuare, quæ etiam in morbi statu conferre poterunt, dum motus naturæ à centro ad corporis περιφέρειαν per eas adjuvetur.

XXIII. Utî V. S. conceptam in majoribus conceptaculis corruptelam feliciter exhaurit: Sic purgatio stibulantes in primis ac publicis viis sordes eliminat. Quod si itaque viscerum nutritiorum aliquis saburra naturæ moretur impetum, haud felicius quam blandâ Catharsi ex his sedibus delitescentem illuviem deturbaveris. Verùm, istud cum præmeditatione faciendum. Instituenta purgatio est, quâ solè viæ illæ communes detergantur, non quæ humores in venis aut in toto corpore existentes. Si febris est mitior, & materia semel incitata foras excerni nequit, præ nimia humorum mole quæ viscera premuntur, tunc hamores illi pravi purgatione utiliter imminuantur, ut natura postmodum alacrius expulsionem promoveat.

In huic

Martini Lister M. D. Tractatus de
Variolis.

Disquisitionem hanc de variolis libenter aggredior, quòd morbus jam popularis est; & si non ita esset, in hac tamen longè maxima totius Europæ urbe semper (ut ex mortuorum rationibus publicis, hebdomatim editis, constat) grassatur; quamvis nunc temporis multo infestior sit, quàm à decem retro annis. Deinde, quòd præclarum exemplum sit usus & naturæ ductuum glandularum excretoriarum de quibus in exercitatione anatomica atque alibi olim tam multa diximus.

Novum autem morbi genus est, & licet antiqui aliquam de his pustulis mentionem fecerint, prout nonnullis scriptoribus visum est; ea certè admodum exigua est, & dubia, ut certum sit vix illis temporibus fuisse talem morbum: negligentissimi sanè habendi essent, si tam ingens, commune, frequens malum ita ex toto silentio involvisset. Illud verò satis demonstrat hunc morbum novum esse, quod in multis mundi partibus nusquam visus fuit, ut apud Indos Occidentales, ubi nunquam apparuit, nisi postquam Hispani eò pervenèrunt; siquidem per contagionem Æthiopiae cujusdam illuc delati, magnam Indorum partem sustulit. Atque hoc attestatur idoneus auctor, nempe ille Olyssipponensis R. à Fonseca.

Illud autem extra controversiam est, hunc morbum ab Arabibus seculo ferè duodecimo primùm descriptum esse; à quibus ejus notitiam ac curam habuimus, mirabile sanè quanta accurate illud nobis tradiderunt.

Adi sis Avicennam, Mesuem, Rasio, Alfaharavium; diligenter attende ad ea, quæ de Variolis scripserunt; confer cum tuis; deinde, dic mihi, quid nostri homines adjecerint novi; Tu qui aliter sentis, expedi, si possis novas rationes, aut morbi, aut curationis: minimè quidem; scio, non potes, quorsum itaque illa autoribus suis accepta non retulisti? At causas, ais morbi tam funesti ex novis hypothesebus explicatum iri: ita quidem; at hæc quoque ex Arabum schola sumpta sunt, prout mox ostendam, nec tanti sunt, profecto illorum industriam in morbis describendis, curandisque laudo; doctrinam verò non magnopere approbo.

Cum verò hujus morbi pathologiam imprimis insituere decreverim, ejus præcipuas conditiones & prognostica enarrare oportuit. At ea videre poteris apud Avicennam; minutius non sector; at si Antiquorum osor es, adi sis Melchior. Sebizium, qui doctè admodum, & omnium longe operosissimè de variolis medio hoc seculo scripsit, nec patitur instituti nostri brevitatis, ut illa transcribam.

Causa autem hujus mali sic exponitur apud Avicennam, nempe quandoque in sanguine accidere Ebullitionem putredinosam quandam, de genere Ebullitionum quæ accidunt succis uvæ putæ. Atque in hac sanguinis ebullitione talia accidentia fiunt, qualia in Musto, ita ut partes eorum ab invicem discernantur, ab hac verò ebullitione expellitur ab eo illud, quod admisceatur ei de reliquiis menstruorum, aut quod ex cibis feculentis & malis generatum sit. Et variolæ sunt quasi modus quidam crisis, ita Rhases quoque, at paulo expressius loquitur, de depuratione sanguinis ab hac ebullitione, per quam partes heterogeneæ ab homogeneis separantur, ac sejunguntur, vultque puerorum & infantium maximè sanguinem præ adultis & senibus musto correspondere, item ad eundem modum Mesues rem exponit; cras-

sum sanguinis à puro ejus sequestrari, vi ebullitionis, criticèque expelli de venis, & effundi per universa corporis membra occulta & manifesta: sanguine remanente depurato.

Atque hæc est ipsissima doctrina fermentationis, ut volunt, novitia, apud nostros homines toties decantata, concordant itaque mirum in modum inter se Avicenna, reliqui Arabes, nostrique homines; nempe hanc ebullitionem esse putredinosam sive corruptivam, crasumque sanguinis vi ejus extrudi, sive id sit connatum venenum, sive aliunde ex vitiosis aliis mentis generatum.

At Willis insuper & privatim de suo penu addit; innata variolarum semina (quæ, ut dictum est ex menstruis muliebribus orta esse credidit) in cerebro & spinali medulla potissimum recondi; adeoque spiritus animales miasmate primùm corripri, & venenum exinde in sanguinem transferri.

Hujus autem rei hanc rationem exhibet laudatus vir; nempe cum istiusmodi venena in partibus spermaticis primùm concepta sint, verisimile est, illa usque latere in istdem, at hæc ratio exigui momenti est, nam illa partium divisio in spermaticas & sanguineas, prout supra expositum est, non admittenda est. Deinde quare non tota spinalis medulla doleat, sed lumbi tantùm imi; an ibi sedes connati veneni? at cur non totum cerebrum, sed potius frons tantùm & tempora dolorem hunc pulsatorium sentiant?

Quod ad mensuras semina venenata (quæ plerique omnes Medici ut originalem causam posuerunt) atque ab istdem prædispositionem perpetuam in humano genere ad variolas, attinet; dico, omnino nullam in illis naturaliter inquinamentum esse; sed æquè innocua esse, ac hominum salivam, aut reliquam sanguinis massam, unde orta sunt: salva religione hæc profero; cum plerique Judæorum ritus [ut doctissimus Spencer nobiscum exhibuit] pueriles & populariter instituti fuerint; nempe ex præjudiciis vicinarum nationum, atque ita à Deo permessa est illa opinio de contaminatione à mulieribus menstruatis, munditiæ ac castitatis causâ, ne scæminas nimium deperirent. Arabes autem in hac opinione Judæos sequuntur sunt, sed hæc mittamus.

Deinde, si illud verum esset, scæminæ adultæ vehementius afficerentur, quàm mares; maximè si menstruis instantibus, scilicet ubi illa turgent, & in utero accumulatur, variolis corripere, venenum itaque uterinum fictitium est, & vili superstitione deductum: Quod ad spiritus verò animales attinet, quos idem vehementer affici in hoc malo vult; hæc illa altera novissima Hypothesis est, à rerum [scilicet] natura petita, & rationi mirificè congruens. At Willis primùm illam excogitavit; alique nuperi scriptores eam sibi falsò arrogarunt, tanquam suum eximium & nobilissimum inventum, nempe quemadmodum calor innatus in uvæ succo illas turbas excitat; donec is ab illis sæculentis liber sit; ita ille spiritus animalis dominator, insectu quodam venenoso implicatus, vi & armis sese extricare conatur: variolæ verò victoriæ partæ spolia opima sunt. At hæc licet & nugatoria commenta sunt; hujusque fabulæ tædet, ubi spiritus animalis solus Histriionem agit. Serio agamus, à Procatartica itaque interna ad causam primam & principalem & ipsam hujus morbi originem procedamus, antequam ejus explicationem & fiendi modum ex causa proxima & conjuncta aggrediamur; si ea fortè inquirendo in tantis tenebris inveniat.

Illud quidem verissimum est (à primis hujus morbi autoribus traditum, quod ipsi etiam quotidie animadvertimus) variolas esse de summè contagiosis ægri tudinibus. Quænam verò sit prima & peculiaris

hanc illa materia contagiosa sive venenum quod primum hominem infecit, atque humana corpora post tot secula eadem labe corrupit, ita facile dice e; certe Prometheo non adfui, cum Pandora pyxidem aperiret; ut quæ mala inde egressa fuerint, certo cognoscerem, causa quidem primaria hujus mali ac evidens, fateor valde in obscuro est, si tamen conjecturæ nostræ, certè plausible, vena detur, quid impræsentiarum mihi in mentem venerit, dicam; nimirum illam infectionem à bestiola aliqua vel esâ, vel ab ejus morfu primum genitam fuisse, deinde in omnes homines, partim tanquam hæreditarium malum propagari.

De contagio verò primario jam dicam; hæreditariam autem labem à primo infectu proli communicari posse, postea paucis probatum ibo.

Igitur, 1. Nulla causa assignari potest hujus mali generativa ex parte hominis, non ex mensuris, quod jam ut precarium & superstitiosum rejecimus. Non ex crapula aut alimento vitioso ac inusitato, præterquam quæ ex ipsa fortè bestiola, hanc peculiarem labem inferente, fuerit, non ex exercitio vehementi, reliquisve vitiis & erroribus, in rebus non naturalibus; quod integræ nationes apud Indos Occidentales à nostris Anglis (in Marylandia, hoc seculo ineunte, id accidit) primum illuc advenientibus ferè ad internecionem infectæ sunt; Claro documento, variolas non privatim à causa aliqua interna, aut à natura hominis per se vitiatas, sed contagione extrinsecus illata communicari. Cum itaque causis omnibus internis, procatarticas refutavimus, cumque externas etiam ab aère, nisi quatenus à corpore, ut ita loquar, variolato præcesserit, non admittimus ob ipsas easdem rationes. At halitus expiratos [loquor ex ore nuperi scriptoris] ex subterranea aliqua mine a nunc hoc, nunc illud animalium genus contaminare. At quænam sunt illa, quæso, metalla in nostra terra Londinensi, aut alibi Angliæ, effusa quæ hæc efficiant. Dic sodes, si poter. Mera itaque hæc tua insomnia sunt; prout pleræque id genus explicationes, quæ ex ignorantia Historiæ Naturalis venditantur. Item ejusdem commatis illud est; nempe morbos certas habere periodos pro occultis illis, atque adhuc incomptis alterationibus, quæ ipsius Terræ accidunt visceribus, pro varia scilicet ejusdem ætate, ac duratione. Num putas alia metalla in Terræ visceribus latere, ab iis in superficie ejus comprehensa, nobisque cognita sunt, diversa? aut hæc ipsa metalla, ex quibus constituitur terra, ab aère remotissima & duratione putrescere? sanè, non video, quo fundamento hæc suspensiones nitantur. An non hoc ignotum interpretari per ignotius est? heu quantum sapimus, verba dando! Igitur restat, infectionem primum ortam esse ex aliqua bestiola venenata.

2. Symptomata morbi hæc confirmare videntur. Nempe dolor in Capite & Lumbis; quod signum peculiare & velut pathognomonicum est ante variolarum eruptionem. Ab his autem doloribus non raro in infantibus deliria, somnolentia gravis, & convulsionem; in adultis immanis vomitus, interdum Syncope cum mag. à anxietate, & inquietudine; in gravidis abortio. Causam si desideras, respondeo dorsi dolorem Nephritici admodum æmulam esse, ut multis exitio fuerit Medicorum, pro more, festinantium ac incogitantium, error. Itaque verisimile est, materiam contagiosam impetuosis agitari, & ad renes propelli per arterias emulgentes, membranasque ac nervos circumjacentes dolore vasorum extensivo affici. Ad eundem modum & arteriæ ex influxu vehementi oppilatione feri, ex veneno crassescunt.

At, inquires, cur privatim tantum in hæc loca fertur, atque impetum faciat? dico primò, loca quædam

diversa venenis esse peculiaris, maxime à bestiolarum morfu esuve illatis. Ita Hydrophobia fauces privatim petit; Urticæ marinæ Pulmones. Secundò, At multo maxima id genus venenorum pars & caput, fauces; renes & vesicam & genitalia afficere consueverunt; ex. gr. ipsa rabies canina fauces & Genitalia simul petit; nempe satyriasin & gonorrhœam excitat. Ita Lues venerea præcipue fauces & nares ipsumque caput; at sæpius, ubi malitia minor est, penem & genitalia. Item Cantharides vesicam magnopere afficiunt. Item morfus viperæ, ubi corporis fieri contigerit, semper tamen solvitur scroti tumore, & Urinæ ardentis copia. Et in aliis multis similiter usum venit. Non quidem, quod venena sua sponte, relicto sanguine peculiaris loca adeunt: sed quia alibi maleficium suum commode expedire nequeunt. Licet enim (ut verba *Eni* hæc faciam mea) materia contagiosa per majora vasa circumducatur, corque ipsum permeet, eademque tamen haud magnopere lædit; donec tamen (circuitus enim non est uniusmodi) in archiora & idonea loca, id est, in majores & maximos & usitatioris ductus excretorios (salivæ puta & urinæ) impacta, virus celatum exerat. Vera itaque ut arbitror, hujus doloris causa est, cum serum sanguinis à veneno paulatim lentescat, quo majores ductus excretorii renum, puta, & faucium inflammantur [quæ peculiaris id genus veneni vis est] atque adeo oppelluntur, nec commode inde, quo naturaliter tendit, expelli queat; ex mora itaque, quam trahit in arteriis ad renes & circa caput, magis magisque crassescit sanguinis serum, veneno implicatum, donec tandem iteratis circumlationibus circumpulsam, cutaneos ductus, nempe universalia emunctoria aliaque quæcumque pro ratione & quantitate veneni viscerum vasa excretoria subeat, & in Apoplematum parvulorum, modo infra exponendo, materiam faceat.

» Audi C. Celsum; necessarium est adversus venenata exorbere potionem meri vini cum pipere, vel quilibet aliud, quo calor movendus est, ne humor intus coire patiatur. Nam maxima pars venenorum frigore interimit. Omnia etiam Urinam moventia, quia materiam extendant, utilia sunt.

» Idem alibi, quæ *ἰσχυρὰ* Græci vocant, sive pustulas Latini, & rubent, & ex sudore (i. e. ex veneno sudore per ductus Glandularum excretorios expulso) nascuntur.

» Eiusdem mentis est Warthon noster (c. 27.) ubi materia affluens ad glandulas venenosa, aut contagiosa fuerit, oritur Tumor, veneno peculiariter respondens.

Visæ exemplum hujus infectionis, à bestiola venenata. Cantharides cuti adhibe, ingentem feri venenati vim evocant: locus autem inflammatus ac exulceratus pridie ichore liquidiusculo scatebat, jam crassiusculum pus est: & sæpius sequitur Urinæ ardor, satyriasis, & non raro mictio sanguinea, & non semel serum in magnos grumos per urinam effusum vidimus, ad eundem modum in variolis, serum à veneno infectum, quod intra habitum corporis est, eruptionem per renes & capitis ductus excretorios primo tentat; at cum primis insultibus magis vigeat & minus sero implicatur, hæc itinera inflammat, obstruitque; unde beneficio circuitus iterati in alios ductus cutaneos sub ichoris liquidi & vaporosi specie propellitur, at hic quoque ei exitus denegatur. Nam ipsa ductuum oscilla identidem inflammat, vesiculaque tollit. Atque hæc vesiculæ ichore venenato & crassescente paulatim replentur; mox ex calore perpetim appulso ex habitu corporis, quasi maturantur. Et plenè in crustas siccatæ, tandem spontè decidunt.

Ubi

Ubi autem semel intra ductus excretoribus transfretetur materia contagiosa, febris desinit: circuitu sanguinis jam expedito, atque ad integritatem restituro. Venæ itaque jam quietiores sunt, & tardius moventur sc. materia contagiosa unâ cum sero superfluo extra habitum corporis expulso: neque enim illi jam amplius cum sanguine res est, qui aliam scenam agit.

Vesiculæ autem cutaneæ materia contagiosa inflammata, jam, more cantharidum, serum in se superfluum & vaporosum indies trahunt, concoquanturque.

3. Aliud symptoma tussis, defluxio, & salivatio ab antiquis memorata; atque hoc quoque argumentum infectionis primariæ. Etenim in Lue venerea (cujus originem suo Tractatu à bestiola venenata similiter deduxi) idem symptoma sponte ortum aliquoties observavi; idque ex intermissione plurium mensium, iterum atque iterum rediisse: donec in Phthisin funestam hominem præcipitaret.

At, inquires, hæc non contingit nisi in confluentibus variolis & adultis: respondeo, id falsum esse, sæpius animadvertimus. Etenim in infantibus septem annorum, & in adultorum distinctis variolis salivam vehementer motam fuisse, sæpius vidi. Causam autem hujus symptomatis in variolis sic intelligo; nempe ubi ostiola cutis oppellulata sint, vapor insensibilis ac superfluous per ductus oris majores erumpere, necesse habet. Ita in infantulis, quibus excretio adhuc ignota est. Etiam si iis, perinde atque adultis, in os profluat, tamen illam deglutiant; quæ si copiosior sit, quam quæ digeri possit, citam in alvum interdum effluit; itaque & salivatio istiusmodi & diarrhœa salutare esse solent, quod non noxio, sed supervacaneo tantum humori eliminando (quod in stata sano fieri oportuit) inferviant.

4. Ictus venenati indicium est incerta & vaga quædam febris; etenim modo incalescunt icti, modo frigent, ac horreat: ita ut usu venit & variolatis.

5. Quod id genus morbus ferè orti solet in corpore maximè integro & sano; sine ulla prævia vel corporis vel animi passione aut dolore: pariter ac si quis sanus à bestiola venenata ictus fuerit.

6. Quod in hoc morbo semper sunt crises per abcessus & nunquam per evacuationem, scilicet more morfus venenati.

7. A primis authoribus, ut ab Alfaravio inter morbos cutaneos numeratur, scilicet scabiem & lepram; Id est, morbos ab infectione natos: ab aliis verò Arabibus in pestilentialibus propter malitiam, ponitur.

8. Quod apud veteres similibus pustulis synonymum fuit, quoddam serpentis genus, teste Plinio, Boæ serpentis, inquit ille, genus quoddam est; eadem quoque appellatio morbum quendam apud eundem denotat id est, rubentes quasdam pustulas. Nam, Ebuli folia, inquit idem, contrita, & è veteri vino imposta, etiam Boam sanant, id est, rubentes pustulas. Etiam si verò ex hoc loco nihil certi colligi potest de variolis; tamen verissimum est, morbum illum sibi cognomen à Bois serpentibus sumpsisse, tanquam à causa sua originali: ita ut variolæ quoque à sua simili causa oriantur credibile est. Huic conjecturæ favet Alfaravivus. Tumescit locus morfus à vipera, & super eum sunt ampullæ, i. e. vesiculæ inflatæ, ita ut reddatur ad modum ignis ustionis. Ebuli autem folia ad omnem ustionem apud veteres remedium nulli secundum est. Igitur & nomina & remedia morbis, à communibus causis oriundis, adhibuisse veteres credibile est.

9. Quod pleraque signa variolatorum, cum ictus à venenatis bestiolis communia sunt. De quibus vide Tom. IV, Pars II.

apud Scribonium Largum, Dioscoridem; aliosque veteres. Attende & confer cum signis variolarum infra recitandis.

A Pastinacea marina pars affecta livet, ac nigrescit per ambitum, illam si quis defricuerit, atra; crassa, ac graveolens sanies exprimitur. D.

A mure araneo nigra Pustula diluta (sc. aranea) aquosa sanie exurgit: proximæ verò partes omnes livent. Rupta pustula depasceas succedit ulcus. His accedunt urinæ difficultas. D.

A vipera pustulæ quales in ambustis erumpunt. Sanies è vulnere promanat: primum subpinguis, mox cruenta; urinæ difficultas. D.

A Dryina morfus pars ipsa affecta in pustulas attollitur: è quibus sanies aquosa profunditur.

Ab Hæmorrhœo demorsis ex plaga copiosus cruor effluit, & in quacunquæ alia corporis parte cicatrix illa fuerit, ex ea quoque sanguis emanat. Quin & excrementa cruenta rejiciuntur.

A Natrice sanies ex vulnere copiosa atra ac putrida. D.

A Cenchro putidum ulcus: altus sopor: & in carnis circumcirca velut aqua inter cutem. D.

A Cerasse demorsis pars in tumorem attollitur cum duritie, & pustularum eruptione: profuit è plaga sanies, modo atra, modo quadantenus pallida. Ipsum quoque genitale erigitur.

A Buprestis totius corporis extima facies circumtensa: urinæ suppressio. D. inflat totum corpus in speciem Hydropis. S. L.

A Cantharidibus, Sanguis cum urina ac cum dolore effusus. C.

A Salamandra maculæ livescens, & si diutius immoret venenum, putrescentes sanie manant. D. Livoribus quasi maculis variatur. S. L.

A Phalangis morfus pars affecta rubet, & velut aculeis compuncta conspicitur. Consequuntur lumborum dolor & perpetua ad reddendam urinam stimulatio, & ejusdem excernendæ difficultas.

A Scolopendra pruritus toto corpore perentescitur, pars incisa livet, & à morfu ipso exulcerari incipit. D.

A Scorpione pars icta indurefcit, livet, & cum dolore circumquaque distenditur; dolorque velut à puncto acu per universam cutem sentitur. D.

A Lepore marino sumpto, oculi exulcerantur, genæ inflantur. Urinam difficulter reddunt, & cum dolore. S. L.

10. Quod medicamenta ad ictus venenatos ferè eadem sunt apud veteres exhibita, quæ ad variolas ab Arabibus instituta sunt. Vide eosdem authores: lege, confer.

Sudoris excitatio, copiosa urinæ excretio, purgatio per alvum. Fœniculi succus absorptus. Marinæ testudinis testes. Opium ex vino; hæc communia: inter propria verò & peculiaris auxilia numerantur lac ficulneum in cinerem ex aceto subactum, Potiones ex cicere. Cancer fluviatilis cum apii semine. Potiones efficacissimæ ad ictum scorpionis, lac ficulneum cum vino, multa sudatio. Ad draconis marini idem. Sulphuris ex aceto triti potio. Ad viperæ morfus ipsa vini frequens potio juvat. Hæmorrhœi crematum caput potui datum cum vino: estantur & uvæ passæ. Ad mortum basilisci papaveris succus in vino. Ad Buprestem ficus vel aridæ, vel earum decoctum ex vino: item aqua ficus aridæ ad salamandram. Jus ranarum & ova testudinis quomodocunque cocta, conchyliis; locustæ marinæ, affaci, meri potio. Atramentum futorium aceto dilatum.

At, inquires, serpentes aut alia animalia venenata talibus morbis non efficiuntur. Qui sint eorum peculiaris morbi, planè nescio. Neque id cuiquam scientia naturalis, vix incepta, dicere patitur.

R Etiam

Etiamsi verò hi vel illi serpentes putà, stricte loquendo à morfu aut alias, contagiosi non sint; cum tamen liquidò constet, quorundam venenatorum & vehementer inficientium morborum interdum illi causæ primariæ sint; quid ni credamus, aliis morbis quoque (inter quos variolæ meritò numerantur) aliæ atque aliæ bestiolæ, à nobis incognitæ, ortum dederint, ac posse sic contagio in humanum deinceps genus propagari.

Si amplius quærat aliquis, cur hodie id malum ex morfu venenatorum animalium non, ut olim, oriatur? Id fortasse nunc quoque accidat suis locis in India, putà, aut alibi terrarum. Sed ob ignorantiam Historiæ Naturalis & populi indocti & superstitionis non animadvertitur. At in Europa minor ejus metus est. Etenim, ut C. Celsus rectè innuit, Peregrina serpentium genera, aliquando magis pestifera sunt, maximè quæ æstuosis locis gignuntur. Italia, frigidiorèsque Regionès hac quoque parte salubritatem habent, quòd minus terribiles angues edant. Verùm ubi inveniuntur, istiusmodi bestiolæ noxiæ, ex proprietate naturæ, malum, de quo loquimur, inferunt, neque aliquid de hac re nobis certò constat, nisi ex conjectura probabilis, suprà comprehensa. Atque hæc Historiæ ex Naturalis defectu.

Igitur jam dictum est de prima hujus mali causa, quam libenter deducere ab aliqua noxia & venenata bestiola, ad naturam plerarumque infectionum, hominibus primitus communicatarum.

Proximo loco rationes reddam, cur hæc labe hæreditaria quoque existimari possit. Quòd in aliquibus Familiis variolæ ferè exitiales sunt. Quòd fratres & consanguinei facilius inficiantur, quàm qui inter se cognati non sunt. Quòd interdum Sporades sunt, & sine ullo variolati hominis infecto per se exsuscitari videntur; semina itaque propagari posse in prolem, perinde ut de Lue venerea notum, ac de Hydrophobia magna suspicio est.

Novi quosdam, inquit, Willis à crapula & exercitio immodico in hunc morbum incidisse, cum præterea nemo circum circa in tota regione ægrotavit; nempe latentia semina per se commoventur, & inquinant sanguinis massam. Si hoc intelligatur de iis, qui à parentibus infectis sive variolatis geniti fuerint (& jam ferè totus mundus sub eo nomine cadit) libenter accedo. Sed cum satis constet populum Indiæ Occidentalis ante adventum Europæorum ab omni ævo immunem fuisse ab ea labe, & ad extremam perniciem & ferè depopulationem tum primò decubuisse. Haud faciliè adducor ut credam, ulla materna labe menstruata, seminisve naturalibus, utut vehementer motis, uspiam hunc morbum per se subortum fuisse.

Hæc autem inter rarissimè contingentiã agnosco. Nam modus infectionis communior est per effluvia in ære effusa ab homine variolato. Si quis itaque has pustulas in cute jam privatim efflorescere vult, non ambientis, aliquo contactu, sed ex inspiratu, æremque contaminari peculiari quadam malignitatis specie, & è sublimi causam habere, ei libenter accedo; modò ærem intelligat infici ab homine variolato & nox ex aliqua corruptione aeri insita, ut per insensibilem perspirationem alicujus variolis infecti inquinatus, ac ab alio inspiratus, salivam ejus contamine, necesse est, qua deglutita, ut nobis omni momento fieri solet, intra habitum corporis per itinera lactearum rapitur: quo ut sanguinis afflatus, delibutusque fuerit, ipso statim initio caput & lumbi dolent, febris accenditur: malo autem ingravescente, venenum cum sero superfluo, die tertio, aut quarto, foras expellitur, æque ductibus excretoriis profilit, & in cute efflorescens, mali speciem detegit, totoque denum corpore extuberant vesiculæ sui generis.

Atque hæc hætenus de infectionis modo, quo de homine in hominem transfertur, nempe per solum contagium & effluvia ab homine variolato perspirata. Atque hæc unica jam evidens causa est Variolarum.

Variolæ itaque sunt Pustulæ Venenatæ, primitus à bestiolæ ictu (putà) humano generi illatæ, nunc verò per se, rarissimè tamen, tanquam ex infectis parentibus hæreditario quodam infortunio genitæ, sæpissimè verò ab homine variolato in hominem translatae, ab effluviis ejus in ærem emissis, extra habitum corporis, & è ductibus excretoriis nusquam non cum febre continua protrusæ.

Morbum autem jam definitum dedimus; ejusque mox symptomata singula, atque prognostica paucis expedire lubet.

Effluvia itaque venenosa, chylo commissa habitum corporis subeunt: in ruptione autem vesicularum chylum constituentium (an ea saliva sit, quæ in jejunò lacteas ingreditur, aut aliquis humor refluus, aut nudus ær aquatus parum interest) ær venenosus expressus & liber vasa sanguifera in cerebro & ad renes maximè angustiora vellicat atque inflamat: unde pulsus concitator; majorque adeo calor, scilicet ab igneis particulis sæpius & vehementer compressis; at non hic finis mali. Etenim venenatus vapor sanguinis serum lentescere facit, more venenorum illatorum; unde vitatur ejus motus; nempe à lentore subitam sanguinis per venas sanguiferas tractionem prohibente, quo autem vehementior sanguinis impetus est, si is subito, ut par est, ex arteriis in venas transfundi non potuerit, eò maximè in ductus excretorios, ad communem anastomosis, quam habeant cum arteriis, divertatur, necesse est. At in ductus glandularum cutaneos jam expulsus vapor superfluus & venenatus istarum extrema oscilla similiter atque capillares venulas vellicat, ac inflamat, inque vesiculas elevat; non aliter, quam si à vesicatoriis, extrinsecus adhibitis, vitarentur, cur autem hæc occultorum foraminulorum oscula magis, quàm ipsi eorum interiores ductus corrumpuntur, ratio est, quòd suã naturã tuberosa sive capitata sunt, maximè si ab aliquo stimulo vellicentur; quod constat ex mirã asperitate cutis, si quando frigori urenti subito exposita fuerit; imò totidem Sphincteres sunt, vellevi offensã sese naturaliter contrahentes, itemque vestigia variolarum rotunda satis arguunt hæc ex oculis i. e. certis & determinatis locis, quasi cohibita fieri. Deinde, variolis deciduis, & sanatis earum ulcusculis, adhuc tamen restant vestigia horum oscillorum, mirè distenta ac nodosa; nec nisi longo tempore subsidunt, & intra modum naturalem contrahuntur. Postremò à venenato vapore erumpente afflata, & jam in vesiculas ab eo distenta, ob moram & torpidum motum humoris, per ductus transeuntis, perpetimque appulsi, & tantùm non oppellulati (nam extra sanguinis flumen sunt) quod plus acrimonie acquirunt, priusquam ad ea attigerit, acriusque jam factum & jam crassiusculum & sensim concoctum.

Itaque principium tumori variolarum intra ductuum orificia est; at continua extrusione novæ adpellentis materiæ sensim augentur, & extrinsecus protruduntur, donec ad justam magnitudinem, & crassitiam debitam pervenerint.

Atque hæc ratio est, cur in hoc morbo semper fiant crises per abscessus; nimirum ductuum excretorios orificia in vesiculas à veneno adpellente excitata, unde insensibilem evaporationem comprimunt. Cumque regressus crassescientium humorum in venas per eosdem ductus fieri nequeat; ut per abscessus tandem digeratur, necesse est.

Sympto-

Symptomata autem, quæ in hoc morbo animadvertuntur sunt, enarrare lubet; eorumque causas breviter explicare, quo natura ejus manifestior fiat.

Signa verò, quæ morbum instantem indicare solent, hæc ferè sunt.

Imprimis, Dolor Pulsatorius in capite, & Lumbis, de quibus ante dictum est: nempe à vehementi ægrè ob lentorem transfretati sanguinis, ejusque acrimoniâ venenato miasmate infecti, & ad renes & in cerebro resistentis, & inflammationem quandam membranis excitantis.

Vomitus immanis à veneno deglutito stomachum & intestina vellicante, si tamen vultus illud interdum effundi è sanguine ab habitu corporis; ut in sporade & singulari affectu, ex causa hæreditariâ & seminibus connatis, aut epidemico vehementiori; id fieri non potest ab arteriis in ventriculi tunicas dehiscensibus, prout Willis rem exhibuit; sed è ductibus excretoriis, quibuscum arteriæ immediatè committantur, in horum itaque ostiis irritatio ac punctiones, à venenata materia illuc propulsa, istiusmodi vomitus causa est; perinde ut pruritus in cute; & lachrymæ involuntariæ ab oculis effusæ; item sternutatio.

Pandiculatio frequens ad infarctum liberandum molesti humoris eadem de causa. Tremores in somnio & deliria incidere possunt, perinde ut in crapulâ.

Item somnolentia gravis ab obstructis vasibus cerebrum comprimentibus.

Tremores autem & convulsiones à vehementi acriori perspiratione vaporis venenati ab ipso sanguine expulsi. Raucedo ex aspritudine pustularum jam eruptentium, & ex inflammatione faucium.

Tussis, desaxio, & vehementius saliva mota; à perspiratione citiori, ob cutaneam alteram (ut dictum est) valde obstructam in illis patentioribus ductibus salivæ; nempe faucium & pulmonum.

Spirandi difficultas ab infarcto & inflammato pulmone, unde minus explicari possit & frequentius moveri, quæ difficultas respirationis quædam species est.

Febris intensa, rubor faciei, & intumescencia, à nimio sanguinis fervore, quo arteriarum pulsus tum maximè extenditur, ad ipsas venarum capillares, uti clarè cognoscitur, quod pulsus sentitur etiam in extremis digitis, ita rubor eandem producit, à pulsus extensione, ejusque insolitâ micatione.

Ubi autem venenum, horum malorum irritamentum, foras certe in ductus excretorios cutis expellitur ex magna parte (quod triduo aut quadriduo fieri solet,) compressio, cordis & arteriarum vehemens & extensiva, quæ calor causa est, remittit; cessatque febris.

In altera autem periodo septem ferè dierum, quæ accidunt, morbi statum & eventum indicant: atque ea hujusmodi sunt.

Pustularum egressus, qui supra expositus est; nempe materia eruptens, pro sua natura venenosa, vesiculas excitat, quæ cum rubore ac inflammatione maturantur.

Siccantur autem, quòd nihil amplius humoris ad illam partem pervenire potest; scilicet vesicula undique clausa ac indurata: vix tamen fieri potest, quin aliquot, inter tot innumera ostia ductuum, libera, & aperta sint; utpote ab infectione integra & illæsa.

Vesiculæ initio rubræ, ab inflammatione; deinceps crystallinæ, à vapore aucto viscidoque: mox opacæ & albide, ab eodem incrassato siccescenteque.

Si molles, minorem inflammationem indicat.

Si paucæ, veneni quantitas, & qualitas exigua.

Si distinctæ, paucitatem materiæ infectæ arguit. Nam accumulata, diffusæ, & confluentes ex copia ejusdem sunt.

Si rotundæ & fastigiatae, salutare; quòd magis ex-

Tom. IV. Pars IV.

tra habitum corporis materia Variolarum protruditur; minorique adeo molestia maturantur; utpote longius à circulatione sanguinis.

Si eadem per solam cutim eruperint, neque viscera nobiliora intra afficiantur perspiratio liberior; quòd alicubi ex bona parte aperta sit; unde salutis major spes est.

Si intra fauces quoque & gulam & ventriculum, & intestina egressæ fuerint; nempe ultra habitum corporis, & in primis viis, venenum & chylo & sanguini denuò permisceri, & febres aliæ suboriri poterunt, sive alia viscera extrinsecus, ut pulmones, hepatis, cerebrum, &c. variolis scateant, non minus periculi impendet à febre redintegrata, & denuò succensa ex tardâ & incertâ suppuratione, aut majoribus Ulceribus innascentis, sc. in partibus mollibus & teneris.

Si eruptioni antecedit levis febris; & ab eruptione cesset, vel plurimum minuat, vel in tuto est; quòd materia contagiosa, per pustulas eliminanda, & pauca & mitior est; maxime si cætera concurrant; nempe, vox libera & respiratio facilis; documento, nec pulmones, nec fauces internis variolis aut parè admodum affici.

Variolæ tardè eruptentes. Id est, venenum intra sanguinem diutius immorans, arterias oppellat, sanguinemque ipsum corrumpit; illum in pus quoddam incrassando, non aliter, quàm in oculis ductuum excretoriosum usu venit.

Multæ, copiarum argumentum venenatæ materiæ; adeoque ægrè ad cutem expressæ.

Magnæ, aliud copiarum argumentum.

Duplices & continuæ, idem ipsum.

Depressæ ob nimium lentorem & tarditatem in egressu: ergo mediis ductibus corrumpi videtur vapor contagiosus; & retrogredi in sanguinem metus est; à quo magna discrimina impendent.

Duræ, ob majorem inflammationem.

Virides, lividæ, nigræ; corrumpitur ipsa vesicula & caro circum circa à materiæ venenatæ summâ acrimoniâ.

Membrana autem continens sive comprehendens pustulam, vesiculæ more, circumcirca tenditur, ac inflammatur. At in vertice summo tenuior est, & minus evaporationi resistit, maxime si illa contractum & constrictum sit ductus alicujus osculum: ad reliquum verò ejus ambitum crassior est ac compactior, certè propter ipsius ductus parietes crassiusculos; deoque minus ad latera perspirabilis, magisque adeo extrorsum premitur humor, vesicula contentus. Cum itaque ad pustulæ verticem perspiret, in quem universa bulla nititur; si appareat ibidem macula nigra, etiam si totum reliquum pustulæ melioris sit coloris; dubia salus est; scilicet ob contenti humoris summam putredinem incipientem; quæ vicinos parietes subito insicere possit.

Variolis admixtæ purpuræ, sive peticulæ, si lividæ & nigræ deterrimi ominis sunt; si statim ab eruptione evanescant, mors in propinquo judicanda est; Quòd nihil in hoc morbo semel coagulatum evaporare solet, aut expurgari sine suppuratione: ergo reassumitur in sanguinem: atque ita sanguini permixtum venenum, illum crassescit, & tandem putrilaginem corrumpit. Atque harum affectionum erunt necessarius effectus urina nigra, ac sanguinea; fæces alvinæ & sanguinæ; vel ex pravo sanguine, ab summa acrimonia, & obstructione primaria arteriolarum, unde per ductus excretorios, renum, putæ, & intestinorum, erumpit.

Ita Hæmorrhagia quælibet, à suppressis pustulis, periculosa est.

Febris magna, copiam ingentem materiæ venenatæ per pustulas expurgandam arguit; adeoque periculosa.

R a

Si post

Si post eruptionem verò non minuatur; igitur ubi intra sanguinem supersit plurimum ejusdem materiae, quæ nondum erupit, res ferè ad mortem tendit. Reliqua per se ipsa patent.

Jam dictum est de morbi ratione, ejusque symptomatis quibuslibet.

De hujus verò morbi contagio privatim quæritur causa, cur infantibus & pueris magis familiare sit; firmior verò ætas & adultior minus læcesseretur; itemque cur unusquisque his, aliquando in vita, necessariò consistari debeat; ut neminem posse secundo, aut tertio prehendi; Denique, cur complures annos sileant, & certis annorum intervallis sæviant in plebem? Respondeo. Infantes non magis huic malo opportuni esse videntur, quam aliis quibuslibet morbis contagiosis; nempe ob summam naturæ teneritudinem ac quandam ejus perfectionem. Sed in eo fallacia est, quòd, cum tota vita homines infici soleant, vix unus è mille pubescentiam integer attingit; Deinde, annorum intervallum (quantum animadverti) quibus grassatur iste morbus, lustrum aut sesquilustrum raro excedunt, quo fit, infantes posse bis aut amplius infici, antequam adoleverint. Denique integræ nationes, ut dictum est, apud Indos à nostris hominibus variolatis simul infectæ sunt, & perièrè ferè ad interuccionem, propter ignorantiam curationis; quod à fide dignis testibus, Marilandicæ incolis, habui argumentum, morbo illo & puerum & adultum æque subjectos esse. Neque enim ullus tutus est, nisi qui prius morbum perpeffus fuerit: siquidem rarissimè, certè ego neminem bis infectum memini, præter unam fœminam, quæ in hac urbe, me teste, intra annum variolis bis decubuit, & convaluit.

Magna verò ex parte hic morbus, etiamsi contagiosus, salutaris est; quòd ferè subito venenum foras & extra habitum corporis protruditur; cujus quidem egressui tenera ætas à ductibus suis excretoriis, dilationi valde aptis, opportunior est; humoresque ab eis excreti, naturaliter fluidiores sunt. Ita, quòd semel tantum hoc malum hominem aggrediatur, ejus lenitati ex parte, & puerili ætati, in qua ut plurimum ægrotet, attribuendum est.

Intervallorum autem ratio est, cum omnes pueri alicujus domus, putà, aut oppidi aut urbis (unis Londinis exceptis, propter ejus enormem magnitudinem, & perpetim advenientium multitudinem) ferè intra aliquot menses annumve decubuerint; nec alii ibidem inficiendi restent. Igitur extinguitur, pro lilo tempore, malum; donec nova soboles subcrefcant variolanda. At fatendum est, aliquos illà felicitate natos esse, ut integri & valde senes moriantur.

Ad Therapeiam propero, sed antequam ad curationis rationes procedamus, illud ante omnia meminisse oportet, hunc morbum (ut dictum est) ferè esse salutarem, in variolis natura omnia perfectissimè facit, inquit R. à Fonseca, natura sibi permiffa negotium suum suo tempore exequitur, ut nostra ope non indigeat, suis viribus optimè instructa, Sydenh. et salutare non illo nomine illas appello, ac si ex aliqua naturæ necessitate ita nati essemus, ut morbo, à morbosa aliqua crisi ad perfectionem sanguinis humani opus esset. etenim, quid nostri & brutorum sanguinis interest, ut illa istiusmodi sanguinis despumatione non indigeant? quid nobis ex omnibus animalibus ad sanitatem integram conficiendam lustrationes morbosæ usui sint? cur prioribus mundi seculis hæc vada perierunt; gentesque Americanæ à prima mundi origine ad superius seculum, tanti morbi beneficio caruerunt; Quicquid itaque vani homines de eorum methodo, in hoc morbo curando, nuper jactarunt, non sine ingenti cautela & suspitione admittendum est. Etenim cum res naturaliter ad sanitatem tendat, quid tua auxi-

lia magnopere laudas? an non supervacanea aut noxia potius censenda sunt? his certè remediis populus non utitur, & tamen vix unus è quadragesimo ægrotò apud plebem moritur. institue computum tuum, de tuis (scio) multo plures occidunt. Deinde hanc rem (nempe, invitis medicis, morbum de sua natura plerumque salutarem esse) abundè confirmant vel contradictoriæ rationes: medendi adhibitiæ, tamen sub utraque methodo sani evaserunt ægri. Etenim alii calore & sudore haud modico eos perpetim nutriunt foventque; alii contra frigore poros constipant, crudumque aërem magnopere laudant; omnem sudorem diligenter cohibent, & vel apertis potius fenestris decumbere, operimenta lecti tollunt, omniemque perspirationem vehemente compriment, etiam pedibus in frigida demissis, quod ipse vel impune factum à quadam muliercula in cura filii sui adulti me aliquando vidisse memini, ipsis variolis tunc temporis egressis; alii alexipharmaca sedulo exhibent, & in eis omnem spem ponunt; alii contra in refrigerantibus; nempe leni cerevisia, larga manu propinata, lacte & coctis pomis victitare; vinum verò & juscula nutritiva omnino vitanda esse diligenter clamitant; alii quos novi, variolis egredientibus alvum ducunt, imò purgationem haud minorativam moluntur; alii contra omnino alvum moveri vetant; alii hypnotica continuè exhibent; alii istiusmodi aliquid dare metuant. Profectò nullus finis esset huic incepto Tractatulo si singula remedia & medendi vias, animi causa institutas, recenserem; ab iis tamen omnibus Natura ferè impune sese subtrahit, victorque evadit. Annon itaque, supra modum arrogans es, tu qui tua præ omni methodo effers, & aliena despicias? profectò an turpis lucri, aut meræ & inanis gloriolæ mancipium sis lector æquus judicet.

Sed ad rem. *Intentiones curativæ* ea cautione instituendæ sunt, ne quid detrimenti naturæ, ejus vires minuendo, contingat; sed ejus motus criticus omni modo adjuvandus est: interim alexipharmacis contra malignitatem pugnandum est; & symptomatis, si gravia sint, occurrendum est.

Hujus autem morbi tria tempora, ab ipso Avicenna, numerantur, nempe primum, quamdiu ebulliat sanguis, quod ferè inter quatuor dies finitur; alterum, ab egressu & apparitione variolarum, scilicet à quarto ad septimum; Tertium, à statu, qui undecimo à decubitu viget, quando nimirum declinare incipit morbus & pustulæ exiccantur, deciduntque. Atque, hoc tempus ad quartum decimum diem, & interdum ad vigesimum extenditur.

In primis autem Febris diebus Sanguis omnino mitti debet, eodem Avicenna autore, si necessarium sit; imò etiam egressis variolis, si vehemens repletio & materiæ dominium id requirat; & si primum non completè, iterum fiat, aliter timenda est extrema sanguinis corruptio. De Emeticis verò, Purgantibus, aut Enematis prorsus silent Arabes. In hoc utique, consentiunt moderni; nempe plenitudinem sanguinis etiam in hoc morbo evacuationem indicare; itemque crapula vehemens, exercitium, ex frigore tussis, & similia.

At plurimi in hac Febre non convenire ajunt Purgationem ullo pacto; ne levi fluxus malignus concitetur; ne natura impediatur suo motu, qui est ad cutim per abcessum. At nullus quidem dubito, quin ob prædictas in sanguinis missione, causas, illam & enemata & emetica commodè interdum exhiberi posse.

Porro in hoc tempore, eodem autore, Cibatio fiat ex lenificantibus cum vel repercussione, ex jujubis putà, dactylis, lentibus, cucurbita, cum Tamarindis, & si non obedit iis Febris, adjice super eos cibos [nota hanc Persarum cibationem vul-

vulgarem fuisse, non medicamenta) & in ipso principio apparitionum, rob ribes, putà, cum Trochiscis Camphoratis; scilicet medicamenta ad febrem leniter extinguendam accommodata. His verò nocti homines, ex consuetudine quoque victus quotidiani, & inter nos usitati, ex cerevisia tenui lactis ferum coctum, vel hordeata, & avenacea juscula exhibent.

At frigida ac acida quævis nocent, inquit Willis. Fatendum est, & Tamarindos & succum prunorum ita se habere; quos tamen Avicenna in hoc tempore inter mitiora lenificantia ponit. At tu velim cogites, Persiæ aut Arabiæ regionem calidam, & nostram septentrionalem multùm differre. In illa quidem sanguinis missionem, & leniter refrigerantia magno & necessario usui fuisse, facile credo; apud nos verò propter consuetudinem victus, aërisque ad frigus ferè semper tendentis, & modicè data alexipharmaca, & plenior cibatio, maximè usitata, minus nocent. Nec nisi vino deditis, & valde plethoricis juvenibus, & ex vehementi exercitio correptis, aut Urbanis, in crasso aëre degentibus, quibus perspiratio minus libera & impedita est, sanguinis missio, aut alia evacuantia, aut refrigerantia adedò necessaria sunt.

Ita sanguis non propriè mittitur in variolis, sed ex accidenti tantùm, ut symptomati alicui succurratur; nimirum si quis variolis corripitur contingat ex vehementi exercitio, aut crapula, aut ex frigore, huic quidem rectè sanguis diminuitur ad febrilem ardorem aliquatenus reprimendum, sed non ut variolæ minus malignæ, aut pauciores numero fiant, aut commodius expellantur: etenim una sanguinis integritas & plenitudo & melius earum malignitati auxiliatur, & insensibilem perspirationem, in qua valetudinis unica spes est, promovet. Ita ferè in Hydrope omnis perspiratio & sudor cessat, quod sanguis integer non est, sed sero superfluo supra modum abundat.

2. Apparentibus verò variolis, quod secundum tempus, ex mente Avicennæ, erit infrigidatio causa magni erroris; quòd retinet superfluitatem interius; unde ad viscera principalia defertur. Deinde, variolis exire & apparere haud possibile est ex pororum constrictione; unde accedit inquietudo, angustia & interdum Syncope.

In hujus autem dispositione, oportet ut juventur superfluitates cum iis, quæ faciunt ebullire, & aperiant oppilationes, sicut fœniculum, apium, ficus, quæ vehementis sunt expulsionis ad exteriora: lentescas, lacca, tragacanthi, quibus Crocum addit Rhafis. Nam illa expulsio est una de causis evasioneis à documento earum.

Porro oportet ut cooperiatur, & elongetur ab aëre frigido, & propriè in hyeme, secundum custodiam sudationis. Frigus enim oppilat poros & redire facit variolas retrò. Item multitudo aquæ frigidiæ cum nive; & introitus in domo venti, mala valdè sunt. Et fortasse sanguinis missio in hoc tempore est mala, quod repellit, & convertit illud, quod egreditur; quare omnino caveatur post duos vel tres dies ab egressu.

Et quando accidit ex coopertura pannorum & calefactione quasi Syncope, tunc infrigidatio fiat, vel odoribus ex camphoratis: sed si detegendum quoque corpus est, & domui venti & aër frigidus intromitendus, paulatim id fiat. Et similiter de Adjuvantio cum calefactione i. e. de medicamentis calefacientibus, ut ea quoque paulatim dimittantur.

Et cum incipiunt exire, & non invenitur cum exitu earum alleviatio, imò invenitur caliditas inflammata, & lingua ad nigredinem declivis; tunc cave, re calefacias.

Toto hoc tempore, inquit Willis una & conti-

Tom. IV. Pars II.

nua crisis est; quare nihil temere movendum est: lenis & blanda diaphoresis continuanda, cardiacis moderatis aliquoties in die exhibitis.

In fine autem ejus temporis, ex eodem Avicenna, oportet ut conservetur natura, i. e. vires ægri, & cibetur lentibus, bis elixatis, i. e. victu fortiori; & acetosis cum succo granatorum, Sumach, Agresta, aut similibus.

Item in hac statu, hoc est, ad finem secundæ temporis, quæ incrassant sanguinem, cumque in frigidant, & ab ebullitione prohibenda sunt: inter quæ robi ribes, & agresta & succi frigidorum fructuum, ut limonis, succi lactucæ, & foliorum papaveris viridium.

3. Ubi verò dies septimus pertransit, & apparet in variolis maturatio, siccantia adhibenda sunt, ut salitio &c. in conservatione pulmonum, putà, nulli secundum est lenè illud Lohoc ex lentibus cum semine papaveris.

Hactenus de curatione ex primis autoribus, & præcipuè ex Avicenna; jam videamus quid de ea re occurrant nuperi quidam scriptores, & quid novi adjecerint. nam de hoc præcipue morbo triumphos celebrant bini, ac idem directè adversarii, veteribus quibuscumque aliisque scriptoribus, ad nostros usque annos, prorsus inconsultis, neglectisque ac si ante eos nunquam in homines fuisset ulla alia literatura, quàm sua. Nempe ob novas morbi causas detectas, ob novam morbi historiam, ob nova denique remedia, certè nova methodo exhibita. Illa itaque tot tantaque paucis pro instituto nostro percurrere non pigebit. At, inquit, quid nos redarguere velis, cum ipsa Arabum methodus, quod ab Hippocrate & Galeno non instituta sit, æquo jure vel negligenda vel amplectenda est; aut alia quævis nova libere adaptari potest, rectè. At Arabum methodus tua est, & non nova, imò ipsa remedia Antiquorum sunt, etiam si morbus novus sit.

In primis ex his viris alii sunt, qui venenum, aut aliquam in hoc morbo malignitatem omnino rejiciunt; sed si aliqua gravissima & pestifera signa accedant, ea omnia malo regimini vel nimis calido vel nimis frigido omnino adscribunt; imò & ipsam pustularum copiam & confluentiam, & purpuras, & mictum sanguineum; atque id genus alia, si quæ similia & mali moris fuerint. Etenim hi variolis litant, tanquàm malo cuidam necessario (ut supra dictum est) ac utili, ad complementum sanguinis instituto. Quippe sanguinem, ajunt, semel in vita novam formam induere aptum esse, ob succorum, illum constituentium, opulentiam. Hi musteum Arabum fermentum valdè deperunt. Etenim illam despumationem sanguinis, semel in vita omnibus hominibus exequendam esse, cum Rhafis existimant; neque enim iste variolarum morbus iis aliud esse videtur, quàm necessaria quædam ac naturalis Renovatio sanguinis. Infectio autem, quæ in variolis animadvertitur, ceu quædam caprificatio est, tanquam ex vicinia similium fructuum. Mirabilis sanè atque ingeniola explicatio! ita hic verè morbus non est, sed quoddam humanæ naturæ perfectivum opus, sive complimentum, ac tanquam ultima manus, quo mustum puerorum in vinum adolescentium conficiendum est: quod tandem in senibus, inquit Rhafis, acescit. Ita & Alfaravius, ex sanguine adolescentiæ ad juventutem variolati, ut ita loquamur, transmutantur. O bestia hæc ultima mundi secula! si quis jam senex (nam sunt valdè decrepiti, qui hoc morbo afficiuntur) variolatus sit, renovatur ejus sanguis; ac in statum adolescentiæ revertitur. Imò ex hac doctrina optima ratio elucescit, cur antiqui Medici variolarum nullam mentionem fecerint, quod inter morbos tantum beneficium reponere indignarentur.

R 3

§6d

Sed vereor; ne hæc à Mahometanis illis Arabibus ironice dicta sint, nostrosque homines, non advertentes illos vini olores fuisse, adeoque omnia mala de illo dixisse, seductos in vini, facillime ita variolarum bonam opinionem fuisse. Ad eundem modum Romani Iterum morbum Regium appellarunt, non propter aliquam excellentiam in illo morbo, sed quod reges populo Romano maximè inveni fuerint: ita odium nomen morbo sædo imposuerunt.

Etiamsi verò exigui momenti sint, quæ pro innocentia variolarum attulerunt; iis tamen, ne causa proflus indicta, breviter respondere lubet.

1. Quòd non momento fieri potest tanti puris apparatus ab aliquo contagio, quantum in hoc morbo seceratur. At vis exigui veneni immensa est, e. g. aliquot guttulæ in morfu venenato, alicujus serpentis, puta, effusæ, totum corpus in putrilaginem subito convertere potis sunt. Audi sis Dios, quantum est quod à Phalangia morfu ingeritur, & universum corpus excruciat, quanta enim censebitur, si vulnus spectes scorpionis, & aliorum ejusmodi corporibus nostris perniciem afferentium magnitudo? & horum tamen aliqua vehementes cruciatus excitant, alia putrefaciunt; alia denique quàm primum perimunt. Venenum verò variolarum ejus naturæ est, ut sanguinem ad triduum aut quadrudum exagitare soleat; antequam pustulæ apparent, easque sensim nutriti ad aliud integrum septiduum, priusquam ad summum incrementum & statum pervenerint; spatium certè satis longum ad totam sanguinis massam corrumpendam; ut contrarium difficiliùs multò intellectu sit, quòd à tanto veneno non semper corruptio.

2. Quòd rarissimè aliquis bis inficitur variolis, at in Luc Venerea, aliisque morbis contagiosis sæpiùs. Sat est malitiæ semel infici, & sævire in populum. Deinde, malum hæreditarium esse (ut supra comprehensum) magna suspicio est. Denique; Hist. Naturalis adhuc tantùm in incunabulis est: unde hujusce Quæstionis de proprietatibus venenorum responsio idonea privatim peti oportuit.

3. Particulæ variolarum in massa sanguinea divise satis puræ sunt; concretæ verò & expulsæ in abcessibus demùm corruptelæ cujusdam speciem induunt. Hæc autem à te gratis dicta sunt. Pustulæ tibi videntur quasi malignæ, at materia, ex qua pustulæ fiunt, innocua. Verum & effervescencia ejusque symptomata in ipso morbi initio non rarò gravissima & lethifera æque indicant venenum in sanguinis flumine contineri, quàm ipsæ pustulæ in cute effusæ.

4. Vestigia, ais, profunda in omni ulcere fiunt. At in variolis non rarò contingunt alia certissima veneni signa; nempe in piebe infima, & ubi nihil à quoquam exhibitum est, nempe bubones, petechiæ, variolæ virides, lividæ, nigrae: mictio sanguinea, dysenteria, & id genus plurima alia: nisi aut oculi perditio ab ulceribus mali moris, item interdum totius alicujus artus, sideratio, &c.

5. Denique, ais, vultus quorundam à variolis non deformari, sed tanquam à naturæ designatione, ad meliorem pulchritudinem figurari. Ita milites cicatricibus, maximè ex iis, quæ in facie acceperint, vulneribus confectis gloriantur. Pulchra femina, pulchrior variolata. Optima sane mulieribus consolatio, quibus forma tantæ curæ est. At speculis, credemih, nimium fidem habent, malintque suam naturam, utut deformes fuerint custodire, quàm novæ obtinendæ se infidis variolis credere. Profectò evaserint licet, amabilis tamen ille nitor, & genarum elegantia, quæ in cutis tantùm integritate & tenuitate constat, funditùs perit.

Illud interim tu notes velim, etiamsi variolæ in primis ejus viri scriptis ei parum aut nullam putte-

dinem indicaverint; idem tamen inspectione diligentiore (ut credi amat) plurium insequentium annorum, adhibita, anomalas nescio quas variolas observavit, id est, extra normam & doctrinam à se primò propositam. Ac tandem in ejusdem posterioribus curis intensiorem putrefactionem suboluit; quod generabatur ex crassiore, & fœculentiore materia; maligniore dicere noluit. Maluit enim variolas non esse sibi similes, quàm Hypothesin, semel evulgatam, renunciare. Imò, ipso authore, confluentes variolas, aliquibus annis ipsam Pestem perniciè interdum æquare. An in peste nullam malignitatem inesse credis? Imò idem vir miratus est, alias variolas ejusdem ferè speciei alias & planè contrarias indicationes, quàm olim si proposuisset, & usus esset, subinuisse. At nullus dubito, quin in hac tanta urbe quotannis eadem symptomata, pro numero ægrotorum, & singula, quæ forte unquam in hoc morbo à quopiam animadversa fuere, in aliis atque aliis ægris exhiberi; etiamsi per accidens huic vel illi medico sui plerique ægri possint sic vel aliter affici. Unde concludo, variolas (utut per se & ex eventu ferè salutares sint, tamen quòd ex venenata causa primulùm genitæ sint) semper malignitatem præ se ferre.

Hæc autem ultima non adjeceram, nisi quòd, mihi, ejus scripta omnia perlegenti illum prioris doctrinæ tantùm non pœnituisse visum fuerit: donec tandem in ejusdem opere posthumo legerim, symptomata anomala; i. e. omnia in variolis, ipso interprete, perniciose, à malo regimine supervenire easque naturaliter & per se boni moris esse. Ita de Luc Venerea concipe, de Hydrophobia, ullovè alio morbo maligno & venenato. Nam omniam par ratio est. Quasi dicas illam primam in Gonorrhœa fere, & urinae ardore, vesiculisve aliquibus in pene cancris comprehendi; sed si quando vehementiora & minùs usitata & malefica symptomata contigerint, ut bubones, nares faucesve cancris, pustulæ exedentes, intolerabilis dolor in capite, aut scapulis, nodi, exostoses; hæc omnia anomala esse, & à malo regimine orta. Igitur, ut videtur, vel ejus vestigiis tibi pressius; ô medice! in posterum insistendum est, vel omnis culpa, si quid funestum acciderit, in te rejiciendum est.

Illud verò non prætereundum est, quo se quoque contra venenum protegere videretur; criticè, ajunt veteres, variolas erumpere, curamque adeo peculiarem nullam postulare, hoc inter alios Augenius exhibet. Ita nosser; natura sibi permilla negotium suum suo tempore exequitur, ut nostra ope (in junioribus) nostris artificijs, atque auxilijs non indigeant. Concedo equidem cum Avicenna in variolis esse quendam modum sive peculiarem quandam crisi: at concoctionem materiæ alicujus morbificæ, quæ criseos maxima ratio est, Variolarum eruptioni præcedere, vehementer nego. Illud autem affirmo; si nullam esset in variolis venenum, insensibili perspiratione, aut alijs medicamentis purgantibus domari & evacuari, & non per pustulas necessariò solvi, poterant. Quod tamen nunquam accidit alicui, vel temerario Medicastro. Alfaravius quidem omnes infrigidantes medicos nostri sæculi multis parasangis anteivit; maximè in primo Variolarum tempore; nempe in sanguinis missione ad syncopen, & frigidæ, immensa & confertim exhibita, portione; eaque sæpiùs repetita paucis horis. At, quantum video, sine successu. His tamen non obstantibus venenum intra habitum corporis resistans (quod neque extinguì, neque ulla evacuatione tolli potuit, adeo totum sanguinem jam infecerit) sanguine circumactum, ipsa sua eruptione perpetim & necessariò, sub specie vaporis supervacaneæ per oscilla cutanea, ea tandem corrumpit; atque in vesiculas excitat, inflammatque; in his vero superfluis & venenatis, jam cohibitis, & à libero

exiſſu

exitu præpeditus, postquam ad summam distensionem & magnitudinem vesicæ pervenerint, in pus, ex sua natura (nempe quod serum extravasatum sit, ut pus ex vulnere, aut macus putridus ex coryza) densatur, ac maturatur.

Atque hæcenus de Variolarum malignitate breviter dictum est. Paroximo loco ad eandem novam (ut credi amant) Therapeiam, & medicamenta sive medendi methodum procedo.

In primis diebus, ais, ebullitio nec nimise vehi, nec nimis minui debet; idque ad ravin usque repetis. At dic quis medicus, unquam aliud dixerit nemo, quod scio, ab Avicenna ad ipsum te. An non idem sedulo inculcat Willis; & egregium, ubi opus fuerit, exemplum infrigidationis in juvene, calidis ferè ad necem oppresso, exhibuit?

Porro ais, Variolas ante debitum tempus nullis remediis erumpere. Tua itaque inaudita ac mirabilis cautela de intempestiva eruptione vana est; ita nec prohibent alexipharmaca, ut affirmas, exhibita, nec tua refrigeratio promovet.

At rursus, inquis, materia Variolarum in sanguine primis diebus cruda est, & nimium dispersa per sanguinis massam, ejusque particularum collectioni & inter se coitioni tempus dandum est, antequam egrèdiatur. Hæc autem gratis dicta sunt. Etenim venenum cruditatem nescit; acrior quidem ob moram & ignitionem sanguinis fieri potest, sanguinemque adeo plurimum corrumpere.

Præterea, ais, quo diutius natura separationem molitur, & perficit, eò certius & universalius eadem absolvitur. Ita ex tarda ebullitione, variolæ distinctæ, ex festinata verò ac vehementi, confluentes. De tempore autem eruptionis aliter senserunt primi authores, nempe si apparent in die tertia est materia mediocris; & si tardant usque ad quartam diem est tardæ digestionis, i. e. difficilis: nisi allevietur æger, & è contra. In eo verò falleris, nempe dum separationem, nescio quam despumationem, particularum morbosarum congregationem, earumque concoctionem, secretionemque (nam his aliisque multis id genus vocabulis tuis lætamur) in ipso sanguine fieri vis; pusque esse genuinam prolem hujusce materiæ secretæ: puri itaque debent respondere particule à sanguine secretæ. Sed & res & ratio falsa est. Quippe nihil à sanguine secernitur, nisi ejus superfluitates, tanquam in sanis. Hæc autem veneno infectæ, erumpentesque atque in osculis ductuum cutaneorum paulisper deventæ, ob naturalem partium illarum constrictionem, configurationemque exiguas vesiculas excitant, eademque in majores in dies eminent, ex appulsi novi feri evaporandi. Ac iste humor, qui primum partim tantum lentus fuit, excretoriis, maxime ex morâ & calore partis jam venenatæ, in pus convertitur. Id quod abundè testatur, ad statum usque, ruborem, inflammationem ac tumorem (etiam quando ad perfectam maturationem variolæ attigerint) perseverare, & spectabilem esse.

Cur autem ferè ante quarti initium non apparent, ratio esse potest; quòd ubi serum ex veneno paululum lentescat multo difficilior per ductus cutaneos, at cum liquidius fuit, transferatur. Item cum variolarum apparitio ex osculorum ductuum inflammatione & in vesiculas tumefactione consistat, id non subito, & ex primo vaporis venenati exitu, sed pro natura mitioris & minus acris veneni, plurimèque sanguine sano diluti, alterum & tertium diem requirere ad partem solidam & nodosam (quales sphincteres sunt) elevandam in tumorem inflammatum. Sed interturbo te, dic reliqua. Nemo, ais, perit ex Variolis, quòd non eruperint; sed multi, quòd cum eruperint bona spe, præmaturè detumescere pustulæ.

Imò aliqui, (quod ipse testor, ac alii mecum medici) periire ex syncope, & convulsi plurimi mortui sunt in primo variolarum tempore, ante eruptionem, ut ubi levissima tantum earum apparitio fuit. Et quid in primis insultibus, ubi omnium gravissima symptomata esse consueverunt?

At, inquis, in despumatione prohibita & nimium imminuta ebullitione pabulum & materia deest Variolis conficiendis? Itane credis multos ex materiæ morbosæ defectu enecari? nempe designavit natura tot pustulis tantam materiam morbosam: igitur cave subtrahas tantæ fœturæ optimæ spei sanguinis renovandi feculentias; sed tanquam bonus Oeconomus distribue annonam pro instituto tempore, ne ex inedia pereant, antequam adoleverint.

At Fabula nondum finitur. Si secreta materia ex quavis causa intrò revocetur, eandem ægro certam necem inferre; illam verò corruptelam, ex secretionem malè peracta, sibi acquisivit non ex aliqua malignitate. Periire quidem superiores tuæ variolæ ex inopia materiæ secretæ; hæc verò ex reassumptione materiæ suppuratæ. At malè meministi te, velut fundamentum, postuisse, suppurationem omnem in sanguine factam fuisse; innocuum verò pus è sanguine exiisse; quare itaque si idem denuò sanguini commiseri contigerit, mortem tam citam inferat? hic siles: tantum innuis aliquid in secretionem malè peractam fuisse. Ego verò nihil omnino, cum nihil usquam è corpore in hoc morbo secerni audacter affirmaverim præter superfluum vaporem veneno infectum. Agnoscis tu hominem occidi ob nescio quam corruptelam, quam tamen malignam esse noluisti. At certissimos nos facit Historia medica aliorum abscessuum pus, per ipsum cor posse traduci, & multo tempore cum sanguine circulari impunè, & citra corporis noxam, nedum mortem. Clato documento, inesse puri variolarum retrogrado venenatam & exitalem.

Insuper urges ex leni ebullitione & refrigerantibus egressionem pustularum fieri & faciliorem, & promptiorem: quasi dicas, à leni pulsu facilior ac promptior circulatio. Hæccine est tua œconomia?

Ad alexipharmaca quod attinet, inquis, iis non opus esse in confluentibus, quia major inflammatio est. Malè rem intelligis; siquidem illa dantur propriè & privatim adversus venenum, non expulsionis solius causa, ubi autem major inflammatio, ibi majorem malignitatem subesse, credibile est.

Ejusdem quoque commatis est, quod sequitur; nempe in declinatione, ubi secunda febris, sedulo refrigerandus est æger, ne sudet.

--- nudus

In Tyberi stabit, casus medicusve levaris

Ægrum ex præcipiti:-----

Ubi scilicet, Cardiacis maxime opus fuerit; nimirum ab inanitione tot tantarumque pustularum, & à tenui victu plarium dierum ferè prostratis! temeraria sanè cautio, cum ipsa secunda febricula, si quando acciderit, à nimia inanitione oriri possit; ut in Hæctica & Phthisi.

In adultis Ptyalismus sæpè supervenire solet; atque hic Epilogus est. Morbus, inquit ille, se expurgat novo hoc per salivationem modo, idèd minus de pustulis curandum est. Salivatio pustularum loco est. Minime quidem; quippe nulla evacuatione Variolas formatas tolli, aut minui posse, sed per solas pustulas venenam ejiciendum est, id quod omnis omnium seculorum à Variolis ortis communis experientia testatur. Deinde, in confluentibus secundum te id præcipuè accidit, ubi scilicet pustularum maxima copia est. At pustulæ, ais, in confluentibus de-

R 4 pres-

preſe ſunt; itaque ſalivatio earum anguſtias penſat. Imò alia depressionis ratio eſt, nempe oſcula ductuum excretoriorum, & ipſa ſpatia cutis intermedia, in unam veſiculam communem, more Cantharidum cuti admotarum inflammantur, ac exefa ſunt. Ergo latè diſtunditur materia contagiola; non autem ut in diſtinctis, certis limitibus comprehenſa, undique comprimitur, ac acuminatur. Salivatio itaque non venenofam materiam expellit, ſed, illà prius expulſa, certè ex maxima parte, ocluſis jam cutis foraminulis, ſuperflui vaporis à ſanguine perſpiratione, per fauces & pulmones fiat, necesse eſt. Imò eodem ſalivatio naſceretur, nullus dubito, ſi pori cutanei, vel artificiali ulla alia de cauſa occluderentur; ut ex frigore, & Mercurii inunctione experimur: nempe ab eo ſtatim catarrhus, deſluxio ingens, & ſpumofa ſaliva excreari ſolet; Denique, quòd ſalivatio non ſit de morboſa materia, illud argumentum eſt, fauces ab ea, utut vehementi, minimè exulcerari, prout in eruptione cutanea ſit.

Salivatio, addis, promovetur multa & tenni portione; ita quidem, & interdum diarrhoea ſuneſta, & miſturatio tua mortifera: hæc tibi in medicina faciendâ, ſcio ſæpiùs accidit: at cauſam non vidisti; tantus tuarum hypotheſium amor eſt.

Sic Tragica deſeruit, & ampullatur in arte.

annon verè hoc eſt, laudem, an lucram dicas, quaſitum ire in vitâ hominum?

Narcotica (pergis) in adultis movent ſalivam: ſic medicamenta vehementer adſtringentia citam alvum faciunt, & cathartica in diarrhoea ſunt, ex tua doctrinâ. Nam utriuſque par ratio eſt. Quòd autem non multùm & diu ſalivæ eruptionem impediunt, facilè credo; Quemadmodum verò in dyſenteria nec opium comprimit ventrem, quin paucis momentis deusdè citetur, victa ejus virtute à morbi malitia. Sic ab opio exhibitio in variolis, ob neceſſitatem perſpirationis, in aliqua ſaltem corporis parte, citò redit ſalivatio. At aliæ, eademque longè potiores rationes ſunt, propter quas narcotica dare in hoc morbo conſueverunt medici, quòd ab eruptione, exigua tantùm febricula ſit, unde medicamentum æquè tutum, ac vinum in ſanis; quòd in adultis metum, & in pueris clamores & quaerimonia tollit; quòd utroſque ab irrequietâ jaſtatione prohibet, unde ulcuſcula ſarta recta conſervantur, ne in mortificationes laceſſantur; quòd corpus in æquabili perſpirationis ſtatu vindicat. Sed de his infra plura ubi medicamentorum rationes exhibebimus.

Hactenus cum iis rem habuimus, qui variolarum quandam innocentiam ac neceſſitatem ad perſciendam humanam naturam vindicant. Alii verò ſunt, iique novi quoque ſcriptores, qui nihil niſi venenum exclamant; alterumque primarium Athletam novum, & veteribus planè incognitum, præter ſanguinem, humorumque maſſam, nempe ſpiritum animale in medium proferunt. Hunc autem diro conſictu cum veneno certantem exhibent; ex hoc prælio, ſi quæ lethalia ſymptomata & ſtages ſint, illa omnia oriuntur, necesse eſt. Itaque in variolis nihil niſi dimicationes & Tragædiæ in nervoſo genere audiuntur: horrenda Tòxica, ipſâ peſte interdum pejora; ubique militaris apparatus, innumera ſtadia & caſtrametationes, vehementiſſima alexipharmaca utramque paginam implent. Atque hæc omnia nobis ex mero poſtulado pro ſumma ejus viri modèſtia credere fas eſt.

----- vidi ipſe ſerentem

Cede Neoptoleum, geminoſque in limine Atridas.

Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras

Sanguine ſedantem, quos ipſe ſacraverat ignes.

Profeſſò in hanc arenam invitè deſcendo; tantus veneni timor eſt, ut quo me vertam, neſcio; & niſi paupertinorum ſpirituum miſericordia me moveat, hæc omnia ſilentio præterirem, eodem jure, quo ipſe author omnes ante ſe de hoc morbo ſcriptores medicos neglexit; præter unum meritò ejus antagoniſtam. Nam ille in hoc morbo nihil omnino moliri voluit, & inſtigationes ſupra omnia auxilia animoſè & ex ſumma miſericordia in humanum genus extulit; & ſi quòd morbo venenum ineſſet, id omne deberi malo regimini, & medicamentis perperam exhibitis. Contra hic omnia bona de calore, ut ita loquat, ſpiritigeno, & valentiſſimis Antidotis prædicat; nempe tanto veneno domando & ſpiritibus ſuſtentandis apprimè neceſſariis.

Discernite, quaſo ò boni judices, quis ſanior ſit ex iſto Gladiatorum pari, ſanè oppoſitiſſimo. Nam variolarum multùm intereſt, ſcire, an hac vel illa parte ſteterit victoria.

----- inter

Heſtora Priamidem, animoſum atque inter Achillem

Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors,

Non aliam ob cauſam, niſi quòd virtus in utroque

Summa fuit.

Profeſſò ego nihil determinare auſus ſum. Tantùm difficultates quaſdam paucis proponam: iſti autem, eorumve ſectatores expediant ex otio, & quando commodum videbitur. De priorè verò jam ſatis dictum eſt; de hac poſteriore opinione, quaſentio, breviter exponam. Igitur ita ſe res habet, ſi rectè capio.

Venenum, unde ortum, ſpiritibus implicatur; prælium committitur; victo tandem veneno, à ſpiritibus fugatur hoſtis criticè. humores autem in conſictu à veneno inſiciuntur, quæ neceſſaria quaſdam eorum prædiſpoſitio eſt, ad expulſionem veneni expediendam. Nam venenum naturaliter maſſam ſanguinis humorumque colligat, funditque; item Fermenta quaelibet alterat. vita autem ægrotantis non tam à febre, quàm à veneno ipſo ſpiritus delente, in diſcrimen ducitur. ita à vehementiore quovis ſymptomate in variolis, ſpiritus magis deleri, quàm à primario veneno.

Atque hoc quidem omnibus, inquit ille, notum eſt. Cum verò fermentum varioloſum præ omnibus fermentis ſpiritus irriter, opio & alexipharmacis frequentiſſimè exhibitis compeſcendum, itaque Laudani uſus adèò neceſſarius eſt in variolis, ut ſine eo nihil ferè in curatione variolarum perſici poſſit: at ſalvo jure ſp. vitrioli aquæve, neſcio cujus, Stiptica Regia. Atque hæc ſumma eſt hujus noviſſimæ doctrinæ de variolis: ſi quid omiſerim, libenter aliquis, data occasione, mihi indicaret velim, nam reliqua omnia, quantum video, abud veteres uberius legere eſt: de quibus ſupra ſententiam meam ſatis expoſui.

Quid autem ego de ſpiritibus ſentiam, non optus eſt, arbitror, ut hic repetam. at poſitis, non datis ſpiritibus tui cauſa, quomodo conſtat, venenam illos primùm adortum eſſe; ſpiritus dicuntur ex ſanguine puriſſimo fieri, & in cerebro nervoſo quo genere hoſpitari: cur itaque per ejus flumen venenam

num transiens, non ipsum sanguinem massamque humorum primò inficiat, aut eo certè diluatur, & de ferocia sua aliquantulum remittat, ante quàm in caput ascendat, & per cerebrum nervosumque genus simul cum spiritibus in omnes corporis partes transferatur. Willis, qui primus, quantum scio, eandem opinionem protulit, non sine aliqua verisimilitudine venenum meastruum fermentum facit, & homini conatum fuisse arguit; & cum cerebrum, spinalisque medulla, præcipuè ex spermaticis partes sint, ibi naturaliter, quod commodius, ab ipso fœtu formato delituisse. At vana est hæc opinio. vide quæ supra exposita sunt.

Porro, ais, humores in conflictu infici, pugna autem in dominio spirituum privatim celebratur, victoque veneno & ex gremio & amplexibus spirituum excusso, in sanguinem migrat; adhuc tamen omnis ejus malitia deleri non videtur; sed exit venenum ex nervoso genere, novisque turbas & febrem accendit in sanguine ita facilè per te ipsum redis ad Arabum doctrinam; nempe ad fermentum quoddam variolosum, sanguinem vehementer exagitans: Atque hæc est illa necessaria humorum prædispositio, quam illi ebullitionem vocarunt, à veneno autem post conflictum cum spiritibus recedente, sanguini inducta.

Rursus, ais, spiritus à veneno implicari, irritari, comprimi, sopiri; penitus extinguere, ut non amplius se, pro sua natura elastica, expandi possint. venenum autem procaz, & acerrimum toxici genus est, præ omnibus fermentis exagitans atque irritans, cutem inflammat humorumque massam fundit. itane? hæcine adeo incompatibilia sint, ut implicentur? an ab igne igni adjecto aliquis extinctionis metus est; ita est, fratrum concordia rara est.

Ita profectò sentis, nam ais vitam ægrotantis non tam à febre, quàm à veneno ipso, cum spiritibus præliante extra flumen sanguinis. Hinc usus Laudani tam necessarius est, maximè si alexipharmaca mitridatium, theriaca, discordium adjecta sint; nempe duplici dosi, una pro spiritibus, altera pro veneno, scilicet ex hac mistura optima spes est criseos perfectissimæ. Sin autem sanguis erumpat alibi corporis cum veneno, actum est, nisi spiritus vitrioli, aut aliqua aqua Regia exhibita sint. sic duplici invento, uno tui antagonistæ, altero tui ipsius beatorum, euge! optime novitium inventum! nàm veteres scilicet.

*Hæc facetia est, amare inter se rivales duos;
Uno cantaro acidulo potare.*

stupidi illi homunciones, ne somniarunt quidem de acidis in hoc morbo dandis.

Taceo usum Corticis Peruviani à quo propinato, ais, distinctas semper variolas sequutas fuisse. Perinde ut ab syrupo Alyandaci Alaharavii, qui exhibitus ante eruptionem variolatum, si exierunt novem variolæ, non tamen pervenient ad decem. ita interdum forte fortuna & antiqua & nova inter se mirifice concordant, in maximum mortalium bonum, sed proh dolor! corticem habemus; syrupus vero iste mirabilis, quantum scio, cum auctore periit. sed tantarum inanum rixarum taedet; ubi parum aut nihil, præter absurda quædam figmenta, occurrit.

Ad propriam praxim tandem pervenio. solo autem, d bone lector, te exanimare multitudine ægrotorum: paucas tantum & selectiores quasdam Historiolas, remediumque gratia potissimum recitatas, exhibere in animo est ut scias, quid ipse in hoc modo curando facere consueverim; & ut medi-

camentorum maximè appropiatorum usus ac rationes paucis expediam. profectò malum in hac urbe ad eo quotidianum est; ut nemo nostrum est, quin ei à mediocri praxi facile foret vel suos centenos ægrotos exponere. noli tamen timere; adversaria non exhauriam.

1. Miles quidam Gregorius fortè Eboracum, exente Januario ante annos viginti adveniens, ubi nemo quod scio, à pluribus annis variolis decubuerat, ex eo morbo mortuus est, primum vicinia ægrotavit ex infectione; tandem in totam urbem sæviit.

D. Harrison formosa puella, octodecim annos nata, in proximis ædibus militi mortuo habitans, ex rumore vehementer territa est: mox se malè habere cœpit; & capitis lumborumque dolore multum quæsta est: dein vomuit, & febricitavit.

Et tum urina sæculenta, ex facibus albidis & surfuraceis.

Ipse vocatus leviter purgantem potionem dedi: à qua per biduum sese multò melius habuit, eadem verò mala denuò reversa sunt: atque iterum purgata est paulo validiore medicamento. à quo pejus se habuit, & pulsus vehementer concitatus est. inde ad septimam diem prima ægritudine medicamenta alexipharmaca (ex bezoar Oriental. pulv. è chel. croci, cocheneil &c.) data sunt; at citra pustularum eruptionem, quam frustra per integrum quatrimum [aliis infantibus jam tum in eadem domo cum variolis decumbentibus] expectavimus. Octavo sanguis è brachio missus est, ob difficilem spiritum, tussim siccam, & levem veluti raucedinem; is refrigeratus, albida pellicula variegata contextus est. Ea verò nocte bene dormivit; & postridie per paucas & exiguas pustulas in facie videre licuit: nunc autem, omnibus malis tantum non finitis, bene se habuit. ipsa facies paululum intumuit. variolæ discretæ & acuminatæ fuerunt.

Triduo verò ab eruptione admodum frequentia sternutamenta, & multa pituita & per os & per nares mota est.

Hic quoque menstrua ex stato & debito tempore ei responderunt.

Quarto similiter manserunt menstrua, & alvus in eundem respondit. eadem de gutture querimonia & insignis raucedo, & saliva copiosè mota, & sternutamenta. ipsæ autem pustulæ jam & numero & magnitudine multum auctæ; & earum pars media sive eminentis ichore quodam limido plena. manus & brachia & facies iis replentur; at in reliquo corpore rariores.

5. 6. Omnia fausta: lachrymæ involuntariæ & apertis adhuc oculis pustulæ jam albidæ, atque admodum intumescentes.

7. Facies valde tumefacta: pustulæ prægrandes; iis color ex albedo flavescens, cum pellucidæ antè fuerant; sicut etiamnum sunt in brachiis. Oculifere oclusi; & qui humor pridie in iis liquidus, jam crassus & veluti purulentus est. eadem turbulenta urina.

8. Pustulæ jam crustis arefcere cœperunt.

9. Eadem subatidæ, & biduo post decidere cœperunt; & sui vestigia vel levissimè impressa reliquerunt, an quod corpus bene purgatum, quod sanguis missus sit; quod menstrua suo tempore responderint?

2. D. Norton puella 18. annos nata, exente Augusto variolis affecta est. primo autem ægritudinis die menstrua leviter responderunt: vehementer febricit; de que capitis & lumborum dolore immani querebatur. ea nocte delitavit. 2. vehementi febre arsit, & non ad intelligentiam rediit. 3. Similiter se habuit: at jam exiguæ pustulæ rubræ in facie brachiisque apparuerunt: ad mentem rediit. illa autem nocte sumplerat hujusmodi medicamentum.

(℞. Trochisc. viperini ʒj. bezoar orient. ℥. aq. Theriacal. ʒj.) 4. Pustulæ jam eminentiores, at distinctæ & velut vesiculæ aqua plenæ; ad earum verò radices cutis rubicunda, hac nocte satis commodè dormivit. febris ex magna parte desit. 5. Ipsa facies paululum tumidior, & auctiores pustulæ; adhuc tamen aquæ. vesperi alvus primò respondit. 6. 7. Ex albedo flavescabant pustulæ: oculi clausi, & lacrymis involuntariè stillantes. 8. 9. Summæ pustulæ siccescere incipiunt, ipsaque facies paululum detumuit. 10. 11. Oculi aperti: pustulæ in crustas indurantur.

N.B. Ipsi crustis deciduis, tamen maculæ quasi nodi quidam in cute, diu tumidæ permanferunt.

3. Filius natu major 11. annos natus, D. G. Frankland de Thurtleby Militis, ex variolis distinctis decubuit: cibum autem etiam è media materia, tamen bis quotidie minimum, quòd minimè ægrotavit, sumpsit: medicamenta taceo, quòd nulla memini illi data fuisse. ad 16. diem è lecto surrexit; subitoque ejus artus omnes conciderunt, velut in apoplexia, & alto sopore correptus est; neminem cognovit, aut clamanti ad aures respondit.

Ipsè nunc primùm vocatus, puerum ne semel quidem in toto morbo dejecisse intelligo.

Frustra enemata acerrima etiam scybalis aliquot durissimis digito prius extractis ex ano, injecta sunt, eaque sæpè repetita, semper tamen irrita fuere.

Ita se habuit ad viginti quatuor horas, adeo ut, quòd ejus os inditum est, nisi etiam gutturi penitus intruderetur, non deglutivit. postridie autem manè Extract. Rudii ʒj. in 4. pilulis gulæ interiori intrusimus, earumque operationem totas octo horas expectavimus, mirum! quantum excrementorum, magnam partem liquidulculorum, unà vice involuntariè dejecit. dictum factum! ad intelligentiam rediit. at ex altero femore resolutus est, & ad annum claudicabat.

In hoc casu noto vim liquefactivam pharmacorum purgantium, etiam durissimorum scybalorum, nempe ex motu pituita è ductibus excretoriis.

Causam si quæras, cur alvus in variolis ferè ad multos dies supprimatur? respondeo, verisimile est, etiam ipsa intestina variolis affici; itaque eadem rigida fieri ob frequentes pustulas inflammatas; eorumque adeo motum compressivum, pro eo certè tempore, necessariò suspendi, facultatemque ferri.

4. D. Harrison mulier 20. annos nata, variolis confluentibus Eboraci decubuit; agrè convaleuit: longum esset omnia ex adversariis meis de illa scripta recitare; illud notabo, nempe ejus oculi diu è convalescentia sanie madebant, & inflammati sunt, huic & sanguis missus est; & medicamenta purgantia sæpius exhibita; atque alia multa Topica admota: nihilo minus oculi pessimè se habuerunt. tandem sic admirando effectu præscripsi.

(℞. Ung. Tutæ ʒij. aloes rosacei torrefacti ʒj. benè lævigentur m. f. Linimentum) alterà quaque hora illiti sunt eo medicamento oculi: paucis horis dolor levatus est & sanies brevi ex toto sublata est, & inflammatio desit & oculi siccabantur: ut luce liberè & cum voluptate fruereur.

5. D. Barkham valdè obesa mulier, plurium infantum mater 1683. variolis exeunte Januario decubuit, huic in prima correptione ingens capitis & dorsi dolor, vertigo, nauseabunda, Febris. 2. Omnia pejora. 3. Omnia vehementiora, & variolæ hic & illic planè apparuerunt. menstrua ante tempus jam profuebant. 4. Plures variolæ: at præter expectationem & pro vehementia symptomatum admodum paucæ & distinctæ. febricitare desit, ingens eo die pyalissimus ortus est. 5. Omnia benè se habuerunt. reliquam diariam

nam non transcribam. 7. Jam (quòd præcipuum & mihi tum valde novum videbatur) in universa cute innumeras exiguas maculas rubras, velut acu pictas; ac si nova Variolarum foetura instaret. Sic præscripsi.

[℞. Bals. Leucatelli ʒij. Salis Martis ℥. optimè lævigentur super marmor. hujus balsami Martis ℥. ter quotidie dedi. maculæ ad 9. profus evanuerunt. 13. Surrexit è lecto, tum primùm sine ullo incommodo dejecit. convaleuit.

6. Juvenis quidam ex frigore vehementer coryzâ laboravit; sub eodem tempore variolis confluentibus graviter correptus est. toto decubitus tempore valdè excreavit cum tussi; & vix deglutire potuit. ipse ad 10. diem vocatus Bals. Martis ʒj. do: idque quotidie repeto, die 14. multo melius se habuit, & benè & facilè deglutire potuit; huic tantùm avenacea julecula permisi. 15. primùm dejecit; & variolæ incrustari videbantur; caput detumuit, at adhuc multum excreavit. convaleuit. quater ex balsamo Martis tantùm sumpsit, at optimè tulit medicamentum, & ei, ut opinor, magno antidoto fuit.

7. Famula D. Chesney 30. annos nata, variolis confluentibus decubuit. præter decoctum Avicennæ ex ficibus, Tragacanth. sem. scenicul. lacca, nihil præscripsi, item mucilag. sem. Cydonior. item admodum tenui victu nutrita est.

Variolæ depressæ & exiguæ fuerunt: huic sputum exiguum mensura ferè assidue profuebant à primo correptionis die. item ex gutture ipso initio morbi valdè quæsta est, tanquam ex frigore aliquid mali accesserat.

12. Admodum ex gutture ægrotavit, ut penè anhelans suffocari videbatur; nec aliquid deglutire potuit. jussu os elui melle violaceo, cui paululum omphacii ex pomis acerbis adjectum sit. Dein balsamum Martis ℥. dedi, quòd tamen admodum difficulter devoravit. item singulis binis horis ejus balsamum Martis ℥. ex syrup. jujubin. dari jussi. ea nocte optimè dormivit. 13. 14. B. M. ʒʒ. singulis noctibus sumpsit. gutture, ut antea Collyrio tepide injecto bis aut amplius in die diligenter curato. jam primùm media nocte alvus mota est. 15. omnino detumuit facies, pustulæ siccescebant; gargarisato ore hujusmodi medicamentum sumpsit.

(℞. Mellis cocti ʒij. syrup. violar. ʒʒ. mucilag. sem. cidonior. ʒiʒ. cochlearim detor) 16. 17. bals. martis ad ʒʒ. nocte sumpsit. convaleuit.

8. D. Walker ex frigore & itineris plurium dierum fatigatione febricitavit cum gravi tussi. item à symptomatis variolas prædixi. à principio decubitus vomuit, & aliquoties dejecit, deliravit; huic ex Mithridat. ʒʒ. cum agaric. & sal. Martis gr. 1. bolum dedi: item diacodii ʒʒ. ex aq. hordei.

Huic tantum variolæ distinctæ. at propter tussim & sanguis missus est & diacodium in modica dosi singulis noctibus exhibitum est. 15. nihil id genus medicamenti datum est; ea verò nocte & pejus se habuit, tussi assidue vexata est; & semel liquida dejecit: inde 16. mane idem diacodium datum est; nimirum propter tussim conjunctam cum variolis. convaleuit.

N.B. Febris non ante 12. diem, id est, maturacionis ultimum tempus, remisit.

9. D. Tomlinson juvenis robustus, ineunte Aprili variolis confluentibus affectus est. ipsis pustulis erumpentibus sanguis è brachio ad unc. x. missus est. avenaceis tantùm sero lactis cibatus est. Confect. Allermes & Confect. de Hyacintho primis diebus modicè sumpsit.

Decoct. pector. cum ciceribus & lacca assidue potavit ad ipsum morbi statum. optimè se habuit; nec ei alvus mota est ante 13. diem. quò die,

die, ab aliquo nescio quo, caseo recenti clam comestio, inhorruit, & difficillimè respiravit, & tandem non animo defecit. diacodii unc. ʒ. (nam ante ejus nihil sumperat) & haustulo vini canarini ex sero lactis, hominem restitui, convaluit.

10. Filius D. Pricket Quæstoris publici Eboracensis, 8. annos natus, variolis decubuit: distinctæ fuerunt, at insolitæ magnitudinis: nam inter eas fuerunt magnæ, instar vesicularum piscium totæ aqueæ at nigricantes: ad vigesimum diem aquæ vesiculæ in pus non conversæ sunt, sed ex his à me pertusis aqua nigricans, instar succi mororum, effusa est. ad 27. diem vixit, nullo digestionis signo in maximis variolis; & minores haud tum siccabantur.

11. Filia D. Tolhurst in vico D. Martini habitantis, circiter 7. annos agens variolis distinctis, indemque paucis & plenis decubuit. ei exhibitæ sunt vulgaria bezordicæ pul. chel. comp. in principio parum ægrotavit nisi primis diebus, nihil fere cibavit præter avenacea aut serum lactis ex cerevisia tenui aut tantillo vini Hispanici decoctum: 4. ab eruptione ad scapulas ingens Bubo subito ortus est, cum vehementi inflammatione circum circa, etiam dorsum & colulum late occupante. 6. bubonem aperiri jussi; è quo pus ad aliquot uncias effusum est: pustulæ tamen variolosæ consueto tempore maturuerunt, vulnus diligentia & cura Chirugi Jones sanatum est, convaluit.

12. Filius Dn. Verney Militis, juvenis ex immodico exercitio in sphæristerio variolis Londini decubuit: ei sanguis aliquoties missus est, alius plurimis medicis adscitis purpureas maculas variolis interspersas vidi, & latas nonnullas plagas, veluti vibices in brachiis & collo purpureas; hæmorrhagia narium & mixtu sanguineo à primis diebus affectus est, non bene memini quid ei ex communi consilio præscriptum fuit, illud tantum curiosus animadverti, sanguinem refrigeratum tenerimum fuisse, ut ejus crassamentum rubrum vel molliori penne plumæ percussam facile dividi potuerit, ad septimum obiit.

In aliis autem multis, quibus urina cruenta mota est, sanguinem è brachio nullam admodum aquatam putridumque esse vidi, ut fluctuaret crassamentum in vaso, non aliter quam ipsum serum.

Neque ullum servatum memini in tanta pestilentia, nisi alia mutationis cruentatæ fuerit causa; nempe vel epispastica adhibita, vel menstrua, aut perpetui lochia, &c. quæ admodum cautè distinguenda sunt.

13. Filia cujusdam Woor variolis distinctis at multis decubuit; hinc multæ purpureæ maculæ per totum corpus disperse, quarto ab eruptione vocatus, febricitantem & delirantem inventi, decoctum pectorale, cum ciceribus ordinavi.

Item (℥. Spiritus vitrioli ʒj. olei vitrioli ʒj. diacodu ʒij. misce.) hujus cochlearæ tertius quibusque horis exhibe, biduo maculæ purpureæ paulatim rubicundæ fiebant, deinde sensim disparuerunt, convaluit.

14. Quidam Dole juvenis robustus ac carnosus, 23. annos natus, ex hæreditaria & materna labe ante biennium mente captus est; quo spatio plurima ruri exhibitæ sunt ab aliis atque aliis medicis: tandem in eustate Londinum veni, atque illum ad sex septimanas minimùm tractavi ad hunc modum; nempe semel in qualibet septimana sanguinem ad libram è brachio misi: itemque alternis diebus helleborismum ad 40. ut 50. grana veretri albi propinavi; vel aliquid è cupreis cathartics vehementioribus & justa dosi præscripsi, his autem vehementer & supra & infra humores moti sunt, hæc autem methodo perfluit ad sesquimensum; quo tempore variolis correptus est.

N. B. Quamvis modicè cibavit, & sanguis ad plures libras missus fuit, atque insuper valentissimis medicamentis ex omni, crederes, saburra & fœculentiis vitiosi sanguinis humorumve hominem assiduè & diu

purgatum fuisse; tamen post tot & tantas evacuationes confluentibus variolis exitialiter decubuit, ad eum verò accersitus est collega meus dignissimus D. Dames, qui illum mecum seculò curavit, nihil autem peculiare in toto morbi decursu animadverti, nisi quòd ad intelligentiam non rediit, quamvis m. v. sterox & paulo pacatior fuit, ad 13. diem ex ætate morbi mortuus est.

15. D. L. puella ex tertiana duplici, cortice Peruviano jam recens profligata in variolas medicis nomen incidit, morbi autem decursus sine ullo gravi symptomate præterit: ad 17. verò diem à decubitu rediit febris: sanguis ei missus est, & cortex denudò pro more exhibitus, convaluit.

16. D. Clayton juvenis, optimi corporis habitus; ex sævissimo capitis & lumborum dolore variolis haud mediocribus correptus est, statim & in primis diebus Emeticum datum est; itemque ante eruptionem sanguis ad ʒvj. missus est. 4. Verò manè clara variolarum indicia visa sunt, quo tempore hæc medicamenta præscripsi.

(℥. Croci ʒj. cochineil. ʒij. sacch. candialb. ʒj. m. in x. doses dividatur sexta quaque hora dand. ex haustulo infra scripto; nempe

℥. Aq. fœniculi ʒvj. lactis alexiteriæ ʒvj. misce in 4. haustus; adde unicuique diacodii ʒʒ.)

Item ℥. Ficum n. 6. cicer. rubror. c. nut. ʒj. Glycyrrh. rasæ ʒʒ. sem. tœn. dulcis ʒj. G. Tragacanth. ʒʒ. aq. font. ʒij. coque ad ʒij. f. Apozema, colet. ʒʒ. tepesactas ter quotidie capiat.

Ad diem verò sextam ad expulsionem; quodajunt, fortius promovendam sic præscripsi.

℥. Bezoar. Orient. croci an. ʒj. cochineil. ʒʒ. sacch. cand. ʒj. m. f. pulvis in 4. doses dividend. harum unam ad octavam nocturnam capiat, superbibendo haustum sequentem;

℥. Aq. lact. alexiteriæ ʒiv. aq. fœnicul. diacodii an. ʒj. m. f. haustus.

Item alia fortiora alexipharmaca, siquidem opus fuerit, ad languores: nempe hujusmodi.

℥. Aq. lactis A. ʒij. aq. mirabil. ʒj. aq. fœnicul. ʒij. sacch. perlat. ʒj. m. coch. detur.

Ad octavam verò, quòd jam ex sputatione irrequietior fuit, haustui hypnotico adjeci laud. liq. cydon. gur. 6. item Apozemati addidi triplicem quantitatem cicerum rubror. eoque etiam usus est pro Garagarismate.

Ad decimum diem, ad maturationem adjeci crocum hypnotico ultimò præscripto.

Deinceps verò pulveres omisimus, tantùm haustus hypnotic. indulimus, convaluit.

Sexto autem à casu Variolarum hoc medicamento dejecit.

℥. Decoct. sennæ Gereon. ʒiiij. syr. viol. ʒʒ. syr. rap. è succo citri, aq. mirab. an. ʒvj. syr. è spin. cer. vin. ʒʒ. m. f. potio, cum custodia sumend. ea alvus factis mota est, eandemque identidem potionem ter amplius debitis intervallis cum euphoria cepit.

Quòd ad victum verò attinet, hordeacea & è pane confecta juscula & similia præscripsi; quibus tamen vinum semper adjectum est, itemque vinum Canarium merum, certè semel idque fere quotidie mane indulsi, item idem vinum ex lactis sero, pro more Anglorum coctum, quantum & quoties voluit.

N. B. Quamvis à sanguine missò fere riguit sudore frigidò: tamen à Cardiacis exhibitis non amplius ægrotavit aut admodum febricitavit, certè non ultimis morbi diebus, cum aliter febris accendi solet, prout fert quorundam vana opinio.

17. Filia D. Hamden, 17. annos nata, non ita valida, sed macilentior, febre arsit, cum vomitu & ingenti capitis dolore, triduo toto à decubitu ad omnia, quæcunque oblata fuerint, vomuit, & victum & remedia tandem

tardum cum frustra omnia tentaret, scasi, ut vinum Hispanicum minimè assuetæ daretur: di-
ctum factum, hujus ad 3vi. protinus siccavit,
nec amplius vomuit, postmodum verò manè vario-
læ eruperunt cum bonis avibus. Pulverem deinceps
è chelis comp. cum granis aliquot bezoar. Orient. bis
quotidie sumpsit, item diacodii 3b. ex aquæ lactis alex-
iteriæ haustulo, bis similiter propinavit, manè & ves-
peri. At N. B. vini præterea Hispanici ad 4ij. spatio
24. horarum quotidie ebibit: idque merum. convaluit
stato tempore sine ulla amplius ægritudine. Huic au-
tem variolæ confluentes fuere, facie potissimum at-
que artubus; & veluti Pisciculorum vesiculæ inflatæ
sunt, lateque cutim occuparunt. pulcra ante, nec
multo mindus pulcra à convalescentia, nempe variola-
rum vestigiis modicè exsculptis.

18. D. Strukland, primaria scæmina, triginta annos
nota, sæpius foeliciter peperit; & aliquoties de-
inceps abortiri consuevit. ipsa autem abortione instan-
te febre vehementi arsit cum profluvio menstruorum
non modico, ipse vocatus Variolas prædixi: postri-
die autem eruperunt confluentes. toto verò morbi de-
curso sic ei medicatus sum.

(℞. Cochineil. 3j. croci 3b. sacch. candi albi 3j.
m. f. pulvis in vi. doses dividend. harum unam è co-
chleari aq. Theriacal. sexta quaque hora: post tri-
duum verò semel tantum in 12. horis & sic ad finem
morbi, item vinum Hispanicum pro libitu potavit.
item Apozema pectorale cum cicibus rubris aliquo-
ties in die. item diacodium mediocri quantitate manè
& vesperi.

Sporum suo tempore valdè motum est: oculi ad plu-
res dies clausi. convaluit consueto tempore.

Menstrua per se compressa sunt: at medio morbo
iterum at leniter mota sunt; identidem ad initium ter-
tiæ Hebdomadæ. illa tamen omnia sine ullo gravi
malo.

Huic autem sub altera aure parva Parotis, morbo
declinato, exorta est, at non periculosa, forte ex
cretata facie, mulierculæ nescio cujus suasu.

19. D. Ellis, Equitis filia, carnosa & sanguinei
(ut populariter loquar) temperamenti, 16. annos
nata, capitis & dorsi dolore vehementer affecta est
cum intensa febre synochâ. triduo à decubitu vocatus,
in puellæ facie hic & illic minutas quasdam pustulas
curiosus animadverti: adeoque sanguinem non misit.

Huic cochineil. 3ij. croci 3b. bezoar. orient. 3j.
in vi. doses dividend. præscripsi, superhibendo de-
coct. Pectoral. (cum cicibus rubris) 3ij. ad libram,
3j. vel alteram, tepefactam sexta quaque hora. item
vesperi & manè lene hypnoticum ex diacodii 3b.
&c.

4. Eruperunt innumerae pustulæ & in manibus, &
ubique corporis, & symptomata plurimum remissa
sunt; nempe dolores utriusque & faucium angustia; &
sitis & febris diminuta est.

5. Multo plures pustulæ visibiles sunt; & vesperi
menstrua profluebant, biduo ante statum tempus ea
nocte alvus per se mota est, crocusè pulveribus jam
demptus est; cætera ut ante exhibita.

6. Omnia fausta; pustulæ elevatae sunt & auctæ,
& jam quasi crassiusculo pure repletae albescent. men-
strua adhuc modicè fluebant.

7. Se habuit ut pridie.

8. Me- struis nondum siccatis, & spiritus angustia
& levi horrore subito correpta est, crocum pulveribus
rursus adjecti, etiam duplicata ejus quantitate,
miabile quidem quam citò ex eo medicamento cum
levi diaphoresi refecta est.

Deinceps verò optimè se habuit sine ulla amplius
ægritudine. tempore convaluit.

20. D. C. Ichorpe mediæ ætatis mulier, ante an-
num diu & vehementer vexata est menstruis & uterinis

profluvii albi ioribus ad summam imbecillitatem; à
quibus à me ad integram sanitatem restituta est. Au-
tumno insequente Tertiana duplici laboravit; ex hac
verò valdè debilitata est. Iter tamen in Hiberniam me-
ditata est: at subito ineunte Novembri arsit; ipsa re-
cidivam febris intermittens esse credidit, die verò à
decubitu quasto vocatus, Variolas tantum non eru-
mpentes animadverti. ipse protinus vinum Hispanicum
cum pane amygdalato propinavi. idque senel atque
iterum quotidie sumit: item juscula è pullo gallina-
ceo & avenacea, & cerevisiam ex usu bibendum in-
duli.

Hæc autem medicamenta præscripsi.

℞. Decoct. Pector. 4ij. cicerum rubr. cont. 3ij.
coque leni igne ad medias, cola f. Apozema. hujus
3ij. tepefactas ter quotidie sumat.

Item. ℞. Croci 3j. cochineil. 3b. sacch. tantillum,
misce, f. pulvis in 8. partes dividend. harum unam
quarta quaque hora è Cochleari aq. Theriacalis
da.

Item. ℞. Aq. lactis alexiteriæ 3ij. diacodii 3j. mis-
ce f. Haustus, nocte ad horam octavam dand. item
iteretur quotidie mane.

Per triduum verò ab egressis variolis hac methodo
usa est, mox per duos alios dies eundem pulverem
non nisi sexta quaque hora propinandum jussi. post
tres verò reliquos dies eundem pulverem tantum manè
& vesperi sumpsit.

At ad triduum amplius eundem hypnoticum haustu-
lum, cui Laud. liquidum gr. 8. adjeceram, ebibit,
convaluit.

Hæc autem variolæ ex confluentium genere fuere,
totumque corpus occuparunt; ne semel tamen aut
doluit capite, aut nulli parte corporis, aut deliquit
spiritus liber, fauces admodum apertæ, & tanquam in
optima valetudine & panem tostam cum butyro interdum
comedit sine ulla querela.

Omnino nullus Ptyalismus ortus est: saliva, nec
defecit, nec abundavit, quantum ego & necessarii
ejus, aut ipsa sæpius à me interrogata de ea re, ad-
vertere potue imus: ad plures tamen dies oculos clau-
sos habuit, præ mali vehementia.

Porro alvus ne semel quidem in spatio 16. dierum
mota est: quamvis post 12. diem comedit pruna &
poma cocta, dejectionis causa.

Illud denique notandum est, illum intra se simul
habuisse duas tresve uncias Cochineil. neque tamen
etiam ipso pustularum maturationis tempore, nisi ad-
modum leniter, certè citra febriculam incaluit.

21. Filia D. Chetvind, admodum valetudinaria,
pallida, anhelans, macilenta, variolis correpta est.
Triduo autem ab eruptione me vocavit: omnia pes-
sima inveni; nempe pustulas exiguas confluentes,
compressas, febrem acrem, vigiliam, nauseam, spi-
randi difficultatem, &c.

Tenui victu ex avenaceis, item cerevisia tenui, si
quam postulet, utatur. At vinum Hispanicum ali-
quoties in die pro medicamento dari jussi.

Hæc autem remedia præscripsi, videlicet,

℞. Croci 3b. cochineil. 3b. Sacch. candi 3j. m. f.
Pulvis in 6. partes dividend. quarum unam tertia qua-
que hora capiat ex aquæ Theriacal. cochleari, item
Apozema pectorale cum cicibus rubris pro potu
quotidiano, liberaliter exhibendum. item nocte &
mane lene & mediocre hypnoticum ex diacodii 3b.

Mirabile; intra biduum pustulæ ingenti intumes-
centia per totum corpus elevatae sunt. item totum ca-
put intumuit: oculi ex toto clauduntur. stato tamen
tempore optimè convaluit.

N. B. Pustulæ, maximè in manibus & carpis, ve-
lut totidem pisciculorum vesiculæ paulo diutius per-
manserunt tumefactæ, quam alibi corporis.

22. D. Eliz. Finch, Illustr. Comit. de Winchelsey
filia,

filia, 17. annos nata, ex vehemēti dorſi dolore & febre decubuit. ad multam noctem vocatus variolas prædixi. ſanguis ad ʒvi 11. miſtus eſt, item Apozematſ pectoral. cum ciceribus hauſtulū ſumpſit. vinum Hiſpanicum & unam vel alteram doſim Chochineil. cum croco eā nocte, poſtridie verò manè variolæ egredi inceperunt, quibus viſis, neceſſariis alterum medicum magni nominis accerſire placuit. noſtra verò methodus ei minimè arrifit: atque adeo, humanitatis cauſa, illi præſcribendi vices cedere volui, igitur ex hodierno more & virium & caleſcientia omnia, vel à culina vel ab officina omnino prohibita ſunt. At lac, aut avenacea, aut poma cocta, aut cereviſiam tenuem ei aſſumere pro arbitrio indultum eſt: per triduum verò ab eruptione, hæc medicamenta præſcripta ſunt.

(ʒ. Aq. lactis alexiteriæ ʒiij. ſp. vitrioli gutt. vi. diacodii ʒj. m. f. hauſtus, ter quaterve quotidie iterandus. item decoctum album dictum, & aq. lactis alexiteriæ cum ſaccharo perlato & præterea nihil. eventum ſcite deſideras: omnino nulla puſtularum conſuētium intumeſcentia ſecuta eſt: puſtulæ ſublividæ & ſine pure. Quarto ab egreſſu, cum omnino conclamata medico ſocio viſa fuerit, methodum mutare mihi copiam fecit, & valedixit. Quinto mortua eſt, univerſis puſtulis nigricantibus.

N. B. Non audiendi ſunt, qui ut ſymptomati alicui, ut ut vehemēti & maligno, occurrant, morbum ipſum ex toto negligunt, cujus ſummæ accuratio eſt, puſtularum intumeſcentia, at certè acida & frigeſcientia omnino illas impediunt, quo minus intumeſcant. Proximo autem atque ultimo loco medicamentorum, à me certè exhibitōrum rationes ac uſus paucis expediam.

Quod verò ad venæ ſectionem, (a) vomitum, purgationem, enemata, veſicatoria, frigide potione & ſimilia evacuantiā atque inſtigidantiā in variolis attinget, nihil amplius habeo, quod dicam, quàm quod ſupra comprehenſum eſt: nempe illa omnia fieri ſolere ad caloris febrilis exceſſum temperandum; at citra ſpem diminutionis materiæ venenatæ aut morbi ſolutionem, cum is omnino conſiſtat in expulſione popularum à venenato vapore ſuperſuo excitatarum; earumque debita maturatione, quæ ſuis temporibus privatim fieri conſueverunt: quæ tamen tempora ullis remediis, aut aliquo artificio adhuc cognito, quicquid vani homines atque audaces contendunt, vel unum diem, non horulam fortè, accelerari non poſſe, etiam mulierculis notiffimum eſt. Igitur inſtigident, caleſciantve, quantum volunt, nihil tamen promouent; at immenſum & ſuaveſtum damnum inferre poſſunt.

Verum ipſa jam medicamenta interna privatim penſitemus; ſcilicet quæ peculiariter ad hunc morbum adhibita ſint. Atque hæc in duas præcipuè claſſes diſtribui commodè poſſunt: nimirum vel in ea quæ inſtant, & ſuperſuitates expellunt, puſtulasque excitaſ maturant: vel in ea, quæ propriè veneno adverſantur: etiamſi in his ultimus quoque ſint quæ & propellant & digerant.

Primi autem cenſus ſunt ficus, crocus, ſem. foeniculi, apii, cicera, lenticoiæ, g. tragacanthi.

In altero verò cenſu ſunt lacca, kermes, cochineil, trochiſci viperini, pulveres teſtacei: Acidi quilibet ſucci, agreſtiæ, limonis, granati; vitriolum, vinum, opium, theriaca. de his autem ſingulis breviter dicturi ſumus.

Tom. IV. Pars II.

(a) Cognovi medicos, qui ab Scorpione illis nihil aliud, quàm ex brachio ſanguinem miſerunt. C. Cell. idem alibi à rabioſi canis morſu ſanguinem homini miſſi non alienum eſt.

1. Ficus.

Has verò ſupra omnia medicamenta ad variolas laudant Arabes: Ficus ſunt vehemētis expulſionis ad exteriora, & illud eſt una de cauſis evaſionis à nocumento earum; at rorſus aqua ficum eſt bona valde. hæc Avicenna nec immeritò. Etenim, quamvis ad hunc morbum novum primò ab Arabibus adhibita ſint, tamen uſu à Græcis diu ante exploratæ, & à conſilio chirurgico, ſicut cætera ferè omnia medicamenta, inventæ ſunt. Præcis, inquit Plinius l. 1. c. 27. nihil intentatum, inexpertumque fuit, nihil occultatum ab illis. quoque non prodeſſe poſteris vellent; unde in admirationem curæ Præſcorum diligentiaque animum egit.

Audiendus autem eſt Scribonius Largus, qui uſum & rationem utrumque medicamentorum à chirurgia eſſe expreſſis verbis perhibet. Simples medicinæ partes inter ſe, & ita connexas eſſe conſtat, ut nullo modo diduci ſine totius profeſſionis detrimento poſſint. ex eo intelligitur, quod neque chirurgia diæretica, neque hæc ſine chirurgia, id eſt, ſine ea parte, quæ medicamentorum utrumque uſum habet, perſici poſſunt.

Idem ex communi uſu veterum medicorum nos docet C. Cellus. Scorpio ſibi ipſe pulcherrimum medicamentum eſt, quidam contritum cum vino bibunt, quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponunt, ac ſi idem utrobique eſſet effectus, nec multum intereſſet, ita, eodem autore, certæ quædam herbæ bene faciunt & cum vino potui dant, & ſuper vulnus impoſitæ.

Igitur Dioſcoridem adeamus. Ficus deploratis & cacoethicis ulceribus medentur: duritias, parotidas & furunculos emolliunt, panos ad maturationem perducunt. evocant puſtulas, ſudoresque movent (ἰσχυρὰ καὶ ἰσχυρὰν ἀποκαθάρσιν) ſici ſuccus lacteus inſtilatus plagæ, percuffis à ſcorpione, venenatorum iectibus, & rabioſi canis morſibus auxiliatur, hæc autem faciunt in chirurgico apparatu, intus verò ſumptæ eadem faciunt, & inſuper ſitim ſedant, calorem reſtringunt feveſcæ & pulmonibus, arteriæ & tonſillarum inflammationibus profunt. ſi tot itaque & tanta de ficibus antiquis medicis experta fuerint, an non medicamentum variolis maximè accommodatum optima cum ratione ab Arabibus creditum eſt? At, inquit, quomodo hæc tanta efficiant? idem author te docebit, nimirum ſerum concretum à veneno diſſolvendo, meatos glandularum aperiendo, atque partes inflammatas emolliendo, puſtulasque ad maturitatem, periinde ut cæteros abſceſſulos producendo.

At tu harum rerum cauſas in occulto poſitas & proprietates ſcire à priore deſideras, & ſcio quàm negotioſus es. Itaque & conſule operarios chymicos, qui ſalia plantarum extrahunt, olea expriment, & ſimilibus torturis veritatem abditam exquirunt; tum rationem inſtitue de ſalis cujuſlibet innati, oleique quantitate, natura, ſtatu, combinationibus. hic certè ſi rectè computum faciās, maximè ex aliqua neoterici hypotheſi, næ multo doctior eris, & intelligentior de herbarum virtutibus & uſu, proſecto in his tantis minutis non is ſum qui plurimum fatago.

2. Crocus.

Croci autem uſus & rationes, quatenus ad rem noſtram pertineant, ex Dioſcoride hæc ſunt. Crocus ex vino ad aliqua venena, vergentes ad ignem ſacrum inflammationes mulcet, vim coquendi ac emolliendi habet, urinam ciet, venereſem ſtimulat. miſcetur

S utiliter

utiliter potionibus, quæ ad internos parantur affectus, qui ex passo biberint, crapulam non sentient. crocus optimus, qui subacris. Igitur nescio an aliud medicamentum aptius. nam quoddam fortiter expellere & inflare potis sit, constat, quatenus urinam & venenam moveat, & subacris gustus sit. itemque quoddam inflammationes concoquit, emollit, mulcetque, potenter digerit, quoddam crapulam prohibet, & veneno privatim adverteatur. His addo, meatus ideo aperit, quoddam subtilissimis herbis infectoriis est.

3. Fœniculum. Apium.

Hæc peculiariter adversus venena Serpentum ex vino exhibita sunt. Illud expellit, quod epotum mammas lacte replet: itemque quoddam urinam menselque movet. hoc eadem virtutes obtinet; atque tam hoc, quam illud æstuantem stomachum mulcent in febribus, ad inflammationes, oculorum putà, privatim conferunt.

4. Lentesc. Cicera. G. Tragacanthi.

Lentes contra subversionem Stomachi, ad pustulas, herpes, & erysipelata. inflammationibus medentur. D. o. sc.

Cicera ad inflammationes; ad scabiem, ulcera capitis manantia, lichenas: ad cancrofa & maligna ulcera. authore Dioscoride, itemque Arabes ea exhibent instantia se lenitiva. conferunt Apoplematibus calidis, & iis quæ sunt in glandulis, & privatim conferunt dolore dorsi. nutriunt, ex his sorbitio pulmonem melius, quam res aliqua, clarificant vocem. aperit oppilationes & vehementer venerea ex vino, i. e. quoddam inflant; unde magnopere distendunt ductus excretorios, expelluntque superfluum vaporem. Avicenna.

G. Tragacanthi. Quamvis peculiariter id medicamentum inflammationes sedet, authore Dioscoride; tamen quia ex papilionacea & siliquosa planta lachryma sit, ideo illud inter instantia, sive expellenda jure, ut arbitror, posui.

5. Lacca. Kermes. Cochineil. Trochisci viperini. Pulveres Testacei.

Hæc autem medicamenta, in aliam classem simul redigi, nempe propter affinitatem quandam, scilicet quoddam medicamenta sint ex infectis, aut animalibus sanguineis frigidis, de iis autem apud Græcos parum, quod scio, dictum est; nec multum apud Arabes, nisi sparsim. at quæ sint, & quas potissimum virtutes, nostris variolis accommodatas habeant, dicam, idque ex veterum placitis, quantum res ferat.

Igitur Laccæ mentio sit apud Galenum in Mithridatio, nequeo sanè Fuchfio assentire hanc Cancanum Dioscoridis fuisse: sed Arabum Laccam, esse ipsissimam hodiernam nostram constat. non Lacca pura ab Avicenna in variolis; Lacca cum fustibus detrita ab Alfaravio præscribitur. hæc certè coccos baphice esse non potuit, quæ pura colligi solet, teste Dioscoride, ab ilice pumila, ut hodie, quod Monspelienfes.

Hæc autem Officinarum Lacca ab Indiis ad nos asportata, teste Amato Lusitano, omnibusque seplasiarum, quorundam infectorum, Formicis alatis persimilium officium est, ab iisque fustibus adglutinari: atque ita non rarò venit apud pharmacopolas.

Clarum est, inquit Johannes Bauhinus veram esse laccam, quæ in officinis utimur, & quæ adfertur ex India Occidentali, quæ fuerit forte nesciverunt Arabes, at ejus usum in variolis nos primùm docuerunt. Ejus verò notitiam Garciz debemus; nempe

esse ex Formicis alatis ortam, & in eximia ferè ramis Bir arboris pruniferæ jujubini cujusdam generis generari.

Inter *Suppurata*, i. e. quæ per insensiles meatus educant, numeratur.

Kermes verò coccos baphice Dioscoridis ex arboribus glandes ferentibus i. e. ex pumila ilice, colligitur, & granum quidem non est, sed alicujus vespe: sive apiculæ labor, in quarum numero etiam formicæ sunt, i. e. nidus & pabulum, more apum; vermiculo incluso à matre infecta provisum, de quo olim [a] uberius dixi.

Cochineil. superioris seculi medicamentum: procul dubio ex analogia, quam habet cum reliquis Infectoriis Insectis primò à modernis exhibitum est.

Vermiculus hexapodus est, i. e. à scarabæorum genere, & ferè in medio statu exiccatus; antequam adolecat in scarabæum.

Atque hæc omnia ex communi quadam ratione ad venena conferunt.

Ita Cimices (ex scarabæorum quoque genere) demorsis ab Aspide profunt. Locusta Africana exiccata ex vino hausta contra Scorpionis ictus magnopere confert. ita pulli Hirundinum i. e. Insectivorarum avium, exiccati ʒj. ex aqua, anginae succurrunt: ad uvæ & tonsillarum inflammationes conferunt. Diosc.

Trochisci viperini. hoc autem medicamentum optime exponitur à Dioscoride nempe ex viva, i. e. integra vipera cum sale & Caricis melle tosta in fictili clauso, & ad lævorem trita conficitur. etenim ex iis ipsis etiam sal conficiatur, non est tamen periinde efficax. ipso authore.

Proprietas autem hujus carnis est, inquit Avicenna, quod facit penetrare superfluitates ad cutim, rursus, ejus exuvia expellunt superfluitates ad cutim & conferunt lepræ magnificè. eodem authore.

Vis autem infectorum communis septica est; qua de causa, inquit Dioscorides, medicamentis admiscetur quibus carcinomata, lepræ, & impetigines ferè curantur.

Pulveres testacei. medicamentum prophylacticum nulli secundum & in usu quotidiano, quamvis rationes vulgatas ejus rei non approbo. à veteribus adeo eas paucis deducere lubet.

[b] Igitur ad Potionatos omnis generis conchyliis cruda pariter ac tosta esse, salutare est. itemque locustæ marinæ, & astaci, ac potum eorundem juiculum: id est, tam Testacea, quam Crustacea infecta: nempe è quibus nostræ adeo decantatæ compositiones è chelis fiunt.

Hi verò pulveres, autore Dioscoride extrinsecus admoti ad pforas idonei, quatenus naturæ calcis vivæ participes sint: intrinsecus verò propter eandem rationem alexipharmaca sunt; & privatim conferunt ad canis rabiosi morsus; contra serpentium & phalangiorum morsus & scorpionum ictus auxiliantur: & iis qui leporem marinum hauserunt.

Testudinis marinæ & terrestris ova quomodocunque cocta, & jus ranarum maximè faciunt ad putrescentes purpuras à salamandra hausta.

Cancro fluviatiles elixi ad haustum marinum leporem non mediocriter adjuvant.

Cochlea extinguit sanguinis fervorem, omnia coeperimenta ostraci abstergunt ulcera, & consolidant ea, & scabiei conferunt. stomachi dolorem sedant. ulceribus accidentibus in intestinis conferunt magnificè, autore Avicenna.

Illud certissimum est, ad animalium venena etiam privatim infecta, tanquam antidota à veteribus exhibita sunt, ita Scinci in Mithridatio, admodum diuretica

[a] *Act. Philos. Londinens.*

[b] *Diosc. Alexiph. c. 6.*

retici sunt, veneream accendunt: adeoque expellunt vehementer per ductus excretorios, quæ sola ratio & usus est id genus medicamentorum.

6. Vinum, Opium, Mithridatium.

Vinum, maximè dulce, imò meri potio, idque interdum, certe ad aliquot venenatos ictus, largius potum (a) egregie, inquit Dioscorides, auxiliatur, adeo copiose, si quod aliud medicamentum Mithridat. admiscetur.

Itaque admodum laudo usum nostratum, quo serum à lacte vel cerevisia; vel maximè vino albedo divisum pro potu quotidiano in variolis exhibere solent; maximè si tantillum C. C. vel crudi vel usli & calendulae flores, nempe croci æmuli & medicamenta euphorisla incoquantur. Etenim veteres vinum privatim dederunt ad papulas toto corpore erumpentes; & ad omnes internas inflammationes & ad venena, ut dictum est, teste Dioscoride.

Opium autem inter prophylactica & expellentia medicamenta à veteribus numerari video, quod satis probat ejus effectus, si majore modo detur. epoto inquit Dioscorides, papaveris succo tanta sæpe numero oritur prurigo, ut hominem à vetero excitet. me olim, fateor, multùm abstinuisse ab ejus usu, dum Eboraci medicinam facerem, nec me unquam poenituit, illud non dedisse; sed cum perlegissem consultationes, quæ de hujus usu in variolis D. Theod. Mayeraus manu scripserat: in quibus una est, quæ privatim in confluentibus variolis medicorum Londinensium sui temporis, regno Caroli primi, laudari exhibitionem vehementer laudat; minus ejus medicamenti, certè ubi opus fuerit, à rationibus supra expositis, abstemius fui.

Syrupum mirabilem ad variolas Avicennæ ingreditur succus foliorum papaveris humidi id est viridis & succus acetositate citri.

Grossi, inquit Dioscorides, cum sylvestris papaveris foliis ossa extrahunt, & furunculos discutiunt.

Mithridatium (in cujus numero pono Theriacam secundum Andromachum, Neronis medicum, aliasque id genus innumeras compositiones prophylacticas) habet multa è supra comprehensis medicamentis, & alia ferè piperata & sudorem moventia, ideoque si intra modum à veteribus præscriptum, id est ad sabæ Ægyptiæ magnitudinem detur, in gravibus variolarum symptomatis valdè accommodatum medicamentum est.

At quid sibi velit illa incredibilis audacia quorundam nostrorum hominum, planè nescio; nempe Theriacarum modum, eumque quotidianum in variolis ad Div. ex bolo extendere. Audi Sebizium, qui de variolis longe omnium doctissimè ac ubertimè scripsit (aut. ad dif. 6.) antidota ac alexipharmaca illa magna, ut Theriaca, Mithridatium, elect. de ovo, Diacordium Fracastorii, &c. et si sudores potenter moveant, variolis tamen minimè, ob caloris acrimoniam (certè dosi supra modum aucta, ut nostris hominibus placuit) convenire videntur.

7. Acidi quilibet succi sive fructuum, sive Vitrioli, Vitriolum, Sulphur.

Hi autem succi, nempe acetositate citri & granatorum & similia, præcipuam commendationem apud Arabes in Variolis habent. eorum autem ratio à Priscis petenda est. malum citrium, inquit Dioscorides, bibitum venenis resistit, mala punica acida æstuanti stomacho auxiliantur. Urinam cient, id

Tom. IV. Pars II.

(a) Multum meracumque vinum omnibus venenis confert.

id est promovent excretionem & fervorem temperant; certè in primis Variolarum temporibus.

Vitriolum, Sulphur: utriusque spiritus acidus.

Ita autem de his perhibent veteres. Atramentum futorium [χαλκὸν] ex aceto ad venenum. Omphacium, sive succus uvæ acerbæ & viridis ex aneo vase ad mellaginem ad solem inspissatus, quo admodum diluto, inquit Dioscorides, & pauco utendum, contra Tonsillas, uvam, oris ulcera. In hoc vero numero sunt Calcitis, Mysy fory; nempe singula ejusdem familiæ medicamenta, privatim ad venena; ad Herpetas & Erysipelata, ad sanguinis eruptiones, Alexipharmaca & Mithridatica.

Sulphur vivum inest Mithridatio Galeni; id verò ex Dioscoride patet, fuisse quoddam Vitrioli Martis genus scilicet splendido colore, & translucens; & revera quod ex Indiâ Orientali habemus, ex flavo-subviridi est; & pellucet instar Vitrioli. Verum suspicor equidem ipsum Martis Vitriolum ex quo noster spiritus acidus confici solet, antiquis minimè, nisi in hujusmodi sulphure, cognitum fuisse. Sulphur autem eundem spiritum acidum æquè dat, ac ipsum Vitriolum. Verùm istiusmodi spiritus virtutes ex Priscis, non à Chymicis petendæ sunt, quatenus solus Pyrites (a) ferreus sive metallum ferri Sulphur & Vitriolum edat.

Sulphur itaque, quatenus ad Variolas efficax est, à Dioscoride dicitur celeriter maturare, itemque ad lepras & Lichenas confert. Scorpionum privatim istibus medetur. pruritus totius corporis sedat.

Igitur acidum è sulphure & vitriolo duplici nomine ad Variolas accommodatur, quatenus privatim venenatorum moribus auxiliatur, & opio exhibitio antidotam sit. (b)

Hæc autem medicamenta, non hujus diei sunt, ut nos persuaderent vani homines, sed temporibus in hoc certè seculo ineunte variolis adhibita sunt; nempe ex analogiâ acidorum succorum liberalius præscriptorum ab Arabibus. ut palam est ex Mayerni praxi, id est, [consultationibus ad injuriam famæ tanti viri decurtatis] in Variolis evulgata.

Hactenus Clariss. Martinus Lister. Sequuntur jam alia Curationes & explicationes.

Curatio & Explicatio Clariss. Joh. Nicol. Pechlini.

Prædicorum una est vox in Morbilli Variolisque sanguinem mittendum non esse, turbari enim Naturæ operas, & subidere Orgasmum, qui explicandis fermentandisque nocentis materiæ particulis servire debebat. Ut autem emissis in cutem Variolis non temerè instituendam esse venæ sectionem & ipse existimem, attamen ante eruptionem eam aliquando necessitatem impositam vidi. Verùm, cum non statim initio, in primis si nondum grassetur morbus, etiam in illò symptomatum familiarium cumulò dignoscere possis, utrum in Variolas eruptura sit minax & febriculosa ebullitio, nec ne, magis sæpe ex re erit vulgi & Veteranorum sequi præjudicia, quam placitò semel, imo & indicatò remedio ad invidiam uti. Sanè absterrentur plurimi vulgi clamoribus non dubitantis, jam in manifestum mortis discrimen adductos esse quibus vel guttula

S 2

(a) Acerum in quo ferri sterces, quod ex Graecis vocant, usum prius infervescat sapius, & ita detur ad Aconium. Scrib. Larg.

(b) Proprie ad eas pullulas, quæ infantes malè habent, lapis, quem Pyriten vocant, cum amaris nucibus miscetur. C. Celsus.

[c] Acerum calidum potum, inquit Dioscorides, adversus omnia venena efficax est, præsertim contra Meconium.

zula perit sanguinis, etiam ante eruptionem. Ego autem, dum considero multos sæpe extrahi dies, & ægros cum variis colluctari symptomatibus, Cardialgia, inquiete, calore summo & sicco, pulsu curo & compresso, haud inutile iudicem evacuatione minorativa, ut nostri vocant, occurrere, sanguinisque nimium quantum æstuantis parte detractâ cæteræ Variolarum materiæ in laxatis jam venarum spatiis evolendi se se atque digerendi occasionem dare, sic enim postea eunte jam in cutim seque ostentante fermento, medicamentis blandis atque *viscosis* Naturam oportendè juves, quodque reliquum est, expellas, non temere iterum vel purgante aut Venæ sectione sollicitandum. Certè aliis mihiq; ipsi evenisse scio, ut institutâ Venæ sectione in illo symptomatum tumultu dubiâque Crisi feliciter in cutim exiverint Variolæ, mox etiam contra vulgi suspicia sanatae; sed, ut consilium hoc forquidè magis quam ex ingenio sæpe profuisse intelligas, an experimentum. Javenis Maritus, qui magnis citilique itineribus ex Ducatu Frisia in Holsatiam appellabat, mediis Casicularibus & æstuosissimo anni tempore, quo aliâs tribus annis continuis ex melancholico furore laborare ceperat, in febrim incidit continuam atque ardentem; cumque ego ex oculis vagis atque irretitis, nunc etiam obstinatâ taciturnitate, pristinum morbum adfore conjicerem, nullo alibi grassante contagio Variolato, consultum duz: exæstuantem magis magisque sanguinem caputque & lumbos atrociter occupantem tertio ab insultu die Venæ sectione compescere; adest ergo manè Chirurgus detrahitque septem Uncias sanguinis; ad hæc symptomatum malacia & de meridie exanthematum rubrorum in utraque manu & regione Cordis eruptio; ocyus advocor, ubi horresco primùm spectaculi genus calumniarum metueos; aderant conjux & cognati, qui statim scorbuticum crepant exanthema; ego autem Variolas esse fidenter pronuncio, quæ nunc demum detractâ parte sanguinis bullientis melius sese expediant orasque legant corporis; magna ad hæc consternatio, & ut fieri in ejusmodi casibus solet, alter advocatur è longinquo Medicus; adest ille de nocte, & oculos malè confisos mihi imposuisse contendit, non enim Variolas istas esse, sed Scorbuticum exanthema vi caloris protrosurum; interim ego Variolarum certam alteram diem expectandum dico, quò fidentius objurgare repentini Critici supercilium liceret; sed vix pedes intuleram in conclave, cum ille Variolis sese ad claram lucem melius exferentibus errorem fateatur, inque meam sententiam concedit, sed periculum ominatus, quòd hoc morbi statu sanguis missus esset; ego contra hoc unum esse obtestor, quod copiâ femini Variolati oppresso profuerit, jam enim meritò sperari ad liberiolem sanguinis expansionem materiam & separari facilius atque ad cutim propelli posse, quod ipsum etiam Experientia comprobavit. Quid quod noverim Fœminam nobilem, jam quadragenariam, quæ ut erat temeraria magnorumque ausum capax, inscius, imo prohibentibus Medicis, jam etiam in cutim protrulsis Variolis, in utroque sibi pede Venam incidi jussit, & diminuto, qui impatientem torquebat, æstu feliciter evaserit. Et verò, ut Nature præeuntis exemplo res constet, in ipsis sæpe pueris oborta Nasium hæmorrhagia quid aliud ostendit, quam copiosam nimis uberemque Variolarum materiam aut æstuosorem sanguinem, in metuendâ aliâs oppressione, ipsum sibi exitum quærere & Nature laboranti subvenire. Puerperas quæ etiam vidimus insigni Lochiorum fluxu adfectas, & tamen periculum, quod ominabantur magnum, Va-

riolæque jam in altum latæ, jam complanatæ intentate videbantur, feliciter effugisse; imo latitantes inde à longo tempore statim cum partu, id est, Uteri hæmorrhagiâ, florido colore in cutim exivisse justoque tempore maturatas agras à discrimine, Medicos à metu liberasse.

De Variolis autem Morbillisque res sanè mira abdi eos tam diu, neque facillè reperiri quemquam, qui ab hoc tributi genere sit immunis. Vidimus quidem differri illum morbum in seram ætatem, sed hoc majore periculo, quò à pueritiâ longius rejicitur, adeò illum infantibus puerisque optandum, adultis periculum minari. Jam & hoc admiratione dignum, abditum & texturæ sanguinis infixam Variolarum fermentum nullis vel vehementissimis intestinalisque fluidi conquatillationibus ante destinatum tempus evocari posse, & solum esse aëris contagium certamque aëris *causam*, quæ sopitum latentemque à multo retro tempore virus sanguinis texturâ evolvat. Sanè nullis unquam vel Purgationibus aut Sanguinis missionibus effeceris, ut Variolarum fermentum vel pereat in totum aut specie liquoris excludatur. Diarrhœas notavi gravissimas tum ab intempestivo remedio, tum sponte obortas, idque paulò ante morbum, nihil tamen imminutâ ob hoc ipsam Variolarum vel copiâ aut malignitate, quam in tot dejectiones absumtam immunitatem à morbo præstare debuisset merito contenderes. Vidi in Principe Puellâ post sex septimanarum Catarrhum destillationem narium humidam atque copiosam, etiam post frequentatas corporis causarii purgationes, ubi nihil tale metuebamus, erupisse tamen Morbillos, plures etiam alios, quibus inter manantis capitis Ulcera, Herpetes sparsosque toto corpore Furunculos, post admota omnis generis remedia, sudores, purgationes aliaque, tamen Variolæ exiverint nuperisque injuriis defunctos novo periculo objecerunt utque perenne & coævum vitæ fermentum esse intelligas, nullis vel similibus morbis ætatique lapsu eam tibi securitatem præstiteris, ut non etiam paulò post exantlatos morbos purgatumque ab omni parte corpus Variolarum Morbillorumque tibi periculum obeundum sit. Novi, quibus statim post Tertianas Quartanasque, in quibus succedenti fermento novo fomitem omnem subtractum tot purgationibus jurares, Variolæ ac Morbilli invaserint. Vidi Febri malignæ, Purpuræ, Morbillos statim successisse; utque sua singulis contagiis *præsumpta* esse intelligas, etiam Morbillos ponè secutam esse Purpuram, quam morbi symptomatumque affinitas confudisse invicem videbatur. Invadebant Generosum Juvenem Morbilli, Epidemii tum & grassantes; ex hisce tantum non convalescerat, cum, ecce, unum illum non notatum in universâ Urbe morbus, Purpura, illicò occupat, malignus ille & discriminis plenus; ex quo tamen ægrè & non nisi post diligenter præstitam operam evasit. Hic tamen, res mira, contagii auctor totam domum ferali miasmate infecit, quod in illustrem Parentem, qui ægrotanti adfuerat, aliosque, qui manum operasque Juveni commodaverant, translatum ad unum omnes jugulavit. Grassantibus morbis Epidemiis gravidas mulieres provido Nature consilio à communi & promiscua aliâs calamitate immuniores esse constat, quam alios quosque, & tamen, ubi Variolarum illud Morbillorumque contagium dominatur, non perinde immunes videntur, sive quod excitatum primùm in Embryone fermentum Matrem, seu Mater contagio Embryonem inficiat. Observavi Gravidam, quæ occasione pueri majoris cum Variolis colluctantis in ipsum illum morbum incidit, quo erumpente cum magnâ Uteri hæmorrhagiâ enixa est gemellos, utrosque stigmatis referatissimos, sed jamjam intempestivo fermenti tumultu ju-

tu jugulandos, evadente feliciter Matre. Quid quod, uti in pueris aliquando; sic sæpe in Gravidis trahi atque oberrare hoc fermentum contingat, donec Partus erumpit, cum quo ipso occultatum diu virus sese explicat Matremque & Puerum invadit. Anno 1680. Kilonii duabus Matribus parturientibus exclusi infantes uterque & ipsi contagii notas adtulere: Matrem uni copiosè fluxere Lochia, crescentibus tamen usque & ad maturitatem justam perductis Variolis, magno Puerperæ commodo; alteri, cui Lochia rariora apparere, collapsis lentè refugientibusque post Partum Variolis tertius dies fatalis fuit, uterque tamen puer caput salvum abstulit; adeo multum est cum ipsa nativitate morbum hunc ponere seque & metu & periculo eripere. Jam verò fermentum illud quando erumpit & secretum est, quæ & quanta non adfert corpori incommoda specie gravia? In Pueris, ubi dentitionis periculum præterire, Epileptici sæpe insulsi certum præbent minimeque fallax efferentium sese Variolarum indicium, de nihilo sollicitis Parentibus, si alio, quam quæ expellendis Variolis destinata sunt, occurrant; & verò facilis est & sobita sæpe post symptomata tam horrenda eruptio; jam verò etiam Febris initia hujus morbi comitatur, capitis lumborumque doloribus & pulsibus citatissimo exasperata, sed quæ tertio aut summum quarto die cum erupturientibus jam pustularum notis manifestè remittant ægrumque sibi reddant. Id tamen etiam notabile, sæpe antè intermiscere symptomata, quàm notæ illæ sese ostendant, adeoque secretum jam è sphaerâ sanguinis *παιστων* dispersis hinc inde particulis in cute vagari, donec continuato calore, etiam modico, in superficie erepat seque oculis videndum præbeat; at serè primum & copiosè in vultu manibusque exerunt se pustulæ mox in totum corpus diffundendæ; ubi hoc quoque mirari soleo, cum nullæ partes æri nudo magis expositæ sint, quàm hæc ipsæ, in hæc tamen plerumque frequentius coire Variolarum materiam, eam fortè ob causam, quòd viscoso Sanguinis involucro intextum contagium in temperatiore quàm calidiore cute facilius subsistat, exhalantibus nimium quantum in isto stragularum vestiumque, quibus cæteræ partes foventur, calore articulis tenuioribus, & impedito, quo opus est, coagulo; ut jam intelligant, in quem locum res ægrorum conjiciant, qui tempestivis confertisque sudoribus involucrum misermatis Variolati, ut in pus saniesque coëat, impediunt, & longè meliores esse illorum partes, qui moderato calore Naturæ vesificantes solis hordeatis, Scorzonæræ & Cornu Cervi decoctis ægrum sustentant, lentisque & securis sudoribus hoc efficiunt, ne viscosæ oleosæque particulæ, necessarium acrimoniæ delinimentum, corpore evaporati puris facturam destituant; & verò ita intra duos tresve dies exclusa materia Variolarum sanescere incipit, & pro eruptionis celeritate aut fermenti ingenio, septimo aut octavodie in pus verti maturum, nunc album, nunc flavescens. In quâ excoctione illud, in vultu imprimis considerare oportet, quòd, quæ respectu pustularum rubrarum candida pridem apparebant cutis interstitia, invalescente tandem pure, rubescere incipiunt, miram adeoque esse colorum vicissitudinem; cum enim excoctum pus albedinem pustularum summo inferat, reflexa à basi & oris illarum rubedo, quæ serius maturatur, vacua cutis spatia tandem occupat purpureoque colore distinguit, donec plena puris maturitas flavedinem aut dilapsam à pustularum apicibus nigredinem ibi quoque induxerit, unoque colore, si confertæ sunt Variolæ, vultum incrustaverit; quod si ergo isti tumori adeò nigro narium simarum orisque repandi debonestamentum jungas, nihil faciliè reperias, quod Æthiopico vultui sædoque *μορμαξων* sit affinius. Post hæc

Tom. IV. Pars II.

tamen tam discoloris visuque turpes mutationes certa oritur nec deceptura sanitas, plerumque etiam nihil immutato vultus nitore. Suspecta autem semper est illa ratio & plena periculi, si nimis citò & cum incipiente febre erumpant Variolæ; si, postquam eruperunt, identidem se retrahant; si, cum erumpunt, vel turritæ nimium vel conicæ aut planæ appareant, invicemque sociatæ in unam omnes coëant vesiculam, vultumque aut genas aut frontem æqualiter incrustent: Confluentes hæc vocabat non contemnendæ experientia Practicus Sydenhamus Anglus; si in fauces grolamque copiosæ incumbant: nam pueros quidem hoc solo, quòd deglutire nec poterant nec volebant, in illa cæterarum malignitate periisse vidi; si colore initio se ostendant obscuro vel pallido, rubro, & cum albescere debebant, in plumbeum livorem aut fuscam transeant nigredinem; si interstitia, quæ superant pauca in Confluentibus, non rosea, sed nigro-obscura purpurâ perfundantur, quas scio qui pro maculis malignis morbi & Morbillis acceperint; si salivatio unâ cum eruptione invadat & ægrum malè habeat, non secus, ac si ab argento vivo vexatus esset, quamvis in universum hic lentior sit ac viscosior saliva; si ad somnum se componere æger, etiam eruptione factâ, præ nimio aestu non potest; si usque calor urget; si Diarrhœa infestat; tum enim abumtæ nimia colliquatione vires propulsandæ in cutim materiæ impendere se nequeunt; quid quòd complanata ad Diarrhœam Variolarum convexa satis ostendant destinatam cuti materiam in alvum desuisse in Naturæ fraudem. Ut autem Adultioribus à Salivatione, sic Pueris à Diarrhœa plus est periculi. Quæ admodum autem prodigia Naturæ quotidie eveniunt, ita vidi, qui cum pessimis symptomatibus colluctati mortem tamen evaserint; sed ita, ut ex superflite quâdam notâ periculi magnitudinem, quâ olim laboraverant, hæriolari faciliè licuerit. Notavimus efferari adeò atque invalescere Variolarum fermentum, ut superstes in membris organisque virulentia alium oculis, alium auditu, alium pedum usu magnaque sanitatis parte mulaverit. Vidi claudicantem ex malignis Variolarum reliquiis contractam, jamque annos quæ harentem balnearum tandem usu profligatam. Nota sunt cæcitatibus à Variolis profectæ exempla; & verò etiam exesam à Variolis Uvulam vocis gratiam corrupisse observavi; sed & vagatum per diversa corporis Variolarum virus Carbunculi instar, cutim atque carnes erodit, & faciem imprimis, illam aliàs partium omnium reginam & pulchritudinis sedem profundis scissimisque nævis dehonestat. Vidi, ubi copia & malignitas Variolarum peresis jam genis gingivæ Gangrenam & lævæ maxillæ ossi inferiori Cariem intulerit. Id verò etiam mirum tot esse Variolarum fermentorumque species, ut non statim exaerata unâ à cæteris quoque sis immunis. Novum non est duobus tribusve generibus aliquos defungi; nam, ut quis durum isthoc siccumque genus, quòd *Steinpocken* vulgus Saxonicum vocat, & alterum illud aquosum magis & Hydatidum instar, quòd *Wind-* vel *Waterpocken* *νεφελος* appellat, pertulerit, nondum tamen verum illud & decretorium Variolarum fermentum penitus excussum est, neque ante securum quis jactare se potest, quàm illo etiam genere sit defunctus. Liberis meis accidit, ut cum ex nobis istis Variolis usque copiosis in autumno laborassent, proximo inde vere in genuinam illam infestamque speciem inciderent, neque morbum ideò leviorer experirentur, quòd jam paulò antè cum alteris istis conflictati essent. Cum ante quinque annos in superiore Germaniæ parte, Suediâ, essem, narrabat mihi istius loci Medicus, novum ibi non esse, neque insolitum, uno eodemque anno tribus ex ordine Variolarum generibus

S 3 corripit,

corripit, quarum ultimæ pessimi semper moris ægrum vel jugulent, aut, si evadat, cæcitate, pedum vitio malignis tabificisque ulceribus lentè conficiant. Quidquid id sit, æris diætæ & temperamentorum qualitas fermentum determinat, & Variolarum vehementiam vel intendit aut remittit. Plerumque autem diris symptomatibus comitatæ Variolæ infestæ sunt, imò exitiosæ: quamvis quæ uno tempore feralia sunt symptomata, alio minus periculosa sint & nihil mali portendant, & ipsæ illæ Diarrhœæ aded sæpe gaves, conversâ in se fermenti Variolati parte subinde profuerint, imprimis si initio contingerent & maturè temperamentum admitterent. Id tamen non vulgare, quod ex insignis Præfici ore habeo, visas sibi Variolas Morbillis permistas, semel etiam sinistrâ parte Morbillos, dextrâ Variolas, diviso ad perpendicularum corpore. Id duntaxat circa sanationem monere habeo, consistere eam potissimum in propulsatione impedimentorum Naturæ officientium, & nihil æquè prodesse, quàm idoneum Diætæ calorisque temperamentum, cujus tamen ratio magnam partem à temporum anni climatūque diversitate pendere videtur; namque hic in Septentrione caloris fomentum magis tolerari posse, inde apparere puto, quod Variolæ convexæ rotundæque ad remissiores caloris gradus statim complari & crescentæ iterum eo erigi & rotundari incipiant, mutatis simul pro tempore symptomatis.

Operatio in distans & remota ingenia plurimum exercuit, aliis hanc, aliis illam causam assignantibus, & ut in plerisque fidem experientia destituit, est tamen, ubi secretæ fluidi vires etiam sine contactu de solido in solidum transeunt. Habent plurima corpora sphaeram activitatis eamque determinatam, non semper in vicinia corporis, sed & in longinquo, ne quis superficie corporis includi vim omnem putet. Cunctæ ferè res ejaculantur effluvia quædam, nunc longius nunc propius, prout nempe centralis illa vis magna est aut parva. Atmosphæræ suæ singulis individuis sunt concessæ, quibuscum etiam & continuari & extendi activitatem necesse est, quò sympathiæ obscuræ causas rationi melius accommodemus. Illarum aliæ in fluido aëreo motuque corporum vario facile dissipantur, aliæ lentiore principio & glutine quasi quodam constrictæ naturam tamen suam usque servant, nec facilè evanescent, imò etiam, postquam in subjectum aut medium idoneum se inseruere, simul cum eo in longinquas terras deferuntur diuissimè supersites: in quo hoc sympathicum voces, quod non promiscuè omnibus, sed certis duntaxat corporibus iisque suo modo affinitibus se rursus applicet. Si enim accuratè rationem ineas, corpora ipsa remota non magis se afficiunt, quàm focus in distans calefacere solet. Est ille loquendi modus, ut, dum effluvia nos afficiunt, ipsa illa corpora, quorum sunt partes, affecisse nos dicamus. Et verò singularem notat congruamque objectorum affinitatem, Magnetismum vulgò vocant, quando effluvia illa non perinde in omnia, sed certa duntaxat & peculiariter corpora se immittunt & similitudine inficiunt. Id in contagio pestilenti apparet, quod ipsum etsi passim per aëra diffusum videtur, dum omnibus promiscuè corporibus alliditur, tamen veluti affinitate quædam certis duntaxat adfigi atque inhærescere objectis solet, idque pro ingenio & qualitate fluidorum, quorum alia recipiendo, alia avertendo veneno sunt idonea. Experientiâ comprobatum est, Pestis illud venenum lanarum chartarumque asperæ superficie in remotas terras deferri, & appropinquanti atmosphæræ affini exitiale fermentum adsare posse. Et ut hominum quoque nonnullæ naturæ ab hoc contagio planè sint immunes, in universum tamen omnia animantium genera à pe-

culiari illo & specifico hominum veneno recipiendo sunt alienissima; quemadmodum contrariâ quoque ratione animantium pestes atque contagia ab hominum atmosphærâ facilè tepelluntur, naturarum specie magnetismum receptumque particularium similitudinem determinante. Utut demum se res habeat, necesse est fluidum aliquod aut fluidi receptaculum intervenire, quod *miasma* illud aut noxæ formale in alia corpora transfundat cumque eo in distita loca propagetur. An verò etiam tam pertinax sit Variolarum istud contagium, ut tamdiu vel pannis aut serti inhærescere & in tam volubili fluidorum motu vires infractas servare possit, aliorum nitatur iudicio; id quidem certum est fratres longo locorum intervallo distitos, ubi jam expirasse illam contagii atmosphæram necesse est, simul semelque eodem corripit morbo & æquo sæpe periculo. Exempla nobis nota sunt Se enissimarum personarum fraterno sororioque vinculo junctarum, quæ longissimo intervallo remotæ unæ ab aliis (hæ enim in Galliis, illæ in Septentrione debebant) eodem tempore ex Variolis laboraverint; id quod etiam in pluribus, iisque nobilibus Viris, evenisse novi. Fortè autem illa temperamentorum identitas & parilis constitutio, quod in Fratribus Sororibusque novum esse nequit, regnante hic & alibi contagio variolato aut calore fermentativo, latitantes Variolas eodem tempore & pari fortunâ evocat, & velut è potentiâ in actum suscitât, ut ne ullam contagii sympathetici rationem subesse hic putes. Posse tamen ex Variolis jam in saniam conversis surgere miasma aliquod fluidum viscosum, quod vicina quæque & disposita ad hoc corpora inficiat, & asperæ pannorum superficie immisum transferri aliorum queat, impudicus ille & virosus odor, quem purulentæ jam Variolæ spirant, significare videtur; cum illo enim idea fermenti contagiosi in auras, ex auris deinde in vicina & præparata jam corpora ingreditur sopitumque excitât Variolarum fomitem. Quâ autem via proximè sanguini se misceat contagium isthoc, haud facilè dixeris, nam reciproco illo animæ comœatu inspiratum distari iterum videtur; quâ autem parte viscosum est, corporis superficie facilè adhærescere, quâ fluidum, poris ubique omnibus recipi inque massam sanguinis seponi posse existimes. Quæ verò illa sit sympathia, aut vulgo usitata superstitio, ut quantitatem & qualitatem Variolarum redimere uni ab alteris soluto pretio possint, mihi quidem perspectum non est; at cum præsens cum præsentem jamque infecto contrahere debeat, non absurdum est; quod aliàs quoque futurum erat, transmitti eas posse; at quod de numero & qualitate ajunt, fortuitum est & planè rarum, aded in Observati universalis censum venire nequit. *Hallenus Job. Nicolaus Pechlinus in Observ. Physico-Medicis.*

Curatio Clariss. Isbrandi de Diemberbroeck.

Variolæ, quia morbis acutis annumerantur, hæbent, sicut alii morbi acutiores, quatuor tempora; & si cursus morbi convenienter procedat, terminantur intra quatuordecim dies: quos si excedant; indicium est, aut debilitatis naturæ, aut valde magnæ copię materiæ morbificæ, aut utriusque. Tempus ebullitionis plerumque quatuor diebus absolvitur; horum primus est principium, secundus augmentum, tertius status, quartus initium declinationis, quo tempore febris & symptomata remittere solent. Idem quartus dies, qui est declinatio ebullitionis, etiam solet esse principium eruptionis variolarum; augmentum verò ad septimum protrahitur; status undecimo die viget; à quo usque ad decimum quartum, est declinatio, eoque tempore variolæ siccantur; quæ

exsic-

exsiccatio interdum ad vigesimum usque protrahitur. Si morbus secundum hunc ordinem convenienter procedat, de felici eventu bene sperare licet: si verò e contra, hunc ordinem non servet, sed eum pervertat, de sinistro eventu omnino metuendum est.

Exitus autem seu eventus morbi, an salutis, an verò exitialis futurus sit, præfagitur ex collatione virium ægri, cum magnitudine morbi. Vires ægri colliguntur ex tolerantia, & omnibus actionibus. Magnitudo morbi colligitur ex febris & symptomatum magnitudine atque ex ipsis etiam pustulis. Si ægri vires tantæ sint, ut quatuor morbi tempora sustinere valeant, felix: at si febris & symptomatum magnitudine ita obruantur, ut vix ad statum usque sufficere possint, infelix erit eventus. Ex his igitur quæ variolis comitantur & sequuntur, de eventu judicandum est; cujusmodi sunt, variolarum qualitas, magnitudo, numerus, figura, color, tempus & modus eruptionis, locus, febris magnitudo, varia symptomata, & ægri facilis difficultisve tolerantia.

Bona signa prognostica sunt hæc. In principio, ante aliquam macularum eruptionem, larga narum hæmorrhagia. Cita variolarum eruptio, & hinc mox febris, aliorumque symptomatum imminutio. Variolæ primò rubræ, hinc albicantes, molles, eminentes, rotundæ, copiâ mediocres, & distinctæ, non contiguæ. Vox libera, & respiratio facilis. Ex his duobus ultimis ad salutem pollicetur Eustachius Rudius, lib. 3. de medend. morb. cap. 31. Ut exactius, inquit, salutem & mortem præfagire possimus, respirationem & vocem perpendere oportet: dum enim duo hæc bene se habent, salva res est; indicant enim materiam procul à mobilibus, & præsertim spiritibus partibus, expulsam.

Mala prognostica sunt hæc. Febris, cum gravibus symptomatibus, post eruptionem variolarum permanens. Variolæ tardè prodeuntes, & benè maturantes; parvæ, & paucæ, duræ, depressæ, post eruptionem rursus evanescentes, vel subsidentes: Item lividæ, violacæ, purpureæ, nigricantes, duplices in medio, nigra macula notatæ, interiores partes occupantes. Majoris mali præfagium augeat, magna virium debilitas: cardialgia: vomitus, singultus, ingens sitis: summa anxietas, & inquietudo magna, lipothymia crebra: delirium: altus sopor, aut nimis vigilæ: convulsio quasi epileptica: pectoris, & faucium angustia: respirandi difficultas: raucedo: cibi aversio: deglutitio impedita: alvi fluxus & dolor: menstruorum fluxus extra periodi tempus: urina cruenta: extremorum frigus. His duo adhuc addenda: 1. Si in eadem familia multi ex variolis moriantur: 2. Si senes iis corripiantur.

Qui autem ex variolis moriuntur, plerumque aut suffocantur, præclusâ à pustulis spiritus viâ: aut syncope deficiunt: aut alvi profluvio cruento, vel non cruento pereunt.

Si variolæ interiora viscera obsederunt, peripneumoniam, tabem, jecoris & renum exitiosas ulcerationes, aliaque lethalia mala inducent.

Si oculos occupent, sæpe ophthalmiam diurnam, sinum, fistulam lachrymalem, ægilopem, carunculae anguli absorptionem, caliginem, albuginem, & non rarò cæcitatem generant.

Si post eas in auribus aut naribus disruptas hypofarcolis oriatur, audiendi, vel odorandi sensu ægrum privant.

In facie si integram magnam crustam, instar larvæ, efficiant, & deponant, indicium est, securas scdi coloris maculas, & turpes cicatrices.

In hoc morbo non minus quàm in peste, curatio duplex requiritur, *προφυλακτική* & *διγνωστική*. De prophylactica curatione pauci Medici scripserunt: vel quòd illam fortassis minùs necessariam esse existimaverint, vel quòd paucissimi sani super ea Medi-

cos consulere soleant. Interim tamen, quandoquidem magnus Arabs Medicus Avenzoar illam, bona cum ratione, hic non minùs necessariam judicat, quàm in peste, & plurimi existunt (præsertim adulti & jam seniores, ut & Aulici de pulchritudine sua præ aliis valde solliciti) qui sibi de hoc morbo admodum metuunt, tam propter vitæ periculum, quàm propter foveas, cicatrices, aliaque turpitudines, quas in facie frequenter relinquit, etiam nos de prophylactica curatione primò breviter agemus, antequam ad therapeuticam accedamus, quia tutius & præstabilius est hunc morbum arcere, quàm jam hospitantem expellere, atque hinc præservatio etiam necessaria est, imprimis cum morbus aëris vitio grassatur, & contagio multùm proserpit.

In præservatione autem instituenda, omnium primò habenda est ratio aëris, utpote cujus vitio morbus hic plurimùm propagatur, eoque mediante etiam plerumque contagiosa miasmata aliis communicantur. Hic aër, si vitiosus esse putetur, corrigendus est, non luculentis ignibus, sicut id fieri solet in peste (ne nimis excandescant corpora) sed suffumigiis, ex bacis juniperi, thure, mastiche, benzoïno, succino, rosmarino, corticibus citri & aurantiorum, ligno juniperino, laurino, aliisque similibus: maximè autem conducit cubicula aceto, aut oxycrato conspergere, aut in iis subinde fumum vaporosum excitare aceto in lapidam ignitum infuso; atque etiam per pyxidem perforatam acetum cum spongia ei impositum naribus odorandum objicere. Ut nec suaveolentia valde fragrantia, ita nec foetida hic laudanda, at solum acetum omnibus aliis suffumigiis præferendum censeamus, utpote quod non tantùm vitia aëris corrigit; eique inhaerentia miasmata extinguit, verum etiam odore cerebrum partesque spirituales firmat, & in sanguine putredinosam effervescentiam impedit. Præterea, ut contagiosa per aërem volitantia miasmata melius evitari possint, injungendum ut pueri, aliique qui nunquam variolis laborarunt, fugiant, non solum ægros variolis aut morbillis jam infestatos, verùm etiam illos qui talibus ægris inserviunt, aut cum iis aliquo modo conversantur, imò & ipsas ædes in quibus decumbunt.

Cibus utendum boni succi & facilis digestionis, eorumque condimenta frequenter præparanda sunt cum acetosa, agrestis, aceto, succo limonum, & aurantiorum, uvis crispis immaturis, ribesii rubris, cerasis morellis, aliisque acidis. Abstinentium autem à duræ digestionis, aut pravi nutrimenti: item ab acris, multum aromatizatis; valde salis, fumo siccat, aliis, capis, fructibus horariis, &c. In usu ciborum modus servandus est; ut enim magna fames ita & nimia satietas nocet.

Potus sit pitana, aut cerevisia nostra tenuis, vino assuetis etiam vinum tenue modica quantitate concedendum: delicatulis subinde etiam julepi dari possunt, ex decocto hordei, succo Citri, syrupo morellorum, violarum, limonum, aliisque similibus, grato sapore præditis, concinnati. Abstinentium autem à vino forti, spir. vini, cerevisia Gedana, aliisque quocunque potu forti ac fumoso, item ab ebrietate & crapula.

Exercitia corporis mediocria sint, evitando valde gravia magnumque æstum excitantia, & nimiam quietem.

Somnus etiam moderatus sit oportet.

Imprimis etiam excernendorum ratio habenda est, & procurandum ut præter solitas quotidianas alvi dejectiones, corpora à superfluis humoribus, ad minimum semel singulis septimanis, clementer evacuentur, idque pilulis Ruffi, vel pilulis ex aloë rosata, foliis sennæ, rhabarbaro, tamarindis, aliisque similibus medicamentis in adultis, at in pueris, syrupo de cichoreo cum rheo, aut syrupo passularum corinthia-

carum laxativo, aliove simili, abstinendo à cataractis fortioribus, quæ humores totumque corpus turbant. Præterea in virginibus adultioribus, & mulieribus etiam curandum, ut menses statis periodis fluant, nisi in his eas fluere prohibeat ingravidatio: item, ut in aliis quoque, quibus hæmorrhoides per intervalla fluere consueverunt, ille fluxus more consueto procedat.

Plethoricis, aliisque quibus sanguis abundat aut calidior esse videtur, vena secanda est, si modò ætas venæ sectionem ferat, & nihil aliud sit, quod illam prohibeat.

Animi summa tranquillitas, cum animositate conjuncta, hic plurimum conducit: maximè autem fugere oportet ejus motus vehementiores, imprimis iram, metum, & terrorem, multamque de variolis, earumque fertilitate cogitationem.

In curatione eorum qui variolis jam laborant, ad duos præcipuè scopos collineandum. Primus est, naturæ in expulsionem materiæ morbificæ suppetias ferre, omniaque impedimenta amovere, quæ illam hac in parte impeditam reddere possent. Alter est, accidentia tollere, & præcavere ne in illa expulsionem partes internæ, aut externæ gravem noxam contrahant. Ut hi scopi impetrentur, in usum vocanda veniunt tria Medicinæ instrumenta, Dieta, Chirurgia & Pharmacia.

Diætæ in hoc morbo exactissima est habenda ratio, quia per illam solam bene institutam curatio frequenter absolvitur, & errores in ea commissi morte puniuntur.

Imprimis hic aëris habenda est ratio. Decumbat æger in cubiculo, bene clauso & à ventis libero; sed ita ut facilis respirare queat, simulque ferentes vapores melius discuti & minus molestiæ ei exhibere possint. Aër autem sit tepidus; & ab eo frigus omnino studio arcetur: si hyems sit, aut frigida tempestas, exirentis luculentis ignibus aër calefaciendus est. Maximè autem cavendum ut nullum frigus ad decumbentis ægri lectum perveniat: quippe si ad illum sudantem, vel in humido tepore jacentem minimum aliquod frigus accedat, vel ille ipse, sese jactando, aut tegumenta abjiciendo denudet, aut sudorem dispellat, facillimè contingit, ut, cum magno suo damno, jam erumpentes variolæ retrocedant & evanescant, vel subsidant, quod summopere periculosum est. Hæc eadem de causa etiam oportet, ut ægri ante decimum quartum diem indusia non mutant, ne per illam mutationem frigus aliquod suscipiant, & variolæ retrocedant, quemadmodum illud cum plurimorum deplorando exitio contigisse vidimus. Præstat ut indusia à sudore madida in lecto à corporis ægri calore rursus sponte paulatim exsiccantur, & æger per aliquot dies sudoris ac variolarum erumpentium foetores patienter ferat, quam ut maximo suo periculo fordida linteamina mutet, & alia nitida assumat. At si forte contigerit, ut necessaria aliqua de causa indusium ut & lodices mutare necesse sit, tunc procurandum ut rursus talia dentur linteamina, quæ vel ab ipso ægro ante suum morbum, vel ab alio sano per aliquot dies gestata fuerunt: nam semper observavi nitida & recenter lota linteamina ægris noxiis fuisse (hoc ipsum etiam notavi in peste, & scripsi, tract. de peste lib. 2. c. 3. annot. 6. & lib. 4. hist. 29.) quod à foetore saponis, quem aliquo modo redolent, fieri suspicor. Præterea diligenter observandum, ut induendum indusium sit bene ad ignem calefactum, utque, dum induitur, quam minimum frigidi aëris ad ægrum accedat. Quicquid sit, linteamina non mutare, semper profuisse, at illa ante decimum quartum diem mutare, semper plus minus nocuisse animadvertimus. Non est autem quod quis hic metuat illum aliqualem foetorem, quem à sudoribus & ruptis pustulis linteamina contrahunt, quoniam hunc nullis ægris noxium fuisse, nullis observavimus.

Denique & hoc notandum existimamus, scilicet variolis capita aëris capitis, aut strictis linteamini-

bus non esse obvolvenda: hinc enim duo incommoda oriuntur. 1. Calore sic in capite nimis aducto, longè plures variolæ facie & capite erumpunt, quam eo leviter contesto. 2. Variolæ sub strictis capitis integumentis enatæ, semper majores, depressæ, & valde lætæ fiunt, imò sæpe sub illis strictis tegumentis adeo ulcerantur, ut postea cum molestia curatæ foveas admodum indecoras in fronte relinquunt. Atque hinc ego communiter caput quidem laxis capitibus contegere, & à frigore defendere, sed non aëre aut strictè ligare jubeo.

Ciborum conveniens administratio ad curationem plurimum quoque facit. Victus in principio convenit tenuis, præcipuè à morbi exordio usque ad diem septimum vel decimum quartum: isque constare debet ex pulcra hordeacea, aut emulsione facta ex amygdalis dulcibus & seminibus quatuor frigidis majoribus in decocto hordei, vel ex jusculis tenuibus pulporum aut ovillis, aliqua refrigerandi vi (per adjunctionem lactucæ, endiviæ, portulacæ, &c.) donatis: abstinendo tamen ab ipsis carnibus, ut & ab ovibus & piscibus, aliisque cibis mali succi, aut difficilis coctionis: item à quibusvis rebus acidis, salis, acris, pinguis, & ab aromatibus, aliis, cæpis, aliisque similibus valde calidis. Si æger sit infans & lactans, tunc cibi convenientes nutrici sunt præscribendi. Post eruptionem verò, cessante febre, & pustulis suppuratis crustisque cadentibus, solidiores cibi concedendi sunt: quales sunt carnes pullorum gallinarum, agnæ, vitulinæ, ova forbilis, &c.

Potus sit pitifera, vel cerevisia tenuis, non acida; multi pro potu laudant aquam decoctionis limaturæ cornu cervi: abstinendum autem à vino (si syncopes metus sit) omni que forti, calido, ac fumoso potu. Quam noxius autem sit vini usus, notavit Forestus, lib. 6. observat. 41. Mulierculæ quædam, inquit, & imperitum vulgus sine defectu, pueris ex variolis & morbillis decumbentibus vinum Gallicum rubrum propinabant, quamvis febre ardenti corripentur: perperam etenim sibi persuasum habebant, hoc modo melius per cutem exire variolas. Hinc factum ut quam plurimi, qui tale vinum astringens bibissent, subito morerentur, motu naturæ inhibito, quod minus foras protruderentur; ac febre aucta capitis dolorem incurrebant, delirio subsequente mox extinguebantur, & aliqui horum non sine periculo evadebant. Idem simile quid etiam repetit in scholio observ. 46. & observ. 49. in scholio.

Hic obiter notandum quod de dulcibus in victu scribit Mercurialis: Potissimum autem cavendum est, inquit, à dulcibus omnibus, & in potu, & in cibo: addit, quod Avenzoar scribat, eos qui dulcibus utuntur, vix posse fervari. Verùm hæc ejus opinio non convenit cum praxi, qua docentur, glycyrrhizam, ficus, jujubas, passulas, saccharum, syrupum vulgarem, similiaque dulcia, materiam morbificam citius coquere & versus exteriora propellere: ergo dulcia non obesse: excipi tamen debent vina dulcia, quæ cum fortia sint, eorum usu caput offenderetur, calor valde cresceret, & febris augetur. Præterea ipsemet Mercurialis aliquantò post scribit, quod solet ficus aridas concedere pro cibo.

Somnus sit moderatus, & æger corpore quiescat.

Excreta alvi, si sponte & naturaliter procedant, bene est. Si verò dura & constipata fuerit alvus, ante septimum diem, non facillè citanda est, idque non nisi notabili aliqua necessitate urgente: quoniam dura alvus variolarum eruptionem non impedit, at si medicamentis proritur, facillimè exitiosus alvi fluxus succedit: quod etiam notavimus lib. 3. de peste cap. 4. annot. 1. 2. 3. 4. & lib. 4. hist. 13. 19. 35. 63. 116.

Fugiadæ sunt omnes curæ, & vehementes animi pertur-

perturbationes, imprimis timor, terror, tristitia, & ira. Verùm de ira videtur Mercurialis aliter sentire, & putare quòd illa conducere possit, nam sic inquit: Neque agrè ferendum est, quòd aegri interdum irascantur, quia ira nonnihil confert ad extrudendos humores in superficiem corporis. Sed utinam etiam non conferret ad incrementum caloris & febris.

Præmarium Chirurgicum auxilium hic est venæ sectio (de topicis foris adhibendis, aliisque similibus infra dicturi sumus, cap. 12.) de qua inter celeberrimos Medicos nobilis quæstio incidit, scilicet, an illa in hujus morbi curatione conveniat, nec-ne.

Avicenna, 1. 4. tract. 4. cap. 10. venæ sectionem instituere suadet, ante eruptionem, atque etiam, in magna repletionem, post earum eruptionem. Rhazes, lib. 10. de re med. cap. 18. solummodo ante eruptionem vult phlebotomiam institui. Si priusquam erumpant, inquit, incidat in aliquem sic affectum Medicus, sanguinem illico, si mihi obftet, vel per venam apertam, vel per cucurbitulam cum scarificatione agglutinatam, detrahat: omnino enim sanguinis copia minuenda est. Forestus, lib. 6. observat. 47. in scholio, scribit hoc auxilium genus mirificè prodesse solere, imprimis in plethora, modò adhibeatur in principio, antequam variolæ egrediantur: & observat. 46. scribit, illos quibus vena sic tempestivè secta fuerat, citius fuisse curatos. Amatus Lusitanus, Cent. 3. Curat. 16. aliisque locis, refert exempla puerorum qui sanguine tempestivè per venæ sectionem aut cucurbitulas detractis evaserunt, cum alii plurimi morerentur, qui hoc remediæ genus non admiserant. Nicolaus Fontanus, resp. & curat. medic. lib. 1. scribit, se in variolis semper felicissimè uti venæ sectione. Sennertus de febr. lib. 4. cap. 12. in pueris à venæ sectione prorsus abstinendum censet, propterea quòd eorum vires illam non ferant: sed in adultis, modò sint valdè plethorici, eam institui posse judicat, scilicet mox in principio, ante quartum diem, aut saltem priusquam variolæ erumpant, dum vires adhuc constant, ut sic natura oneris parte levata, quòd reliquum est facilis evincere possit: aut post quartum diem, vel ubi maculæ aliquæ jam erumpere incipiunt, tum ab ea penitus abstinendum existimat. Sententiæ Sennerti subscribit doctissimus Willis. Sunt tamen alii nonnulli hodierni magni practici, qui non solum ante, verùm etiam post variolarum eruptionem, in plethoricis venam secandam, sicque ebullitionem sanguinis nonnihil inhibendam judicant.

Ut dubium hoc commodè decidatur, primò consideranda veniunt duo morbi tempora, unum ante, alterum post variolarum eruptionem: & secundò videndum, quidnam ipsa natura in singulis illis temporibus per spontaneam sanguinis evacuationem feliciter aut infeliciter molitur, ut sic Medicus, qui est Natura minister, in sua artificiali sanguinis evacuatione per phlebotomiam insituta, ejus felicem actionem sequi, infelicem verò evitare possit. Illud autem à longa experientia Medicis omnibus notissimum est, si ante variolarum eruptionem longa contingat narium hæmorrhagia spontanea, illam feliciter, & cum aegri levamine fieri, tuncque febrem imminui, & variolas facilis ac minore copia erumpere. At verò si post variolarum eruptionem talis spontanea hæmorrhagia contingat, illam admodum infeliciter, & in exitum aegri fieri. Ex hac Naturæ operatione plus satis docetur Medicus quidnam in artificiali sanguinis evacuatione faciendum sit; scilicet, venæ sectionem ante variolarum eruptionem in plethoricis feliciter institui posse, sed valde infeliciter post earum eruptionem. Ratio est, quia ante earum eruptionem, Natura per sanguinis detractionem

parte oneris levata, quòd reliquum est, facilis expellit: atque sic plerumque observavi, facta in plethoricis tali tempestiva venæ sectione, variolas non modò facilis & sine magna molestia, verùm etiam longè pauciores erumpere, & citius maturari: quòd ipsum diu ante nos quoque notavit Forestus, lib. 6. observat. 16. At si post eruptionem instituat phlebotomia, tunc naturam in materiæ morbificæ coctione & expulsionem modò occupatam, plurimum debilitari, & ab illo opere avocari, cum tanto aegri damno, ut plerosque, in quibus hoc ab aliis tentatum fuerat, interiisse notaverim. Atque hinc discipulis meis inculcare soleo, ut satis tempestivè ad ægrum vocati, ante ulla variolarum erumpentium signa, venam secant, si necesse sit, aut utile videatur: sed postquam aliqua minima earum indicia, vel punctula rubra in cute apparere incipiunt, tunc à venæ sectione prorsus abtineant, utque tunc alexipharmicis potius, diaphoreticis aliisque appropriatis naturam in incepta expulsionem adjuvent.

Venam autem tempore necessitatis secari volo in ætate paulò adultiore, quæ ad venæ sectionem apta est, eamque ferre potest, sed in puerili ætate, ante annum septimum vel octavum, mihi non probatur venæ sectio, quamvis illam laudent Avenzoar & Averroes, eamque se feliciter instituisse gloriantur multi Itali, Galli, & Hispani, ac inter cæteros etiam Amatus Lusitanus, cent. 1. curat. 10. & 3. curat. 16. & 5. curat. 52. ac 96. si illis in istis calidis Regnis Italia, Gallia & Portugallia, hoc fortassis bene cesserit, fieri potest: saltem in his nostris regionibus Belgicæ puerulis non sine periculo vena secatur.

Sic etiam Trincavellio, de curand. morb. lib. 2. cap. 10. hæc puerorum venæ sectio non probatur, quia sæpè malus rei eventus sequitur, & si aliquando bene succedat, id potius fortunæ, quàm rationi attribuendum dicit.

Eustachius Rudius, lib. 3. cap. 13. Duncanus Liddellus, lib. 3. de febr. cap. 9. & Bauderonus, prax. med. tract. 2. cap. 3. volunt & jubent, ut si pueris variolæ non satis citò erumpant, hirudines famelicæ dorso, natibus, & coxis admoveantur: vel harum loco partibus iisdem cucurbitulæ cum levi scarificatione, primo aut secundo die admoveantur. Sed hoc consilium, ob duas rationes, prorsus improbandum censeo. 1. Quia maximè damnosum est primis diebus corpus denudare (quòd in hirudinum & cucurbitularum admotione necessariò fieri deberet) & sic aëri frigido accessum præbere, quo variolarum eruptio maximè impeditur. 2. Quia periculosum est per sanguinis extractionem puerorum vires profèrtere, quæ alioqui per se nimis facilè collabuntur.

Remedia pharmaceutica duplicia sunt, alia quæ purgant, alia quæ variolas expellunt.

De purgantibus haud parva lis & dissensio est inter practicos, scilicet an non ab iis incipienda sit curatio, & in ipso principio pars materiæ per purgantia sic evacuanda, ut sic natura, isto onere levata, reliquum quòd superest commodis & facilis expellere possit. Hæc purgantia multi probant, multi improbant. Qui illa probant, in eo consentiunt, quòd à catarcticis fortioribus abstinendum esse unanimiter censeant: sed lenioribus utendum putant, ut foliis senæ, rhabarbaro, pilulis Russi, pilulis ex aloë, manna, cassia, tamarindis, aliisque quæ alvum clementer lenire, & præcipuè talibus quæ simul nonnihil refrigerare valent: alii potius, cum Averrhoë, nulla etiam qualiacumque lenientia per os exhibenda, sed solis potius clysteribus ac supposito-riis, urgente necessitate, alvum subducendam judicant: atque sic hi non longe absunt ab eorum sententia, qui alvum planè non movendam existimant; inquit quos est Nicolaus Florentinus, qui

appa-

apparentibus variolis etiam ab ipsis clysteribus abstinendum censet. E contra tamen Thomas Willis, nescio certè quo fundamento, salis purgantibus non satis contentus, etiam ad emetica procedere audeat.

Nos ad controversiæ decisionem dicimus, quòd Medicus hac in parte rationem & experientiam sequi debeat. Ratio docet, naturam in bono cœpto opere non esse turbandam, nec contrario aliquo motu impediendam, aut ab illo opere avocandam: quod fieret, si motus ille quem natura molitur à centro ad peripheriam, per purgantia inverteretur à peripheria ad centrum. Experientia docet, semper in hoc morbo feliciter movere materiam morbificam à centro ad peripheriam (quo autem natura vergit, eò ducere oportet, per vias lege naturæ convenientes) & motum huic contrarium esse infelicissimum, sive sponte, sive arte procedat, atque omnes alvi qualescunque turbationes, & vomitiones, esse maxime damnosus, imò ut plurimum exitiosas; quia expulsionem variolarum mox impediunt, & faciunt etiam ut quæ modo expulsæ erant statim evanescant, vel subsidant, ægrique summis anxietatibus obruti, collabentibus citissimè viribus, brevi extinguantur. Præterea etiam docet, quod lenientia qualiacunque medicamenta, quantumvis mitia, facillimè in hoc morbo perniciosum alvi fluxum proritent (hoc ipsum etiam in peste notavimus, tract. de peste, lib. 3. cap. 4. ejusque annot. 1. 2. 3.) & quòd melius expellantur variolæ, si alvus primis diebus parum aut nihil desiciat, quam si aut sponte, aut arte, siquid evadat, & frequenter defluat. Hac de causa etiam jubet Avicenna, ut in processu & sine modicè astringentibus conservetur alvus ne fluat. Idem quoque sentiunt Rhases & Avenzoar, nec non inter neotericos Fracastorius, Mercurialis, Hollerius, ac denique Lazarus Riverius, qui, lib. de febr. sect. 3. cap. 2. hac de re sic loquitur: Variolis apparere incipientibus, purgatio futura est perniciosa; tum etiam si maxima vigeat malignitas, ut in constitutione epidemica, quando plurimi pueri ex eo morbo intereant; atque hinc satius est omnino à purgatione abstinere, quia in morbis valde malignis & pestilentibus purgatio in principio morbi instituta, valde noxia est. Ac proinde ego Medicis auctor esse velim, ut primis aliquot diebus de alvo lenienda aut solvenda non admodum solliciti sint; vel si fortè necessaria aliqua de causa illam subducendam esse judicent, ut eum in finem nulla saltem purgantia aut lenientia per os exhibeant, sed eam in adultis per clysterem emollientem, & in infantibus ac pueris per suppositorium ex solo melle subducant. Longa enim praxis me docuit, hanc esse tutissimam curationis viam, aliosque qui aliter curationem instituere voluerunt, plurimos, imò plerosque suos ægros infeliciter occidisse.

Omissa itaque ad tempus purgatione, & de necessitate venæ sectionis deliberatione habita, Medico ad ægrum vocato statim considerandum venit, an natura in expulsionem sufficienter fungatur suo officio, nec ne.

In priore casu non opus est eam multis medicamentis adjuvare, præcipuè si nulla gravia symptota adsint, nam levia facillè sponte evanescent, & variolæ satis erumpent, si duntaxat externum frigus arceatur, & æger in leni diaphoresi, seu miti calore primis tribus quatuorve diebus servetur. At vero si æger fortè sit aliquis ex magnatibus, aut magnatum liberis, qui sibi hujusmodi solis verbis Medici vix satisfieri patiuntur, tunc exhibendum est aliquantum lapidis bezoartici, cum magisterio perlarum, aut oculorum cancri, vel essentia corallorum, additis paucis granis croci, aliudve simile, quòd natu-

ram in suo opere turbare nequit, & interim aditantibus satisfacere possit.

In posteriore casu, scilicet, si natura in expulsionem non satis videatur suo officio perfungi posse, sed auxilio opus habere, concurrendum est ad illa remedia, quæ naturam hoc in opere juvare possunt.

Inter expellentia autem, quæ ipso primo Medici accessu exhibenda veniunt, sunt pleraque illa diaphoretica & alexipharmaca, quæ in principio ad pestem exhibenda diximus, Tract. de Peste, lib. 3. cap. 5. è quibus Medicus ea seligere debet quæ præsentis ægro magis profutura judicabit: quippe alia infantibus & pueris, alia adultis, alia robustis, alia debilibus, alia leviter febricitantibus, sunt magis convenientia. Pro robustis generosa pharmaca sunt theriaca & diascordium, cum salibus absinthii, cardui bened. aliisve. Pro pueris & delicatulis imprimis eligenda talia quæ non valde ingratum saporem habent, concinnata ex speciebus liberantibus, cornu cervi, coralliis, margaritis, croco, confectione alkermes, de hyacintho, aliisve similibus. Inter alia autem nullum aquâ nostrâ theriacali (tract. de peste, loco citato descripta) efficacius inveni, quæ non est ingrati saporis, atque hinc vel sola, vel cum paulillo grati alicujus syrupi mixta, facillè infantibus & pueris exhiberi potest.

Si igitur variolæ sponte non satis prorumpant; primò exhibendum est aliquod sudoriferum, hoc vel simili aliquo modo præscriptum.

℞. Theriacæ Andromachi drach. j. salis cardui ben. scrup. j. l. aquæ cardui ben. unc. ii. misce: fiat haustus.

℞. Diascordii Fracastorii, theriacæ, an. drach. l. extracti cardui ben. salis absinthii, an scrup. i. decocti cardui ben. q. l. misce, fiat haustus.

℞. Diascordii, drach. j. cornu cervi usti, coralli rubri præparati an. scrup. j. aquæ nostræ theriacalis, unc. j. l. syrupi de rosis siccis, unc. l. misce, fiat haustus, in meta alvi fluxus.

℞. Aquæ theriacalis unc. j. vel unc. j. l. sacchari perlati drach. j. misce, fiat haustus, pro pueris delicatulis.

℞. Confect. de hyacintho, diascordii, cornu cervi usti, an. scrup. i. misce, fiat bolus.

℞. Pulveris liberantis, scrup. ii. croci gr. xv. cornu cervi usti scrup. i. misce, fiat pulvis.

℞. Margaritarum præparat. coralli rubri præpar. cornu cervi usti, ana drachm. i. manus Christi, scrup. ii. fiat pulvis, cum aliquo liquore exhibendus.

℞. Seminis aquilegii, raparum, an. scrup. i. l. nasturtii, scrup. i. fiat pulvis pro vulgaribus.

℞. Stercoris ovilli recentis drachm. vi. aut unc. i. vini albi tenuis, decocti hordei, ana unc. i. l. misceantur, & stent per duas tresve horas, tunc colentur, cum levi expressione, & colatura detur pro haustu, qui potenter variolas propellit.

His, aliisve similibus formulis sudorifera præscribi, & commodè exhiberi possunt, neque ad hoc negotium opus est multas operosas compositiones præscribere, sicut nonnulli Medici (imprimis illi qui ex Paracelsi schola prodire) id magno fastu moliantur, quippe pauca huic indicationi satisfacere possunt.

Cum æger sudoriferum assumpsit, stragulis aliisve tegumentis bene contegendus, sicque ad sudorem impellendus est: cavendum tamen ne nimis tegumentis intectus, aut in hypocausto calido decumbens, nimium sudando in hypothyriam incidat, sicut enim in aliis rebus, ita etiam in hoc sudore modus servandus est.

Hic obiter notandum, quod Fracastorius, Jo. Paschalis, Forestus, Riverius, alique multi, ad meliorem variolarum provocationem, commendat ut ægri

ægrî sudaturi contegantur stragulis rubris, propterea quod speciatim rubrum istum colorem aliquid singulare ad variolarum provocationem, præ cæteris caloribus, conferre, aut sudorem talibus rubris stragulis provocatum, etiam in eliciendis foras variolis efficacior esse, sibi imaginatur, vel quod infectionem rubri coloris, humores extrorsum movere putent, sicut id scribunt, Valescus de Taranta, lib. 7. cap. 15. & Duncanus Liddelius, de febr. lib. 3. cap. 9. Verum omnes mihi errare videntur, qui à rubro colore stragulorum aliquid singulare expectant: non enim color, sed calor stragulis provocatus ad variolarum expulsionem facit: illorum autem error hinc primam originem sumpsisse videtur, quòd olim, & etiam tempore avorum & avorum nostrorum (ut videmus in nostra familia ex istis stragulis quæ hæreditate ab illis ad nos pervenerunt) optima & crassiora stragula rubro colore tingebantur, tenuiora aliis coloribus, atque hinc cum istius temporis Medici ægros sudaturos bene contegi videbant, jussisse ut stragulis rubris, id est, melioribus & crassioribus, contegerentur: hoc non satis perspicientes Medici posteri, putarunt antecedentes Medicos rubris stragulis ægros suos contegi voluisse, quis ex rubro colore aliquid singulare & notabile produxisse observasset, quod variolas foras eliceret.

Cum æger jam bene, pro virium ratione, sudavit, nonnihil detegendus est, ita ut à magno sudore aliquantum relevetur: interim tamen in tepore aliquo subhumido, seu leni ac blanda diaphoresi per diem unum aut alterum est detinendus usque dum variolæ satis bene propulsæ fuerint; cavendo tamen ne à nimio calore vires prosternantur. Sic quoque Forestus, lib. 6. observ. 44. ægros in aëre mediocriter calido versari, & corpus vestibus stragulisque ita munire jubet, ut in levi quadam diaphoresi serventur, unice cavendo, ne nimis tegumentis ac stragulis injectis, vel in hypocaustis calidis, calor corporis nimium augetur, sicque febris magis increseat, & æger syncope correptus suffocetur. Hoc ipsum etiam bene monet Duncanus Liddelius, de febr. lib. 3. cap. 9.

Ut autem durante illa leni diaphoresi, variolarum impulsio citius & melius succedat, solent vulgò hostiæ fici conscisas in cerevisia tenui decoquere, & hoc decoctum ægris tepidum pro potu exhibere, idque felici plerumque successu. Forestus, lib. 6. observat. 41. illud simplex ficuum decoctum admodum extollit, idque passim omnibus pueris exhibet. Leonellus non in cerevisia tenui, sed in sero lactis ficus decoquit, eoque decocto commodè utitur. Sunt qui pueris alacrioribus ficus comedendas concedant, neque id malè, dummodo ventriculus eas sufferre valeat. Ficus enim quocunque modo in usum vocatæ hic plurimum conducunt: ratio hæc est, quia sicut cataplasmatibus incoctæ vel admixtæ, & suppurandis tumoribus foris impostæ, crudos humores coquunt, & maturationem accelerant, ita etiam illas in decocto assumptas vel comestas citò variolas propellere, earumque etiam citam maturationem efficere, quotidiana experientia docet. In harum tamen usu hoc unice observandum, ut nec illæ, nec earum decoctum detur talibus ægris quibus alvus jam liquida est, aut nimium fluit, aut in quibus alvi fluxus advenurus metuitur, nam ad hunc fluxum proclivibus faciliè perniciosum fluxum concitant. Medici frequenter, non simplex illud ficuum decoctum, sed aliud magis compositum, in eundem usum præscribunt, hoc ferè modo.

℞. Hordei mund. unc. i. glycyrrhizæ rasæ drach. ii. cicerum rubr. unc. i. f. sem. raporum, fœniculi, an. drach. ii. ficus num. 17. aquæ q. s. fiat s. art. decoctum ad lib. ii.

Huic decocto nonnulli carduum benedictum & scor-

dium, alii lentes & passulas majores, semen apii, aquilegiæ, napi, alii alia nonnulla adjiciunt.

Ex Avicenna & Rhase hæc duæ delinuntur decoctiones, Medicis posteri usitatæ & plurimum laudatæ:

℞. Laccæ ablutæ drach. v. lentium excortic. drach. vii. gummi tragacanthæ drach. iii. aquæ q. s. fiat decoctio ad lib. j. f.

℞. Ficum drach. vii. lentium excortic. drach. iii. laccæ drach. ii. f. tragacanthæ, sem. fœniculi, an. drach. ii. aquæ lib. i. f. coque ad remanentiam tertie partis.

Potest tale decoctum etiam paulò aliter præscribi:

℞. Uvarum passul. mund. unc. ij. caricarum, num. x. lentium mund. unc. 1v. laccæ, drach. j. f. sem. apii, drach. j. f. croci, scrup. j. aquæ lib. iii. coquantur ad lib. ii.

Garcias Lopiuz simile decoctum hoc modo præscribit:

℞. Caricarum num. x. jujubarum sine nucleis, num. 15. lentium excortic. unc. ii. sem. fœniculi, an. ii. apii, cydoniorum, an. drach. ii. laccæ, tragacanthæ, rosarum, santalorum, an. drachm. ii. aquæ q. s. coquantur s. art. adde colaturæ croci pulverisati drachm. f.

In hisce decoctis Cardanus, Jo. Bapt. Sylvaticus, Amatus Lusitanus, Septalius, alique nonnulli, lentes & tragacanthum improbant. Sennertus illa decocta sic composita per solam experientiam approbat, eò quod plurimi Medici illis feliciter usi fuerint, rationem non addit. Hanc ego nunc adjungam, estque hæc, quòd ebullientem Sanguinem nonnihil incrassent, eumque ad citiorem variolarum maturationem disponant: ac proinde illis, non tam in ipso morbi principio ad solam variolarum expulsionem, sed paulò post principium, ad earum simul expulsionem & citiorem maturationem, utendum censeo, sicut de ficibus modò dictum.

Sunt nonnulli qui talia decocta distillant, & aquam ab iis distillatam ægris exhibent. Verum hi in Chymia prorsus stolidi sunt, & nesciunt quòd lacca, ficus, lentes, tragacantha, alique primaria eorum ingredientia viscida & dulcia, in distillatione per alembicum non transcendant, atque hinc ex bono & efficaci decocto fiat aqua prorsus inefficax.

Si fervor non sit admodum intensus, tunc decocto ficuum etiam magno commodo adjiciuntur radices helenii, ut quæ expulsionem feliciter promoven: nonnulli etiam flores calendulæ adjiciunt.

Loco talium decoctionum, pro delicatioribus (ubi magna morbi vis, & ingens necessitas non urget) præscribuntur gratæ emulsiones.

℞. Amygdalarum dulc. mundat. unc. j. sem. 4. frig. ex cortic. an. drach. j. f. napi, aquilegiæ, cardui ben. an. drach. j. aquæ hordei q. s. fiat emulsio ad lib. j. cui adde, sacchari albillimi, aut pro ditioribus, manus Christi perl. unc. f. vel q. f. ad gratam dulcedinem, misce, fiat emulsio.

℞. Sem. cardui ben. excortic. aquilegiæ, napi, an. drach. ii. melonum, drach. iii. aquæ fœniculi, & cardui ben. an. unc. iii. fiat emulsio, addendo manus Christi q. f. ad dulcedinem, misce, pro infantibus & pueris.

Germani omnes hujusmodi emulsionem conficiunt cum aquis distillatis, acetosæ, borraginis, cardui ben. scabiosæ, &c. sed nos iis parvas vires adscibimus, & solum decoctum hordei, quod maturati nem aliquo modo promovere potest, pluris facimus.

Si qui cordatiores conditis uti velint, illa hoc modo præscribi possunt.

℞. Rad. helenii condit. conservæ borraginis, violarum, an. unc. i. syrupi helenii, q. f. misce, fiat conditum.

℞. Pulvæ passularum majorum, ficuum, corticum aurant-

aurantiorum condit. conservæ rosarum, an. drach. vi. syrupi aurantior. q. s. misce, fiat conditum.

Rec. Pulveris liberantis, drach. j. cornu cervi usli drach. s. corticum citri condit. nucum jugland. condit. conservæ flor. calendulæ, an. drach. vi. syrupi nuc. jugland. q. s. misce, fiat conditum.

Chymici extollunt suas solutiones, magisteria, essentias perlarum, corallorum, cornu cervi, aliasque vano magis titulo, quam re, celebratione dignas, utpote in quibus in hoc morbo multa præstanda promittuntur, sed pauca promissa præstantur, & quæ magis vendentium lucrum, quam ægrotantium salutem spectare videntur.

Omnibus prædictis medicamentis, si magnus sit febris ardor, adjici possunt aliqua refrigerantia: ut si decoctis addantur, borrago, cichoreum, lactuca, violaria, endivia, buglossa, rosæ, sem. 4. frigid. majora, &c. conditis verò, conserva violarum, rosarum, nymphaeæ, pulv. diatrachanthi aut dimargariæ frigidæ, trochisci de spodio, aliaque similia.

Præter interna medicamenta, Bauderonus, prax. tract. 2. cap. 3. ad sudoris promotionem & citiorem variolarum expulsionem, etiam præscribit epithemata, fomenta, emplastra, olea pulvisibus illinenda, aliaque similia foris adhibenda. Verùm hæc omnia plus damni, quam utilitatis adferre, & sudoris provocationem, per aëris ventilationem, magis inturbare & impedire, quam promovere possunt.

In horum omnium usu communis multorum Medicorum error notandus venit, qui in eo consistit, quòd suis medicamentis immisceant acetosam, uvas crispas immaturas, fructus berberis & ribesiorum, poma, succum, & syrupum de limonibus, tamarindes, aliaque acida, idque ad mitigandum, ut inquirunt, fervorem, & ebullitionem inhibendam. Profectò hi totà errant viâ; mitigent, si velint, per acida fervorem, & inhibeant effervescentiam in inflammationibus, febribus ardentibus & tertianis, aliisque similibus sanguinis fermentationibus vitiosis, sed non in hoc morbo, qui per aliquem caloris excessum atque ebullitionem ad crasim & materiam morbificam expulsionem ac maturitatem adducendus, sicque finiendus est. Acida quia calorem & ebullitionem sulphuream, qualis hoc morbo adest, infringunt, (quemadmodum alias salsam promovent) & materiam morbificam necessariam coctionem ac maturationem, simulque expulsionem hinc impediunt, & pectori plurimum obstant, adeò noxia sunt, ut vix quidquam damnosius præscribi possit.

Post generalem curationem, quæ imprimis totius corporis conservationem & vitam spectat, nunc etiam pauca quedam dicenda sunt de speciali curatione aliquorum partium, quæ non nunquam in hoc morbo magis quam alia affliguntur; propterea quòd materia morbifica, aut iis speciatim magis infesta sit, aut majore copia & impetu ad illas decumbat.

Partes autem plus aliis afflictæ, sunt vel internæ, vel externæ.

Internæ præcipuæ sunt, pulmo, ventriculus, intestina, hepar, & renes; quas affectas & graviter læsas esse, ex actionum læsione deprehenditur, ut etiam alibi dictum.

Esti autem his partibus, una vel pluribus, speciatim magis afflictis, maximum ægris periculum incumbat, & pauci sic detenti à morbo resurgant ac serventur, tamen quia non omnes moriuntur, sed aliqui adhuc sanantur, oportet ut Medicus qualemconque potest curationem, etiam in desperatis hisce casibus, instituat, sicque causam mali, quantum potest, imminuat, & symptomata leniat, ac denique vel ægro sanitatem restituat, vel mortem leniorem procuret.

Omnibus hisce partibus seu visceribus afflictis in

genere succurrit decoctum lentium, lacca, & tragacanthæ, præcedente capite ex Avicenna descriptum; lacca enim jecur, lienem & renes tuetur, lentes intestine roborant, tragacanthum partes spirituales defendit.

Peculiariter verò pulmone laboranti conveniunt dulcia, utpote quæ maturationem promovent; tussim leniunt, & sputa faciunt: qualia sunt, syrupus de tussilagine, de glycyrrhiza, de jujubis, papaveris erratici, violaceus, rosaceus, diatrachanthum frigidum, diapenidium, glycyrrhizæ pulvis & succus, conservæ rosarum, borraginis, violarum, aliaque similia, ex quibus, pro re nata, modò linctus, modò trochisci, modò condita conficiuntur; vel iidem etiam decocta pectoralia, ex hordeo mundato, tussilagine, althæa, violaria, ficubus, passulis, jujubis, aliisque confecta, dulcorantur.

Ventriculi vomitum & cardialgiam principio potenter sedat theriaca. Postea sæpe exhibenda est talis emulsio.

℞. Amygd. dulc. mundat. unc. j. sem. 4. frigid. major. ana drach. j. s. sem. lactucæ, aquilegiæ, ana drach. j. s. sem. papaveris albi drach. ij. s. aquæ hordei q. s. fiat emulsio ad lib. j. cui admisceat syr. de papavere drach. ii. syr. de borragine unc. s. misceantur.

Foris in regione ventriculi cum magna spongia facienda est fomentatio, ex decocto malvæ, althææ, menthæ, salviæ, melissæ, majoranæ, flor. rosarum, chamomillæ, meliloti, sem. anethi, & cumini & post forum, ad majorem corroboracionem illudendum est hoc linimentum.

℞. Olei menthæ, anethi, ana unc. j. nucis moscatae expressi, drach. j. s. spicæ, philosophorum, ana drach. j. misce, fiat linimentum.

Post inunctionem imponendus hic sacculus siccus, vel vino calido irroratus, vel in vino nonnihil excoctus, & leviter expressus.

℞. Fol. majoranæ, rosmarini, salviæ, flor. meliloti, rosarum, ana m. s. sem. anethi, levistici, cumini, nucis moscatae, ana drach. j. Caryophyllorum serup. ij. fiat pulvis grossus, ex quo inter duo lintea fiat sacculus s. art. interlatus.

Intestinorum tormina & alvi fluxum sedant, theriaca, mithridatum, diascordium, cornu cervi usum, oculi cancri pulverisati, terra sigillata, corallium rubrum, conserva rosarum rubrarum, decoctum primum ex Avicenna cap. præcedente descriptum, vel tale amygdalatum.

℞. Sem. papaveris albi drach. iij. amygd. dulc. mundat. unc. ij. decocti hordei, q. s. fiat emulsio ad lib. j. adde syrupi de papavere, de rosis siccis, ana drach. iij. misce, fiat amygdalatum.

Hepati laboranti conveniet simile amygdalatum, additis seminibus quatuor frigidis majoribus: vel conditum etiam decoctum hordei cum rosis & santalis rubris dulcoratum cum syrupo papaveris erratici, rosarum, & violaceo; aut præscribendum conditum, ex corticibus citri conditis, conserva rosarum, borraginis, violarum, & pulvere trium santalorum, addito syrupo papaveris erratici.

Renes si sanguinem cum urina profundant, præscribenda erit talis emulsio.

℞. Amygdalatum dulc. mundat. unc. i. s. sem. 4. frigid. major. an. drach. j. sem. papaveris albi drach. iij. decocti hordei q. s. fiat emulsio ad lib. j. in quadifolve tragacanthæ pulverisatæ serup. ij. syrupi papaveris erratici, de rosis siccis, de symphyto, an. unc. s. misce, sit amygdalatum.

Liddelius in hoc casu commendat pulverem succini, aut trochiscorum de carabe, vel alkekeengi, cum emulsione laminum quatuor frigidorum majorum datum.

Hæc sunt primaria quæ adhiberi & præscribi queant in di-

in dictis illis periculosis casibus, ubi viscera interiora graviter sunt afflicta, secundum quam methodum Medici adhuc plura alia similia effingere possunt, & debent, non enim in maxima necessitate & mortis periculo statim pro deplorato derelinquendus est æger (hoc foret præter Christianam charitatem) sed oportet ut Medicus sua faciat, reliqua Deo committat, qui etiam alias plurimos desperatos ægros sanitati restituit.

Externæ partes, quæ plus cæteris affligere solent, sunt manus & pedes, os & fauces, nares, aures, oculi, & facies.

In eruptione variolarum, aut dum maturefcere incipiunt, interdum ingens dolor aut pruritus ægrotautes affligit in volis manuum & plantis pedum, eod quod densior illarum partium cutis eruptionem impediatur. Huic symptomati medeberis, si partes illas in aqua calida, vel in aqua cum lacte dulci mixta, vel in decocto emolliente diu foveas: qua de re etiam infra aliquid notavimus, cap. 13. de Morbilli.

Si magna copia variolarum in ore & faucibus eruperit, molesta inde fieri solet respiratio & deglutitio. Hinc os frequenter colluendum, & fauces gargarizandæ sunt cum decocto ficuum simpliciter: vel si forte magnus fervor, aut inflammatio adit, poterit illud hoc modo præscribi.

℞. Hordei mundati. unc. j. f. ficus confectas, num. 17. passularum mundati. unc. j. f. fol. altheæ, violariæ, endiviæ, lactucæ, an. m. j. f. flor. rosarum pallid. m. j. sambuci, m. f. aquæ q. f. fiat decoctum ad lib. ij. pro collutione oris.

Cum jam maturæ sunt variolæ, ad faciliorem deglutitionem & citiorem variolarum eruptionem, subinde deglutienda est pilula, magnitudinis nucis avellanae, ex butyro recenti infuso, saccharo obvoluta: hæc enim mirabiliter faucium tumores variolas dissolvit. Si hoc tamen non succedat, variolæque integræ remaneant, & magna respirandi deglutendique difficultas plurimum urget, tunc parva spongia bacillo firmiter alliganda, eaque syrupo violaceo intincta, fortiter in fauces intrudenda est, ut sic variolæ illic vi dirumpantur & angustia dissolvatur. Facta disruptione, gargarizandum est cum decocto hordei, plantaginis, & rosarum rubr. dulcorato cum melle rosaceo & syrupo de symphyto.

Nares, ut à variolis defendantur sæpe acetum narium odorandum obijciendum est. Sic etiam scribit Forestus, Benedictum Faventinum, ante earum eruptionem, ægris odorandum dedisse acetum in quo rosæ coxerant: aceti odorem commendant quoque Liddelius & Riverius. Variolæ autem si in naribus copiosæ eruperint, cum pluma subinde illinendæ sunt oleo amygdalarum dulcium. Si verò in crustas duriusculas abeant, naresque obstruant, sicque molestam respirationem efficiant, tunc butyrum recens infusum naribus infarciendum est, quo crustæ mirabiliter emolliantur excidere, & sic obstructio brevi dissolvi solet. Saudent quidem alii, ut ægri hæc vel illa decocta naribus attrahant; sed illud pueri facere nequeunt, & in adultis etiam, propter obstructionem, peragi non potest: verum solum butyrum, naribus aliquoties immisum, totum negotium feliciter absolvit, ita ut aliis opus non sit. Si verò in naribus exulceratio contingat, linimento ex oleo de vitellis ovorum & succo plantaginis, in mortario plumbeo subactis, curabitur; cui, si magis siccaandum sit, etiam aliquantum unguenti de tutia admiscendum est.

Aures si doleant vel pruriant, curandum ne manibus contrectentur; & si fluant, ut sæpe solent, dimittendum est, & curandum ut apertæ manent. At si dolor urget, spongia immergenda est decocto fol. altheæ, flor. chamomillæ, meliloti, rosarum,

Tom. IV. Pars II.

sem, scænuæ, anethi, & cumini, eaque tepens auri aliquamdiu imponenda.

Oculorum medicatio partim consistit in præservatione, partim in curatione. Ut oculi à magna variolarum copia præserventur, non nulli palpebras sæpe lavant cum aqua rosarum & plantaginis, in qua nonnihil turis præparatæ infusum, aut pauxillum sief albi & camphoræ admixtum fuerit. Bauderonus eandem in finem hoc collyrium præscribit.

℞. Fol. rubi, plantaginis, rosarum rubr. an. m. ℥. coquantur in aqua fabrorum, ad unc. iij. in colatura dissolve croci scrup. j. camphoræ gr. v. albumen unius ovi, misceantur. Hujus aliquot guttulas singulis ferè horis oculis instillat, & lintecola eodem madida palpebris imponit, & ægrum à magno lumine remotum in loco obscuro detinet.

Liddelius hoc præscribit.

℞. Aquæ rosarum unc. ij. plantaginis unc. j. pulv. sem. samach. drach. ij. misce, ad ignem lentum calefiant, colentur cum forti expressione: adde colaturæ, camphoræ scrup. j. croci gr. v. misce, fiat collyrium, quo cum tenui linteco oculi sæpe madefiant.

Mercurialis hoc componit.

℞. Aquæ rosarum, plantaginis, an. unc. j. samach; unc. f. macerentur per noctem, & cum modico albuminis ovi, fiat mixtura.

Vel sumit lac chalybeatum cum aqua rosacea mixtum, cui interdum myrtæ aliquantulum admiscet, ad pruritus & dolorem leniendum. Ego omnium optimum esse comperio, si crocus pulverisatus misceatur cum lactis dulcis crema, superius lacti innatante, hæcque mixtura palpebris cum pluma illinatur, ejusque etiam nonnihil carunculae in angulo majori admoveatur, quo ipso, addito pauxillo sief albi, etiam feliciter utor ad curationem, cum oculi modò læsi sunt.

Si fortè palpebræ à variolis præservari nequeant, tunc frequenter contingit, ut ab iis valde intumescant, ita ut oculi ob illum tumorem omnino claudantur. In eo casu notandum palpebras, non obstante isto tumore, singulis diebus semel aut bis, digitis à se invicem dimovendas, & nonnihil aperiendas esse, ut sic liquor intus subsistens effluat, qui alioqui intra palpebras crassescens albuginem parit. At si fortè ob tumoris magnitudinem commodè aperiiri nequeant, prius foveandæ sunt cum spongia molli, intincta in jure vervecino, aut tepido decocto fol. altheæ, flor. rosarum pall. meliloti, & seminis scænuæ: coque totum aliquamdiu adhibito, admotis digitis aperiiri palpebrarum tentanda est. Si post detumescentiam, & hinc liberam palpebrarum aperiitionem, nebulae albuginæ in oculis obortæ, visum obscurantes, observentur, saccharum candum album subtilissimè pulverisatum, per pennam scriporiam à pluma rescissam, in oculos subinde instandum est: quo solo istas nebulas sæpe feliciter sustulit. At si fortè duriores evaserint, & oculos planè excæcent, tunc isti saccharo cando addenda est quarta aut sexta pars lapidis calaminaris subtilissimè cum saccharo pulverisati: tali pulvere albuginosæ istæ nebulæ egregiè tolluntur, visusque restituitur. Si à variolis oculi ulcerentur, curandi erunt hoc collyrio.

℞. Cerusæ lotæ drach. iij. sarcocollæ drach. j. gummi tragacanthi scrup. j. opi, gr. ij. cum mucilagine tragacanthæ in aqua plantaginis extracta, fiant trochisci, qui usus tempore dissolvendi sunt in lacte muliebri, vel aqua rosacea.

Faciei medicatio, non minus quàm oculorum, partim in præservatione, partim in curatione consistit.

Præservatio ea de causa non instituitur, ut variolæ in facie profusè non erumpant (si enim illic earum eruptio impediretur, fortè labes illa alias interiores partes, ut cerebrum, meninges, oculos, aliasve, gra-

T videt

vius feriret) sed ut decedentes & exsiccatæ variolæ quàm minimas foveas & cicatrices relinquunt. Hunc in finem varia excogitata sunt topica. Nonnulli erumpentibus jam variolis totam faciem identidem fovant cum decocto illo in quo pisa ad summam molliem excocta sunt. Alii faciem plumâ bis de die illinunt cum oleo raparum, egregio successu. Forestus laudat oleum amygdalarum dulcium, Riverius verò oleum nucum. Alii lardum in camino fumatum, & in forcipe ignito seu ab igne candente allatum, seu tostum, & liquatum aquâ rosaceâ exceptum, instar mollis unguenti, feliciter illinunt; hocque magni practici Timæni Gesleii ordinarium erat. Alii porci masculi recens mactati omentum in veru ad ignem assant, & distillantem pinguedinem suppositâ aquâ rosaceâ excipiunt, eamque toti faciei illinunt; & mox faciem totam contegant ejusdem porci lardo in tenues laminas conficiso: hæc bis de die renovant, usque ad perfectam variolarum maturationem (quæ sic longè miriùs maturantur) & usque dum decidant: hoc Dominarum aulicarum secretum est. Certè hæc omnia non contemnenda, sed egregia, atque non nunquam in usum vocanda existimo, præcipuè in iis ditionibus & magistratibus qui sibi imaginantur Medicum magno aliquo molimine plus præstare posse, quàm Naturam proprio comamine. Interim, ego ordinariè meis ægris consiliando, ut in principio molli spongia foveant totam faciem cum jure carnis vervecinæ ad summam molliem coctæ, ablata pinguedine (hæc enim cutem non nihil denigrat, vel obfuscat) idque aliquoties de die repetant, usque ad variolarum maturationem, postea verò reliquum totum negotium naturæ committant: imò multis suadeo ut ab ipso principio negotium naturæ committant, imprimis si variolæ non valde magnæ & copiosæ sint. Præterea & hoc maximè commendando, ut caveant ne variolas scalpendo detrahant, experientia enim docet, eos quibus variolæ sponte, vel sine apertione exsiccantur ac decidunt, paucioribus minoribusque vestigiis & cicatricibus deformatos, evasisse: quod ipsum etiam notârunt Garcialopius, & Forestus, lib. 6. observ. 50. in scholio.

Verùm hic jam examinandus venit Aulicorum mos, qui de pulchritudine sua magis solliciti præ aliis existentes, solent variolas maturas acu aurea aperire, & sic pus educere, antequam (ut inquit) cutem profundius erodat (hoc ipsum etiam facere jubent Arabes, multique Medici neoterici) & sic profundas foveas faciat. Dicendum hæc apertionem profusè damnosam existere (hoc ipsum etiam bene notavit Riverius) & semper à nobis compertum esse, post illam vestigia valde profunda & foeda relicta fuisse. Hanc experientiam quoque gemina suffulcit ratio. Nam primò, apertio seu perforatio illa non potest aut debet institui, nisi cum variolæ jam factæ sunt maturæ & albæ; atqui cum pure albo & cocto existente, omnis ab eo acris fervor & potentia carnemve ulterius excedendi, absit, imò & pustulæ sponte exsiccati incipiunt, omnino frustra supervacaneum illud apertionis opus acu aurea instituitur, cum ulterioris erosionis nullus metus amplius superfit. Secundo, per illam apertionem educto pure, tunc cavitates mox ab ambiente aère exsiccantur, & indurescant, unde fit, ut substrata caro altius succrescere, easque ulterius replere nequeat: at si variolæ non aperiantur, sed pus in iis paulatim sponte exsiccati permittatur, tunc substrata caro mollis servatur, tantumque succrescit, ut ante omnimodam puris exsiccationem vestigia carne replentur, ita ut tandem delapsis exsiccatæ variolis, vix amplius ullæ foveæ superstites maneat. Hæc eadem posterior ratio etiam docet, omnino impediendum esse, ut ægri variolas prurientes unguibus scalpendo non dilace-

rent, aut ante exsiccationem detrahant; certa enim experientia docet, tali modo semper foedas cicatrices & profunda vestigia relinqui. Atque hinc in pueris & infantibus istius rei exactam curam haberi mando, & eorum manus linteaminibus obvolvi, vel caligis indui, vel fasciis ita ligari jubeo, ut eas faciei admovere, in eaque variolas scalpere non possint. Hoc ipsum etiam monens Auctor libri de proprietatibus rerum, sic inquit: Caveat autem nutrix vel Medicus, tam in puerulo, quàm in adulto, ne talium pustularum vesiculæ, nec propter prurimum, nec propter aliud, rumpantur, seu aperiantur, maximè circa faciem: quòd si perforentur variolæ, perpetuis temporibus vestigia apparebunt. Illud etiam sibi ab experientia constare scribit Forestus, loco citato.

Apertas variolas Arabes aquâ salis (hanc etiam laudant Jo. Paschalis, Eustachius Rudius, & alii,) multi decocto santalorum, rosarum rubr. plantaginis, myrtillorum, & faniculæ abluunt: sed tales abluções rejiciendæ sunt, cum cavernulas variolarum nimis citò exsiccent, sicque carnem succrescere impediunt, & hinc profundiores foveæ remaneant.

Contingit interdum ut à variolis superstites remaneant exulcerationes quædam foedæ, cutem erodentes, Has Amatus primò lavat hoc decocto.

℞. Florum rosarum rubr. myrtillorum, fol. lentisci, summitatum quercus, tamarisci, ana part. æq. aquæ q. s. fiat decoctum, quo ulcerationes laventur, & lianteo absteris hunc pulverem inspergit.

℞. Thuris, mastichis, rosarum rubr. sarcocollæ, ana part. æq. fiat pulvis subtilis.

Forestus in eodem casu præter unguentum camphoratum, etiam utitur hoc unguento de plumbo, descriptionis Montagnanæ, quod etiam valde commendat Duncanus Liddelius.

℞. Plumbi usi unc. ij. lithargyri unc. j. cerusæ lotæ, aceti, ana uns. s. olei rosacei unc. iij. mellis rosacei unc. j. vitell. ovorum num. iij. myrrhæ unc. s. ceræ, q. s. fiat s. art. unguentum.

Sanatis variolis, maculæ rubicundæ aliquandiu superstites manent, ad quarum citiorem sublacionem nonnulli eas bis tertia die lavant cum decocto lupinorum & fabarum, in quo aliqui etiam coquant radices arundinis & abrotonum: alii utuntur aquâ destillatâ florum fabarum & sigilli Salomonis, admiscendo aliquantum succi limonum: alii maculas abluunt cum aqua milleforum, id est, stercoris vaccini: Jo. Paschalis commendat lotionem, cum aqua rosarum: Mercurialis celebrat aquam distillatam ex duobus pedibus vituli, totidem limonibus, & pauxillo serpentariæ: alii unguentum rosaceum, aut pomatum, cui oleum tartari admixtum est. Sed ego in praxi à longo tempore observavi, illas citiùs sponte evanescere, si omnino nihil adhibeatur, nam acèr externus cutem post exulceratas variolas de novo regeneratam paulatim exsiccat & indurat, & sic paulatim etiam imminuitur macularum istarum color, imò tandem penitus evanescit, ubi nova illa cutis cum reliqua priore cute æqualem duritiem adeptæ est. Ac proinde ego communiter nullas lotiones aut inunctiones eum in finem præscribo, cum illas cutis indurationem macularum sublacionem potius tardare, & solum aërem externum optimum macularum remedium esse comperiam. Si tamen aulicis quibusdam Domicellulis sine aliquo remedio topico satisfieri nequeat, illis commendo lotionem ex aqua fabarum, cui pauxillum aquæ tartari (vulgò malè appellant oleum) vel succi limonum admixtum sit, vel lotionem ex lacte virginali.

Ad superstites cicatrices & relicta vestigia tollenda, multi axungiam humanam, aut sebum vervecinum, alii multa alia inungenda & imponenda præscribunt. Bauderonus, Prax. tract. 2. c. 3. hæc proponit. Con-

ducit,

ducit, inquit, aqua mellis cum terebinthina distillata. Idem confert pinguedo asini cum oleo liliorum liquata: & oleum ovorum, & de lateribus. Sanguis leporis aut sauri calide ad motus cavitates implet. Idem corium suillum salum & calefactum, si fricentur vestigiorum cavitates, eutem aquant. Idem valet axungia anseris, anatis, aut gallinae, & cinis unguarum arietis, aut caprae, aut putaminum ovorum, ad cutis asperitatem delendam. Idem ad tubercula eminentia æquanda hæc præscribit.

℞. Olei liliorum, axungia anseris, & asini, an. unc. j. unguenti citrini unc. s. Misce pro litu tuberculorum horâ somni, per multos dies continuando.

Die sequenti mane lavetur facies hoc decocto.

℞. Rad. liliorum albor. unc. ij. Rad. ari. vel serpentariae unc. j. malum citrium in frustra divisum, num. i. fursuris macri M. j. aquæ q. s. coquantur pro lotionem faciei tepidè mane.

Forellus præ multis aliis hoc unguentum prædicat.

℞. Olei amygdalarum dulcium, liliorum alborum, an. unc. j. pinguedinis capi drachm. ij. pulveris rad. pœoniæ, irisidis Florent. lithargyri auri, an. scrup. s. sacchari candi scrup. j. His omnibus in calido mortario bene mixtis, & per linteam expressis, inunge dicta loca mane & sero: postea verò aqua è pedibus vitulinis distillata, aut aquâ millestorum bene abluantur.

Verùm hæc omnia plerumque frustra fiunt, nam ubi semel exsiccatae sunt variolarum foveæ, & cicatrices nimis cavæ vel elevatae constant, tunc omnino fixæ permanent, nec unquam ullis topicis mutantur. Verùm si nimis rubicundum aliumve fœdum colorem habeant, ille per lac virginale, aliaque ad maculas delendas modo præscripta, fortassis aliquantum immineatur, aut penitus tollatur, sed ulterius in fovearum curatione & repletionem nihil proficietur. His adde, quod axungia humana, vervicina, asinina, anserina, aliaque variæ, cutis splendorem adeo obsuscant, & subnigricantem reddant, ut longè majorem, quàm ipsæ variolarum cicatrices & foveæ, fœditatem inducant.

Morbilli sunt maculae, seu tubercula parva, rubra, in cute erumpentia, non suppurantia, cum febre continua, à sanguinis peculiari fermentatione orta.

Differunt à variolis accidentaliter, seu secundum magis & minus: quia variolæ in altum exurgunt & suppurantur; morbilli verò vix in molem conspicuam attolluntur, & non suppurantur: atque hinc etiam hi citius & minore cum periculo, quàm variolæ, finitunt (errant qui in his majus periculum subesse putant, quàm in variolis) & frequentissimè pueros, rariùs ætate grandes, aut senes, aut qui priùs variolis laborarunt, corripunt: variolis enim qui laborarunt, illi plerumque (& si non semper) à morbillis excusantur; sed hi tamen nihil immunitatis ab illis promittunt.

Cutem & epidermidem habent pro subjecto in quo erumpunt & conspiciuntur: an verò similiter, sicut variolæ, internas quoque partes nonnunquam oblideant, merito dubitandum, imò vix credendum censeo, cum illud à nullis Medicis hæcenus competum sciam.

A subtiliore, calidiore, & sicciore humore sanguineo subbilito, specifico modo fermentante, oriuntur, atque hinc citò egrediuntur, & non assurgunt in pustulas, aut alicujus momenti tumores, sicut variolæ, sed parvæ in principio exortæ, sunt maculae rubrae ac late, cum levi aliqua cotis asperitate. Post septimum ferè diem, imò frequentè citius, sine ulla exulceratione evanescent, nullo sui vestigio supersistere, nullaque fœditate relicta.

Causa eadem censetur cum causa variolarum, sed

Tom. IV. Pars II.

differentia horum morborum in eo consistit, quod materia è qua generantur, in variolis crassa, sanguinea, & humida sit, unde hæc in pustulas assurgunt; in variolis verò tenuis, sicciior & subbilita existat ut modò dictum.

Plerumque semel duntaxat unum hominemprehendunt, neque tam frequentè bis aut ter redeunt, sicut variolæ, quoniam horum materia, ob longè majorem tenuitatem, prima invasione, ut plurimum tota dissipatur & consumitur. Videantur super hæc re quædam præcedente cap. 3. in sententia Arabum.

Febris iis adjungitur sicut variolis, imò à febre oriuntur, cujus quasi critica evacuatio sunt.

Signa diagnostica imminentes morbillos indicantia, eadem sunt quæ variolas imminentes præfigunt, descripta præcedente cap. 4. Præsentem morbillos visus judicat.

Prognostica sunt, si citò appareant, cum febris; anxietatis, aliorumque symptomatum imminutione, & per tres quatuorve dies in statu persistant, postea verò paulatim evanescent. Mala sunt, si tardè erumpant, gravia symptomata adsint, & primo die rursus dispareant. Porro multa alia prognostica cum variolis communia habent descripta præcedente cap. 5.

Curatio in principio à variolarum curatione non differt, quippe datis sudoriferis appropriatis (præcedente cap. 10. descriptis) ægri ad sudores sunt impellendi, & in leni diaphoresi, usque ad perfectam eruptionem, servandi: omne frigus ab iis arcendum, & decoctum hordei, glycyrrhizæ, cicercum ac ficuum, sæpius exhibendum, hoc enim morbillos non minus feliciter, quàm variolas expellit. Hac methodo procedendum, usque dum rursus sponte & salutariter evanescent.

Nullis hic topicis opus est. Interdum tamen contingit, ut ingens, molestissimus, & intolerabilis pruritus ac punctio in plantis pedum, & volis manuum accedat (hoc symptoma etiam in variolis interdum acriter urgere, dictum præcedente capite) ad cujus symptomatis mitigationem certo experimento conducit, si pedes & manus continuo detineantur in aqua calida: tali enim modo pruriginosa illa punctio optimè sedatur, & morbilli in plantis pedum & volis manuum melius emergunt. Hoc experimentum fuit olim arcanum Nicolii Florentini, à quo illud mutuatus est Basilius Astrucius Papiensis, lib. de curand. febr. Hac de re singularem observationem habet Forellus lib. 6. observ. 42.

Morbillus finitimus est, eandemque ferè originem ac causam agnoscit, & similem curationem requirit, alius affectus, qui Belgis roodjonck, roodhont, & roodgront, appellatur; quem Philippus Ingrassias, de tum. mor. p. n. tom. 1. dicit Neapolitanis vocari Rossianam & Rossianam; Forellus, lib. 6. observ. 59. Purpuram & Rubores nominat, de hoc loquitur Hali Abulbas, lib. 8. theoric. cap. 14. Est species, inquit, aliqua quæ vocatur Rubeola, quæ ex sanguine calido ac subtili, & non multum malo oritur, & hæc species cum ad statum pervenerit, similis sit milii granis, aut paulò major, & ejus color rubeus, nec aperitur pustulæ, sed insensibiliter discutiuntur & evanescent.

In hoc affectu maculae rubrae & quasi ignitæ, sæpe exhibent tuberculis, instar milii seminis, interspersæ, cum vix effatu digno tumore, per universum corpus, quasi parva quædam erysipelata, erumpunt in principio morbi, id est, primo, secundo, tertio, quarte die. In statu verò universum corpus rubrum & tove die. In statu apparet, aliis magis, aliis minus, ac quasi ignitum apparet, aliis magis, aliis minus, ac si universali erysipelate laboraret. In declinatione rubor ille imminuitur, & maculae late, ut in principio, iterum apparent, quæ tandem quinto, sexto, septimo,

T 2 octavo,

octavo, vel novo die evanescent, epidermide squamularum ad instar decedente.

Malum hoc ut plurimum infantes & pueros, raro adultos infestat, & sicut morbilli, plerumque solam cutem cum epidermide occupat, ac facile curatur, imprimis si frigus externum ab ægris arceatur. Contingit tamen non nunquam, etsi rarius, etiam internas partes ab eodem (sicut in variolis quoque interdum accidit) obsideri, magno ægri periculo: tunc febris intensa, calor maximus, & sitis ingens existit, ac sæpe pulmonum, faucium, aliorumque viscerum inflammationes, unâ cum difficili respiratione, summa anxietate, delirio, hypochondriorum tensione, aliisque pravis symptomatibus, accedunt: qua de re notabilem talis ægri historiam describit Sennertus, lib. 4. de febr. cap. 12. Haftenus Isbrand. de Diemerbroeck, Tractatu de Variolis & Morbillis.

Curatio Clariff. Theodori de Mayerne.

Procedit hoc malum à sanguinis ebullitione, quæ si contingat in corpore sano, Naturâ existente robustâ, facilis sit ad habitum humoris morbillici expulsio, facilis & cita succedit expulsi concoctio, pustulæ celeriter sua decurrunt tempora, & sine ullo pravo symptomate intra paucos dies Natura superato hoste victrix triumphat. E contra, si corpus cacochymum sit, & pravi succi heterogenei commisceantur, internæ excitantur turbæ, quæ in singulas partes gravem deponunt sarcinam. Major est malignitas quando pestilens est æris constitutio & in vulgus contagiosi sæviunt morbi, aut epidemice Papule istæ grassantur. Tunc pertimescenda sunt gravia mala, Febris, Vomitus, Hæmorrhagia ingens, Delirium, Convulsio, Syncope, Diarrhœa ut plurimum funesta, Aangina ab humoris *purpura*, Suffocatio, præsertim circa morbi statum, pustulis maturentibus inflatis, & in ingentem tumorem sublati facie tota, collo, guttore, & angustatis faucibus, licet paulò ante mortem valdè præcipitem & ut plurimum inexpectatam liberè respirent, nec difficulter admodum deglutiant ægri.

Vidi quendam, in quo post casum Variolarum; quibus à capite ad pedes totum corpus scatebat, deciduis primis crustis, factâ novâ ebullitione, eadem pustularum quantitas præcedentibus successit, bonis tamen ægri rebus.

Duo sunt maximè periculosa tempora, initium eruptionis, quo tempore fiunt Convulsiones, & alia gravia succedunt symptomata: alterum à nono ad undecimum quando maturent pustulæ. Tunc inflantur caput, fauces & collum, tumet facies, reviviscit febris, & multi materiâ retrocedente in pulmones, quasi fulmine icæ suffocantur.

Ad Præcautionem in corporibus in quibus nulla adhuc apparent morbi signa, non neglectâ in plethorico & sanguineo subjecto phlebotomia, in cacochymo purgatione blandâ, sequentia videntur esse ad usum.

Victus sit refrigerans, detur jusculum vel possetum alteratum acidis, acetosâ triplici, oxytriphyllo, berberis, omphacio uvarum, portulacâ, limonibus, hisce jusculis permistum nitrum crystallinum cum saccharo refrigerabit, & salem volatilem ammoniacum, fermentationis auctorem, per vias urinarias cum lotio deturbabit. Item nitrum utiliter permiscebitur cerevisiæ pro potu ordinario propinandæ. Exercitia sint valdè moderata, neque fiat quicquam quod calorem nativum augeat motive in igneam, aut citra febrem etiam procedet in humoribus, excitato ipsorum sulphure, incendium.

Bonum est fluidam habere alvum, ut in corporibus

impuris, si Variolæ contingant, imminuta humorum putrium & acrium sarcinâ, Diarrhœa præcaveatur, idcirco opera pretium erit, vel subinde alvum Enemate eluere leniente saltem & blando, vel tertio quaretove quoque die sumere pilular. sequent. dosin.

℞. Mass. pil. Ruffi sive pestilent. ʒij. massichinæ Fernel. Gran. Angel. ana ʒj. sal. card. Bened. ʒiv. Mf. & cum syr. de cichor. comp. cum rhab. f. mass. f. pilular. cujus dosis esto à ʒj. ad ʒss. vel ʒij. Dentur autem vel horæ quadrante ante levem cœnam; vel iis quibus metus est, ne per noctem solvatur alvus; horis 2. post dictam cœnam.

Quotidie mane detur ʒss. ʒij. vel ʒj. robustioribus seu adultioribus massæ seq.

℞. Rad. tormentill. ʒss. bezahar cervin. vitriolat. C. C. philosoph. calcinat. ana ʒij. corall. rub. ocul. cancr. vulgari modo præpar. diamargarit. vitriolati vel nitrati ana ʒj. crystall. acetosellæ sylv. & oxytriphyll. ana ʒiv. lap. bezahar occident. ʒss. f. omnium alkool. excipiendum f. q. sapæ cydoniorum, vel, si desit, syr. de lojula aut de limon. fiatque massa pilul. servanda in vase vitreo ad usum. Superbibatur possetum præparatum cum acetosellis dictis, aut succ. limon.

Perseverent præcautionis avidi in hoc remedio per dies & septimanas, donec tempestas istius infortunii ferax pertransierit.

Statim ab initio, & etiam ubi adest magna plethora, quamvis Variolæ incipient erumpere, mitti tur sanguis è brachio, si tardè fuerit vocatus Medicus; præsertim si causa procacitica fuerit calor, à Vino, ab ira, à vehementi exercitio, ab Amore, & si valde facies rubeat.

Præmittenda etiam Purgatio (& cum opus, Voa mitorum) prout ea postulat artificiosa indicatio.

Duplici viâ in hoc affectu Medico ipsum ex arte curaturo est procedendum. Benignius enim malum leviora tantum poscit, quæ effervescentiam sedent, non neglectâ tamen eâ, quæ medentis oculis continuè debet obversari, malignitate. Utrique proficiunt acida seu vegetabilia, sive spiritus salium mineralium, & ea quæ absorbendo fermentationi resistunt, qualis sunt pulv. chel. cancr. marin. maj. constellat. ocul. cancr. seu lapides astracorum, diamargarit. vitriolat. spir. nitri in ossibus coagulati, crystalli acetosellæ sylv. & oxytriphyll. quibus utiliter permisceri poterunt lap. bez. uterque C. C. vitriolat. idem philosophice calcinatum, terra Lemnia, Blesensis, Strigensis, cæteraque istiusmodi, quæ in primis qualitatibus nullam insignem habent exuperantiam.

Sed ubi validi justa est veneni suspicio, tunc etiam validioribus pugnare convenit, & prædictis nunquam omittendis fortiora erunt permiscenda: qualia sunt lap. & rad. contrayerv. rad. pistochiæ seu viperinæ Virginianæ, &c. Viperina debite præparata & temperata omne ferunt punctum.

Diaphoretica quæ ad habitum pellunt primis diebus usarpanda, nisi aliquid reclamet, ut nimius sudor.

℞. Viperar. gr. xxx. C. C. philosoph. calcin. lud. humani, ostracomel. margaritif. ana gr. xij. cochinel. gr. vi. Mf. f. pulv. subtiliss. pro una dosi.

℞. Oss. cord. & hepar. viper. gr. xx. ludi humani, vel, si desit, bezahar. or. Cornu Cervi restibilis ab aqua cardiaca, calcis mellit. matris perlar. vel cort. ovar. gallinæ Indicæ vel domesticæ, C. C. C. ad summam albedinem sulphurat. vel vitriolat. ana gr. xij. cochinel. gr. iv. Mf. pro una dosi: f. pastillus cum gelatina C. C. vitriolat. Superbibatur possetum alteratum calendula, sicibus, fol. & cort. maculosa betulæ arboris, echio, lentibus, scordio, laccâ è bacillis, eruca, & crocopauro, idque usque ad tertium vel

scarpio peragenda: transversè acum in cutem infigere, cutemque parumper discerpere mos est, ut sufficienter contusio solutio fiat, postque immisceatur facilius. Vulneribus superimponuntur cortices nucum juglandium, per medium scelæ, vel quid simile concavum, & sunt ligaturæ desuper, ne post vesibus abstergatur, post aliquot horas omnia removeantur. Data utatur patiens: à carnibus & jusculis etiam hic loci abstinent, ad vigesimam quintam ad minimum. Operationem initio hyemis, & appetente vere celebrare solenne est. Si operator per tertiam personam pus sibi adferendum curaverit, erit suspicionis expertus, ne communis contagii miasmata vestibus suis adhaereant, à quibus patienti metuendum sit. Interim si processum quaeras, ratione idiosyncrasiae ferius alii, alii citius Variolas excludunt, leviora alii, alii graviora habent symptomata; omnibus tamen fauste succedit. In hisce locis communiter ad finem septimi efflorescere incipiunt Variolæ, quod Phænomenon doctrinæ Crisium favet. Observatum est anno, quo communes Variolæ lethales fuerunt, graviora parumper in insitione fuisse symptomata. Inter quinquaginta subjecta in eodem ferè diebus passa insitionem, quatuor numero novimus, quibus & exclusio Variolarum nimis cita fuit, & tubercula plura, & symptomata graviora fuerunt. Suspicio fuit haud sine fundamento, communi Variolarum contagio fuisse hæc paucis ante insitionem diebus attackta. Sufficit ad rem nostram, quod nemo post insitionem salutem non recuperaverit. In his quatuor Variolæ ad confluentium naturam accedebant. Insitione alioquin Variolæ paucæ & raræ sunt; decem sæpius, vel viginti erumpunt; huic vel illi duæ vel tres: paucis centenas aliquot numerantur: sunt nonnulli, quæ nulla alia pustula præter loca insitionis, quæ in purulenta tubercula extumescant, eruperit, & tamen immunes impostero à Variolarum contagio vixerint, quamvis ægrotis Variolis correptis cohabitaverint. Notandum non paucam emanare puris copiam à locis insitionis per plures dies. Variolæ insitione erumpentes brevi tempore insiccantur, & partim in tenuissimas particulas degenerantes decidunt, partim contra communium Variolarum morem, per insensibilem resolutionem evanescent: materies enim haud pus crassum est, prout in communibus, sed tenuior quædam sanies, ideoque foveæ his haud succedunt. Loca insitionis excipio, quæ tenui pure manant, & cicatrices relinquunt, nullo tempore deletiles. Si cui apostema aliquod eruperit haud timendum, totissimè enim per supurationem sanatur. Si quod aliud etiam symptoma contigerit, communibus remediis facile curatur. Notandum ab insitiis Variolis pro nova insitione pus mutuari haud usitatum esse. Qui Variolarum tributum naturæ solverit, si insitionem patiatur, nullam alterationem sentiet, loca etiam insitionis ipsi statim exarescunt, cacochymum aliquod corpus excipias, cui levis inflammatio & exulceratio per paucos dies contingere poterit. Unum hac usque puerum novimus, cui insitio insitura sit, & Variolas non exclusit, nihil tamen inde damni passus est. Suspicor hunc puerum paris insitionem totaliter elusisse; validis enim membrorum contorsionibus, operationi reluctatus est, nec aderat, qui coercere posset. Calamitosi aliquid ex insitione alicui contigisse hac usque non novi, & quamvis rumore vulgi disseminarentur, ego dato studio artes illorum petii, de quibus tale quid dicebatur, & rem sciscitatus omnia falsissima esse pro comperto habui. Octavus excurrit annus, à quo insitionis testis oculatus sum; ut sedulitatis, quæ in hujusce operationis inquisitione usus sum, fidem

faciam, duas narrabo historias ad rem nostram facientes. Fuit in familia quadam puer trium circiter annorum, morbo comitiali, strumis, lue hæreditaria, & marasmo diutino confectus. In hoc parentes insitionem influere voluerunt: Variolas facillimè exclusit, peæes quadragesimum suo marasmo perit. In alia familia fuit puella trima morbo comitiali tentata, lue hæreditaria infecta, & colliquativo alvi fluxu per tres menses laborans. Huic insitio facta est, Variolas optimè exclusit, & ante decimum quintum hoc pensum absolutum est: trigesimo & secundò ab insitione die, veteri alvi fluxu, qui nunquam intermiserat, perit. At ædopol, insitionem ego Variolarum, universalem ad omnes morbos panacæam haud sum professus; nec moribundis insituendam sentio. Nasutiores etiam suscipiantur, duo illa subjecta, tanquam incommodas umbras ad cymbam charontæam omnibus modis suis detrusa. Si quid aliud in meam notitiam pervenisset, candidè narrarem.

Ætiologia.

Contagium Variolarum per pueris insufusionem propagari, haud equidem mirabitur, qui Æsculapii templum vel à primo limine salutavit, & fermentationis doctrinam subodoratus est: nec obscurior est insitionis modus, quam panificium, aut ars cerevisiaria, in quibus ex admisto fermento massæ fermentandæ turgescunt: conciliato nimirum motu intestino minimarum particularum principis activis pollentium. Si quis quaerat interim: Cur Variolæ periculosæ alioquin, & persæpe lethales, ex insitione sine ullo periculo excludantur? dico: Variolæ communes vel concurrentes prava aliqua speciali aëris diathesi suscitantur: vel ab effluviis à Varioloso corpore emanantibus per contagium propagantur. Primus casus in paucis individuis accidit, & concurrente quidem, vel insigni cacochymia, vel saltem variolosi semini in talibus individuis latitantis acerrima exaltatione. Secundus casus communissimus est. In primo casu miasma malignum aëreum, in secundo virulenta contagii corpuscula indolis probabiliiter, salino-sulphureæ, sed specificam fracedinem seu ranciditatem nasca, statim ac per respirationem hauriuntur, spiritus ipsos, & late quidem teterrima insiciunt: subsequenter autem massam sanguineam, & lympham vitari manifestum est. Spiritus statim insici, rationi consentaneum est, tum quia in fontes spirituum, cor scilicet, & cerebrum statim ingressum habent, virulentæ aporiæ, tum ratione analogiæ inter miasmata, & effluvia ista, ipsosque spiritus, cum utraque spirituoso-aëreæ texture sint: deducitur etiam cita, & prava spirituum infectio à tot tantisque nervosi systematis symptomatibus, quæ malas plerumque comitantur Variolas, & præcipuè à convulsionibus epilepticis, quæ infantibus accidunt ipso momento, quo varioloso insiciuntur contagio, multò antequam febris ipsos corripiat. Massam autem sanguineam inquinari, præter febrem, purulenta tuberculorum exclusio testatur. Lymphæ verò vitiatæ fidem faciunt, glandularum in faucibus tumor, secretas & enormis multoties ptyalismus. Inter hæc tria circularis etiam sequitur noxa, sed præcipuè sanguinis particulæ ab indebita spirituum irradiatione in plures ataxias, & anomalias perducuntur. Duobus tamen modis in Variolis mortem contingere observavi. Primus est, quando paucis erumpentibus Variolis, mala alia suboriuntur symptomata. Secundus, quando nimia tuberculorum copia cadaverosam putredinem inducit. In primo casu malignæ vulgò dicuntur Variolæ. Causa autem est, vel nimia fusio, & dissolutio massæ sangui-

languineæ, vel ejusdem coagulatio, & grumescen-
tia. Si enim impetus spirituum explosivus justò plus
augetur, particule massæ sanguineæ nimium ad in-
vicem atteruntur, comminuantur, & tenuissimas
nanciscuntur acrotidas: sanguis in hoc solertis na-
turæ mechanismum eludit, eamque nihil sœculen-
toris in glandulis secretoriis cribrisque deponat,
œconomiz animalis functionibus requisitas filtra-
tiones ac transcolationes celebrari haud patitur;
improportionata enim est figura particularum liquidi
ad configurationem pororum in tubulis, & colato-
riis ratione subtilitatis nimiz: filtrarentur enim par-
ticule sanguinis, si naturalem servarent schematicum,
& molem. Hinc dicitur, pepsum fieri per
concoctionem, seu incrassationem. Torrens ubi ni-
mio impetu, & præcipiti cursu fertur, aquas tur-
bidas delocari haud patitur, quia vis centripeta
gravitate admixti terre sequens superatur à fortiori
impulsoria virtute aqueorum globulorum gravidè
ruentium: virtus enim fortis v. g. ut unum non
potent lineam perpendicularem describere, ubi vir-
tus fortis ut duo ad lineam horizontalem protrudit.
Sic etiam haud pluit vento flante intensissimo: ea-
dem geometrica proportione probabiliter loquen-
do sanguinis particule, aucto ab effrænis spiri-
tibus motu, tubulos colatorios præterfluunt nulla
facta siccum depositione. Hæc probabilia reddun-
tur à summa pulsus celeritate, febre intensissima,
sudore nullo, & urina cruda. Contra quandoque
contingit, ut ab acutis & scindentibus deleteriis
fermentis particulis frangatur, corrodat, vel sal-
tem relaxetur elater spirituum, elanguescente igitur
spirituum motu turgidiores etiam hebetioresque sunt
sanguinis, lymphæque particule; igitur dum in la-
byrinthis tubulorum anfractibus moram indebitam
contrahunt, alias turmatim invicem complicari, alias
autem congectione facta, super alias incidere, &
diverso ab invicem superficialium suarum contactu,
à naturali configuratione desciscere, & novas indu-
ere angulorum dimensiones, necesse est. Sic igitur
diversa ab illa, quam superius narravimus, figura-
rum ac tubulorum meatuum improportione, pari ta-
men calamitatis eventu, dædalæ naturæ machinas
irritas fieri contingit. Hæc probabilia redduntur
à pulsu tardo & raro, ac febris carentia, quan-
doque in summa malignitate observatis paucis, &
tardè erumpentibus pustulis. Ulterius à trepidato-
ria, seu tumultuosa, ac subsultoria furentium spiri-
tuum irradiatione inæqualis eodem tempore in di-
versis partibus massæ sanguineæ, & venarum etiam,
arteriarumque contingere potest impulsus. Sive igitur
fibrillæ aliquæ, ut quidam volunt, reperiuntur
in sanguine, sive chyli nondum bene assimilati sint
portiones usibus peculiaribus dicatæ, probabiliter
illarum motum turbari contingit. Has enim in cir-
culatorio motu secundum longitudinem suam natu-
raliter moveri necessum est: ab inæquali autem,
& præternaturali dicta pressione rectilineam figuram
perdere, ac in spiras, & semicirculos crispari cog-
untur: has igitur sic contortas transversaliter post-
modum in circulatione raptari, ad invicem intrica-
tas convolvi, & ramosis schematicis obortis racem-
atim adeo conglobari necesse est, ut in majuscu-
los tandem grumos coalescant. Sive demum fibril-
læ illæ non dentur, certè cujuscunque figuræ sint
massæ sanguineæ particule, illas à naturalibus def-
ciscere situatione hac de causa contingit; confusæ
igitur particule illæ, & ad invicem intricatæ sta-
tim vehiculi sui, feri scilicet globulis per expressio-
nem à suo contubernio explosis, majorem gravita-
tem nanciscuntur, ideoque impulsivæ circulatoriæ
facilitatis vim superant; has igitur hic illic restitare,
ac stagnare necesse est; prout vel in hoc vel illo

loco prima mutua cohæsiō fortè contigerit: hæc
livida stigmata, & simul (quod sæpè observavi in
variolis cum petechiis erumpentibus) frequens se-
quitur mictus, quo limpidissimum serum in magoa
copia includitur, infusio, & coagulatio: hinc mir-
rum non est, cur moriantur nonnulli in variolis cum
petechiis, convulsionibus, syncope, vigiliis nimis,
delirio, hæmorrhagiis, vomitibus enormibus, dy-
senteris &c. quamvis haud multa pustularum pu-
trilagine perfundantur; in stygium veluti charac-
terinum variolarum fermentum aliquando evahitur,
ita, ut quamvis haud magnam crassi puris copiam
progignere aptum sit, spiritibus tamen liquidis, &
solidis supra recensita mala modis explicatis, vel
aliis consimilibus communicare possit, sicque mor-
tem inferre: & hoc ante undecimum.

Veniamus nunc ad secundum modum: diversa
enim aliquando contingit perniciēs, & longè al-
terius generis tragedia: quamvis enim absint illa
symptomata, nimia tamen puris, materiæ scilicet
cadaverisatæ copia corpus obruitur, & hoc peri-
culum ad vigesimum secundum protrahitur: pus au-
tem generati probabile est, quando sulphureis olea-
ginosisque sanguinis particulis in fracedine, & fu-
sione constitutis, acido-salinarum particularum con-
fuso contingit. Huic asserto facem accendant in-
numera chymica experimenta, quibus manifestè edo-
cemur solutionibus pinguium sulphureorum, per al-
calia factis acido quolibet coassato statim massam al-
bicantis coloris emergere: multoties igitur fermentum
Variolarum per respirationem haustum ratione
indolis propriæ acerrimæ, & fortassis septicæ, tales
in massa sanguinea particularum acido-salinarum, &
oleo-sulphurearum producere potest combinatio-
nes, ut non semina solum Variolarum, quæ omni-
bus individuis (mole tamen minima) à nativitate
indita sunt, agentur, advenant, & in purulentam
abeant purilagine; sed massa ipsa sanguinea to-
ta acorem contrahat, & motu quodam corruptorio
putrescat, & cadaverifetur. Sic enim incendio ve-
lut coorto ulterius furere fermentescentes particulas
contingit, quam variolosis seminibus per despuma-
tionem eliminandis opus sit: hic modus non est
depuratorius heterogeneis fecernendis inserviens, sed
destructivus, & corruptorius, fermento nempe mas-
sam totam superante & invertente, fracidis scilicet
& rebelibus particulis victoria potitis, & omnes
alias in sua castra migrare cogentibus; hoc manifestè
observamus in variis potulentis, in quibus fer-
mentatione aliquando excitata motus succedit, cor-
ruptorius liquores totaliter vitians: hinc videmus
aliquos, quamvis supra recensitis symptomatibus
immones, immenso tamen, ut ita dicam, putredini
Oceano suffocatos. Ultimo loco consideran-
dum, solida etiam & nobiliores partes in hisce ca-
sibus vel pessimè affligi, vel in spasmos inordina-
tos cieri. Ecce igitur continentia, contenta, &
impetum facientia, quorum triumviratū humana
respublica regitur, una eademque ruina ut pluri-
mum involuta. Mirabiturne quispiam malorum in-
de iliaden in hominis perniciem pullulare! Obser-
vandū ulterius multis, qui peste laboraverint,
communibus variolis etiam post annum correptis,
bubones eosdem intumuisse, qui ante in peste eru-
perunt. Nonne hoc etiam summam malignitatem
testatur? Inscitionem modò ad rationis trutinam re-
vocemus. At, hercule, longè aliter in hoc con-
tagionis modo rem procedere, quis est, qui non
fateatur? Primum enim spiritus nullatenus insici
manifestum est: deinde non lymphæ, non sanguinæ
labes illa terretima iouritur, non solidis vitium ali-
quod communicatur. Hinc symptomata omnia le-
via, nulla pessima, nulli infantibus epileptici in-
T & sultus

sultus. Contagionis enim fermentum non spirituale, & acutum est, sed humorale, iners ac pigrum; venena autem quò subtiliora, eò pejora. Pus equidam Variolarum in ipsa substantia sanguini immediate infusum, statim in largum veluti pelagus exceptum diluitur, involvitur, absorbetur, obtunditur, sic illud mitescit, sic in mansuetiorem indolem cicuratur. Contagiosæ particulae sanguinem ingressæ statim sibi congenere Variolosi seminii particulas sanguini à nativitate inditas inveniunt; iis igitur confermentescunt, sed invicem combinatæ, ac complexæ haud ampliùs sui juris sunt, ut ultiores excitent turbas, regiam vitæ perdant, spirituum thesauros diripiant, nam mutuis compedibus constrictæ fixantur, præcipitantur, crassioresque & hebetiores fiunt, quàm antea fuerint. Statim igitur volubilibus aquarem particularum globulis, tanquam apertis vehiculis, superincumbentes, sanguinis motu à centro ad peripheriam tendente, secundo veluti amne ad ambitum corporis protruduntur, eliminantur. Nonne manifestè videmus, haud pus generari in insitiis variolis, sed saniosam, dilutiorem videlicet aqueamque magis materiam. Nonne ex hoc phænomeno palam est, acido-lalinas fermenti contagiosi particulas haud oleosas passim sanguinis particulas in cadaverosam purulentiam pervertere; sed blandioribus potius levioribusque aqueis particulis easdem dilutas, & saturatas foras alportari? Ex negatione fovearum, & cicatricum nonne manifestum est, acres, aculeatas, pupgentes, & corrosivas fermenti salini particulas à balsamicis statim sanguinis globulis obtundi, spiculis suis orbari, & hebetiori figura modificatas, vi veluti mochlica extra propelli. Integra interim servatur massæ sanguinæ textura, inviolata consistentia: nullam hic vides fusionem, nullam commiscantiam, nullum corruptorium ac destructorium motum. In insitione enim tantum solummodò sanguis fermentescit, quantum impuro à puri consortio separando, ac per despumationem extrudendo satis est. In hoc fermentationis motu, solum per undulationem quandam leviter aliquando afficiuntur spiritus, lympha, & solidæ partes, & si quæ ad ista contagii particulae perveniunt, certè quod insitionis adumbrat metaphora, non nisi sylvestri acrimonia privatæ, ac veluti dulcificatæ pervenire possunt.

Hæc tenuitatis meæ satis conscius haud perfricta fronte obrudo: non me latet longè meliora emanatura ab illis, queis meliore luto finxit præcordia Titan. In historica tamen hujusce narratione aliquatenus me bene meritum spero.

Emanuel Timonius, Constantinopolitanus, in Universitatibus Oxoniensi & Patavina Philosophiæ & Medicinæ Doctor, & Regiæ Societatis Anglicanæ Socius. Constantinopoli, Anno 1713. mense Decembri. [Uratistavia Augustam Vind. d. 11. Febr. Ann. 1715. missa.]

Cum non ita dudum Venetiis quoque de hac ipsa Variolarum cura libellus prodierit, eundem subnectere libuit.

Nova & rita Variolas excitandi per Transplantationem Methodus; nuper inventa & in usum tracta: quæ ritè peracta, immoria impostero præservantur ab hujusmodi contagio corpora. Venetiis M D C C X V.

Lectori Benevolo.

Non ambigo, quin rei novitate motus faciem ad

stuporem contorqueas, fortasse & animum ad contemptum convertas: Sed quisquis es, accuratè priùs, pacatoque animo rem totam considera. Prudentis enim est in censuras statim & morsus non irrumperre. Noli primò aspectù damnare, quod in recessu invitum ad sui laudes te trahet: Brevissimis hisce cancellulis arcanum clauditur non contemnendum; & severissimi Morbi ἀντίπαλον. Verùm tanquam muliebre, vel superstitiosum commentum despicias fortè ac irridebis: fateor me quoque initio hujusmodi phantasmate deceptum; sed ratione ipsaque experientia victus, depulsa omni hæsitantia in admirationem deveni non pœnitendam. Experientia enim quàm bellè hic respondet theoria! Physicum non relectatur ratiocinium; favet, non repugnat Anatomica demonstratio; comprobatur eventus; nihil ergo, quod redarguas, habes; At per tot retro transactos annos nemini cognitum paradoxon hoc suspicionem incutit. Tempora haud omnes simul & semel suos enituntur sætus. Per statutas ætates pariunt dantque in lucem: singulis sæculis æquiflima distributrix illa Divina Mens sua tradidit specimina: sed dices iterum; ab illiteratis & planè rudibus hoc portentum fluxisse. Estto: Verùm & Medicinam totam, quanta est, (haud ignoras,) hujusmodi principis initium sumpsisse suum. Quid multis opus? Experientiam consule; non pœnitēbit. Cæterum scias, me non captandæ gloriæ gratia; sed communis utilitatis desiderio, & causa Orbi Litterario operationem hanc publicam facere, omnibusque notam reddere. Vale.

*Illustriss. Praclariss. atque eruditissimo Viro
Wilhelmo Sherbard,*

*Dignissimo pro inclita Natione Britannica, nunc
Smyrnis Consuli &c.*

*Amico & Patrono semper colendiss.
Jacobus Pylarinus.*

Quod non unica epistola sapiùs à me expetisti, Vir Praclarissime, Amice inter præcipuos Honorande. Illustriss. pro celeberrima Natione Britannica Smyrnarum Consul, jam accipe pusillum schediasma, in quo breviter Nova Variolas excitandi per Transplantationem Methodus traditur, doceturque. Opusculum mole quidem parvulum; pretio verò eximium; humano generi perutile. Jam diu inter meas chartulas jacuit incuria, & oblivione sepultum; jaceatque adhuc, ni tuis stimulis illud à perveniunt veteris sustulisset: quod aliquantillum dolatum tibi jam non solum mitto; sed in amoris specimen, in vera amicitia tesseram offero, Nominique tuo dedico. Hilari tu vultu & amico corde munusculum suscipe; & quanti te aestimem, facile ex hac animi mei proclivitate conjicere poteris: at quare te non magni facerem; cum omnis ceteris, quibus ornaris, dotibus, saltem in Botanicis insignem hodie Virum te admiramur atque doctissimum, nemini secundum, verè inter omnes primum dixerim: Perpicacissimum quoque in re Antiquaria, & eruditissimum, ut in hac nulli cedas, cunctos ferè antecelas: nolo de Palitico regimine, quod prudenter ac honorificè in pragravi consulari exerces Ministerio, ulterius dicere; nam laudes, quamvis majores tibi debeantur, tua modestia non patitur. Satis fuerit silentio tradere, quæ aliàs ut adulatoria censerent possent. Interim perge me amare; ut ipse te colere non desinam. Vale; & felix votis meis vivito.

Operationem Medicam, inventu, non minùs quàm eventu mirandam, Orbi Litterario pandimus; Non à physica cultoribus, aut à doctis in Arcè Apollinæ

Apollinea Viris, sed à plebeia rudique gente, in
 humani generis adjumentum, in fœvissimi morbi so-
 lamen detectam: Vetustis Scholarum lucubrationi-
 bus, sedulis Recentiorum investigationibus igno-
 tam; sed quæ ex innocentioris, & ægææque familie
 penu defluxit. Verus ignoratur ejus adinventor;
 in Græcia tamen, præcisè in Thessaliâ, primò in-
 valuisse certissimum est; Hinc in propinqua successivè
 serpendo loca, & civitates, in Byzantium tandem
 irrepit urbem; ubi latuit quidem initio, per ali-
 quot annos, rarò quoque, & inter humiliores dun-
 taxat recepta: Immaniter autem grassante nuper
 Variolarum epidemiâ, latius innotescere coepit;
 nunquam tamen sublimiores aula est ingredi aulas:
 Donec nobilis quidam, nec obscurus inter præ-
 stantiores Græcos, & ex antiquo Cariophylorum
 stipite clarus, mihi vero intimiori amicitia: titu-
 lo notus, anno salutis 1701. sub hyemis finem fe-
 riosè me, quidnam de hac insitione sentirem con-
 sultit; & an ad eandem in quatuor propriis filiis
 celebrandam præstarem assensum. Nam tum tem-
 poris lethaliter totam ferè civitatem morbus hic in-
 vaserat; qui summum ei de natorum salute metum
 incutiendo, anxium valdè reddiderat. Verùm quid
 ipse super ignota re decernerem, nulla præceden-
 te hujusce methodi notitia, penitus iguorare me di-
 xi; ac simul Operatoris conveniendi copiam pe-
 titi. Triduo peractò, cum ad amicum deavò ac-
 cessissem, & de eadem materia sermo iteratò inter
 nos esset initus; ecce paulò post mulier Græca, ad
 decentiam satis composita, cubiculum intravit; quæ
 totam Operationis seriem, modum, locum, tem-
 pus, cæterasque circumstantias, ut ego deinceps
 aperiam, clarè satis, latèque nobis exposuit; quam-
 quam ipsa veram ex insitione excitationis Variola-
 rum causam haud intellexerit. His experimentis, &
 casus innumeros turò semper, & ad salutarem even-
 tum perductos annexit; è quibus aliquot (omnes
 enim quis potuisset in urbe amplissima exquirere?)
 verissimos esse, ex assertoribus fide dignis depre-
 hendi. Idcirco re bene pensitatâ, rationi & natu-
 ræ haud absonam omninò comperi: præsertim autem
 casibus jam dictis permotus, Amico jam fer-
 vidius post aliquot dies consilium iterum expetenti
 me haud alienum, sub levi tamen hæsitantiâ præ-
 bui. Quæ, tanquam toto assensu, arreptâ, & de
 servando regimine toto ægotationis tempore satis
 edoctus, insitionem per mulierem Græcam in qua-
 tuor filiis audacter instituit; quorum tres natu-
 mores (quinquennes, & vix septennes) leviter æ-
 grotarunt; paucisque apparentibus pustulis, post
 hebdomadam febre penitus, & periculo evaserunt.
 Ætate verò major octavum super decimum ægus
 annum, graviter decubuit; nam continenti febre,
 & malignante correptus, superveniente difficilium
 symptomatum syndrome, plusculisque quanquam
 non copiosis exanthematibus obratus, vix post de-
 cimum quartum diem, morbum elisit. Quod ego
 atrabilari ejus temperamento, succisive pravis, ut
 & neglectæ prius (contra datam admonitionem)
 corporis expiationi, tribuendum velim. Felix ope-
 rationis eventus, mirum quam multas nobiliorum
 familias ad imitationem traxit; ut hodie sine hæsi-
 tantia, præter timidulos aliquos, unusquisque
 transplantationis emolumentum sentire velit. Soli
 Turcæ, ut potè fati decretis addicti, minusque do-
 ciles, hanc neglexerunt hac usque.

Naturalis est penitus hæc operatio, nulloque
 obducta superstitionis furo; quamvis ipsam Trans-
 plantationis nomen prima facie hæsitantiam pariat.
 Differt toto cælo à curationibus Sympatheticis; eo
 magis à Magnetismo illo transplantatorio, per quem
 morbi ex uno subjecto, (mediante imaginaria

quadam, gratis efficta, & imperceptibili Mumia)
 in aliud traduci dicuntur; qua de re Tenzelius,
 Bartholinus, Maxellius, Etmullerus, aliique ex
 recentioribus, docti aliàs viri, agunt sedulò; quæ
 vetustas Antiquorum in Medicina quisquiliis ex-
 purgandas esse cum jactent; inter quisquilias ipsi
 quandoque se volutant; novissima veritatis amara
 venerandam hæcenus purissimamque scientiam de-
 turpantes. Quare, ut veram fatear, quemadmo-
 dum Operationes hæc Magneticæ, vel Sympathe-
 ticæ superstitionis vanitatis suspitione non carent;
 (ut in unguento Armario, Pulvere Sympathetico,
 & similibus) ut potè extra activitatis sphaeram agen-
 tes, ita Variolarum Transplantatio, vera, mera,
 pura, Physica est; quia puris mediis physicis, &
 ad oculum patentibus, nec non ipso sensibili con-
 tactu comparat; ut è mox dicendis clariùs elu-
 cescat.

Hujusmodi igitur Variolarum excitatio fit per
 metaphoricè sic dictam insitionem, sive Transplan-
 tationem, quæ nihil aliud est, quàm fermenti mor-
 bifici, seu puris ex Variolis extracti, in corpus sa-
 num per vulnuscula ad hoc facta insertio.

Physicus excitationis modus hoc pacto succedit:
 Intrulum in vulnuscula pus, veri fermenti sulcipit
 indolem; hinc beneficio circulationis per vasa, &
 canales proprios ad sanguinis massam delatum, dis-
 positas ad hoc particular, & delitescente vitio tur-
 gidas statim aggreditur, inficit, venenumque com-
 municando lauitans in illis seminarium fermentativum
 excitat, agit, aëuat, inque motum ciet; unde
 ebullitio universalis seu fermentatio oritur; vi cu-
 jus impiores, & heterogeneæ partes separatæ
 criticè protruduntur ad cutem; natura interim
 placidè, virtute talis operationis, totum opus mo-
 derante.

Sed ad Transplantationem ipsam, & ejus cele-
 brandæ formam properandum; Modum, quò ean-
 dem mulier transplantatrix tutissimè operabatur, fi-
 deliter describendo, ordinem, cæteraque omnia;
 ex quibus regula quædam institui poterit pro ope-
 ratione hac obeunda. Cæterum quamvis de om-
 nibus oculatus testis, ut ingenuè fatear, esse non
 possim; ex operatricis tamen ore multa, plura ex
 fideli relatione transumpti; plurima, & potiora ip-
 semet observavi. Omitto quæ ad majorem confir-
 mationem universalis fama canit. Quibus omnibus
 præstandam esse fidem, candidè ac strenuè alle-
 vero.

Ergo primò tempus ad celebrandam insitionem
 opportunam seligendum est; quod, secundum ope-
 ratricem hyberum desideratur; & non nisi tali
 tempore ipsa insitionem instituebat. Versum ego
 pariter idoneum crediderim, propter clementiorem
 aeris temperiem.

Secundò selectissimum adhibet fermentum; pus
 scilicet inferendum non ex quolibet subjecto reci-
 pit; sed Variolis epidemicè grassantibus, è pustu-
 lis jam maturis decumbentis alicujus pueruli, aliàs
 hæcæpæ, hisque benignis punctione illud extrahit
 exprimitque; & in cochulam aliquam vel vitre-
 um vasculum mundissimum, nec nimis aëtu frigi-
 dum reponit, reconditque; quod vasculum be-
 nè sartum testum in pedissequæ suam fovendum
 intrudit; mox sine mora ad operationem prope-
 rat. Pus ex insitionis rejicit, ut inefficax; quod
 tamen ego benignioris indolis, nec minoris in-
 terim energiæ fecerim; quâ in re experientia con-
 sulenda.

Tertiò temperatissimum vult patientis inhabi-
 tandum cubiculum, quoad aëris modificationes.

Quartò ad operationem jam celebrandam acce-
 dens mulier, frontem in conspectu capillorum, &
 quidem

quidem medio in loco; mentum & utraque genas acutè ferreâ, vel aureâ pungit; non rectâ, sed obliquè impingendo, cutemque acuta cuspidè à subjactâ carne aliquantulum separando; hinc eadem eadè pus jam præparatum in vulnusculum instillat & vasculo, intruditque; superinducta per fasciam ligatura; manus item ambas in metacarpis; pedes in metatarsis eodem modo ferit, pulque inserit, filisque leniter stringit; seriose imponendo patienti, ne partes illas scalpat madefaciatve. Potius carnosiora pungerem loca, quatenus inflammationibus dolorique minus obnoxia, nec tendinibus intertexta. Præter hanc operandi formam, ceteri omnes rejiciuntur modi ut potè absoni, inusitati, malè succedentes, infelicisque exitus.

Interim in lectulo moderatè manendum, neque plus quàm opus fuerit jacendum.

Quintò bonum in sex rebus non naturalibus regimen, præcipuè in victû injungit; non solum eorum vino, & carnibus; verùm etiam eorundem jusculo rigorosè patientes ad quadragesimum diem interdicit; pluribusque monitum non curantibus sepius malè successit; nam ad oculos peena erroris, novas erupisse pustulas, aliaque non parvi discriminis symptomata supervenisse visam est.

Sic ritè peracta Transplantatione, non omnibus eodem temporis intervallo suscitari solent Variolarum symptomata; variè enim fermentum agit; ferius, vel citius, prout unicuique favet proprium temperamentum, ætas, robur: Quanquam Variolæ ipsæ in septimo ferè semper apparere incipiunt; qui dies verè criticus est, nec desuere, quod rarò contingere solet, quibus statim prima die efflorescunt.

Symptomata ægotantibus evenientia variant secundum temperamentorum diversitatem, succorum in massa sanguinea habitudinem, & particularem in singulis naturæ dispositionem: remissiora nempe vel intensiora ingruunt; at communiter grassantibus non dissimilia; quamvis clementiori ut plurimum facie: plures vix alterationem lationemve sentiunt aliquam.

Excitatæ Variolæ semper sunt de genere Distinctarum, nec numero multæ; decem ut plurimum, viginti, triginta, rarò ad cæntum, rarissimè ad duccenas erumpunt.

Notandum primò nonnullos unico duntaxat vulnusculo ad brachium inflicto contentos, excitasse Variolas; paucisque apparentibus pustulis, præservatos tamen impostero fuisse à contagio.

Notandum secundò, accidisse interdum, ut ex insitione nullæ penitus excitatæ fuerint Variolæ, vel ob non præ-existentm ullam prorùs Variolicam in corpore dispositionem, vel ob enervatam, intractumque fermenti contagium: at postea grassante populariter morbo, correpta sint promiscuè ejusmodi corpora, jam insitionem passâ; communi cæterorum sorte.

Tercò insersionis loca seu vulnuscula, in pustulas semper evadere solent; quibusdam verò excrescunt in purulenta tubercula, nullis interim apponentibus pustulis. Nonnullis in apostemata quidem majora degenerant, magnam puris copiam effundentia. Non semel eadem loca, in pedibus præcipuè, manibusque summo cum dolore intumescunt; purisque effuso subsidunt, iterumque in tumorem attolluntur; quibusdam, rarissimè tamen, ad glandulosas partes, & emunctoria, post aliquod tempus, abscessus emergunt, ac suppurant paulatim: ludente sic in diversiformi corporum crasi natura.

Postremò, nunquam ferè ex transplantatione hac funelli quid accidisse, observatum fuit hætenus;

etiamsi in quocunque sexû, temperamento, ætate celebrata fuerit; quin imò ritè rectèque tractata, & in corporibus per peritum Medicum aptè præparatis, certissimam promittit salutem. Variolæ enim hoc modo excitatæ benignioris sunt indolis, quàm sint illæ, quæ populariter grassantur; ut potè ex fermento seu contagio, omni malignitate carente promotæ; Ebullitio per quam massa sanguinis agitur ac totum opus perficitur, blandè, non violenter, moderante natura, commina sua molitur; sed præter hæc tempus ad operationem, atque anni tempestas magis idonea pro transplantatione ad libitum eligi, ut & corpus insitioni subjiciendum congruis adminiculis ad recipiendam illam ex arte præparari disponique poterit. Quod revera maximè ad salutarem, faustumque morbi successum momenti censei debet.

Consultationes.

Variolæ.

Adolescens Nobilissimus vigesimum annum agens, temperamenti totius & jecoris calidi & humidi, boni habitus, hoc Autumnali tempore, quo per Urbem Variolæ grassantur, ex tempore correptus est; febre continua, absque ullo rigore aut horrore invadente, cum multo calore, pulsu celeri & frequentanti, quæ semper æqualiter usque in hunc secundum diem eundem assilixit, cum capitis dolore, oculorum & gutturis, temporum & frontis pulsatione, cordis palpitatione, aurium pruritu, sternutatione; præcedentibus oscitationibus, pandiculationibus, in somno terroribus; succedentibus inde dolore dorsi cum pulsatione in spina, totius gravitate & ardore. Præterea nocte præterita accesserunt deliria, spirandi difficultas, tussis sicca & inanis, tremor pedum; & hoc mane insignis observatur faciei & oculorum rubedo, vox rauca, linguæ siccitas, lacrymæ, punctioes in toto cum cutis asperitate. Urinæ turbidæ sunt, stillaque sanguinis modo è naribus emanat. Quare ob filii dilectissimi statim affecti Parentes à me consilium atque auxilium anxie implorant.

Et ego cum Viro Excellentiss. existimo febrem hanc synocham esse, eamque Homotonam, cum sine ullo rigore aut horrore invaserit, & æqualiter continuo Nobiliss. Adolescentem excruciet, imò præ fortibus proximè erupturas Variolas adesse arbitror, non solum considerato grassantium morborum impetu, ipsaque temporis conditione, verum etiam quia symptomata tam concomitantia, tum supervenientia non sunt solius synochæ febris, seu Variolarum propria. Et primò quidem si læsæ actiones considerentur, dolor capitis, oculorum & gutturis, temporum & frontis pulsatio; oscitatio, pandiculatio, cordis palpitatione, aurium pruritus, sternutatio, terrores in somno, deliria, dolor dorsi, pulsatio in spina, difficultas spirandi, tussis sicca, tremor pedum, gravitas totius, ardor, & punctioes in cute, omnia à copioso, fervido & ebulliente sanguine, nec non à vaporibus ab eodem elevatis provenire omnino asserendum. Si secundò signa ex qualitatibus mutatis expandantur, nimirum faciei & oculorum rubedo, vocis raucedo, linguæ siccitas & cutis aspera, sanguinem exuberantem & fervidum, imò exurenti prædium calore demonstrant. Si tandem ab Excretis, Urinæ sunt turbidæ, magnam sanguinis ebullitionem, & humorum crudorum, nec separatorum agitationem significant; quam ebullitionem confirmat si illa sanguinis è naribus. Quare proximè erupturas Variolas habemus, mediante hac febre, quæ idè febris Variolarum dici solet.

Enia

Enim verò dum Natura sanguinem Nobil. hujus Pat. à materna menstruali hereditate solidis partibus affixum defœcare tentat, ejusdem ebullitionem excitare coacta est, mediante syncho febrili calore; eo namque modo quo in multo per ebullitionem partes heterogeneas ab homogeneis segregantur, ita impuritas menstrualis per eandem à probo sanguine, ope Naturæ criticæ operantis, separatur, & ad ambitum corporis in pustulas, Variolas appellatas [ut quæ Varii similes sint] detrudit, ut optimè & elegantè exemplificavit Rhafis ipse ad Almanforem. Et sicut non est credendum cum Fernelio, solam aëris constitutionem Variolarum causam esse posse, plures enim, non semel, aut bis in homine erumpunt; nec cum Gentili solam Astrorum vim; ita nec cum Arabibus credendum, solam sanguinem menstruum Variolas producere, cum easdem ut plurimum Epidemicas videamus; & si aliquando Sporadicæ sint, concurrunt tamen præter sanguinem menstruum, alimentum vitiosum, à quo paulatim generantur humores pravi, qui sapient naturam ipsius, sicut vinum acquirunt odorem & saporem à dolio; tuncque stimulantur & excitantur Natura ad expulsionem, non ab aëris constitutione, non à contagio, non ab Astrorum vi, sed à pravis humoribus menstrualem sanguinem redolentibus, multiplicatis.

Credendum igitur utramque causam concurrere, & primò necessario sanguinem menstruum, nam licet fœtus in Utero puriorem ad se sanguinem attrahat, unde impurius in lochiis relinquatur; attamen ubi fœtus grandior est factus, pluri eget alimento, quare non potest aliquid etiam immuri sanguinis non recipere, à quo massa propria inficitur; hunc verò Natura in aliquam solidam corporis partem relegat, unde tardè nonnunquam Variolæ erumpunt, quarum hæc cum Arabibus vera atque legitima causa est. Talis autem causa movetur, excitatur & in actum deducitur, non nunquam à causa communi & universali, unde Variolæ Epidemicæ, ut in casu nostro; vel ab Aspectu cœlesti, vel ab aëris vitiosa constitutione; ac tandem non nunquam à causa particulari, vel contagiosa, ut à misfmatibus contagiosis ab aliquo emissis, vel à vitiosis humoribus menstrualis sanguini analogis multiplicatis, à quibus non Epidemicæ, sed Sporadicæ quoque Variolæ procedunt.

Prorumpunt igitur Variolæ quinta die; finis enim ebullitionis solet esse principium exitus Variolarum; incipit autem ebullitio prima die, secunda augetur, tertia est in statu, quarta declinat, & prodeunt Variolæ. Quæ quoniam inter morbos acutos enumerantur, ideo ut plurimum decima quarta terminari solent; augmentum quidem est usque ad septimam, status, ad undecimam, & declinatio ad decimam quartam, raro ad vigesimam.

Ut ergo acutus morbus incertum habet eventum; præterquam quod Avic. monet quod etiam in declinatione universali aliquando moritur Æger, ob copiam scilicet materiæ, tenuitatem, fluxibilitatem, & ob accidentia, quæ supervenire possunt; nempe Lipothymias, magnam pectoris angustiam, Anginam, Fluxum alvi viridem, aut croentum, urinam croentam, vel nigram, Extremorum perfrigerationem; Convulsionem, quibus accuratè occurrendum. Sed & alia præterea diuturna sunt mala observanda, quæ non nunquam Variolæ relinquunt in naribus, faucibus, cephago, oculis, intestinis, renibus &c. Interim observanda quoque est Variolarum qualitas; meliores enim sunt albæ, rubræ, magnæ, plures, molles, eminentes, rotundæ, disjunctæ, propinquæ, sed non contiguæ, quæ cito erumpunt, cito maturantur & decidunt; deteriores vero violaceæ, virides, lividæ, nigræ, sive plures, sive pauciores, sive parvæ, sive magnæ, duræ, depressæ, contiguæ, & maculam

nigram in medio exhibentes; præterea quæ tardè erumpunt; tardè maturantur, & iterum evanescent, interiora serpentes, vel tantum in facie & pectore apparentes.

Pro medela autem hujus affectus, Natura est adjuvanda, auferendo prius impedimenta, quæ sunt humorum sarcina & viarum obstructio. Humoribus quantitas tollitur potissimum sanguinis missione; sicut eundem crassa & lenta qualitas medicamentis fundentibus corrigitur; obstructio verò eadem rarefacientibus, & Naturæ motum adjuvantibus. Malignitati pariter occurrendum, Accidentia corrigendo, & vires conservando. Quibus intentionibus satisfaciendum remediis, ex Chirurgico, Pharmaceutico & Diætico fonte delumptis.

Atque in Chirurgico de sanguinis missione per venam sectam non est quod dubitemus, præsertim casu nostro, quo adsunt omnes principes scopi; quin imò Amatus in suis Centuriis, etiam Pueris, exemplo Avenzoar's, sanguinem educit, qui, Averroë referente, puero trium annorum venam aperuit. Audacter itaque Adolescenti nostro sanguinem ex Jecora ria dextra educamus ad ʒss. sed statim, antequam sanguis ulteriorem putredinem nanciscatur; suspecta namque evadit venæ sectio, quarta transacta die, non quia impediatur, ut à Scriptoribus plurimi censent, motus ad cutem, sed ob progressam in sanguine corruptionem, quam consequitur spirituum & virium defectus. Verum tamen est, quod si caput ita lædatur, ut delirium apprehendat, post quartam etiam venæ sedales aperiri possent in hoc Nobiliss. Adolescente, viridi ætate florente, & plurimo sanguine referto. Post quartam, ex omnium consensu, cucurbitulæ & scarificatæ, & non scarificatæ apponi solent; quo remedia genere non adeo indistinctè usendum est, si enim Naturæ motus ad cutem sufficiens fuerit, Equo curreati calcar addendum non est, ne ad præcipitum impellatur; vidi enim ego Puerum octo annorum, ex cucurbitulis incisis, sanguinis profusione extinctum; alter quoque à me accersito observatus, eodem modo obiisset, nisi ferramenti candentibus sanguinem illico sisti curassem. Quare vel opus Naturæ satis operanti relinquendum, vel admodum Chirurgus, quod primæ cucurbitulæ sanguinem observet, qui si tenuis impetu erumpat, adeo ut statim cucurbitulam impleat, ab aliarum sectione desistat, & pulvere astringente, ex gypso quoque parato sanguinem sistat, quo non sufficiente ferrum candens admoveat. Siccæ autem cucurbitulæ parvæ & plures post asperas frictions toti corpori affixæ, sed potissimum in seioribus partibus, tutiores sunt, hæc tamen cautione, ut appositæ statim removeantur & alio loco reponantur, diutius enim in uno loco relictæ, cutem magis obstruunt, quam aperiant, ob attracti sanguinis copiam.

Præterea tutæ omnino sunt frictions totius corporis manibus, fumo ex decoct. malv. & Chamæm. excepto madentibus, vel Natura rectè & sufficienter humorum ad cutem, transmittente, exemplo Hippocr. qui 6. Epid. lect. 2. lar's pustulis non valde pruriginosis, in Simone, calida fomenta proficua esse posse existimavit, quas pustulas ejusdem generis cum Variolis fuisse Recentiorum plurimi censent; namque variis sæculis, Regionibus, vivendi ratione, siderum aspectu, aliisque tum internis, tum externis causis mutationes & differentias susceperunt.

Ad hunc fontem redigi quoque solent Variolarum perforationes, admittendæ tamen tantummodo in magnis omnino suppuratis, ne forsitan materia retrocedat, neve diuturna mora pus acrem acquirat, cutem rodant, & foveas relinquat. Perforentur autem acu subtilissima, ne laceantur, sive sit ferrea, sive aurea, in pueris, ad formidinem evitandam. Clysteres maxi-

maximè locum habent ad fæces educendas; quare statim ante sanguinis eductionem Clyster injiciatur mollis ex decoct. malv. violar. pariet. additi oleo amygdal. butyro, sacch. vel syr. ros. solutivo, ovi vitello, & m. Detraçto sanguine, flos cassiæ permitti potest cum pulpa Tamarind. ad primas vias mundandas, ut medicamentis per os assumendis liberum iter paretur; & mox Alterantia & Præparantia sunt administranda; nimirum refrigerantia, modicè aperientia modicèeque incrassantia.

Quamobrem præbeatur decoctio in aq. hord. cich. endiv. plantag. acet. portul. capill. Ven. & raparum, quæ hoc anni tempore præsto sunt; & si exitus variolarum tardus & difficilis observaretur, addantur quoque semina scenic. radix gram. atque Pentaphylli: sicut si urgeat fevor & æstus, serum quoque asinin. chalybeatum locum habeat. Lentium autem, Laccæ, tragacanthi usus apud me semper suspectus fuit; prout semper acceptus quotidianus usus cornu Cervi, præsertim philosophici, in aqua cardui sancti, cui, urgente malignitate, addi poterit aqua cord. prima Præclariss. Saxoniar. ab ʒi. ad ʒii. & in exitu difficili, lapis etiam bezoar; abstinendo omnino in progressu à quolibet medicamento, etiam lente, nedum purgante, Clysterium usum substituendo.

Symptomatibus autem emergentibus omnino occurrendum. Sic in gratiam oculorum valet decoctio Sumachiorum in aqua rosacea; Ovi albumen in aqua rosacea, vel Plantaginis conquassatum, spuma ejusdem candido & levi linteolo oculis applicata. Valet quoque Sief. album sine opio in iisdem aquis; & in fine, ut aperiantur, utendum decoctione sem. scenogræci; vel Lac muliebre emulgendum.

In gratiam faucium, efficax remedium sunt grana mali punici: sicut succus quoque granatorum, mororum immatur. cum aq. plantag. pro Gargarismo; vel sal. prunellæ in aqua fontana frigida, aut in aqua hord. vel plantag. dissolutum.

Ad narium tutelam convenit posca, vel attracta, vel turunda imposta; sed efficax etiam est succus Agrestis, aqua rosac. temperatus; & in fine, ut pateant, butyro illinienda.

Aurium dolores sedantur fomento ex decoctione malv. & sem. scenogræci, spongiola apposita.

Pulmones tuetur Emulsio sem. papav. aqua hord. extracta; sic Diapenidium in aqua viol. dissolutum. Diacodium ore detentum; sicut & Diatragacanthum frigidum.

Pro Renibus cruentam urinam emittentibus, præbeatur aqua plantag. cum tinct. Coral. chymica vel cum pulv. Charabis; vel tinctura rosar. in aq. plantag. facta, & modico spiritu Vitrioli extracta.

Intestinis conveniunt succus Cydoniorum, succus Ribes; sed omnium maximè succus plantag. depur. in aqua ejusdem exhibitus.

Tandem localia quoque administranda, ut crustæ quamprimum decidant. Secundò ut relicta maculæ evanescant, & tandem ut foveæ obliterentur.

Ut crustæ cito decidant, aliqui utuntur aqua salita, aut aluminosa; sed aspersio farinæ vel fabarum, mihi tutior est, & cæteris præstat.

Ad foveas potens est Oleum de vitellis ovorum cum album. paratum, cui addi poterunt gutt. olei Tart. vel Talci, ut efficacius evadat.

Ad maculas & foveas simul delendas, efficacissima erit aqua hujusmodi.

ʒ. Rad. Cannæ mont. ʒij. Alumin. ʒiʒ. sapon. amygd. amar. an. ʒiij. succi lim. ʒiv. aq. stillat. è floribus fabarum ʒij. m. macerentur per duos dies; deinde B. M. destillentur, & spongiola lacte madefacta abluantur partes.

Victus rationem quod atinet. Aër cubiculi sit tepidus, clavis fenestris; moderata tamen sint stragula,

habita sanguinis ebullientis ratione. Objecta rubra oculis offerantur, unde rubræ culcitæ apud Mulieres in usu esse solent. Usque ad septimam victus tenuis sit, adeo ut ptisana hordeac. vel panatella cum emuls. sem. melonum, & pyrum coctum sufficiant. Potus sit aqua hordei & lentium in principio, in progressu vero solus hordei chalybeata, atque tandem simplex. Ad somnum conciliandum panatellis addatur Emulsio Amygd. dulcium. De Alvo solvenda sollicitos esse non oportet; conveniunt tamen Clysteres ex lacte, butyro & sacch. parati. Tandem Patiens ab animi motibus, & potissimum ab ira arceatur. Quæ in confirmationem jam dictorum pro salute Nobil. Adolescentis satis. *Raymond. Job. Fortis Consult. & Resp. Medic. T. 2. Cent 4.*

Curatio Variolarum.

Præstantissimi Viri Excellentissimi. Dum hic Viennæ in servitium Augustissimæ Majestatis, pro vilitatione accersitus immoror, accepi relationem vestram de statu Serenissimæ Reginæ, quæ ex Polonia discedens, in itinere Variolis correpta est; Quapropter hæc pauca dictare eadem Cæsarea Majestas me iussit, ab hac usque peractis, & agendis propolis minime dissonantia. Etenim jam omnibus in Arte versatis notissimum est, in Cura Variolarum considerandum esse, primò fermentationem in sanguine. Secundò Variolarum eruptionem. Tertiò Maturationem sive suppurationem. Quartò sensibilem & insensibilem materiæ purulentæ, sive ichorosæ evacuationem & exiccationem. Quintò Cutis naturalis in consolidationem, atque tandem partium suscipierium defensionem, oculorum scil. pulmonum & faucium. Fermentatio in Serenissima Regina quarta die absoluta fuit; & quia cum moderata febre, humores non adeo acres & fervidos fuisse censendum. Tempus eruptionis fuit trium, sive quatuor dierum, cum septima die terminata sit. Tempus suppurationis est præsens, quæ facile undecima die ab initio morbi desinere poterit. Evacuatio & materiæ resolutio, non ante decimam quartam omnino sperari potest, licet adjuvari debeat, ut mox statim cutis naturalis consolidatione foveæ prohibeantur.

Primum tempus indicat sanguinem minuentia; mox potius incrassantia, refrigerantia, & fermentationem nonnihil compefcientia, præsertim si maxima ex synocha, aut ardente febre cognita fuerit, ad inhibendam nimirum nimiam massæ sanguinæ liquationem atque fusionem. Tempus secundum diaphoretica præsidia expostulat. Tertium extrinseca suppurationis. Quartum sensibilibiter & insensibilibiter evacuantia & discutientia, atque exiccantia. Quintum Sarcotica & glutinantia. Sextum Astringentia atque repellentia appropriata.

Primæ & secundæ intentioni jam satisfactum fuit. Et quamvis Leniens evacuans ab initio exhibitum fuerit, parare & expedire potuit primas vias, pro Diaphoreticis mox exhibendis; & facile sanguis quoque ex vena eductus fuisset, si magnitudo febris Medicos Excellentissimos Adstantes excitaasset & impulsisset. Modo restat cæteris intentionibus satisfaciendum. Topicis externis, quæ à me sunt eligenda ex selectioribus à Viris Excellentissimis adductis. Et primò cum suppuratio à vegeto calore naturali, præter naturali commisso, sat bene & sufficienter perficiatur, hoc opus Naturæ relinquendum esse videtur. Verum abs re non erit, porositates cutis rarefacere, ut insensibilibiter quoque portio materiæ subtilior & acrior, magisque suspecta pro foveis relinquendis dissolvatur: in quem finem exspiratio spiritus vini scenicolo parati, opportunissima erit: præterquam quod poterit etiam aliqualem calorem addere, materia

teriae suppurae non inutilem. Quod si fortasse aliqua pustula Variolarum difficilem admitteret suppurationem, praesertim in facie, opportunissimum erit, lac sive caput lactis apponere. Pro sequenti intentione expedienda, quae facile etiam ultra decimam quartam diem protrahi posset, eadem exspiratio sive insufflatio vaporis spiritus vini convenire poterit, praesertim baccis juniperi alterati. Sed praeterea tactus Variolarum spongiola, madefacta aqua stillat. ex favis mellis, additis comis absinthii, vel prassii, vel hyslopi: & eodem tempore comis absynthii rec. facies tangenda & leviter percutienda. Pro quinta intentione explenda, à Doctissimis Viris proponi solet pinguedo humana, & quidem optime, dum tamen non sola cutis, sed caro quoque deficiat, quam ipsa pinguedo, ut sarcotica refarcire valet; at si sola deficiat cutis, exiccantia atque agglutinantia requiruntur: ut propterea magnopere mihi arideat aqua stillatitia à Viris Excellentissimis proposita, ex favis mellis, una cum albuminibus ovorum, qua frequenter spongiola tangantur partes affectae: vim enim quandam habet detergendi impedimenta consolidationis, & agglutinandi atque cutem reproducendi. Interim toto hoc tempore ab omnibus medicamentis solventibus, exceptis Clysteribus, abstinendum esse censeo. Tandem postremae intentioni semper incumbendum; & jam oculos immedes audivi, quibus conferre solet Collyrium ex aqua stillat. rosarum albarum chalybeata, & melius aurata, in vase cupreo servata. Pulmones pariter illæsi sunt, cum nec tussis, minusque spirandi difficultas unquam observata fuerit; quibus confert Lambitivum ex Emulsionem crassa, parata ex quatuor semibus frigidis, aqua portulacae extracta. Faucibus tandem parumper rubescentibus à Viris Excellentissimis jam provisum fuit Gargarismo, aqua hordei & diamorone parato: qui etiam componi potest ex aqua plantag. & syrupo de granatis, vel de agresta. Quibus omnibus addere mihi liceat, quod usque ad Variolarum exsiccationem, ab usu alicujus levioris & temperati Diaphoretici nunquam sit desistendum, quale esse poterit simplex cornu cervinum, philosophicè præparatum cum aqua cardui sancti & exigua portione scorzonerae: idque si non ad extramissionem adjuvandum, saltem ad retrocessionem inhibendam, quae quotiescunque contingit, ut plurimum lethalis esse solet. Praeterea circa victus rationem, quod exiccatione incipiente, plenior victus sit exhibendus, & praesertim ova recentia & contusa pullae junioris, prisanam hordeaceam nunquam omitendo: cui Emulsio quoque amygdalarum dulcium, more Ferneliano, immisceri potest; hæc enim edulia omnia humorum acrimoniam demulcere valent, & nutriendo, in foveis deficientem Cutem gignere, & in superficie cutem reproducere, & ad consolidationem atque laevigationem magnopere juvare poterunt. Scio hæc Doctissimis Viris notissima esse, verum Augustissimis Majestatibus omnes unanimiter inservire tenemur, & potissimum ego. *Idem ibidem.*

Morbilli.

Nobil. Puella duodecimum annum agens, temperamenti totius & jecoris calidi & humidis, mollioris habitus, mensuris purgationibus proxima, superiori siquidem mense cruoris guttulæ ab Utero prodierunt, hæc ineunte aestate, qua Variolæ, magisque Morbilli grassantur, postquam præter consuetudinem diebus superioribus sitibunda vinum copiose potavit, hesternæ die acuta febre correpta est, cum pulsu valde celeri atque frequenti, lassitudine ulcerosa totius corporis, & molesto pruritu; calore item ingenti

Tom. IV. Pars II,

æstuque insigni circa præcordia, molestissima siti & capitis dolore cum aliqua mentis alienatione, quibus agitata noctem insomnem atque molestantem transiit; & hoc mane, eadem perseverante febre, accesserunt natium pruritus, cutis faciei, brachiorum & pectoris intensa rubedo, & tussis sicca. Quibus omnibus cum urinis flammeis & valde splendidis à Medico domestico observatis, me quoque accersitum voluit, ut tum de morbi natura (cum præteritis annis Variolas jam passa fuerit) tum de agendis consuleremus. Cum autem de omnibus restè ille, riteque locutus fuerit, ita ego in dictorum confirmationem effatus sum.

Licet non semel tantum, sed quandoque iterum & tertio eidem homini Variolæ contingere possint, dum menstrui & impuri sanguinis portio non omnino prima vice à Natura expellitur, plerumque tamen hæc unica vice sese exonerare atque prorsus vindicare solet. Quare & ego cum Viro Excell. febre continente, & ardentis potius naturam redolentem, quam ideo Gal. synocham quodammodo biliosam appellare consuevit, affligere Nobil. Puellam existimo, ut calor, si non exurens, ingens tamen cum molestissima siti, tum prægressa, tum præsentis, pulsus celeres atque frequentes urinaeque flammeæ & pellucidae sat nobis attestari possunt. Hanc verò Morbillos potius, quam Variolas secuturos confirmo, quorum peculiaris signa esse possunt non solum lassitudo ulcerosa, ab acris atque bilioso sanguine proveniens, sed rubedo insignis & faciei, & brachiorum, & pectoris, præcordiorum æstus, & dolor capitis cum aliqua mentis alienatione, omnia biliosi sanguinis in suis vasculis ebullientis indicia, qui non solum ad Cor, indeque per arterias ad totum corpus, verum & ad Cerebrum perveniens, aut saltem feravidissimos halitus transmittens, spiritusque animales calefaciens, motum irregularem in iisdem concitando, & æstum insignem in corde, & mentis alienationem in cerebro parit; ad spatia vero, & inde ad membranam carnosam detrusus, primò lassitudinem ulcerosam, & tandem hoc mane in cute ruborem excitavit, sive rubras maculas, quæ parumper adhaerent, Morbillos nobis representabunt, ita dictos, quia Morbilli sicut quasi Pestis parva, quæ *il Morbo* nuncupatur. Attamen pestilentialem naturam habere non puto; quare dicamus Morbillos dictos fuisse facta cum Variolis comparatione, quibus minores pustulas habeat.

Cum Morbillis magnam affinitatem habent duo alii affectus, quorum alter Rubeola dicitur, praesertim ab Haly Abbate dicente: Est species aliqua, quæ vocatur Rubeola, quæ ex sanguine fit calido & subtili, & non multum malo, quæ cum ad statum pervenerit, sit similis melli granis; color ejus est rubeus, nec apparent pustulae, sed evanescent. Alter verò affectus à Foresto Purpura, à Neapolitanis Rosalia nuncupatur; suntque maculae rubrae, quasi ignitæ cum exiguo tumore, ita ut per totum corpus, quasi parva Erysipelata representent, & si septima, vel nona die evanescant, epidermis squamarum instar decidit; calor est ferventissimus, sitis inextinguibilis, & sæpe pulmonum, vel aliorum viscerum inflammationem patiunt. Morbilli autem nostri inter hos affectus medium locum tenent; & licet quandoque cum Purpura, sive Rosalia coincident, diversam tamen causam agnoscunt; etenim ab impuro sanguine originem ducunt, à menstruo, in Utero existente factu, coarctato; quem totum cum Natura, mediantibus Variolis, excernere, atque adeo massam sanguineam prorsus depurare non poterit, supplere solet Morbillorum eruptione. Neque obstat quod cum à sanguine tenuiori & biliosiori procedant; sicque fluidiori & ad ebullitionem magis idoneo, Morbilli Variolas, non hæc illos præcedere debeant, quoniam sanguis inquinatus, cum in partibus solidis fixus & quietus diu con-

V serve

vetur, in iisdem figurat magis magisque penetrat biliosior atque subtilior, sicuti crassior in partium superficie servatur, unde facilior quoque ad motum & fermentationem evadit, à quo Variolæ. Temporis vero progressu aliqua rursus accedente & excitante causa, sive interna ab analogis excrementis, sive externa ab Epidemica aëris constitutione, aut Attrorum influxu, movetur quoque subtilior sanguis partibus magis infixus, & Morbilli excitantur. Quod si nonnunquam contingat ut pars subtilior atque biliosior sanguinis infecti in aliqua parte corporis rariori, nec adeo densa, relegata, fixaque fuerit, tunc citius & facilius movetur, quam pars alia ejusdem impuri sanguinis in densiori & solidiori parte collocata, tuncque Morbilli Variolæ præcedunt.

Affectus iste levis quandoque evadit, quoties residuum materiæ menstrualis expellendum exiguum fuerit; febrem enim unius die tantummodo, & Ephemeram, sive proprius lyncham non puridam, secundo aut tertio die sanatam excitat; quod si copiosior fuerit materia, periculosiores ipsis Variolis Morbilli esse solent; cum enim fervidior & fluxibilior materia sit, quæ peccat, ita facilius ad centrum à corporis peripheria retrocedit; unde frequenter Peripneumoniæ, & quandoque Pleuritides contingunt. Quare in hac Puella magni faciendus est, præsertim instantibus primum Menstruis, nec ut par esset, erumpentibus; à quibus retentis, sanguinis impuritas necessarid adaugetur.

Quare statim acceleranda Curatio, sanguinem minuendo, ejusdem fervorem contemperando; nimiam tenuitatem parumper incrassando; eundem ad cutem evocando; cutem eandem rarefaciendo; Cardiacis medicamentis utendo, ac diaphoreticis symptomatibus occurrendo, & vires conservando.

Et in Chirurgico fonte statim, injecto prius molli Clystere ex lacte, Butyro & syr. ros. solutivo, hoc mane sanguis ex saphæna dextera satis copiose educendus. Sequentibus vero diebus, frictiones asperæ toti quidem corpori, sed præsertim extremis partibus fiant, ut eo ducantur humores; quin imo manibus summo ex decoct. malv. & chamæm. elevato madidis dorii & pectoris cutis laxanda & rarefacienda. Et licet raro in adeo tenui materia cucurbitulis sit opus; attamen si non prompte exigue pustulæ erumpant, plurimæ siccæ toti corpori, & potissimum inferioribus partibus apponantur, & quam citissime amoveantur iterumque applicentur, ut diaphoresis aperta fervetur, & sanguis ad cutem & Uterum alliciatur.

A Pharmaceutico reliqua de promenda remedia; id eo horis vespertinis flos Cass. cum pulpa Tamarind. exhiberi poterit, cui superbibat aquæ hord. aut feri capr. depur. lbij. ita enim primæ viæ ab excrementis expiari, & nonnihil hypochondriorum fervor contemperari poterunt. Interim Alterantium usui insistentium, quæ quodam modo etiam incrassandi vi polleant; quare conveniens erit aqua stillat. acet. & portul. vel endiv. & plantaginis; vel aqua hordeac. cum portione aquæ lactucæ, aut nymphææ, quibus aquis addi possunt succus Citri, Granat. Ribes & melius syrup. de jujubis & de violis: Sicut pro secundo alterante conveniens erit decoctio in aqua hord. parata endiv. acetosæ, nymph. viol. lactucæ herbis expressis, ut decoctio validior evadat.

Quod si Diaphoreticis opus fuerit, ut ex magna perdurante febre & parum maculata cute consistere licebit, Cornu Cervi philos. erit præbendum ad ʒj. in aqua cardui sancti & scorzon. q. l. nimirum usque ad ʒvi. Cui, ita exigente necessitate grana quoque lapid. Bezoar. Orient. erunt addenda, hæcque bis in die, duabus horis ante cibum repetenda.

Symptomata quæ Morbillis supervenire solent sunt, Tussis molesta, gutturis & gulæ ardor cum

dolore, & pulmonum phlogosis, quibus ita occurrendum.

Pro gulæ ardore mali punici masticata & in ore detenta; pariter granam aliquod agrestæ paulatim in ore expressum; optima quoque mora immatura nemo; ralia, quæ hoc tempore præsto sunt ore detenta & masticata.

Pro tussi & pulmonum phlogosi ab eadem causa; nimirum intenso calore provenientius, convenire poterit aqua hordei jujubis alterata, in qua dissoluta sit confectio Diacodii ad cochlearia per intervalla lambenda. Pariter aqua violarum stillat. in qua dissolut. fuerit syrup. de papav. ad cochlear. item Emuls. sem. papav. & melon. cum alterutra jam dictarum aquarum extracta. Diacodium quoque nocte ore detentum sicut & Diapenidium.

His omnibus congrua est addenda victus ratio, refrigerans & mediocris, nimis enim tenuis humores biliosos subtiliat & magis accendit; quare ptisanæ hordeacæ post quartam ovum sorbile addi poterit; exemplo Galeni qui ova recentia in febre tertiana exquisita exhibebat. Potus sit aqua stillatitia acetosæ, aut hord. cum succo Granat. vel Ribes, vel mororum immaturorum. Ambiens frigidum tanquam pestilentielle fugiendum; etenim inter omnes errores in hoc affectu, maximus est iste, cum propter humorum tenuitatem facilis sequatur eorum ad viscera retrocessus. Alvus Clysteribus, lacte, butyro & saccharo paratis, erit opportune sollicitanda; & animi pathemata, ira potissimum & timor arcenda; hæcque omnia prudentissimo Viri adstantis judicio committenda, Idem ibidem.

De Variolis integræ prope Nobili Familiæ funestis. Casus enarratio.

Quandoquidem Nobiliss. Dom. L. familia prope integra à Variolis malignioribus eneata est: Expetit ille cautiones ac remedia necessaria pro unico puerulo superstitite, ac pro iis qui in posterum ipsi enascuntur. Ut autem melius perspici queat qualis fuerit natura morbi quò extincti sunt, placet ejus enarrationem sub forma diarii à mœstissima matre collecti, cum additis quibusdam animadversionibus, perscribere.

Filiola natu maxima, annorum sex, ab hinc octo circiter annis die Dominica, matutinis horis variolis prehendebatur, statim soporata est, & febricitavit. Die Lunæ proximè subsequenti sanguifugæ manibus applicitæ sunt, quæ aliàs sanguinem educere non licebat, hæmorrhagia autem per vulnuscula ab hisce animalculis confecta in plures dies protendebatur, vixque cohiberi medicamentis selectioribus potuit. Die Martis Variolæ sensim pullulare visæ sunt, earumque signa sub eruptionis initia satis læta fuere, imò talia in diem ipsam Mercurii subsisterunt, verùm eò exeunte supervenit diarrhœa, quæ ad diem Martis subsequenter, quò leto data est, perduravit.

Secunda annos sesqui octo nata ineunte æstate anni 1693. iisdem Variolis afflicta fuit, die etiam Dominica, matutinis horis. Statim maximo ac vehementissimo præcordiorum dolore cum vomitibus vexata fuit. Die Lunæ sanguis educabatur, nec tamen vomitus ac dolores cessabant; donec sub meridiem in longum incidere animi deliquium, unde cum evasisset, remittere visi sunt; Verùm totò corpore doluit. Totam noctem à die Lunæ in diem Martis in maximam inquietudine transiegit, nec illa, exeunte nocte, cum pustulæ aliquæ apparuissent admodum minutulæ, ulla ex parte remisit. Die Mercurii in cruribus effluere exanthemata profus livida; pluribus profus præterea cardialgicæ paroxysmis laboravit, ac postea in diarrhœam incidit, terque, ipsa nocte quæ diem Mercurii

curi ac Jovis interjacet, deject: Interim nullatenus attollebantur pustulæ variolicæ, purpuraque in omnes corporis partes diffundebatur. Cucurbitulæ fuere applicitæ, ac præter alia medicamenta cardiaca maximè temperata, aliquot doses veri, ut creditum, pulveris Comitissæ Kent exhibitæ sunt: at omnia frustra, nam postquam sub meridiem diei Jovis in animi deliquium incidisset, cruorem alvo dejectere coepit, quæ dejectiones cum cardialgiis ac lipothymis frequentioribus ad octavam pomeridianam diei Sabbathi protendebatur, morteque fiebat.

Filius tandem annos sesquidecem natus, nocte sub septimam mensis Septembris anni præsentis 1694. ægotavit; statimque vehementer lumbis capere & oculis doluit, ac parum admodum febricitavit. Die Sabbathi, cum febris exacerbaretur, eductus est è brachio sanguis, unde multo quietior fuit. Variolæ sub ejusdem diei vespere erumpere ceperunt sine aliquo novo tumultu, quin potius totam noctem ipsiusque etiam diei Dominicæ subsequenti partem febris symptomatis prorsus liberam habuit; at sub hujus diei vespere exacerbabatur febris; hora decimâ, idque primâ morbi insultu vice, dejectere incepit; sub duodecimâ rursus dejectit, purpuraque in uno genu enata est. Die Lunæ, manè diarrhœa dysentericum quid cum maximo foetore sibi adjunxit. Cucurbitulæ sunt applicitæ, ac inter alia remedia, exhibitus est etiam pulvis Comitissæ Kent, à quò exasperata est febris, magnumque delirium indoctum, ac ineunte die Martis suis creptus est. Hic autem observandum, quòd sanguis per vulnuscula in scarificationibus cucurbitularum confect, ea quantitate fluxerit, ut plura lintea dorso admodum pervaserit; quodque post obitum apparuerit nigredo gan græosa circacolum, in regione cordis, in clunibus, femoribus ac tota dorfi longitudine.

Ex iis quæ mox enarrata fuere manifestum sit morbum non multum ab similem in variis hujus familiae individuis, fuisse: Variolæ etiam in omnibus die tertia erupere; diarrhœa ineunte quartâ, in primâ quidem puellâ incruentæ, in aliis verò dysentericæ, ortæ sunt; unde interturbata fuit Natura in eo motu quem versus peripheriam moliebatur. Probabile præterea est intestinorum dispositionem inflammatoriam prægressam fuisse, siquidem cadaverosus statim fuit excretorum odor, colorque fecidissimus. Sanguis etiam in omnibus admodum fuit colliquatus; quod in primò subjecto ex hæmorrhagia, & longâ & largâ, sanguisogorum applicationem subsequente; in secundo, ex eò cruore minimè coagulato qui materis fecidis copiosè immixtus fuit; in tertio demum, ex eò qui per scarificationes abundè exiit, satis superque patet. Sciendum autem quòd es omnia evenerint puerulis ante fatalem hunc morbum probè constitutis, ac à parentibus in ipso ætatis flore viventibus & firmâ valetudine utentibus oriundis. Exquiruntur itaque hic ab unâ parte præservatoria quædam medicamenta pro Familia; quibus intestina quasi præmoniantur contra impetum in ea fieri solitum sub primis eruptionis variolicæ idies. Ab alterâ verò parte expetitur methodus quam tutiùs ac securiùs premere liceat sub ipsum morbi adventum. Nimirum quaeritur, an statim injicienda veniant enemata pro diluendâ ac educendâ acrioris illius materiæ parte, quam variæ intestinales glandulæ ac jecur ipsum in intestina deturbant, quæque ibidem per fermentationem conquisitâ quâdam quasi veneni vi, in nidos suos totum morbi impetum concitat? Annon ipsò tantum morbi initio sanguis educendus veniat pro reprimentò organo, sed etiam an post eruptionem pustularum, exigentibus id symptomatibus, dysentericò fluxu, &c. idem auxilium rurò repetere liceat? An à primâ morbi prehensione humectantia, ac modicè refrige-

Tom. IV. Pars II.

rantia sint adhibenda, jusculum nempe pullorum gallicæcorum tenue, emulsionem ex amygdalis & semibus frigidis majoribus, hordeata, avenacea, &c. quandoquidem satis constat ortum diarrhœæ, ab acrimonia indeque enato calore totum esse repetendum, ac propterea cardiaca validiora minùs è re esse, &c.

Datum Genevæ die Mensis Novembris sextâ Anni, 1694.

Supex Casu proposito.

Responsum Primum.

Historia ad me transmissa de tribus Nobil. D. L. Puellis per omnes suas circumstantias apprime depingitur, adjunctasque habet considerationes solidas, & observationes quæ ad rem quàm maximè spectant.

Experimenta quæ ab anno 1650. sumi, relationem habent exquisitam cum omnibus symptomatibus quæ fuere animadversa, meque propterea in eâ sententia magis ac magis retinent, quod scilicet omne id inde sanguinis consistentia destruitur mortem infert.

Ex eo autem sequitur quòd omnia acida quæ sanguinem coagulant, quando in operatione sua excedunt, sunt levisera: Siquidem coagulantio tum firmior est quàm ut possit ab impetum facientibus spiritibus dissolvi, cumque ingressus ac egressus cordis occupet, illud promptè suffocat; quod patebit etiam maximè incredulis, si injectio acidorum spirituum in animalis viventis, ac validioris, venas instituat.

Verum hoc ad rem præsentem non facit, ubi non quidem sanguis reperitur coagulatus, sed admodum colliquatus ac fluidus, qui non tamen minùs mortem infert, ut manifestum fiet per infusa salia lixivialia in animalis cujuscunque venas aut arterias: Illud siquidem momentò morietur, ejusdemque sanguis apparebit dilutior, ac eò fusionis deductus, quæ multum sit infra naturalem consistentiam, & propterea sustinendis cordis ac pulmonum motibus impar.

Præterea si cadavera eorum qui à cachexia, scorbutu, variolis ac febribus malignis sunt enecti, aperiantur, invenietur contentus sanguis admodum liquidus, ac sibi ipsius consistentiam facientibus, destruitur.

Quodque hic maximè mirum est, tale phænomenon à duplici oriri potest principio, quæ inter se quasiè diametro opponi videntur, quorumque effectus est tamen unus & idem. Observamus etenim quòd salia volatilis, dum excedunt, fluiditatem æquè mortiferam sanguini conciliant, ac salia lixivialia & fixa.

Pateat autem quòd de volatilibus asserimus è venenosis à viperis ac scorpionibus insiditis, ex urentioribus venenis, ac ex ipsa peste cujus spirituosissimi & arsenicales halitus tam cito progrediuntur passu, ut eos quos adoriuntur momentò quasi eripiant; nã acidis, velut aptis antidotis, eorum actioni in tempore occurratur.

Ratio hujus sit evidens ex nostris principiis, siquidem acida quæ sanguinem in statu constitutum naturali figunt, ac in gelatinam cogunt; colliquatum hunc ad propriam consistentiam & tonum reducant.

Præterea si volatilis aliquis spiritus in animalis allicujus venas agatur, illud momentò morietur, sanguisque ad instar aquæ ex apertis vasibus distillet: At verò si acidum quid continuo superinfundatur, in priorem propè statum reducetur.

Quòd salia acinet fixa, attendendum tantum venit ad eorum actionem in carnes ab ipsis conditas, earum etenim sanguis totus funditur ac in muriam distillat. Sed præterea si aliquid prædictorum salium in animalis viventis venas ingeratur, ibidem pariet effectum

V 2 sum

Etiam profus similem illi qui per volatilia validiora inducitur.

Addo, advertendum venire, quod omnia illa salia fixa nigredinem faciunt in luce actionis sedibus, ut constat ex escharis, de cauteriis per salis lixiviosa instillis, deciduis; ex illisque insuper morbis in quibus prædicta salia prædominium sunt adepta, velut in scorbuto tunc maculæ nigre tam familiares sunt comites; & tandem ex injectis hisce salibus in animalium venas, quorum sanguis ea propter & nigerrimus, & ad instar atramenti scriptorii fluidus evadit.

Hiscæ factis fundamentis merito asserere possumus mortem trium Nob. D. L. puellorum ab excessu salium alcalicorum advenisse; in siquidem colliquata est sanguinis massa, atque eò fluiditatis deducta ut facillimè è vasis suis exciderit; ut patuit in vulnificulis à sanguifugis infectis, & in diarrhœa cruenta, torminosa ac fetida. Salium etenim istorum aculei, velut totidem acuum apices, compunxerunt intestina, ac ex iis sanguinem eduxerunt; dum interea fermentationem ibidem cum bilis sulphure excitantes odorem cadaverosum in materias ejiciendas spargebant.

Illæ rursus eadem salia sanguinem eò infecerunt nigrore qui primum sub purpuræ nigrioris, ac tandem post obitum, sub gangrænæ forma, conspiciendum se præbuerit.

Iisdem illis salibus fermentescens tribuendæ veniunt febris ac variolæ, cardialgiæ ac vomitus, lumborum, oculorum totiusque corporis dolor, ut & inquietudines, lipothymia, ipsaque tandem ultima rerum linea mors.

Post tot considerationes quid nobis magis incumbit, quam eò collimemus ut salium alcalicorum vim retundamus ac refrænemus, & per consequens dietam primò imperemus refrigerantem & humedantem, omisso omni propè sale.

Vitandi itaque veniunt omnes carnes, ac pisces saliti; alimentumque ordinarium sumendum è volatilibus, pullis scilicet columbinis, caponibus, pullis gallorum Indicorum; è bove, vitulo, carnibusque venatoriis, elixis, assis aliasque apparatus. Panis sit probè fermentatus ac coctus; potusque vinum Gallicum, tenue, album, aut subrubrum.

Admiscet sæpius potui decoctam rad. chinæ, aut graminis, aut eupator. veri, aut fragariæ, aut hordei mandati, aut uvarum passar. cum pauca glycyrrh.

Comedat frequenter pruna Damascena aut Brinitoleas, cruda, vel cocta; uvas passas, ficus, dactylos, pyra, poma aliaque id generis quibus obtunduntur salia, quibusque sanguis edulcoratur ac consistentiôr evadit; sub quem ceasam veniunt etiam v. g. juscula avenacea, hordeacea, emulsionem ex amygdalis dulcibus, feminibus lactucæ, portulacæ, altheæ, ac papaveris albi. Imò per æstatem utatur sobriè acetariis è lactucis; omphaciò, aurantiorum ac pomorum citriorum succo, in variis condimentis; acetosa, cucumere, & portulacâ in jusculis; ac quandoque citrullò, aut ampliore cucurbitulâ, lacti incoctâ.

Verùm ne per mox præscriptam dietam sanguis spissior ac crassior fiat, indeque enascantur obstructions, intercalarem subinde cordialia temperata, ac vi aperitivâ donata; sive sub formâ apozematum è scorzonera, Salsifica Italorum, (quæ est tragopogon purpureum) fraxinellâ, apiò, angelicâ, imperatoriâ, gentianâ, scordiò, ac calendulæ floribus. Sive sub misturarum formâ, ex aquis scabiosæ, cardui benedicti, papaveris rhæados, syrupò florum tunices, salibus volatilibus, ac tincturâ ligni sassafras & corticum aurantiorum. Sive sub electuarii formâ, è confectioibus de hyacinth. & alkeri. Sive sub conservarum formâ, è floribus veronicæ, calendulæ, rosmarinii, naphæ, lili convallium, betonice, ac vio-

larum. Sive sub pulveris forma, vel Comitissæ Kent, vel è bezoard. animali, vel viperarum carne, vel ambra gryseâ, moscho, diaphoretico antimoniali, bezoarticoque minerali, vel è radice contrayerv. ac viperinæ Virginianæ. Sive sub formâ saccharatorum, è feminibus anisi, fœniculi, cumini, coriandei ac cinnamomo, durato circumfectis saccharo. Sive sub formâ conditorum, è nucibus juglaadibus, nucibus moschatis, aurantiis ac citris.

In ipso morbi primo adventu, iisdem utatur medicamentis, at largiori dosi, ac præterea pinces adhibeantur clysteres, vel è decocto omalorum, vel è lacte cum incoctis verbalco, hyperico, passulis majoribus, ficibus melle conditis, vicellis ovorum, oleo liliorum alborum, hypericonis ac terebinthina; procul amovendo ridiculam opinionem eorum qui arbitrantur enema etiam tepidum, poros occludere, ac eruptioni variolarum obstaculo esse; cum è contra, ex eo quoddam intestinum rectum arteriæ aortæ ac venæ cavæ immediatè incumbat, necessarium sit consecutaneum, quòd clysteriorum in prædictum intestinum introductorum, calor temperatus, totam sanguinis massam invigoret, integrumque corpus calefaciat, ac ejus poros nihil minus quàm constringat, sed potius uadique laxet.

Præterea ejusmodi injectiones cum intestina obliant, fermentationesque humorum acrium ac puogentium refrænent; diarrhœis ac dysenteris non parum validè occurrunt. Sequamur itaque ducem rationem, ejusque luminæ discutiamus tenebras quibus in errorem agimur.

Venæ sectionem quod attinet, eam nullatenus video indicatam, niæger persenserit aliquid gravaminis in capite, aut pectore, vel aliquo modo febricitaverit; itaque hisce minimè occurrentibus, illa & profus omitem. *Hæc ex Consilio manuscripto à Præclariss. & Ampliss. Viro D. Carolo Drelincurtio Universitatis Hollandicæ Rectore ac Decano, in casu proposito transmissio.*

Responsum Secundum.

Ad præveniendâ funesta symptomata quibus affligi potest puellus de familia Nob. D. L. superstes, si à Variolis prehenderetur; auctor fuerim ut quantumcyus sanguis edulcoretur, & salia quibus saturatur, quæque ipsum fundunt, subtrahantur, atque eâ ratione ad proprium tonum ac consistentiam reducantur; quo præcaveri queat & diarrhœa, & dysenteria, & exanthemata, aliaque symptomata quibus erepta fuere alia Nob. familie individua.

Oportet itaque ut in antecessum aliquot sanguinis uncie à vena alterutrius brachii educantur, prius injecto clystere è decocto hord. malv. &c. parato; Postea expurgetur ex infuso cassiæ ac rhei, admisso syrupo cichorii composito, &c.

Corpore expurgato, assuam per mensem lac vaccinum, tertia decocti hordei parte dilutum, & pauco saccharo rosato edulcoratum; iterando decimâ quaque die purgans medicamentum primo loco adhibitum.

In ipso lactis usu, alternis diebus, circiter nonam vespertinam, utatur ad sesquidrachmam pro dosi, opiata, pro qua,

℞. Conserv. lymph. maj. ℥ij. corallior. rubr. & oculor. cancr. an. ℥ss. Rhabarbar. elect. ℥ss. cum syr. de cichor. compos. f. Opiata.

Proximò vere, redeat ad usum lactis, in eoque per duos aut tres menses persistat.

Si verò Variolæ ipsum invaserint, necessarium fuerit ut statim educatur sanguis, idque semel, bis, aut ter, si ita febris exegerit, aut in caput ac pectus malum impendat, quò scilicet auxilio hoc omnium sanctissimo, & promptissimo, ipsis succutatur. Non negligenda

genda etiam veit venæ sectio post eruptionem vario-
licam, ac purpurâ adveniente; quandoquidem sic nul-
latus concentratur actio sanguinis, quin potius ea
magis determinatur ad externa. Præstat autem illa ve-
næ sectio cucurbitulis scarificatis, quæ præterquam
quod parum adferant emolumenti, sunt etiam dolo-
rificæ; imò in maximâ sanguinis colligatione peri-
culosæ, quoniam impossibile tum fuerit impedire quò
minùs sanguis per scarificationes ad mortem usque
diffuset.

Si in ipsò morbi adventu fiat in cerebrum irruptio,
deliriumque, sopor, vel convulsiones enascantur, post
celebratam venæ sectionem in brachiò ac pede, pro
ratione ætatis ac virium; exhibeatur medicamentum
purgans ex infusò fennæ cum vini sibiati ꝯ. ʒvi.
aut ꝯj. ut everrantur fermenta totum sanguinem exa-
gitantia, ac in caput propellentia, eamque facientia
confusionem, quæ separationi humoris variolici obs-
taculo sit.

Singulis diebus debet injici enema ex æqualibus
partibus aquæ hord. & lactis vaccini, cum melle ro-
sato confectum, sique diarrhœa adsit, adjiciatur
vicellum ovi, vel mucilago seminis cydonior. ac pŷl-
lii aquâ rosarum extracta.

Ineunte morbo, omni vespere ipsi propinabitur
emulsio è 4. semin. frig. maj. & amygdal. dulc. cum
syrup. nymph. sique irrequietus fuerit æger, ac dor-
mire nequeat, adjiciatur syrup. papaver. alb. ʒj.
vel iij.

Vitanda veniunt med. came. ta, cardiaca calidiora,
quibus scilicet nimium commovetur sanguis, atque
fermenti variolici separatio præpeditur. Po est equi-
dem exhiberi pulvis viperinus bis aut ter in jusculo,
sed eâ dosi quædam particulis morbificis ad eam
propellat, turbas in sanguine non conciet. *Hæc ex
Consilio manuscripto Præclariss. Viri Dom. Barbeiræ
Medici Monspelienis Celeberrimi.*

Observationes.

Pro Variolis serpentibus.

Puer quidam Variolis corripit, ex quibus
nonnullæ percurrebant, ut miserum corpusculum in-
tra duos dies fere totum excoiatum reliquerint: Ser-
pebant quippe, ac cutem tantum exanthemata hæc
excoiatant. Contra quæ sic orsus sum. Primò, cum
materia hæc plus jussu subtilis esset, eam obtundere
conati sumus, nec tantum eam, verum etiam hepa-
tis & membrorum interiorum malam qualitatem in-
fringendo, ne de novo altera gigneretur, sed id refri-
gerantibus complebamur medicamentis, ut syrupo
rosato, de cich. simpl. de endiv. de violis, adjectis si-
milibus aquis; exterius verò jecur ex santalino unguen-
to illinebatur, sed victus ad id multum faciebat, qui
ad frigidum cum humiditate declinabat: quibus om-
nibus materia crassior est reddita, & Variolæ cras-
sæ & amplæ apparere cœperunt. Prædictæ excoia-
tiones quas nonnulli practici rubess. infectiones appel-
larunt, sic à nobis tractatæ sunt. Primò à propinato
syrup. violat. solutivo lactucæ aquæ permixto, quo
optimè egressit, sequenti lavacro eas lavari fecimus,
ac postea panno lineo abstergi, & pulvere infra
dicendo aspergi. Habet autem lavacrum sic.

℞. Ros. rubr. sic. myrtill. fol. lentisc. summitat.
quer. tamarisc. an. M. j. fiat omnium decoctio, quo
decocto excoiatæ partes laventur, & ut dixi, lineo
panno absterge sequenti pulvere inspergantur.

℞. Thur. mastich. ros. rubr. sarcocoll. an. part.
æq. F. pulv. subtiliss. Ubi unguento uti necessum
fuit, albo camphorato, aliquando verò plumbeo
uti sumus. *Amat. Lusi. curat. 18. cent. 3.*

Tom. IV. Pars II.

Pro Variolis.

Puer quidam quinque annos natus, Variolis labo-
rabat cum alvi fluxu per totum morbi decursum
per everante, septimo die multò gravior fuit alvi
fluxus, febris intensa, sitis ingens, Variolæ depres-
sæ, quarum elevatio ab alvi fluxu impediatur,
reliquis remediis utique ad id tempus parum conse-
rentibus, sequentem præscribo julepum alvi fluxum
& malignitatem respicientem.

℞. Rad. pentaphyll. & tormentill. an. ʒj. fol.
scabios. pimpinell. an. M. j. scord. p. j. fantal. citrin.
ʒij. Coq. ad quart. tria, pro tribus dosibus bis in die
sumendis, addendo unicuique dosi Confect. de hya-
cinth. ʒb. troch. viper. ʒb. lapid. bezoard. gr. iv.
Post primam exhibitionem alvi fluxus imminutus
fuit, Variolæ tumefactæ, & sitis imminuta. In aliis
Pueris quam plurimis eadem potio mirè profuit ad
sedandum alvi fluxum, & Variolas depressas tume-
faciendas. Cui addebam aq. ros. & naph. an. ʒb. etiam
circa alvi fluxum, in depressis variolis m. rum in mo-
dum contulit, & plerumque sic componebam.

℞. Rad. tormentill. & pentaphyll. an. ʒj. fol. pim-
pinell. & scord. an. M. j. fantal. citrin. & ras. ebor. an.
ʒij. Coq. ad quart. iij. in colat. ʒij. dissolv.
aq. naph. & ros. an. ʒi. troch. viper. ʒj. lapid. be-
zoard. gr. iv. F. potio, quæ grandioribus detur uno
hauftu bis in die, lac vero sugentibus, ex cochleari
frequenter. *Lazarus Riverius, observ. 2. cent. 2.*

℞. Aq. Card. bened. ʒij. Aq. theriac. ʒij. Troch.
viper. ʒj. Lapid. bezoard. gr. vi. capiat horis vesperti-
nis. Cordi applicabantur pulli columbini, ac dein-
de linimentum ex theriaca, Confect. Akerm. & ol.
scorpion. *Matthiol.* In omnibus jusculis dissolveba-
tur bezoard. mineral. ʒb. hæc Variolarum eruptio
ita promotâ est, ut tandem à sævo illo morbo æger
peritus liberatus fuerit. *Lazarus Riverius*

Vidi puerum quendam Variolis laborantem cum
signis laudabilibus, febris enim post exitum postu-
lorum remiserat, respiratio libera erat, nullus alvi fluxus,
tubercula eminentia satis, somnus mediocris,
bene se habebat ad ea quæ offerebantur, subito ta-
men, & sine manifesta causa pustulæ sese occulta-
verunt, morsque secuta est illarum occasum, id ipsum
vidi in pluribus aliis eodem morbo afflictis, quibus
omnibus mortem certissimam portendi. *Petrus Pach-
quus, observ. 25.*

Quotquot Variolis aut Morbillis laborantes vidi;
qui tensione & meteorismo ventris, cum anxietate
hoc atque illuc agitabantur, tot intra paucos dies
obire vidi, præcipuè si dolor junctus fuerit. *Idem ob-
serv. 62.*

Linguae humanæ & salivæ insolitum usum non ita
pridem muliercula propalavit. Occupaverant Variolæ
Epidemicæ universam faciem tenelli filii Claris-
simi in Urbe nostra Viri, & oculis munitabantur exi-
tium, frustra aliis tentatis, nutrix dolore infantis com-
mota & commiseratione, lingua propria oculos pue-
ri lingebat, sique referatis oculis, absteraque sanie
convalluit infans morti antea relictus, & publicis
ex suggestu precibus expiatus. *Thomas Baribol. list.
29. cent. 2.*

Observavi hoc anno 1629. quo Variolæ hic popu-
lariter grassantur, & multos infantes è medio tollunt
nonnullis quidem infantibus ante Variolarum erup-
tionem, aliis verò postquam eruperunt, & jam sup-
puratæ fuerunt, vermes Spithamæ longitudine, &
longiores ex intestinis sponte prorupisse; qui infan-
tes omnes mortui sunt. *Daniel Sennertus, pract. lib. 3.
part. 6. sect. 1. c. 6.*

*D. Turquetus apud Petrum Aselinaum referebat, Eliæ
sabetham Angliæ Regioam, contractas Variolarum sop-
puras*

putatione maculas in seipsa delevisse, emulsione lactea ex sem. canabino separatis corticibus, cum aq. ros. parata, & cum gossipio admota. *Georgius Hieron. Vel. schius, observ. 88.*

Pro Morbillis.

Matrona quædam Nobilis febre continua correpta est cum tussi & raucedine: per triduum symptomata non valde urgebant, quarto die cum febris intensior evasisset, sanguis detrahitur, & julepus refrigerans exhibetur: eodem die totum corpus morbillis conspersum apparuit: vocatus ego die quinto, præscribo circa vesperam julepum ex æquis partibus aq. ulmarie & card. ben. cum bezoart. mineral. gr. 20. duabus horis ab assumpto julepo copiosè sudavit, febris valde imminuta, & portio morbillorum discussa est: post sudores alvus soluta est magna excretionem. Postridie mane idem julepus iteratus est ac copiosius sudavit post duas horas, ac febris omnino sublata est, omniaque propemodum exanthemata discussa sunt. *Lazarus Riverius observ. 76. cent. 3.*

Mulieri cuidam in morbillorum eruptione ingens pruritus & punctio in plantis pedum ac volis manuum aderant, pro quo symptomate mitigando, quum maximè eo intolerabiliter affligeretur, ut se potius mori velle diceret quàm illum pruritus & punctiorem ferre, iussi ut pedes & manus continuo teneret in aqua calida, quo consilio pruritus tum punctio cessavit, & melius per cutem in volis manuum & pedum morbilli emergebant: hujus rei experimentum notatu dignum ab ipso Astario Papiensi medico accepimus, quod etiam arcanum à Nicolo Florentino medico sui temporis insigni mutavit, cum scribat de variolis & morbillis; si fuerit punctio plantæ pedum aut palmæ manuum, ponantur dicta membra assidue in aqua calida ut dicit *Nicolas; & ego vidi multum conferre. Petrus Forestus, observ. 42. lib. 6. De febr. Epidemicis.*

Chirurgus cum ad virginem quandam viginti quinque annorum, quæ in Morbillos incidisset, & continua febre acuta laboraret, vocatus esset ad ventressectionem peragendam, fortè fortuna una simul accitus ædes intrabam, & sanguinis missionem inhibui licet omnia jam ad sectionem parata essent, eo quod sanguis e naribus flueret, & jam per quinque dies Morbilli foras expulsi essent, tamen cum natura paulo segnior sanguinem e naribus profunderet, setis porcinis subtilissimum sanguinis ad fluxionem stimulandum censui, cum animadvertentem quod natura per eum locum Crisin tentaret: quod cum non posset, id nos perficere hoc modo posse rectè arbitrabamur: & illud quidem non sine auctoritate feci, insequendo Canonem illum quem posuit Guainerius suo tempore Practicus insignis in curat. Variol. scribens ita. Nota tamen, quod si naturam perceperis sanguinis narium fluxum tentare, ipsam juvare debes cum seta, vel aliquo ejusmodi narium fluxum sanguinis provocante: phlebotomiam, si opus fuerit, dimittendo: quod cum ego fecissem, sanguis benè fluxit, & febris desit, & paucis diebus à morbillis quoque sanata est, postquam statim à prima nostra vocatione usque sequenti decocto, Variolas & Morbillos evocante.

℞. Lentium ex cortic. ꝑi. hord. decortic. ꝑ. j. caricar. numero vii. laccae, tragacanth. an. ꝑ. passul. ꝑ. j. jub. numero vii. rad. fenic. ꝑ. j. F. decoctio in aqua communi pro ꝑ. colaturæ addendo oxylacch. simpl. ꝑ. j. M. *Petrus Forestus, observ. 48. lib. 6.*

De Variolis post decimum septimum demum diem suppuratis.

Grassabantur Epidemio malo præterita hyeme apud nos variolæ, ita ut vix aliqui contagium evitare potuerint pueri; liberabantur tamen plerique à malignitatis vehementia, & pristinae reddebantur sanitati, generosioribus adhibitis remediis, quamvis periculosè satis laborarent quamplurimi. Hos inter erat puer quidam circiter quinquennis, viri consularis J. K. Patroni summè venerandi, filiulus unicus, qui graviter etiam cum ex variolis laboraret, opem medici requirebat. Vocatus itaque invenio missellum, miserè decumbentem, convulsionibus affligi: Adhibebantur statim, quæ ex arte adhiberi posse judicabantur, remedia, melius etiam natura ferebat in principio morbum, calor nimirum remittebat, virium factura præceps, ardor linguæ inextinguibilis, convulsivi motus, & deliria &c. imminebantur, pustulæ in dies incrementa sumebant, quæ tamen nulla refertæ materia conspiciabantur, exteriorum pisorum exuvias referentes. Duodecimum jam morbi aderat dies, nec ulla in pustulis apparebat materia, quæ mihi res non levem mali exitus peperit metum, succumbentis enim naturæ indicium esse judicabam. Nec me sefellit opinio; nam subito decimo quarto die horror novus eum corripiebat, hunc calor excipiebat, pectoris angustia, cordis anxietas, sitis intensa, artuum ob malignitatis vehementiam inquietudo & jectigatio; sudor sub frigidus colliquationem minabatur; verbo ad iterum omnia vergere manifeste conspiciabantur. Propino expellentia fortiora, & inter alia sal C. C. volatile, cujus præprimis ope decimo septimo demum morbi die materia sese in pustulis monstrare incipiebat; quæ apparente symptomatum ferocia remittebat, sicque supuratione facta æger vicefimo die melius habere incipiebat, & sensim pristinam recuperat sanitatem, quæ tam Parentum Nobiliss. animis, quàm propria etiam opinione valde erat dubia, cum toto præceos tempore neminem ex tali variolarum genere unquam viderim servatum. *D. Joh. Schmidii.*

De Variolis Verminantibus.

Filiulus annorum trium Michaëlis Ousel, viri apud nos optimæ notæ, febre laborabat continua, non sine insignis malignitatis metu, ob symptomatum in principio morbi gravitatem: convulsiones subinde aderant, deliria itidem & ægrotia puerulum molestè vexabant, supervenerunt tandem in abundantia copia variolæ; quibus apparentibus meliuscule habere cepit: de colli autem pruritu, quod continuo vehementer fricabat, conqueritur. Mater de pueri tædio & ploratu sollicita, monstrari sibi digito, qua in parte pruritus sentiret, rogat. ipse manum collo admovet, sequitur ducentem mater, & in colli plucis vermes plus quam L. tineas referentes, articuli digiti magnitudinem æquantes, reperit. Perterrita ad insolitum spectaculum mater, ligno in scutulam à cute vermes abradit, vivos & salientes, quos cum accederem monstrabat. Liberatus sic missellus ab occasione pruritus, commodius habuit, & post aliquot dierum decursum, separata malignitate, & variolis decidentibus ex orci faucibus ereptus est. *Ex eodem.*

Variolæ fetus in utero.

Variolas imprimis Infantibus molestas esse & infestas,

has, notissimum, observatum etiam est & adultos ab his infici, quod hic Halis Saxonum per elapsum triennium, quo imprimis verno & autumnali tempore grassatæ sunt, non rarum fuit, ideoque etiam D. Th. Bartholæus, vir de Rep. Medica optimè meritis Anno 1656. in Dania accidisse cent. 4. hist. 50. refert, imò nec scerum in utero ab his immunem esse Foresti. l. V. observ. 44. p. 196. & jam laudatus Bartholæus. l. c. asserunt, quod & ego sate biennium observavi. Generosi cujusdam viri Uxor cum ante variolis laborasset, filiam peperit vestigiis variolarum conspicuam, unde liquet ipsam adhuc in utero matero simul cum matre variolis affectam fuisse. *D. Valentini Andree Mællenbroccii.*

Variolæ in Æthiops.

Jussu Clementissimo, Serenissimæ Reginæ Danicæ & Norvegiæ, Charlottæ Amaliæ, Dominæ nostræ Clementissimæ, Æthiopem puerum curavi, qui vix semestri spatium hic in Dania dum vixerat, (anno enim 1672. ex India orientali, Dansburgo Castellum Regis Danicæ ibi terrarum ita vocatur (in Daniam delatus erat) Variolis infestatur, (erat enim tum temporis morbus iste inter pueros satis frequens) quas peculiare notavi, scilicet ac Europæis, & quamvis cœlum mutasset puer iste Æthiops, natura tamen idem corporis temperamentum servare voluit, quod tam cito sub alio cœlo mutari non potuit. Post usum enim medicamentorum expellentium totum corpus, præter faciem ubi nullæ apparebant, Variolis scatebat, sed tam minutulæ erant, & manebant ab initio ad finem usque morbi, ut magnitudinem seminis milii non excederent, materia quidem purulenta, sed magis serosa repletæ, exceptis manibus & pedibus ubi paulo majores erant Europæorum fere similes; quæsi ex isto puero an natura gentis talis semper in patria protruderet Variolas, respondit Æthiops, imò & parvas habemus & magnas, per magnas autem, ut ex verbis ipsius colligere poteram, illas forte intelligebat Variolas, quas Galli sua lingua, *la grosse Verole* appellant, quas India sibi soli servet precamur: nihilo minus tamen illa materfamilias, ubi decumbebat Æthiops iste, asseverabat, se idem observasse anno præcedente in puella Æthiops, æque minutulas scilicet ac illas in puero Variolas, & nullas plane in facie, quod mirabar: matres enim nostræ Europææ tam anxie sunt in præmunienda facie filiarum Variolis laborantium, ne decor & venustas illa naturalis pereat, & natura benigna est in ista obscura Æthiops facie, ubi præter nigredinem nulla pictura apparet, simplex ergo color, color optimus. Hoc præterea singulare in istis Variolis observavi, ut quamvis priores semel exsiccata evanissent, novæ iterum erumperent tam parvæ quam antea, & hoc vel terna vice, hinc factum ut longius decumberet quàm Europæi solent. *D. Caspari Kolichen.*

Variolæ & Morbilli novus morbus in Insulis orientalibus & occidentalibus Indiarum.

Ante Batavorum in Orientales & Australes Orientales Insulas adventum nec morbillos, nec variolas cognoverunt incolæ. Hodiernis autem diebus morbilli tantam in indigenas exercent crudelitatem, ut peste (quæ in India Orientali nunquam est visa) minores haberi haud possint. Quatuor abhinc annis in Insula Australi Orientali Moa tertiam hominum partem morbilli interfecerunt. Insulæ igitur illæ, quæ Hollandos adorant nondum, hanc ob causam navigantibus nostris accessum ex mari in terram negant. Ut plurimum hos in principio invasionis, variolas præsertim, peripneumonia comitatur, circa de-

clinationem dysenteris excipit. Cæterum apud Indos curationis methodus hæc est: Æstum in infante, aut adulto, consueto morbi tempore, sentientes, morbillos vel variolas accedere pronunciant. Tunc per triduum suum perlarum majorum Magisterium exhibent, à cujus usu si pustulæ erumpunt, ægri per dies aliquot quieti sinuntur. Perlis autem inutiliter assumptis, ad crocum communem confugiunt, ejusque parum in aere libero ab ipsis excluso, sine ullo medicamentorum usu, ad septimum, octavum vel nonum diem usque decumbunt, donec pustulis perfecte expulsis bis in die, ante ortum & post occasum sc. Solis, ad perfectam usque sanitatem lavantur frigida. Lavatione hac dolor & æstus minuitur, morbilli accrescunt ac putrescentes ægrum facillime relinquunt. Cibus durante morbo est, (ut à Physicis nostris dicitur,) frigidus, ex lactuca, cucumeribus coctis, melonibus, cepis, pipere, &c. (cepas, atque piper Indi frigidis annumerant) consistit. Potus est aqua communis cocta. Mulieribus menstruatibus, leprosis, aut morbo laborantibus venereo, nunquam ægros adire licet; quod infallibili Indis constat experientia, scetidam & acidam talium corporum exhalationem tanto ægroti cutem pruritu afficere, ut semifurens quasi redditus perniciosam unguam vi in ipsum, sævire continuo cogatur. Notandum, quando nec croco, interna morbillorum pertinacitas cedit, pustulæque debito modo non apparent, nono denique die per lavationem calidæ, aut frigidæ aquæ optato ac plenè erumpere. *D. Job. Othon. Helbigii.*

Frater & soror multis miliaribus à se distiti Variolis eodem tempore laborant.

Transplantationem morborum illustrari per sympathiam inter fratres, vinculoque sanguinis conjuncta sed locis distitos cum simul variolis infestantur, in Dissertatione hujus argumenti suspicatus sum. Cum olim Mater mea suavissima Variolis laboraret Hafniæ, eodem tempore quoque Frater ejus Genevæ in Gallia iidem tentabatur. Plurcula exempla alia memini, & res inter plerosque nota, ideoque Seneca judice, non desiderant manifesta monitores. Transplantationis autem hostis insensu Clarissimus Medicus Hermannus Grube in scriptis ad me literis Haderstæbia cal. Febr. 1673. inter alia eruditè, satagit rationem reddere, cur fratres videantur locorum intervallo disjuncti morbillis posse eodem tempore interdum laborare. Ipsa Viri Docti, nobisque Amici, verba asseram, ut clarius sententia ingeniosa intelligatur.

Videtur, inquit, ipse ortus, me quidem judice, cum à spiritu seminis paterni genitili, tum materno menstrui sanguinis fermento arcessendus. Quippe cum plerorumque calculo medentium sanguini menstruo tempore gestationis retento morbillorum debeat origo, fieri potest cum crasi, similiore à spiritu quoque seminis paterni genitili derivanda, tum à pari fermenti ipsius materni *disposita* in fratribus utriusque, ut seminaria illa latitantia sui excretionem eodem tempore in utrisque moliantur haut raro, unde paucos ante annos in his locis memini gemellos eodem temporis ferme momento & correptos morbillis esse & extinctos. Ut adeo opus non sit quendam hic cum nonnullis fingere atomorum in tanto itineris anfractu per tot miliaria accessum. Quid quod casu possit fortassis accidere, quod æque huic fratrum quàm illi, ut diversis in locis agentium causa eodem tempore suppetat occasionalis, cujus vi *mutata* illa excidentur. Dubia, quæ moveri hic possunt permulta, & alia ad historiam Transplantationis facientia, jam tum prolixius in singulari quodam

sc. i. p. publicè, Deo sic dante, sum traditurus.

Non serio sed animi gratia, ejusque amici, ad propositam sententiam Viri Doctissimi D. Grubii, pauca reposui, ut veritatis scintillæ crebra ventilatione facilius excitarentur. En varia experimenta.

1. Maternus sanguis male inculatur in Variolarum productione. Non ille venenatus, ut vulgo traditur, sed beneficis Matri & foetui. Nec omnes homines Variolis foelantur. Causa aëris infectio, certo enim tempore Variolæ grassantur, nec eadem semper malignitate nocent. Hoc anno beneficæ, superiori anno malos mores Hafniæ induerunt, antea pestiferæ petechiæque mixtæ plurimos extinxerunt, nonnunquam tanta putredine vitiosæ ut vermes ulceribus suis recondant, quod materno sanguini frustra impuratur, qui ipsi matri salutaris est.

2. Quamquam ad maternum sanguinem referenda sit lætas hæc, in diversis tamen liberorum corporibus immutatur pro singulorum temperamento, quod prorsus interdum in filiis variat, ut uno eodemque tempore effervescente non possit.

3. Vidi robustissimos homines, Matribus non admodum firmis genitos, qui ter Variolas sunt passi. Certè si quid vitii à Matre hausissent, robore corporis facile semel superassent.

4. Gemelas nuper enixa est Matrona inter nostras præcipua. Altera brevi supervixit, convulsionibus extincta. Altera adhuc vegeta superstes est. Idem in utroque sanguis maternus; eadem paterni seminis origo. Vulgo tamen creditur gemellos ejusdem sexus supervivere posse, quod etiam non paucis exemplis didici, raro evadere diu, si diversus fuerit sexus.

5. Sympathiam istam aliunde repetendam, uvæ, hordecum & alia vegetabilia testantur. Vinum turbidum fit in cadis nostris, & effervescit quotiescunque uvæ in Gallia vel Germania, etiam diversi generis florent. Neque à calore illud provenit, qui circa illud tempus intensior, sicut suspicatur Portzius, quia calidissima æstate reliqua nihil tale patitur vinum vel cerevisia.

6. Atomos plurimum posse, vel solas forsan, ut transplantatio morbi in alios fiat, pestilentia indicat, de qua diximus in Dissertatione nostra.

7. Pulcrum præbet spectaculum Rosa Hierichuntina quæ in aqua se expandit. Obstetrices id maxime contingere ajunt quando proximum est partus tempus, hocque signo mulierculis spem faciunt. Quamquam quovis tempore alias se dilatare in aqua viderim. Illarum observatio si quicquam veri habet, huic non puerperii transplantatur.

8. De Ligno & pulvere sympathico res nota. Hujus in hæmorrhagia narium usum probatum inveni, variis à me commendatum. Cavendum, ut obiter hoc addam, ne humido loco servetur pulvis ille ex Vitriolo confectus. Per plures annos in theca lignea pulverem servavi. Hac æstate cum in angulo ædificii mei, nuper ædificati, adeoque adhuc à calce humidi, reponerem, inveni postea ad prædium ex urbe reversus, in aquam resolutum phlegmaticam, pulvisculo innatante, subsidentibus in pyxide ligæa crystallis elegantibus, oblongis, latisque, & fundo adherentibus, salumque more surgentibus, ex aqua illa in clybeo evaporante, crusta alba emerit, quod vitriolum album est. D. Thomæ Bartholini.

Morbilli maligni Aphthæ serina.

Quam novercali odio Anni 1669. tempore fervido, atque inter igneas illas Planetarum oppositiones, Morbilli apud nos in Norvegia in adultos sævienti, ac infantes pauperiores maxime, libiina docebat rationes. Omnes sanè ad unum qui hydromelite mor-

billorum tentarunt expulsionem, nullo ad malignitatem habito respectu, convulsionibus aut diarrhœa miserando perierunt modo: nonnullis ex neglectis Aphthis tanta accrevit oris putredo, ut ante instans mortis punctum mandibulæ sponte exciderint, aliis à Chirurgis caro circa illas gangræna infecta, ut mihi retulerunt, omnino resecta fuerit. D. Joh. Frid. Treubleri.

Singularia quædam in Variolis & Morbillis epidemius.

A cicatricula, à morbillis in præputio relicta, quidam incurrit Phimosin, ut ad me non ita pridem Dn. D. Godofredus Buxbaum Physicus Iteburgensis, qui matrimonii Candidatus factus, mali ablationem urit, quam etiam sectione facta obtinuit. Revocat mihi in mentem hæc historia varia in variolis & morbillis hæctenus Epidemius observata, non ubivis obvia. Apud Plebeios, in quorum cura malignitatis scelus non atrendebatur, sublatis morbillis variolæ succedebant, & vice versa, aut febres viscerum humidum & facultates sensim infringentes, donec *ur* *abire* cogebantur. In Infantulo post variolas petechiæ lividæ cæruleæ & nigricantes apparebant, quædam quadratæ, quædam triangulares, quædam triangulari exactè referentes. Epilepsia tandem correptus, obiit. Hæmorrhagia narium in principio profuit, in morbi vigore morbum protelavit. Sanguis rubicundus omni destituebatur sero, adeoque statim concrefcebat, & post aliquot horas gummatæ duritiem nanciscebatur. Mirabar sæpius, unde ista feri absentia? an calore serum absumente? Sed antequam calor sentiebatur, tali facie conspiciebatur cruor, in vigore id equidem non negarem, an quia ob læsam & abolitam ferè chylificationem & sanguini chylus, & consequenter lymphæ subtrahebatur portio? an demum ad miasmata malignum sanguinem coagulans, ejusque motum sufflaminans recurrendum. Motui sanguinis tardiori igitur symptomata omnia dixi esse adscribenda. Si verò hic sanguinis motus tardior, quomodo ebullitio aut impetuosa ejus fermentatio locum habebunt? Nec pulsus celeritas hoc, ut vulgo putant, indicabit, nec sanguinis motui justo celeriori hæmorrhagia imputanda veniet. Quomodo sudorifera hic agent? an serum educendo, si sanguis eo modo, ut dixi, se habeat, vix crederem. Prudenter sanè monet *Septilius lib. 5. Caution. aph. 52. p. m. 247.* in Peste, pæ silentialibus & aliis febribus sudorem non nisi Natura Duce esse proficiendum, natura namque deside licet moveas, nihil promovebis, an sanguinis motum promovendo, & maligni miasmatis vim infringendo? Id quidem darem facile, sed hoc non nisi admixtis Bezoarticis contingeret. Urinam albam cum sedimento fuscifæco aut præsentem aut mox affuturam variolas aut morbillos indicare, experientia docuit. In quibus subito disparuere, varia inducere symptomata, v. g. Epilepsiam, ex his quos quidem vidi, unicam tantum virginem servatam vidi, motus alios exercuerant spasmodici, & ut ita dicam ambulatorii, modo brachium, modo pedem, modo saltem digitos variè torquentes, hi verò servati. Puella miris tentata convulsionibus, claudicabat aliquot post morbum septimanas, adhibitis tamen balneis & nervinis aliis, bene, Dei gratia, valet. Nobilis quidam puer, morbillis detentus, astantium incuria fenestram aperit, seque libero exponit Jovi. Recurrunt oppido, nihil tamen inde mali, ut videbatur. Altero aut tertio die dolorem dextræ sentit scapulæ, post cordis angustias, & demum spasimum abdominalis incurrit, iisdem symptomatibus stipatum, prout eandem describit ex Hôchsterero *Seanertus lib. 3. Med. Pract. part. 10. cap. 8. p. 992.* in hoc solam ab eo

ab eo diversum, quod mentem obtinuit integram, & durante Paroxyfmo loquela delituebat. Singulis ferè horæ quadrantibus de die Paroxyfmo illum fatigabat, quo cessante loquebatur, bibebat, comedebat, etiam aliquando in lecto erectus sedebat, ridebat & puerilia tractabat. Noctu quiescebat à nona usque ad quartam matutinam, à Paroxyfmo omnino liber. Alvus huic obstrueta, quam Enematis follicitabam. Dolor modo allegatus scapulae totum latus perambulabat, donec tandem sub specie vapotis frigidi, pedis pollicem fatigans evanesceret. Detinebatur hoc malo ultra duos menses. Optima adhibita fuerunt medicamenta ex aliorum Medicorum & meo Consilio, morbum tamen in totum tollere nequimus. Tandem, quod mirum, iterum variolis correptus, malum evanuit, & cum sanitate in gratiam redire incepit. Quod tam diu in sanguine latuerit miasma, singulare quid videtur. *D. L. Chrih. Frider. Garmanni.*

De Variolarum sevirissimis Symptomatibus separatarum curatione.

Marianna, Johannis Pitisci, Civis & Mercatoris Thorunensis non infimæ notæ Affinis mei filiola primogenita, puella sexennis Anno 1664. die 11. Novembr. variolis & morbillis tum populariter grassantibus correpta, pessimè habuit; non enim solum febris intensissima ipsam dies noctesque torquebat, sed etiam variolæ plurimæ in unam coeuntes, crassa foetidissima sanie continente, totum corpus tergebant. Ego tam ad humoris acrimoniam, ex febre exquisita demulcendam, quam ad motum Naturæ in expellendis variolis promovendum sequentia ordinavi.

℞. Amygd. dulc. excort. non rancid. ℞ij. sem. melon. excortic. ℞iij. citr. excort. cardui bened. an. ℞ss. napi, aquileg. an. gr. iij. aq. Card. bened. acetos. an. ℞ij. s. tiliæ rosarum an. ℞i. S. l. a. Emulsio, cui add. pulverem bezoarticum *D. Sennerti* ad ℞j. C. C. philosoph. præpar. ℞ss. man. Christ. perlatae. q. s. ad gratiam dulcedinem. Hæc emulsio aliquoties reiterata est, mutatis mutandis. 2. istum Syrupum.

℞. Syrup. de jujubis ℞iij. de liquiritia ℞ss. M. D. pro Lambitivo. 3. pulveres sequentes:

℞. Pulver. marchion. bezoart. *D. Sennerti* an. gr. ℞ss. m.

℞. Pulv. pretios. gr. 16. semin. napi, aquileg. rad. pimpell. an. gr. iij. M. quibus pro vehiculo hic Julepus datus est:

℞. Aq. Cardui bened. acetos. rubi Idæi an. ℞iij. Scorzonet. ℞iij. Syrup. rubi Idæi ℞ij. M. pro Julepo.

4. Julepum istum corroborantem:

℞. Conserv. flor. tunic. præon. anth. violarum an. ℞iij. aq. cerasor. nigror. flor. tiliæ, tunicæ, rubi Idæi an. ℞j. Ebulliant in diplomate clauso, colaturæ fort. express. adde Aq. alexiter. temper. ℞vj. Syrup. rubi Idæi ℞ij. Confect. Alkerm. ℞j. pulv. bezoartic. *D. Sennerti*, Marchionis an. ℞j. M. pro aliquot dosibus. Sed variolis ad mutationem jam perventibus, novum aliud Symptoma, magnam humorum in puella corruptionem indicans superveniebat, scil. diarrhoea per oëtiduum ferè durans, quam comitabantur tres vermes intestinales, unus ad longitudinem ulnæ communis, alter brevior, tertius spithamam longus. Quorum symptomatum gratiâ præscripta sunt sequentia Medicamenta:

1. ℞. Aq. papaver. violar. an. ℞vj. Syrup. de papaver. simpl. ℞j. laud. Opiat. opt. dissoluti gr. j. corall. præpar. ℞j. M. F. Haustus.

2. ℞. Aq. acetos. cardui benedict. scorzonet. plantag. an. ℞j. Syrup. de citro compos. d. succ. acetos. an. ℞vj. pulv. precios. Corall. præpar. CC. usli præp.

gr. vj. Sal. Card. bened. gr. iij. M. F. potio pro duas dosibus.

3. ℞. Aq. cichor. acetos. fragor. an. ℞iij. gramin. plantag. an. ℞iij. Syr. acetos. citri, Cydon. an. ℞ij. M. pro Julepo.

4. ℞. Syrup. de papav. simpl. ℞vj. de jujubis. cydonior. an. ℞iij. Corall. præpar. Crystall. montan. præpar. an. ℞ss. M. pro una dosi.

5. ℞. Ol. absinth. coct. amygd. amar. express. an. ℞iij. M. pro inunctione umbilici. Hisce ita methodicè adhibitis, puella ista pristinae sanitati per Dei gratiam restituta est, & in hunc usque diem optimè valet. *D. Simonis Schulzii.*

Vesicatoriorum usus in variolis.

Epidemiæ superioris anni variolæ plurimos interemere, grassatæ promiscuè non utrumque tantum in sexum, sed in omnem etiam ætatem. Inter alios correpti è Nobilibus. Familia quatuor fratres Cragii, quorum uni cum prodissent sparæ per universum corpus pustulæ aqua madentes, sed quæ malè ab assistantibus custoditæ retrocederent omnes, ægro in animi deliquia & frigus extremorum faiscente, ne in rebus dubiis nihil ageretur, prognostico præmissio, cum æger pharmaca deglutire non posset, quatuor vesicatoris brachia & femora parte interiori [quam domesticam vocant] secutus ductum grandiorum venarum, aduro, ea spe, ut revocatus in cutem venificus humor viam exeundi promptius inveniret. Quid miris? redire postliminio in suos alveos aquæ, & licet tardius, in pus versæ, à certa desperatione ad sanitatem pristinam iter patefecerunt. *D. Glai Borrichii.*

De Mercurio veneni variolici alexipharmaco.

Variolarum mentio monet, ut laudetur in hoc modo mercur. dulcis, forsan cum sit hostis, ut Lumbricorum ita & colluviei animatæ, quam ope & fide Microscopii statuunt hodierni Philosophi in morbis malignis. Observavi, Remedium hoc, si detur in morbi suspecti principio, vel præservasse planè, etiam si alii in eadem domo variolarum malignitate torqueantur, vel saltem à nimia eruptionis abundantia liberasse. Filia mea decennis variolas minabatur, refrigeratione extremorum, subsequente incallescencia totius, dolore capitis, nausea, ventris torminibus & doloribus vagis extremorum. Malum insuper erat communiter vagans, & filiosus meus variolis jam scatebat numerosissimis, ita ut conjectura infallibili contagium hoc esset pertimescendum. Tum primum susu nausæ, contra suam Medicorum Evacuantiâ horrentium, dedi mercur. dulcis ℞j. cum Scammonii sulphurati g. iv. Dejecit ter, sub vesperam vomuit semel enormiter. Dormivit quietissimè, & sine partu variolarum evasit.

Paulo post Puellæ nobilis octo circiter annorum præcedentibus sparsim & sine febre variolis, quas vocant *Schaffs Blattern*; antequam sanarentur istæ, corripiebatur insigni dolore capitis, oculorum dolore & dorsi &c. ut ab omnibus judicaretur parturire variolas veras. Dedi, etiam si in principio primo non adesset, tamen idem remedium, cum tanto juvamine, ut paucissimæ erumperent.

Damnant multi hunc Mercurium, sed censura nimis rigorosa, non respondet ejusmodi maledictis Experimentia. Puellæ Rotularum ex Merc. dulci & C. C. doses aliquot in Scatula datæ sunt ad Lumbricos enecandos & expellendos. Frater Scatulam inveniens, dulcedine illectus, devoravit omnes. Vomuit ex dosi nimis liberalissimè, ex quo irrisionem duxit.

do taxat expertus est & nihil periculi. Exempla multa felicissimæ operationis enumerari possent aia, & Chymicorum testimonia. Videatur tantum Innocentia & præconium hujus Mercurii in Epistola Doct. Doringii apud Fabr. Hildanum & Riverii Observationes, quem nomine Colomelaos Turqueti Mercurium hunc indiguisse statuit. *D. Sigismundi Grassi.*

De Mercurii dulcis in variolis usu.

Sib Autumni præteriti finem, quo primum tempore morbus is insidiari, & ad hanc usque diem passim in illa regione grassari coepit, ad Nobilem hujus civitatis puerum decennæ ex febricula cum dolore capitis satis intenso, nec ullo propemodum alio Symptomate jam à biduo decumbentem accitus, quidque rei esset non nihil suspicatus, parentes ea de suspitione monui; contrariam illi censeantes, remque totam Lambicis imputantes, his enecandis ac educendis ut citò staderem, unice rogarunt: Importunis ego precibus eorum ultro lacessitus annuit tandem; hoc tamen apud me tacite rato, ne quod febrem augere, suspectæ Variolas cohibere valeret, medicamentum incautè præberem, prout ex Mercurii dulcis granis decem, & pauca Rosarum conserva concinnata sumptaque serotinis horis, longius à cibo, pilula, numerosissime cum ægrotantis æque pustulæ postero die comparuere.

Non ita multo post, puella sexennis febre parum acuta, sed motibus convulsivis, nausæque frequenti correpta, & à vermibus ob recentiorum illorum ejectionem malè sic haberi credita, sumptis aliquot in Pilula præfati Mercurii granis, uberimis, quod sequenti die sum demiratus, Variolas excrevit.

His & multis similibus experimentis edocto mihi super ea re jam pridem meditantè, major utique dubitandi occasio incessit: Num Mercurius convenienter paratus & usurpatus, ut Lois Veneræ, sic Variolarum *de Veneræ*? qua de re, quod sentio, dicam, ubi de morbis analogis, eorundemque analoga curatione; quid interea statuentum, viderint inter se sapientes, utriusque morbi naturam, symptomata, causas solutionis modum exquisitius persecutati, Mercuriique dotibus non vulgari modo informati. *D. Francisci Boucardi.*

De Variolarum in facie præservatione.

Variolarum in facie proventum in tantum, non in totum præcaveri posse, Matronæ cuidam Nobilissimæ serio, sed sero, persuasit rustica quædam. Plethorica cum illa esset & carnosiori habitu prædita, fecunda propterea pustularum mater evasit, lætiorque earundem in corpore, præsertim verò in facie, orta seges, de qua tamen ægra formæ periculum metuens minus læbatur. Proventum illarum sanitatis & formæ curiosa optimè ad præscriptum meum; sed maturacionis tempus ultimum ad suum mulierularum observabat. Pustulas, ut facilius esset crustarum messis, oleo nucum inungebat, inauso nihilominus sidere. Illæ enim abeantes expressi sui vestigia in facie reliquerunt. Rustica dicta Matronam sanitati, non autem formæ pristinae restitutam, brevi post accedens de formæ jactura condolet, eamque præcaveri potuisse innuit. Isti præservativum scire desideranti ait, uberem variolarum proventum in facie inhiberi, si mox primo invasionis tempore pedes vaporibus ex decocto herbarum emollientium surgentibus aliquoties foveantur. Judicium de hoc postea Fœmina Nobilissima ex me meum quæsit, cui idem improbari non posse indicavi, quod san-

guinis fermentantis ad inferiores partes sic fiat revulsio. Pedes enim cruraque à vaporibus non tantum incallescunt, sed & emolliuntur, eorumque vasa ac carnosæ partes dilatantur: hinc quis copiosius in his sanguis colligitur; sanguinis ebullientis à partibus superioribus quædam fit revulsio. Confirmat jam & experimentum & sententiam meam, præservativum simile, quod tradit Fr. de le Boë Sylvius Prax. Med. lib. 4. tr. 1. cap. 9. §. 76. ubi: Habent, ait, aliqui etiam in more positum, quo faciem à multitudine variolarum liberent, illasque ad pedes usque derivent, ut in lac bubulum calens infantium pedes immergant, & quidem cum primum erumpere incipiunt variolæ, quod successu non caret, quamvis non sine notabili pedum detrimento, qui tunc variolis replentur, à quibus dolores ibidem excitantur gravissimi, succedente diuturna pedum debilitate; consulitur tamen sic formæ.

Non autem in facie tantum, sed & in toto corpore, in totum, non in tantum variolarum proventum, statim in principio & quando adhuc in fieri sunt, ita ut ad incrementum seu statum pervenire nequeant, supprimi posse statuit Dn. D. Langius Miscell. curios. cap. ult. hypothesi propria, veterum rejecta, fetus, morbillos (inter quos & variolas nullam discretionem observat) à putredine scaturiginem suam adipiscentes esse animatam ac innumerorum minutissimorum vel atomorum ad instar insensibilium vermiculorum pullaginem. Verum, quod salva tanti Viri auctoritate dixerò; quia hæc sententia productum & quod concomitantè se habet, cum causa confundere, hypothesi etiam nondum firmo talo stare videtur, variolas in totum supprimi posse, propter hanc & alias rationes, alibi forsitan indicandas (neque enim disceptandi locus hic est) ut credam, adduci non possum. *D. Joh. Christian. Frömmanni.*

De Volatica.

Comanno superiori apud Illustr. Dominum Ostroitz in arce Illaviensi ad Vagum fluvium essem, Nobilis cujusdam ex aula familiaribus filiola sex vel septem circiter annorum subito brachii pedisque dexteri corripitur dolore, sine rubore, tumore aut alio signo externo, cum levi quodam calore. Jossi applicari E-nema, quia dissipata fuit, brachiumque & pedes lineis involvi fumigatis, sic per horam unam vel alteram quievit. Expergesta de cordis conquesta compressione, nec pedi insistere, nec manum movere poterat, pulsus erant veloces, magni, insignem denotantes sanguinis ebullitionem, calor ingens cum siti, &c. Dedi statim in aqua fl. Samb. Pulv. Alex. Spindleri (quem fortè mecum habui, Officinis nostris usitatissimus, nec non in expellendis Variolis quin & petechiis mihi aliisque probatissimum) gr. 12. Antim. Diaph. gr. 1v. Sal. C. C. Vol. gr. iii. quo accepto sudavit, & statim post prodire maculæ ceu morbillorum incipientium notæ. Affirmarunt adstantes, puellam variolas & morbillos jam habuisse, gravius ergo quid suspicatus, cum Symptomata nihil remitterent, septem horarum spatio reiteravi prædictum pulverem, & ecce post unius horæ sudorem dilatæ maculæ totum sinistrum brachium, illamque pectoris regionem instar Erysipelatis occuparunt. Nec mora melius se habere, dolor evanescere brachii, pulsus mutari ceperunt, quin & lecto surrexisset, nisi prohibita ægrota. Sed trium vel quatuor horarum spatio, disparente hoc rubore, novi rediere in artubus dolores, jamque manus & pes dexteri lateris dolebant. Provocato per antè nominatum Pulverem sudore, novæ sed in dextra parte apparuerunt maculæ, quæ dilatabantur & disparebant, ut præcedentes. Ita intra quatuor dies me præ-

lente

fente & aliquot post discessum (duravit autem affectus, quantum rescire potui, duodecim dies) totum pervagatus est corpus, nullo in loco diu manente isto rubore, sed modo hunc, modo alium occupante; præredientibus semper vel brachiorum, vel pedum doloribus, donec missa ipsi hinc Mixtura simplici cum Spir. Cochl. & Syr. Viol. de qua mixtura bis in die ad 25. guttas sumebat, perfectè convalescit & adhuc valet. Volaticam fuisse, qui affectus hujus vagabundos motus mecum benè consideraverit, nemo dubitabit. Rarius alias nec à multis Practicis Affectus visus aut quod sciam observatus, quippe nec Sennerto, nec ante eum Wittichio, qui primus, credo, eum descripsit, videre contigit. Taceo alios, apud quos altum silentium. D. D. Melchior Sebizius, Medicus nostri temporis incomparabilis, Senex venerandus, Præceptor, Patronus & Promotor meus æternum observandus, bis se vidisse testatur in Speculo suo Medicinali Practico Part. 4. c. 32. nec aberrare videtur, dum ad Erysipelas refert, & ratione causæ & ratione symptomatum. Differentiam autem ponit in modo & more, quippe hic affectus non in uno loco manet, deinde malignitatis non planè (inprimis apud nos in Hungaria) expertus est. Labitur contra Wittichius cum medicamento suo repellenti, quod nec in hoc, nec in Erysipelate, aut ullo alio, ubi exanthemata se produunt, adhibere vellem. Vocatur Germanicè *der Flug*, Wittichio *das Geflig oder Zulaeb*. Videtur aliquid commune habere cum Rossaliis, quos Cl. Sennertus ex J. Phil. Ingrassia describit lib. 4. de Febr. c. 12. nisi quod his minor, magis mobilis, minusque habeat malignitatis. D. Caroli Raygeri.

Volatica Scorbatica.

Anno 1673. die 9. Novembris ad puellam quandam civis nostri vocatus sum. Illa laborat genere morbi, cum rigore incipit dolere modo pes, modo manus, modo dentes & gingivæ cum tumore ac sensu gravativo, modo hanc modo aliam partem invadens & summè instabilis hic dolor, ita ut rectè pro Volatica accipiatur, & quod notatu dignum, modo friget modo calet pars affecta. Curam ita institui. Dedi sequens Laxativum.

℞. Scammonii crudi gr. 10. cum aq. borraginis f. l. a. liquor lacteus: Liquori lacteo adde Aq. Cinnamomi ʒij. Extr. nostr. hydrocathartici gr. 10. Manus Christi perlat. q. s. ad dulcedinem, detur. Sign. *Laxativum*. Tum hoc diaphoreticum:

℞. Magist. mercur. diaphoretic. gr. 10. Sal. C. Bened. crystalli sat. gr. x. Magist. Perlat. gr. vi. Sp. V. trioli gutt. v. m.

Huc pertinet illa aurea observatio D. D. Caroli Raygeri Tom. 3. Ephem. curios. observ. 286. pag. 504. de Volatica.

Cum die 30. Novembr. ægram puellam reviserem, tumor omnisque dolor horum Medicamentorum usu remiserat, pro qua divina benedictione summo Medico Deo debentur gratiæ. Præscripsi itaque porro sequens:

℞. Spirit. nostr. sal. armoniac. scorbutic. ʒj. Cochleariæ Div. Syrup. Violar. ʒj. M. S. Mixtura, quæ libet mane ad aliquot guttas in vino assumenda.

Ego hunc affectum Volaticam scorbuticam indigitaui. Volatica rectè dicitur, quoniam de loco ad locum movetur, ab inferioribus ad superiores ascendit, à pedibus ad dentes, hinc ad humerum, istinc ad cubitum, illinc ad manum cum vehementissimo dolore comite, incipientem præfigit horror & rigor totius corporis; scorbuticæ, illud prædicatum rectè additur, meo etenim (salvo Doctorum) iudicio, ex impuro sanguine humore scorbutico in-

fecto originem trahit; quemadmodum per lapsum adeo nobiscum peccatum originale propagatur, sic nobis omnibus scorbutus conascitur, qui noster fidelissimus comes est usque ad corporis nostri analysin; sæpiusque videmus in recens natis scorbutum dominari; frequentem eam Epilepsiam, qua his in oris infantes corripuntur, seminario universali scorbutico acceptam refero, omnia tria elementa, scilicet aër, aqua, terra, semine scorbutico abundant pleneque sunt. Quod non cibo & potu capimus, illud inspirando accipimus. Quæ si rectè attendantur, facile rationem reddere possumus, quomodo fel canis Epilepsiam viocat, hujusque infalibile Euporiston fit, ut duabus observationibus communicatis probavi. D. Job. Ludov. Hannemanni.

Rossalia squamosa.

Sæpe hoc anno *in Sphua* illa videre contigit, quæ vulgo Medentibus Rossalia appellantur, & ad morbillos referri solent. Inestant præsertim teneram ætatem. Aegri primùm narcosi, mox febris continua, eaque vehementi tentantur, & plerique simul delirium. Adest inquietudo summa, & insignis oculorum pæne lacrymantium hebetatio. Tertio die spargitur universa cutis maculis latis, oppido rubentibus, quæ circa finem ejusdem diei in unum coeunt omnes, adeo ut corpus totum quasi pulvere granorum Chermes videatur perfusum, sola facie à rubore isto liberiori. Durat formidatus Matribus color totum triduum, & Bezoardicis interea largiter propinatis, quarto die declinare incipit, & calor præternaturalis imminui, cuticula sequentibus diebus in tenua veluti squamas fatiscente. Quippe hæc tanquam in veru assata perdit sequacem illum lentorem suum, & stectendi se se obedientiam, unde ad motum corporis variè primùm disrupta hiæ, hinc sensim excidit, alia succrescente. Alia verò causa impedire videtur serpentibus, ut novo vere exuvias deponant. Nempe alimentum vel nullum, vel exiguum hyberno tempore, efficit, ut succus, qui in corpore restat nutritius, ægrè ad extimas partes gelu pæne rigentes (ut est bestiola alioquin & media æstate ad tactum frigida) deferatur, unde epidermis tanquam vestis, alimento suo destituta ad verum nos calores exiit, & ceu alienum corpori involutum rejicitur. Quin & elephantiacorum cutis in squamas degenerat, quia alimento conveniente fraudatur. D. Olai Borrighii.

Sympathia inter Consanguineos.

Cum Anno nati Christi 1621. Noribergæ variolæ *in* *dupone* horrendum grassarentur, ita ut aliquot hominum centurias sustulerint, sæpe factum, ut fratres, consobrii, aut qui alio sanguinis vinculo juncti, quamvis longissimè ab invicem remoti, ita ut (quod & magis mirandum & omni investigatione, quamvis mirabilis hujus *vulvarum* causa dignum,) alter quidem hic Noribergæ, alter Lugduni Gallorum [id quod verè duobus accidit. Consobrinis primariæ apud nos Familie,] commoraretur, uno tamen sæpe ac eodem tempore, eodemque variolarum morbo corripere. Ex Schedis D. Gregor. Quercii. D. Job. Helwigii.

Scholion Schroëckii. Quamvis varias in rerum Natura dari sympathias, nemo negare queat, eandem tandem in locis tam distantibus adeo esse validam, merito dubitatur, energia nempe ejusdem per tantum terrarum tractum, totque aëris latissimè expansi motitationes penitus evanescente, atomisque contagiis oppressis & dissipatis. Ut adeo misque contagiis de transplantatione morborum in erudito suo de transplantatione morborum libello Exc. D. Hermannus Grube, tale quid si con-

si contingat, causa id factum fuisse, benè judicet; quòd nempe æque in hoc loco atque in illo, utriusque fortean eodem tempore causa suppeditata sit *epidemi- ca*, ab æris constitutione epidemica, vel alia ex re- rum sex non naturalium censu arcessenda; fermenta scilicet morbifica latentia movens & excitant. Nisi fortè & ipsius fermenti communicatio, median- ribus corporibus ex uno loco in alterum delatis facta, hic aliquid quandoque tribuat, ita ut corpuscula ali- qua potentioris miasmatis illius, Norimbergæ v. g. admodum sævientis, sese epistolis &c. adglutinan- tia, & in locum, quamvis cæterum epidemica labè tali haud depravatum, veluti Parisios pervenientia, Confobrini, Norico quidem sub cælo nati, sed in Gallia jam degenis sanguinem, ad ebullitionem illam primum facileque adficiendum inveniant, eum- que ad motum istum præternaturalem impellant eo ipso tempore, quo fortè fortuna alterius Confobri- ni Norimbergæ subsistentis sanguis à contagiosis parti- culis pariter alteratur, atque exagitatus pustulas illas protrudit.

Sequuntur Historia de Variolis & Morbillis à Clariss. de Diemerbroeck sub finem tractatus quem in hoc argumento vulgavit, conscriptæ.

Historia 1.) Annò 1640. post Ver humidum ac tepidum secuta est Æstas fervida & mediocriter sicca, qua febres tertianæ, cum continuæ, tum intermit- tentes multos invaserunt. Circa medium mensis Julii variolæ & morbilli grassari cœperunt; qui morbi, sed maximè variolæ, mense Augusto magna incre- menta sumpserunt, & sic usque ad finem istius anni continuarunt, plurimosque è medio sustulerunt; imò quibus dictis illis mensibus alii contingebant morbi, scilicet morbilli, sed longè frequentius variolæ, brevi adjugebantur.

Varios hoc tempore vidimus, qui cum variolas copiosissimas habuissent, vix ab iis sanati, paulò post in idem malum reciderunt, atque illis ista se- cunda vice sæpe multò majore copia eruperunt, quam prima: imò aliqui visi sunt qui intra spatium sex mensium ter copiosissimis variolis laborarant, quod aliqui rarò solet contingere, imprimis tam parvo tem- poris spatio.

Hi morbi à febre continua, in aliis majore, in aliis minore, initium sumebant, cum pulsu plerum- que oppresso, parvo, crebro, & inæquali. Ut plurimum gravia aderant symptomata, ingens an- xietas, cordis oppressio, oris siccitas, extremorum tremores, deliria &c.

Multis post primum aut secundum, sed pluribus non ante tertium, quartum, vel quintum diem vario- læ prodibant. Quibus tardius apparebant, illi peri- clitabantur, multique moriebantur, nam à morbi violentia sæpe primis diebus adedè debilitatæ erant vires, ut tandem apparentibus variolarum prænu- ticiis rubris maculis, natura nimis debilis easdem sa- tis propellere non posset.

Qui sanguinem vomitu, aut ruffi rejiciebant, aut urinas cruentas mingebant, illi ferè omnes morieban- tur, & ex sexcentis talibus vix unum evasisse no- vimus: in his quippe interiora viscera variolis obsessa adedè corrumpentur, ut nunquam integritati restitui possent.

Quibus in ore, lingua, palato, faucibus, aspera arteria, & œsophago variolæ magna quantitate erum- pebant, his ante earum maturationem & disruptionem deglutitio & respiratio valde angebantur, indeque etiam nonnulli fuerunt suffocati.

Qui in morbi principio ab imperitis purgabatur, illi maxima ex parte moriebantur. Cum alvo dura

ac dissipata melius erumpebant variolæ & mor- billi, quam cum fluida.

Aqua nostra theriacalis ad primos sudores mo- vendos in pueris plus profuit, quam ullum aliud diaphoreticum. Huic in adultis theriaca vel diafor- dium admiscebatur.

Post sudores potus decoctionis ficuum variolas ad- modum (1.) propellebat, imprimis si glycyrrhiza & carduus benedictus, scabiosa, ciceres rubri, aliaque similia adjecta forent: Ab eo tamen abstinendum erat si alvus lubrica existeret.

Vulgares & rustici sterco ovillum & caballinum, in vino vel cerevisia tepidè maceratum, & per lin- teum colatum suis ægris exhibebant felici successu, hinc enim sudores & variolæ insigniter expellebantur.

Magna curationis pars in eo consistebat, si frigus ab ægris summà curâ arceretur. (2.)

Annotationes.) I. De usu & viribus ficuum, earum- que in curatione horum morborum utilitate, & de- coctis ex iis componi solitis, supra latius egimus *cap. 10.* Avicenna de earum viribus, *lib. 4. fem. 1. tract. 2. cap. 10.* ita loquitur. Aqua ficuum est bona val- de: ficus enim sunt vehementis expulsionis ad exte- riora, & illud est unum de causis evacuationis à no- cumento variolarum.

II. Hoc ipsum de frigore etiam notavit Avicenna, loco citato: Cum incipiunt, *inquit*, variolæ appa- rere, tunc fortassis erit infrigidatio causa erroris mag- ni, ex eo quòd retinet superfluitatem interioris; & defert eam ad membra principalia, cum eo quòd non sit eis possibile exire & apparere, & accidit inquietudo, & angustia, & fortasse accidit syncope. Imò oportet ut juventur superfluitates in hujusmodi dispositione, cum eis quæ faciunt ebullire, & ape- riunt oppilationes, sicut sceniculum, & apium cum saccharo, & succus eorum, aut decoctio radicum & feminum.

Hist. 2.) Filia Joannis Crasselt, octo annos nata, variolis laborabat, quæ primis tribus diebus per totum corporis cætem copiosissimæ epullularunt. Quar- ta die accessit tæcedo cum tussicula & ventris do- lore. Febris à principio huc usque in eodem ferè statu permanit. Sexta die diarrhoea purulenta cum torminibus intestinorum sequebatur, atque etiam per- tussim purulenta & sanguinea multa ejiciebantur. Me- dicamentis nihil juvantibus & viribus prostratis, octava die obiit. Eodem planè modo extincta fuit filia Nicolai ab Hervelt.

Annotatio.) In his ægris, procul dubio, variolæ etiam interna viscera, intestina & pulmonem, obse- derunt, & fortassis etiam hepar, aliaque plura, quor- um affectiones in hoc morbo lethales esse solent. Quòd autem interiora viscera interdum variolis cor- rumpuntur, illud ab autopsia docet Fernelius, *lib. 2. de abdit. cap. 12.* Sæpe, *inquit*, deprehensum, quos- dam ab interitu fuisse dissectos, quibus jecur, lien, pulmones, omniaque interiora, haud secus atque cutis, foedissimis papulis manentibus scaterent. Illud ipsum quoque notavit Paræus, *lib. 19. cap. 1.* mihi, *inquit*, & Richardo Huberto Chirurgo videre licuit in duabus puellis, quarum una quatuor, altera septendecim annos nata erat: utriusque enim ex morbillis (*putat variolas*) mortuæ & dissectæ interiora viscera cro- catis pustulis, his similibus quæ in cute emergunt, obsita visa sunt.

Hist. 3.) Uxor Jacobi de Claer, mulier 30. annor- um, febris correpta fuit non violenta, cum quadam soporositate, cardialgiâ, capitis gravitate & subinde levi aliquo intercurrente delirio: quæ autem vario- læ tunc grassabantur, suspicatus sum ei variolas subse- cuturas, utpote quibus nunquam laboraverat. Ad curationem igitur, alvo clystere subducta, sudorife- rum dedi.

℞ Theriacæ, dia cordii Fracast. an. drach. f. salis absinthii scrup. j. aquæ theriacalis unc. ij. Misce fiat haustus.

Hoc sumpto bene sudavit: sed morbo in eodem statu permanente, illud ipsum postridie reiteratum est, pari eventu, nam etiam ab isto sudore morbus non est immutatus. Tunc hoc decoctum bibendum præscripsi, & ægram per triduum in leni diaphoresi servari jussi, quod facile pertulit: nam erat bonæ indolis & Medico valde obediens.

℞ Hordei mundar. radicem tœniculi, an. unc. j. rad. helenii. unc. f. glycyrrizæ rasæ, drach. ij. cicerum rubr. unc. i. f. herb. scabiolæ, man. f. sem. tœniculi drach. i. f. ficus num. 17. aquæ q. f. fiat f. art. decoctum ad lib. ij.

Cum nec tunc quidem ulla variolarum indicia apparerent, iterum alvum clystere subdaxi, & postridie venam in brachio secari jussi. Die tertia rursus assumpto sudorifero, mediocriter sudavit, & exinde per decem dies continuavit in usu prædicti decocti. Postea, quia febris, cum anxietate, rursus aliquantum incrementum videbatur, & somnus gravior, magisque turbulenter fieret, rursus dedi superius medicamentum diaphoreticum, addendo extracti cardui benedicti unc. f. Cum ab hoc fortiter sudasset, coeperunt in cute passim apparere prænunciæ Variolarum, maculæ rubræ: ægra rursus in leni diaphoresi per biduum continuavit, decoctum ante memoratum pro potu bibens, & eoq; tempore variolæ admodum elevatæ sunt, & simul febris cum aliis symptomatibus paulatim evanuit. Toto morbi tempore in victu usa fuit jusculis tenuibus: alvum alternis diebus sponte semel evacuabat.

Annotatio.) In hac ægra propemodum desperaveram de variolarum eruptione, & me in judicio meo deceptam putaveram, nunquam enim tam tardè, scilicet vigesimo die, earum eruptionem futuram credideram: nec aded seram eruptionem unquam in aliis videram. Hinc patet verè dixisse Hippocratem, remedia quæ bene adhibentur non esse mutanda, quousque nulla alia urgens indicatio illa mutare cogat.

Hist. 4.) Filius Eduardi Wilmer, decem annorum, cum febricitaret, eique variolæ in variis corporis partibus apparere inciperent, ad eum vocatus fuit Egmundus Anglus, Chirurgus, qui ægrum ab anxietate, qua premebatur, liberaturus, medicamentum aliquod purgans exhibuit. Hinc brevi multum adaucta anxietas, & gravis diarrhœa, cum summa virium prostratione, subsequuta est. Variolæ protinus delituerunt, & æger sequente nocte obiit.

Annotatio.) Hippocrates, *sect. 1. aphorif. 21.* sic inquit: Quo natura vergit, eò ducere oportet, si vergat, per vias lege naturæ commodas. In Variolis autem natura vergit à centro ad peripheriam, eamque viam ad materiæ illius malignæ fermentantis & ebullientis evacuationem commodam esse, jam multis seculis docuit experientia. Quapropter Medicus in curatione hujus morbi illud imprimis advertere debet, ut naturam vel sponte suum opus peragere sinat, vel si debilis videatur, eam in sua actione adjuvet, non verò salutarem ejus motum alio contrario motu interturbet, & ad exteriores partes salutariter declinantem malignam materiam, ad interiores & nobiliores introrsum retrahat. Talia enim, (inquit Hippocrates, *4. aphorif. 2.*) educenda è corpore, qualia sponte prodeuntia utilia: quæ verò contrario modo prodeunt, cohibenda. At evacuatione per intestina, non educuntur talia qualia educere oportet, neque ea procedunt secundum salutarem naturæ motum, nec per vias lege naturæ commodas, ergo in hoc morbo, per intestina medicamentis evacuatio non est promovenda, &

Tom. IV. Pars I I.

si sponte procedat, citissime est cohibenda. Hinc etiam Rales, *de re med. lib. 10. cap. 18.* sic inquit: Summè cavendum, ne cui post eruptionem exanthematam, tunc sublimium, sive laterum, alvus medicamentis subducatur, promptè enim dysenteriam concitant præsertim in eminentioribus ecchymatis. Quod si alvus lubrica nimis fuerit coli beatus. Sic quoque Avenzoa variolis & morbillis laborantibus nulla purgantia exhibebat, neque ventrem movendum esse dicebat, nisi glandibus injectis, ut alvus spontè non fleret. Hæc ignoravit dictus Chirurgus Egmundus; atque in e per suam inscitiam illum ægrum occidit: quemadmodum illud etiam plurimis aliis contingere solet, qui doctos Medicos contemptus habentes, malunt ab hujusmodi ignavis agrytis & homicidis mortem auro, quàm à veris prudentibus Medicis sanitatem a se eximere.

Hist. 5.) Duæ sorores, Domicellæ juvenes; una 24. altera 26. annorum grassantibus Variolis sibi admodum metuebant ab hoc morbo. Contigit fortuna; ut in ad Templum itoris, eminus in planities in conspectum veniret puer quidam (ad minimum triginta passibus ab iis distans) qui à Variolis sanatus jam foras prodibat, faciem totam rubris maculis, à pustulis in ea residuis adhuc obsitam habens: à quo ambæ aded exterritæ fuerunt, ut se jam Variolis infectas esse putarent. Hinc ego statim ad ipsas invensus vocatus, accessi, huncque metum multis rationibus discutere annixus fui: utque iis, siis mediis satisficeret, utriusque medicamentum clementer purgans præscripsi, à quo convenienter fuerunt purgatæ: uno die interposito, utriusque venam in brachio secari, & bono animo esse jussi: utque se melius, & certò certius ab hoc morbo præservatas esse crederent, in victu omnia illa prohibui, quæ ad morbi hujus suscitationem aliquid conferre posse videbantur: apozemata quoque aliqua ex cichoraceis, aliisque refrigerantibus, bibenda dedi: potrò mandavi ut ambulationibus, & gratis amicorum visitationibus ac colloquiis, aliisque quibuscumque modis, dictam conceptam imaginationem ex animis suis excuterent: Sed frustra hæc omnia fieri tentata, quippe jam altis radicibus illa modo erat impressa & infixæ, ut eradicari non posset. Postquam sic per quatuordecim dies sanæ viassent, deambulassent, alios invisissent, & interea semper de variolis cogitassent, tandem, sine ulla contagionis occasione, ambæ simul febre correpta fuerant. Cum jam utriusque ad curationem sudoriferum desissem, sequenti die parvæ maculæ rubicundæ in facie & manibus apparuere, eæque dato decocto siccaum, brevi altiores factæ in variolis deserunt, quæ toto corpore, & imprimis in facie, copiosissime eruperunt, sicque febris, anxietas, aliæque symptomata deserunt, tque ipsæ, nec sordida linteamina spatio quatuordecim dierum mutantes, nec ullum in dicta errorem committentes, sed exactè ad meum præscriptum ordinem viuentes, ut nec Variolas scalpendo detrahentes cum valde exigua defœdatione sanatæ sunt.

Annotatio.) Quam stupendæ sint imaginationis vires (de quibus egregium librum conscripsit Thomas Ficus) in multis experimur: hæc quippe, mediis animi motibus, sæpe mirabilia præstat: quæ de re pluribus egimus in nostro Tract. de Peste, lib. cap. 8. annot. 1. & lib. 2. cap. 7. annot. 9. Sic etiam in hisce duabus Domicellis ex continua firmaque cogitatione per antecedentem terrorem inducæ, tam fortiter illa Variolarum idea animo, & hinc spiritibus ac humoribus fuit impressa, ut ab ea tandem in his spiritibus & dispositio ad Variolas fuerit genita. Memini me eodem anno invisisse nobilem Germanum, qui somniaverat, se invitum ad ægrotum quendam variolosum, valde deturpatam faciem habentem, pro-

X

gradum

tractum fuisse, quod somnium tam firmiter animo ejus impressum hæsit, ut nullo modo illius cogitatio discuti vel abigi potuerit: sanus vixit per tres ferè septimanas: tunc in febrem incidens variolis copiosissimis perfusus est.

Hist. 6.) Pharmacopœus fortis, vir circiter 30. annorum, cum aliquando domum cujusdam civis ingressus, illic ex improvise inveniret ac conspiceret ægrum tota facie Variolis obsessum, à fœditatis istius aspectu nonnihil inhorruit, & sic discessit. Paulò post, ut hanc conceptam phantasiam discuteret, vinum copiosius ad hilaritatem bibit, & tribus quatuorve sequentibus diebus genio, cum aliis, liberaliter indulgit; sed interim tamen cogitationem illam, de fœdo istius ægri aspectu, à se excutere non potuit, quamvis alioqui esset homo admodum intrepidus. Sexta die febris corripiebatur, cum summâ anxietate, somno maximè inquieto, & subinde levi aliquo delirio: hanc, post bis sumptum sudoriferum, tertia die sequiebantur maculæ rubræ, variolarum prænunciæ, quæ spatio 24. horarum copiosissimæ prodierunt, quæ eruptione febris, omniaque symptomata evanuerunt, & æger post tertiam septimanam sanitati restitutus, rursus foras prodit.

Annotatio) Nullis meticulosis auctor esse velim, ut ad peste aut variolis laborantes accedant: nam si talis variolosi visio hujusmodi virum intrepidum tantopere moverit, quanto magis afficeret meticulosum? Quæri jam posset, an hic Pharmacopœus contagio fuerit infectus, an verò alia de causa morbum contraxerit? Contagium minimè culpandum videri, ex eo patet, quòd hic intrepidus vir aliàs plurimis aliis variolosis diutius adfuerit, sine ulla sui læsione. Causa potius fuisse videtur repentina illa conturbatio animi & spirituum, quàm ex improvise fœdi istius ægri variolosi conspectu concepit, & exinde continua cogitatione fovit: ex qua idea in corpore talis dispositio enata fuit, quæ tandem variolas produxit. Si jam aliquis clarè possit explicare quomodo res illa peragatur, ille nobis erit magnus Apollo.

Hist. 7.) Juvencula viginti duorum annorum, plethorica, bene colorata, subpinguis, febris mitiore correpta, præter magnas anxietates, & levia intercurrentia deliria, toto bidui spatio frequentes & validas convulsiones epilepticas & subinde graves lypothymias, ita ut adstantes eam suffocatione uterina laborare & repente morituram existimarent. Ego advocatus, cum menstruam periodum ante octiduum præcessisse intellexissem, alvum clystere subduci, & eadem die etiam brachii venam secari jussi. Circa vespere hoc sudoriferum dedi.

℞. Theriacæ Androm. drach. j. cornu cervi usti, extracti cardui ben. salis ejusdem, ana scrup. i. aquæ theriacalis, cardui ben. ana unc. j. olei succini, gut. iij. misce, fiat haustus.

Hoc assumpto, ea nocte fortiter sudavit, cum summo levamine, neque convulsiones, aut lypothymie redierunt. Postridie passim ubique in cute apparere cœperunt maculæ rubræ, violarum prænunciæ. Pro potu dedimus hoc decoctum.

℞. Rad. helenii, glycyrrizæ rasæ, ana drach. iij. hordei mundat. unc. j. cicerum rubr. unc. j. f. sem. fœniculi, drach. ij. ficus, num. 16. passularum mundat. unc. j. f. aquæ q. s. fiat decoctum ad lib. 2.

Hinc variolæ copiosissimæ prodierunt, omnibusque cum febris symptomatibus protinus cessantibus, quarta septimana sanitati restituta, & quasi è Cerberi faucibus erepta, rursus foras prodit.

Annotatio) In hoc morbo pessimi ominis sunt tales convulsiones epilepticae ac lypothymie, & nisi variolæ citò erumpant, maximum periculum metuendum venit, quippe facilè posset æger ab iis enecari ante variolarum eruptionem. Neque in mirum;

nam malignum hoc inquinamentum cur graviter affligit, ut ex febre, anxietate, & lypothymia patet, necessariò adhuc majus periculum metuendum est, si etiam alterum primarium ac animale viscus, scilicet cerebrum, non minùs affligat.

Hist. 8.) Rutgerus Schorer, adolescens quatuordecim annorum, filius natu maximus hospitis mei Isaaci Schorer, mense Septembri febris & variolis correptus fuit, easque toto corpore copiosissimas habuit. Cum ille jam convalescens ad decimum quartum diem pervenisset, ejus frater Isaacus Schorer, duodecim annorum, iisdem valde copiosis correptus fuit. Cum hic ad decimum sextum diem pervenisset, Variolæ invaserunt eorum sororem Mariam Schorer, decem annorum. Cum & hæc convalescens ad diem decimum quartum pervenisset, variolis copiosissimis correpta fuit altera filia domus, priorumque soror, natu minima, Machtilda Schorer, octo circiter annorum. Interea duo filii, priores hoc morbo detenti, pristinam sanitatem consecuti sunt, & foras exierunt. Cum ultima illa Machtilda Schorer, circiter viginti diebus cubiculo inhæsisset, rursus secunda vice febris & Variolis correptus fuit Rutgerus Schorer, & eo ferè sanato Isaacus Schorer, hocque ferè persanato Maria Schorer, & tertia post hanc septimanam Machtilda Schorer. Atque sicut prima vice morbus ordine à natu majore ad natu minimam descenderat, sic etiam, tam brevi illo interstitio interposito, rursus eundem ordinem observavit secunda vice, nec unquam duo simul illo morbo correpti fuerunt; & quod mirandum, omnes illi quatuor tam illæsi ab hoc morbo evaserunt, ut eorum nemo à variolarum foveis aut cicatricibus in facie defœdatus fuerit, quod magna ex parte impetratum putari debet, per summam quam in curatione (nam erant nostri domestici, in quos singulis ferè horis oculi convertebatur) adhibuimus diligentiam.

Annotatio.) Rarò variolæ bis terve eandem hominem invadunt, propterea quòd communiter in prima invasione totum illud specificum malignum inquinamentum, sanguini partibusque inhærens, per fermentaceam ebullitionem segregatum, excutitur. Quæ effervescentia si non satis valida fuerit, tunc interdum contingit ut corpus ab illo inquinamento prima vice non omnino depuretur, atque hinc post aliquot annos ex residua parte, nova aliqua occasione rursus in actum suscitata, Variolæ iterum gignantur. Sed quòd tali ordine quatuor ejusdem viri liberos, à natu majore ad minimum prehenderit, idque tam brevi interjecto spatio bis, & singulis vicibus copiosissimæ eruperint hoc aliàs in praxi nunquam nobis videre contigit. Si fortè prima vice pauca epululassent, aliqua de inquinamenti reliquiis, propter debilem fermentationem non sufficienter sequestratis, suspicio fuisse potuisset, sed jam cum propter variolarum tam prima, quàm secunda vice toto corpore prorumpentium immensam copiam, illa suspicio penitus tollatur, quorsum, quæso, alio hujus rei causam referemus, quàm ad occultum & inexplicabile quid; quod in variolis non minùs quàm in peste latet? & quorsum alio etiam illud, quod ego ipsemet, qui jam ferè septuagenarius sum, non solum cum his, sed cum mille etiam aliis variolosis diu multumque conversatus, & nunquam tamen variolis infestatus fuerim; cum illud contagium quoslibet alios tam facilè inficere soleat?

Hist. 9.) Virgo viginti trium annorum, plethorica & fortis, cum repente in magnam febrem, summæ anxietati conjunctam, incideret, suo Marte assumpsit drachm. unam theriacæ cum pauxillo vini: hinc sudore copioso provocato, mox simul copiosissimæ toto corpore eruperunt variolæ, sed febris anxietasque, non modò non imminutæ, sed graviore factæ fuerunt.

Tunc

Tunc meum consilium, at nimis serò, imploratum fuit, quippe propter virium magnam prostrationem, vix quidquam remedii adhiberi potuit. Dedi tamen bis oculorum cancri præpar. drachmam unam cum patuxillo decocti hordei & julebum gratum præscripti. Sexta die, matutino tempore, menstrua copiosa, extra periodi tempus, fluere cœperunt, & eadem die, quæ habenus elevatæ fuerant variolæ, subsederunt, ac depressæ evaserunt: febris autem, cum anxietate, plurimum adauctâ, ægrâ sequenti nocte, viribus omnino collapsis, extincta est.

Annotatio.) Hoc eodem tempore adhuc duæ aliæ juvenulæ variolæ, præter expectationem erumpente extra periodi tempus menstruo fluxu, brevi perierunt. Idque in hoc morbo etiâ aliâs multoties à nobis observatum, cum valida sit sanguinis ebullitio, & copiosissimæ variolæ profiliunt, sine febris & symptomatum imminutione, tunc pessimum, imò lethale signum esse, si menstrua extra periodi tempus erumpant, tales enim ægrotæ vix unquam servantur, quamvis etiâ septimo, aliove critico die illa eruptio contingat. Imò & hoc notavimus, si durante, illa variolosa ebullitione menstrua quoque erumpant tempore debito & ordinariæ periodi, tales ægras etiâ tunc maxime periclitari, earumque multas mori, licet ab illa evacuatione aliquod insigne levamen sperari posse videatur.

Hist. 10.) Anna de Durenburgh, juvenula viginti annorum, febriculâ, cum anxietate correpta fuit: aderant etiâ capitis gravitas, cum inclinatione ad somnum, subinde leve aliquod delirium, pavor in somno, & sitis mediocris. Assumpto diaphoretico, & sudore copioso provocato, mox apparuerunt variolæ. Postea sequentis decocti quater, quinquies aut sexies de die haustum bibit.

℞. Hordei mund. unc. j. rad. helenii, drach. v. glycyrrisæ rasæ drachm. ij. cort. aurantior. drachm. ij. herb. scabiosæ man. j. l. fem. fœniculi drach. j. sem. 4. frigid. major. an. scrup. iv. ficus pingues, num. 15. passularum mund. unc. i. l. aquæ q. l. fiat apozema ad lib. ij.

Cum hujus decocti usu variolæ jam satis essent expulsa, jussi ut cum molli spongia jure vervecino tepido intincta totam faciem sæpe fomentaret: sed cum illud casu haberi non posset, & illa tamen topicum aliquod ad faciei præservationem à me peteret, jussi ut totam faciem bis de die illineret cum oleo raparum veteri. Hoc facto, variolæ in facie non devenerunt adeò magnæ, ut in reliquo corpore, citius etiâ maturaverunt, & crustis tandem sponte decidentibus, nullæ omnino foveæ in facie remanserunt. Continuatâ fuit hæc inunctio usque ad sanationem.

Annotatio.) Si variolæ non sint magnæ & contiguæ, ad præcavendas foveas plerumque nihil adhibere, sed naturæ totum negotium committere solemus, utpote quæ illud plerumque melius absolvit sua sponte, quam Medici arte, dummodo ipsimet ægri pustulas scalpendo non detrahant, sed exsiccari & sponte decidere permittant: hoc quotidiana docet experientia, quippe milleni optime sanantur sine ullis foveis aut vestigiis, quibus nulla topica sunt adhibita: multi etiâ sunt qui varia topica sine judicio adhibuerunt, & longè peiores foveas retinuerunt, quam si absque illis topicis naturæ negotium commisissent. Verùm si variolæ sint valde magnæ & contiguæ in facie, aut si tales fuerint ægri qui sibi non patientur satisfieri (hoc familiare est domicellis virgunculis, pulchritudini suæ studentibus) nisi Medicus aliquod topicum adhibeat, tunc talia sunt præscribenda quæ leniunt & emolliunt pustularum crustas, in iisque contentam materiam ad ciciorem maturitatem perducunt. Eam in finem oleum raparum frequenter inunxi, felici successu, sic enim nulla, vel pauca & exigua va-

Tom. IV. Pars II.

riolarum vestigia relicta fuisse, sæpius comperi, quod tanquam magnum secretum, mihi aliquando communicatum fuit ab insigni Medico practico Hariscampio. *Forestus, lib. 10. observ. 57.* Variolis inungit oleum amygdalarum dulcium, donec exsiccentur, atque ita scribit nulla vestigia relinqui, idque remedium sibi adeò placere dicit, ut nullum aliud præstantius reperit, cum odorem non habeat, & neque pueris neque adultis molestum sit. Imprimis autem in hoc casu cavendum ne exsiccantia in principio, aut etiâ postea adhibeantur, hæc enim ulteriorem puris maturationem inhibent & crustas foveasque exsiccando, novæ carnis generationem impediunt: quæ de re miserandum exemplum scribit *Forestus, lib. 10. observ. 45.* Cum quidam, inquit, triginta annorum, variolas incurtisset, ac butyrum prius in sartagine ad nigredinem coctum (tunc valde exsiccat) ex mulierculæ cujusdam consilio accepisset, & totam faciem eo oblevisset, facta est crusta admodum foeda, totam faciem exulcerans, ita ut unum oculum perdidisset, & nisi ego commoda adhibuissem remedia, alterum quoque oculum non retinuisset. Propterea animadvertimus quosdam sæpissime nullis adhibitis hujusmodi remediis, melius convaluisse. Et ideo quamvis auctores scribant, quædam maturativa esse apponenda, id cum diligenti cautione faciendum.

Hist. 11.) Domicella nobilis octodecim annorum, cum mihi bene valeret, me vocari jussit. Leviter febricitabat, & conquerebatur de cordis anxietate (hinc alta sæpe suspiria ducebat) & capitis gravitate, cum inclinatione ad somnum. Propter præsentem constitutionem, qua variolæ grassabantur, mox mihi incidit suspicio de variolis. Hinc cum mihi dixisset se alvum ea die dejecisse, atque etiâ à mensura periodo longius abesse, sine mora venam brachii incidit, & sanguinis uncias octo (nam erat plethorica) extrahi curavi. Hinc se aliquantum levatam dicebat. Post horas decem à venæsectione, cœperunt in pectore & manibus paucæ & parvæ quædam maculæ rubræ apparere. Exhibui circa verperam hoc diaphoreticum.

℞. Theriacæ Andr. diafscordii Fracast. ana drach. f. salis absinthii, confectionis de hyacintho, ana scrup. j. aquæ theriacalis, Cardui ben. ana unc. j. misce, fiat haustus.

Hinc cum tota nocte mediocriter sudasset, postridie compertum est variolas aliquantò altiores expululasse, & febrem, cum anxietate, ferè totam evanuisse. Decoctum ficuum ex cerevisia tenui dedimus pro potu. Atque sic illa his paucis fuit persanata, & in facie non nisi tres quatuorve, & reliquo etiâ corpore valde paucas habuit variolas.

Annotatio.) Quid de venæsectione in hoc morbo sentiendum & quando illa instituenda sit, supra latius explicavimus cap. 8. Illud autem in ea observavi, si in plethoricis tempestivè instituat ante ullam variolarum eruptionem, tunc longè facilius, multoque pauciores eas erumpere, & facilius sanari. Ac proinde, in iis præcipuè, qui de suæ faciei pulchritudine admodum solliciti sunt, eam tempestivè instituere utilissimum censeo, cum sic pauciores variolæ & minores in facie procedant. Sed quia Medicus plerumque vocatur, cum jam variolæ erumpere incipiunt, hinc sit quòd venæsectio rarò institui possit.

Hist. 12.) Filiolus Nicolai ab Hervelt mense Augusto ægrotare cœpit: febricitans erat, cum magna proclivitate ad somnum. Cum autem in principio vocarer, & mihi statim de variolis suspicio foret, squam theriacalem, cum lapidis bezoartici & croci pauxillo, exhibui, (alia ingrati saporis dari non poterant, quia puellus erat trium annorum) & ad oculorum præservationem jussi, ut crocum cum lacte muliebri miscerent, eoque palpebras circum circa illinerent.

X 2

Amiça

Amata (quæ ægræ curam habebat) me absente, crocum majore, quam solet, quantitate lacti admiscuit; eoque non oculos tantum, verum totam quoque faciem inunxit bis de die. Horribilis profecto pueri, à croco ita flavescens, erat aspectus. Interea puellus satis bene sudavit, & exinde adhuc ter cochlear aquæ theriacalis assumpsit, atque in mediocri calore servatus fuit, & decoctum ficuum simplex (quod amabat) pro potu bibit. Postidie minimæ quædam rubræ maculæ hic illic in cute videri cœperunt: tertia autem die variolæ per totum corpus magis copiam eruperunt, excepta facie, in qua nullæ omnino, imò ne minima quidem earum signa apparuerunt, unde tamen puer se pejor non habuit, cum reliquo corpore satis copiosè epullularent: Febris erumpentibus variolis evanuit, & sic tandem hic puellus, facie à variolis profusè immuni & illæsâ servatâ, integre sanitati restitutus fuit.

Annotatio.) Crocus leviter astringendo, aliquantulum repellit & exsiccât, an verò ob hanc facultatem foris adhibitus variolarum eruptionem impediât: vel an ob aliud specifici & occulti quid, quod ei fortè inest, ille effectus fiat, incertus dubito: interim effectum ipsum vidimus, non solum in illo puella, sed etiam in tribus quatuorve aliis, nam dicti ægri amata, cum illum eventum aliis mulierculis hic illic narrasset, fuerunt etiam aliæ, quæ in suis ægris illud ipsum experimentum tentarunt, simili felici successu: an felix ille eventus semper successurus sit? aliâ, data occasione, experiemur.

Hist. 13.) Nobilissima Domina Lucas, Anglæ, Domicellam juvenulam, fratris sui filiam, domi suæ alebat, sex septemve annorum. Cumque illa febricitate, anxia & soporosa esse inciperet, meo consilio, pauxillum pulveris liberantis, cornu cerviusti, lapidis bezoartici, & croci, cum aquæ theriacalis uncia una exhibitum fuit, quo sudor satis bene processit, cum aliquo levamine. Pro potu bibit decoctum cornu cervi cudi (quæ nammodum illud pro gelatinis præparari solet) & subinde etiam decoctum ficuum simplex. Interea Damia Lucas (quæ inter mulieres magnates erat Medicastera aulica) totam ægræ nostræ faciem quotidie bis terve lavavit cum aqua illa cinnamomi, quam communiter vendunt nostri Pharmacopœi (hæc constat ex cinnamomo in aqua borraginis distillato) eamque in continuo calore satis diligenter servavit. Die secunda circa vespertam rubræ maculæ hic illic apparere, & die tertia variolæ copiosè erumpere cœperunt, excepta facie, in qua ne una quidem videri potuit. Illa dictam faciei lotionem adhuc per aliquot dies continuavit. Interim evanescente post eruptionem febre, nostra ægra feliciter fuit sanata, nec ei ullam variolarum vestigium in facie superstes reliqui potuit.

Annotatio.) Illa ipsa idem illud consilium dedit dominæ Couper, quæ cum etiam tribus suis liberis, variolis laboraturis, similiter faciem cum aqua cinnamomi lavisset, etiam nullæ variolæ in facie eruperunt. An ille successus semper adeò felix sequaturus sit, plurimum ægrotorum experientia notum fiet. Sed interim considerandum venit, annon, in facie sic inhibita variolarum eruptione metuendum sit, illas meningibus aut cerebro aliquod gravius malum illaturas.

Hist. 14.) Domicella Ruchabor, juvenula 24. annorum, adeò pulchra, ut multis admirationi esset, mense Augusto, febris & variolis correpta fuit, eique totum caput mirabiliter intumuit. Cum ex meo præscripto variis medicamentis usâ fuisset, & variolæ per totum corpus copiosissimæ erupissent, faciemque valde obsiderent, & tandem febris cessasset, & caput rursus detumuisset, atque ego jussissem ut faciem cum jure vervecino sæpe formentaret: illa his non contenta, ut pulchritudinem suam magis illæsam con-

ret, ex consilio quarundam muliercularum, variolas maturas acu aurea sibi aperiri curavit, & pus expressit. Sed quo, quæso, eventu? tandem illa, quæ nullas foveas superflites futuras sibi persuaserat, persanata faciem innumeris foveis ac vestigiis admodum defœdatam retinuit, ita, ut è formosissima valde deformis evaserit, & hunc stultum perforationis actum millies deploraverit.

Annotatio.) Quamvis multi Medici, ut faciem à cicatricibus ac foveis præservent, variolas maturas acu aurea aperire jubeant, tamen experientia millies edocti sumus, tunc multò plures foveas relinqui, & curationem multò melius peragi, si acus & manus non admoveantur. Hinc Sennertus, *lib. 4. de febr. cap. 72.* sic inquit: Tutissimum plerumque est, præcipuè ubi sanies alba & proinde cocta apparet, rem totam naturæ committere, cum experientia docuerit, eos quibus variolæ sponte apertæ & exsiccatae sunt: minore cum deformitate, & minoribus relictis vestigiis, sanatos fuisse. Cum Sennerto consentit Gregorius Horstius, *part. 2. lib. 1. in append.* Quam periculosum autem sit variolis manus & topica adhibere, docet Forellus, *lib. 6. observ.* exemplo juvenulæ. Cum malum, inquit, in declinatione jam esset, atque ipsa linimenta exsiccantia, faciei adhibenda, mihi proponere, suadebam, ut ab iis abstineret, totumque negotium naturæ committeret, cum sanies alba concocta à variolis per se ruptis efflueret, & imperavi ne digitis crustas avelleret, & ut à frictione abstineret, quanquam pruritus sentiret. Verum cum à vellendo variolas non abstineret, quibusdam non maturis; deinde cum ex muliercularum consilio ad exsiccationem pinguedinem seu cremorem lactis adhibuisset; facies crustâ obducta est admodum fœda, & vestigia relicta fuere, atque oculis rubedo oborta est, quæ postea vix curari potuit, & totâ virâ adhæsit. Ratio quare apertis variolis tanta mala contingant, supra videatur, *cap. 12.*

Hist. 15.) Domicella nobilis 20. annorum, cum consodali variolis laboranti paulisper adfuisset, aliquod ab ea contagium suscepisse videbatur. Eadem vespertâ caput ipsi grave, & ventriculus inappetens evasit; cum lassitudine ponderosa totius corporis. Postidie febricitans inventa fuit: prædixi variolas expectandas esse. Dedi mox haustum diaphoreticum, à quo bene sudavit, & in leni diaphoresi illam tota insequente nocte detineri jussi. Tertia die, matutino tempore, illam toto quidem corpore bene contedam, sed pedes à lægo pendulos, & vasi subjecto in lacte dulci calido usque ad furas immisos habentem, inveni. Hoc fecerat ex muliercularum quarundam consilio, quæ ipsi persuaserant, si pedes in lacte calente balnearer, tunc nullas variolas faciem invaluas. Continuavit in isto lactis balneo tota die, usque ad vespertam. Interea Variolæ illa eodem die erumpere cœperunt, sed nunquam majore copia prodierunt quam in facie, atque sic illud consilium, de pedibus in lacte balneandis, profusè inutile inventum est. Ægra tamen in cœteris meum consilium secuta, bene persanata est, & in facie non valde multas foveas à variolis retinuit, atque exinde lacteum illud consilium miles irritis.

Annotatio.) Felix in eo fuit hæc ægra quòd ista balneatio ipsi non malè cesserit, quia quantumvis bene contecta foret, tamen per illam ventilationem facilimè ad ægram frigus aliquod accedere, eique magnum damnum inferre potuisset. Memini me postmodum illud ipsum balneum in aula Baronis de Brederode, adhibitum vidisse in Domicella quadam pedissequa, variolis laboratura, sed pari, ut in priore, successu, atque exinde illud in ista aula omnem fidem perdidit, quam etiam apud me nunquam habuit, etsi illud à mulierculis admodum laudari audiverim. *Hist.*

Hist. 16.) Mense Octobri, duo filii N. Romburch, œnopolæ, ætatis sex, & octo annorum, febrî correpti fuere. Parentes postridie singulis exhibuerunt theriacæ drachm. s. unde sudor mediocriter provocatus: pro potu dederunt decoctum sicuum simplex in cerevisia tenui factum. Tertia die aliquæ maculæ rubræ, & exinde variolæ copiosissimæ toto corpore eruperunt, earumque etiam multæ oculorum palpebras obsederunt, atque hincillæ ad eodæ tumidæ evaserunt, ut oculi penitus occluderentur. Tunc meum consilium petitum est. Cùm pueri, pro ratione temporis morbi mediocriter sese haberent, nullum medicamentum exhibere, necesse visum fuit: solummodo iussi ut parentes per mollem spongiam ter quaterve de die oculos tepidè foverent, cum decocto althææ, flor. meliloti, rosarum, fœnugræci, &c. & digitis semel aut bis de die palpebras à se invicem dimoverent, sicque oculos nonnihil aperirent, ut sub eis collectus liquor effluere posset. Sed parentes hoc neglexerunt, stulto amore metuentes se filiis illa contrectatione aliquem dolorem inducturos. Die decimo quarto, variolis jam ad maturitatem deductis, detumuerunt etiam palpebræ, & oculi aperti sunt, sed observatum ambos filios esse planè cecos, & ab illo liquore tot diebus intra oclusas palpebras detento, viscidoque facto, pelliculam ante pupillam & iridem fuisse enatam, quæ instar velaminis cujusdam serè totum oculum contegebat. Hic inexpectatus casus admodum contristavit parentes. Præscripsi hunc pulverem.

℞. Sacchari candidi albiissimi drachm. ij. lapidis calaminaris scrup. j. fiat pulvis subtilissimus.

Hunc à Chirurgo bis terve à die per pennam scriptoriam à pluma rescissam, in oculos insari iussi. A parvo dolore hinc excitato palpebræ frequentius forsùm deorsumque motæ: & sic pelliculæ istæ paucis diebus detritæ, ac cum lachrymis foras elapsæ fuerunt, ita ut exinde nullum visus impedimentum his pueris amplius superfuisset.

Annotatio.) Illud multoties nobis in praxi videre contigit, quod ob palpebras à variolis tumidas atque oclusas hujusmodi pelliculæ in oculis enatæ fuerint, sed illas, quia foris pupillæ obhærent, tali pulvere semper facilè detrivimus, si mox à principio detumescentiæ palpebrarum & apertionis oculorum adhiberetur. At si aliquandiu expectatum fuerit, & pelliculæ ab aëre externo jam magis exsiccatae & induratae sint, tunc tam levi medicamento non facile cedunt, sed acrioribus utendum, & majore cum molestia ac dolore illud vitium tollendum est. Duo igitur hic observanda veniunt. Ut palpebræ tumidæ, etiam invitis ægris, quotidie semel atque iterum digitis à se invicem dimoveantur, & sic liquori intus contento exitus concedatur. 2. Si fortè illic pelliculæ enatæ fuerint, ut earum curatio non diu differatur, sed cito instituat, antequam ab externo accedente aëre indurentur.

Hist. 17.) Mense Octobri, ad pagum Bommel, eum Chirurgo, vocatus, ad invisendum rusticum in pectore vulneratum, casu apud eundem invenimus puerulum octo annorum, febricitantem, ac summa anxietate pressum: eumque ibi nulla medicamenta nobis ad manum essent, suasi ut sumerent unc. j. stercoris ovilli recentis, idque per duas tresve horas macerarent in cerevisia tenui, & postea colaturam calidè exhiberent, sicque puerum contegerent, & sudores provocarent. Dicebam me postridie eò rediturum, & alia medicamenta allaturum. Sequenti die reversus intellexi puerum ab illo haustu egregiè sudasse, cumque illum propius adspicerem, videbam ipsi morbillos valde copiosos erupisse, ab eoque eruptione febrim serè evanuisse, & magnam anxietatis partem recessisse. Iussi ut eum in calore servarent per triduum aut quatrimum,

Tom. IV, Pars II.

omneque frigus ab eo arcerent. Atque ita, sine ulla aliis remediis, sanitati restitutus est.

Annotatio.) In hoc puero variolas expectaveram, sed prodierunt morbilli, quorum prima curatio cum variolis eadem est. Stercus ovillum recens hos & illas æquè potenter expellit, ac proinde in utroque casu valde utiliter exhibetur, præcipuè in locis, ubi alia medicamenta ad manum non sunt. Inveniuntur qui huic præferunt stercus caballinum, eodem modo exhibitum: sed ovillum longè efficacius esse docet sapor, quo sal nitrum, seu potius specificum aliquod sal diaphoreticum ei copiosius inesse, gustu manifestum sit.

Hist. 18.) Juvenis 26. annorum, fortis & plethoricus, post gravia pilæ & gladiatorii sudis exercitia, atque intermissas vini potationes, incidit in febrim vehementissimam, cum magna siti, oris ariditate, summa anxietate & inquietudine, aliisque gravibus symptomatibus. Huic, post injectum clysterem venam secari iussimus; julebos ad sitim, atque apozemata & condite refrigerantia præscripsimus. Tertia die purgatus est, haustu ex infusione foliorum fenæ & rhabarbari, cum admixto electuario diapruno: hinc quinque sexve sedes habuit. Ardore autem cum febrî permanente, quarta die iterum vena secta est. Quinta & sexta die continuatum in usu julebi, apozematis, & conditi refrigerantis. Nox quæ sextam diem sequebatur, ad eodæ gravis erat, ut vix ulla spes vitæ superesse videretur, & jam moriturus putaretur. Septima die circa meridiem, undequaque per totum corpus morbilli criticè eruperunt: hinc febris, cæteraque urgentia symptomata tantopere remiserunt, ut æger sequente nocte aliquantulum dormiverit: eaque sequentibus duobus diebus sensim in totum evanuerunt. Decima die imminui cœperunt morbilli, & duodecima penitus disparuerunt. Sic ille æger, qui jam cum Charonte de naulo pacisci videbatur, præter multorum expectationem sanitati restitutus fuit.

Annotatio.) Principium hujus morbi tale erat, ut nulla morbillorum suspicio subesset, atque hinc æger, tanquam febrî ardente laborans, à nobis tractatus fuit, quæ tamen febris tandem per criticam morbillorum evacuationem feliciter finita fuit.

Hist. 19.) Juvenis fortis, febrî valida correptus est, cum pulsu crebro, parvo, & inæquali, magna anxietate, capitis gravativo dolore, soporositate, somno turbulento, & leni aliquo delirio. Postposita alvi subductione, libenter venam secuissem, cumque id permittere nollet, circa vespèram dedi hoc sudoriferum.

℞. Theriacæ, scrup. ij. diascordii Fracast. scrup. j. f. confect. alkermes, extracti cardui ben. salis absinthii, an. scrup. j. aquæ nostræ theriacalis, cardui ben. an. unc. j. misce, fiat haustus.

Cùm hinc bene sudasset, & tamen morbus in eodem statu permaneret, postridie illud ipsum reiteratum, & ab eò rursus bene sudatum fuit, tuncque rubræ maculæ parvæ, variolarum prænunciæ in cute passim apparere cœperunt: febris tamen, aliisque symptomata, etsi aliquantulum imminuta viderentur, tamen persisterunt. Suasi ut æger in leni diaphoresi conservaretur, & subinde hujus decocti haustum biberet tepidè.

℞. Cicerum rubr. unc. j. f. hordei mundat. unc. j. herb. scabiosæ, m. j. f. ficus pingues num. 16. pasularum mundat. unc. ij. aquæ q. s. fiat decoctum ad lib. ij.

Hinc intra biduum variolæ maxima copia undequaque eruperunt, & clariores evaserunt, febrî tamen & anxietate permanentibus, ita ut æger omnino de vita periclitari videretur. Hac de causa necessariam duxi, superius sudoriferam rursus exhibere.

X 3 Hinc

Hinc sudore paulò majore provocato, & decocto sicuum insuper per biduum continuato, die septimo, præter expectationem toto corpore inter variolas passim apparuerunt morbilli, atque tunc febris, aliaque symptomata mitiora evaserunt, ac paulatim in totum dederunt, ægerque quarta ab exordio morbi septimanâ feliciter sanus, rursus foras prodiit.

Annotatio.) Hoc in tota mea praxi me tantùm his terve vidisse memini, scilicet quòd variolis adjunderentur morbilli: ex qua tamen observatione liquet, etsi ambo hi morbi ratione inquinamenti aliquid commune habeant, tamen ratione subjecti, cui illud inquinamentum inhæret, eos etiam aliquid distincti & diversi habere: quænam alioqui causa fuisset, quòd in hoc ægro totum inquinamentum cum variolarum expulsionem non fuisset evacuatum? Interim hoc mirandum subest, quare morbilli, subtiliori seu tenuiori materiæ inhærentes non eruperint priores, ante variolas, cum materia tenuior ad eruptionem magis prompta & apta videatur, quàm crassior.

Hist. 20.) Nobilis Bataviensis, febrim correptus fuit, cum pulsu forti, sed valde inæquali, item cum anxietate, siti, inquietudine, leni delirio, & levibus extremorum convulsivis motibus. Alvo clystere subductâ, venam secari jussi. Circa vesperam ab assumpto sudorifero fortiter sudavit. Morbo autem in eodem statu permanente, postmodum reiterato sudorifero, rursus fortiter sudavit. Hinc symptomata nonnihil remiserunt, sed æger cepit conqueri de molesta punctione seu pruritu in cute totius corporis. Paulò post animadversum est, hic illic magnas rubras maculas, amplitudinis, alias dactylis imperialis, alias dimidiæ manus, plûs minus, in cute apparere, quæ quasi igneæ conspiciantur, & hic illic exilibus pustulis, instar milii seminis, interspersæ erant. Hæ maculæ unius diei spatio coierunt, & per totum corpus extensæ fuerunt, ita ut totum ruberrimo florido colore excandesceret. Interea febris & symptomata evaserunt mitiora. Triduo post, generalis illa totius rubedo imminuta fuit, & maculæ ad priorem invasionis statum redierunt, atque exinde intra tres dies penitus evanuerunt, & sic æger, decedente per squamulas totius corporis cuticulâ, sanitati restitutus fuit.

Hic affectus, quem Forestus purpuram, & rubores nominat, morbillis finitimus est, & curatione ab his non distat: at subjectum cui vitiosum ejus inquinamentum, inhæret, fervidius est, quàm subjectum morbillorum, verùm æquè facillè discutitur, neque exiles pustulæ suppurantur, sed à calore dissipantur.

Hætenus Historia è Clariss. Diemerbroëckio; sequuntur jam alia è Praclarissimi Domini Richardi Morton Tractatu de Variolis excerpta.

Hist. 1.) Filius Domini Hunt habitantis in vicò dicto *Snore hill*, 11. annos natus, tempore hyemali Anno 1686. Lassitudine, Nausea, Vomitione, Cephalalgia ingenti, &c. correptus per biduum intensè febricitabat, tertio autem die Exanthemata Specie tenus Variolosa in Facie, & ubique in universa Cute dispersa hic illic erumpebant, quæ nescio quader causa (namque Puer tunc temporis ab Avunculo suo Pharmacopola tractabatur) paulatim post unum vel alteram diem nullam maturationem assecuta plane evanescere; A quo tempore, Veneno intus cohibito, infirma semper & ægra valetudine tentabatur, dolore, *avepèziz* Capitis dolore & diris Symptomatis in genere nervoso malè perpetuò multatus, & præterea mensibus Februario & Maio sequentibus Insultus Epilepticos horrendos passus est, quilibet nunquam antea consistebatur; à repetitis Spasmus ad unum latus diu incurvatus, donec demùm Venenum sub finem Anni, certamine recens à Natura inflaura-

propulsatum penitèd fuisset, Variolis Cohærentibus de novo succrescentibus, quibus tandem, licet tardè, admodùm ad maturitatem nostra methodo perductis, integrè iterum valebat, & adhuc in vivis est robustus & athleticus.

Hist. 2.) Filiola Domini Warren habitantis in vicò dicto *Ludgate-Hill*, annos circiter quinque nata, nuper levi Horrore & Rigore correpta, deinde per unum vel alterum diem, durante nimirùm confusione Spirituum cum Veneno supra modum incalcescebat, ægrotabat, ingests vomitione rejiciebat, Cerebri oppressionem gravata, & jactatione frequenti lacessita decumbebat; donec tandem tertio die in quo Ego eam primùm invisi, Venenum per Exanthemata solito majora hic illic, uno impetu erumpentia, perfecta Crisi strenuè propulsatum esset, quo tempore Puellam inveni planè *απερτος*, cibi appetentem; more solito vestitam, atque in area domus cursitantem & ludentem; Idèdque Naturam, quæ prioris viribus victoriam jam integram reportarat, Remediis nescio quibus præter æquum & bonum lacessere nolui: Imperavi tantùm ut ingluviæ minimè indulgeret Puella, atque ab externis aëris injuriis facta tecta in cubiculo munitetur. Quid sit? nullum omnino symptoma Patienti molestias creat, Variolæ die proximo pure laudabili turgent, tertio Scabiæ obductæ exarescunt, nullo omnino remedio adhibito: Quid? quòd Variolæ istæ (quod primò monui) erant maximè Benignæ, eæ sc. quæ vulgò dicuntur *Chicken-Pox*. Nihilominus alvum post hebdomadam elapsam iterum-iterumque uncia Mannæ unâ in Haustulo liquoris Posseticæ calidi solutæ & manè exhibitæ cum Regimine, sedulo evacuandam jussi. Hujus autem nostri mandati posthabiti post tres menses elapsedos feras puella luebat pœnas Scabiæ erysipelatosâ universam faciem diu occupante & conspurcante, à qua illam non nisi repetita Venæ sectione, frequenti calomelan. & Diagridii atque multo Corticæ Peruv. usu ægrè liberavi.

Hist. 3.) Filius meus unicus, nunc Medicinæ studiosus, ineunte Anno ætatis suæ quarto, tempore hyemali, Nausea, Vomitione, jactatione inquietâ, Stupore comatoso, Delirio, cæterisque id genus Symptomatis vehementioribus quæ Variolarum Apparatum comitari solent, correptus, per triduum intensè febricitans decumbebat. Ego interea præscripsi Pulv. è chel. cancr. comp. Lap. Contrayer. au. gr. vi. cum Coch. Julap. Cordialis temperat. capiendâ, repetendaque bis vel ter post intervalla sex horarum. Cùm autem sub finem tertii diei Febrem unâ cum Symptomatis conjunctis declinasse animadverteterem, Veneno nimirum quod luctationi causam dedit per Exanthemata Discreta hic illic ubique erumpentia criticè propulsato, nullum amplius medicamentum adhibui; Ægrotantem solummodò in lecto (foco in Cubiculo accenso) à frigore muniendum, atque victa tenui alendum jussi. Quid sit? Variolæ, perfecte rotundæ secundo eruptionis die margines suos ampliant, & vegetè rubent, tertio autem acuminantur, quarto in apicibus albescunt, quinto flavescere incipiunt, sexto pure concocto turgent, septimo flavescences incrustari incipient, nono autem exarescentes ubique in tubercula mutantur, sine Febre vel molesto quovis Symptomate recidivo, vel Morboso quovis affectu postea suborto. Temperic verò & Appetitu integrè restitutus, leni pharmaco semel vel bis exhibitò, Curatio feliciter absoluta est.

Eadem planè erat, Benignus nimirum indoles Variolarum, quibus tres meæ Filie annis licet longè distantibus tentabantur; quas inde eodem fermè modo tractavi, nisi quòd illarum notu maxima paulò ante criticam Exanthematum eruptionem Spasmus Epilepticis diu excrucietur, Spiritibus nimirum in ex-

in explosionem actis, & non sine strenuo nisu victoriâ potius; quam ob causam Epispastica ad Nucham & Carpos applicanda, atque Cochli. iij. Julap. sequent. durante hâc confictione ad vires Spirituum erigendas, & motus eorum inordinatos compescendos quarta quaque hora propinanda jussi.

℞. Aqu. Flor. Tiliæ, Ceras. nigr. an. ℥iij. Pœon. comp. ℥ss. Epidem. ℥ss. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ℥ij. Pulv. de Guttet. ℥ss. Syrup. de Mecon. ℥j. M. F. Julap. Cum primum autem, Febre & Symptomatis sublatis, atque Exanthematis regularibus & discretis statim apparentibus, certum habui Naturam victoriâ integrâ positam fuisse, & venenum penitus protrusse, regimine debito ordinato naturæ, cujus provincia erat, rem reliqui; Exanthemata autem indies legitime progrediebantur atque demum maturecebant, atque in tubercula arida intra spatium à Natura præstitum sine ærumnoso quovis symptomate vel morbo affectu consequenti, vel ope Artis assipulante mutabantur. Natu secundæ, quia jam, ut ab ipsis vitæ primordiis, alvus nimis flueret, gut. iv. v. vi. Laudan. liquid. unaquaque nocte, durante toto Morbi cursu, in haustulo Julap. Cordialis temperati propinavi, atque Decoctum album in locum potûs ordinarii sufficit, quo pacto alvo ritè cohibita, quieta & planè *à seipso* post eruptionem Variolarum inceptam reliqua Morbi stadia intra spatium à Natura præstitum securè & tranquillè decurrebat, & quidem omnes hæreditario quasi jure Benignis istis Variolis tentabantur, quæ (Deo favente) eventum secundum habuerunt; nunquam enim quinquam meâ vel Conjugis meæ stirpe ortum hoc Morbo perissem memini.

Hist. 4.) Filius unicus Causidici habitantis in vico dicto *Salisbury Court*, sex annos natus, quem non ita pridem altero Morbo penè confectum præter spem adstantiam suppetiis Artis ab Orci faucibus planè liberaveram febre Variolosa correptus, à Nutrice solummodo & mulierculis nullo omnino Medico consulto tractabatur; parentes enim ex communi quadam vulgi opinione Artem medicinalem ad hunc Morbum profus inutilem esse perperam existimabant. Fuit sane morbus primariò admodum Benignus & Naturæ viribus facile superabilis, modo Regimen legitime ordinatum fuisset: Venenum enim tertio die Critica Exanthematum discretorum eruptione uno impetu penitus eliminabatur, unde Puer ab omni molesto symptomate liberatus, quarto die profus revalescebat, atque cibum appetebat, Exanthematum bases sensim ampliabantur, quinto die acuminabantur, sexto albescabant, septimo pure concocto ubique fere turgabant perfecte rotunda, & margine vividè rubenti circumscripta, adeò ut pharmaco enicumque exhibendo non esset locus, neque puer in lubrico versaretur. Nutrix autem officiosa hoc ipso die (Variolis adhuc ubique eleganter turgentibus & maturefcentibus) Pullum gallinaceum assum Pueri comedendum affert. Quid sit? Ventrículo hoc pacto saginato & oppresso, & Cerebro inde nutrimento hoc incongruo gravato, Puer repente affectuè profundè dormit per totam noctem: die autem proximo, eùm Puerum clamore expergefacerè nequirent, Parentes perterriti, Me incunctanter sed nimis ferè acersebant. Variolas animadverti Discretas atque ubique pure adhuc repletas, & margine vegeio cinctas, Puerum autem more Apoplecticorum stertentem. Incassum ventriculum Emeticis, atque Alvim Enematis sollicitavi, Cucurbitulis etiam cum scificatione & Vesicatoriis frequentibus applicatis, atque Sternutatoriis Spiritus in Cerebro torpentes excitare tentavi; die enim proximo puer admodum formosus Con-

Convulsus satis cessit, non Veneno Varioloso interceptus, verùm Regimine perverso trucidatus, atque in Apoplexiam fortem temerè adactus. Tantum momenti habet in ipsis Benignis Variolis Medici consilium, in Regimine ordinando, ubi Pharmaca forsitan haud desiderantur.

Hist. 5.) Filia Domini *Mitchell* 12. annos nata, habitans tunc temporis ad insigne Coronæ in vico dicto *Fleetstreet*, Anno 1692. mediâ ætate febricitabat & in Lecto decumbebat, Dolore Capitis, Nausea & reliquis Symptomatis Variolarum Benignarum Apparatum comitari solitis affecta. Tertio autem Morbi die Exanthemata hinc illic Discreta viribus Naturæ, sine pharmaco quovis adhibito protrusa sponte erumpunt; Vetula autem cui Virgo elocabatur haud contenta naturalem Variolarum eruptionem & maturationem expectare, stragulis multis perperam & officiosè impositis, Naturæ opus accelerare moliendo Ægram per triduum in profusos & planè colliquativos Sudores adegit; unde vires evidentè prosternebantur, Ægrâ vero perpetuò inter sudandum languente, delirante & vigilante, Exanthemata utut Discreta & sua natura Benigna nequaquam progrediebantur, sed cruda & depressa manebant. Cùm jam ob symptomatum vehementiam res plane deplorata videretur, Ego septimo Morbi die accessitus, illico tegumenta insolita amovenda jussi, Ægramque in alteram lecti partem moderatè calefactam removendam, atque ibi non quasi in carcere brachiis in lecto detentis continendam, verùm ut ad libitum ab uno latere in alterum sese verteret, veniam dedi. Interea ad Spiritus debiles erigendos, & tumultum eorum compescendum Vesicatoria tria ad Nucham & Carpos internos applicanda imperavi, & Julapii sequentis Paregorici & Cordialis Cochli. iv. vel v. quarta quaque hora propinanda, atque si non inde placidè dormiret gut. x. Laudani liq. Haustulis Julapii alternis instillanda.

℞. Aqu. Mellif. Ceras. nigr. an. ℥iij. Epidem. Pœon. comp. an. ℥j. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ℥j. Syrup. de Mecon. ℥iij. M. F. Julap. Quid sit? à sudoribus immensis liberata post secundam Laudani dosim placidè dormit, viribus intacturatis integram mentem, temperiem moderatam & Pulsum regularem & fortem recuperat, Variolas ubique quàm cœcissimè turgent & maturefcent, atque virgo iisdem remediis deinceps usa, Stadia Morbi reliqua tempore à Natura præstito feliciter decurrunt.

Hist. 6.) Filius Domini *Fovvler* habitantis in vico dicto *Sise-Lane* 15. menses natus, Variolis laborans Discretis & Benignis, in Cubiculo ambientis Aëris inclementiæ, se viente jam gelu (Pharmacopola, quæ Puerum tunc temporis tractabat, haud renuente) inde facienter objectus, ob Venenum à frigore externo intus cohibitum ditis Spasms, Insultibus Epilepticis & Comate profundo, Apparatu peracto, quinto morbi die & Eruptionis secundo præter solitum corripiebatur; unde Insans per octo horas, Spiritibus Veneno repercusso recens implicatis & irritatis, pallecebat, & languebat ac si illicò moriturus; Ego autem die Octob. 27. 1692. sub noctem accessitus deprehendi Exanthemata hinc illic pauca & distincta, ob defectum autem Regiminis debiti intus quasi cohibita & depressa. Ideoque ad Spiritus stimulos, eorumque expansionem promovendam Vesicatoria tria ad Nucham scil. & Carpos internos illicò applicanda jussi, atque Cochli. 2. vel 3. Julapii sequent. tertia quaque hora propinanda (agitata Phialâ.)

℞. Aqu. Flor. Tiliæ, Ceras. nigr. an. ℥iij. Epidem. ℥ss. Pœon. comp. ℥j. Pulv. è Chel. Cancr. comp. de Guttet. Lap. Contrayerv. Serpentar. Virgin. an. ℥ij. Syrup. Caryop. ℥i x. M. F. Julap. Post secundam

cundam dosin liberabatur à Spasms & Sopore, per vigil. autem mansit & præ dolore à Vesicatoris excitato perpetuo fere vagiebat. Die autem sequenti animadverti Temperiem mitem, Pulsus fortem & æqualem, atque Exanthemata discreta utut paulò frequentiora. Ob Vigiliis autem & perpetuum ejulatum gut. iij. Laudani liquid. semel vel bis in die in Haustulo Julapii exhibenda jussi, inde bene dormiebat, & cum res hoc pacto in vado erat memet subduxit, tantum Julapium ad suffulciendas vires regimine prius adhibito labefactatas quarta vel sexta quaque hora repetendum præscripsi, atque dosin Laudani saltem semel in die ministrandam ad dolorem Exanthematum maturantium & Ulcusculorum à Vesicatoris induktorum fallendum, atque ut Infans ab aëris injuriis maniretur imperavi. Reversus autem primo die Novembris, inveni Puellum a' sup'is atque ab omni symptomate ærumnoso liberum, atque Exanthemata utut in trunco corporis parva, frequentia & fere coherentia, pure tamen maturo turgentia & flavescencia, atque Morbo jam ultimum Stadium ingresso hic illic incrustata, atque in tubercula arida cineritio colore concrecentia. Ideoque postquam Parentes admoneram de tempore & modo Purgationis, Patienti valledixi.

Hist. 7.) Domina Pettifer habitans in vico dicto Old-Change mense Decembri 1692. ægrotans abortiit, postmodum Abortionis Variolæ erumpebant Discretæ & Regulares, Febris etiam Veneno eliminato sponte cessavit. Perterrita autem Fœmina ab Obstetrice & Muliercolis adstantibus, vitam suam penitus desperabat, totomnis planè permansit & delirabat per triduum, scilicet usque ad primum maturationis diem, quo die sub vesperam ego accerserbar; Ægrotantem autem inveni a' sup'is, Exanthemata ubique Discreta, depressa verò & figurâ Morbillorum ad instar variegata, siquidem Spiritus terrore percussis & in motus effrenatos adacti nec humores moderari, neque Venæam, licet sua natura mite, fortiter expelle e valebant, unde prima Naturæ intentio scilicet Veneni eliminatio per Cutim irrita fuit, & Venenum Tonfillas & glandulas Salivales [incassum licet] lacessere cepit, atque inibi tumorem atque dolorem adeò atrocem excitavit, ut misera Mulier ærumnoso hoc Symptomate pressa & fere præfocata vix quicquam deglutire posset. Ubi autem nullam ex Pulsa vel Temperie Febrem adesse deprehenderim, causam dirorum Symptomatum, & pessimæ Exanthematum Phœnæ vacillationi Spirituum terrore perculsorum, potius quam exitiali Veneni gradui acceptam referendam duxi; ideoque postquam Spes mihi esset melius fore, & promissa despondentis Mulieris animum confirmaveram, & metum depellere satageram, ad Spiritus erigendos, eorumque tumultus compellendos Vesicatoria ad Nucham & Carpos illicò applicanda jussi, atque Cochl. 5. vel 6. Julap. sequent. tertia vel quarta quaque hora [agitata phiala] propinanda, & primo Haustulo Laud. liquid. gut. xv. infundendas.

℞. Aqu. Flor. Tilliæ, Cerasor. nigr. an. ℥iv. Epidem. Pœon. Comp. Syrup. de Mecon. an. ℥iij. Pulv. è Chel. Cancr. Comp. Lapid. Contrayerv. an. ʒj. M. F. Julap. Inde bene dormivit per totam noctem, & Delirium cessavit; mane sequenti ego reversus deprehendi Exanthemata intra cancellos justos coacta, acuminata & inflammata, figuram fere ubique rotundam induisse, quæ dein, Dolore Guturis sponte evanescente, brevi maturabantur: Repetito enim hujus Julapii uso, reliqua Morbi Stadia [ut in Variolis Benignis & Regularibus fieri solet] sine febre recidiva vel ærumnoso quovis symptomate postea abortio, tempore legitimo sensim salubriter Patiens decurrebat.

Hist. 8.) Domina Baxter, quæ jam post viduitatem

Collegæ nostri eximii D. Doctoris Goodall. thalamum cohonestat, circa Annum 1680. abortivum passa est, & Febre correpta illicò me accersivit, Bolum Theriacalem statim exhibui, & Julapium cordiale ad libitum pitissandum; mane sequente reversus cum animadvertentem manifestam Febris & symptomatum omnium remissionem Corticis Peruv. ʒj. tertia vel quarta quaque hora exhibendum jussi: Paroxysmo autem post sextam dosin die proximo recrudescente, Variolæ inexpectato eruperunt, bene figuratæ & coloratæ, & prorsus Discretæ; Febris vero post hanc Criticam Veneni per Cutim expulsionem derepente adeò evanuit, ut Patienti non amplius molestias crearet. Exanthemata sine Febre recidiva vel ærumnoso quovis symptomate abortio, tempore legitimo sine ope cujuscumque Pharmaci sponte maturata demum die Morbi nono in tubercula arida concreverunt. Nusquam vidi Variolas magis vegetas, regulares & benignas, non obstante Lochiorum fluxu; siue autem hoc indoli Veneni morbifici minus exitiali [quod ex typo Febris Morbi apparatus comitantis conjicere fas est] siue usui Corticis Peruviani ante Crisim ministrati acceptum referendum sit sub judice relinquo.

Hist. 9.) Virgo elegans & formosa annos nata 21. habitans in ædibus Domini Brighi in vico dicto Little Britain Anno 1680. ægrotabat. Die morbi tertio Ego accersor quo die Variolæ Discretæ erumpere ceperunt sine quovis symptomate vehementiori conjuncto, sed menses alieno tempore unâ fluere inceperant; unde viribus plurimum exhaustis Exanthemata discreta licet diutius depressa tardè admodum & ægrè maturabantur. Qua de causa Julapium perlatum sæpius in die exhibendum jussi, atque Bolum sequentem bis tervè in die deglutendum.

℞. Theriac. Androm. Consect. Aicherm. an. ʒj. Spec. Consect. de Hyac. Lac. Contrayerv. an. gr. xv. M. F. Bolus. Quorum usu diligenti sustentata, reliqua Morbi stadia securè, utut quadrantenus tardius decurrebat, & demum reconvalluit.

Hist. 10.) Servus Domini Bradford Vestiarii habitans in vico dicto Black-Friers, circa Annum 1670. nausæ, ægritudine ingenti, & tantum non deliquo oppressus, primo Morbi die Me incunctanter accersendum curavit. Ubi autem à cœleri Arteriarum vibratione Febrem adesse manifestò deprehenderem, eam propter symptomatum vehementiam & cæteras circumstantias Variolosam fore ritè arbitratus sum. Ne autem Spiritus nausea adeo intolerabili diutius labefactati ad Venenum exterminandum prorsus deficerent, æquum duxi Vini Emetic. ʒvi. illicò propinatis [Tempore Morbi huic consilio favente] eam allevare. Vomitionem Æger bene toleravit, & à nausea inde plurimum liberatus est, Spiritibus verò stimulis & supra modum expansis non minus de Cephalalgia Spasmodica quæstus est quam antè de Nausea & Ægritudine. Et quidem dolor Capitis adeò sæviebat, & Arteriæ adeò validè vibrantur ut Hæmorrhagiam immanem (modò phlebotomia opportuna haud præcaveretur) instare suspicaret. Idèoque ʒx. sanguinis è Cubito illicò detrahendas jussi, & Bolum cardiacum & paregoricum hora somni ministrandum cum haustu Julapii Cordialis temperati ad libitum pitissandi, unde Æger bene dormivit; mane sequenti reversus eum inveni planè a' sup'is, à dolore capitis, nausea & omni altero symptomate ærumnoso liberum: nullum autem Exanthema, vel quidem prænuncium explorando deprehendere potui; nihilominus ut se in Cubiculo regimini justo obsequens per unum vel alterum diem contineret, in mandatis dedi. Juvenis autem nullo symptomate affectus, & quia tempestas erat præservida, monitis nostris minus auscultans, è lecto surgit, ad negotia ordinaria se accingit, edit, bibit, somnum capit ut antè, donec

donec uno vel altero die elapso, conservis perterritis, exanthemata hic illic in facie & manibus sese palam prodere incipiunt. Ego iterum jam statim accerior, cum autem eruptionem admodum regularem animadverteterem, sine Febre recidivâ, ægritudine, vel quovis altero molesto symptomate conjuncto, cum diætâ tenuem & regimen quod cætera moderatum imperaveram, discessi. Juvenis verò reliqua Morbi stadia intra spatium octo dierum tranquillè decurrens, absque omni omnino pharmaco perfectè convalescit.

Hist. 11.) Nepos Domini Major habitantis in vico dicto Pater-noster-rovu, annos 17. natus circa annum 1674. ad quatuor dies intensè febricitans decubuit, quarto autem die cum jam prænuñciæ Variolæ per unum vel alterum diem sese hic illic in facie & manibus palam prodidissent, hæmoptoe insigni tentabatur, eò quod natura Plethorâ oppressa, Crisi ægrè admodum perficere valeret. Ego isto die accersitus, cum à forti & constanti arteriarum vibratione hanc hæmorrhagiam ex orgasmo enormi, non à Spirituum vacillatione & languore ortam deprehenderem, sanguinis ʒvi. vel viii. è brachio detrahendas jussi. Hæmoptoe inde repente subsistit, atque Bolo cardiao & paregorico exhibito, Arteriæ justè & legitime vibrantur, Exanthemata intra sex horas ubique Crisi perfectâ protrusa admodum frequentia erumpunt, quæ demum in progressu Morbi cohererebant & plurimum consuebant, quia Spiritus instante Crisi sanguinis profluvio labefacti, munus quod legitime susceperant explere non potuerunt: unde Variolæ quæ primò discretæ apparebant, demum cohererebant ac tandem confluebant. Nihilominus Ager continuato usu Julapii nostri Paregorici cum Speciebus, somnum sufficientem quotidie capiens, singula Morbi stadia reliqua sine Febre recidivâ vel symptomate quovis vehementiori securè sed tardius decurrebat, atque tandem post Salivationem tempore maturationis satis diu protractam convalescebat.

Hist. 12.) Filius Domini Wheeler habitantis in vico dicto Prince's Street, (cujus Historiam olim conscripsi in cap. 8. lib. 1. Pthiologiæ nostræ) qui post pthiisiam Diabeticam arte operatam semel saltem in Anno Insultibus Epilepticis corripitur solebat, die Mensis Julii 24. 1692. cum jam septimum ætatis annum ageret, Febre correptus ad triduum planè hebes & comatosus jacebat: tertio autem Morbi die ego accersitus, cum deprehenderem spiritus veneno diu pressos, maximo nisu collectasse, atque inde in explosionem adactos insultus Epilepticos visu horrendis excitasse, ita ut Apoplexiam, non autem Variolas instare conjicerem, sanguinis ʒvi. repente ad motus Spirituum inordinatos compescendos è vena jugulari detrahendas jubeo, atque Vesicatoria ad eorundem vires excitandas ad Nucham & Carpos laterales & Emplastr. Cephalic. cum Euphorb. ad plantas pedum applicandum, atque cochlear. iij. vel iv. Julap. sequent. quartâ quaque horâ vel sæpius propinanda.

ʒ. Aqu. Meliss. Rut. Ceras. nigr. an. ʒij. Pœon. comp. Epidem. an. ʒvi. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. Pulv. de Guttet. an. ʒß. Syrup. Cariophyll. ʒx. M. F. Julap. Die autem proximo, scil. Julii 26. reversus cum animadverteterem Puerum, veneno per exanthemata Variolosa propulsando, à Comate & Febre liberatum, atque Variolas utut admodum exiguas punctorum acicularum ad instar, verum distinctas, usum Julapii cum Speciebus repetendum præscripsi, in locum Syrup. Cariophyll. substituendo Syrupum de Mecon. atque cochlear. ij. vel iij. Julapii sequentis ad libitum in languoribus exhibenda.

ʒ. Aqu. Meliss. Rut. Ceras. nigr. an. ʒij. Pœon.

comp. ʒib. Tinctur. Castor. ʒj. Spirit. Sal. Armon. ʒj. Syrup. Pœon. comp. ʒx. M. F. Julap. Die autem Julii 27. cum spiritus quadantenus languidos ob præcedentem Venæsectionem, & Exanthemata flaccida deprehendissem, Bolum sequentem in cochlear. Julap. solat. illic deglutendum jussi:

ʒ. Theriac. Androm. gr. v. Pulv. de Goâ, de Guttet. an. gr. vi. Syrup. Pœon. comp. q. s. M. F. Bolus. Die 28. ad Maturationem Exanthematum promovendam, Ingredientia sequentia in ʒij. liquoris possetic. coquenda pro potu ordinario imperavi,

4. Ficum ping. incis. num. 7. Lentium crassè contul. ʒß. Rafur. corn. cerv. Ebor. an. ʒß. M. Die 29. ad vires spirituum fovendas cochlear. iij. vel iv. Julap. sequent. ad libitum propinabantur agitata phialâ.

ʒ. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ʒij. Epidem. cinnam. hord. an. ʒß. M. F. Julap. Die 30. cum jam Exanthemata, utut admodum exigua & minutula, pure turgere inceperant, atque inde Puer pro dolore parum dormiret, Haustulum sequent. hora somni propinavi.

ʒ. Aqu. card. ʒj. Epidem. Syrup. Caryoph. an. ʒj. Theriac. Androm. ʒß. Pulv. de Guttet. Lapid. de Goâ, an. g. v. M. Die autem Augusti primo ad pus melius concoquendum, Haustulum sequentem, hora somni exhibendum, & mane proximo repetendum curavi.

ʒ. Aqu. Ceras. nigr. cinnam. hord. an. ʒß. Theriacal. Stillat. ʒij. Theriac. Androm. Pulv. è Chel. cancr. comp. an. gr. vi. Syrup. Carioph. ʒij. M. F. Haustulum. Die autem ab eruptione sexto, ubi jam Exanthemata ubique optimè maturata exarscere, atque in tubercula concrefcere cœperant, sine febre recidivâ, Tussi, Salivatione, Gutturis dolore, vel altero quovis ærumnoso symptomate suborto; Meum subduxi usque ad diem Augusti nonum: jam autem ad sæces Morbi per alvum deturbandas, Cathartica sequentia in formam pilularem, utpote Patienti gratissimam, redacta præscripsi,

ʒ. Pil. foetid. Stomach. cum Gum. an. ʒß. M. F. Pilul. iij. deaurandæ, horâ somni exhibendæ. Mane sequenti deglutiat pilulas sequentes cum Regim.

ʒ. Extract. Rud. ʒj. (siquidem alvo erat difficiliori) F. Pil. iij. deaurand. Cum autem fordes non satis inde subductæ fuerint, demum Augusti 12. Bolum sequentem nebula involutum deglutiebat.

ʒ. Electuar. Lenitiv. ʒij. Pil. Stomac. cum Gum. ʒj. Syrup. è Flor. persic. q. s. M. F. Bolus mollis. Mane autem proximo Bolum sequentem pariter nebula involutum.

ʒ. Electuar. Lenitiv. ʒij. Extract. Rud. ʒj. Syrup. è Florib. persic. q. s. M. F. Bolus mollis. Alvo hinc optimè deturbatâ, Puer huc usque bene valet.

Hist. 13.) Elizabetha Filia Domini Bright habitantis in vico dicto Little Britain, Neptis Reverendi D. Doctoris Bright Ecclesiæ Sancti Asaphi Decemni anno circiter 1676. 12. ætatis annum agens, febre correpta decubuit. Puellam tertio Morbi die Insultibus Epilepticis admodum horrendis jam per plures horas laborantem inveni; cum autem circumstantiis ritè pensitatis deprehendissem hæcè diras contorsiones solummodò ex forti Spirituum Venenum Variolosum adorientium nisu ortas esse, ne eventu non admodum anxius adstantibus animos addidi. Ideoque postquam applicato ad frontem, nares & volas manuum Oleo Succini, & usu interno Spirit. cornu cervi & Julapio Anti-epileptico, diros hosce Spirituum ferocientium nifus in ordinem redegeram, ad vires eorundem erigendas Vesicatorium ad Nucham applicandum, atque cochlear. iv. vel v. Julap. sequent. tertiâ vel quartâ quaque horâ exhibenda jubeo,

ʒ. Aqu. flor. Tiliæ, Ceras. nigr. Rut. an. ʒij. Pœon.

Pœon. comp. ℥ij. pulv. è Chel. cancr. comp. Lap. Contrayerv. pulv. de Gutter. an. ℥ij. Syrup. Caryophyll. ʒx. M. F. Julap. propinandum agitata phiala, Quid sit Veneno in hac luctatione ad Cutim profus eliminato, Variolæ die proximo (quod post Epilepsiam Symptomaticam semper contingit) ubique discretæ & regulares erumpunt, atque Spiritus non amplius lacessiti & à motu inordinato liberati sponte quiescunt, Ægrotante interea placidè dormiente & à febre liberatâ. Quâ de causâ Julapium parcius & minus frequenter exhibitum est, & regimine legitimo continuato, Exanthemata spatio à Naturâ præstituto sponte Pure refertâ maturabantur, atque demum nullo morbofo symptomate suborto, in tubercula arida concredebant. Atque equidem dirum hoc Symptoma in Variolarum Apparatu fortem Spirituum nisum subindicat, indolemque Morbi fere semper benignam, & eventum prosperum fore denuntiat.

Hist. 14.) Dominus Shepherd Juvenis generosus 20. Annos natus hospitans, ad Insigne Adami & Evæ ex adverso Holpitii dict. Staples Jun, in vico dicto Holborn, mediæ ætate anno 1692. rigore sub vesperam correptus, dein totâ nocte febricitans, mane sequenti universali madore perlusus est, dolore autem Capitis & Nausea adhuc persstantibus, Medicum ante meridiem accersendum curavit, qui pro ratione symptomatum urgentium secundo Morbi die nempe Julii 23. sanguinem è Cubito statim detrahendum iussit, & ℥j. Vini Emetici ministrandum sub vesperam, atque hora somni Syrup. de Mecon. ʒj. in Haustu paregorico propinandum. Die Morbi tertia Variolæ erumpunt paucæ admodum & Discretæ, Benignarum figuram & colorem obtinentes: Pociens juxta sententiam Clariss. Sydenhamii tractatus, Dococlo albo & Laudano utitur, nullo omnino Alexipharmaco concessio. Variolæ secundo eruptionis die numero valdè auctæ pæne coherabant, ubique autem languebant, & in contra subsidebant, utut margine vegetè rubro circumcingerentur, Vigiliæ etiâ, non obstante liberali Laudani usu, persstant ob Venenum intus cohibitum pertinaces: Febrilis autem intemperies ob Spirituum languorem admodum obscura erat & vix perceptibilis. Tertio Eruptionis die, scil. Julii 26. quando Ego consultandi gratia accersitus sum, Ægrotans vigiliis & delirio tentabatur, pulsus erat admodum debilis & celer, temperies verò mitis, Exanthemata ubique deprimebantur, & languebant; accessit Dolor in Gutturè atrox, siquidem vires in Veneno juxta primam intentionem per Cutim eliminando Naturam deficiebant, ideoque virus Tonfillas & ductus Salivales lacessere demum coepit. Quare consilio cum Medico ordinario inito, statuimus. Spiritus languidos vesicatoriis stimulos esse, eorumque vires erigendas atque motus effrenatos compescendos Alexipharmacis & Opiatis simul junctis. Cùm autem Ægrotans monitis nostris minus obsequens, Vesicatoria penitus respiceret, ægrius scopum affecti sumus ope Remediorum interiorum, in quibus ea de causa copiosius atque diutius exhibendis persistere necessarium erat, uti ex sequentibus constat. Julii 26. Cochli. v. vel vi. Julap. sequent. quarta quoque hora agitata phiala propinavimus. atque Haustum Paregoricum hora somni;

℞. Aqu. Meliss. Rut. Ceras. nigr. an. unc. ij. Epidem. Pœon. comp. an. unc. i. Tinctur. Croc. ʒj. Pulv. è Chel. Caner. comp. Lap. Contrayerv. an. ℥ij. Syrup. de Mecon. unc. i. ʒ. M. F. Julap. Cùm autem inde non omnino dormiret, atque propter dolorem Gutturis inflammatorum ab usu Pulverum abhorreret. Julii 27. gutt. xv. Laudani liquid. cochli. vi. Julap. sequent. instillatas illico exhibendas

jussimus, atque quarta quoque hora repetendas quousque somnus obreperet,

℞. Aqu. Flor. Calendul. Cinnam. Hord. an. unc. ij. Epidem. unc. i. Theriacal. Diacod. an. unc. 16. atque hora somni Haustum sequentem propinandum,

℞. Aqu. Cinnam. Hord. Ceras. nigr. an. unc. i. Aqu. Flor. paralyf. Diacod. an. ʒvi. Laud. Liquid. Cydoniat. gutt. x. M. F. Haustum. Insuper ad dolorem Gutturis leniendum, & maturationem Variolarum promovendam, Gargarismum sequentem in fauces calidè sepe siphone injiciendum, (hisce partibus prius Panno Wallico ab injuriis acris externi munitis) atque liquorem Posseticum, Ingredientibus mox describendis alteratum, copiosè atque frequenter bibendum curavimus.

℞. Decoct. Ficum. ʒss. Mel. rosat. colat. unc. ij. Diamor. unc. i. M. F. Gargarismus.

℞. Fic. ping. incis. num. 7. Lentium crasse contul. unc. i. Rasur. cornu cervi, Ebor. an. ʒij. M. & Coq. in ʒij. Liquor. Possetic. exinde aliquantisper dormivit. Verùm neque Pulsus fortiozem, neque Exanthemata humore magis referta deprehendimus, quare Julii 28. reversi Alexipharmaca magis generosa cum Opiatis ad Spirituum expansionem promovendam conjungere decrevimus more sequenti,

℞. Theriac. Andromac. Pulv. è Chel. cancr. comp. an. ʒb. Laudan. liquid. gutt. xv. Syrup. caryophyll. q. s. M. F. Bolus statim somendus, una cum Haustu Julap. nuperrimè præscript. repe. endusque denuò quartâ vel quintâ pomerid. Julapium etiam Perlatum sequens ad libitum pitissandum præscripsimus & usum Gargarismi & liquoris Possetic. repetendum.

℞. Aqu. Lact. Alexiter. ceras. nigr. cinnam. Hord. an. unc. ij. Pœon. comp. Epidem. an. ʒvi. Margar. præparat. ʒss. Sacchar. alb. ʒx. M. F. Julap. Julii 29. reversi animadvertimus Exanthemata ubique inflammata & humore aqueo referta ideoque præscripsimus Decocti albi ʒss. cum ʒi. Laudan. liquid. cydoniat. commiscendum, ut ex hoc liquore copiosius epoto somnus, cui jam satis Pociens indolgebat, perseveraret, & Julapio perlato repetito Spiritus fovendos curavimus. Julii 30. cùm Ægrotantem iterum Vigiliis fatigatum inveniremus, duplam Laudani quantitatem Decocto albo instillavimus, atque Julapium perlato de novo præscripsimus: Julii autem 31. cùm in hoc temperato regimine arteriæ debilius sese vibrarent, atque maturatio Variolarum [quæ jam quinto maturationis die Aqua non pure implebantur] nimis tardè progredieretur, ad usum Alexipharmacorum rursus confugere necessarium duximus. Ideoque Haustum sequentem statim sumendum, itidemque hora somni repetendum jussimus.

℞. Aqu. Bor. calendul. cardu. an. unc. i. Pœon. comp. an. ʒij. Theriac. Andromac. Pulv. è chel. cancr. comp. an. ʒj. Laud. liquid. gutt. x. Syrup. caryophyll. ʒij. M. F. Haustus. Cochli. etiam iv. vel v. Julap. sequent, ad libitum pitissanda concessimus,

℞. Aqu. Meliss. ceras. nigr. cinnam. Hord. an. unc. ij. Epidem. Pœon. comp. Syrup. caryophyll. an. unc. i. Confect. Alchem. s. Mosch. ʒij. Syrup. è Rub. Idæ. unc. ij. M. F. Julap. Persistat etiam in usu Gargarismi, Julapii perlato & Decocti albi, cui unc. ij. Aqu. cinnam. Hordeat. additæ fuerunt. Augusti primo, Exanthemata ubique maturefcere & flavescere incipiunt; nihilominus ad vires adhuc sustentandas Bolus Alexipharmacum sequentem nâ cum Haustu paregorico mane exhibendum & vesperi repetendum duximus.

℞. Theriac. Andromac. pulv. è chel. cancr. comp. an. ʒb. Syrup. caryophyll. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Flor. Paralyf. Cinnamom. Hord. an. unc. ʒ. Thec.

Theriacal. Scillat. Diacod. an. unc. ß. Laudan. liquid. Cydoniat. gutt. xii. M. F. Haustus. Augusti secundo, cum jam Exanthemata ubique incrustata, exarescere atque in facie indurari cœperint, bis terve in die Linimentum sequens pluma faciei illinendum jussimus, atque Bolum anteprescriptum cum Haustu paregorico hora somni exhibendum.

℞. Ol. Amygdal. dulc. recent. unc. i. Sperm. Cet. ʒj. M. F. Liniment. Denique Augusti tertio cum jam Variolæ ubique exarescentes decidere incipiebant, æquum duximus stercora quæ jam in intestinis plus quam decem dies coacervata substitissent, Enemate sequenti subducere;

℞. Decoct. Emollient. unc. x. Sacchar. rubr. Mel. Mercur. an. unc. ij. Ol. Lini recent. unc. ß. Cassi. Extract. pro Clyst. unc. ß. M. F. Enema. Facibus autem in alvo congestis, etque morâ inspissatis & induratis, Contorsiones horrendæ tantum non animi deliquium inducentes, in Intestinis cientur, atque Enema re infecta illic rejicitur, quare alterum statim injiciendum paratur:

℞. Lact. recent. unc. xii. Ol. Chamæmel. unc. iij. Mel. Mercur. Sacchar. rubr. an. unc. j. Extract. Cassi. unc. j. M. F. Enema. Quo rejecto stercora formata & vastæ molis ægrè, & non sine multo nisu & torminibus egeruntur. Quo facto Haustus sequens ad irritationem Spirituum ab egressionem excitatam sopiendam, hora somni propinabatur.

℞. Aqu. Flor. Paralyf. unc. ij. cinam. Hotd. unc. Diacod. unc. ß. Laudan. liquid. gutt. xii. M. Sexto Augusti alvum Pharmaco Lenitivo evacuare decrevimus more sequenti.

℞. Pil. Stomach. cum Gum. ʒß. F. Pil. iv. deaurand. quas sumat hora somni, mane sequenti bibendo Porionem sequentem.

℞. Decoct. Senn. Gereon. unc. iv. Mannæ opt. unc. ß. M. F. Potio. Septimo Augusti, quandoquidem Oculi fuerant debilitati & levi inflammatione tentati, unc. vii. sanguinis [qui admodum mucosus erat] è cubito sinistra mane sequenti detrahendas curavimus; & quia Appetitus minus vigeat, Decoct. amar. absque purgant. unc. iv. horis duabus ante prandium, itidem que quinta pomerid. exhibendas jussimus. Augusti octavo, quandoquidem Oculi diu debilitati fuissent, alvum calomel. deturbandam esse decrevimus, more seq.

℞. Calomel. ʒj. Electuar. Lenitiv. conserv. Ros. pallid. an. ʒß. M. F. Bolus hora somni deglutienda. mane proximo propinavimus Potionem sequentem.

℞. Decoct. Amar. cum dupl. Senn. ʒiv. Syrup. de Spin. cerv. ʒvii. Alvo autem inde non copiosè subducta, tandem Augusti nono Pil. Stom. cum Gum. ʒß. in Pil. iij. redact. hora somni deglutienda, & mane proximo Pilulas sequentes prescripsimus.

℞. Extract. Rod. ʒj. Pil. facid. ʒj. Ol. cinnam. chym. got. ij. M. F. Pil. iv. deaurandæ. Hoc pacto Juvenis egregius & familiæ suæ unica spes, plaudentibus amicis, à Variolis hisce languidis & serò maturefcentibus liberabatur, nec febre recidiva notabili, faciei vel extremorum intumescencia vel Salivatione, nec cicatricibus in facie, Tussi vel quovis altero ærumnoso symptomate postea suborto plectebatur, atque huc usque ruri firma & constanti valetudine utitur.

Hist. 15.) Filiola Domini Nois habitantis ad Insigne Equi albi in vico dicto Fleetstreet duos annos nata mense Decembri 1692. ægrotabat; post triduum elapsum. Variolæ frequentes ubique in Facie & Artubus erumpent, quæ penitus intra tres vel quatuor dies sine maturatione exarescebant. A quo tempore ad duas hebdomadas valetudine incommoda tenebatur, qua de causa Pharmacopola suffra-

gantibus Mulierculis pharmacum Catharticum Puellæ propinavit, tunc autem ingravescebat valetudo & accesserunt symptomata Variolarum Apparatum comitari solita; atque demum uno vel altero die elapso, Variolæ ubique in trunco corporis admodum frequentes repullulant, atque brevi iterum subortâ Diarrœam sine maturatione declinant. At indemifera Puellula veneno hoc modo intus cohibito, fluxu alvi immodico cum torminibus conjuncto, & Hæctica febre correpta intra unum vel alterum mensem confecta, atque ad marasimum usque redacta plane attonita jacebat, Deliquis & Spasms sæpius recurrentibus afflicta. Ego jam demum accessitus, neque Vesicatoris, neque ullo Remediorum Alexipharmacorum, Antispasmodicorum & Astringentium apparatu mortem imminetent præcavere potui, quam post triduum vel quatrimum calamitosè transactum tandem obiit.

Hist. 16.) Filius unicus Domini Hoek Mercatoris habitantis in angiportu dicto Magpye Ally prope plateam dictam Franchurch-streeti Februar. 16. 1693. currente jam duodecimo ætatis anno intensè febricitavit; die autem 17. dolore versatili jam in latere dolore Pluriticum simulante; jam in artubus Rheumatismi æmulo, atroci & spasmodico corripiebatur; & Parentes, vehementiâ doloris commoti, me incunctanter accerlebant. Quandoquidem verò ex Pulsu robore & doloribus Spasmodicis conjunctis Febrem deprehenderim adesse Inflammatoriam, utut iudicia Vanolarum mox erupturarum simul adfuerint, ʒvii. sanguinis illico detrahendas jussi, atque postea Bolum Theriacalem exhibendum cum Haustu Julapii cordialis temperati ad libitum pitrandi. Reversus die 18. inveni Variolas discretas legitime protrusas; Paerum autem placidè dormientem, atque à Febre & doloribus prorsus liberatum; ideoque solummodo Julapii sequentis Cochli. iv. vel v. tertia vel quarta hora ad vires Spirituum suffolciendas, & motus eorumdem regulares sustentandos propinanda jussi.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ʒiv. Epidem. Pæon. comp. an. unc. i. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ʒj. Syrup. de Mecon. unc. ß. M. F. Julap. Variolæ ope hujus Julapii indices legitime augentur & acuminantur usque ad diem Februar. 21. cum jam sine evidenti occasione (maturatione jam inceptâ) derepente Febris quasi inflammatoris cum Pulsu celeri & forti, vigiliis, jactatione inquietâ & cæteris id genus symptomatis conjuncta revirescit, Exanthematis sine Salivatione vel Extremorum intumescencia subortâ undique subsidentibus. Guttilis autem aliquot Laudan. liquid. haustu Julapii additis placide denuò dormit Paer, atque inde sub vesperam Exanthemata rursus acuminata evidenter maturefcent, facies inflammatur; atque extrema artuum, mirum in modum, nullo omnino Ptyalismo suborto, derepente intumescunt, atque tandem die 23. usu Julapii adhuc continuato Patiens plane sanus reconvalescit, nullumque morbosum affectum post morbum passus est præter levem Oculorum Taraxin, quæ faciliè Collyrio ex Aqu. Plantag. Troch. alb. Rhas. f. Opio & Sacchar. alb. subtiliss. pulverisat. sæpius instillato sanabatur. Ideoque die Martii tertio (restituto jam Appetitu) alvum Potione sequenti, itidemque die septimo & undecimo subdecendam jussi.

℞. Decoct. Sennæ Gereon. unc. iij. Syrup. è Spin. Cerv. unc. ß. M. F. Potio.

Hist. 17.) Domina Upton habitans in vico dicto Loebbury virgo gracilis & melancholica, mense Decembri 1693. currente jam anno ætatis vigesimo, fermento Varioloso tentata febricitavit, & Apparatum Morbi sine quovis vehementi symptomate transegit, tertio die Variolæ erumpunt legitime & discretæ; secundo

cundo autem eruptionis die horrendis insomniis sine causa quavis evidenti perterrita, biduo sequente, nimirum ad secundum usque maturationis diem, depressis ubique & subsidentibus Exanthematis, vigilavit perpetuo & deliravit, accessit Pulsus quadantenus celer, debilis & tremulus. Ego tunc primum accersitus, Julapium nostrum Paregoricum cum Speciebus parandum curavi, atque ejus Cochli. v. vel vi. tertia quaque hora (agitata Phiala) ministranda, atque horum haustulorum primo, atque etiam nocturno Laudan. liquid. Helmont. gut. xv. instillanda; Liquorem etiam Posseticum nostro modo alteratum copiosè & caldè propinandum jussi, Quid sit? post primam Laudani dosin benè dormit & ad se redit Ægra, Exanthemata protinus acuminata turgescunt, atque sine Ptyalismo vel quovis altero molesto symptomate sensim maturescunt, atque continuo Julapii usu iatra biduum in tubercula concreverunt more Variolarum regularium. Deinde Appetitu restituto post purgationem peractam sine quovis morbo affectu brevi perfectè revalescebat.

Hist. 18.) Domina Terry habitans in vico dicto *Ols Baily*, non ita pridem maritata, sub finem mensis Maii 1693. Febre, & symptomatis apparatus Variolarum comitari solitis correpta, sub finem tertii diei Variolarum Discretarum eruptione tentata fuit: Menses autem jam extra solitum tempus fluere incipientes, atque Pathemata animi graviora Spiritus aded depresserant, ut quinto die à maturatione incepta (quo ego primum accerserbar) exanthemata ubique in centro subsiderent, & sero limpido semiplena nullatenus pure concocto turgerent; accessit Pulsus debilis, celer & tremulus, Linguae ariditas, Mentis vacillatio, Vigiliæ pertinaces non obstantibus Opiatis liberali manu à Pharmacopola ministratis, & frequenter repetitis, quippe ne granum quidem Alexipharmacorum ad vires Spirituum suffulcendas, atque ad eorundem obrutorum expansionem promovendam hætenus exhibitum fuerat. Ego die septimo Junii advocatus, usu Vesicatoriorum frequentium & Alexipharmacorum cum Opiatis conjunctorum incassum, quippe nimis serò, Spiritus pæne extinctos erigere, atque satum præproperum averruncare moliebar: Fœmina enim intra spatium 24. horarum, nempe octavo Junii, vigiliis, deliriis & Spasms plane confecta satis cedebat. Aded sine fructu est Medela efficacissima si modò nimis serò adhibeatur: quod in vituperium Remediorum, & Methodi usu probatæ verti non debet: est enim ubi quivis levissimus Morbus neglectus, funestus evadat, & vim omnium Remediorum eludat.

Hist. 19.) Puer 12. Annos natus habitans in Domino Domini *Shepherd Zythepfæ in Horseedovns*, decimo die Septembris Anno 1692. atroci Lumbagine correptus decubuit. Calor mitis & blandus erat, Ægritudo & Vomitus fere nulla; spiritus enim à Spasmodico Lumborum dolore diu fatigati & labefactati, haud pares certamini ineundo, à munere suo planè defecerunt: Exanthemata inde, utut Discreta, parva admodum, frequentia & livida ubique confertim sub initium diei tertii erumpunt. Puer autem ad tertium diem Eruptionis (quo Ego ad eum invisendum accersor) perpetim delirus & insomnis jacebat: accessit pulsus aded celer & debilis, ut Pueri vitam planè desperarem, utcumque Spirituum semi-mortuorum expansionem stimulo Vesicatoriorum ad Nucham & Carpos internos applicatorum promovere sategi, atque eorum vires erigere & motus effrenatos compescere Bolo sequenti Alexipharmaco & Opiato sexta quaque hora repetito.

℞. Theriac. Androm. ʒj. Pulv. è Cel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. Serpentar. Virgin. an. gr. vii. Laud.

liquid. gut. x. Syrup. Cariophyll. q. s. M. F. B. lus, Julapium Cordiale insuper post unumquemque Bolum & ad libitum pitissandum præscripti, & liquorem Posseticum Ficibus & Lentibus alteratum copiosè exhibendum jussi. A tertio Bolo exhibitodemum dormivit, Exanthemata inde evidenter inflammata maturescere cœperunt, Febris mitescere, Pulsus robustè & rhythmicè vibrari; ideoque die proximo ut in præscriptis persister jubeo, & insuper ut Laudan. Liquid. gut. x. in haustulo Julapii exhibeantur in inter vallis inter Bolorum usum, quousque placidè dormiat: Quid sit? post primam dosin Laudani placidè dormit, salivam copiosè egerit, caput & facies derepente intumescunt, arteriæ fortiter & æqualiter vibrantur, Febris prosus exulat. Variolæ tamen artus obsidentes ubique in centro adhuc deprimebantur, & dolor una cum tumore fauces aded tentabat, ut ægre admodum Patiens deglutitionis munere fungeretur: Ideoque fauces externè Panno Wallico muniendas, atque Gargarismum è Decocto Ficum cum Melle Kosat. & Diamor. sæpius Siphone faucibus injiciendum curavi, atque usum Bolorum non esse intermittendum. Die proximo, nempe Morbi octavo, Ptyalismo adhuc vigente, Artus intumescunt, atque Exanthemata eos obsidentia ubique maturata pure laudabili turgere incipiunt, atque hoc pacto sine Febre recidiva brevi revalescit Puer, ab orci faucibus Arte Medicâ planè liberatus.

Hist. 20.) *Edvardus Helms* Adolescens 16. annos natus, in Matris suæ ædibus in vico dicto *Busb-lane* habitans, Julii 29. 1693. prægrandi capitis dolore, ægritudine ventriculi & alvi Afflictione correptus febricitavit: Per triduum Apparatus nullum omnino pharmacum exhibebatur, Venæsectio ab atroci Capitis dolore indicata forsitan cum Ægrotantis damno omissa fuit; sub finem tertii diei Exanthemata sese ubique in conspectum dederunt: præ timore verò quo Æger ubi primum intellexerat sese Variolis infectum, percussus erat, subortâ jam perpetuâ Cordis palpitatione, derepente sese subduxerunt; manè autem sequenti, Naturâ certamen recens instaurante, rursus, ubique Exanthemata inter Deliria & Vigilias efflorescunt; nihil autem omnino præter Bolum Theriacalem & Julapium Perlatum à Pharmacopola qui Ægrum tunc temporis tractabat, ministrabatur. Augusti quatuor, die se. eruptionis tertio, Ego ad Ægrotantem Vigiliis & Delirio lacerissimum & pæne confectum [Exanthematis jam ubique depressis, at frequentibus admodum & pæne cohærentibus] advocatus sum. Febris aderat vehemens, cum Pulsu celeri & debili, atque palpitatione Cordis fere perpetuâ conjuncta; quâ de causâ Spiritus Alexipharmacis erigere, atque, motus eorum inordinatos Opiatis compescere sategi, more sequenti.

℞. Theriac. Androm. gr. xxv. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. gr. xij. Laudan. liquid. Helmont. gut. xij. Syrup. de Mecon. q. s. M. F. Bolus: quem sumat Æger quamprimum solut. in Cochleari Julapii sequent. superbibendo ejusdem Cochli. iij. vel iv. repetatque denuò hora somni.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. unc. iv. Epidem. Pæon. comp. an. unc. j. pul. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ʒij. Syrup. de Mecon. unc. iʒ. M. F. Julap. de quo cap. Coch. iv. vel v. agitata Phiala, tertia vel quarta quaque hora, Ut Liquorem Posseticum Ficibus, Lentibus, &c. alteratum & tepesfactum copiosè biberet insuper imperavi. Die proximo, Augusti nempe quinto, bene dormivit, atque cessante Palpitatione, ad se rediit planè à *πνεύματι*; ideoque licet unam vel alteram Petechiam in pectore efflorescentem deprehenderem, eventum faustum expectans, Vesicatoriis cruciandum Adolescentem

tem non duxi; verum usum Julapii continuandum, & Bolum statim, itidemque hora somni & mane sequenti repetendam Augusti sexto, Exanthemata jam demum serò licet, influxu Spirituum expansorum vegeto inflammata in facie, quæ jam mirum in modum intumuit, maturefcere cœperunt, in trunco autem & artubus Tubercula, ut in margine rubro cincta, adhuc depimebantur. Guttur à nisu Naturæ inani per ductus Salivales Venenum protrudere molientis inflammabatur; Ptyalismo autem nullo superveniente, Lingua ob viciniam inflammationem & Variolas quibus copiosè obfessa erat, arida & scabra reddebatur, sine aliquo alio Febris præsentis symptomate conjuncto: quocirca Gargarismum sequentem calidum siphone faucibus sæpius injiciendum jussi, usum Julapii Paregorici continuandum, & Bolum hora somni repetendum.

℞. Decoct. Ficum ꝑss. Mell. Rosat. colat. Diamor. an. ꝑi. M. F. Gargarism. Augusti septimo bene dormivit, & Exanthemata in trunco versus maturitatem aliquantulum progrediebantur, usum Julapii Paregorici, & Bolorum Alexipharmacorum mane & vesperi adhuc continuato. Augusti octavo, ut usum præscriptorum continuato somnus protractus esset atque Exanthemata ubique pure turgere inciperent, ex celeritate autem Pulsus & Linguae ariditate Febrim aliquantulum recruduisse deprehendi; ideoque Bolum Alexipharmacum sub vesperam exhibendum & mane proximo repetendum jussi, & usum Julapii Paregorici & Gargarismi non intermittendum: Augusti nono, Ptyalismo demum superveniente atque Extremis artuum ex universali & æquali Variolarum maturatione intumescensibus Æger bene dormit, & a seipso jacet, de dolore Exanthematum inflammatorio duratæ conquestus, ideoque Bolum solummodo hora somni repetendum duxi, atque usum reliquorum continuandum. Augusti decimo, Morbi scil. 12. postquam alvum per triduum præcedens semel in die sponte dejecisset bonis avibus Æger, & Exanthemata ubique in pectore & artubus pure concocto tangerent atque flavescerent sine Febre præsentem Julapium Paregoricum mane & vesperi durante Morbi declinatione usurpandum imperavi, & Cochli. i. Mucilaginis sequentis super linguam imponendam, ad illius Scabritiem à Variolis ortam emolliendam & deterrendam.

℞. Mucilag. Sem. Cydon. Aq. Plantag. extract. ꝑvi. Syrup. de Rub. Ida. ꝑij. M. Exanthemata autem uti maturationem perfectam non ante duodecimum Morbi diem assecuta sunt; ita quamvis pure concreta ante in Tubercula more Variolarum benignarum mutata sunt, vix autem incrustata & Scabie obducta penitus erant ante diem Augusti 13. Morbi autem 15. tandem 17. Augusti (Appetitu jam & temperie integrè restituis) læces Morbi per alvum deturbandas Potione sequenti mane proximo exhibenda, atque quæ toto quoque die repetenda jussi.

℞. Decoct. Senn. Gereon. ꝑiij. Mannæ selectiss. ꝑss. M. F. Pono. Atque hoc pacto Ægrotans præter spem adstantium liberatus reconvaluit, nec quivis Morbosus affectus postea subortus est.

Hist. 21. Dominus Northcot vir ingenio acerrimo, studio Medicinæ operam dans, post exercitia vehementiora præcedenti die admodum servido diutius protracta, 7. Junii Anno 1693. Algere & horrore repente correptus, deinde Colore febrili, Capitis dolore, nausea, cæteriisque Symptomatis Variolarum apparatus vulgè comitantibus laborans decumbebat. Die proximo scil. Junii 8. Febrim nullatenus Variolosam esse suspicatus, ad Symptomata allevanda Chirurgo accersito Venam sibi in brachio tundendam, atque sanguinis unc. x. vel xii. detrahendas curavit; hoc forsitan perperam quia nullum Symptoma

Tom. IV. Pars II.

præter modum urgebat: Cum urem nihil inde levaminis percepisset, Junii 9. Collegam nostrum Clar. D. D. Goodall accerserat, qui ad effervescentiam sanguinis moderandam, lordes oris detergendas, somnum coacitandum, vires Spirituum egerdas atque esse atus eorum motus compescendos, cæteriisque symptomata tollenda præscripsit sequentia.

℞. Aqu. Cichor. Cadu. an. unc. iij. Salis Absinth. ꝑss. Spir. Vitriol. gutt. xx. M. F. Haustus, quem cap. secunda pom. & Sudoribus indulget.

℞. Aqu. Hord. optimè depurat. ꝑss. Syrupi Violæ Succo Cur. Lujul. an. unc. j. M. F. Julap. de quo bibat ad libitum urgente siti.

℞. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ꝑj. Sal. Piqnel. C. C. volat optimè rectificat. an. gr. vi. Laudan. Lond. gra. i. Confect. Alchem. sc. odorat. q. s. M. F. Bolus quem deglutat octava vespertina superbibendo haustum liquoris Posseticæ Sa. viâ alterat.

℞. Aqu. Hord. optimè depurat. ꝑiv. Spir. Vitriol. gutt. xv. Syrup. è Mor. unc. i. M. F. Gargarism.

℞. Mucil. Semin. Cydon. Extract. Syrup. Rub. Ida. unc. vi. M. F. Mucilago super linguam sæpius tenenda. Applicetur Vesicatorium ad Nucham quamprimùm, vel saltem sub vesperam. A primo Morbi insultu una vel altera Variola prænuncia cæteris major in manu se prodiderat, jam verò sub tertii diei vesperam Exanthemata ubique cœperunt admodum Discreta; Ægrotans autem inquietus & vigil tota nocte deliravit. Junii 10. Decoctum album præscriptum erat ad sitim sedandam, Pulvis etiam sequens è Cochli. uno Julap. sequent. statim exhibebatur, propinatis subinde ejusdem Cochli. iij. Pulv. è Chel. Cancr. comp. ꝑi. Sacchar. Perlat. ꝑss. M. F. Pulvis.

℞. Aqu. Lac. Meliss. an. unc. iij. Epidem. Cinam. Epidem. Hord. an. unc. i. Margar. præp. ꝑj. Sacchar. alb. ꝑiij. M. F. Julap. Cum autem Vigiliæ & Delirium adhuc urgerent, sub vesperam Haustus sequens Paregoricus ministrabatur, atque alter ejusmodi parabatur mediâ nocte propinandus, modo Æger somnum non caperet.

℞. Aqu. Lac. ꝑj. Epidem. Cinam. Hord. an. ꝑiij. Laudan. liquid. gutt. xj. Syrup. de Mecon. ꝑi. Spir. Vitriol. gutt. vii. M. F. Haustus. Haustu hoc propinato alquantulum dormire cœpit, minus delirabat, neque multum febricitabat; Exanthemata autem numero indies aucta jam demum Junii 11. (quo die Ego consulendi gratia accerser) serè cohererebant, ubique autem depressi erant & semimortua, Pulsus insuper languēbat, atque somnus (spiritibus adhuc veneno irretitis & inde in motus inordinatos adactis) usu Opiatorum non faciliè Ægrotanti conciliabatur; unde rectè conjecimus Morbum post Crisim imperfectè peractam, Mediam naturam sortitum esse, atque Febrim subinde postliminò instanti maturatione rediuram, nisi Spiritus Alexipharmacis cum Opiatis conjunctis & copiosè exhibitis demum expansi, venenum jam saltem ultimo Eruptionis die fortiter propulsare valerent, & tumultus eorum componerentur. Ideoque postquam liberum ei fuit sese ab uno latere lecti in alterum volvendo immodicos sudores quibus jam ubique scatebat, compescere, Cochli. v. vel vi. Julap. sequent. agitata phiala quarta quaque hora propinavimus.

℞. Aqu. Ceras. nigr. Meliss. Cinam. Hord. an. ꝑiij. Epidem. Pœon. comp. an. ꝑvi. Lap. Gœe. Pulv. è Chel. Cancr. comp. an. ꝑj. Syrup. de Mecon. ꝑss. M. F. Julap. Haustum insuper paregoricum nocte præcedenti præscriptum illud exhibendum justè præcedenti præscriptem hora somni ministrandum & media nocte, atque crastina aurora, si modo vigilie id postulaverint, repetendum.

℞. Aq. Lac. Flor. Paralyf. an. ꝑss. Epidem. ꝑiij. Succ. Lim. Semicochleare, Laud. lib. Sydenh. gutt. xxi. Syrup.

Y

Syrup. de Mecon. ʒvi. Usus Julapii Perlari & Decocti albi non intermittebatur. Non obstante autem Opiatorum copia ægrè admodum somnum capiebat, aliquantulum etiam delirabat, Exanthemata ubique in apicibus depressa albescere incipiebat. Reverti Junii 12. primò verò maturationis mane, usu Opiatorum assiduo motus Spirituum vacillantium inordinatos compescere adhuc moliebatur, more sequenti.

℞. Aqu. Lac. Ceras. nigr. an. ʒi. Pœon. comp. Epidem. an. ʒij. Laudan. liquid. Sydenh. gut. xv. Syrup. de Mecon. ʒj. M. F. Haustus illico exhibendus, & post quatuor horas repetendus nisi somnus obrepit; Julapium Paregoricum adhuc quarta quaque hora repetendum, & Julapium Perlatum pro re nata ministrandum jussimus, & Liqueorem Posseticum Ficus & Cicer. rubr. alteratum in locum Decocti albi substituiimus. Frustra autem in tanto Spirituum languore Opiatis & Alexipharmacis minoribus scopum attingere contendimus: sub vesperam enim reversi, Ægrotantem invenimus vigilem, inquietum & delirum; adeo enim Spiritus veneno ireriti, Opiatis opprimebantur, non tantum depressi Cerebri gravativo, sed etiam de Spirituum defectu & summo languore conquereretur, ac si illic animam efflaturus foret; quocirca Julapio cum Speciebus, & Opiatorum usu non omisso, ad Alexipharmaca sequentia majora & Vesicatoria confugimus.

℞. Theriac. Androm. ʒvi. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. Rad. Serpentar. Virgin. an. ʒvi. Castor. gr. vi. Laudan. Lond. gr. ij. M. F. Bolus statim exhibendus cum haustu Julapii Perlari, repetendusque quarta quaque hora si Vigilie urgeant. Unciam etiam unam Aq. Epidem. Julapio Perlato addimus, atque Vesicatoria ij. ampla & acria ad internas brachia supra Pulsus applicanda jussimus. Media autem nocte, incipiente jam secundo maturationis die, Æger algore correptus ad horæ dimidium deliquitum passus est; mane autem sequenti Junii scil. 13. reversi Febrem continuam, verum neque Petechiis, neque alia quavis nota exitiali comitamam recens accensam exsiti, oris ariditate & Pulsus ceritate deprehendimus: spiritibus autem hoc pacto quadantenus expansis, Ægrotans jam demum placidè dormiebat atque delirare desinebat, Exanthemata jam maturationem aliqualem assequi incipiunt, Facies quadantenus intumescit, & Ptyalismus, exulante jam Gutturis dolore, supervenit, ideoque Bolum Alexipharmacum absque Laudano statim exhibuimus, & cum Laudano media nocte ministrandum jussimus, modò vigilie reverterentur; ad Ptyalismum etiam promovendum, Gargarismum sequentem tepidè faucibus Siphone sapis injiciendum curavimus, atque usum Liqueoris Possetici ante præscripti, Julapii Perlari, & Julapii Paregorici cum Speciebus repetendum.

℞. Decoct. Ficum ʒij. Mell. Ros. colat. Diamor. an. ʒj. M. F. Gargaris. Per biduum jam scil. 14. & 15. Junii res Ægrotantis serè in eodem statu manent, Febris adest mitis, verum continua. Ptyalismus levis protenditur, facies & extrema artuum quadantenus incassantur, non verò in tumorem altum atollantur, utcumque durante hac levi Natura velitatione parcius Opiatorum usus Vigilias & Delirium arcebat; ideoque usu Julapii Paregorici cum Speciebus quarta quaque hora ministrati jam contenti, Bolum Theriacalem absque Laudano ter in die ministrandum parari imperavimus, verum cum Laudano modò fortè Vigilie reverterentur. Sub finem autem diei 15. viribus jam in veneno propulsando Naturam quadantenus deficientibus, (cujus rei voluntaria Oculorum apertio, & Tumor facium diminutus primum signum dedit) Æger ad Vigilias & delirium magis proclivis erat; unde conjecimus Morbum præproperè antè maturationem Variolarum com-

pletam, ultimum suum Declinationis stadium inisse: ideoque Bolum Theriacalem cum Laudano hora decima ministrandum jussimus, & post quatuor horas elapsas repetendum, modo vigilie vel deliria augerentur, sexta autem matutina absque Laudano Vesicatoria duo parabantur ad Tibias applicanda, si modò vigilie vel delirium istud remedium postulare, Julapium Paregoricum repetebatur. Verum Jun. 16. utur ab Opiatis Ægrotantis somni protraherentur, nihil autem inde melius se habuit; Morbo enim jam evidenter funestè declinante, Variolæ ubique coherentes scabie una continuati, eaque nigra obductæ, de repente in facie incrustantur, in trunco autem & artubus sero limpido potius quam pure maturo semiplenæ ubique subsidunt, Ptyalismus exulat, extrema non ut prius incassantur, urina pauca & quasi sana redditur; Natura denique haud amplius per Cutim, Ductus salivales vel extremas partes Venenum superstes protrudere potis, proflus triumphata succumbit: Æger post dejectionem liquidam & copiosam mox vigilat & delirat, Pulsus celer, inordinatus & languidus indicia fati appropinquantis haud obscura exhibet; ideoque nobis visum est, applicatione Vesicatoriorum præcedenti nocte perperam omisorum, atque diligenti & sæpius repetito Alexipharmacorum & Opiatorum usu, Spiritus expandere, & effrenatos eorum motus compescere pro virili moliti atque ope Cinerum Bufonum Lympham venenatam per Cataractas Renum deturbare; quo nomine Vesicatoria ij. ampla & acria ad internas Tibias statim applicantur atque Bolus Theriacalis cum Serpentar. Virgin. ʒj. Laudan. Lond. gr. ij. & Ciner. Bufon. ʒj. illico exhibetur, quarta vel quinta quaque hora repetendus, cum vel sine Laudano pro ratione Dejectionum, Delirii & Vigiliarum. Insuper liq. Possetic. cum vino Canar. & ʒij. Decoct. albi cum Vin. Canarin. ʒij. & Sacch. sibil. ʒj. pro potu ordinario parantur; & Vinum Canarinum meracum cum vel sine Spirit. C. C. in Deliquit vel magno quovis languore conceditur. Mandatis hisce nostris strenuè executis bene dormit Æger, atque rursus mente integra fruitur, alvo etiam adstricta Urinæ quantitatem triplo majorem quam prius reddit, ideoque die 17. Bolum Theriacalem cum Ciner. Bufon. & Laudan. Lond. gr. ij. rursus exhibuimus; Febris enim (ut ex Pulsu patebat) adhuc aderat, vesperi Bolum sine Laudano repetebamus, & alterum cum Laudano in promptu esse media nocte exhibendum, si Vigilie urgerent vel alvus iterum flueret, curavimus. Mentis adhuc compos benè dormit, & urinam copiosè reddere pergit: quandoquidem verò adhuc fabricitaret, atque inde somnum minus placidè caperet, die 18. Bolum Theriacalem cum Serpentar. Virgin. Ciner. Bufon. & Laudano rursus statim exhibendum duximus, repetendumque hora somni, & [nisi interea bene dormiret] medià nocte absque Laudano verò aurora proxima isto die, Morbi scil. undecimo, declinationis; verò tertio vel quarto, post dejectionem alvi moderatam, Pulsus, Lingua & Temperies Patientis benè se habebant, Febris exulabat, Exanthemata in trunco & artubus, quamvis cruda, depressa & sero minus cocto semiplena sensim declinabant, ideoque solummodo Julapium Paregoricum cum Speciebus quarta quaque hora repetendum jussimus, atque Bolum cum Ciner. Bufon. & Laudan. exhibendum: (hucusque enim urina fluebat copiosè) modò Vigilie vel Fluxus alvi reverterentur. Die vicefimo (Collega Cl. in rus vocato) cum animadverterem Patientem planè reconvalescens, nisi quod nares & trachæa glutinoso phlegmate & scabie molestè obturarentur, præter usum Julapii Paregorici repetendum, Apozematis sequentis Cochil. xli. tepidè sexta quaque hora propinanda jussi,

℞. Decoct.

℞. Decoct. Pector. depurat. ℞j. Tinctur. Croc. Syrup. è 5. Rad. an. ʒj. M. F. Apozema. Et ad nares deobstruendas, mixturam sequentem tepidam naribus leniter Siphone injiciendam, unde sordibus glutinoso & viscido humore implicatis excitata stertuatione deterfis, vir ingeniosissimus me adflante à molesto symptomate repente liberabatur.

℞. Decoct. Pectoral. ʒiv. Mell. Ros. Ol. Amygd. dulc. an. ʒß. M. Atque cum jam res Patientis erant in vado, id pensi quod supererat expertissimo & sagacissimo Collegæ jam è rare reverso absolvendum reliqui. Vir Cl. Junii 29. sanguinis ʒix. è brachio detrahendas jussi, atque die proximo Potionem sequentem alto mane propinavit.

℞. Tamarind. ʒß. Fol. Senn. ʒij. Rhab. incif. ʒiij. Coq. in Aq. F. q. ad ʒiij. Sub finem Coctionis addendo Cremor. Tartar. ʒj. In colaturâ dissolv. Manne electiss. ʒvj. Syrup. Ros. solutiv. unc. 6. è Spin. Cerv. ʒij. M. F. Potio. Quæ repetebatur Julii tertio, & peracta purgatione, Haustus paregoricus sequens propinabatur.

℞. Aqu. Lactis unc. ij. Cinam. Hord. Epidem. an. unc. 6. Laudan. liquid. gut. 12. Syrup. de Mecon. unc. 6. Confect. de Hyacinth. ʒj. M. Die Julii 6. alvus subducebatur Pilulis sequentib. post primum somnum deglutitis.

℞. Mass. Pil. Coch. maj. ʒij. Tartar. Vitriolat. gr. iij. Ol. Juniper. Chym. gut. ij. M. F. Pil. v. deaurand. Die Jul. 9. Pilulæ prædictæ additis Diagrid. gr. iij. repetebantur primo mane, & hora somni propinabatur Haustus paregoricus ante descriptus.

Hoc pacto Vir ingeniosissimus & (si mihi varicinarum fas sit) futurus olim nostræ facultatis decus & ornamentum, ex Orci faucibus ereptus demum reconvalecebat, nec ærumnosum aliquem affectum deinde passus est; tanquam Appetitus non statim integrè restitutus est, nocturnis sudoribus madebat, atque facies surfuracea scabie indies renascente quadantenus deformabatur: quo nomine cum post hebdomadas aliquot grato animo me invisit, suasi ut Corticis Peruviani unc. j. quamprimum devoraret, ad reliquias venenati fermenti adhuc intus cohibitas (horum majorum proculdubio causam) delendas, quas tamen nullus dubitabam Naturam viribus propriis instructam tractu temporis longiori edormituram. An monitis nostris hæc in te morem gessit, Mihi non constat: ex literis verò ab illo non ita pridem scriptis, intelligo eum perfecta valetudine uti.

Hist. 22.) Johannes Jorden Servus Domini Tod Pharmacopoli habitantis in vico, dicto Ave-Marylane Adolescens 16. annos natus, die Sabbati Julii 23. post citam & diutinam obambulationem tempestate præservida, dolore capitis immani & Spasmodicis Lumborum excruciantibus correptus, sine algore, horrore vel febre evidenti, decubuit, spiritibus vehementi dolore multam diuque attritis, (in cujus allevationem illico me iudice celebranda, atque inde Opiata & Alexipharmaca ministranda erant, quæ in hoc casu perperam omittentur) die proxime Variolæ admodum frequentes & parvæ erumpere cœperunt. Ego die 26. accersitus deprehendi Febrim continuam, Pulsum debilem & celerem, temperem verò ob spirituum languorem mitem. accesserunt Vigilæ pertinaces, Jactatio inquieta, Dolor capitis vehemens & gravativus, Exanthemata ubique livescere & languere, & cum Petechiis hic illic sparsis conjungebantur. Igitur Vesicatorium statim ad Nucham applicandum jussi, atque Bolum sequentem illico exhibendum, repetendumque vesperti cum vel sine Laudano pro ratione vigiliarum:

℞. Theriac. Androm. Pulv. è Chel. cancr. comp. Lap. Contrayerv. Serpentar. Virg. an. gr. vij. Laudan. Tem. IV. Pars II.

Lond. Syrup. Caryoph. q. l. M. F. Bolum. Julapium etiam Paregoricum cum Speciebus sæpius propinatum est. Die 27. ut ut usu Opiatorum Aeger aliquantisper sopitus fuerat, tamen dolore capitis vehementi adhuc laborabat, Exanthemata ubique depressa pæne cohærebant, atque Petechiæ numero & magnitudine augebantur, atque inde Bolum cum Laudano & Serpentar. Virg. sexta quaque hora repetendum, atque Vesicatoria etiam ad carpos applicanda duxi, atque Vinum Canarinum frequenter propinandum. Die 28. Exanthemata præter spem adflantium, cessante jam Febre & Capitis dolore, atque subortâ Salivatione, ubique quadantenus acuminata maturescere incipiunt, Petechiæ evanescent, Aeger quietè dormit, Spes affulget, ideoque Bolorum usum sexta quaque hora adhuc repetendum imperavi, atque Liquorem nostrum Ficus, &c. alteratum pro potu ordinario usurpandum. Die 29. Naturâ per ductus salivales hostem haud amplius propellere valente, Ptyalismus repente atque inopinato subsistit; Aeger autem non obstante Pulsus debilitatè & oppressione adhuc æstivè, mente integrâ fruitur, & bene dormit, extremæ autem partes nequaquam intumescunt, ideoque Boli sexta quaque hora adhuc repetebantur, additis unicuique Bolo Ciner. Bufon. gr. xv. Die Julii 30. Morbi verò 7. Aeger Urinam reddit copiosam & bene dormit, Exanthemata in facie pure concocto turgida legitime maturantur, in trunco autem & Artubus cruda & depressa manent, Pulsus acceleratur, & ulcuscula à Vesicatoriis excitata areseunt, ideoque Vesicatoria duo ampla & acuta primo hoc Declinationis momento ad Tibia internas applicanda curavi, & ut perseveraret in usu Bolorum sexta quaque hora, & Vinum Canarin. & Liquoris Possetic. medicat. mandavi. Die 31. manus (Febre unum tenorem adhuc servante, & Urina copiosè reddita) intumescere incipiunt, atque Exanthemata in pectore & brachiis quadantenus maturescere, in cruribus adhuc deprimuntur, dormit verò satis Aeger & mente sanâ fruitur, ideoque in usu Bolorum adhuc sexta quaque hora perseverandum duco. Aug. 1. nono autem Morbi die Exanthemata in Pectore & brachiis, humore aquoso referta Scabie obduci incipiunt, una manus insigniter inter intumescit, atque Febris, Natura jam victoriam aliqualem reportante, post exacerbationem præcedenti nocte notabilem bonis avibus in Somnâ evidenter mutatur, ideoque ad expansionem Spirituum sustentandam Bolos Alexipharmacos sexta quaque hora adhuc repetendos jussi, atque haustum Febriæ fugam sequentem in mediis Bolorum intervallis propinandum.

℞. Aqu. Cardu. unc. ij. Epidem. Syrup. Caryoph. an. ʒij. Pulv. subtiliss. Cortic. Peruv. elect. ʒj. M. F. Haustus. Ad Phlegma viscidum ad Tonsillas adhærens educendum Gargarismum sequentem Siphone caelidè & sæpe faucibus injiciendum curavi;

℞. Decoct. Ficum ʒß. Mell. ros. colat. unc. 16. M. F. Gargarism. Aug. 2. Variolæ ubique in corpore membranas pellucidas simulantes areseunt, præterquam in facie, ubi pure magis concocto, in tubercula concreseunt, Pedes vero quadantenus adhuc intumescunt. Aeger post exacerbationem febrilem nocturno tempore contingentem [urinâ adhuc copiosè reddita] placidè dormit & minimè delirat; quocirca usum Bolorum & Haustum febrifugorum adhuc sexta quaque hora repetendum duco. Aug. 3. Exanthematis jam ubique etiam in ipsis cruribus arefactis, febrilis paroxysmus media nocte vehementior recrudescit, eo autem horis matutinis declinante, Aeger rursus bene dormit, atque mente integrâ fruitur, Phlegma ope Gargarismi co-

piosè educitur, inter dormiendum tamen Ager suspiriosè respicit, atque crura tremore Convulsivo saepius agitantur, ideoque Bolus & Haustus febrifugos adhuc præscribo sexta quaque hora repetendos: Cum autem nocte sequenti Ager bene dormiret, atque nullam exacerbationem passus, quoad cætera omnia bene valeret, Bolus, & Haustum febrifugum solummodò bis in die, scil. nocte & mane, exhibendum jussi. Aug. 5. Morbi 13. Patientem plane *amovisti* inveni, eique valedixi, postquam Bolus per duas noctes sequentes sumendum, & Linimentum ex Oleo Amygd. dulc. & Sperm. Ceti faciei illinendum, atque Emulsionem ad Dysuriam jam subortam tollendam præscriberem. Atque hoc pacto Adolescentis artus ope proculdubio sanatus reconvalecebat, & hucusque integra valetudine oritur.

Hist. 23.) Georgius Reade Juvenis robustus, servus Domini Caresby in vico dicto St. Thomas Apofle, sub finem mensis Decembris 1692. Febre Variolosa cum symptomatis usitatis conjuncta corripiebatur. Tertio Morbi die, nempe primo Januarii, Variolæ discretæ erumperant, Veneno verò nescio quam ob causam minus perfectè eliminato, Exanthemata (febra adhuc perstante) indies nova suppullularunt languida ubique & sessilia, donec tandem tertio die magna ex parte planè cohererent, Morbo mediam indolem sortito. Tertio autem Januarii, quo primum Variolas maturefcere oportuit, deprimebantur ubique Exanthemata, & in apicibus albescebant, Ager tota nocte frequentibus deliquis tentatus, Vigil & serociens ægrè in lecto detinebatur, & eodem modo se habuit nocte sequenti. Proximo autem mane, nempe Januar. 5. cum ego primum à Domino Marlow Pharmacopola exercitatissimo & ingeniosissimo ad Juvenem, re parè desperata, advocarer, Variolas animadverti secundo hoc Maturationis die sessiles ubique & seminaces, Polsum debilem & quadantenus celerem, temperiem mitem, Agrotantem insomnem, hebetem & nonnihil delirium, ideoque Bolus sequentem in Cochli. Julap. sequent. solut. statim exhibendum jussi, & media nocte atque aurora sequenti repetendum, nisi somnus interea obrepset, & Cochli. iv. vel v. ejusdem Julap. superbibenda.

℞. Theriac. Androm. Pulv. è chel. cancr. comp. an. ʒʒ. Laudan. liquid. Helmont. gut. xii. Syrup. Caryoph. h. q. i. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Meliss. Rut. Ceras. nigr. an. unc. iij. Pæon. comp. Epidem. Syrup. Caryoph. an. unc. iʒ. M. F. Julap. Vesicatoria etiam iij. ampla & acris ad Nucham & Carpos internos illicò applicanda imperavi, & liquorem Posseticum nostro modo alteratum tepidè & copiosè ministrandum. Hinc Ager benè dormit, & melius se habet, exacerbatione autem media nocte recurrente, rursus insomnis factus per aliquot horas furit & delirat, mane verò proximo ad se redit, atque Exanthematis vigentibus & quadantenus maturefcens sere *amovisti* dormit. Ex febre *amovisti* typum servante [quod oppidò tardè in hoc Morbi tempore hætenus observaram] certior factus, sat virium Spiritibus superesse ad vires Corticis Peruviani in actum ducendas, Januar. sexto Haustum septicatem illicò propinandum jussi, itidemque quarta pomerid. septima & decima vespertina, crastina aurora, & deinceps quarta quaque hora repetendum.

℞. Aqu. Card. Cinam. Hord. an. unc. i. Aqu. Epidem. ʒij. pulv. subtiliss. Cortic. Peruv. elect. ʒj. Syrup. Caryoph. ʒij. M. F. Haustus. Bolus etiam Theriacalem cum Laudano hora undecima noctis paulò ante expectatum paroxysmum ad vires Spirituum sufficiens, & symptomata du ante exacerbatione corrigenda exhibendum curavi, utque usum

Julapii Cordialis repetendum. Quandoquidem verò Variolis tardè maturefcens & veneno Glandulas salivales demùm sollicitante Dolor inflammatorius in Gutturè subortum jam cœperit, Gargarismum ex Decoct. Fictum, Mel. Rosat. colat. & Diamor. Siphone saepius in die faucibus injiciendum jussi. Nocte sequenti Ager tempore exacerbationis aliquantulum friget & horret, non tamen delirio, vel deliquio, vel evidenti Febre tentatur, & placide dormit, Ptyalismus supervenit, & manus quadantenus intumescunt, & Variolæ ubique aliquantisper maturefcunt, ideoque Januar. 7. Haustum febrifugum statim exhibendum repetendumque jussi quarta pomerid. septima vespertina, & crastina aurora, Bolus Cardiacum rursus ut prius ante mediam noctem ministrandum cum haustulo Julap. & Gargarismum adhuc usurpandum, & Cochli. iv. vel v. Julap. sequent. quarta quaque hora propinanda, præsertim durante exacerbatione.

℞. Aqu. Meliss. Rut. Ceras. nig. an. ʒij. Epidem. Pæon. Comp. Syrup. Caryoph. an. unc. iʒ. Pulv. è Chel. Canor. Comp. Lap. Contrayerv. an. ʒij. M. F. Julap. Nocte sequente febricitat aliquantulum Ager per quatuor horas, Variolæ in facie & pectore exarescere incipiunt, in manibus autem prius coherentes confluunt, sero minimè, concocto semiplenæ, Guttur adhuc dolet, Ptyalismus, manu utraque insigniter intumescens, declinat, ideoque Januar. 8. tres haustus febrifugos, quarta scil. pomerid. septima vespertina & mane proximo exhibendos jussi, Bolus Cardiacum hora somni repetendum, Gargarismum saepius usurpandum, & Julapium cum speciebus ut antè ministrandum. Cum autem Paroxysmus febrilis nullatenus nocte proxima recrudisset, solummodò Bolus Pægoricum Januar. 9. hora somni & mane sequenti repetendum duxi, atque Gargarismum & Julapium cum speciebus ut antè exhibendum, atque ad expectorationem Phlegmatis in bronchiis jam concrecentis promovendam Cochli. x. vel xii. Apozem. sequent. calidè saepius propinanda.

℞. Decoct. Pectoral. depurat. ʒʒ. Tinctur. Croci Syrup. Capill. Ven. an. unc. iʒ. M. F. Apozema. Januar. 10. eadem, quæ præcedenti die præscriptam, repetebantur, Januar. vero 11. Morbi verò 14. cum Ager iterum febricitaret, & levem quandam exacerbationem nocte præcedenti passus esset, atque dysuria tentatus urinam ægrè retineret, Haustum febrifugum illicò exhibendum & mane proximo repetendum jussi, Bolus Cardiacum hora somni iterum ministrandum, usum Gargarismi & Julapii cum speciebus non intermittendum, atque Cochli. x. vel xii. Emulsionis sequentis tertia vel quarta quaque hora propinanda.

℞. Sem. 1v. frig. maj. an. ʒj. Semin. Papav. albi unc. ʒ. Amygd. dulc. de cortic. no. v. i. Aqu. Hord. depurat. ʒʒ. F. Emulsio, cui add. Aqu. Ros. Rubr. unc. ij. Sacchar. alb. unc. iʒ. Januar. 12. Morbi 15. Patientem planè *amovisti*, urinam copiosè sine Dysuria reddentem & ab omni ærumoso symptomate liberatum inveni, ideoque solummodò gut. xx. Laudan. liquid. in Haustu Julap. Cordial. Simplicis duabus noctibus sequentibus hora somni ministrandas, atque Linimentum ex Ol. Amygd. dulc. & Spermate Ceti pro facie parandum curavi, Demùm Januarii 24. reversus, cum Patientem robustum, cibi appetentem, & nullo morbo affectu tentatum animadverterem, Portionem sequentem proximo propinandam & quarto quoque die repetendam jussi.

℞. Decoct. Sennæ Gereon. unc. 1v. Mannæ selectiss. unc. iʒ. M. F. Potio. Addatur si opus fuerit Portioni secundæ & tertiæ Syrup. de Spin. Cervin. unc. iʒ. convalescebat inde Juvenis præter spem Pharmacopole & Adstantium, & huc usque firmà valetudine utitur.

Hist. 24.)

Hist. 24.) Domina *Smith* virgo elegans habitans ad Insigne Iridis in vito dicto *Feter-lane* ægrotans 6. die mensis Augusti Anno 1691. decubuit, die nono erumpebant Variolæ Distinctæ, quæ indies usque ad duodecimum (Febre adhuc præseverante) more Mediarum Variolarum numero augebantur, demum frequentes & pænè coherentes, ubi iuc verò flaccidæ & depressæ subortâ notabili salivatione sine febre maturefcere cœperunt. Ptyalismo verò nescio quam ob causam) hætenus enim è Domino *Bradford* Pharmacopola habitante in vico dicto *Old Baily* tractabatur) ante perfectam Exanthematum maturationem de repente, die decimo sexto subsistente, tota nocte sequenti vigil & delira Ægra vehementem febrilem paroxysmum ad xii. horas protensum perpessa est. Die proximo nempe Aug. 17. & Morbi 11. Ego primùm accersitus, ex Pulsu debili & celeri Febris remissionem deprehendi, Exanthemata animadverti ubique depressa, lymphâ non pure concocto semiplena, Ægram vigilem, deliram, non tamen ut præcedenti nocte furentem: ideoque ad Spiritus erigendos, eorumque vacillantium motus inordinatos compescendos, Vesicatoria ii. ampla & acria ad internos Carpos statim applicanda iussi, atque Cochli. iv. vel v. Julap. sequent. (agitata phialâ) quamprimùm exhibenda, & deinceps quarta quaque hora repetenda.

℞. Aq. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥iv. Pœon. comp. Epidem. an. unc. i. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ℥ss. Syrup. de Mecon. unc. i℥. M. F. Julap. Atque primo ejus haustulo, & proximo mane gut. xv. Laudan. liquid. insillient. Insuper Julapium sequens ad libitum propinandum præscripsi.

℞. Aqu. Lactis Alexiter. unc. viii. Epidem. unc. ii. Syrup. Caryoph. ℥x. M. F. Julap. tunc somnum capiebat, & mente sana fruebatur usque ad mediam noctem, quo tempore certamine à Natura recens instaurato, paroxysmum alterum pænè ad xii. horas vigil & furibunda perpessa est. Quocirca 18. Augusti dosim Laudani in Haustu Julap. cum Speciebus rursus statim exhibendam, itidemque mane proximo repetendam iussi, atque utramque Julapium adhuc usurpandum ut prius. Cum autem nocte sequenti alteram exacerbationem cum vigiliis & delirio conjunctam non obstantè Alexipharmacorum & Opiatorum usu, statâ periodo jam tertia vice recurrentem observaveram. Febrifugas Corticis Peruvianij vires in casu hoc deplorato experiri decrevi, ideoque Haustum sequentem Aug. 19. illicò propinandum iussi, repetendumque quarta quaque hora extra paroxysmum.

℞. Aqu. Cardu. unc. ii. Epidem. Syrup. Caryoph. an. ℥ii. Pulv. subtiliss. Cortic. Peruv. elect. ℥j. Laudan. liquid. Helmont. gut. xii. M. F. Haustus. Durante Paroxysmo persistabat Ægrotans in usu Julapii cum Speciebus. Augusti 20. post paroxysmum hinc Haustum Febrifugum iteram quarta quaque hora ad iv. vices repetendum imperavi, nocte sequenti nullus repullulabat Paroxysmus, ingenti autem Ptyalismo demum reduce, & fluxu alvi suborto, Patientis planè & superè jacuit, atque utut debilis & languida somnium placidum capiebat & delitare desinebat, ideoque Augusti 21. Decoctum album suffeci in locum Potus ordinarii, atque gut. 14. Laudan. liquid. in haustu Julapii sequentis statim propinavi.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥iii. Cinam. hord. ℥iv. Stephan. ℥ii. Syrup. Caryoph. ℥i℥. M. F. Julap. De quo bibat ad libit. atque Bolum sequentem horâ somni ministrandum curavi cum Haustu Julap.

℞. Theriac. Androm. Pulv. è Chel. Cancr. Comp. an. ℥ss. Syrup. Caryoph. q. f. M. F. Bolus. Cum autem Augusti 23. Patientem languore & suffocatione [alvo jam contractâ] more Hyftericarum tenta-

Tom. IV. Pars II.

tam animadverterem, aliquid venenati fermenti adhuc supereisse conjeçi, quod Spiritus agitando, licet paroxysmis febrilibus statò tempore instaurandis haud par esset, saltem eos in incertas explosiones adigere posset, ideoque Bolum sequentem quamprimùm deglutendum iussi, repetendumque deinceps sexta quaque horâ ad tres vices, una cum Haustu Julap. sequent. ad libitum etiam pitissandi, atque Spir. Salis Armoniac. sæpius in languoribus olfaciendum.

℞. Pulv. subtiliss. Cortic. Peruv. elect. ℥ii. Castor. gr. iii. Laud. liquid. Helmont. gut. xii. Syrup. Caryoph. q. f. M. F. Bolus.

℞. Aq. Rut. Meliss. Ceras. nigr. aa. ℥iij. Bryon. Pœon. Comp. Syrup. Pœon. Comp. an. ℥i℥. M. F. Julap. Inde reconvalluit virgo, nec ullum omnino morbosum affectum passa, in rus sese contulit priusquam Catharsis quancunque præscripsissem.

Hist. 25.) Dominus *Jones* cognitor, annos 26. natus, habitans in vico dicto *Sbos-lane*, sub. vespertam diei 13. Februar. 1691. prægrandi Capitis dolore correptus sine quovis evidenti Horrore vel Algore, die 14. ægrotans licet & crebrò vomens per totum diem obambulabat, sub vespertam verò sudore frigido sæpius persusus, & Lumbagine plurimùm attritus, cœpit quadantenus febricitare. Sub vespertam diei 15. Exanthemata ubique in cute derespente efflorescunt confluentia, vel racematim coherentia. Die 20. Februr. septimo autem Morbi, quo ego accersitus sum, Ægrotans cujus Pulsus erat tunc temporis celer admodum & debilis, temperies verò mitis planè insomnis jacebat & attonitus, & pænè delirabat: Febris enim (Veneno neque per Exanthemata quæ secundo, maturationis die ubique sessilia exarescebant, neque per ductus Salivales qui obturabantur, fortiter propulsato) indolem prorsus malignam sortiebatur, uno tenore progressa est, & mortem præforibus adflare denuntiavit. Æger de vigiliis tantùm conquerebatur. Ideoque re adeò desperatâ, Spiritus languidos stimulare, motusque eorum inordinatos compescere more sequenti satagi. Applic. statim ad Nucham & Carpos internos Vesicatoria iij. ampla & acria.

℞. Theriac. Androm. Pulv. è Chel. Cancr. comp. an. ℥ss. Laudan. liquid. Helmont. gut. xiv. Syrup. Caryoph. q. f. M. F. Bolus, illicò exhibendus, repetendusque hora somni & crastino mane, post singulos Bolos & ad libitum propinentur Cochli. iv. vel v. Julap. sequent.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥vi. Epidem. Pœon. comp. an. ℥i℥. Syrup. Caryoph. ℥x. M. F. Julap. Liquorem etiam posseticum nostro modo alteratum, pro potu ordinario præscripsi, & Gargarismum ex Decocto Fictum, &c. ad linguam aridam emolliendam, & papillas ductuum Salivalium irritandas, & Ptyalismum promovendum, singulis horis Siphonè faucibus injiciendum. Cum autem Februar. 21. ex continuatis adhuc vigiliis & celeritate ac debilitate pulsus Ægrotantem ope horum mitiorum Alexipharmacorum sese non melius habere intelligerem, ad majora sequentia confugi.

℞. Theriac. Androm. Electuar. ex Ovo an. ℥j. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. Serpentar. Virgin. Ciner. Bufon. an. ℥ss. Laudan. Lond. gr. i. Syrup. Caryoph. q. f. M. F. Bolus. Quem sumat quamprimùm, repetatque deinceps sexta quaque hora, ad iv. vices, superbibendo Cochli. v. vel vi. Julap. sequent.

℞. Aq. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥iij. Epidem. ℥ij. Syrup. de Mecon. ℥i℥. M. F. Julap. persistet etiam in usu Gargarismi, & Posseticæ medicatæ. Æger ab horum remediorum usu somnum capiebat, minus delirabat, urinam copiosorem reddidit; accessit fortior Arteriarum vibratio, Variolarum tamen maturatio, Salivæ profluvium & extremorum intru-

X 3

meiscentia nullos progressus fecit, Tracheæ ramuli phlegmate viscido ob Salivationis defectum plurimū infarcti respirationem minus liberam reddebant: ideoque Februar. 22. præter usum Bolorum & Julapii Pægorici & Liqueoris Possetic. repetendum Cochli. 1x. vel. x. Apozemat. sequent. calidiusculi sæpius propinanda jussi.

℞. Decoct. Pectoral. deparat. ℥iib. Tinctur. Croc. Syrup. ex Erisim. an. ℥iib. M. F. Apozema. Ad ulteriorem autem Spirituum expansionem Vesicatoria ii. ampla & acris ad interna Brachia prope axillas applicanda cur. vi. Februar. 23. Ægrotantem fere in eodem statu inveni, ideoque antè præscripta adhuc usurpanda imperavi, & præterea ad expansionem Spirituum (quos ex vibratione Arteriarum quadantenus debili adhuc veneno opprellos deprehenderam) Vesicatoria ii. ampla & acris ad interna Tibias applicanda quamprimum, & non nisi post 4. horas amovenda. Februar. 24. Æger melius dormit fere a somno redditur, atque Arteriis jam fortius & tardius sese vibrantibus, spes salutis affulget. Cum tamen sine quavis evidenti Crisi Morbus declinare videretur, Variolis nempe adhuc immaturis & depressis, partibus extremis non intumescensibus, & Urinâ parçè reddita, in ante præscriptorum usu jure merito adhuc persistendum duxi; Noctè etenim sequenti (Morbo jam die duodecimo ultimam cum stadium ingresso) Æger derepente sine quavis evidenti causâ à veneno recrudescente, Febre recidivâ correptus, exacerbationem vehementem per 12. horas protensam perpessus est, insomnis & delirus. Februarii verò 25. Febre unâ cum symptomatis plurimum remittente Naturam remediis prius adhibitis corroboratam jam aliqualem victoriam reportasse deprehendi, atque Febrem subinde à *zozoz* malignâ in benignam *zozoz* fuisse mutatam, ideoque fidenter, non obitante amicorum desperantium ploratu, Haustum Febrifugum illico propinandum jussi, repetendumque tertiâ & quintâ pomerid. & crastinâ aurorâ: horâ somni verò ante expectatum Paroxysmum, & quintâ matutina sub Paroxysmi finem, Bolum Alexipharmacum, ad Spiritus in certamine erigendos, & motus eorum inordinatos compescendos exhibendum curavi, & Julapium Cordiale durante exacerbatione frequenter propinandum. Eodem fere modo Ægrum tractavi duobus diebus proximis, nempe Februar. 26. & 27. Cum autem noctè sequenti nullam exacerbationem reduxisse intellexissem, atque proximo die, nempe Februar. 28. Morbi autem 15. Patientem planè a *zozoz* invenissem, Linimentum ex Oleo Amygd. dulc. & Sperm. Cet. quo facies illineretur per os curavi, atque Bolum Cardiacum hora somni, & crastinâ noctè unâ cum Haustu Julapii exhibendum, Haustum etiam Febrifugum mane sequenti & quinta pom. repetendum. Insuper, quandoquidem Linguam Ptyalismo nullo suborto quadantenus aridam, & Bronchia adhuc Phlegmate viscido infarctâ animadvertentem, Mucilag. Semin. Cydon. Syrup. Diamor. extractam sæpius in Ore super linguam tenendam, & Cochli. j. Linctus ex Oleo Amygd. dulc. recent. Syrup. Capil. Vea. & Sacchar. Crisal. alb. confecti quarta quaque hora unâ cum Haustu Apozem. Pectoral. calid. ministrandum imperavi. Extunc Vir ingeniosissimus Arte Medica planè ex Orti faucibus ereptus, sine quavis Variolarum maturatione sine Ptyalismo, vel Extremorum intumescens (appetitu & temperie integrè restitutus) atque nullo Morboso affectu postea suborto reconvalecebat, atque hucusque, facibus Morbi ope Pharmacorum Catharticum opportunè deturbatis, stupente planè Pharmacophola, atque Amicis plaudentibus, firma valetudine utitur. Plures Variolarum malignarum declinantium, & Febre *zozoz*

exceptarum, & Cortice peruviano feliciter sanatarum Historias narrare poteram; verum unum, & quidem unicum casum, quem hætenus observasse mihi contigit, potius lubet apponere, ubi (sive ob parçum, vel nimis serum Alexipharmacorum majorum & Cortic. peruv. usum. sive ob gradum Veneni Morbifici exitalem) prædictam praxin infausus eventus dedecoravit.

Hist. 26. Filius Domini Rainsford annos 17. natus, Januarii 20. 1693. Symptomatis Variolarum apparatus comitari solitis correptus; Januar. 22. ad nosocomium privatum in vico dicto *Warwick-lane*; sævientie jam hyeme, & Variolis jamjam erupturis, in curru vehitur; Januar. 23. sub vesperam ad eum iavendum Ego accersitus sum, cum jam Exanthemata confluentia & depressa ubique sese in conspectum dederant. Ægrum, cujus temperies erat mitis, Pulsus verò, quadantenus celer & debilis, insomnem deprehendi, ideoque Haustum sequentem statim propinandum & sexta quaque hora repetendum jussi.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥i. Epidem. Syrup. Caryoph. an. ℥iij. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. gr. xii. Laudan. liquid. gutt. xv. M. F. Haustum. Insuper Cochli. 1v. vel. v. Julapii sequentis ad libitum ministrabantur.

℞. Aq. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥iv. Epid. ℥ii. Syrup. Caryoph. 3x. M. F. Julap. Die 24. quandoquidem Æger esset fere a somno & ad somnum proclivis, utut exanthemata deprimerentur, & in apicibus quasi motu ratione incepta albescerent, præscripti Liqueorem Posseticum nostro modo alteratum calidè frequenter propinandum, atque Cochli. 1v. vel. v. Julapii sequentis quarta quaque hora ministranda, agitata Phialâ.

℞. Aq. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥iv. Epidem. ℥ij. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ℥iij. Syrup. de Mecon. ℥iib. M. F. Julap. Die 25. horum levium remedium ope bene dormivit Æger & fere a somno evasit suborto jam aliquali Ptyalismo, cum guttatis dolore & faciei intumescens conjuncto: unde ego in Spem inductus sum, utut Exanthemata juxta primam Naturæ intentionem nequaquam maturecerent, sed hætenus arefcerent & deprimerentur, ideoque ductus salivales Gargarismo calido ex Decocto Ficum, Diamor. & Melle Rosat. siphonibus sæpius injecto perpetim sollicitandos duxi, usum Julapii Pægorici cum Speciebus, & Posseticæ medicatæ repetendum, atque insuper Bolum sequentem ad vires Spirituum erigendas, & motum eorum ordinatum si forte quid Venenari fermenti adhuc delitesceret, servandum, horâ somni exhibendum, & manè proximo, unâ cum Haustu Julapii repetendum, jussi.

℞. Theriac. Androm. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. gr. xvi. Laudan. liquid. gutt. v. Syrup. Caryoph. q. s. M. F. Bolus. Die 26. cum res Ægrotantis eodem fere modo progredierentur, in usu remedium precedentis die præscriptorum persistendum duxi; quandoquidem verò die 17. Salivatio (Exanthematis adhuc depressis) non legitime procederet, atque Bronchia inde Phlegmate viscido quadantenus essent infarctâ, præter unum Julapii Pægorici cum Speciebus, Gargarismi, & posseticæ medicatæ continuatum, cochli. xij. Apozematis sequentis quartâ quaque hora calidiusculi propinanda jussi.

℞. Decoct. pectoral. deparat. ℥iib. Tinctur. Croc. Syr. ex Erylimo an. ℥j. Atque ad Lympham venenatam per Renes deturbandam, & vires Spirituum ulterius erigendas, Ciner. Bufon. 96. & Rad. Serpent. Virgin. gr. vj. Bolus vesperi & aurorâ repetendo addenda curavi. Die 28. & 29. Ægrotans eodem fere modo sese habuit, nisi quod die 29. ptyalismo

limo jam declinante, Bronchia magis infarctâ vide-
rentur, ideoque præscriptorum continuatum cochl.
1. Linctus sequent. quartâ quaque horâ exhibendum
jussi unâ cum Haustu Apozemat. pectoral.

℞. Ol. Amygd. dulc. rec. Syr. capil. Ven. an.
ʒiʒ. Sacchar. cand. alb. ʒj. M. F. Linctus. Die. 30.
Fryalismus, nullo notabili Urinæ fluxu suborto, pla-
nè subsistebat, Exanthemata ubique arescebant.
Ægrotante interea satis dormiente, nec manifestè fe-
bricitante. Nihilominus ob aliqualem linguæ ari-
ditatem, & Pulsum jam quadantenus acceleratum,
venæatum misera adhuc in Spirituum sinu cohiberi,
quod languida Natura per nullam portam hæc-
tenus protrudere valuerit, & novam Symptomatum
stragem mox datum, delitescere suspicabar; ideo-
que non tantum Linimentum ex Ol. Amygd. dulc.
& Spermat. Cet. Facies illinendum curavi, verum
usum Julapii Paregorici, & Bolorum Alexiphar-
morum per triduum assidue repetendum jussi. No-
ctē sequenti eventus præfagium comprobavit, Æ-
ger enim totam noctem insomnis & delirius exa-
cerbatione febrili jam in ultimo Morbi stadio su-
bortâ transegit; Mane vero, finito paroxysmo, ad
se rediit; & somnum aliqualem capiebat. Januar. 31.
(Collega nostro Cl. D. Doctore Carolo Goodall
consultandi gratiâ accersito) ad Spiritus erigendos,
& compescendos Vesicatoria iij. ampla & acris
statim ad Nucham & carpos applicabantur, & Bolus
sequens illico ministrabatur, unâ cum Haustu Julapii
paregorici cum Speciebus, cujus usum repeten-
dum decrevimus.

℞. Theriac. Androm. pulv. è chel. Cancr. comp.
an. ʒʒ. Laudan. Lond. gr. i. M. F. Bolus, Post trihorium
Haustum febrifugum è cortic. peruv. propina-
vimus, quem deinceps repetendum jussimuster-
tiâ quaque horâ usque ad proximum Paroxysmum,
indemque Paroxysmo finito, tertia scil. sexta &
nona matutina, nisi somnus interea obrepit; sub ini-
tium autem exacerbationis Bolum sequentem cum
haustu Julapii exhibendum, & post trihorium re-
petendum, modo Æger vigilaret, præscripsimus,

℞. Theriac. Venet. ʒj. pulv. è chel. cancr. comp.
Lap. contrayerv. an. ʒii. Laudan. Lond. gr. i. M.
F. Bolus.

℞. Aqu. Meliss. ceras. nigr. Lactis Alexiter. in.
ʒiij. pœon. comp. Epid. an. ʒij. Syrup. caryoph.
unc. iʒ. M. F. Julap. Ægro autem (paroxysmo
sub vesperam recrudescente) plane insomni & deli-
tante, atque ob Bronchiorum obstructionem, neque
Bolos vel Haustus deglutire valente, rursus accer-
siti somus, atque Haustum sequentem statim exhiben-
dum, atque post 4. horas repetendum in locum Boli
substitoimus.

℞. Aqu. ceras. nigr. Meliss. cardu. Theriac. Stil-
la. an. unc. ʒ. Epidem. pœon. comp. an. ʒii. The-
riac. Androm. solut. ʒʒ. pulv. è chel. cancr. comp.
Lap. Contrayerv. Bezoar. Orient. an. ʒʒ. Syr. car-
yoph. ʒiij. M. F. Haustus. Et loco Haustum febrif-
ugorum extra paroxysmum exhibendorum, cochl. ix.
Apozemat. sequent. calid. quartâ quaque horâ pro-
pinavimus.

℞. Cortic. peruv. non contus. unc. ii. coq. lento
igne in Aqu. font. ʒxii. ad unc. vi. cortici relicto
recens Aqua addatur, coq. & cola iterum ad sextam
vicem; colaturis commixtis & per subsidentiam opti-
me deparatis add. Vini alb. optim. Syrup. caryo-
ph. an. ʒʒ. M. F. Apozema. cum autem prælan-
guore & difficili Deglutitione æger februarii 1. pænè
delirius, Haustus cum febrifugos, tum Cordiales
planè respueret, Vesicatoria ii. ad Tibias internas illi-
co applicanda jussimus, atque Suppedanea ex æquali
quantitate Emplast. Cephalic. cum Euphorb. & Pic.

Burgundic. ad plantas pedum adaptanda, atque ut
perleveraret (quantum posset) in ulu Haustum Car-
diacorum, Apozematis Febrifugi, & Julapii Cor-
dialis. Sub vesperam autem ob jactationem in-
quietam Æger ope Adstantium è lecto suscitatus, illi-
co incertis rigoribus, nausea, & perpetua vomitione
per totam noctem durante, correptus est, & proximo
mane scil. Februar. 2. Deglutitione & respiratione
plurimum læsis quasi suffocatus jacebat; quocirca
prognostico funesto prius prolato, potionem sequen-
ti evacuationem sive sursum sive deorsum moliri ten-
tavimus.

℞. Decoct. amar. ʒiv. vini benedict. ʒiij. M. F.
pottio statim exhibenda. Post quatuor horas elapsas, si
modo aliqua evacuatio contingeret, haustum cardia-
cum repetendum, atque sæpius exhibendum, imperavi-
mus. Natura autem jam planè deficiente, ægrotans ni-
hil omnino vel vomitu, vel secessu, vel mictione re-
jecit; ideoque sub vesperam glandes duas successivè
(si opus fuerit) intrudendas statim parandas impe-
ravimus.

℞. Mell. Anglic. in formam debitam coct. ʒii. Hier.
Picr. ʒii. alum. crud. pulver. ʒʒ. M. F. suppositoria
duo. Sin vero alvus non responderet, Ephema The-
rebinthinatum injiciendum curavimus, & post eva-
cuationem finitam, haustum cardiacum ante præ-
scriptum ministrandum, vel bolum sequentem in cochl.
i. Julap. cordial. solus.

℞. Elect. ex ovo ʒi. Theriac. Androm. ʒʒ. pulv.
rad. serp. virg. ʒʒ. Syrup. caryoph. q. s. M. Incassum
autem omnia, spiritibus enim jam veneno profusus
obortis & extinctis, æger, postquam noctem anhelus,
delirius & insomnis, licet aperiis transegit, pulsus
deficiente, demum 14. Morbi die satis cedebat.

Historia 27. Uxor Domini Paxon habitantis in
Bargeyard juxta vicum dictum Bucklersbury, die Maii
14. Anno 1612. ægratans, atque Symptomatis Va-
riolarum apparatus vulgo comitantibus, sed non
præter solitum vehementibus correpta, die 17. Variol-
is jam erumpentibus, Pharmacopœe consilio san-
guinis ʒviii. vel x. è brachio detrahendas jussit:
Spiritus autem à venæ sectione perpetam atque sine
necessitate celebrata debilitatis, atque præ languore
in motus inordinatos adactis, & veneno succumben-
tibus, Exanthemata quæ principio distinctè erumpe-
bant, mox sensim coherere atque confluere cœperunt,
atque ad vicesimum usque Maii diem [quo die ego
primum accerserbar] languebant, & deprimebantur;
maturationem fere nullam assecuta, accesserunt vi-
gilie pertinaces & Tussis importuna, (non obs-
tantibus Opiatis copiosè ministratis) deliqua frequen-
ter recurrentia, atque debilis admodum ac celer
Arteriarum vibratio, quod præ cæteris symptoma-
tis me sollicitudine affectit. Ideoque tum ad Spiritus
erigendos, cum ad efferatos eorum motus com-
pescendos & Tussim frænandam Vesicatoria iij. am-
pla & acris illicò ad Nucham & Carpos internos ap-
plicanda curavi, & Bolum sequentem hora somni,
idemque proximâ aurorâ exhibendum, unâ cum haustu
Julap. sequent. ad libitum pitissandi, atque Laudan.
liquid. gut. xv. in haustu Julapii propinandas, modò
post trihorium à primo Bolo somnum non Caperet,
atque insuper Liqueorem possessicem nostro modo
alteratum calidiusculè sæpius ministrandum.

℞. Theriac. Androm. Pulv. è chel. cancr. comp.
an. ʒʒ. laudan. lond. gr. i. Syrup. caryoph. q. s. M.
F. bolus mollis.

℞. Aq. meliss. ceras. nig. an. ʒiv. epidem. ʒii. pœon.
com ʒi. Syrup. caryoph. ʒx. M. F. Julap. ab his som-
nos quadantenus conciliabatur, Tussis aliquantisper
mitigata est, pulsus etiam & vires erigebantur, de-
liqua tollebantur, atque exanthemata proximo ma-
ne maturefcere videbantur. Ideoque die 21. Bolum

Cardiacum quamprimum cum Laudan. Lond. gr. ij. exhibendum, si erumque hora somni & proximo mane repetendum iussi, atque gutt. xx. Laudan. liquid. post trahorium à Bolo nocturno exhibito in haustu Julapii propinandas, modò Vigiliæ vel Tussis urgerent; atque Julapium Cordiale & Liqueorem Posseticum non omittendum. Insuper ob Straguriam vehementem à Vesicatoriis inductam, Cochli. xij. Emulsionis sequentis calidiusculè quartâ quâque horâ vel sæpe ministranda imperavi.

℞. Sem. ry. figid. maj. an. ʒj. sem. papav. alb. ʒss. amygd. dulc. decorticat. num. vii. cum aqu. hord. ʒss. F. emulsiō, cui add. aqu. ros. rub. ʒij. Sacchar. albid. ʒss. Cum autem vigiliæ ope præscriptorum satis coercerentur die 22. & Variolæ (tardius licet) maturefcere petgerent, atque Ptyalismus aliquis jam subhoriretur, gargarismo ex decoct. ficuum & cæc. calidè sæpius siphone faucibus fortiter injecto papillas salivales ad lympham copiosius egerendam stimulare decrevi, & spiritus frequenti usu Julap. Cordial. & Liqueor. nostri Possetic. refocillere, ut maturatio Exanthematum incepta ulterius promoveretur; Insuper bolum cardiacum cum Laudan. Lond. gr. ij. proximo mane exhibendum iussi, modò non tota nocte placide dormiret ægra. Die 23. res ægrotantis fere eodem modo se habebant, ideoque in usu præscriptorum persistabat, bolum cardiacum & opiatum aurora sequenti deglutendum, modò vigiliæ urgerent, imperabam, atque ad vires Spirituum fovendas Cochli. xv. vel v. Julap. sequent. agitata phialâ, sæpius propinanda.

℞. Aqu. meliss. ceras. nigr. an. ʒiv. epidem. pæcon. com. an. ʒj. Margarit. præp. ʒss. sacchar. alb. ʒss. M. F. Julap. Morbo autem jam unâ cum ptyalismo & exanthematis die Maii 24. à decubita verò undecimo, sensim declinante, bronchiis verò & faucibus pituitâ viscidâ quadantenus infarctis, cochli. j. Linctus sequentis unâ cum cochli. xij. Apozematis tepesfacti quartâ quâque horâ ministrandum iussi.

℞. Ol. Amygd. dulc. rec. Syrup. capill. vener. an. ʒss. sacchar. cant. alb. ʒj. M. F. linctus.

℞. Decoct. Pector. depurat. ʒiij. Tinctur. Croc. Syr. capill. vener. an. ʒj. M. F. apozema. bolum verò Cardiacum & Opiatum ad vires spirituum sustentandas, eorumque motus inordinatos compefcendos & Tussim frænandam hora somni repetendum duxi, usumque Julapii Perlati & Gargarismi non omittendum. Cum autem die 25. declinationis verò secundo nullam febrem recidivam, atque nullum Symptoma vehementius præter pulmonum infarctum adesse animadverterem, usum Linctus Apozematis Pectoral. Gargarismi & Julap. Perlat. solummodò repetendum præscripsi. Die 26. Linimentum pro facie parandum curavi, atque insuper Bolum Opiatum & Cardiacum hora somni exhibendum; ne forte jam ultimo Declinationis die, Veneno penitus intus cohibito, spiritus recenti miasmate inficerentur, novam Morbosorum Affectum stragem mox daturò: Cum autem die 27. nullum Symptoma vehementius adesset præter Tussim, quæ somnum quadantenus adhuc interurbabat, præscripti duntaxat haustum pægoricum sequentem horâ somni propinandum.

℞. Aq. Card. Cinnam. hord. an. ʒj. epidem. Syrup. de Mecon. an. ʒss. Laudan. liquid. Helmont. gutt. xij. M. F. Haustus. Die verò 28. colliquationem humorum à reliquiis Veneni intus cohibiti ortam, levis Ophthalmia cum Tussi conjuncta prodebat, quoad cætera autem Patiens jam planè ægræ benè se habebat, Exanthematis ubique incrustatis & desquamatis, ideoque rem Naturæ paulisper reliqui, & tenuiori Dærtæ, spirans naturam morborum medicatricem huic Colliquationi moderandæ non impari forte, modo Symptomata præsentia, scil. Tussis & Ophthalmia arte cohiberentur, quo nomine Cochli. ij.

Syrup. de Mecon. ad Tussim frænandam quaque nocte in haustu liquoris Possetic. flor. paralyf. alterat. exhibenda iussi atque gutt. aliquot Collyrii sequentis tepesfact. sæpius oculis instillandas (agitata prius phialâ) ad demulcendam humoris per glandulas Lachrymales excreti acrimoniam.

℞. Aqu. Ros. rub. ʒj. Troch. jalb. Rhaf. f. Opio; Sacchar. crystal. alb. subtiliss. Pulverisat. an. ʒss. M. F. Collyrium. Die autem Junii quarto reversus deprehendi Patientem (humoribus à Veneno adhuc intus delitescente magis colliquatis) ægræ licet, toxico quasi infectam, nausæ, vomitione, & fluxu Alvi indefinenter accessitam; quocirca Electuarium sequens ad quant. nuc. Jugland. omni nocte exhibendum iussi, unâ cum haustu Julapii Perlati ante præscripti.

℞. Pulp. Conserv. Ros. rub. Diacydon. an. ʒss. Troch. de Carab. ʒij. bol. ver. lacrym. sang. Drac. an. ʒss. Laudan. Lond. gran. iij. Syrup. Myrtill. q. f. M. F. Electuar. Cum autem die Junii 6. morboſi affectus jam memorati adhuc perseverarent, atque stato tempore, licet Febre evidenti exacerbarentur, Venenum delitescens, horum malorum fontem, Cortice Peruv. aggredi & subigere decrevi, more sequenti.

℞. Aqu. Cardui ʒij. Epidem. Syrup. Caryoph. an. ʒij. Pulv. Cortic. Peruv. subtiliss. trit. ʒj. M. F. Haustus. statim sumendus repetendusque horâ somni, & mane sequenti, & sic deinceps per tridui spatium. Addantur Laudan. liquid. gutt. xij. haustu nocturno, vel reliquis haustibus, si fluxus alvi postulet. Insuper ad Vomitionem coercendam Cochli. xv. vel v. Julap. sequentis propinanda iussi, urgeate Vomitione.

℞. Aqu. Menth. Cinam. Hord. an. ʒiv. Aqu. Stephan. ʒij. Sal. Absynth. ʒj. Syrup. Limon. ʒij. M. F. Julap. Veneno hoc pacto ex parte cicurato, Natura reliquias ejus per Furunculos hic illic succrescentes fortiter expellit, atque demum Appetitus (nausæ, vomitione & alvi fluxu sensim declinantibus) integer redit. Ideoque die Junii 12. Alvim Potione sequente subducendum curavi.

℞. Decoct. Amar. cum dupl. Senn. ʒiv. Syr. de Spm. Cerv. ʒss. M. F. Potio. Junii autem 13. Pilulas sequentes præscripti, & quia alvus jam conspicienda erat 16. & 19. repetendas.

℞. Pilul. Stomach. cum Gum. ʒss. F. Pil. xv. deaurand. & horâ somni exhibendæ, Aurora verò proxima Extract. Rud. ʒj. in pil. iij. redact. cum Resin. Jalap. gran. xv. & ol. cinamom. gutt. ij. Atque hoc pacto planè revalescebat Patiens, ab affectibus morboſis liberata, & huc usque integra valetudine utitur.

Historia 28.) Filiolus Domini Durrant habitantis ad Insigne Crucis & Stellæ in vico dicto *Cheapside*, postquam Anno 1692. mediâ ætate à Variolis coherentibus & mali moris, cura & consilio Cl. Collegæ Domini Edmundi King, Equitis Aurati, spatio 14. dierum ægrè admodum liberatus fuerat, reliquiis veneni adhuc non satis exterminatis obsessus, Exanthematis ubique desquamatis, malè se habuit usque ad viceſimum tertium à primo morbi insultu diem, post incertam periodos quadantenus febricitans, atque dolore prope Os Sacrum adeo atroci correptus, ut situm erectum non sine ejulatu pati posset, adeo ut parentes oſsa femorum luxata esse suspicarentur: accessit *Apoſpſia* gravis, adeo ut cibum vel potum non omnino appeteret, vel deglutire veller, ideoque Cl. viro & mihi æquum videbatur Linimento Anodyno partes dolentes fovere, atque Bolo Alexipharmaco mane & velperi per triduum exhibito Spiritus erigere, ut veneni reliquias intus delitescentes, dolorum spasmodicorum autores quovis modo

modo fortiter expellere valerent. Quid sit? Veneno hac methodo propulsato, furunculis omnes pæne articulos digitorum manuum & pedum succrescentes obsident, qui demùm quàm citissimè maturabantur. *Ægræ* autem cum febre aliqua periodicè recurrente conjuncta adhuc perseverabat, unde Tabem ab inanitione expectare fas erat. Hac febre autem ope 38. Cortic. Peruv. demùm sublata, appetitus statim redit, & temperies admodùm mitis & æquabilis; deinde alvo post debita intervalla Catharticus lenioribus evacuata, planè revalescerebat Puer, nec Morbo suo quovis affectu postea tentabatur.

Hist. 29.) Accersitus die Julii 10. 1692. in vici Neptim Domini Cockerill habitantis sub Insigni trium crutum in vico dicto *le Poultry*, sedecim annos natam, Variolis laborantem, quarum apparatus ad biduum tantùm durabat; jam verò secundo ab eruptione die Exanthemata animadverti discreta, ubique tamen depressa & languida, fluxum alvi copiosum & frèquentes dejectiones, pulsus debilem admodùm & pæne formicantem, vires valdè prostratas, & vigiliis pertinaces, febris verò vel in pulsu vel in temperie, vel in Lingua nulla manifesta indicia. Quo nomine venenum plus solito delèterium hisce Variolis, quamvis diluatis, ansam præbuisse jure suspicatus sum; atque proinde decoctum album cum tantillo Vini Canarini, & liquorem posseticum Vini Canarino, parandum pro potu ordinario curavi; quin & tantillum Vini Canarini meraci interdum propinandum duxi, Vesicatorium, amplum & acre ad nucham illicò applicandum, atque Bolum sequentem statim exhibendam, & deinceps sexta quaque hora repetendum jussi, unà cum Cochli. iv. vel v. Julap. sequent.

℞. Theriac. Androm. ʒj. Pulv. è Chel. Cancr. comp. lap. contrayerv. an. gran. xv. laudan. liquid. helmont. gut. vi. Syrup. caryoph. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Meliss. ceras. nigr. cinamom. hordeat. an. ʒij. epidem. pœon. comp. an. ʒj. Syrup. caryoph. ʒx. M. F. Julap. Proximo die scilicet Julii 11. mane reversus, Pulsus adhuc debilem, & Variolas in medio degressas, nequaquam acuminatas, vel margine rubro cinctas inveni; Vigiliæ autem & Diarrhœa minus urgebant quàm prius, ideoque Cochli. v. vel vi. Julap. sequent. statim exhibenda jussi & quarta quaque hora repetenda (agitata Phiala) & gutt. vii. Laud. liquid. post singulas dejectiones haustu proxime sumendo instillandas;

℞. Aqu. flor. calendul. benedict. cinamom. hordeat. an. ʒij. pœon. comp. epidem. an. ʒj. Spec. confect. de hyacinth. lap. contrayerv. pulv. è chel. cancr. comp. an. ʒij. Syrup. de mecon. ʒiij. M. F. Julap. Insuper Julapium sequens ad libitum pitissandum præscripti.

℞. Aqu. Meliss. ceras. cinamom. hordeat. an. ʒij. epidem. ʒij. margarit. præp. ʒiij. Sacchar. albis. ʒv. M. Sub vesperam autem reversus Petechias aliquot purpureas hic illic in interstitiis Exanthematum in pectore efflorescentes deprehendi, qua de causa Vesicatoria ij. ampla & acra ad carpos internos illicò applicanda jussi, atque Bolum sequentem statim exhibendam, unà cum Cochli. v. vel vi. Julapii, repetendumque deinceps sexta octava, vel duodecima quaque hora pro ratione Vigiliarum & fluxus alvi.

℞. Theriac. Androm. pulv. è chel. cancr. comp. lap. contrayerv. ciner. bosan. an. gran. xv. Laud. Lond. gran. j. Syrup. caryoph. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Meliss. ceras. nigr. an. ʒij. epidem. pœon. comp. Syrup. de Mecon. an. ʒj. M. F. Julapium. Petechiis: utem adhuc die 12. & 13. numero, & magnitudine auctis, utut fluxus alvi & vigiliæ, cætera-

que symptomata jam non urgerent ut prius, usum Bolorum sexta vel octava quaque hora, uti & Julapii Pægorici & Perlæ adhuc repetendum duxi, usque ad diem decimum quintum, quo die ego in ras vocatus, *Ægram* Collegæ Cl. D. D. *Goodall.* cum jam primùm Petechiæ, cæteraque Symptomata (veneno plurimum cicurato) evanescere cœpisset, tractandam reliqui; Cl. Vir die Julii 15. Bolum sequentem statim deglutendum jussit, atque sexta quaque hora ad iv. vices repetendum, unà cum haustu sequenti.

℞. Theriac. Androm. ʒiij. pulv. è chel. cancr. comp. lap. Gor. contrayerv. an. ʒiij. laudan. lond. gran. j. Syrup. è Conditur. N. M. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Card. bened. ceras. nigr. cinam. Hord. Epidem. an. ʒiij. Tinctur. Croc. Aquâ Theriacal. Extract. ʒij. Laudan. liquid. gut. x. Syrup. caryoph. ʒij. M. F. Haustus: Usus Julapii Perlati in languoribus & Decocti albi pro Potu ordinario non omitendum voluit, unicuique verò libræ decocti, aqu. cinamom. hord. Epidem. an. ʒvi. addendas curavit, die 16. Cl. vir in eorundem Bolorum Haustum & decocti usu persistendum esse duxit. Die autem Julii 17. Ego rure reversus Pulsus *Ægrotantis* animadverti fortiosem, & vires instauratas, Petechias nullas, alvum adstrictam, & vigilias cohibitas, Linguam autem & Fauces Aphthis albis ubique obsessas, sine ulla omnino faciei vel extremorum intumescentiâ vel ptyalismo suborto, Variolas etiam adhuc quadantenus depressas, ideoque Julapium perlatum repetendum jussi ad libitum, Haustum sequentem hora somni propinandum, & gargarismum sæpius calidè Siphone faucibus injiciendum.

℞. Aqu. Ceras. nigr. Meliss. an. ʒiij. Epidem. ʒiij. Theriac. Androm. pulv. è Chel. Cancr. comp. an. ʒj. Syrup. de Mecon. ʒj. M. F. Haustus.

℞. Decoct. Ficuum ʒiij. Diamor. ʒiij. M. F. Gargarism. Die Julii 18. Morbi vero 12. *Ægra*, Variolis declinantibus, atque in facie ante maturationem consummatam exarefcere incipientibus, plurimum languebat, & Arteriis validè se vibrantibus evidentè febricitabat. Lingua etiam Aphthis decidentibus inflammata rubescebat, atque crassecebat, unde certum habens, febrim præsentem indolem benignam induisse, Haustum febrifugum sequentem illicò propinandum jussi (agitata prius phiala) & quarta quaque hora ad sex vices repetendum.

℞. Aqu. Card. ʒij. epidem. Syrup. caryop. an. ʒij. pulv. subtiliss. cortic. peruv. elect. ʒj. M. F. Haustus, atque Cochli. iv. vel v. Julap. sequent. quarta quaque hora medio inter Haustus spatio exhibenda, & usum Julapii perlati & Gargarismi non omitendum.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ʒiv. Epidem. ʒiij. Dialcord. ʒiij. Syrup. Caryoph. ʒx. M. F. Julap. Inde sub vesperam multò meliùs se habuit *Ægra*, Pulsus & vires erigebantur, totâ nocte placidè dormiebat, atque die sequenti à Febre penitus liberata planè reconvalescere videbatur, variolis jam demùm in Artubus ubique pure turgentibus, & margine rubro circumcinctis, atque parotide ampla & molesta sub aure sinistra suborta. Quocirca 19. Julii, postquam Linimentum pro facie ex oleo amygd. & sperm. cet. parandum jusseram, atque Parotidem unguent. dialth. illinendum & haustum febrifugum mane & vesperi repetendum, Patienti pro tempore valedixi, sub vesperam autem veneno vel per parotidem non satis propulsato, vel forte repercusso; *Ægra* more hysteriarum suffocata, plurima deliquia perpessa est, atque deliravit, (pulsu interea vacillante) quasi illico animam efflatura. Quâ de causâ ego incunctanter accersitus Bolum sequentem statim deglutendum præscripti & sextâ matutinâ repetendum cum Cochleas

cochlear. rv . vel v . Julap. sequent. de quo bibere fas erat ad libitum.

℞. Theriac. Androm. confect. alkerm. an. $\mathfrak{z}\beta$. pulv. è chel. cancr. comp. lap. contrayerv. an. gr. xv . pulv. de gutt. serpent. virgin. an. gr. vii . sand. li. quid helmont. gut. x . Syrup. caryoph. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aq. meliss. rut. ceras. nigr. an. $\mathfrak{z}\text{ij}$. aq. bryon. pœon. comp. an. $\mathfrak{z}\text{ss}$. tinctur. castor. $\mathfrak{z}\text{ss}$. spir. sal. armon. vin. $\mathfrak{z}\text{i}$. syr. pœon. comp. $\mathfrak{z}\text{ss}$. M. F. Julap. Insuper Spiritum C. C. sæpius naribus admoventum jussi, atque ejusdem gut. vi . vel. vii . in languotibus in haustu Julapii propinandas, vesicatoria ii. ampla & acria ad brachia interna prope axillas applicanda, & cataplasma calidum ex nig. dialth. & Theriac. lond. an. p. æqu. commixtis cum panno lineo duplicato parotidi imponendum. Inde proximo die mane Patientem inveni somno resectam, atque ab omni symptomate morbofo liberatam, exanthematis jam demum in artubus exarscere incipientibus, atque parotide sine dolore adhuc intumescente, ideoque die Julii vicesimo, postquam cataplasma parotidi recens imponendum & bolum alexipharmacum horâ somni & proximo mane repetendum jufferam, rursus Patienti pro tempore valedixi. Julii autem 22. cum linguam ægræ quadant. aridam & rubescentem deprehenderem, Os gargarismo sequenti sæpius colluendum jussi.

℞. Fol. plantag. ros. rub. summit. rub. an. M. i. coq. in aqu. font. q. s. ad \mathfrak{ss} . colaturæ add. Diamor. $\mathfrak{z}\text{ii}$. mel. ros. colat. $\mathfrak{z}\text{i}$. M. F. gargarism. Interea Julapium perlatum ad libitum Ægra pitissabat. Die vero 25. cum parotis adhuc serophulæ ad instar tumeret, nullatenus autem inflammaretur, emplastr. diachyl. cum gum. super tenui alutâ extensum paroti affectæ imponendum jussi, atque alternis diebus renovandum, atque electuarium sequens ad reliquias veneni delitescens subigendas, ne forte tumor hic è perenni fonte scaturiens in molestem Struman curatu difficilem degeneraret, deglutendum, & cochl. i. vel alterum Visi Canariini superbibendum.

℞. Pulv. subtiliss. cortic. peruv. elect. $\mathfrak{z}\text{vi}$. syrup. è rub. idæ. q. s. M. F. electuar. de quo cap. quant. nuc. jugland. ter in die horis medic. Julii autem 29. cum ex redintegrato appetitu venenam penitus subactum fuisse certum haberem, alvum porione sequenti mane proximo exhibenda cum regimine deturbandam curavi, iterumque Augusti primo.

℞. Decoct. fennæ gereon. $\mathfrak{z}\text{iv}$. manæ selectiss. $\mathfrak{z}\text{ss}$. M. His evacuationes bene toleravit, atque inde perfectè reconvalescit. Patientem, tantum adhuc parotis tumebat, quo nomine emplastrum adhuc usurpandum duxi, atque $\mathfrak{z}\text{ss}$. pil. stomach. cum gum. in iv . pil. redact. post triduum elapsam hora somni exhibendam, atque deinceps quarta quaque nocte ad v . vices repetendam, & horis matutinis sequentibus \mathfrak{ss} iv . aqu. mineral. purgant. crudarum vel ad \mathfrak{ss} vi . costarum & \mathfrak{ss} . lactis alterat. bibendas, quo pacto parotis sensim demum evanuit, & patientem integram sanitatem tandem assecuta est.

Historia 30.) Filiolæ duæ vicini mei Domini Pinke. Aromatarii habitantis in vico dicto *Nevegaye-street*, mense Julio Anno 1692. quarum una sex, altera quatuor annos nata erat, varioloso veneno admodum deleterio infectæ, eodem die ducubuerunt, utraque durante morbi apparatu blandè calebat, & febre miti tentabatur. (Natura nimium veneno obruta) nullum symptoma aderat vehementius præter vigilias perpetuas & contumaces usque ad secundum ab eruptione diem protensa, exanthemata ubique distincta satis pro ratione temporis acuminabantur, unde animi pharmacopolæ qui eas tractabat addebentur: Non enim vesiculas miliaris ubique in

interstitiis Variolarum in collo & pectore natu majoris, atque Petechias in pectore Junioris efflorescentes animadvertēbat, ideoque de eventu morbi partim sollicitus, nullum iis remedium præter Julapium perlatum temperatum exhibuit: Natu autem major secundo ab eruptione die derepente, & sine quavis evidenti causâ, spasms universalibus correpta, attonita & suffocata more apoplecticorum eodem ipso die fato cedebat, quanquam ego incunctanter accessit. tus Vesicatoris, & generosissimis quotquot remediis sero adhibitis spiritus stimulare atque venenum subigere incassum fategeram: Fatum etiam non minus acerbum fortiebatur altera, quæ perpetuò delira & vigil non obstante Opiatorum & Alexipharmacorum remedium à me & Cl. Collegâ D. D. *Bravem* præscriptorum usa, tertio ab eruptione die summum diem oppetiit: Ad eò præcipitem ruinam infert, atque funestum prognosticon suggerit hic morbus, quoties ortum suum duxerit à Veneno deleterio, quod durante apparatu vel eruptione per petechias, eruptionem miliaris, vel quamcunque aliam id genus notam, indolem suam prodat, qualiscunque fuerit exanthematum eruptio: nullatenus enim eruptioni Variolarum distinctæ fideadem est, ubi indicia malignitatis sese in conspectum dant; namque discretas variolas non minus quam confluentes, pestilentialem indolem nonnunquam (licet oppidè rarè) induere exercitatos medicos haud latet, quod antea inuimus.

Historia 31.) Filius Domini Ryley. habitantis prope *Aulam Chirurgorum*, septem annos natus, die Junii 19. 1695. Varioloso fermento deleterio in acutum deducto cœpit febricitare, atque totum apparatus stadium symptomatis usitatis affectus decurrerit: à primo verò insultus momento perpetuò vigilavit & deliravit. Incipiente quarto morbi die Junii scilicet 23. ubi jam exanthemata fere per integrum diem quasi in cute latitantia sese obscure in conspectum dederant, ego accessit. inveni puerum perperam in ancillæ lachrymantis sinu, adstantibus omnibus plorantibus, in lecto, tempestate admodum feruida, astuantem, ut Variolarum protrusio juxta opinionem vulgi eo magis acceleraretur; Spiritibus autem à veneno, & hoc regimine valde oppressis & debilitatis, atque vigiliis & deliriis inde plurimum auctis (quæ symptomata pharmacopola medicamentis frigidis, verbi gratiâ, decocto albo & spiritu sulphuris, atque etiam laudano superare incassum tentaverat. Variolæ ubique magis magisque intus quasi repercussæ subsidebant; Petechiæ etiam in pectore efflorescentes indolem morbi pravam indigirunt. Aucilla autem à me non sine jurgis à lecto excitata, astuans & pæne suffocatus puer ab æris injuriis tegumentis levioribus munitus, illico liberius respirare cœpit. Ad spiritus autem pæne suffocatos & extinctos rescindendos & stimulandos, atque eorum motus inordinatos & vacillantes compescendos, vesicatorium amplum & acre illico ad nucham applicandum jussi, atque cochl. ij . vel iv . Julap. sequent. tertiâ vel quartâ quaque horâ (agitata phialâ) propinanda.

℞. Aq. Meliss. Ceras. nigr. an. $\mathfrak{z}\text{ss}$. Epidem. $\mathfrak{z}\text{j}$. Pœon. comp. $\mathfrak{z}\text{ij}$. Pulv. è Chel. cancr. comp. Lapid. Contrayerv. an. $\mathfrak{z}\beta$. Syrup. de Mecon. $\mathfrak{z}\text{ss}$. M. F. Julap. Æger post secundam Julapii dosin per quatuor horarum spatium tempore pomeridiano dormivit, Exanthemata interea ubique evidenter protrudebantur, mediâ nocte Puer infomnis factus rursus cœpit delirare, atque inde Variolæ in multis locis numero auctæ coalescerunt. Petechiæ etiam in interstitiis numero & magnitudine auctæ subnigrum colorem inducunt; unde Hæmorrhagiam universalem & funestam à solutâ sanguinis crasi illico insecuturam expectavi.

stavi, non nisi remediis generosissimis quæ Spiritus pæne extinctos expandere valerent, anteverendam: Ideoque Junii 24. Vesicatoria ii. ampla & acria ad internos carpos statim applicanda jussi, atque Bolum sequentem solut. in Cochleari Julapii (de quo bibere fas erat ad libitum) illico deglutendum, repetendumque deinceps sexta quaque hora.

℞. Theriac. Androm. ʒʒ. Pulv. è Chelis Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. gran. viii. Serpentar. Virgin. gran. iv. Laudan. liquid. Helmont. gut. x. Syrup. de Mecon. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Meliss. Cinam. hord. Ceras. nigr. an. ʒij. Pæon. comp. ʒj. Epidem. ʒʒ. Syrup. Caryoph. ʒj. Confect. Alchem. ʒj. M. F. Julap. Liquorem etiam Posseticum nostro modo alterarum copiosè & frequenter subiepidè propinandum præscripsi. Inde placidè dormivit Ager, utut quadantenus deliraret, maculæ autem nigrae adhuc manebant, verùm nulla omninò Hæmorrhagia (quod valdè miratus sum) suborta est. Quandoquidem verò Natura jam planè iners & languida, neque per ductus salivales neque per Venas Venæum quod per Exanthemata protrudere non potuit, eliminaret, decrevi quocunque modo defectum illum supplere, ideoque die 25. ad Cataractas Renum referendas, Cineres Bufonum cum Bolis commiscendos curavi, & dosim Serpent. Virgin. ad ulteriorem Spirituum stimulationem augeadam, more sequenti.

℞. Theriac. Androm. Lap. Contrayerv. pulv. an. ʒʒ. Rad. Serpentar. Virgin. gran. vi. Ciner. Bufon. gran. viii. Laudan. liquid. gut. x. Syrup. de Mecon. q. s. M. F. Bolus, quem somat statim solut. in Cochlear. ii. Julap. nuperrimè præscript. repetatque tertia pomerid. Insuper gut. x. xii. xviii. Sp. C. C. optime rectificati unicuique haustui Alæ inflillandas, atque ductus salivales Gargarismo ex Decocto Ficuum & mele Rosat. faucibus sæpius injecto sollicitandos imperavi, atque Julap. cum Confect. Alchem. adhuc usurpandum. Ager inde satis ad somnum propenso, Ego sub ves. eram reversus, Bolum cum Ciner. Bufon. absque Laudano sexta quaque hora repetendum duxi. Die 26. Puer somnum placidè capiebat sine ope Laudani, urinam reddidit copiosam, Exanthemata ubique acuminari cœperunt, Periechiæ autem adhuc manebant admodum frequentes, amplæ & sublivida; quocirca Bolum Alexipharmacum cum Ciner. Bufon. absque Laudano quarta quaque hora repetendum jussi, unde Junii 27. primo scil. maturationis die Puer delirare desinebat, atque sine Opiato medicamento placidè dormiebat, exanthemata ubique turgentia maturefcebant, facies & manus sine febre evidenti plurimum intumescabant, maculæ (urina jam etiam copiosè reddita) rubescebant, diminuebantur, & evanescere cœperunt: unde ego ad spem maximam erectus sum; Parentes autem, jam de vita Pueri non amplius solliciti atque moniti nostra sperantes, Bolum Alexipharmacum reluctanti puero amplius obtundi noluerunt, atque me dimiserunt. Ager equidem coactus discessi, non sine Prognostico sancto prolato, utcumque Julapium sequens parandum jussi, atque ejus Cochlearia statim atque deinceps tertia quaque hora (agitata phiala) propinanda.

℞. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ʒij. Epidem. Pæon. comp. an. ʒʒ. Theriac. Androm. Lap. Contrayerv. an. ʒʒ. Serpentar. Virgin. Ciner. Bufon. an. ʒj. Syrup. Caryoph. ʒx. M. F. Julap. Quamdiu hoc Julapium exhibeatur, licet nimis parcè, per biduum spatium, scilicet usque ad nonum Morbi diem [ut ex Pharmacopola audivi] somnum placidum capiebat Puer, Exanthematis tandem maturefcentibus, atque maculis sensim declinantibus, demùm autem usu Julapii ipsius posthabito, Delirium & Vigilium recedentibus, atque maculis nigris rursus efflores-

centibus, die Julii 2. atque declinationis Morbi tertio, miser Puer proculdubio præ remedium neglectu, spem Amicorum fallens, supremum clausit diem.

Historia 32.) Honoratissimus Vir Thomas Coventry Filius natu maximus, familiae suæ decus atque columnæ, præcedenti æstate in ipso ætatis suæ flore à Phthisi verè pulmonari (Deo favente) à me aegrè admodum liberatus, atque adhuc Catarrho ex levi quavis occasione obnoxius, die Martii 22. 1686. Tussi, dolore capitis, vomitione atque cæteris Symptomatis Variolarum apparatus comitari solitis correptus, atque febricitans decubuit. Pharmacopola die 23. accersitus sequens lene Vomitorium (an ritè, atque certà Indicatione innixus nescio) sub vesperam ei propinavit, unde liquore Possético copiosè epoto sæpius vomuit.

℞. Infus. Coc. Metall. ʒiij. Aqu. Hyssop. ʒj. Syrup. è ʒ. Rad. ʒiij. M. F. Potio Emetica. Symptomatis autem inde nequaquam mansuæ factis, verùm potius exacerbatis, atque Variolis die sequenti scilicet 24. Martii confestim erumpebat, ego post meridiem incunctanter accersitus inveni Nobilem Juvenem delirum ac vigilem, Febre, [quæ tamen temperiem naturalem non immutaverat] Pulsu celeri ac debili, Tussi, & Lingua arida labo antem, Exanthematis in ipsa prima eruptione fere ubique coherentibus. Quapropter ad Spiritus erigendos, & inordinatos eorum motus compescendos, & ad Tussim importunam quadantenus frænandam, Cochlear. v. vel vi. Julap. sequent. quarta quaque hora propinanda jussi (agitata prius phiala) atque haustum Paregoricum sequentem hora somni (modò ope Julapii non bene dormiret) exhibendum.

℞. Aqu. Meliss. Cardu. Ceras. nigr. an. ʒij. Epidemi. Syrup. de Mecon. an. ʒij. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ʒʒ. M. F. Julap.

℞. Aqu. Papav. Rhæd. Cardu. an. ʒij. Epidem. ʒij. Syrup. de Mecon. ʒvi. Laud. liquid. gut. xii. M. F. Haustus. Horum ope Nobilis juvenis somnum capiebat, Exanthemata autem eodem fere modo se habebant depressa nimirum adhuc & sublivida, Pulsus adhuc celer & debilis perseverabat, Lingua magis arefcebant, atque utut Guttur doleat nullus omnino Ptyalismus supervenit; ad aciditatem igitur linguæ leniendam, mixturam ex Aqu. Plantag. ʒʒ. & Diamor. ʒvi. jussi parandam, verùm etiam ad allevandum Gutturis dolorem, quo præcæteris Symptomatis Vir nobilis angebatur, atque ad Ptyalismum excitandum, Gargarismum ex Decoct. Ficuum ʒiij. Mell. Rosat. & Diamor. an. ʒj. Siphone faucibus calidum stremè & frequenter injiciendum curavi, atque Julapium Paregoricum cum Speciebus adhuc usurpandum, additis ad singulos vel alternos Haustulos gut. xii. vel xiv. Laudan. liquid. Helmont. pro ratione Vigiliarum. Die 26. Exanthemata quæ jam maturefcere oportebat, deprimebantur, atque utat in apicibus albescerent, sine quavis maturatione arefcebant, Febrem insuper mali moris ex pulsus celeritate & debilitate & linguæ ariditate adesse deprehendi, cum Natura planè iners & languida jam neque per Cutim. Ductus Salivales vel quamvis aliam viam Venæum intus coactum protrudere valeret, non obstantè somno, in quem ope præscriptorum satis propendebat; ideoque motum Spirituum ordinatum (qui me in hoc casu in spem maximè erexit) usu Julapii Paregorici & Laudani repetito ad hoc conservandum apprime necessarium duxi, pro hunc conservandum apprime necessarium duxi, probe sciens Spiritus aded attritos facillimè delirare & vigilis recurrentibus quam citissimè avoluturos; insuper Liquorem Posseticum nostro modo alteratim copiosè propinandum jussi, atque Turundis liness Ol. Amygd. dulc. illitas naribus intrudendas, ut liberior

liberior fieret per nares respiratio, & Os inter dormiendum clausum inde minus arefceret. Die mensis 27. Morbi autem 6. cum animadverterem Febrem & Exanthemata eodem fere modo se adhuc habere, atque vigilias ex motu Spirituum minus ordinato quadantenus protrahas, usum Julapii Paregorici, Haustum sequentem illico propinandum jussi, iterumque tempore nocturno (si vigilias urgerent) repetendum.

℞. Aqu. Paralyf. Ceraf. nigr. an. ℥j. Epidem. ℥iij. Syrup. è Mecon. ℥vi. Laudan. liquid. Heim. gutt. xx. M. F. Haustus. Insuper Coch. iv. vel v. Julapii sequentis sæpius exhibenda imperavi, atque aliquando Haustum Vini Canarini, quippe Paternobilissimus, atque cæteri Adstantes usum Alexipharmacorum generosorum (quæ proculdubio jam admodum necessaria erant) admittere noluerunt.

℞. Aqu. Meliss. Ceraf. nigr. an. ℥iv. Epidem. ℥iij. Cinam. hordeat. ℥ij. Margarit. præp. ℥iβ. Sacchar. alb. ℥v. M. F. Julap. Gargarismum etiam repetendum jussi. Die autem 28. Spiritibus ob defectum generosorum Alexipharmacorum vacillantibus, Nobilis vir malo omine rursus cepit delirare, quanquam motu Spirituum ordinario aucta Opiatorum quantitate adhuc conservato, satis ad somnum esset proclivis. Ideoque de eventu Morbi ego valde sollicitus (postquam multis precibus hanc veniam impetraram) Spiritus stimulare Vesicatorio amplo & acris ad Nucham applicato, & hoc modo Alexipharmacorum quæ adeo necessaria duxeram defectum supplere decrevi, insuper Haustum Opiatum, Julapium Paragoricum, Vinum Canarinum, & Liquorem Posseticum nostro modo alteratum adhuc usurpandum imperavi, Die 29. Vir Nobilis adhuc febricitans & quadantenus delirus, Exanthematis ubique exarescentibus & depressis, ad Vigilias magis proclivis erat: quæ de causâ Vesic. ij. ad brachia interna applicanda, Julapium Paragoricum adhuc usurpandum, atque Haustum Opiatum bis in die repetendum curavi. Die 30. (veneno neque per Cutim, neque per ductus salivales vel partes extremas protruso) Pulmones quadantenus infarciebantur, & nobilis juvenis deliriis & vigiliis pæne succumbebat, ego verò, veniam in tanto discrimine ægrè prius impetratâ, chartulam unam Pulveris Alexipharmacis sequentis sexta quaque hora exhibendam jussi, in Coch. Julap. sequentis, & Coch. iv. vel v. ejusdem Julapii superbibenda, ad vires Spirituum pæne extinctorum erigendas, ut eo melius Venenum per Cataractas Renum patientiores amandare valerent, quod per Cutim vel ductus salivales exterminare non poterant.

℞. Pulv. è Chelis Cancr. comp. lap. contrayerv. an. ℥j. ciner. bufon. ℥β. pulv. bezoard. magistral. ℥j. M. & divide in tres chartulas.

℞. Aqu. meliss. ceraf. nigr. an. ℥iij. epidem. pœon. comp. an. ℥j. confect. alchem. ℥ij. syrup. caryoph. ℥i. M. F. Julapium. Insuper haustum paregoricum bis in die exhibendum jussi, Julapium perlatum & gargarismum repetendum, & coch. vii. vel x. apozem. sequent. tepefact. propinanda.

℞. Decoct. pectoral. depurat. ℥j. syrup. capill. vener. tinctur. croc. an. ℥β. M. F. apozema, Unde Æger) urinâ copiosè reddita, atque arteriis fortius sese vibrantibus) placidè dormire cepit, atque ad se redire; quandoquidem verò respiratio adhuc) uti sæpe in hoc ultimo Morbi stadio) pulmonibus infarctis erat quadantenus difficilis, die 31. coch. j. Linctus sequent. cum haustu apozematis pectoralis quarta quaque hora ministrandum curavi.

℞. Ol. amygd. dulc. rec. syrup. capill. ven. an. ℥iβ. sacchar. canth. alb. ℥iβ. M. F. Linctus. Haustum etiam Paregoricum hora somni repetendum imperavi. Aprilis 1. Nobilem Juvenem planè ἀνευρέτων atque in nullo discrimine versantem inveni, quanquam ad-

hac obstructione pulmonum, Tussi violenta & levi ophthalmiâ alligeretur; quapropter linctum & apozema pectorale adhuc usurpandum duxi, haustum paregoricum horâ somni propinandum, gargarismum & Julapium perlatum repetendum, linimentum ex ol. amygd. dulc. &c. pro facie parandum, atque gutt. aliquot collyrii sequentis sæpius oculis instilandas.

℞. Aqu. plantag. ℥j. trochisc. alb. rhas. sine opio, sacch. crystal. alb. an. ℥j. M. F. collyrium. Quandoquidem verò pulmones nobilis viri (qui à Tabe præcedenti aliquali labe inficiebantur) hoc Morbo calefacti debilitarentur, adhuc obstruerentur, & demum molesta Tussi angerentur, atque Scabies insuper pertinaciter ad faciem adhæresceret, & alvus adhuc adstringeretur; Aprilis 2. Apozema pectorale & linctum diligenter usurpandum duxi, atque etiam linimentum & gargarismum usque ad diem sextum, De 3. in super alvum glande ex melle & alumine cum ℥j. spec. hier. picr. coct. sollicitandam curavi. Die 4. ad calorem pulmonum temperandum gran. xv. salis nitr. puriss. & ℥β. sacchar. crystal. alb. in singulis haustibus cerevisiæ solvend. præscripti; atque demum die 6. ad Tussim importunam fræmandam gutt. xii. laudan. liquid. in coch. j. syrup. balsam. hora somni quavis nocte exhibendum. Hoc pacto sublatis omnibus symptomatis, plane reconvalescebat nobilis Vir, appetitu etiam integrè restituito, nec morbosus aliquis affectus postea subornabatur, præter levem oculorum iraxin, à qua facilè & brevi repetito collyrii præscripti usu liberabatur. Alvam igitur pilul. sequentibus nocte deglutitis primùm die Aprilis 11. leniter subduendum jussimus.

℞. Pilul. stomachal. cum Gumm. Aloes rosat. an. ℥j. Sal. Tartar. gran. vi. elix. propr. q. s. M. F. pilul. num. vi. deaurandæ. Die 14. hora somni deglutit Nobilis Vir. gran. xxv. Pilul. Stom. cum gumm. & ad alvum fortius deturbandam proximo mane extract. rud. gran. xxv. in iij. pil. redact. atque denique die 17. pil. stomach. ℥β. hora somni, mane verò proximo pilulas sequentes.

℞. Extract. rud. ℥β. sal. tartar. gran. v. ol. anis. gutt. iij. M. F. pil. iij. deaurand.

Historia 33.) Uxor Domini *Levvis* habitantis in vico dicto *Pater-noster-rovv.* mulier elegans & formosa anno 1670. ægrotans, atque immodico mensium fluxu tentata, sexto imprægnationis mense, Variolis jam ubique erumpentibus abortionem passa est. Exanthemata mali moris à primâ eruptione ubique confluebant, accesserunt pulsus admodum debilis sine evidenti Febre, Vigilias pertinaces & delirium: interrogatis tamen placidè respondebat Ægra, secundo maturacionis die à priore medico deferabatur quasi deplorata: ego verò tunc accersitus, deprehendi (Lochiis adhuc fluentibus) Possam admodum debilem, temperiem mitem, Variolas ubique depressas, aded autem fuit attonita & animi impos, ut sese bene valere crederet, neque de Morbi eventu sollicita esset, neque de Morbo, neque de quovis symptomate conquereretur. Insuper Natura veneno per glandulas cutaneas juxta primam intentionem propulsando impar, planè languida & ignava, neque per glandulas salivales, neque per aliquam aliam portam hostem profèqui moliebatur. Hoc in casu ad præcavendam funestam Diarrhœam, quam meritò inscuraturam suspicatus sum, atque ad eliminationem lymphæ venenatæ saltem per Cataractas Renum promovendam, præscripsi dosim Ciner. Bufont. Pulv. è Chel. Cancr. comp. & Lap. Contrayerv. quarta quaque hora cum haustu Julapii Opiati ministrandam, unde fluxu urinae notabili subito optimè dormiebat Ægra. Post unum verò vel

vel alterum diem exarescentibus ubique Exanthematis, pulsum sensim fortius deprehendi, atque mentem sanam; qua ratione, medicamenta non adeo frequenter repetenda jussi, verum sexta tantum vel octava quaque hora, atque tandem bis vel semel in die, fluxu Urinæ continuato, & Patiente indies reconvallescente; atque quidem die Morbi vicesimo maturatione, Salivatione vel extremorum intumescencia per totum Morbi cursum subortâ.

Historia 34.) Filiolus Domini *Allos* habitantis in vico dicto *Covv-lane*, sex annos natus, circiter annum 1671. media hyeme Variolis laborabat. Exanthemata à prima eruptione ante meum adventum ubique confluebant, vel saltem magnâ ex parte cohærebant, Febris insuper mali moris à primo Morbi insultu usque ad maturationem protendebatur. Instante autem maturatione (cùm ego primum accerserbar) Exanthemata quæ jam maturefcere & turgescere opporrebant, ubique subsidentia & exarescentia, atque in pectore petechiis interspersa deprehendi, accessit alvi fluxus enormis cum vigiliis & deliriis sociatus, postquam oppressa Natura Venenum per ductus Salivales levi Ptyalismo, quasi velitando eliminare incassum tentaverat: Ope autem Julapiorum opiatorum, enematum adstringentium & pulverum cardiocorum & alstringentium cum ciner. buson. comixtorum, sæpius repetitorum, fluxus alvi licet sæpius recurrens, demum penitus sublatus erat, Æger placide dormiebat, atque urinam copiosè reddebat, atque tandem evanescentibus petechiis, (utut Variolæ per totum morbi cursum ad instar pellicularum pellucidæ adhæsisent & exaruisent) perfectè reconvallescebat, & nullus omnino morbosus affectus postea subortus est, præter ophthalmiam, à qua methodo alibi descripta facile liberabatur.

Hist. 35.) Consobrina Domina *Tipton* habitantis sub *Infigoi Solis* prope *Hollbornbridge*. Ann. 1673. corrente jam 14. ætatis anno, Variolis cohærentibus laborans, à pharmacopola tractabatur, usque ad undecimum morbi diem, quo die salivatione à frigore in poros Cutis admissa derepente suppressâ, & Variolis ubique depressis, ego incunctanter accersitus inveni miseram puellam pulsu admodum debili, subsultu tendinum, vigiliis & delirio laborantem, anhelam etiam & suffocatum ac si illico animam efflatur. m. Igitur Vesicatorium amplum, & acre statim ad nucham applicandum jussi, atque bolum ex electuario de ovo & ciner. buson. exhibendum, & cum haustu Julapii opiati quarta quaque hora repetendum; unde (quod optabile fuit) insigne & quasi diabeticum Urinæ profluviu suboritur, vires statim evidenter resuscillabantur, & puella melius respiravit. Demum decimoquarto morbi die, cum jam febris penitus exulaverat, usu bolorum non amplius continuato, revirescebat (mirabile dictu) ingens ptyalismus, qui sponte duravit, usque ad completam exanthematum maturationem, & donec Parians integrè reconvallesceret, quæ hoc pacto (si quæ alia) ab orci faucibus planè eripiebatur.

Historia 36.) Uxor Domini *Goddard* habitantis in vico dicto *St. Botolphs-lane*, annos duodeviginti nata, die Octobris 21. 1692. sub vesperam dolore Lumborum Spasmodico derepente adeo atroci corripiebatur, ut tota machina Spasmi agitari videretur, Febris autem intemperie, sive vel Pulsus mutatione nondum sese proferebat. Die proximo alvum frequenter dejiciebat, non multum autem ægotabat, lumbagine solummodò arctis, indeque sese non continebat in lecto ut par erat, verum ubique in domo, tempestate admodum frigida, pallida licet & languida obambolabat. Die 23. sub vesperam unum vel alterum Exanthematis sese in labiis primùm in conspectum

dedit. Die 24. erumpebant Variolæ ubique cohærentes, Ægra jam multum languabat, suffocatione strangulatoia sæpius tentata, atque madore frigido perfusa: Pulsus (ut ex Adstantibus audivi) erat debilis, & Vigiliæ à primo Morbi insultu usque ad 27. mensis diem, pertinaciter urgebant, & ne grajnum quidem Medicamenti alicujus Opiati vel Cardiaci ad vires sustentandas à Pharmacopola qui eam hætenus tractabat ministratum erat; Decoctum album, & Julapium Perlaturum frigidum & minimè Cardiacum per totum hoc Apparatus & Eruptionis; tempus concedebatur, solummodò tantillum Vini Canarini in deliquis ægrè admodum, & non sine multis precibus impetravit, Ægrotâ utut inde sese plurimum refectam sentiret. Ego 27. mensis, & sexto Morbi die advocatus, quamprimum animadverti Exanthemata admodum frequentia & pæne ubique cohærentia, depressa verò & lurida; Pulsam debilem & celerem, micturitionem, urinam verò tinctam & contentis saturatam, vires admodum languidas, & suffocationes quasi Hystericas frequenter recurrentes, cum Vigiliis pertinacibus conjunctas: quoties enim obdormiscere cœpit, suffocatione & deliquio excitata statim expergesceta est. Ideoque Vesicatorium statim ad Nucham applicandum jussi, & Bolum ex Theriac. Androm. ʒʒ. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. & Rad. Serpentar. Virgin. an. ʒʒ. Laudan. liquid. gut. xv. & Syrup. Caryoph. q. s. illico exhibendum, atque sexta quaque hora repetendum cum haustu Julapii, & gut. xii. Laudani liquidi haustu Julapii media nocte propinando instillandas, modò non dormiret: A Laudano vertigine quadantenus afficiebatur Ægra, urinam verò sine micturitione molesta jam reddebat, & post universalem dolorem quem per biliarium senserat, demum per trihorium quietè decubuit, atque deavò placidè dormivit. Octobris 28. mane pulsum deprehendi manifesto fortius. Exanthemata sese ubique (tarde licet) maturefcencia atque quadantenus acuminata faciem etiam, licet sine ptyalismo intumescencem, Ægra hilari erat animo, & plurimum refecta, atque à languore, suffocatione, madore, reliquisque funestis symptomatis, liberata quietè jacebat, indeque in spem inductus Bolum sexta quaque hora adhuc repetendum duxi, donec somnus satis conciliaretur, atque Venenum magis subigeretur. Die 29. mensis qui præstituto tempore, scil. sub initium Morbi fluere debebant, jam erumpebant subsidebat intumescencia, atque Exanthemata eam obsidentia, pure minimè concocto, exarescebant; Ægra verò mentis adhuc compos erat utpote frequentis, licet brevi & suspenso somno refecta, ideoque Vesicatoria duo ad Carpos internos applicanda jussi, & Bolum è Theriac. Androm. ʒʒ. Pulv. Serpentar. virgin. Confect. de Hyacinth. è Chel. Cancr. comp. an. gr. xii. Laud. Lond. gr. i. & tantillo Syrup. Caryoph. Syrup. de Mecon. ʒʒ. statim exhibendum, atque deavò sexta quaque hora repetendum. Bene inde dormivit & mente integra fruebatur, Lingua mollis erat & humida, Guttur autem dolebat sine Ptyalismo vel Aphthis in ore succrescentibus, vel Tussi conjuncta, margines Exanthematum in pectore & Artubus rubedine magis vegeto profundebantur, Glaudolæ prope natum sitæ intumescabant, & serum copiosè extendebant, una manus in tumorem tolli cœpit, Vesicatoria autem vix quicquam effecerunt. Sanguis ex Arteriis uterinis fluere haud desinebat, parcius autem quam præcedente die effluxit; Vibrationem Arteriarum deprehendi citatiorem, atque urinam rubedine saturatam, atque contentis & arenulis refertam, iterumque frequenter & molestè redditam. Ideoque præter usum Bolorum Alexipharmacorum & Opiatorum quos sextâ quaque hora usurpandos du-

xeram, die Octobr. 30. Haustum Apozematis Pe-
toralis cum Tinctur. Croc. vel Emulsionis è femin.
frigid. cum Aqu. Ros. rub. calidè sæpius ministrandum
jussi, atque Gargarismum ex decocto Ficum, Dia-
mor, & Mel. Ros. calidè Siphone faucibus frequen-
ter injiciendum. Die Octobr. 31. bene adhuc dor-
mivit & sanâ mente fruebatur, manus utraque tumo-
re notabili afficiebatur, Exanthemata in manibus,
atque in cruribus hætenus depresso inflammari &
pure turgere incipiebant; urina autem pauca
admodum frequenter & difficulter reddebatur, flu-
xus uterino adhuc non penitus sublato, quo no-
mine gran. xv. vel. ʒi. Pulv. Æthiopic. singulis
Bolis addendum duxi, eorumque usum unâ cum
haustu Paregorico sextâ quâque horâ repetendum,
atque in cæteris perstandum esse. Novembris 1.
Fluxus uterinus sistebatur, urina reddebatur copio-
sa, & contentis saturata & sine dolore, somnus
satis protrahatur, tumor extremarum partium
(Exanthematis in iis ubique jam pure refertis) in
magnam molem elevabatur, Resperatio facilis erat &
libera; pituitâ viscidâ ope Gargarismi copiosè è fau-
cibuseductâ. Novembris 2. Ægram post levem
sudorem sponte subortum, atque per trihorium
universam corpus perfundentem pæne a^{supra}ripit
inveni, unde in omnibus præscriptis perstandum
esse duxi. Novembris autem 3. & Morbi 13. ulti-
mo Morbi Stadio jam primùm inito, Ægra bis
alvum sponte dejecit, partes extremæ evidenter
detumescebant, sius etiam & Linguae ariditas Fe-
bris auctæ indicia dederunt, satis quidem dormivit
Ægra, sed in nonnullis deliravit, & rursum suffoca-
tione tentabatur; quâ de causâ Bolam cum haustu
Paregorico bis in die duntaxat repetendum duxi, ad
linguam autem emolliendam tantillum Mucilaginis
Sem. Cydon. Syrup. è Mor. Extract. sæpius in Os
ingerendum jussi, atque in cæteris perstandum. No-
ctè proximâ bis iterum alvum dejecit Ægra, &
urinam nonnunquam involuntariò reddidit. Pulsus erat
celer & quadantenus debilis, somni erant breves,
sæpe enim ut in principio, Morbi suffocatione strag-
ulatoria perterrita expergescens, hæmorrhagia
uterina rediit jam plurimum aucta. Igitur Novemb.
4. præscripsi decoct. alb. pro potu ordinario, atque
loco Bolorum, cochli. v. vel vi. Julapii sequent.
alternis horis propinanda jussi.

℞. Aqu. Germ. Querc. cinâmom. hord. an. ʒiv.
epid. pæon. comp. syrup. è mecon. an. ʒiss. pulv. è
chel. cancr. comp. spec. confect. de hyacinth. pulv.
bezoard magistr. an. ʒb. M. F. Julap. Ante vesperam
quinq; dejecit fæces copiosas & serofas; pulsus
autem inde non multum labefactabatur, quo nomi-
ne Bolam ex ther. androm. ʒb. pulv. è. chel. cancr.
com. spec. confect. de hyacinth. an gran. xv. laud.
lond. gr. i. & tantillo syrup. caryoph. confectum
illico exhibendum curavi, & quartâ matutinâ (si
fluxus alvi perseveraret) repetendum, cum haustu
Julap. ex aq. meliss. rut. ceras. nigr. bryon. & pæon.
comp. & syrup. caryoph. de quo fas erat bibere ad
libitum in languoribus vel suffocationibus, atque etiâ
spir. sal. armon. in phiala collo arcto & oblongo sæpius
naribus admovendum; sin alvus à primo Bolo cohibe-
retur, secundum omittendum jussi, & in locum ejus
substituendum curavi Julap. cum pulv. bezoard. do-
rante quidem alvi fluxu evigilavit ægra, verum sine
deirio vel suffocatione, ante mediam autem noctem
delira suffocata, horâ primâ matutinâ ad plures migra-
bat. Aded inter duo Symptomata vehementia, ni-
mirum enormem Diarrhœam, & suffocationem, dif-
ficili dilemmate demùm pressus, vel miseram Pa-
tientem post spem sanitatis redintegrandæ am-
plam, jam fluxu alvi colliquativo disfluere, vel
strangulatione præcipiti perire permittere coactus
sum.

Historia 37.) Filius Domini Hackevill, octode-
cim annos natus, sub finem mensis Septembris 1672.
atroci & planè spasmodico capitis & lumborum do-
lore correptus, sine intemperie febrili, sine nausæ,
ægritudine, vomitiono vel quovis altero vehemen-
ti symptomate præter dolores memoratos, ad bidui
fere spatium vigil ac delirus, pulsu interea debili,
decumbebat. Sub finem secundi diei tota facies
efflorescentia æquali & continua derepente per-
fundebatur, minime coccinea sed sublivida, pectus
universum, & Artus Exanthematis lividescentibus,
& pæne ubique coherentibus, varia admodum figu-
ra ad instar Morbillorum (maculis nigris & pete-
chiis hic illic interspersis) notabantur: pervigil
etiam erat & deliravit æger usque ad secundum Eru-
ptionis diem, quo ego primùm accersitus eum inveni
inquietum, vigilem & delirum, pulsu admodum
debili & vacillante laborantem, & quasi potionatum,
magis quàm febricitantem, nam ne granum quidem
alexipharmaci alicujus, aut cujusvis alterius medi-
camenti hætenus ministratum fuerat, unde spiri-
tus, nullis suppetiis Artis tempestivè adhibitis,
veneno penitus succumbere videbantur: Ex inani verò
naturæ conatu aliqualis laborum intumescencia, &
levis Ptyalismus demùm suboriebatur. Quocirca fu-
nesto prognostico prius prolato (ut importunis ami-
corum precibus satisfacere) miseram ægrotantem
repetito usu theriac. androm. pulv. galcon. serpent-
virgia. Julap. Cordialium, & frequentium vesicatori-
orum (quod unicè faciendum restabat) ab Orci
faucibus eripere & somnum ei conciliare moliebar;
incassum verò, sub initum enim primi maturatio-
nis diei, comotus & convulsus satis cede-
bat.

Soror hujusce Juvenis in eadem domo cum Fratre
diversata, atque ei ministrans terrore & necessitia ob
mortem fratris præproperam affecta, paulo ante Il-
lius obitum paroxysmum febris quam Variolosam
esse ipsa opinabatur, ad 24. horas protenus perse-
cussa est. Alvo autem ejus, quæ prius nimium adstri-
cta erat, enemate soluta, atque bolo theriacali pos-
tea exhibitio, die proximo mane planè a^{supra}ripit
videbatur, arteriæ validè & ordinatè se vibrabant;
qua de causa nullum aliud medicamentum deglutire
voluit, præter cortic. peruv. quem parçè admodum
deglutiit, labe autem hacce infecta tres hebdoma-
das valetudinario transegit mœlla & perterrita, men-
ses deinde subsistebant; demùm verò derepente
dolore spasmodico caput, lumbos & totum cor-
pus occupante transfixa decumbebat, sine febre
evidenti, nausæ etiam & vomitione non multum
laxessita. Die autem proximo tota facies coccinea
efflorescentia æquali perfundebatur, pectus verò
& artus Exanthematis sublividis pæne coherentibus,
quorum apices haud pauci fuscum vel nigrum colo-
rem induebant. Secundo eruptionis die, quo ego
primùm accersabar, fluxum mensium enormem
perpetiebatur, dormiebat autem, atque minimò
delirabat; Pulsus autem deprehendi debilem ad-
modum atque temperiem mitem, & na granum qui-
dem medicamenti cujusvis alexipharmaci hucusque
ei ministratum fuerat. Terrore autem mortis quam
expectabat percussa, tremula jacebat, pthematis
gravioribus attrita; quibus etiam accessit dolor
ob inexpectatum avi obitum, qui è rure eam
inviscendi causâ huc sese contulerat, atque do-
mum jam primùm ingessus, apoplexia fortissima
correptus, intra semihoræ spatium animam efflarat.
Utcunque (funesto prognostico prius prolato)
ope alexipharmacorum generosissimorum, & opia-
torum, atque vesicatoriorum frequentium appli-
catione funestum diem differre pro virili conatus
sum; sed frustra: secundo enim maturationis die,
cum

cum jam universa facies pergamena quasi candida obducta videbatur, comatosa satis cedebat.

Historia 38.) Adolescens 16. Annos natus habitans in *Soba* (cujus nomen mihi jam non occurrit) die Septembris 26. 1693. Varioloso fermento infectus decubuit. Biduum valetudinariè transegit, dolore capitis & lumborum immani correptus, nondum autem, tacta judice, intemperie febrili tentabatur, vel Comate, Nauseâ, vomitione, fluxu Alvi, vel quovis altero vehementiori symptomate apparatus hujus morbi comitari solito alligebatur, tantum de spasmodico hoc dolore & vigiliis conjunctis conquestus est. Die autem 28. universa cutis efflorescentia æquali, continua atque intense rubra sine pustulis notabilibus, repente perfundebatur, unde Aeger pelliculâ quasi scarlatina undique obductus illico cepit delirare & furere. Die mensis 29. eruptionis autem secundo; cum è primo Morbi insultu non omnino dormivisset, vel Remedium quodcumque Alexipharmacum vel Opiatum sumpserit; ad eum invensum apertus, animadverti pulsum admodum debilem, celerem & inordinatum, atque Urinam paucam, tenuem, & minime rubedine vel contentis saturatam, ipsam autem Aegrum insomnem, & sensu omni penitus privatum. Casus hic si quis alius) prognosticon funestum suggererat, nullam autem Indicationem præbebat, nisi ut quocumque modo spiritus præne extincti suscitarentur, atque motus eorum vacillantes & inordinati compescerentur. Quo nomine, postquam factum insula e denuntiaveram, monitis Amicorum morem gerens Vesicatoria iij. ad Nucham & Carpos illico applicanda jussi, & Bolum Theriacalem cum pulv. gascon. lap. contrayerv. & serpentar. virgin. an. ʒss. atque laudan. liquid. gut. ʒ. exhibendum, & quarta vel quinta quaque hora, solum in haustu Julapii Cordialis repetendam. Unde Aeger qui à primo Morbi insultu non omnino dormiverat, per duas horas integras somnum placidum capiebat: neque ut prius delirabat, Ptyalismus etiam aliqualis jam suboriebatur, indeque proximo die mane Vesicatoria ii. ad Tibias internas applicanda curavi, & quantitatem Serpentariae Virgin. in unoquoque Bolo duplicandam. Die autem sequenti, primo scilicet maturationis, pelliculâ undiquaque pergamene ad instar albescente, & plane exarescente obductus maculis insuper quibusdam griseis hic illic in Cuticula efflorescentibus, comatosus, delirus & convulsus animam exspirabat, sanguinis tantillo paulò ante obitum è naribus stillante.

Historia 29.) *Martha Meade* ancilla Nobilissimi Domini *Baronis de Coventry* duodeviginti annos nata, die 24. Januarii 1691. derepente Cephalalgia & Lumbagine immani corripiebatur, cum autem sese non calore, sed potius algore sensisset perfusam, raris hanc affectionem esse Nephriticam, ubique in domo obambulabat, totâ nocte sequenti, gelu jam admodum friviente, Conservo suo ægotanti ministrans evigilavit, cum potius in lecto somno indulgendum erat, Unde spiritus frigore & vigiliis præne extincti minus pares certamini cum Veneno ineundo reddebantur. Proximo die, cum jam ego morbum Variolosum pronuntiarem, in curru cautela maxima adhibita, in domum Amicæ suæ (ut percipiebat) secundo Morbi die deducebatur. Die Morbi tertio, mensis nimirum 27. Pharmacopola accersitus, post Bolum nescio quem præcedenti nocte exhibitum, nulla efflorescentiâ in Cute sese prodente, sudaster è Venâ Cubiti ʒxlv. vel xvi. sanguinis eduxit, qui cum impetu exsilliebat, atque nullatenus, Rheumatici sanguinis ad instar, concretescebat, sbris penitus privatus. Die Morbi quarto mane ego accersitus animadverti universam Cutem efflorescentia continua & plana, intense rubra, non scarlatina verum quasi levi &

Tom. IV. Pars II.

plano Erysipelate perfusam, maculis rubris minoribus, nigris majoribus ubique per totum pectus sparsis. Urinam insuper Agra reddidit copiosè & frequenter atque sinceri sanguinis ad instar intense rubram. Dormiebat quidem quadantenus, verum oppressa & languida, atque pulsu tremulo & inordinato laborans, sese pluvium atque præne perpetuo jactabat. Prognosticon igitur funesto prius prolato, Tinctur. Ros. sic. aqu. cinamom. spirit. sulph. extract. atque saccharo albi. edulcorat. præscripti pro potu ordinario atque chrysaliam unam pulveris sequentis cum haustu Julapii quarta quaque hora exhibendam jussi.

ʒ. Pulv. Bezoard. magist. spec. consec. de hyacinth. an. ʒss. coral. rub. præp. ʒij. pulv. serpentaria virgin. ʒss. M. pro v. chrysalis.

ʒ. Aqu. cinam. hord. Stephan. Germin. Querc. Ceras. nigr. an. ʒij. acet. stiliat. ʒv. syrup. myrtil. ʒij. M. F. Julap. Sub finem autem quinti Morbi diei sanguine confertim è Bronchiis exsilliebat suffocata perit, labiis & manibus (uti in confluentibus Variolis plerumque contingit) quadantenus ab ipsi naturæ nisu tamesactis. Cadavere inspecto cutim deprehendi (visu horrendum) ubique planè nigricantem, proximo autem die colore cœruleo imbutam, qualem colorem etiam omnia lineta sanguine conspurcata aquæ saponaceæ primùm immersa planè exhibebant, ac si fuissent arte tincta, quæ labes haud facile delebar. Tantum valet hocce Venenum ubi ad ætula pervenit in humorum ipsorum crasi immutata.

Historia 40.) *Fater* natu minor Domini *Warren* habitans in vico dicto *Ludgate-hill*, mense Augusto 1692, frequenti rigore, lumbagine & demùm febrili calore correptus (uno vel altero exanthemate Varioloso demùm sub finem secundi apparatus diei inter innumeras maculas purpureas sese prodente) decubebat. Die eruptionis secundo ego accersitus animadverti exanthemata valde frequentia, & præne ubique coherentia; verum degressa & semimortua; maculis nigris & magnis ubique interspersis: Aeger erat inquietus, insomnis & delirus, urinam reddidit frequenter tenuem & copiosam, Lingua nigrescens arescebat, nullum aderat ptyalismi futuri indicium, pulsus erat tremulus & admodum debilis. Prognostico igitur funesto prolato, vesicatoria illic ad nucham & carpos applicanda jussi, & Bolum Theriacalem cum pulv. gascon. serpentar. virgin. & laudan. liquid. gut. xx. statim exhibendum, atque sexta quaque hora cum haustu Julap. cordialis repetendum, liquorem etiam possessicam nostram præscripti pro potu ordinario. Misellus autem Javenis jam fere extinctus, die proximo mane delirus ac insomnis animam efflavit.

Hil. 41.) Soror Domini *Thomson*, habitantis in vico dicto *Snore-hill*. virgo fere quadragenaria, mediâ ætate 1692. tempestate admodum fervida, atroci & spasmodico lumborum dolore derepente correpta, atque nullâ notabili temperiei mutatione; vel alio quovis symptomate vehementi attrita, hanc affectionem inde nephriticam rata, à lecto abstinerebat, in domo obambulabat, atque ad rem familiarem animam attendebat, biduo verò elapso, lumbagine sensim aucta, & deliquis invadentibus decubebat, totâ nocte insomnis & inquieta. Die proximo mane ego accersitus inveni miseram ægram stragulis oppressam & perperam æstuantem, pulsu debili & celeri laborantem, atque sudore immodico perfusam: In subsidium igitur Spirituum præne suffocatorum partem magnam stragularum illi è detrachendam jussi, atque unum b. achium levi tegumento munitum è lecto eximendum, ut resisteret Agra liberus & facilis, quippe Cæsi Variolosum jam instare suspicabat. Insuper Bolum Theriacalem cum Pulv. à

Z * Chel.

Chel. Cancr. comp. illico deglutendum, atque Julapium Cordiale temperatum ad libitum propinandum imperavi ad vires Spirituum in agone Critico plurimum exhaustorum refocillandas. Vespere autem reversus inveni Ægram Nutricis & Multicolarum Adstantium consilio rursus stragularum onere pressam, atque utroque brachio in lecto retento quasi in Balneo restuantem. Unde Variolæ penè ubique coherentes confertim jam erumpentibus, cuticula ubique ut in Scarlatina vel Erysipelatola efflorescentia inflammata, & Maculis purpuris vel nigricantibus hic illic sparsis. Utcunque opè Vesicatoriorum, & Opiatorum atque Alexipharmacorum assidue repetitorum, Variolis (licet tardè) quadantenus maturefcentibus, ad decimum Morbi diem vitam produxit Ægra, quo die Hæmorrhagiâ immani ab Utero & Renibus subortâ perit.

Historia 42.) Servus Domini *Bassi* habitantis in vico dicto *Fleet-street*, mense Julio 1692. dolore capitis & lumborum atrocissimo correptus, atque per biduum attritus, demum vertigine affectus, sub finem secundi diei consilio Medici obiter occurrentis decumbebat, atque sanguinis $\bar{x}xi$. è brachio educi sinebat. Nullo medicamento autem Alexipharmaco vel Opiato præscripto vel ministrato tota nocte infomnis, hebes & delirus jacebat, erumpentibus jam undiquaque Variolis propemodus ubique Cohærentibus. Proximo mane ego sedulè accersitus animadverti Pulsum admodum debilem, celerem & vacillantem, Ægrum ipsum infomnem, hebetem & delirum, quo nomine Vesicatoria tria ampla & acris statim ad Nucham & Carpos internos applicanda jussi, Julapium Paregoricum & cordiale cum Speciebus quarta quaque hora ministrandum, atque Bolum Theriacalem Opiatum statim exhibendum, iterumque hora somni repetendum. Die proximo Patientem inveni profusè *supersit*, nullo symptomate vehementiori affectum & planè dormientem, Ptyalismo jam suborto, atque Variolis vegetè rubentibus & quadantenus acuminatis; igitur usum Julapii Paregoric. cum Speciebus adhuc usurpandum imperavi atque Haustum cum $\bar{x}j$. Syrup. de Mecon. hora somni propinandum & quaque nocte repetendum. Quo pacto Variolæ ante nonum ab eruptione die integram maturationem assecutæ (Ptyalismo uberrimo hucusque protenso atque manibus demum insigniter tumentibus) & pure concrefcente declinantes, sine Febre recidivâ more planè legitimo exaruerunt. Tantum momenti habet [me Judice] Venæsectio in hoc Morbo ad excruciantes Lumborum Spasmos allevandos opportunè celebrata, modò vires Spirituum fractæ postea assiduo Opiatorum & Alexipharmacorum usu, atque Vesicatoriorum applicatione tempestivè erigantur.

Historia 43.) Uxor cujusdam Lanionis (cujus nomen jam mihi non occurrit) habitantis prope *Smithfield-barrs*, sexto ingravidationis mense Variolis correpta. (Eanthematis admodum frequentibus erumpentibus) frigido regimine sine Alexipharmacis vel Opiatis tractata, ad quartam usque diem (quo ego primum accersabar) planè infomnis jacebat, atque præ largo usu Spir. Sulphur. quo Variolæ in Gutture succrescentes irritabantur, aded suffocata & strangulata erat ut vix quicquam deglutire posset. Temperiem Ægrotantis inveni admodum mitem, pulsum vero celerem & debilem, vires languidas, atque Variolas ubique depressas & seminæces. Quæ de causa Cochli. vel vi. Julapii Paregoric. cum Speciebus quarta quaque hora propinanda jussi, instillatis guttulis xiv . Laudan. liquid. haustui nocturno & matutino, Insuper loco Gargarismi Spiritu Solph. Saturati, Gargarismum ex Decoct. Ficuum & Melle Rosat. sæpius faucibus Siphone tepidè injicientur.

dum curavi. Exinde quodvis oblatum facile deglutiit, à strangulatione profusè liberata, optimè etiam dormit, Variolis jam demum ubique maturari incipientibus. Spes reconvalescentiæ tanta affulgebat, ut omnes Adstantes admiratione percussi planè stupeficerent. Die autem proximo Ægra abortionem perpessa est, illico corrumpunt vires, subsidunt Exanthemata, atque Ægra atrocissimo & spasmodico Femoris sinistri dolore correpta brevi fati cedit.

Historia 44.) Uxor Domini *Higby* habitantis in vico dicto *Snore-hill*, non ita pridem maritata, atque jam gravida, fluxu mensium immodico atque cæteris abortionis subsecutoræ symptomatis tentata, in Febrem Variolosam incidit. Variolæ autem neque Naturæ viribus, neque artis suppetiis (quanquam generosissima Remedia adhiberentur) protrudi potuerunt; verum altius in cute delitescerant. Unde tertio eruptionis die inflammatione & intumescentiâ faucium insigni, ob lympham venenatam versus glandulas salivales raptam, derepente subortâ, atque indies sensim auctâ, demum vix deglutire vel respirare potuit, abortionem insuper passa est & quarto morbi die anhela & suffocata perit.

Historia 45.) *Thomas Jolliff* Armiger, optimæ spei Juvenis, habitans in Hospitio *Medii Templi* circa Annum 1669. Virginem nobilem & formosam mox ducturus uxorem, sine Febre evidenti ægrotans de dolore capitis vehementi solummodo conquerebatur. Ipse autem amore captus atque inde sui ipsius negligens, quotidie (cùm in lecto potius decumbendum erat) in aère frigido, sævientem jam hyeme, versabatur, imò ipso primo eruptione die sub ingressum noctis in cymbâ. *Westminsterium* usque, Thamesin trajecit ad sponsam invisendam, ubi ab ipsa Amasia inter oscula, Exanthemata in facie primùm deprehendebantur confertim admodum erumpentia. Domum autem mediâ nocte reversus decubuit, atque die proximo die sub vesperam secundo eruptionis die nimis serò accersivit. Variolas etenim animadverti ubique lividescentes & sessiles cum febre aliquando conjunctas. Bolum Theriacalem illico exhibendum jussi cum haustu Julap. perlati de quo fas erat bibere ad libitum, unde febre jam remittente bene dormit Æger, Pulsum proximo die mane deprehendi ordinatum & æqualem, sed quadantenus debilem, atque Variolas adhuc depressas, neque colore magis vivido imbutas, aut magnitudinæ, numero vel acumine auctas; & licet *supersit* & quietè decumberet, sui & Gutturis ardore quasi Salivationis prodromo afficiebatur. Veneno autem neque per Cutem, ductus salivales, aut aliam quamvis viam protruso, pulsum admodum debilitabatur & quadantenus accelerabatur. Primo maturationis die apicibus Variolarum albescentibus atque in earum intestinis demum in cruribus & pectore Petechiis & Maculis nigris frequentibus subortis, jactabat sese Æger inquietè, vigilabat pertinaciter, & evidenter febricitare cœpit. Igitur Bolum Theriacalem cum electuar. ex ovo repetendum duxi, atque vesicatoria (veniâ id faciendi ab amicis ægrè impetratâ) jussi applicanda. Denique consilio Cl. D. Georgii *Ent*, Equit. Aurat. jam consultandi gratia accersiti, Opiatis cum Alexipharmacis, conjunctis, somnum conciliare satagi. Verum incassum, cum natura planè languida hostem per Cutim, glandulas salivales, vel aliam quamcunque portam eliminare non poterat. Unde juxta Prognosticon à nobis prolatum, tertio maturationis die convulsus & phreneticus perit Juvenis amplissimus.

Historia 46.] Vir doctus (cujus nomen mihi jam non occurrit) Socius Collegii cujusdam in *Academia Cantabrigiensi*, postquam ægritudine ventriculi & dolore

dolore capitis per integram hebdomadam laborat, ab externi aëris injuriis sese non munit, sed in itinere conficiendo quotidie equum conscendebat, unde materia variolosa à frigore externo diutius intus cohibita, exanthemata quæ manesese per plures dies in conspectum dederunt, vesperi iterum laritabant. Londinum autem demum advectus Cl. Willisium accersivit, qui Thorocica quædam remedia, ob difficilem respirationem, quæ post frigus in poros cutis frequenter admillum Ager plurimumangebatur, sæpius exhibenda præscripsit, atque nonnulla Cardiacæ, quorum ope (debito regimine in lecto abhibito) Variolæ mane proximo confertim erumpbant ubique coherentes vel confluentes. Febre autem adhuc perseverante, tertio die à maturatione incepta ego accersitus pulsum Aegrotantis animadverti satis fortem ac celerem, Variolas vero admodum frequentes & coherentes, depressas autem, & in centro subsidentes, Vigiliis pertinaces, jactationem inquietam, mentem deliram, nullum autem Ptyalismum notabilem, vel alvi fluxum, vel aliam quavis evacuationem. Utcunque ope Julapiorum Opiatorum, & Remediorum Alexipharmacorum cum Ciner. Bufon. Pulv. Æthiopic. diæt. commistorum Ager multò meliùs sese habebat, delirare desinebat, atque placidum somnum capiebat, Exanthematis demùm sensim turgescere & maturecere incipientibus, adeò ut spes reconvalescentiæ aequalis affulgeret, usque ad declinationem Variolarum inceptam, quo tempore Febris derepente recrudescerebat, cum vigiliis, deliriis, jactatione inquietâ, & totali Ptyalismi suppressione conjuncta, Exanthematis jam ubique crassa nigra obductis. Cùm primùm autem die tertio paroxysmum febrilem mote *zozixi* recurrentem observassem, Cl. Sydenhamio in consilium advocato, (cùm jam vires Corticis Peruviani in hac Febre debellanda nondum mihi spectatæ fuissent) post Sermonem de venæsectione habitum, quam Senex ipse jam celebrari non passus est, Aegrotanti exhibuimus Julapium, Opiatum & Alexipharmacum ut priùs, & quaque nocte haustum paregoricum cum ζj . Syrup. de Meconio. Quid sit? Paroxysmo tertio die, nimirum à decubitu duodecimo, recrudescente, inter Phrenesin & Coma sese alternatim excipientia, vir doctus animam efflavit.

Hist. 47.) Anno 1676. Filiam Domini *Reyner*, Ecclesiæ Anglicanæ Presbyteri annos 12, natam; Variolis laborantem, in vico dicto *Warwick-lane* diversatam accersitus in vici secundo maturationis die. Variolas animadverti discretas, verùm ubique depressas & sessiles, Petechias verò in interstitiis Variolarum in collo, brachiis & pectore efflorescentes, pulsum debilem & celerem, puellam insuper insomnem & deliram. Quâ ratione præscripsi cochl. iij. vel iv. Julap. sequ. quarta quaque hora (agitata phiala) exhibenda
℞. Aqu. Ceras. nigr. meliss. paralyf. Epidem. an. ζij . pulv. è chel. cancr. comp. lap. contrayerv. pulv. bezoard. magistr. an. $\mathcal{D} j$. Syrup. è Mecon. ζj . M. F. Julap. Hujus Julapii ope puella placidè dormivit, atque Variolis indies sensim maturefcentibus, & petechiis evanescentibus, nec Fluxu alvi nec ptyalismo, nec quovis alio molesto Symptomate tentata, planè reconvaluit.

Hist. 48.) Filius Johannis *Oven*, S. T. P. diversatus in *Bunbil-fields*, anno circiter 1674. in ipso ætatis suæ flore Variolosa febre correptus, à primo morbi insultu usque ad secundum maturationis diem [quo die ego primum accerserbar] Vigiliis adeo pertinacibus afficiebatur, ut ne unam horam somno frueretur, febricitans perpetim & delirus ac quasi moribundus, Variolis jam fere ubique depressis & coherentibus. Præscripsi igitur pulverem sequentem quarta quoque hora ministrandum in haustu Julapii paregorici.

Tom. IV. Pars II.

℞. Pulvis è Chel. cancr. comp. lap. contrayerv. pulv. Æthiop. an. $\mathcal{D} s$. M. Hoc verò remedio sæpè repetito somnus placidus obrepebat, Variolis indies sensim turgescantibus, & maturefcentibus, & Ager nec ptyalismo, nec quovis altero molesto Symptomate laceffitus brevi convaluit. Tantùm medicamentum pro ratione declinationis febris & Symptomatum, sexta, octava vel duodecima quaque hora tandem exhibebatur.

Hist. 49.) Thomas *Brook* Armiger, diversatus in vico dicto *Black-Friers*, Anno circiter 1675. Febre Variolosa corripiebatur, secundo die à decubitu Variolæ efflorescebant fere ubique coherentes, febre adhuc persistente, deprimebantur vero & subsidebant exanthemata usque ad undecimum morbi diem, quo ego primùm consultus sum, cùm jam vita aegrotantis non tantùm ab adstantibus, verùm etiam à Cl. Collega Dom. D. Gasparo Needham planè deseperaretur; Agram inveni pulsu debili & prorsus languido laborantem, perpetuò delirum, & jam pertinaciter vigilem, jam Comate profundo oppressum; usu verò frequenti & continuato Tincturæ Diacord. Opiatæ & Pulverum Cardiacorum alibi memoratorum, atque Vesicatoriorum frequentium applicatione, Symptomatis demùm in ordinem redactis die Morbi 14. vel 15. Variolæ quæ huc usque ad instar pellicularum aridarum mortuæ apparuerunt, Veneno jam tandem per glandulas Cutaneas protruso, intumescere & pure repleti cœperunt; unde vit ornatissimus nec Salivatione, nec Diarrhœa vel Urinæ profluvio tentatus 18. Morbi die, Febre sponte exulante prorsus reconvalescebat. Tantùm levi Ophthalmiâ & Tussi aliquandiu affligebatur, utpote ante decubitum labe Rheumaticâ affectus. Hæc autem Symptomata Venæsectione tempestivè ministratâ, & methodo alibi memoratâ facile admodum sust. li.

Hist. 50.) Accersitus Anno 1672. ad inviscendum Filium Domini *Chapman* Vestiarum habitantis in vico dicto *Fleet-street*, tres annos natum, Variolis laborantem, die maturationis secundo animadverti Pulsum celerem & debilem, Febrem intensam, Variolas ubique depressas, subsidentes & coherentes atque tumorem Faciei ab immani Diarrhœa prorsus sublatam. Nullum remedium Alexipharmacum vel Opiatum hæctenus ministratum erat, qua ratione Julapium nostrum Paregoricum cum speciebus quarta quaque hora jussi propinandum: cùm autem die sequenti, Fluxu alvi perseverante facies adhuc minùs intumesceret, Cochl. iij. sequent. Julap. tertia quaque hora exhibenda curavi (agitata phiala.)

℞. Aqu. Ceras. nigr. meliss. an. ζij . Epidem. cinamom. hord. an. ζj . Electuar. ex Ovo $\zeta \beta$. Spec. Confect. de Hyacinth. Lap. Contrayerv. Ciner. Bufon. an. $\mathcal{D} j$. Syrup. è Mecon. ζj . M. F. Julap. Die proximo Fluxus alvi quadantenus sedabatur, atque Urina copiosè fluebat, Facies rursus intumescerebat, Arteriæ fortius nec adeò celeriter ut priùs sese vibrabant, somnus placidus post iusta intervalla obrepebat. In spem hoc pacto adductus, Julapium nuperimè præscriptum adhuc usurpandum duxi, atque si alvi fluxus recrudesceret, Bolum sequentem solum in cochleari Julapii bis in die exhibendum.

℞. Diacord. $\mathcal{D} s$. Bol. ver. Ciner. Bufon. an. gr. v. M. F. Bolus. Exinde alvus prorsus astringebatur, atque Febre jam demùm sexto maturationis die exulante, Variolæ faciem obsidentes declinabant, & reliquæ quæ priùs non planè exarserant, ut ut hucusque subsidentes & depressæ, pure turgentes indies legitime maturefcebant, Puer bene dormiebat, cibum appetebat, nullo morbofo affectu tentabatur, & signa sanitatis redintegrandæ certissima ostendebat.

Hist. 51.) Servus Domini *Gosling*, habitantis in vico

Z 3 dicto

dicto *Pater-oster-ovo*, circa Annum 1671. (cum indoles hujus Morbi minus perspecta esset) in ipso ætatis flore, verò tempore, dolore Lumborum atroci correptus decumbebat, non tamen de *Ægritudine*, Vomitione, Intemperie febrili vel quovis alio Febris symptomate, sed de dolore Lumborum frangitivo, & quasi Nephritico solummodo conquestus est. Secundo à decubitu die ego advocatus, Variolas mali moris instare suspicans, vires Spirituum ope Alexipharmacorum [Venesectione & Opiatis à Spasmodicis indicatis forsam perperam omissis] fovere & erigere moliebar. Quid sit? Variolæ tertio die nulla manifesta Febre antecedente, confertim erumpent, ubique Confluentes vel Cohærentes. Durante maturatione, Natura virus, quod per Glandulas cutaneas protrudere non potuit, per ductus Salivales eliminare conata est, & levem Ptyalismum excitavit, sed Veneno, nec hac nec alia via succedanea, evacuato, Variolis ubique depressis & subsidentibus, Febris demùm die undecimo accensa Ægrotantem inquietudine, vigiliis & delirio confectam è vivis sustulit.

Hist. 52.) Uxor Domini *Deacle* habitantis sub *Insigni Felis* in Cœmeterio D. Pauli (currente jam ætatis 32.) Ann. 1673. postquam proprio consilio prophylaxeos gratiâ sanguinem è Cubito copiosè detrahend. perperam forsam jussit, mox cœpit febricitare, die autem à decubitu tertio Variolis frequentibus & cohærentibus in conspectum venientibus, febrilis intemperies illicò exulabat, pulsus autem debilis erat, atque Menses, instante Exanthematum maturatione, alieno tempore immodicè fluere cœperunt, unde Variolæ non obstante Opiatorum & Alexipharmacorum adstringentium v. g. *Spec. Confect. de Hyacinth. Boli ver. &c.* assiduo usu, & Vescicatoriorum applicatione, flaccidæ & depressæ conspiciebantur, natura interea languida hunc defectum Ptyalismo vel alio quovis modo supplere nullatenus moliebatur, Petechia una vel altera in pectore jam primùm efflorescebat, accesserunt deliquis leviora, more Hystericarum suffocationum sæpius recurrentia, sed nullis Remediis Hystericis superabilia; quibus durantibus Variolæ livescabant, vel albescabant, parùm etiam & inquietè dormiebat Ægra. Hisce animadvertis ego [quamvis adstante inani Spe sese lassarunt eò quod Ægrotans *amperis* quietè decumbebat] prognosticon fatale die Morbi 14. verificandum protuli. *Chr. D.D. Lowner* inde in consilium advocatus cum Rheumaticum Ægrotantis habitum, pravam Morbi indolem, & præsentem meosum fluxum animadverteret, Alexipharmaca, Opiata & Vescicatoria præscripta approbavit: Insuper Julapium Paregoricum cum Speciebus adhuc usurpandum doximus, Vescicatoria etiam alia recens applicanda, & haustum Paregoricum cum ʒj. Syrup. de Mecon. quaque nocte propinandum. Variolæ autem [natura à Veneno penitus subjugata] nullatenus in melius mutabantur, neque Pulsus fortior reddebatur, neque Ptyalismus, profluvium Urinæ, vel extremarum partium Tumor promovebatur, unde Febre demùm undecimo Morbi die revirescentes, Mulier proba ac elegans die 14. (quod ante prædixi) delira aliquatenus & convulsa ex hac vita migravit.

Hist. 53.) Domina *Theodolia Tytherleigh* Virgo elegans ac formosa, stirpe celeberrima (sed cui hic Morbus jure quasi hæreditario funestus esse solebat) oriunda, cum Anno 1671. sævientie hyeme varias æris injurias in itinere conficiendo passa fuisset, unâ cum calore natu minore, quæ ab alio Medico tractata brevi hoc morbo interempta periit. Londinum advecta, vicesimo ætatis anno Variolosa Febre correpta decumbebat. Ego durante Exanthematis

eruptione accersitus, Variolas deprehendi in trunco & Artubus admodum frequentes & amplas, in Facie autem confluentes vel saltem cohærentes, Pulsus verò debilem, & Febris indicia fere nulla; Julapium igitur Cardiacum ad libitum pitiflandum, atque Species Cordiales post debita intervalia ministrandas jussi, atque Opiata temperata pro ratione Symptomatum urgentium quotidie adhibenda. Pulsus autem Ægræ mortis expectatione perterritæ per totum Morbi decursum à prima eruptione debilitabatur, nulla Febris aderat vel delirium; natura enim defectum Maturationis Variolarum (quæ depressæ & fero limpido semiplenæ erant) Salivatione longa & ærumnosa supplere moliebatur. A die enim Morbi 7. cum primùm Variolæ suo more hoc est tardè maturefcere cœperunt, Lympha venenata è referatis ductibus salivalibus velut ex perenni fonte perpetim scaturiens usque ad 21. diem, exsiliabat, nisi die 15. cum, Ptyalismo subito & inexpectatò suppresso Ægrotans ad horas aliquot quasi suffocata in vitæ periculum adducta videretur, do nec Electuar. ex Ovo, Gargarismo, & generosis remediis Alexipharmacis, Consilio doctiss. & expertiss. Medici *D.D. Micklethwaite* (qui jam confulebatur) ministratis, Spiritus refaciti denuò regulæ ductuum salivalium referantes Ptyalismum redoxissent. Ab isto tempore rivulo lymphæ excretæ indies aucto Ægrotans demùm salivatione nimia (quam neque suppressere fas erat) confecta, non Febre vel delirio, sed deliquis sæpius tentata vicesimo primo Morbi die, Variolis adhuc imperfectè maturatis; ad plures migrabat. Aded intimè nonnunquam spiritus venenato miasmate implicantur, ut sese nequeant prorsus liberare, sed molem humorum perpetua luctatione agitando in fluorem colliquativum adigant; unde Ægri penitus nutritii indefinenter subtracto emarescentes inter deliqua frequenter recurrentia, demùm spiritibus in certamine deficientibus & exhaustis, plane tabidi pereunt, sive juxta primam Naturæ intentionem per Exanthemata venenum eliminetur, quo in casu Variolæ nunquam exarescunt, verùm humore recens suppeditato perpetuò malo omine scætant, (cujus rei Exemplum in *Historia 62.* post hæc proferam) sive via secundaria per ductus salivales, ut in præfenti casu: Siquidem non à nisu Spirituum vel evacuatione inde subortâ nisi subacto Veneno Morbus tollitur; urut enim quandiu per quamcunque portam Venenum protrudatur Ægrotans jaceat, Spiritibus tamen longa luctatione exhaustis, Ægrotans labe deleteria confectus necessarid perit.

Hist. 54.) Servus Domini *Pineck* Aromatarium temporis habitantis in vico dicto *Snore-hill*, circa Annum 1674. atroci capitis & Lumborum dolore correptus decumbebat. Aded autem sæviebat dolor spasmodicus, & vires Spirituum inde aded labefactabantur ut febrilis intemperies Ægrotantis vix aut ne vix deprehenderetur. Sub finem autem secundi à decubitu diei Variolæ inexpectatò & confertim erumpentibus fere ubique confluentes vel cohærentes, cum Vomitione, Diarrhœa immani, languore perpetuo, Pulsu debili ac delirio sociatæ, atque ad sextum usque diem, quo primùm accersæbat, depressæ & fessiles. Fluxu verò Alvi & Vomitione jam usu Alexipharmacorum & Opiatorum coercitis, illico Salivatio suboriebatur immensa quæ levamento fuit Ægrotanti, qui, febre inde diminuta, impulsu fortiori reddito, delirio profligato, & Variolis ubique sensim turgescens & maturefcens quietè jacebat, somnum placidum fere ad libitum capiens. Die autem 12. sive nequitia sive neglectu Nutricis maleferiatæ diversis erroribus in Dieta commissis, atque frigore insuper in poros cutis admisso, Fluxus alvi enormis

mis cum torminibus, Febre recidiva, pulsu celeri, delirio & profundis suspiriis conjunctus revertebatur; Salivatione jam derepente cohibita, & subsidentibus variolis, verum Decocto albo pro potu ordinario præscripto, unâ cum Lacticio sequenti.

(R. Rafur. C.C. Ebor. an. ʒi. Nuc. Mosch. sciss. num. 1. cinam. acut. ʒij. Coq. in Aq. Font. ʒiv. ad ij. sub finem ebullitionis add. Lact. recent. ʒij. Sacchar. albiss. q.f. & coq. iterum ad consumptionem ʒij. Colatura ad libitum calidè ministratur) & Electuario sequenti.

(R. Pulv. Conserv. Ros. rub. Diacidon. per setac. traject. an. ʒ6. Troch. de Carab. ʒij. Bol. ver. Lact. Sang. Dracon. an. ʒ6. Laudan. Lond. gr. iij. Syrop. Myrtill. q.f. M.F. Electuar. de quo cap. quant. Nuc. Jugland. quarta quaque hora) Fluxus alvi hinc illico compescebatur, somnus obrepit, Febris & Delirium diminuebantur, Salivatione insigni demum recrudescente, quæ ad finem usque 17. die duravit, Variolis interea ac si caustico ustis crusta nigra ubique obductis, aded ut Spes haud parva salutis Aeger mihi jam affalgeret; malitia autem Nutricis quæ honori meo invidabat, nocte sequente plurimi fatales errores in regimine iterum commissi sunt, unde Salivatione subito suppressa, misellus Aeger post sex horas convulsus & delirans trucidabatur.

Hist. 55.) Filius Domini Cary, Medicinam Londini faciens circa Annum 1672. anno ætatis 18. à primo Morbi insultu febricitans per 4. dies plurimum evigilabat ac delirabat, Pulsus interea magnus & robustus persistabat, Hoc tempore Venæsectio forsitan perperam omissa erat, qua ratione Variolæ sub finem secundi diei confertim eruperunt parvæ admodum & frequentes & pene ubique coherentes, Febris cum delirio & vigiliis pertinacibus conjuncta erat primo maturationis die, quo ego à Patre consulere; ope verò Julapii nostri Paregorici cum Speciebus quartâ quaque horâ exhibitâ Adolefcens bene dormire cœpit & mente sana potiri, Febre unâ cum symptomatis penitus exulante. Sub finem secundi maturationis diei ingenti Salivatione suborta. Exanthemata turgentia & acuminata fere ubique maturecebant, Ptyalismò autem à frigore ex incuria Nutricis in poros cutis admissò, sub tertii maturationis diei finem derepente subsistente, antequam Variolæ integram maturationem assecuta fuerant, intumescencia faciei illico declinabat, turgentibus adhuc Variolis, Vigiliæ insuper non obstante Julapio Paregorico rursus urgebant, quo nomine eventum Morbi, dissentiente licet Patre erudito & adstantibus, dubium fore pronuntiavi, ideoque Pulv. è Chel. Cancr. comp. & Ciner. Bufon. an. ʒ6. bis in die exhibendam jussimus in haustu Paregorico, atque Vesicatorium amplum & acre ad Nucham applicandum. Febris autem cum delirio conjuncta jam evidenter recrudescibat, cute universa tumore & rabore Erysipelato de suffusa, atque miliari eruptione ubique in interstitiis exanthematum efflorescente, unde non obstante forti Arteriarum vibratione per totum morbi cursum, fatale prognosticon protuli, præsertim quia non potui argumentis à pulsu præter morem forti & robusto Venæsectionis jam celebrandæ veniam à Parente impetrare, quam perperam sub initium Morbi omisam hoc argumento fretus jure suspicatus eram. Delirio autem urgente Bolus Theriacalem cum Speciebus cordialibus commixtum, & Julapium Paregoricum repetitis vicibus ministrandum duximus. Die sequente, Morbi scil. undecimo, Respiratione sensim factâ difficili, inæquali & suspiriosa, ex hac vita migrabat Adolefcens, arteriis, mirum dictu, in ultimo agone fortiter se vibrantibus. Observatione etiam dignum est quòd hic Aeger, nisi cum deliraret, erat perpetuò vorax, bis vel ter in hora hauf-

tus largos Cerevisiæ, Avenaceæ, Possetalæ & aliorum potulentorum avidissimè peteret, quin non obstantibus nostris monitis ad ingluviem usque ingurgitaret, quod nusquam alibi observavi, quod etiam forsitan ei præsertim post Ptyalismò suppressionem in damnum cedebat; Duos enim alios Patientes ejusmodi Variolis eodem modo laborantes hoc ipso tempore iisdem fere Remediis & legitimo Regimine sanavi.

Hist. 56.) Circa Annum 1680. invisi Juvenem Variolis laborantem, qui præ Tumore Penis & præputii insigni ad bidui spatium ne unam urinæ guttam redere valebat, unde Vesica urinaria immodicè distenta, dolore, Vigiliis & inquietudine cruciabatur. Variolæ quæ fere ubique coherabant, neque humore, neque pure implebantur; hunc verò defectum Natura primùm ingenti Ptyalismò supplere conabatur, hoc autem ante consummatam Exanthematum maturationem deficiente, Venenata lymphæ residua protrudebatur in manus & pedes, qui inde mirum in modum œdematosi facti sunt, frigescebant & nigricabant, & præterea in universam Cutem Penis, qui inde pæne Carpum mole æquabat, & præsertim in Præputium, quod Glandi obductum exitum Urinæ occludebat, Phymoseos & Crystallinæ speciem gerens. Unde extinctionem flammæ vitalis in parte affecta, & Gangrænam inde illico jure suspicabar infecutoriam, ideoque partem affectam stupis è lixivio forti calidè immeris & expressis jugiter fovendam jussi, & interea vires Spirituum repetito Bolorum & Julapiorum Cardiacorum usu erigere satagi. Quid sit? Mane proximo Tumor Penis & Præputii adeo diminutus erat, ut Aeger Urina sponte & copiosè reddita à dolore liberatus placide cœperit dormire, atque post unum vel alterum diem, nullo altero morbo affectu tentatus, reconvalescens ex mortis periculo evaserit, pedibus & manibus sensim ultro detumescens.

Hist. 57.) Filia Domini Horn, Pharmacopolæ habitantis in vico dicto Warvick-lane, quatuor annos nata, aliquot abhinc annis Variolis mediis laborans, maxima ex parte coherentibus, depressis & tardè maturescens, (qua de causa Natura venenam quod per Cutis glandulas satis expedite protrudere haud valebat, per glandulas Nasi & Faucium amoliri satagit) ingenti tumore glandularum in Gutture & Nalo sitarum afflata, mucò insuper cum crustis Variolarum concrecente, atque inde transitum Aëris per nasum penitus obturante, præ perpetua suffocatione per biduum insomnis, ab hoc unico symptomate in manifestum vitæ discrimen adducebatur. Ego jam à Patre indulgentissimo accersitus, præscripsi Decoct. pectorale cum Tinctur. Croc. & Syr. Cap. Vener. pro potu ordinario, atque Gargarismum ex Aq. Hord. Diamor. & Melle Rosat. fortiter Siphone & calidè faucibus injiciendum, & Ol. Amygd. dulc. cum Decoct. Pect. commixt. sæpius sed leniter & tepidè naribus ingerendam. Quibus diligenter applicatis brevi liberè respirabat puella, atque ope Julapii nostri paregorici cum speciebus quartâ quaque hora exhibitâ placidè cœpit dormire, atque Variolis inde quam citissimè maturationem perfectam assecutus & deciduis, post unum vel alterum diem integrè reconvalescere.

Hist. 58.) Anno circiter 1676. ad Ancillam Domini Strong, habitantis in vico dicto Cheapside, Variolis coherentibus mali moris laborantem sub finem maturationis (cum jam de ejus vita planè desperaretur) ego advocabar. Illa autem juxta methodum nostram, usu nimirum Alexipharmacorum & Opiatorum assiduo præter adstantium expectationem restituta, demum Morbo finito Delirio Melancholico & Comatoso tentabatur. Fatua planè videbatur: nullius rei præteritiæ memor, atque de nulla re præsentis redè

judicium faciens. Alvo autem bis terve post debita intervalla Cathartico deturbata; tandem sanguinem è Vena jugulari jussi detrahendum, & Vesicatoria ad Nucham & Carpos applicanda, quorum ope mentis compos rursus facta, hucusque (quantum ego scio) mente sana in corpore sano vitur.

Hist. 59.) Filia Domini Cary, Mercatoris Opu- lentissimi habitantis in vico dicto St. Martins Lane, duodecimum ætatis annum agens, Anno 1680. Variolo- so, fermento infecta est. Ego post duos dies à pie- na eruptione accersitus, animadverti Variolas ubi- que confluentes vel saltem coherentes & depressas, & à prima efflorescentia semineces, quæ inde in toto morbi decursu nullatenus humore turgabant, sed die octavo vel decimo, nulla præcedente matura- tione, exarescentes squamarum ad instar decidebant. Pærens per totum morbi curriculum quadantenus delira febricula tentabatur, tandem verò die vicesi- mo præter adstantium expectationem assiduo Alexi- pharmacorum & Vesicatoriorum usu restituta è lecto surgebat, atque in area domus vestita obambu- labat, sitiebat tamen aliquantisper, & Appetitus minimè restituebatur: quo nomine de eventu an- xius, alvum Decoct. Amaro leniter subducendam jussi, at inde præter expectationem meam Appeti- tus ad plures dies prosternebatur & calor hædicus augebatur, donec tandem clavicula, osse Humeri & Tibiæ sinistræ à Veneno latitante carie affectis, atque frustulis eorum exfoliatis per membranas sensi- les exitum petentibus, misera Puella atroci dolore partium affectarum attrita, continuo ejulatu infom- nis facta erat. Post unum vel alterum diem collo inspecto, palpando depreheadi tuberculum reni- tens durum & inæquale in clavicula, instar lapidis vel frustuli ossis, atque Emplastrum emolliens parti im- ponendum jussi. Cute post bidduum vel triduum perforata, frustulum unum ossis exfoliati, & postea alterum sese in consuetum dedit planè cariosum & nigrum, quod continuò & indies magis protrudebatur usque ad funestum diem. Paulò ante obitum frustulum Os- sis Humeri & alterum Ossis Tibiæ, (qua parte dol- or sentiebatur) cute eodem modo perforata erupit, Horrendum sanè exemplum (quod aliud) deleteriarie à doli Veneni Variolosi.

Hist. 60.) Filiola Dom. Boddington in vico dicto Lotbury habitantis, sex annos nata, circa Annum 1682. laborabat confluentibus Variolis, quæ toto decursu morbi depressæ, demùm ad instar squamarum exarescentes sine humore contento vel maturatione, nullo Prysialismo antecedente, vel altero quovis Natu- ræ roboris indicio, decidebant. Puella verò præter Adstantium spem ope Vesicatoriorum, atque usu Opiatorum & Alexipharmacorum circa vigesi- mum morbi diem adeò ex morbo evasisse videbatur, ut è lecto surgens quotidie in cubiculo vestita obambu- laret. Appetitu autem ad tricesimum usque diem adhuc prostrato, atque temperie hædiciè calente, valde suspicabar Venenum indomitum intus delitescere, mox funestissimam stragem daturum, præsertim cum post leve catharticum exhibitum res in pe- jus rueret. Tandem die 33. virus se se prodebat Gan- grænâ horrendam Maxillæ inferiori, & Tibiæ sinis- træ ubi Fontanella antea inusta fuerat, latentans, quæ utramque partem affectam depascens, & omnem ar- tem Medicam & Chirurgicam longe superans, utpote ab habitu corporis velut à perenni fonte scaturiens mi- fistillam puellam è vivis sustulit die à primo morbi insul- tu quadragesimo.

Hist. 61.) Filiola Capfarii habitantis in vico dicto Ludgate-Street, prope portam vici dicti Black-Friers, cujus nomen mihi jam non occurrit, tres annos na- ta, circa Annum 1684. à Variolis mali moris & de- pressis, quæ nulla maturatione præcedente pelli-

colatum ad instar exarescentes decidebant, nostra methodo liberata adhuc cibum cujuscunque gene- ris, & potulentia ipsa fastidians per plures dies qua- dantenus febricitabat. Unde prioribus Exemplis moni- tus, de evenatu anxius eram. Tandem post vicesi- mam Morbi diem Natura per ventriculum & Intes- tina virus latitans climinare moliente, misera Puella enormi alvi fluxu, & postea colera Morbo mirum in modum excruciatâ perpetim vagiebat, donec Medicamentis Internis & Externis hæc sympto- mata sustulerimus. Natura tamen, hisce non ob- stantibus, Veneno intus coercito diu lacescit at- que succumbens tandem manus dedit, materiam ni- gram copiosam vomens, & dejectionibus tætris & foetidissimis, & cæteris omnibus Gangrænæ Ven- triculi symptomatis confecta, sed venia cadavet aperiendi à nobis impetrari non potuit.

Neque est quòd quisquam eventus hosce funestos usui Alexipharmacorum, Opiatorum & Vesicatorio- rum liberali jure acceptos referat, siquidem, licet tria hujusmodi Exempla intra viginti Annorum spa- tium, quasi instantiæ curiosæ in Theoriæ nostræ con- firmationem occurrerunt, centum forsitan Historiæ penes me sunt eorum qui ex hujusmodi Variolis ma- lignis, confluentibus penitus & depressis ope nostræ methodi nullo morbofo affectu tentari evaserunt. Nec scio quomodo alia quavis methodo Ægrotantes Veneno adeò deleterio infecti terminum Morbi usita- tum, scilicet diem decimum quartum vivi attingere pos- sunt.

Hist. 62.) Domicella Catharina Morgan Virgo ele- gans admodum & pia, atque à familia generosa oriun- da, decimum octavum ætatis annum agens, die Dec. 29. 1693. levi Lumborum dolore correpta ad tertium à Londino lapidem, nimirum ad villam dictam Hakney, pedes iter fecit, noctem autem sequen- tem, dolore sensim aucto pæne insomnem transegit: Dec. 30. Lumbagine horrenda adhuc persistente, do- lore capitis, sui atque febrili calore affecta in curru Londinum revertebatur: Nocte proxima spasms Lumborum quadantenus allevatis hebes & comatosâ jacebat: Die 31. mane Diarrhœa suborta est, to- to autem die omnia ingesta illico vomitu rejiciebat; prope Meridiem autem Collega probus ac doctus M. Franciscus Upton accersitus, Exanthematis prænu- tiis tribus vel quatuor jam sese prodentibus, explo- rando deprehendit pulsum admodum celerem cum siti, dolore capitis, & hebetudine comatosâ conjun- ctum, quo nomine jussit Vir doctus Liquorem Posseticum foliis Salv. rubr. alteratum copiosè pro ratione sitis urgentis ministrandum, atque cochl. vi. Julapii sequentis ad libitum propinanda, & Emplastr. Epis- palliæ ad Nucham applicandum,

℞. Decoct. Alb. Rad. Scorzonæ. alterat. ℥j. Aqu. Cordial. Saxon. unc. ij. Epidem. unc. ʒ. Syrup. flor. paralyf. unc. ʒ. M. Januar. 1. mane, universali Variol- arum eruptione jam inceptâ, præsertim in manibus & brachiis, ubi Exanthemata admodum frequentia pæne coherabant, reversus Vir doctus deprehen- dit Ægrotantem adhuc febricitantem, hebetem, languidam, fluxu alvi & vomitione lacescitam, igitur- que Decoctum album adhuc usurpandum jussit, atque cochl. ʒij. Julap. sequent. in languoribus ad libitum pitissanda,

℞. Aqu. meliss. menth. cordial. Saxon. an. ʒij. Epidem. ʒj. Marg. ppt. ʒj. Sacchar. Crisfal. q. s. M. F. Julap. Sub vesperam autem cum Vomitionem, fluxu alvi & hebetudinem Comatosam (Variolis jam ubique derepente Confluentibus vel Cohærentibus) non amplius urgere animadvertit, Julapium Perlatum repetendum imperavit, atque Haustum paregori- cum sequentem hora somni exhibendum.

℞. Aqu. cordial. frig. Saxon. ceras. nigr. Lact. Alexi-

Alexiter. an. ʒvj. Margar. ppt. ʒj. Syrup. de Mecon. ʒv. M. F. Haustus, quo epoto tota nocte bene dormiebat, Januarii. 2. mane vir doctus deprehendit Ægram adhuc quadantenus febricitantem, Faciem Salivatione præpropterè suborta) aliquatenus intumescens, Exanthemata autem ubique depressa, neque quoad bases ampliata, neque in summitatibus acuminata, ideoque Ægrotanti cibum avenaceum & hordeatum præberi iussit, & Julapium perlatum repetendum, atque haustum Paregoricum de nocte hora somni exhibendum, atque os & fauces Cerevisia Ficibus alterata sæpius colluendas. Januarii 3. (quo die ego primum consulebar) deprehendimus Variolas ubique admodum parvas, depressas, quasi strangulatas semineces & sublividas, ptyalismum autem unâ cum faciei tumore quadantenus auctum, atque febrem inde minus intensam, multum autem de Linguore & Lipothymia conquerebatur Patiens, ab habitu uti affirmabat quasi cadaveroso è corpore suo exhalante inducta, quo nomine præter Julapium perlatum & haustum Paregoricum hora somni repetendum, ad Spiritus erigendos & motum eorundem ordinatum conservandum iussimus cochl. iij. vel iv. Julap. sequent, tertia vel quarta quaque hora (agitata phiala) propinanda,

℞. Aq. meliss. ceras. nigr. an. ʒi. v. Epidem. ʒi. ʒ. Pœon. comp. ʒi. pulv. è chel. cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. ʒi. Syrup. è mecon. ʒi. ʒ. M. F. Julap. Hinc Ægra placidè dormiebat, non ut prius languore confecta ptyalimus etiam cum faciei intumescens eodem fere modo se habebat. Cum autem Jan. 4. mane reversi neque ptyalismum, auctum, neque Exanthemata ullatenus maturefcentia, verum adhuc sessilia & depressa animadverteremus. Spiritus pœne prostratis ope majorum Alexiteriorum succurrere jugiter contendimus, mox sequenti,

℞. Theriac. Androm. ʒi. pulv. è chel. cancr. comp. Lap. Contrayerv. Ciner. Bufon. an. gr. xv. Syrup. è mecon. q. s. M. F. Bolus statim sumendus cum Haustu Julapii cum Speciebus iterumque quarta hora somni verò cum haustu Hypnotico ante præscripto. Januarii 5. utut præcedenti nocte (Spirituum motu hucusque ope Remediorum intra iustos cancellos cohibito) placidè dormierat Ægra, jam tamen languore magis opprimebatur, atque Exanthemata nullatenus adhuc maturefcebant, ideoque Liguorem posseticum nostro modo alteratum sæpius ministrandum curavimus, tantillum etiam Vini Canarini in languoribus concessimus, atque Bolum Cardiacum sextâ quaque horâ repetendum duximus. Januarii sexto, morbi scilicet nono, Variolis adhuc depressis, atque ptyalismo jam unâ cum faciei intumescens sensim declinante, febrem deprehendimus à Veneno adhuc intus coacto evidenter auctam, & cum delirio non obstante placido & quieto somno sociatam; suborto autem jam magno Urinæ profluvio Ægra respirabat liberius, & expectorabat copiosè & præter solitum; ideoque Emplastra Epispastica duo ad interna brachia statim applicanda curavimus, atque Bolum autè præscriptum cum gr. vii. Serpent. Virgin. sexta quaque hora repetendum, & haustum paregoricum hora somni exhibendum nisi placidè dormiret. Januarii 7. Febtis cum delirio augebatur, Lingua arefcebant Exanthematis incrustata, Ægra multum dormiebat sed inquiete, Urina autem copiosè & nonnunquam involuntariò reddita respirabat liberè, & expectorabat copiosè: Vesicatoria igitur ii. ad Tibias internas illico applicanda iussimus, & Bolum Cardiacum sexta quaque hora repetendum, haustum paregoricum post primum, atque insuper post nocturnum Bolum propinandum, post cæteros haustum Julapii cum speciebus. Denique mucilaginem Semin. Cydon. Syrup.

è Rub. Idæ. Extract. sæpius super linguam siccatam tenendam imperavimus. Januarii 8. Febtis eundem tenorem servavit, somnus non erat placidior, vires plurimum obruebantur, urina autem (unde unica spes affulgebat) admodum copiosè, & nonnunquam involuntariò reddita, liberè respirabat Ægra (quod insolitum & notatu dignum est:) Pituitam autem quippe jam concrefcentem & glutinosam haud sine difficultate expectorabat, ideoque ad vires erigendas, & motum Spirituum vacillantium inordinatum compescendum, Julapium cum Speciebus adhuc usurpandum, & Bolum Cardiacum sexta quaque hora repetendum, & haustum paregoricum juxta meridiem & media nocte exhibendum, atque insuper Liguorem posseticum cum Vino Canarino paratum atque Apozema sequens calidè & copiosè sæpius ministrandum duximus.

℞. Decoct. pectoral. depurat. ʒi. Tinctur. Croci Syr. è ʒ. Rad. an. ʒi. M. F. Apozema. Januarii 9. Eadem fere rerum facies erat, tantum delirium Comatosam quadantenus augebatur, Urina autem adhuc copiosè & involuntariò in lecto reddita, Respiratio erat hætenus libera, quo nomine Julapium cum Speciebus & Apozema Pectorale ulterius usurpandum duximus, atque Bolum Cardiacum octavâ quaque horâ repetendum sine haustu Paregorico. Januarii 10. Languoribus & Delirio plurimum auctis, & cum inquietudine jam conjunctis, Ægræ facies, intumescens subsidente, in Hippocraticam planè mutabatur, Urina autem copiosè adhuc involuntariò reddita Patiens adhuc libere respirabat. Quo nomine in collapsu vitium adeo præcipiti & motu Spirituum adeò inordinato Julapium cum Speciebus adhuc exhibendum duximus, Bolum Cardiacum quarta vel quinta quaque hora repetendum, atque insuper Paregoricum media nocte ministrandum. Januarii 11. inquietè dormiebat ac si Comate vigili affecta, & delirabat; Urina autem copiosè adhuc reddebatur, Respiratio etiam adhuc liberrima fuit, ideoque Bolum quarta vel quinta quaque hora repetendum iussimus, uti Julapium cum Speciebus ut prius, & Haustum paregoricum meridiem, & media nocte exhibendum. Januarii 12. Febre, delirio & languore perstantibus ut prius, Exanthemata in facie & pectore jam demùm maturefcerè inceperunt, in artubus autem depressa & semiplena confluebant, atque cuticula erosa pus minus coctum, verum copiosum exsuebant, insuper brachiorum & Tibiarum partes ad quas Vesicatoria sine fructu sexto & septimo die applicata erant pure multo scatebant: Quandoquidem verò Urinæ fluxus molestias Adstantibus & Nutricibus creabat, Bolos cum Ciner. Bufon. (quos Urinæ profluvium excitasse rite censebant) amplius ministrare respuebant. Rixis igitur muliercularum coacti, (licet tota spes nostra in casu adeò difficili à profluvio isto Urinæ penderet) Bolorum illorum usum invitè prætermittentes, ad vires Spirituum fovendas, eorumque motus effœnatos coercendos (quantum poteramus) more sequenti substituvimus.

℞. Theriac. Androm. Electuar. de Ovo an. ʒi. Pulv. Rad. Serpentar. Virg. ʒi. Aqu. Dracont. Cinam. hord. an. ʒiij. Epidem. Pœon. comp. an. ʒi. Pyrup. è Mecon. ʒi. Laudan. liquid. gut. xi. M. F. Julap. de quo cap. Cochl. vi. (agitata phiala) sexta quaque hora.

℞. Aqu. Card. ceras. nigr. an. ʒi. Aqu. cinam. hord. Epidem. Syrup. è Mecon. an. ʒi. M. F. Haustus hora somni exhibendus. Januarii 13. Comatosa adhuc jacebat Ægra, delirium autem & languor; dum hæc mitiora Alexipharmaca exhiberentur, pulsus accelerabatur & vacillabat, Grangræna insuper oris

foris

fornicem & labia jam primum invadebat, à deleteria veneni vi suborta: Profluvio verò Urinæ intermisso pulver. Æthiopic. usu cessante, Ægra difficultate Respirandi tentari cepit. Denique universâ Cuticula à scapulis usque ad manus sponte separata, brachia & humeri pure (visu horrendum) scatebant. Quocirca in casu adeo deplorato Domino Bateman Chirurgo experto ad partes Gangræna affectas excoriatas tractandas accessit, Bolum Cardiacum cum Ciner. Bufon. rursus incasum licet exhibendum iussimus, atque hora somni cum haustu Paregorico repetendum, atque Apozema Pectorale sæpius propinandum. Insuper Cochli. iv. vel v. Julap. sequent. secunda quaque hora propinanda duximus.

℞. Theriac. Androm. Elect. de Ovo an. ʒij. Aq. Diacont. Cinam. hord. an. ʒij. Epidem. Pœon. comp. an. ʒij. Sal. Vol. C. C. Laudan. liquid. an. ʒj. Syrup. è Mecon. ʒiſ. M. F. Julap. ut esset etiam in promptu simile Julapium absque Laudano curavimus, loco prioris exhibendum, si modò Vigilæ non urgerent. Denique pannos lineos molles Linimento sequenti imbutos partibus excoriatis imponendos imperavimus.

℞. Ol. Amygd. dulc. rec. ʒij. Sperm. Cet. ʒij. M. F. Linimentum. Januat. 14. Vibrationem Arteriarum diligentissimè explorando ægrè admodum percipimus: Languor, Delirium & Dyspnœa augebantur, somnus et admodum inquietus, Partes excoriatæ, & Ulcuscula à Vesicatoriis relicta pure copiosè scatebant, Gangræna latius serpebat: sub vesperam stercora dejecit involutariò. Ægra jam moribunda liquida, copiosa, nigra, foetida: Cætera aderant Naturæ corruentis symptomata; ideoque cum fere conciamatum esset, solummodo Julapium nuperimè præscriptum ad symptomata coercenda repetendum duximus, ut Virgo misella in Ægræ salutem assequeretur. Januat. autem 15. Morbi verò 18. patients antea morbis nostris morigera jam Medicamentorum præfata Julapium cordiale prorsus respuebat, & symptomatis quibuscunque funestissimis ingruentibus, media nocte paulo ante obitum compos mentis facta, inter vota & preces ardentissimas animam eillabat.

Hist. 63.) Nicolaus Lechmere Nepos D. Nicolai Lechmere Baronis Scaccarii, Juvenis elegans ac ingeniosus, à multis retrò annis, levi quavis occasione datâ, subsultibus tendinum, & variis motibus convulsivis inter dormiendum obnoxius, postquam duos menses admodum valetudinariò translegerat, demum ad duas septimanas Vertigine, atque capitis, lateris & pectoris dolore lacessitus, Febriles Paroxysmos frequentè, sed non periodicè recurrentes perpeſsus est: quâ ratione, Vena in brachio secta, ʒx. Sanguinis detrahebatur, Cortex Peruvianus exhibebatur, atque tandem Alvus Decocto amaro subducebatur. Friduo autem inde elapso Jan. scil. 10. 1693. (currente jam ætatis anno decimo nono) dolore capitis & lumborum atroci correptus hebes decumbebat, non tamen vomitione, vel ægritudine, vel intemperie febrili multum fatigabatur. Jan. 11. Pharmacopola sanguinis ʒxij. partim floridi, partim mucosi è Cubito detraxit. Jan. 12. Variolæ erumpebant medice naturæ, admodum paucæ, quæ indies numero augebantur usque ad diem decimum quintum, quo d. e. eruptione completa, Exanthemata penitus sessilia fere ubique cohercebant, dolore spasmodico in capite, lumbis & utroque latere hucusque perseverante. Jan. verò 16. maturatione Exanthematum jam incepta, atque Ptyalismo jam primum ingruente, Æger illicò a'noxiis factus erat, atque dolor plurimum allevabatur. Ito die Cl. atque ingeniosissimus Collega noster D. D. Cole accessit, Apozema sequens præscripsit copiosè ministrandum.

℞. Hord. Gallic. q. s. passul. coriathiac. ʒij. Coq. in Aqu. F. l. q. Colaturæ ʒij. adde Aqu. cinam. hord. ʒij. Syr. papav. errat. Rub. Idæ. an. ʒiſ. M. atque cochli. iij. vel iv. Julap. sequentis in languore propinanda.

℞. Aqu. Lactis Alexiter. ʒiſ. Stephan. ʒij. Marg. præp. ʒiſ. Sacch. alb. q. s. ad gratiam M. Insuper Vesicatorium largum ad Nucham iussit Vir Cl. statim applicandum, atque Haustum paregoricum sequentem horâ somni sumendum & modo symptomata intus gravescerent, mane proximo repetendum.

℞. Aqu. paralyf. ʒij. Mirab. ʒiſ. Syr. è mecon. ʒj. M. Denique parti decocti ante præscripti imperavit mell. Mororum q. s. addendam pro Gargarismo, quo Os bis vel ter in die collueretur. Noctè sequenti bene dormivit Juvenis à dolore penitus liberatus. Jan. 17. ptyalismo augebatur, facies cepit intumescere, Exanthemata aliquatenus intumescerebant, & in apicibus, non tamen humore distenta albescerebant, Vir Cl. jam in usu Apozematis & Julapii persistendum esse duxit, atque Haustum paregoricum horâ somni quin & crallino mane modò inquietudo urgeret repetendum iussit. Noctè autem sequenti ptyalismo inexpectatò subsistente, atque Variolis ubique in centro subsidentibus, plurimum languebat Æger tremoribus incertis, & motibus convulsivis inter dormiendum plurimum lacessitus. Jan. 18. Vir Cl. Empl. melilori pulvere Contharidum conspergendum iussit ut Vesica parva & depressa efficacius exciaretur, atque ut ʒj. Tincturæ Castorei in promptu esset, cujus, si tremores rursus ingruerent, gut. xx. vel xxx. in haustu Aqu. Ceraf. nigr. vel cujuscunque alterius grati liquoris exhibendas voluit: Atque Haustum Paregoricum vesperi sumendum, itidemque mane repetendum duxit, & Julap. perlatum adhuc usurpandum, & denique Os sæpius colluendum Decocto Pectorali solo absque Melle Rosarum, ejusque haustum quandoque propinandum. Inde Ptyalismo reduce & Exanthematis quadantenus ægrè licet maturiscentibus, in præscriptorum usu Vir Cl. iussit Ægotantem Jan. 19. & 20. sedulo perseverare. Jam autem viceſimo, mediâ nocte (die Morbi undecimo jam instante) ubi jam spiritus plane obrui manus dederant, non amplius vel juxta primam vel secundam Naturæ intentionem Veneno eliminando pares, Ptyalismo sine quavis evidenti causa derepente subsistente, atque facie prorsus detumescere, Æger extemplo languebat; accessere frequentia deliquia cum celeri & debili pulsu: Spiritibus insuper vacillantibus Æger motibus convulsivis & tremoribus perpetuis agitatus, & delirus, reliquam noctis partem atque matutinas horas sequentes (quousque ego consuabar) insomnes transiegit, non obstantibus tribus haustibus Paregoricis, quorum unusquisque ʒj. Syr. è Mecon. continebat. Exanthemata denique ubique semimortua, sessilia, & nullo humore distenta fere exarescebant. Verba præ debilitate Æger vix proferre potis erat. Vibratio arteriarum erat admodum debilis, Respiratio aderat difficilis, & anhelosa. Consilio cum Viro Cl. inito in casu adeo deplorato ubi mors præ foribus adstabat, pro virili fatigimus generosissimis Alexipharmacis, & Vesicatoriis vires Spirituum collapsas incunctanter erigere, commixtis opiatas ad vacillantem eorum motum coercendum, & Cineribus Bufonum ad referendas Renum Cataractas, ut Colluvies venenata fonte per hanc portam deturbaretur, cui per Glandulas cutaneas, vel salivales amplius eliminando vires Naturæ haud pares erant. Ideoque Jan. 21. Vesicatoria tria ampla & acria iussimus ad Nucham, & Carpos illicò applicanda, atque ad Bolum sequentem quæsumprimum exhibendum, repetendumque deinceps

cum vel sine Laudano pro ratione somni, & post singulos Bolos Cochli. v. vel vi. Julapi sequentis propinanda, de quo etiam fas erat bibere ad libitum.

℞. Theriac. Androm. ʒss. Pulv. è chel. Canc. comp. Lap. contrayerv. Ciner. Bufon. in crucibulo ad nigredinem calcinatorum an. gr. xii. Laud. Lond. gr. j. Syrup. Caryoph. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. Lactis Alexiter. cer. nigr. an. ʒiv. Epidem. Pœon. comp. an. ʒiʒ. Pulv. è chel. cancr. comp. ʒiʒ. Syrup. è Mecon. ʒss. M. F. Julap. Insuper ad bronchia deobstruenda imperavimus cochli. j. Linctus ex Ol. Amygd. dulc. &c. solat. in haustu calido Apozem. sequ. quartâ quaque horâ vel sæpius ministrandum.

℞. Decoct. Pector. depurat. ʒiʒ. Tinctur. croc. ʒj. Syrup. Cap. Ven. ʒss. M. Et ad Ptyalismum revocandum (si fieri possit) Gargarismum sequentem sæpius facibus calidè fortiter Siphone ingerendum.

℞. Decoct. Pectoral. ʒiʒ. Diamor mell. Ros. cola. an. ʒiʒ. M. Inde bene dormivit Æger, à spasms & delirio liberatus est, atque urina clarâ & copiosâ se. ad ʒiʒ. vel iv. spatio 24. horarum reddita, fere diuina jacebat, neque ut prius languebat, respiravit liberius, & Artetæ fortius vibrabantur: Stranguriâ autem molestâ à Vesicatoris excitatâ, Jan. 22. manere verbi, peritendū esse duximus in usu Bolorum, Julapii, & Gargarismi, atque insuper haustum prælargum emulsionis, sequentis calidè sæpius propinandum.

℞. Semin. iv. frig. major. an. ʒj. Semin. Papav. alb. unc. s. Amygd. dulc. excortic. n. v. Aju. Hord. ʒiʒ. M. F. Emulio sa. cui adde Sacchar. alb. unc. ij. Media autem nocte Exacerbationem (Febre jam cum bonis avibus, Spirituum expansione artis operessitâ, in benignam transmutata) per sex vel septem horarum spatium proteatam perpessus est quidantenus vigili, delirio, & convulsis: Post hæc autem a stupore factus quietè obdormivit, Urinam reddens adhuc copiosiore ad ʒv. vel vj. Quo nomine præscripsimus, Jan. 23. Haustum sequentem quamprimum propinandum, atque deinceps ex a tempus Paroxysmi quartâ quaque horâ repetendum.

℞. Aqu. Lactis Alexit. card. bened. an. ʒj. Epidem. cinam. hord. Syr. caryoph. an. ʒij. Pulv. subtiliss. cortic. Peruv. elect. ʒj. Laud. liquid. gut. xij. M. Insuper ad Spiritus in certamine futuro erigendos Bolum Cardiac. cum Laudano sextâ vespertina, itidemque mediâ nocte repetendum duximus, atque crustas ad Faciem moleste adhaerentes sæpius illinendas, Linimento ex Ol. Amygd. dulc. Ung. pomat. & Sperm. ceti, atque Julap. Cord. Linctum, & Apozema pectorale adhuc usurpandum. Media autem nocte rursus recrudescerat Paroxysmus levior, nullatenus vigiliis vel delirio comitatus vel adeo protensus ut prius Urina adhuc reddita copiosa: quin & Ægrotantem magis ad somnum proclivem invenimus. Quâ de causa Jan. 24. Haustum Febrifugum jussimus tertiâ vel quarta quaque hora extra tempus Paroxysmi adhuc repetendum, atque Bolum card. cum cin. Bufonum & Laud. sexta vespertina itidemque mediâ nocte repetendum ut prius. Unde per totam noctem nulla sensibili Exacerbatione tentatus; somno placido indulgens Æger à Febre prorsus liberabatur. Insuper vigor Spirituum jam adeo instaurabatur ut profluvium Urinæ jam deficiens venatæ lymphæ rivulo copioso per glandulas recens referentis excrete, qui jam magis quam usquam prius festebat, exciperetur: Veneno autem, quod jam supererat, per vicinas Oculorum glandulas simul ac salivales confertim protruso, Oculi semim cæperunt Taraxi molesta affici. Quocirca Jan. 25. oculos jussimus sæpius madefieri Collyrio ex Aqu. Ros. alb. ʒj. Troch. alb. Rharis ʒj. Sacchar. alb. ʒss. atque Gar-

garismum ad salutarem Salivationem promovendam quin & ad pituitam viscidam è tonsillis educendam adhuc usurpandum: Cum autem hoc pacto Æger ex periculo evasisse videretur, Bolum Alexipharmacum haud amplius duximus repetendum, haustum etiam febrifugum (quem cæpit fastidire post intervalla longiora nimirum bis in die exhibendum, Hora somni autem Pareg. sequens jussimus propinandum.

℞. Aq. lact. alexiter. cer. nig. cinam. hord. an. ʒj. Laud. liquid. gut. x. syr. è mec. ʒj. M. Optimè inde dormit æger à febre sensibili prorsus liber, atque appetitu restituto, carnes appetebat quas præberi merito nolumus: Urina etenim jam parca reddita rubedine profunda, tincta & contentis saturata, hostem utur subactum adhuc tamen non exterminatum subindicabat. Insuper lymphâ venenatâ non amplius per Renes, verum per ductus salivales amandatâ, respiratio à pituita viscida Bronchis jam impacta aliquatenus præpedita ægrotanti molestias creavit. Quo nomine Jan. 26. cochli. j. linctus sequentis lubricantis jussimus quamprimum una cum haustu apozematis pectoralis exhibendum, atque deinceps quarta quaque hora vel sæpius repetendum.

℞. Ol. amygd. dulc. rec. syrup. cap. ven. an. ʒiʒ. sacch. c. nt. alb. ʒj. M. Atque haustum paregoricum hora somni renovandum: Sub vesperam autem, antequam exhiberetur paregoricum, ego diligenter accessit invenit Ægrotantem à reliquiis veneni non penitus subacti (ut mihi visum erat) prorsus hebetem, languentem atque inter dormiendum motibus convulsivis, & subultibus tendinum plurimum agitatum, verum sine evidentibus criteriis exacerbationis febrilis, qua ratione in locum haustus paregorici Bolum Alexipharmacum sine laudano suffeci, itidemque quartâ vel quintâ matutinâ solum, in cochli. Julap. sequentis duxi repetendum.

℞. Aju. ceras. nigr. card. an. ʒij. cinam. hord. ʒj. epidem. pœon. comp. an. ʒiʒ. tinctur. castor. confect. alchem. an. ʒss. syr. caryoph. ʒv. M. F. Julap. de quo capiat cochli. i. v. vel v. singulis, vel alternis horis. Unde bene dormivit à dictis symptomatibus liberatus, atque in statum pristinum redactus. Quocirca Jan. 27. Collegâ candido ac d. sto approbante consilium quod invitatus eo absente cæpi, mutuis suffragiis Bolum Alexipharm. sine laudano decrevimus sub vesperam rursus exhibendum, atque mane proximo repetendum, & Julap. cord. nuperrimè præscriptum, & reliquis adhuc usurpanda. Naturâ autem colluviei venenatæ reliquias (ptyalismo jam penitus subsistente) per intestina amandare moliente, æger post unam vel alteram defectionem liquidam, & copiosam cæpit rursus deficere, atque variis motibus convulsivis agitari, quo nomine ego solus utpote vicinus à perterritis adstantibus primo mane diligenter accessit, atque memor Colloquii Cl. Collegæ die præcedenti habitî, nimirum patientem nostrum à multis retrò annis, levissimâ quavis occasione datâ, in genere nervoso dura quævis pati solete symptomata, præsertim etiam cum ego ipse, non obstantibus diris hisce nervorum affectibus explorando, nullam febris exacerbationem deprehenderim, Jan. 28. Primo mane præscripsi Bolum sequentem unâ cum haustu Julapii illico exhibendum.

℞. Confect. mithridat. ʒj. castor. gr. v. pulv. de gutt. gr. xv. laudan. liquid. cydoniat. gut. xii. cum syr. caryoph. q. s. M. F. Bolus mollis.

℞. Aqu. Rut. ceras. nigr. an. ʒij. pœon. Bryon. comp. syr. pœon. comp. an. ʒiʒ. tinctur. castor. ʒj. M. F. Julap. Insuper unam, vel alteram pilularum sequentium tertiâ quaque hora jussi deglutendam unâ cum cochli. iv. Julapii nuperrimè præscripti.

℞. Gum. galban. ammoniac. an. ʒj. castor. ʒss. M. F. pilul. x. deaurad. Jan. 28. paulò ante meridiem

Cok

Collega candidus & doctus (consilio rursus jam inito) præscriptis meis suffragatur, atque cum patientem hisce auxiliis iterum in pristinum statum restitutum jam invenimus, vesicatorium amplum & acre in subsidium generis nervosi adeo sæpe læcessit inter scapulas applicandum jussimus, atque Bolus cum mithridatio absque laudano post mediam noctem repetendum, & denique apozema, eclegma, pilulas non adeo læcessius affectibus nervosis ut prius. Ideoque Jan. 29. pilulas cum jolapio cephalico jussimus iterum repetendas, & Bolus cum mithridatio hora somni sumendum, atque decoctum album copiosè bibendum, additâ tertiâ parte vini canarini optimi tempore usus, quia dejectionibus liquidis patiens sæpe tentabatur, & simplex decoctum prorsus fastidiebat. Jan. autem 30. cum genus nervosum diris hisce symptomatis periodicè recurrentibus, non obstante diligenti & pertinaci remediis cephalicorum usu, omni die plus minus plesteretur, atque urina quotidie rubedine & contentis saturata redderetur, suspicabamur, venenum variolosum intus delitescens dirorum horum affectuum nervosorum causam esse atque mox deteriorum symptomatum stragem daturum, utut impræsentiarum adeo subactum fuerit ut non par esset certamini febrili recens instaurando, atque exinde decrevimus vires Corticis Peruv. polychrestas rursus experiri, addita laudani q. s. ad alvum jam nimis fluidam coercendam more sequenti.

℞. Cortic. Peruv. subtiliss. trit. ʒj. Laudan. liquid. gut. xij. cum Syrup. è corall. q. s. M. F. Bolus statim sumendus. Reperatur Bolus absque Laudan. quarta Pom. cum Laudan. gut. iij. hora somni, absque Laudano tertia matutina, cum Laud. gut. xij. sexta matutina, absque Laudano decima matutina. Perferet in usu Decoct. alb. & Julap. cord. Quid sit? Die proximo, Jan. scil. 31. & morbi vicesimo primo, reversi Patientem invenimus cum bonis avibus *απορτην* ab omni morbo affectu ac symptomate liberum, & plane reconvalescentem, atque esurientem. Ideoque cibum plenioram jam indulgebamus. Decoctum album duntaxat pro potu ordinario præscriptimus ob laxitatem alvi nimiam, atque Pægoricum sequens hora somni exhibendum.

℞. Aqu. Lactis alexiter. cinam. hord. an. ʒiij. Epidem. ʒij. Syrup. è Mecon. ʒj. M. Febr. 1. famem duntaxat Patientem querebatur, atque appetitum restituito, Pullum Gallinaceum avidè petebat. Cum autem faciem observassemus adhuc incalescentem & scabie nigra obductam, atque urinam contentis plenam & rubedine quadatenus tinctam, à carnibus ad unum vel alterum diem abstinendum esse duximus, postea usum piscium triabilium, & Pullorum Gallinaceorum moderatum concessimus, atque postquam hauritum Pægoricum jusseramus parandum media nocte, modò fluxus alvi, vel vigiliæ postularent, exhibendum, ego ultrò (reluctante licet juvene) memet subdaxi, Patientem doctiss. & Cl. Collegæ (ut par erat) futurum tractandum relinquens. Reliquis autem veneni non penitus protrufis, post v. vel vi. dies iterum recrudescens, æger, appetitu sensim prostrato rursus quasi hectico incalescebat: Benigna verò Natura surunculo amplo in femore sinistro suborto, qui quam citissimè vigore spirituum maturatus in abscessum mutabatur, venenum propellere moliebatur. Qua ratione æger me solum (quod ægrè tuli) bis jussit ad Catharsin instituendam accersendum, quem inveni præter spem hectico calore, & *απορτην* affectum, languidum, & in lecto decumbentem, scabie nigra ad nonnullas faciei partes firmiter abhærente, dum cæteræ partes rubore & calore supra modum afficerentur, & suffuracea impetigine obducerentur; unde nitorem cuius elegantem mox fo veis detur-

bandum, modò forte vita ipsa in periculum non adducere, fore timebam, nisi artis suppetiis opportunè allatis spiritus ante Catharsin à veneno, quod jam revirescens certaminis recens instaurati causa erat, usu Antidoti Herculeæ repetito, penitus liberarentur. Ideoque Febr. 12. præscripti Haustum febrifugum sequentem mox exhibendum, repetendumque deinceps sexta quaque hora ad x. vices.

℞. Aqu. card. ʒij. Epidem. Syrup. caryoph. an. ʒij. Pulv. subtiliss. Cortic. Peruv. elect. ʒj. M. Febr. 14. reversus inveni appetitum Patientis restitutum, atque temperiem admodum mitem, ideoque alvum jussi si mane proximo portione sequenti subducendam.

℞. Decoct. Sennæ Gereon. ʒiv. mann. selectiss. ʒiij. M. Atque in promptu sit ʒiij. syr. è spin. cerv. in Haustu liquoris Posseticæ haurienda, modò Patiens post trihorium alvum non desiciat. Febr. 17. ad lubricam alvum coh. bendam Pægoricum sequens jussi hora somni propinandum.

℞. Aqu. Lactis alexiter. cinam. hord. an. ʒiij. Syrup. è mecon. ʒvi. M. F. Haustus, atque ʒj. cortic. peruv. cum Syrup. caryoph. q. s. in formam Boli redactam mane proximo exhibendam, repetendamque deinceps ter die horis medicinalibus per tridui spatium ad revirescentiam veneni delitescens (si quod fuerit) præcavendam, & superbibendum post singulos Bolos haustum vini generosi. Dein alvum rursus portione cathartica ante præscripta curavi deturbandam. Febr. 22. Præscripti pil. è Succin. ʒj. in tres pilulas deauratas redactam hora somni sumendam, & Extract. Rud. ʒ. cum coch. min. gr. xv. in pilul. v. deauratas formandum mane proximo deglutendum ad laborum humorum delitescens alius deducendam. Denique Febr. 25. ad calorem humorum diu effervescentium temperandum. Alvum jussi per *απορτην* semel in septimana more sequenti subducendam.

℞. Pilu. Aloephang. Stomach. cum Gum. an. ʒij. è Succin. ʒj. Salis Tartar. ʒiij. Ol. Majoran. Chym. gut. vi. M. F. Pilul. xvi. inaurandæ, quarum quatuor sumat hora somni, repetatque deinceps semel in septimana. Matutinis proximis bibendo ʒiv. Aqu. mineral. purg. ad ʒiij. coct. & ʒiij. lactis alterat. Atque hoc pacto juvenis elegans ac ingeniosus familiæ suæ decus, multa artis ope ex orci faucibus ereptus demùm nullo morbo affectu tentatus, & nitore faciei non spoliatus, sanus evasit, atque huc usque secundâ valetudine utitur.

Hist. 64.) Mihi communicata à Clar. & ingeniosissimo Collegâ & Censore D. D. Frederico Slare.

Fœmina temperamento sanguineo 20. annos nata; dolore capitis, lumborum & intestinorum indies ingravescente corripiebatur: Tertio die à decubitu scil. Jul. 31. 1692. Exanthemata Variolosa sese in conspectum dabant: Ægra nihilominus febricitabat, & delirio tentabatur, quo unoquoque die in altiore gradum evedum est. Aug. 2. Petechiæ erumpabant in Pectore, & brachii frequentissimæ, lumbi dolore vehementi indefinenter cruciabantur; Pusillæ erant exiguæ & confluentes. Guttur etiam tantum non variolis occludebatur. Urinam diligenter inspexi, quæ sub noctem illius diei sanguine tincta reddebatur (ut sæpe in variolis hisce symptomatis comitatis) & duobus diebus proximè sequentibus se. usque ad noctem diei 5. Aug. atque tunc tandem intumescere facies, & salivatio suborta est: Phrenitis exulabat, Tumor faciei ad tres vel quatuor dies durabat: Detumescere vero inde facie, manus pari ratione tanquam vesicæ inflatæ tumebant in immentam aded

ad eò molem, ut figura manuum in ipsis manibus desideraretur. Oris ulcera admodum sordebant Fluxus salivæ diu durabat.

Quoniam Ægra, quamvis bene nata, non amplius fortunata erat, Remedia sequentia præscripti parùm pretiosa, sc. primò Decoct. Pectorale commune cum Syrup. Aurantium bibendum copiosè, & Haustum cum Syr. è mecon, ʒvi. & spir. vitriol. potui communi instillandum, qua sitis vehementer urgebat: & Regimen in reliquis temperatum, vel potius frigidiusculum, donec Petechiæ erumperent, & pulsus debilitaretur. Nocte igitur ab eruptione tertiâ cum primùm hæc symptomata ingruerant, julap. cardiacum sequens parandum iussi.

ʒi. Aqu. Lactis alexiter. ʒvi. pœon comp. ʒii. Stephan. ʒb. Sp. lavend. comp. ʒii. Theriac. Androm. ʒib. Syr. Flor. Tunic. ʒb. F. Mixtura Cardiacâ, de qua bibat liberè in languoribus, & pægoricum sequens mane & vesperi repetendum.

ʒi. Aqu. Lactis alexiter. ʒij. Epidem. ʒb. Syr. de Mec. ʒi. Laud. liq. gut. x. Languet nihilominus foemina, & pulsus vacillabat, ideoque Sp. C. C. in vino canarino sæpe propinatur. Nocte cardiacorum usum præcedent. urina intensè rubescebat, hæc verò nocte sanguine tingebatur, & eodem tempore delirium plane exulabat. Reperitis julapii cardiaci dosibus vires ægræ refocillabantur, & intra spatium 24. horarum mixtio cruenta valdè diminuebatur. Aug. 6. ingruerat Ptyalismus, urina bene colorata est. In cæteris pro re nata ægra tractata, ex Morbo maligno, & valde periculoso evasit.

Hist. 65.) Admodum curiosa ab Exercitissimò & Sagacissimò D. D. Atherton literis mihi datis nuper communicata.

Domina E. L. annos duodeviginti nata, dolore capitis & dorsi correpta, modicè febricitabat, brevique postea Variolæ quædam parvæ erumpent; interea Nausea, Vomitus, ægritudo; frequens delirium ægram excruciant; Menses solitum tempus antevertentes insuper fluebant, ut incertus adhuc sim utrùm Urina sanguine tincta redderetur necne. Primò præscripti vinum canarinum momenti croci imprægnatum & Haustum Pægoricum noctu sumendum. Die tertio, Sal. Vitrioli vomitivo ventriculi ægritudinem relevare conatus sum. Die quarto ægritudine permanente, semel vel bis Bezoar Orient. gr. xii. & cinnam. nativ. gr. vi. in haustu julapii cardiaci propinavi. Repetebatur jugiter julap. cardiacum & Haustus Pægoricus usque ad diem decimum tertium. Eruptione lente procedente, Variolas è distinctarum genere fuisse autumabam; donec symptomatis ingravescens duobus ultimis Eruptionis diebus tota fere cutis stigmatibus obduceretur. Nausea, ægritudo, Febris, Delirium ad diem decimum tertium persistabant, quo die salivatio copiosa oborta est, Febre manifestò auctâ. Saliva primò tenuis deinde tenax viscida evasit, & post unum vel alterum diem evanuit Ptyalismus. Variolæ fuscæ, & subnigræ demùm factæ paulatim decidere incipiebant: Sed ecce novum Variolarum in priorum interstitiis circiter diem decimum quartum sese conspectum dedit, delirio, ægritudine, anxietate, & vigiliis recrudescens. Die decimo septimo symptomatum mitigationem expectavi, sed frustra. Pulsus erat nunc fortis & celer, nunc debilis & languidus. Medicamenta pro re natâ præscripti. Circa diem vicesimum primum salivatio recens exoriebatur cum Aphthis in ore, & gutture, quæ vocem pænè intercipiebant. Ægra multum dormivit, sed præ debilitate sese de loco in locum movere vix potuit. Tendinum subsul-

Tom. IV. Pars II.

tum, manuum, & maxillæ inferioris tremorem, involuntariam urinæ excretionem passa est. Linguam fere semper motitabat, stragula colligebat, manus hic inde agitabat, pustulæ, & ulcera insensilia reddebantur. Verbo, vix ullum symptoma funestum deerat. Circa diem vicesimum tertium sudor violentus subortus est, qui ad duos vel tres dies perseverabat. Pustulæ in facie in crustam murescebant, in reliquis partibus corporis non ad instar crustarum, sed potius pellicularum decidebant. Et ægra sensim & gradatim convalevit.

Hist. 66.) Filia Domini Rainsford habitantis in vico dicto Butcher-hall-lane annos quinque nata, Anno Dom. 1672. (quo tempore Morbilli Epidemii Londini publicè grassabantur) ad unam vel alteram hebdomadam fluxu alvi, tussi ferinâ & levi oculorum inflammatione, cæterisque colliquationis symptomatis afflicta male se habuit: Demùm verò febre correpta, delira & comatosa per triduum jacebat, & symptomata priora indices angebantur. Quarto die efflorescentia morbillosa ab una parte in alteram per totum corpus sparsa in conspectum venit, quæ quidem summè inflammata ferè ad instar Erysipelatis apparebat, atque ad quartum usque diem protensa durabat, febre unâ cum fluxu alvi, tolli & cæteris symptomatis potius auctâ quàm diminutâ, adeò ut misera puella indefinenter ejularet, tussiret, anhelaret, atque alvum dejiceret, nihil autem interea præter crudam cerevisiam deglutire voluit. Ego 4. efflorescentiæ die vocatus eam inveni præ pulmonum inflammationem Spasmi planè strangulatam, atque tanquam à fasciâ injectâ suffocata. Efflorescentiam derepente hic illic in luridum & pallidum colorem abierat, extrema quadantenus frigescebant, atque arteriæ vix, tactu judice, vibrabantur. In hoc præcipiti casu Pharmacopola qui aderat jussu meo illicò venam tundeat. Cum autem post tres vel quatuor uncias sanguinis detractas strangulationem fuisse diminutam perciperem, pulsationem arteriarum fortiozem reddidit, atque colorem vegetiozem efflorescentiæ restitutum, sanguinem ad ʒv. vel vii. fluere sinebam. Quo unico Remedio ab ipsis orci faucibus ægra prorsus liberabatur, atque adhuc in vivis est.

Hist. 67.) Advocabat Januâ 27. 86. ad Filium Domine Pratt habitantis in vico dicto, Pater noster sex annos natum, Febre dictâ Scarlatina laborantem, qui jam primùm & secundum Morbi stadium usque ad quartum efflorescentiæ diè curæ trium Pharmacopœorum successivè commissus transegisset, quorû unus morbum esse variolosum pronuntiavit, adeò enim præter modum cuticula sicut in Erysipelate inflammabatur, ut aliqualem intumescens renitentem & asperitatem inæqualem referre videretur: Cæteri verò duo efflorescentiam esse Morbillosam audacter affirmabant. Unusquisque autem Remedii Cardiacis pro modulo ingenit venenum versùs cuticulam propellere satagebat: Unde inflammatio sponte sua nimia, mirum in modum sæviebat, Pulmones Peripneumoniâ afficiebantur, Febris erat intensa, pulsus celer & debilis, Puer misellus hebes admodum & attonitus summè languet & penè strangulatus est. Igitur ad Pulmones liberandos edico, unicæ sex sanguinis flammæ Brachio detrahantur, atque ne inde vires nimium dejicerentur, Bolus è Pul. è chel. cancr. comp. & lapid. contrayerv. an. gr. vi. & Syrup. caryoph. q. s. confectus post venæ sectionem exhibeatur, & mane sequenti repetatur, unâ cum cochl. iii. julap. cardiac. temperat: de quo bibere licuit ad libitum; Vesicatoria etiam ad nucham & carpos internos, & Emplastrum Cephalicum cum Euphorb. ad plantas pedum applicentur, atque Gargarismus ex aq. plantag. ʒviii. diamor. mellis rosat. colat. an. ʒi. fauces siphone sæpius injiciatur. Die 28. quo Puerum iterùm invisit

A a stupot

stupor & strangulatio, cæteraque dira symptomata mirum in modum allevabantur, Pulsus fortior evaserat & minus celer, Sanguis autem detractus valde floridus colorem Scarlatinum vel in fundo ipso referebat, ad instar Sanguinis Maniacorum vel Hysteriarum, ubi Spiritus cæstro perciti maximam in massa effervescentiam cient. Ideoque solummodò jussi ut alvus pigra Enemate à lacte Saccharato, floribus chamæmeli alterato stimuletur, atque inde Bolus ex Theriac. androm. gr. vii. & Pulv. è chel. cancr. comp. gr. vi. & Syrup. caryoph. q. l. confectus, & in cochleari i. Julapii sequent. solut. exhiberetur, & ut superbiberet ejusdem cochl. iii. atque etiam ad libitum, agitatâ phialâ.

R. Aqu. Meliss. Ceras. nigr. an. ℥ii. Cinnam. hord. ℥i. Epidem. Pecon. comp. an. ℥i. Marg. ppt. ℥i. Sacchar. alb. ℥iii. M. F. Julap.

Exinde Puer post levem Diaphoresin a'viperis mansit, & à diris Symptomatis, præter spem Adstantium liberabatur. Ideoque die sequenti scil. 29. duntaxat Linctum ex Ol. Amygd. dulc. rec. Syr. Cap. ven. & Sacchar. Crystall. alb. confect. ad Tussim moderandam sæpius exhibendum præscripsi, & usum Julapii Perlati continuandum, atque ad alvum adstrictam lubricandam Poma tosta, & Pruna cum saccharo costâ frequenter ministranda. Denique post triduum peractum, quia Alvus adhuc astringebatur, & usitata Colliquationis indicia recesserant, Bolus Catharticum sequentem manè cum Regimine capiendum jussi, atque semel in hebdomada repetendum ad tres vices.

℞. Calomelan. Diagrid. Sulphurat. an. gr. ix. Syrup. de Spin. Cervin. q. l. M. Revalescebat autem puer sine quocunque Morbofo affectu superstitè, vel inde subsequenti.

Hist. 68.) Filia mea dilectissima Sarah Morton 8. Annos nata Anno 1685. Febre correpta. Oculorum inflammatione & Tussi ferinâ vexabatur. Hisce Colliquationis indicia certior factus, indolem febris à primo insultu morbilliosam esse deprehendi: Nihil autem præscripsi nisi Julapii sequent. cochl. iij. vel iv. summada 4. quâque horâ, & ut debitum Regimen observaretur.

℞. Aqu. meliss. ceras. nigr. an. unc. iij. Epidem. unc. i. Pulv. è Chel. Cancr. comp. Lap. Contrayerv. an. 5x. M. Et quia Pulsus nullum Malignitatis indicium dedit, nec aderant Coma, Delirium, vel aliud ejusmodi symptoma, Laudan. Liquid. gutt. vi. ad Tussim allevandam & Colliquationem Sanguinis futuram præcavendam in haustulo Julapii singulis noctibus exhibebantur. Quo pacto omnia rectè successerunt, & nusquam in totâ meâ praxi Morbillos magis Benignos vidi. Efflorescentia erat rarissima, hic illic in Cuticulâ parçè admodum sparsa, & citissimè evanuit: Ægra autem à Febre ac Tussi absque Symptomatis cujuscunque molesti suppultatione spatio bidui ab Efflorescentia incepta, prorsus liberata integrè revalescebat ac si nunquam decubisset.

Hist. 69.) Filia mea charissima Marcia. 7. Annos nata, Anno 1689, in quo Febre dicta Scarlatina tempore præsertim æstivo quadantibus publicè grassabatur, post apparatus Rigoris, Horroris &c. plurimum febricitare incepit, Nauseâ, Vomitione, Comate cæterisque Malignitatis Symptomatis afflicta. Quocirca Julapium Cord. cum Specieb. in Historiâ præcedenti descriptum cochlearim exhibendum esse jussi, atque Vesicatorium Emplast. amplum ad Nucham applicandum. Quandoquidem verò nec Fluxus Alvi, nec Tussis, nec Rubedo Oculorum, aut aliud aliquid usitatum Colliquationis signum Apparatum committabatur, in isto stadio genium Morbi non clarè perspectum habui. Quarto autem Morbi die, efflorescentiâ non interruptâ derepente ubique

per totam Cuticulam sparsâ, Febre dicta Scarlatina indolem suam palam prodebat, atque equidem Inflammatio erat maxima omnium quas unquam vidi, tota cuticula ex Inflammatione sensim crassecebat, æquali quadam ac renitenti intumescencia affecta, & post Inflammationem peractam, non squamarum, verum Pergamenæ similis dehiscens decidebat. Cum verò Febre post quatrduum ab efflorescentiâ inceptâ protenderetur, atque periodicis certis quotidie reverteretur, unc. vi. Sanguinis detrahendas esse jussi, atque 5β. Corticis Peruviani quartâ quâque horâ exhibendam, unde spatio bidui a'viperis facta prorsus revalescebat.

Hist. 70.) Eodem ipso tempore invisi Mulierem in vico dicto Smithfield, ad quam accersitus sum, consultandi gratiâ cum Medico ejus ordinario, magni nominis Viro. Mulier Febre Scarlatinâ laboravit, quæ jam ad diem decimum septimum daraverat, & Medici consueti consiliis usâ priora duo morbi stadia. Apparatum scil. & Efflorescentiam, transegerat. Ego autem certior factus Febrem post Efflorescentiam peractam à reliquiis Veneni imperfectè deletis ad spatium integræ hebdomadæ 20000. Terjuncæ typum induisse, exacerbatione alternis diebus horâ statâ semper recrudescente, atque jam ab biduum in 20000 Malignam cum Delirio, Spasms, Subsultibus Tendinum, cæterisque triumphatæ Naturæ indicia, sociatam degenerate, jure merito Prognosticon funestum proferebam. Probè enim novi, quod Venenum usâ Corticis Peruviani tempestivo prius facile superabile jam non obstantibus Cardiacis, in quorum usu diligenter perseverarat Ægra, spiritus adeò extinxerat, ut nec à Cortice auxilium expectari, neque ab Alexipharmacis vires Spirituum elasticæ exsuscitati possent, ita ut pares fierent Veneno eliminando. Nihilominus Vesicatoriis frequentibus, atque Alexipharmacis maximè generosis experiebamur, num forte forquidò Spiritus expandere possemus, ut occasionem inde captarem Corticis exhibendi. Incassum verò omnia, Delirio nempe, Spasms, cæterisque delectorum Spirituum Symptomatis jugiter auctis, demùm Ægra confecta satis cedebat, quæ facillimè ope unciæ unius Corticis prædicti maturè exhibitâ fatum hoc evasisset.

Hist. 71.) Paulò post, eodem fere mense accersibar ad invisendam Filiolam Domine Hayns habitantis in vico dicto Foster lane inflammatione Pulmonum Scarlatinam efflorescentiam primùm comittante, sed post efflorescentiam jam superstitè præne confectam & suffocatam, comatosam etiam, hebetem & delirantem. Sub initium Peripneumonice ante meum adventum Venæsectio ritè celebrabatur, Veneni autem Febriferi extinctio (utut Febre 20000 indolem suam Exacerbationibus atque Remissionibus sese alternatim excipientibus liquidò prodiderit) nequaquam tentabatur, unde ab incendio intus continenter instaurato, flamma in Pulmonibus perseverabat, à quâ vires Ægræ adeò artritæ sunt, ut sanguinem amplius detrahere non auderem, Expectorantia Remedia & Vesicatoria diligenter adhibebantur; Ac horum usu non obstante, miscella puellula brevi, Peripneumoniâ suffocata periit.

Hist. 72.) Filiolus Domini Burren Mercatoris habitantis in vico dicto Mincing-lane, Infantulus vix integrum annum natus, qui in eodem Cubiculo cum Sororeculâ Morbillis afflicta versatus, Mense Decembri, Anno 1691. Febre corripiebatur, cum Palpebrarum gravitate, Capitis stupore, Tussi ferina, Diarrhœâ, Rubedine Oculorum & reliquis febris Morbillosæ Symptomatis sociatâ quibus soror conturbabatur. Cum autem aëri Cubiculi aperto diutius expositus fuisset, nulla efflorescentiâ ad quintum usque diem Morbi in Cuticulâ sese prodebat. Quocirca ad expansionem

sionem Spirituum Veneno delictio jam diu nimis oppressorum promovendam, Vesicatoria incunctanter ad Nucham & Carpos applicanda jussi, & Julapium Cordiale ad normam Julapii Perlati, Pulvere è chel. cancr. comp. & Lapid. Contrayerv. saturatum sæpius pitissandum; atque Bolus ex Theriac. Andromac. & Pulv. è chel. cancr. comp. an. gr. v. confectū quæque nocte exhibendum. Quid sit? Octavo Morbi die cuncta Symptomata mitigata sunt, atque febris in novam formam mutata, speciem *Zorxi* cum Exacerbationibus & Remissionibus quotiæ nocte diei statâ alternatim sese excipientibus induebat. Hanc febrem autem facillimè curavi ope \mathfrak{z} ij. Cortic. Peruv. partitis vicibus exhibitæ, unde perfectè revalescebat Infans & adhuc valet, nec ulla Cutanea Efflorescentia febrem vel comitabatur vel subsecuta est.

Hist. 73.) Eodem ipso Mense Filiolus Domini *Debilis* Mercatoris habitantis in vico dicto *Busolane* (cujus sorores Morbillis laborantes nuper revaluerant) eodem Morbo correptus, diu & periculosè Stupore, Tussi ferinâ & Diarrhœâ affligebatur; ab his autem reliquisque Symptomatis, ope trium Vesicatoriorum ad Nucham sc. & Carpos applicatorum; frequentis exhibitione Julapii Cardiaci Speciebus ante memoratis saturati, & Boli Theriacalis singulis noctibus repetiti, brevi liberatus, demum (declinante jam Efflorescentiâ morbillosâ) Inflammationem Linguae notabilem atque excruciantem perpeffus est, quæ Venæsectione in Vena Jugulari sine morâ celebratâ evanuit; at Febris superstes deinde sibi *Zorxi* speciem induebat, & hora 7. vespertinâ quotidie cum fixâ Genarum rubedine conjuncta recurrebat. Febris verò facillimè exhibitæ \mathfrak{z} ii. vel \mathfrak{z} ij. Corticis Peruv. profligabatur, & Puer pro tempore perfectè revaluit, uti recrudescente Veneno post tres hebdomadas elapsas unum vel alterum Febris Intermittentis paroxysmum passus fuerit; à quâ, Cortice iterum interumque post debita intervalla repetito, liberatus, hucusque optima valetudine utitur.

Hist. 74.) Filia Domini *Tim* sex annos nata, sub initium Mensis Aprilis, Anno 1692. Febre & Tussi immani correpta, post triduum Morbillosam Efflorescentiam perpeffa est, quæ ad quinque dies protendebatur. At postquam evanisset Efflorescentia, Febre *Zorxi* quotidie horâ diei statâ periodicè recurrebat, Diarrhœâ immani, Tussi importuna & summo vitium languore Puella afficiebatur. Quo tempore ego accessit ad reliquias Veneni morbillosi (quas superesse livido deprehendi delandas,) \mathfrak{z} ss. Cortic. Peruv. in formam Boli redactam illicò exhibendam jussi, repetendamque quarta quæque hora solut. in Coch. Julap. Cordialis temperari: Primæ dosi Laudan. Liquid. gutt. vi & deinceps alterno cuique Bolo addendas curavi; unde Febris spatio bidui, Tussis, Diarrhœa, & reliqua Symptomata multùm allevabantur. Ob Phlogosin autem, quæ certâ diei horâ præsertim in genis sese quotidie prodebat, adhuc superstitem, \mathfrak{z} iv. vel v. sanguinis à brachio tertio die detrahendas jussi, atque Bolos Febrifugos repetendos. Unde post xxiv. horas per totum diem Puella *supra* manebat, atque ab omnibus Symptomatis liberata planè revalescebat. Hebdomadis autem duabus elapsis, appetitu priùs prostrato, revirescentiam aliqualem febris Periodicam sensit, quæ citissimè viribus Cortic. repetiti victricibus cedebat. Quocircâ, prophylaxeos gratia Alvum post octo dies elapsos bis, terve Decoct. Amar. & Syrup. de Spin. Cervin. subducendam duxi, & post singulas Evacuaciones Corticem incunctanter repetendum, & inde optimè convaluit.

Hist. 75.) Accersitus ad invisendum Filiolum *Domina Philips* habitantis in vico dicto *Le Old Change*, qui ante v. hebdomadas febre Scarlatinâ laborave-

Tom. IV. Pars II.

rat, cujus efflorescentia minùs vigebat, & diutius protendebatur, unde à reliquis Febris Morbi non subactis ad dies 35. contum à *Dante* à Puer pæne conficiebatur, cum primùm ad eum accessi animadverti os & labia tumida inflammata & exulcerata, tanquam à toxico epoto, & pustulum ad ultimum Marasmi gradum ex diutino alvi fluxu redactum. Natura autem ob summum vitium languorem jam planè succumbente ac à Veneno triumphata, nullum Febris præsentis *æthere* ex temperie, Urinâ, vel Pulsu defumere potui; spiritus enim certamini impares, nihil amplius moliri valebant. Unde *supra*, venenatus licet & confectus mihi videbatur. Ideoque ante omnia Symptomata feratè, Alvi nempe Fluxum, Decocto Albo in locum Petis ordinarii suffecto, & copiosâ Alcalium exhibitione modo sequenti quadantenus cohibere satagi.

\mathfrak{z} . Ocul. Canc. præpar. Pulv. è Chel. Cancr. simpl. Comul. rub. præpar. an. \mathfrak{z} ss. M.F. Pulvis quem in Cochle. \mathfrak{z} ij. Julap. Cordialis ex Aqu. Lactis Alexiter. Cinam. Hord. Epidem. & Syrup. Ca. iophyl. confect. ministrandum jussi, repetendumque deinceps ter in die ad triduum. Diarrhœa autem hoc modo sedata, & viribus inde quadantenus refarcitis, venenatum fermentum Colliquationis causam propria Antidoto aggrediebar, exhibitæ scil. Cortic. Peruv. \mathfrak{z} i. cum gutt. iv. Laudan. Liquid. & Syrup. Caryoph. tantillo in bolum redactæ, ter in die per quadriduum, unde Puer ex Orci faucibus liberatus sensim revalescebat.

Hist. 76.) Ante sexennium media æstate simul decumbebant in domo Amici mei integerrimi *Domini Hook* Mercatoris habitantis in vico dicto *Pye-Ally* prope *Fenchurch-street*, tres ejus Filia, Filiolus unicus, atque *Domina Barnardiston* ejus Matertera, Matrona annos septuaginta plus minùs nata. Omnes quasi Veneno delictio percussæ Febre *Zorxi* unum tenorem servante corripiebantur, Tussi Ferina, Comate, Delirio, cæterisque malignitati Symptomatis haud obscuris afflicti. Ideoque natura Symptomatum id exigente, Alexipharmaca mitiora exhibenda, atque Epispastica applicanda jussi. Die autem Morbi 4. \mathfrak{z} vel 6. singuli Scarlatinam efflorescentiam per cuticulam ubique sparsam perpetiebantur, eamque per 7. 8. vel 10. dies protensam. Dæ è Filiabus atque Filiolo 4. vel 5. Efflorescentiæ die Parotidibus insignibus affligebantur, unde Deglutitio adeò præpediebatur ut in præsens vitæ subsidium (inflammatione urgente, & forti Arteriarum vibratione adhortante) Venam secare & moderata manu Sanguinem detrahere coactus essem, Alexipharmacorum autem & Vesicatoriorum continuata Glandulæ Parotides (ut Venæsectione earum dolor & ardor mitigarentur) debito tempore exulcerabantur, atque Apoplematis ruptis Pus acre & corrosivum per Nares, Aures, Fauces copiosè egerebatur, unde triginta dierum spatio sensim revalescebant. Filia autem natu secunda die 3. vel 4. Efflorescentiæ immaniter vociferabatur præ dolore ingente Axillam sinistram occupante. Quocircâ Sanguinem è brachio ad verso detraxi ad dolorem mitigandum, ex quo Dolor allevabatur. Continuatis autem Remediis Alexipharmacis Tumor increvit Buboni non dissimilis, qui tandem exulceratus Pus copiosum per plurimos dies effudit, quo demum sanato integram Sanitatem formosa ac elegans puellula recuperavit. Verùm *Domina Barnardiston* cum ad plures dies malè se habuisset, & omnem Remediorum usum neglexisset, tandem post 6. vel 7. dies elapsos Carcinomate paulo supra pubem corripiebatur, quod spatio unius vel alterius diei præ virulentia Veneni per partem affectam excreti Gangrænâ tentabatur. Alexipharmacis autem & Epispasticis diligenter adhibitis, & auxiliis Chirurgicis peritè applicatis; præter spem Adstans-

Aa 2 tium

tium ab hac Peste, licet difficulter admodum evasit, atque postea ad tres Annos superavit, A Peste (inquam) evasit, quoniam Venenum Morbi prædicti, pestilentialis fermenti malignitatem adæquabat; & si quando Venenum illiusmodi Morbillosum Crisi perfecta per Cuticulam propelli haud potest, tanquam Venenum pestilentialis Glandulas sponte petit Narium, Faucium, Inguinum, &c. easque inflammat & exulcerat, necnon Carcinomata, Bubones & Paroridas excitat. Quantum Tonsillas, Uvulam, Fauces, Nares, & quando intumuisse vidi! quam turgida nonnunquam Labia! & quam Sordida Scabie obducta & exulcerata ab eadem causa animadverti! ut nuperimè Filiolo Domini *Blaney* accidit, qui post efflorescentiam peractam Febre, Comate, & prædicto Symptomate diu assidebatur.

Haftenus Historia in Variolis & Morbillis à Clar. D. Morton; sequuntur jam rursus alia.

Variolæ jam optimè suppuratæ, in vesiculas aquosas subito transmutatæ. Ex Clariss. Joh. Petro Albrecht. Miscellan. Curiofor. Decur. 3. Anno 3.

Variolis, quæ in patriæ inquilinos infantes nonnullosque adulescentes ab Autumnò præterlapsi ferè ad hoc usque tempus populariter grassatæ sunt, inter alios N. N. Reverendissimi ac Celsissimi Episcopi Argyrothecarius, vir 34. fortè amorum, complexionis Carchædico-Scorbuticæ correptus est. Non illæ ex confluentium, sed satis benignæ ex dispersarum genere fuere, ac uti ab initio, sine graviorum symptomatum concursu ad statum properarant, sic jam septimo morbi die rotundæ, albæ, grandes satis, ac pisorum instar elevatae, brevi morbum superatum iri fidem faciebant; qui tamen circa vespèram ejusdem diei, nullo, quantum explicari licuit, prævio in diæta errore, longè aliam faciem inducibat; exorto enim subitaneo frigore febrili, tantus æstus, tamque immensa sequebatur sitis, ut largior etiam potus vix quicquam solacii ægroto afferret, quin potius pulsus citior, respiratio difficilis, agrypnia cum aliquali delirio conjuncta, palpitatio cordis, & alia tragicum prædicent eventum. Præscriptis interea idoneis & talibus medicamentis, quibus vim morbi frangi posse rebar, cum altero manè rursus ad ægrotum me conferrem, magna me tenuit admiratio, cum variolæ omnes, quas pridie optimo purè turgidas, & in magna perfectione conspexeram, jam quidem non planè evanuisse, sed in exiguas admodum vesiculas, limpida aqua repletas, pruritusque molestum excitantes transmutatas viderem, quarum quaelibet centrum latæ cujusdam maculæ insigni rubore conspicuæ, ac circumcujus diameter pollicis latitudinem plus minus æquabat, describentis occupaverat. Nullus non ex adstantibus judicabat, ægrotum Variolis & Morbillis simul jam torqueri, cui asserto tamen illarum summa à morbillosum maculis discrepantia aperte contradicebat; imò ex adjuncta febris idæa, symptomatum vehementia, citissima macularum eruptione, & ceteri ipsius febris post harum apparentiam terminatione, facile in contrariam flectebantur, quotquot initio alterius illius opinionis extiterant fautores. Tantùm verò abest ut ægrotus ex insolita hacce Variolarum transmutatione in gravius periculum deductum fuerit, ut potius ipso die, quo hac illarum μεταβολή, contigerat maturæ ac securæ liberationis, affulgeret spes, efficitæque morbo vires

paulatim reviviscerent. Silentio tamen minime prætereundum est, lymphaticas illas, in quas variolæ abierant vesiculas, spontanea quidem desiccatione intra paucos dies evanuisse, ita, ut cuticula corporis brevi nitida, & sine ulla stygmata, conspectui se offerret; reliquisse verò ad plures menses interius magis in cute tot ferè tubercula dura ac rotunda, quot exterius antea in illis locis variolæ visæ fuerant. Quæ ipsa tubercula, uti oculorum obtutum effugiebant, sic præcipuè in manibus præmissa aliqua earum frictione copiosè satis cuius palpati innotuerunt, paulò post iterum disparuerunt. Et sanè jucundum dictus vir per longum tempus plurimis præbuit spectaculum, dum pro libitu, quoties vellet, latitantes hinc variolarum suarum testes, quasi provocare, ac omnibus contrectandos exponere potuit, quos tamen, exhibitis purgantibus Mercurialibus, usurpataque diligenter essentia liquorum, magis magisque evanuisse eventus docuit. Rari hujus phænomeni causas facile suppeditari posse puto, si supponamus huic nostro ægroto, septimo morbi die scorbuticam quandam supervenisse febrem, cujus fomes longe diversa à variolarum forma indolis, sicque dispositus fuerit, ut ex utriusque concursu accedente postariis certa præcipitatione feriosior puris pars in reliquis vesiculis remanserit, secedente interea crassiori, magis viscida, minus verò dissolubili ad interiorem cutis regionem, ibidemque dicta tubercula tandiù producente, donec eorum compage beneficio mercurialium, aliorumque medicamentum, resoluta tandem plenariam sui curam admiserint. Cui experimenta variolarum in chymicis præcipitatorum, præcipitis illa, quæ olim celeberrimus *Robertus Boyle*, suo de *Coloribus* libro inseruit, cognita sunt, quique unquam liquores lacteos in limpidos, hos itè um in lacteos affusione variolarum modò, ex alcalicorum, modò acidorum progenie ortum trahentibus mutatos, vidit, ille hæcce meas conjecturas non omni fundamento carere facile judicabit.

Variolæ ex aère calidioro in anthraces quasi, & totius corporis sphacelationem abeuntes. Ex Eòdem ibidem.

Quantum recuperandæ in Variolis sanitatis ergo in accurato aëris regimine positum sit momentum, *Sydenhamii*, *Dolzi*, *Waldschmidii*, aliorumque illustrium hujus seculi Medicorum, assatim loquantur scripta. Me quod attinet, fateri possum, in nuperimis hujus loci Variolis epidemicis, ultra quingentos usdem correptos meæ curæ commissos fuisse, quorum tamen, Deo sit laus, vix quinque (absit jactantia verbis) non tam ex variolis, quam morborum complicatorum vehementia Libitiniis cessere. Quotquot autem periculo substractos vidi, illi in temperatis hypocaustis hyberno tempore leviter admodum, æstivo verò vix calefacto fornace degendum fuit. Hinc factum comperi, ut variolæ benignæ, disjunctæ, numero pauciores postea erumperent, vel si plures prodirent, eque confluentium genere essent, felicem tamen experirentur cursum, ac sine notabilibus fovearum fastigiis crustas deponerent. Vidi nonnullos, in quibus, etiamsi optimo administrato aëris regimine, ob fermenti maligni, dubio procul exuperantiam ingens harum exanthematum numerus vix particulam faciei intactam linquens præcaveri non posset, ei tamen id beneficii tribuendum fuit, ut variolis ante plenam suppurationem spontè exsiccatis, cutem nitidam & elegantem sibi servarent, quæ aliis istdem, ob calidioro aërem ad majorem perfectionem

fectionem deductis, mirum quantum deformata fuisset. Pauci quidem deprehensi sunt, qui, cum auream mediocritatis regulam negligentibus observantes, incaute nimis externum frigus admitterent, superatis Variolis indolentibus initio tumoribus, postea verò nonnunquam in abscessus fistulosos, ipsi ossium compagi haud parcentes mutatis in tibiis & brachiis præcipuè affecti sunt. Verùm, & hoc fateri cogor, vix is, qui reliquias morbi purgantibus, præsertim mercurialibus sedulo evertebant, vel eorum virus aliis idoneis præfidiis destruebant, tale quid obtigisse; vel, si ejusmodi tumores quos tamen rarissime tunc observari licuit, planè evitari non possent, e. s. ab interno, æquè ac externo Mercurii usû nonquam non felicissimè fuisse edomatos. Tanta scilicet hujus Ptotei virtus, tanta invertendi & extinguendi mineras morborum lymphaticorum vis, ut etiam in Mercurialibus & myrthatis, perfectam ac radicalem Variolarum curationem consistere, statuunt non pauci. Quibus forsitan non peccavero, si moderatum aëris regimen adjungam, cum hujus solius ope, sine multorum medicaminum exhibitione plures à molestissimo hōce morbo revaluisse recorder. Paucis verò, ut id, quod observationis titulus promittit, attingam, scire volo Benevolam Lectorem, me ante semestre spatium ad Dominum D. hujus urbis Civem non procul à meis aedibus habitantem accessitum fuisse. Citò ad illum properans ipsumque hypocaustum ingrediens, in Caldario me versari putabam; Tantus quippe æstus, tanta aëris foetentibus ac squalidis exhalationibus refoerti intemperies me undique premebat, ut nisi apertis fenestris ejus ventilationem procurassem, suffocationis facilè me exposuissem periculo. Deprehendebam autem hic loci duos infantes, quorum alter septem annorum in scamno, alter tertium ætatis annum agens in cunis, uterque autem multis stragulis & integumentis coopertus prope fornacem igne ferè candentem conspiciebatur. Natu minor tertium jam morbi agens diem Epilepticis convulsionibus mirè excruciebatur, continuique clamoribus faciebat, ut quilibet malis ejus indoleret; dum interim natu major sine sensu & motu, sicuti instar, jacens, faciem & alias corporis partes tuberculis duris, atropurpureis, splendens, ac anthracibus non adeo dissimilibus undique obfusa præ se ferret. Indusium ejus variis in locis sanguine conspurcatum erat. Labia oris, facieque partes glandulosæ malignis ulceribus scæntes, cancroso quodam erosæ videbantur humore, tantaque totius corporis aderat deformitas, ut, nisi ab adstante matre de ante actis certior factus fuisset, vir quali morbo hic laboraret puer, divinare potuissem. Referebat enim, in filio ante decem dies signa Variolarum apparuisse, illoque tempore sibi ab aliis mulieribus consilium datum esse, ut fornacem luculentò igne instructam servaret, puerumque pannis, culcitris, & stragulis bene muniret, sic enim Variolas copiosissimas, & cum his omne venenum à corde ad corporis peripheriam certò certius protrusum iri. Fatebatur se nunquam cum talibus ægrotis versatam fuisse, ac propterea mulierum monitis locum dedisse, unde quaque tertio morbi die Variolæ optimè apparuerint; sexto verò hæmorrhagiam nasium, septimò vomitum sanguinis, octavò urinam & excrementa alvi cruenta supervenisse, nonò tandem subito Variolas omnem ulterioris suppurationis laborem quasi recusasse, inque ea, quæ viderem, tubercula quidem abiisse, statum verò ægroti multò pacatiorem jam esse, seque in spe vivere, si selectioribus nonnullis cordialibus ejus vires refocillet, ipsum ab hoc morbo feliciter vindicari posse: sic scilicet hæc mulier

Tom. IV. Pars II.

gangræne & sphacelationis naturam non intelligens, filium suum jam in articulo mortis positum omni periculo ereptum credebat, qui tamen, uti antea prædixeram, insequenti mox immaturâ vitæ dissolutione, commissorum à genitrice errorum, non sine adstantium commiseratione luebat pœnas. Ego, ne afflictam novis onerarem afflictionibus errati exprobrationem in aliud tempus rejiciens, natu minoris conservationi invigilandum duxi, atque ut illa aliquatenus cognosceret, qua in parte antes deliquisset, statim omnem fornaci ignem subtrahi curavi, præscriptoque temperatiori aëris regimine, Cinnamonorum, aliorumque usu, primò quidem convulsionum vehementiam mitigari, taliaque quantum paucissima, porro propinavi, quorum virtute aspirante Divinâ gratiâ, Variolæ benignæ absque graviorum symptomatum syndrome prodeuntes, cursum suum feliciter absolverunt ita, ut puer in hunc usque diem optima fruatur sanitate.

De Lumbricis Variolas progredientibus. Ex Clariss. Gualterò Harris; in Observationibus Tractatus de Morbis Infantum acutis, adjectis.

Filius natu maximè O. natissimæ Viduæ, undecim annos natus, in Junio, ætatis penultimæ, Variolis laborabat. Cum primùm illum inviserem, febris fuit peracuta, pulsus celer & vemiculosus, ventriculus nausea affectus, anhelitus difficilis; de nullo tamen dolore rogatus querebatur, quoniam caput stupore ingenii fuit detentum, usque ated ut penè elinguis esset, & astantes nullos cognosceret. Pustulæ rubræ paucæ erumpere in facie incipiebant. Sed post operationem Emetici illius mitis, ac turissimè, nempe radicis Ipecacuannæ, omnia in melius versa proximo manè multùm remittebat febris, anhelatio sublata, & gravibus omnibus symptomatis solutus est; adeò ut Variolæ protinus mites, satisque distinctæ, sine discrimine procederent.

Die duodecimo à primo morbi insultu, febre secundariâ prorsus immunis fuit, & extra discrimen omne videbatur constitui; adeò ut parentem admonerem, me ante dies alios quatuor elapsedos non amplius rediturum, nisi inexpectatam aliquod symptomata ante tempus destinatum præsentiam meam requireret. Sepositis igitur, aut intermissis medicamentis, jussi, ut solummodò haustulum vini Canarini tepesfacti bis quotidie sumeret. Die verò morbi decimo quinto, nuntius mihi properanter accessit, obnoxie rogans, ut puerum hunc moribundum, nullâ interpositâ morâ, protinus inviserem. Adventans eum reperii febre acutissimâ correptum, pulsu undulante & formicante, anhelitu difficili, & torminibus ita exquisitis excruciatum, ut ingentes clamores continuò tolleret. Præterea duos Lumbricos rotundos viventes, vino illo perturbatos rejecerat, alterum vomitu, alterum verò secedente. Quo indicio me commonefaciente, plures alios de Lumbricis tam gravia symptomata posse comparare conjectans, statim præscripti salis mirabilis, salis cathartici amari an. ʒiij. in sq. font. tepesfact. ʒvj. solvendas, & quamprimum exhibendas. Porro ol. nuc. mosch. per express. ʒj. instar Cataplasmatum, umbilico adhibendam.

Insequenti manè rediens, procellam planè sedatam & tranquillitatem novam stabilitam invenit. Quocirca febris omninò profligata est, tormina confusa,

A 3 pita,

pita, pulsus sanorum similis, & facillè respirabat. Denique à nutrice audivam, insitum, & penè incredibilem filameutorum quorundam, aut vermium minimorum numerum per sedes, quas paulò antè copiosas habuit, fuisse expulsum.

Quamobrem nè novi tales tumultus in posterum ab aliis Lumbricis contingerent & quia tempus purgandi commodum appropinquabat, præscripsi Bolam sequentem, vespèrè illo exhibendum, & manè proximo haustum catharticum, repetendos tertio quoque die, ad quintam usque vicem.

℞. Semin. hyperic. ℥j. semin. fantonic. agaric. troch. an. ℥ss. Syrup. de absinth. q. s. M. F. Bolus.

℞. Rhei elect. agaric. opt. an. ℥ij. follicul. semmund. ℥j. semin. hyperic. ℥ss. fol. thym. futureiæ sicc. an. p. j. tartar. alb. crud. ℥ij. Inf. & coq. in aq. font. q. s. Colat. ℥iij. dissol. mann. sal. mirabil. an. ℥ij. M. F. Posio.

Ex prima catharsi duodecim Lumbricos mortuos dejecit; proxima decem; tertia quindecim; quarta undecim; & denique quinta sex alios, omnes rotundos, albidos, mortuosque, ac plerosque circiter novem pollices longos præter agmen quoddam, aut seminarium nascentium vermiculorum, vix formam perfectam adeptorum, cum prima purgatione exclusorum.

Inter purgationes inducias hostibus dabam, & nulla anti-helminthica propinabam, sed solummodo statui, ut cochlearia v. vini prioris Canarini, ad vires rescillandas, & corpus ab ulteriori putredine conservandum; bis in die pergeret haurire. Tum demùm consului, ut incolumis, ægitudineque omnis expertus, aère rusticano se resiceret; utque post intervallum duarum septimanarum de Electuario sequenti lingeret cum bacillo glycyrrhizæ, ad magnitudinem nucis juglandis, singulis matutinis, donec totum deglutiret.

℞. Semin. fantonic. integr. ℥j. mell. commun. ℥ss. M.

Sic incorrupta valetudine deavè fruebatur, & à Lumbricis securus in posterum degebat.

Cùm verò *Sal Catharticum Amarum*, & *Sal Mirabile*, vires suas auxiliatrices in præsentis curatione præbuerint, atque in frequenti merito jam sint apud nos usu, nec non primum illorum salium vulgò credatur esse verum ac genuinum sal ex aquis mineralibus purgantibus extractum, æquus & idoneus usus nullo modo, ut opinor, interpelletur, si demùm innotescat, *Sal illud Polychrestum esse sal Gemma, sive Fossile, aut Marinum*, in magna copia aquarum mineralium cathartiarum coctum, crystallizatum, aut ad siccitatem evaporatum. Quamquam & magna pars salis communis, sive marini dicti, quo cibos condimus, est sal fossile in aqua marina solutum purificatum, & evaporatum. Aut aliter sit sal illud catharticum ex sale fossili, sive marino, similiter soluto, atque inter concrendum insillando oleum aliquod Chymicum, puta Absinthii, &c. Nam varii sunt operandi modi, varii ejusdem fetè salis dicti cathartici sapores, juxta opificum diversam periciam aut versutiam. Neque mihi quomodo persuadere unquam potui, à primo ejusdem salis usu vulgari, aliud id esse posse, quam sal muriaticum arte alteratum; quandoquidem tam inexhausta salis copia, pro minerali aquarum cathartiarum habita, vili pretio passim suppetat, & cum tam exigua illius quantitas ex aquarum destillatione revera suppletur.

Quia etiam tametsi Curiosi facillè conjiciant, neque omnino dubitent, nitrum, alumen, vitriolum, aliaque salium genera, ex analysi aquarum mineralium exquisita, quam destillatio illis suppeditat, se invenire, ac detegere; tamen rarissimè aliud illorum

principium salium, aut causam falsedinis generalem comprehendere fas est, quàm sal Fossile in penetralibus terræ conclusum, & ejus mineras subterraneas rivuli aquarum præterfluunt, antequam earum scaturigines in conspectum nostrum prodeant. Et certè aquæ Fontium Mineralium falsedine majori, aut muriatica imprimis donantur, cum sale præfato primùm saturantur, sed postea per colatorium terræ, quam præterlabuntur, paulatim expressæ, magis magisque dulcescunt: quemadmodum & aquæ ipsæ marinae redduntur etiam dulces, per icatima terræ, lege naturæ circulatoria, circumfluentes. Sic sal marinum in terra sit fossile, ut fossile in mari sit marinum.

Ad hæc, aquas illas minerales catharticas, quæ minimum salis destillantibus præbent, & tamen purgandi facultate eadem pollent, qua hæcque plus ejus reddunt (quales sal perparcè suppeditantes sunt aquæ nostræ Epsomenses, & Richmondenses, in aère saluberrimò sitæ) sal noxium aliquod, præ aliis continere posse ad suspicandum inducor.

Denique falsedinem Oceani immensam, ex nullo alio fonte deducere licet, nisi ex quamplurimis mineris salis illius fossilis, per alveum maris longè lateque distributis.

De Variolis Anomalis, cum Morbillis consociatis. Ex Eodem, ibidem.

Cùm in Tractatulo priori noxam ægrotantibus formidabilem, ex medicamentis impensè calidis, Theriacâ purâ Andromachi, Mithridatio, aliisque similibus, non modò in therapia Infantum, verùm & Adultorum febricitantium adverterim, & crebris usurparim, sermonibus; Exemplum veritatis prædictorum maximè deplorandum, cum pace Superiorum, hic enarrabo, quò melius tanti Exempli autoritas alios à consimili infortunio, si Deo placeat, deterreat. Cùm primùm Serenissima Regina nupera nostra, immortalis corona jam fulgens in Coelis, mihi statum salutis Serenissimi Regis exinde etiam Beati, exponere dignaretur, quo tempore honos immeritus tanto Regi serviendi mihi concessus est; Regina, inquam, inter optimas, prudentissimas, dulcissimas, & maximè piæ (omnium quæ hæcenus ab exortu mundi, aut ubicunque vixerunt; & à cujus præsentia nemo sine gaudio & alacritate unquam discessit) merito annumeranda, de se ipsa narrare dignabatur: Quotiescumque se admodum malè valere: aut febricitare persensisset, sibi morem invaluisse, ex consilio Clarissimi Lovveri, tum defuncti, ut Theriacam Andromachi, ad sudores acciendos, sub ingressum lecti, haud parcè sumeret. Cui ego tùm temporis, duobus circiter annis priusquam Variolis illis perniciosis corripeteretur, ex quibus vitam mortalem cum immortalis commutaret: Esti veneratione non levi Doctissimum Lovverum semper prosequor, tamen mihi videtur Majestatem Vestram ex illo medicamento tam impensè calido extremum vite periculum subituram esse, quandocumque Vos detinebit Febris permanens & Continua. Nunquam enim vidisse contigit Febres magis exitiales, & Phrenesi furibunda citius conjunctas, quam in illis ægrotis qui Theriacam Andromachi, Mithridatium, & similia calidissima Alexipharmaca, ineunte primùm Febre inauspicato sumpserunt. Idque nocuum eò magis evenire solet, quò febricitantes fuerint temperamenti calidioris & sanguinei, & quo temperamento omnium optimo nemo Vestrum excellit. Porro Galenus, inquam, qui in laudes Theriacæ multiplices librum consilio scripsit, nusquam ejus usum ad Febres Ardentes, sed ad Chronicos

Chronicos solummodo affectus, ac venenatos, laudibus suis celebravit. Attamen his omnibus, aliisque ejusmodi oblivioni deinde traditis, & consilio celeberrimi *Lorveri* memorie firmæ etiamnum inscripto, Regine summè admirandæ, sub primam Variolarum insoltum, vespere prima Theriacam Andromachi sumere placuit, atque sudoribus nullis juxta consuetudinem emanantibus placuit manè insequenti ejusdem duplicem quantitatem iterare, ad sudores frustra eliciendos, priusquam Medicorum consilium exploraret. Sic visum est rerum omnium Sapientissimo Governatori Reginarum optimam à populo indigno in Cælos derepentè transferre. Nonquam tot lacrimis, tam veris fletibus, tam universis luctibus quisquam mortuum; nè parens quidem ditissimus à filio charissimo ante illam plangebatur. Neque enim tam Regine unius factura deplorata, quam Regni totius clades & ruina tùm temporis videbatur contingere. Veruntamen dolorem acerbissimum quem tantæ calamitatis memoria semper retinet, multum mihi minuit, quod scopulos illos, in quos naufragium fuit factum, ego indigitarem, & periculum futuri præmonerem.

Et quia nonnullæ Doctorum procul distitorum, & maximè transmarinorum criminationes super hoc funestissimo casu fuerint in vulgus iniquè disseminatæ, tam quoad Medicos quàm quoad morbum; ad veritatem rei certius cognoscendam pauca quedam scitu non indigna, permisso Superiorum exorato, adjicere non gravabor.

Variolæ, quibus pretiosissima illa vitæ tam subito abrepta est, fuerunt omnium deterrimæ, ac summè perniciosæ; nimirum cum Morbillis confociatæ, quasque Erysipelas in facie, Petechiæ, & Hæmoptysis usitato concomitantur. Et Medicos id temporis advertebam insigniores, cum alii Variolas comparere, alii Morbillos contendere, conjunctas fuisse morborum amborum vires, & quorum vim simul unitam me plus semel observasse, affirmabam. Quod quia nunquam à quoptiam Autore, quod scio, litteris consignatum, neque à Medico forsitan alio prius observatum, digressio hæc veniam facilius obtinebit.

De historia Variolarum illarum, ac naturæ penè Pestilentiali (quæ quantum ab errore isto Theriacali pendebat, facile est judicare) potui multa conscribere, sed ea breviter tantummodò perstringam. Die tertio morbi exanthemata in conspectum primum prædibant, cum tussi admodum molestâ; atque ea facie erumpentia, ut Medicis planè dubium esset, an Variolæ certè forent, an Morbilli. Die quarto Variolæ in facie, ac reliquo corpore, sub propria & distincta forma se ostendebant. Die sexto manè pustulæ Variolosæ per totum pectus in Morbillorum maculas rubras majusculas sunt conversæ. Atque Erysipelas, *Rosa* dicta, totam faciem intumescencia replebat, pustulis prioribus locum cedentibus. Illa vespere, Petechiæ plurimæ latiores, & rotundæ, in fronte supra supercilia, & in temporibus aspiciantur. Cum verò maculas illas non fuisse Petechiales, (quas mox venturas ego manè prædixeram) verùm Sphacelatas ob nigricantem earum colorem, quidam Medicus Peritissimus asseveraret, proximo manè diei post septimi, aliquot Macularum illarum phlebotomo Chirurgo celeberrimo, durante Consultatione pungebantur, & sanguis ex illis effluens veras Petechias tuisse demonstrabat. Post mediam noctem diei sexto succedentem, & quâ nocte ipse pervigilabam, magna anhelitus difficultas oborta est, & paulò post sanguinis sputum copiosum. Die septimo mictus sanguinis sputo ejus successit. Die octavo luvæ Morbillorum maculæ in pectore permanebant, sed in artubus inferiori-

bus, ubicunque fuerant pustulæ variolosæ, omnis illarum intumescencia protus evanuit, eaque in Maculas rotundas, pustularum magnitudinis æmulas, intense rubras, & summè coccineas versæ, superficie earum lævi, & nequaquam eminenti, instar Stigmatum Pestilentialium. Porò pustula una magna purè repleta, lato circulo coccineo Pustulam ambiente, instar cujusdam Anthrax, supra Cordis regionem à me tunc annotata est; & sub qua pustula plurimum sanguinis extravasati, aperto postea corpore, est repertum. Denique circiter mediam noctem animam sanctissimam, proli dolor efflavit.

Anatomica Inspektiones ex variis.

Variolæ lethales ob adjunctam Pulmonis inflammationem. Variolæ & Morbilli etiamnum partibus internis bellum indixere. In hepate puri à Morbillis extincti vermes reperti. Morbillis retrocedentibus uteri sphaeculus ciccò lethalis succedit. Ossa quorundam à Variolis extinctorum erosa fuere. Hepatis gangrena successit.

S. r. Quamvis morbi anno 1675, epidemii, paucis exitio fuerint, malignitatis omnis expertes, inter quos Variolæ & Morbilli, tota æstate vulgares, nonnullis tamen lethum intulerunt, vel ob præviam morbidum apparatus, vel quia pars aliqua nobilis ante debilis fuerit, in quam lævitiem suam clam exercebant; vel quia partibus etiamnum internis perniciem intulerint; vel ob naturæ ignaviam, quæ viroentum humorem omnem foras pellere non potuerit: vel quia ejusmodi exanthemata certis quibusdam familiis magis injuria sint; indicio sunt foveæ alius vultui insculptæ aliique nævi superstities: Mitto in curatione errores nimium frequentes, & abusus remediorum quæ à centro ad peripheriam turgentem spontè humorem incitant, à quibus incandescit & effertur, præceptaque in partes principes irruit: Lugubri fato Serenissimus Princeps Georgius, Hassiæ Landgravius, qui cum Seren. Fratre paucos ante menses Genevam appulerat, annum xvii. ægens, vobis reluctanter ereptus est: Junii die xxv. pro more mensæ accubuit; bihorio post, hora scilicet secunda pomeridiana, supervenit vomitus, phlegmatis non cibi, nihil enim in prandio assumpsit, accedente lumborum & imi ventris dolore: Qui S. P. à consiliis Medicis erat Excell. & Clariss. Dòm. Combach, nephriticum affectum suspicatur, quod alias non semel S. C. arenulas cum lotio exclusisset, idque mali Perillustri Familiæ gentium esset: Quamobrem clysterem lenientem & anodynum præscribit, à quo bis alvus commota, nequaquam tamen remittentibus symptomatis: quia protinus se iis adjungit febris, veloci pulsu & magno se prodens, sitis & alia: Quæ cum mihi narraret Clariss. Medicus, ab ejus sententia discedere coactis fui, utque perpensis ejusmodi symptomatis, tunc familiaribus illis qui Exanthemata illa sinu fovebant, de Variolis aut Morbillis imminentibus, protinus suspicio innata est, vel maximè quod in florido vultu oculi splendore micarent, neque adhuc S. P. tributum hoc perpendisset: Cum præsidia necessaria animo versarem, illi cè celeberrimo illud & necessarium se obtulit, Sanguinis missio, protinus, & priusquam exanthemata se proferrent quarto ferè die erumpentia, celebranda; ne elapsa, occasione periculum internæ hægmones, aut nimis sanguinis æstus incursaret S. P. At quia cum ad-

mod in Splendida Persona res erat, citra Seniorum & Saniorum consilium nihil moliri placuit: Porro quod nox ingruens generosi illius remedii usum prohibere videretur, interim oculorum, faucium, æstus & vigiliarum imminentium provisio habita, præscripto collyrio, gargarismate, julepo, refrigerante & humorum tumultum compescente: Postridie Junii 22. simul cum aurora tres alii advenere convocati Medici, experientia & doctrina celebres DD. *Alexander Diodati*, Facultatis Decanus, *Stephanus Le Clerc* Senator, & *Johannes Bonetus*: qui exploratis explorandis, consultationeque nobiscum inita, unanimi consensu propositam sanguinis missionem adprobarunt, eamque sine remora faciendam: Eo quod, experientia teste, ii, quibus maturè demittitur, faciliùs & feliciùs morbo defungantur, quia dempta fasciæ parte, levataque eo, quo velut onere premebatur natura, reliquum faciliùs superet, expellat & concoquat: Additum febrem Exanthematum productricem de synochorum genere esse, quas sanguinis fervor inducit: Pustulas emergere prægressio ejus in vasis orgasmo, fermentatione, & despumatione, quæ non potest esse non nimia in juvenili ætate, temperamento sanguineo, tempestate vernali simili, accedente uberiori victus ratione, sanguinis feraci: Consentire regionem natali S. P. solo tepidiorem: Nec prohibere inassuetudinem, alias præclusum iri fores non venæsectioni modo, sed cuicunque alii remedio: Imò allatum decantatum illud, primam venæsectionem perpetuo salutiferam esse: Apud nos ex arte factam efficax esse, citum & tutum præsidium: Interni æstus viscerum argumenta esse, linguam asperam, ad radicem nigricantem, incipientis alicubi phlegmones aut cacoëthiæ prælagium. E qua autem vena, & quæ quantitas sanguinis demenda esset ulterius perquisitum? Ac citra discordiam alterutrius pedis vas tundendum esse decretum fuit: Ejus quippe beneficio totius corporis depleri vasa, stante circulationis sanguinis doctrina, hinc beneficium in totum redundare: Febres pleraque tunc vagantes cephalalgiam, imò & delirium sibi adsciscere, quæ symptomata ejusmodi auxilio præcaverentur: Minus terrificam fore inexperto S. P. quod obtutum oculorum effugere liceret: Minorique virium dispendio fieri, quod pedes à fonte caloris sint distiti.

Tertio ergo à decubitu die, ante septimam matutinam, utroque S. P. pede in calidam demerso, quo tumentioris venæ electio fieret, è dextro sanguis eductus est, qui citra aliqualem virium casum rivulose ad uncias septem effluxit, vas dividente perito Chirurgo & venifeca Mag. *Dentand* juniore: Reclinato in lectum S. P. temperandi interni æstus gratia, & roboris partium principum, exhibitum Julep. perlatum: Circa meridiem leves pustularum efflorescentiæ, quæ sub vesperam delituerunt, saltem oculorum aciem effugiebant: Quamobrem è re visum fuit iis quorum curæ commissus S. P. expulsivam Emulsionem præbere, ex semine mali citrii, Card. benedict. napi aq. scorzonæ, scabiosæ, borrag. Confect. Hiacynth. margarit. præparatis, &c. quo latentes Variolæ iterum se proferrent, & impugnaretur cacoëthia jam tum suspecta; Arebant enim fauces & radix linguæ cum nigredine, absque *αἰσθησι* sitis: Admotus eodem tempore vivus pipio cordis regioni, speciebus cordialibus temperatis conspersus.

Nox sequens implacida fuit & insomnis, per quam pustularum, sed exiguarum in vultu & manibus, sinistra præsertim, copia emerfit: Febris erat mediocris, sitis non intensa: ideoque ad reliquiarum latentium faciliorem eruptionem, tantillum vini oligophori, ejusque dilutissimi (quod avidè expecta-

bat S. C.) semel concessum adjecto ovo sorbilli: Linguæ fauciumque scabritiei leniendæ ergo, præscriptus est assacorum succus, cum aquis convenientibus elicitus: Ad noctem sequentem præscripta Emulsio cardiaca leniens, leviter diaphoretica, quia natura segnius operi incumbere videbatur: admotique iterum cordi & plantis pedum pipiones, quo infra revellerentur vapores mentis arcem invadentes.

Die 5. Junii 29. hora 4. matutina, exhibuit nobis vultus pustulis, sed latioribus conspersus; jectigatio insignis erat & mutandi cubilis subinde desiderium: quod quanquam, retrocessionis metu, severe prohiberemus, consequi tamen à S. P. omninò sui juris, non licuit, qui in aliud grabatum transilierit: Interim linguæ scabrities cum faucium nigredine augeri, ac ranimarum vesparum intumescencia: Unde jam tum phlogoseos partium spirabilium opinio innata, consiliumque de iis ferro dividendis captum, quæ apertæ atrum craorem, quanquam saliva multa dilutum, effuderunt: Ptyalismos frequens S. P. molestus erat: Inspectæ fauces crassa phlegmata adhærentia ostendebant: Ad meridiem & vesperam intendebatur linguæ siccitas, cum appetitus potus imminutione, ea propter ad bibendum compellendus fuit S. P. quo pulmones humectarentur, (quos arefcere vox fusca & obscura ostendebat) & fauces crassa pituita obfessæ eluerentur: Siccitatem adaugebat linguæ *αἰσθησι* & aëris (ore perpetuo hiant) introsusceptio: Pustularum magna erat inæqualitas, quædam enim depressæ, aliæ eminebant, hydatibus aut phlyctænis similes; differebant & magnitudine, paucae erant magnæ, minimarum & miliacearum ubertas; præsertim in facie & malis, in quibus, cum rubore *ἰσθησι*, densissimè confixæ, herpetis miliaris speciem præ se ferentes, adeoque affectus ex variolis & morbillis misti, cum suspitione affectorum pulmonum, quanquam abesset tussis & libera esset respiratio: Iteratum Julep perlatum & Emulsio ex cancri.

Die 6. Junii 30. manè exanthemata paulò extantiora, linguæ siccitas adaucta, scabrities, nigrities: Vox propemodum rauca & tremula: deglutitio difficilis, sitis absentia, pulsus creber, sed sine anomalia, parvus & dispar affectui, calor mediocris, anxietas summa & volutatio in lecto; urinæ à naturalibus non aberant neque colore neque consistentiâ, partium thoracicarum præsertim affectarum indicium: Quæ cuncta oppressam naturam ob materiam in præcordiis latitantem arguebant: Ea propter ad cucurbitularum subsidium confugiendum fuit, eo in casu venæsectionis vices obtinentium: quæ senario numero admotæ sunt lumbis, natibus & internis femoribus: quæ quantumvis addita fuerit scarificatio, nequiquam tamen cruoris elicuerunt, quod totus in pectus confluxisset: Exinde porrectus fuit Pulvis ruber Pannonicus, cum cornu cervino præparato philosophicè, ex aquis scabiosæ, card. ben. Paulò post obrepit somnus, sequutus sudor pustularumque nova eruptio: lingua purior apparuit, minus aspera & crassa: Nocte instante, hora octava, sudor iterum prorumpit, quo deterfo S. P. hilaris fuit, vultus tumentior & exanthemata manifestiora.

Nox præcedens diem morbi septimam Julii, primam, implacida fuit quam S. P. sine somno transiegit: Variolarum eadem quæ pridie conditio, febris fuit manifestior, pulsus inæqualis & debiliior, alvus dura cujus molliendæ gratia injectum clysmâ ex carniū jusculo, oleo amygdalino, saccharo & pauco nitro depurato ad refrigerium: unica sequuta dejectio, sed larga cum scybalis: Pustulæ in brachiis & collo tumorem servabant, subsidentibus iis quæ in vultu: Genæ, dextra præsertim, herpete miliariceo infectæ videbantur, rubore intenso suffusæ: Calor rotius

totius acer & mordax, pulsus creber: Circa quintam vespertinam somnus obrepit, suavis, cum ipsius experrectus hilaris fuit S. P. cœnam sumptit, exacto bihorio Julep perlatum.

Diem 8. Julii secundam, nox præcessit quieta, et si somni sepe expertus: Faciei variole eodem in statu, in brachiis & manibus exteriores cum maturationis levibus indicibus: Pulsus quam pridie sedatior, lingua adhuc purior, abscedente foeda crusta circumvestiente: Data hora 6. dosis apozematis refrigerantis, alteranti. 10. clyster injectus ob subsistentem alvum & ad refrigerium: A prandio animi angor S. P. occupat & de morte imminente cogitatio: Vesperis alvus spontè & copiosissime solvitur, serosis prodeuntibus, superflite ad dejacendum mani stimulo, quamobrem lectum ut repeteret sollicitandus fuit S. P. cui redditum somnus duarum horarum invasit, à quo mœstus experrexit, respondere læcessit tenens. Dehinc Pulsus de magnitudine remittit, sitque crebrior, cum caloris intensione, tactum acriter ferientis, linguaque iterum aspera sit à disruptis eam obsidentibus pustulis. Potum ex toto malo citio dissecto, cum aqua & saccharo avidè exoptabat, qui illi paratus ex decocto radic. scorzonerae, cornu cervino, potiuncula citri & saccharo. Ad septimam vespertinam somno iterum præhenditur S. P. quo solutus ter alvum, at minus copiosè deposuit: Pustulis, in magnitudine admodum inæqualibus, interspersæ erant maculae, morbillis affines; exanthematum autem plurima subsidebant & retrocedebant: quædam puriformia erant, at revera inania. Labia, palpebræ densissime ab iis obsidebantur. Oculorum aderat rubor cum coruscatione: Sinistri adnata tunica ad minorem cantum ecchymosi erat foedata: Alvi cohibendæ causa præscripta est tinctura rosarum julepo Alexandrino commiscenda: Vaporibus cerebrum percelleretur, quos revellere fategimus pipionibus plantis pedum applicatis. Cordi item admotus sacculus ex cardiacis pulveibus conflat. Quoties potus & juscula offererentur, præmitteretur Pulvis ruber Pannonicus cum margaritis.

Dies 9. Julii 111. noctem sequuta est pacatior, hilari & benigno vultu nos excepit S. P. oculis nitore restitutus, pulsus vero creberrimus, parvus, calori, qui acriter tactum feriebat, non consentiens: alvus subtilit, sitis mediocris, semel enim per noctem potum expetiit. Exanthematum eadem conditio: Circa meridiem S. P. taciturnus fuit, vix ad interrogata respondens. Pulsus plenior & æqualior apparebat. Sub vesperam *δυσθυμία* somnus irrepit, Sopori proximus; excitatus occupati cerebri indicia dabat, vellicationem ægrè ferens & protinus in somnum relabens: Exindè manifestè vires collabi, inde spes, in sola juvenili ætate, collocata, retro collapsa referri; pulsus enim cum inæqualitate in horas minor fiebat: sopori etiamnum stertor accessit, eluto guttore desinens & absterfo viscido adhærente illi mucore; Ad merinoc-tium major virium ruina, vitalium & animalium: pulsus ex intervallis delitescerebat, ex intervallis resurgebat, collectantis naturæ cum morbo argumentum, hujus autem dominatum tenentis. Frigescerant extrema, ob retrocessum caloris ad intimas partes quem revocare tentabamus pipionum applicatione.

Dies 10. Serenissimo Principi fatalis fuit. Julii 4. circa secundam matutinam incanduit febris, non tam ex pulsus micatione quam vultus rubore & calore acriter feriente manifesta. Subsequutus est universalis sudor, ubertim manans & calidus, sed infrugifer, imo noxius, subsecuta inde spirituum, ac proindè virium insigni resolutione; Interim dum

animæ consulit Venerandus Pastor ingruit valida sed brevis totius convulsio, animæ abiturientis opinionem faciens, ad horas tamen aliquot cohibita cardiacorum efficacia & auxilio, quæ tandem horis pomeridianis terris valedixit, eam efflante lenissime & citra ullum suspirium Serenissimo Principe.

Observata in cadavere Serenissimi Principis Georgii Hassia Langravii, &c.

1. Nullæ maculae, seu petechiæ in habitu corporis deprehensæ, at insignis livor à summa cervicæ ad imos lumbos expansus: Pustulae plurimæ artus & pectoris regionem obsidebant, nullæ in abdomine notatæ.
2. Apero corpore, Intestina flatibus tumida apparere.
3. Musculi abdominis & thoracis excarnes & sine pinguedine.
4. Omentum lacerum, discerptum, mediam dumtaxat intestinorum partem cooperiens.
5. Mesenterium integrum.
6. Venterculus contractus & inanis.
7. Hepar summum incolume, sed magnum, Extremi lobi nigricabant.
8. Lien sine labæ.
9. Cystis felicia cruorem nigricantem continebat.
10. Pancreas naturale.
11. Renes salvi: Sinister dextrum duplo mole superabar. Pelvis dextri aliquid mucii continebat.
12. Copia insignis cruoris nigri in cavitate pectoris & abdominis.
13. Cuncta massa sanguinea nigricans, adusta, naturali crassior.
14. Pulmones sinistra parte liberi; dextra infimæque costis & dorso annexi fibrarum membræarum ope, (idem observatum in Cadavere Serenissimi Farris Parisii dissecto, referante Clariss. D.D. Combach.) Parte dextra concava inflammata: Lobus sinister superior maculis nigris conspersus erat: In dextro animadvertus abscessus incipiens, jamque purulentus.
15. Cor integrum, sed parvum, quale generosis adscribitur.
16. Pericardium humore penè destitutum.
17. Vesica urinaria inanis & parva.
18. Lingua & Fauces variolis obsitæ erant.
19. Ab iis immunis epiglottis & tota aspera arteria.
20. Caro musculosa valdè sicca & nigricans.
21. Cerebrum integerrimum.

Scholium. Interiorum viscerum examen non Variolas solum Serenissimo Principi funestas fuisse, sed præcipuè cacoethiam, ex intenso metaphreni lumborumque livore se prodentem, palam facit: Cladis verò potissima causa extitit Pulmonum non una simplexque læsio, quorum uterque lobus diversimodè affectus fuit: Porro quanquam cum exanthematis solis pugnam initam existimatum sit; Malignitatem talis etiamnum ab initio, & cum suscepta consultatione suspectam fuisse, testimonium perhibent qui delibantibus Medicis adstiterunt; Revera levis Phantasie error ingruente morbo: Lingua aspera & ad radicem atroce tincta Pulsus calori acre non respondens: Urinæ toto morbi decursu naturalibus affines, Sitis exigua præsentibus causis sitiferis, insidam jam tum morbi indolem designabant: Hanc verò cacoethiam inflammationi cuiusdam internæ adscribendam esse, potius quam humorum occulto vitio, recensita signa innuebant. De Pulmonum læsione etsi aperte non constaret, quia respiratio sit erat libera, aberat tussis, halitusque oris nihil ingratis affererat; Ex lingua tamen, quæ

in morbi progressu *νεκρωσιον* apparuit, densa, tumida, *πυκνὴ*, ac ranarum venarum illi subditarum intumescencia, Illos inquam labis non fuisse expertes jam tum quodammodo constabat. Nec alio consilio illorum vasorum facta fuit apertio, quod beneficium ejusmodi phlebotomes in ipsos pulmones corrigari non ignoraremus: Iteratæ enim, in brachiis faciendæ ex artis legibus, ad inflammationis progressum cohibendum, nobis est accisa potestas, atque ad nutum aliorum Medica præcepta facere cunctanda.

His concurrentibus, mirum nemini sic abreptum fuisse desideratissimum Principem, quem è mortis faucibus nullæ manus, nisi Divinæ eripere valebant: Præsidia enim variolis adversantia, omnino alia sunt quam quæ Pulmonum phlegmoni destinantur: Hæc multiplicem & repetitam venæsectionem exigunt; exhauriendi quippe pulmones, & ad sanguinis egestatem deducendi, quo progressus inflammationis arceatur. Atroxiam esse sanguinis missionem ab exanthematum eruptione, imo lethiferam esse, vulgaris rumor est: contrarium tamen docente experientia, qua teste multi letho proximi, jamjam suffocandi, saluti restituti, statim ac ad aperta vena est assidim erumpentibus variolis, quas ad exteriora præsidium id evocat, nedum retrocedere cogit, quod ab imperitis traditum. Fidem faciat Nob. juvenis ex Illustri Chabotiorum familia, annos 17. natus, qui per paucos retro dies ante S. P. fatum Variolis prehensus est: his ad maturitatem deductis, levis alvi fluor supervenit; hinc subita earum delitescencia, febris excandescencia, imo phrenitis, præcipitem enim se, ni cautum fuisset, per fenestras dedisset: Pulverum alexiteriorum & expulsvorum exhibitionem catervæ adstantium urgenti strenue obtinimus Ego & Excell. ac Clar. D. D. Alexander Diodati, qui præscripta in malleolo venæsectione, (unde sanguis, etiam pede in aquam non demerso manavit, eodem ipso momento sedatum delirium, æstus deseruit ac exanthemata ubertim erupere) desperatæ valetudinis Nobiliss. juvenem salvum fecimus.

Malignitatis astem habitam fuisse rationem Medicamentorum præscriptorum series ostendit, quorum ope tota exanthematum materia ad corporis ambitum detrusa fuit: nulla quippe in interioribus visceribus visui se obtulerunt, quæ, pulmones si excipias, salva & illæsa fere apparuerunt.

Cruor ater in capacitate abdominis & thoracis repletus, dabitandi ansam præbet, cultrone anatomico ejus effusio adscribenda sit, an causæ intrinsicæ, quandoquidem dissectio anatomica condituræ cadaveris gratia præcipuè suscepta, accuratam & sedulam manum postulare non videbatur, ut idem ab incauta vasa majora læsa esse videantur, quod Clar. D. D. Combachio placuit: Si tamen effusi cruoris qualitas, atris, crassis & pene concreti perpendatur, Si pulmonum affectus, gravi inflammatione imo & abscessu tentatorum, Nil absurdi dicturus videtur qui sponte referata fuisse vasa sanguifera asseruerit, sanguinis acrimonia eorum quodpiam erodente, vel orificia ut hiarent cogente: Totus enim in thoracis capacitatem confluerat, inde per discissum septum transversum in abdominis cavum, quæmobrem insignia vasa inania se obtulere: Inde ratio deducenda videtur quod admotæ cucurbitulæ, quamvis adhibito scarificatu inanes remotæ sint: Illam autem vasorum referationem, & cruoris extravasationem, tum demum contigisse censendum est, cum gravis syncope quatuor ante obitum horis S. P. pene abstulit, tunc temporis à nonnullis disrupto interno tuberculo adscripta, aut terro cuiusdam vaporis ori ventriculo infesto; At fugax illa fuisset, nec tanto molimine ad virium revocationem opus fuisset, quæ exinde ma-

nifeste atteri, opinioneque citius collabi visæ sunt: Candidæ denique Animæ ab ergastulo separatio idipsum innuere videtur, citra vel leve suspirium superna repetentis, quod mortis genus is præsertim accidit quos subita sanguinis eruptio abripit: Gravis lucta alias juvenum obitum præcedat, natura quoad licet cum morbo dimicante.

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras, quod certamen in S. P. observare non licuit, ob naturam præsidii suis destitutâ, sanguine scilicet & spiritibus.

Cruoris calor ater, incendii febrilis interiora devassantis index fuit, qui vix & ex intervallis tantum ad exteriora se expandebat, retractus ad viscera ab eorum caumate & phlogoseos pulmonum magnitudine. Inde quoque causa repetenda quod pepsimum nullum receperint pustulæ, qui à calore tepido non intenso perscitur, & quia puris generatio sanguinem domini naturæ capacem, nec omnino ab ea alienum supponit.

Dum condituræ incumbere Chirurghi, maculæ, ante non animadversæ, oculis se obtulerunt, quæ judice Clar. D. D. Combachio, Petechiæ erant; Assensum vero ut non præberem, (parcat Vir. Excellentiss. & mihi amicissimus) in causa fuit, 1. Petechiarum indoles, quæ in mortuis se produnt, sed statim ab excessu, dum caloris supersunt vestigia, tenuem materiam ad ambitum trudentis, adhucnum mobilem: Extincto vero calore, oclusis omnino poris & densatis, humoris nulla expulsio expectanda: 2. Earum macularum origo, quæ nihil aliud fuerunt quam pustularum, seu variolarum, toto morbi tempore admodum depressarum reliquæ, absterfa scilicet eminentiori & cutis superficiem excedente parte, à frequenti per spiritum vini elotione imo & absterfione. Clar. Theophil. Bonet. in Sepulchretis seu Anatomia Practicâ.

§. 2. Observatum quosdam ab interitu dissectos, quibus Jecur, Lien, Pulmones, omniaque interiora, haud secus atque cutis, sordidissimis papulis manantibus scaterent. Fernelius lib. 2. cap. 12. de abdominum causis.

§. 3. Id mihi videre licuit in duabus puellis quarum una quatuor, altera 17. annos natæ erant: utriusque enim ex morbillis mortuæ & dissectæ interiora viscera crustosis pustulis, his similibus quæ in cute emergunt, obrita visa sunt. Paræus lib. 19. cap. 1.

§. 4. Illust. quidam Comes Variolis correptus ob febris & Dysentericæ vehementiam septimo die morbi mortuus est. Dissecto Jecur, Lien, Pulmones & intestina haud secus atque ipsa cutis sordidissimis papulis manantibus scatebant: unde forsitan factum quod in exitis Gloriosissimi Romanorum Regis talia quidam notantes, dixerint gravissimis affectibus obnoxium fuisse, quos propter ad senium non aspirasset. I. D. Horstius observ. Anat. 9.

§. 5. In aperto cadavere Illust. Principis Regiæ Mariæ Auriacæ, Londini Variolis extinctæ. 1. Cutis exterior scædata hinc inde apparuit tumoribus sublividis, & totum dorsum, hypochondrium utrumque & thorax, cum pustulis magnis sanie multa repletis: 2. Aperto abdomine Omentum apparuit semiputridum & superiori parte aliquantulum consumptum, nec non prope Lienem valde inflammatum: 3. Lien omnino mollis flaccidus & semiputris: 4. Ventriculus anteriori parte inflammatum, intus aphthis multis, & in fundo longiori glandula præternaturali obstitus. 5. Hepar parte sinistra maculis scædatum & prope ad gangrænam usque inflammatum, cum summa parenchymatis flacciditate. 6. Pulmones ex utraque parte pene putridi & sanguine nigricante pleni, & tota superficie maculis & pustulis insignibus conspersi. 7. Cor molle, laxum, flaccidum parenchyma ejus ferme consumptum. 8. Renes satis sani, nisi quod sinister ad inflammationem tendere videbatur.

Thom.

videbatur. Thom. Bartholinus cent. 3. observ. 29.

§. 6. Infans nuper natus Variolis inficitur quibus suffocatus interiit: Cadaveris resecti thorax aqua viridi repletus cernebatur. Parentibus persuasum ex ulcere dimanasse, quod ex collo improvide depulerant; crediderim verius ex pustulis exstulasse, quibus in variolis etiam Pulmones solent infestari, unde suffocatio: Vesicula biliaria versus intestinum duodenum obturata causam aperiebat obstinatæ alvi quam Infans passus fuerat: Hepar, ut in infantibus solet, inusitatæ & magnitudinis & figuræ, exsuccum tamen & pallidum supra intestina initar omenti sternebatur. Lien à sano vix differebat. Pancreas pustulis plenum, & cor circa basin profundius adipi immergebatur. Thom. Bartholinus cent. 4. histor. 42.

§. 7. Equitis Torquati D. de Rochefort, filio annos 12. nato erumpunt Exanthemata; Cum desavire viderentur, sputi & expectorati cruentum, nec non meit cruentum, idque abunde: Coguntur Medici, etiam presentibus ex anthematis, venam aperire. Evacuato per viam urinariam sanguine, tandem moritur.

Aperto cadavere, internum etiam corpus esthythymatis scatebat: Rupta erant vasa sanguinis, & in regione renum multus collectus erat: Hoc symptoma novum deprehensum est. Ballonius Epidemior. & Ephe-mer. lib. 2. pag. 207.

§. 8. Experientia confirmat quod sæpius interius etiam etiam undique variolarum eruptionibus viscera fuerint infecta, quemadmodum scio id ipsum in corpore demortui cujusdam Landgravi Junioris, ex variolis obeuntis, fuisse observatum, ubi propter malignæ materiæ coarctationem, non tantum exterius undique totum corpus inficiebatur sed interius etiam ipsa viscera pustulis scatebant. Gregorius Herthius oper. Tomo I. p. m. 140.

§. 9. Unum in mentem revocabo, Variolas inter morbos cutaneos reponi, quia id quod in iis manifeste se prodit, est cutis foedatio: nihilominus in dissectionibus sæpe semper viscera reperiri, non secus quam cutem, his tuberculis conspersa, lienem, jecur, pulmones, pancreas, & reliquas interiores sedes hac labe infectas. Roder. à Castro, Quæ ex quibus lib. 3. cap. 16.

§. 10. Grassantibus Amstelodami Variolis anno 1669. inter alios unus, cui posteaquam cum ardentissima febre natura variolas foras protrulisset, ex subitò repercussæ intro recessere; nec procedebant ad requisitam hoc in morbo, si sanandus sit, maturitatem: hinc puer omni expectatione citius suffocatus subito interiit.

Quantumlibet ingrata videretur ejusmodi corpulculi contrectatio, tanti mihi tamen videbatur scire tam subitæ su locationis causam, & viscerum interiorum tali in morbo constitutionem, quam nisi cultro suo Anatome revelaret, perpetuis tenebris involveret sepultura: Inveni ergo Pulmones ita undique Variolis intus & foris plenos, ut nihil profus in iis sani conspiceretur. Erant autem Variolæ istæ in vigore suo, maturæ & pure argentes, quæ etiam flavæ cujusdam aquæ tantillum in cavitatem pectoris infuderant: ut mirum non esset tam misere afflictum viscus non sufficere potuisse respirationis officio: Ubi descendo ad inferiora, ecce tibi Lien, non minus quam Pulmo infectus, tumidus & durus: Intestina hinc inde tantummodo apparebant vestigia Variolarum, quasi gemmis distincta, sed Hepar intactum & sanum persisterat. Theodorus Kerkringius Observat. Anatom. 62.

§. 11. Puer cum Morbillis laboraret, & ratione eorum vitæ functus esset, dubiam erat inter nos morbillivæ partes tum interiores, viscera puta affe-

rum aperti jussit ut viscerane aliquid passa essent cognosceret, Eo ergo aperto, habita primum ratione Hepatis, cum in sanguine hic morbus sedem habere censeatur, invenimus vermes plurimos in ipsis venæ Portæ ramis, & quidem in ipsis Hepatis ramis: quorum alii quidem viventes adhuc, alii vero emortui: hi rubri, & pro ratione loci in quo continebantur oblongi erant, satis item magni, sed molles ad tactum, gibbosi item quoad superficiem, ratione corporis concavi in quo geniti fuerant: Ex observationibus Joh. Baubini.

§. 12. Anno 1675. Dominica SS. Trinitati sacra; venit Thorunium Illustr. Comitissa à Diot Hof, & c. cum Nana Russa, 36. annos nata, jam per octiduum nephriticis doloribus gravissimè divexata, quibus tandem paulum sopitis, novum symptoma supervenit. Morbilli purpurati cum febre continua, cum altera die mox evanuisent, natura jam & doloribus nephriticis summe debilitata succumbente, accedentibus levissimis convulsionibus, eadem vitam cum morte commutavit.

A morte ipsius Illustr. Domina causam ejusdem mortis repentinæ indagare cupiens, ut sectio cadaveris institueretur rogat, quam etiam me presente peregit Georgius Grunach, Chirurgus, ubi tum cor inventum est flaccidum sine ulla pinguedine, & absque hamore in capsula ejus Pulmones lividi: Ren sinister, omni itidem pinguedine, destituebatur, in quo calculus phaseoli magnitudine reperitus est: Ren autem dexter naturali similis fuit, in quo etiam calculus qualis in sinistro, sed minor latitabat. In ureteribus nihil, Vesica ab urina vacua: Uteri autem fundus tam ab extra quam ad intra sphacelo correptus fuit, qui etiam absque omni dubio tam repentinæ mortis causa erat. Hoc in casu Epigenesis Rod. Castrensis pulchrè confirmatur, Vide l. Quæ ex Quib. Simon Schulzeus in Miscell. cur. ann. 1674. 1675. & 1676. pag. 221.

§. 13. Quoad prognoin Variolarum & Morbillorum, affinitate summa conjunctorum affectuum, asserere licet subesse deleteriam & contagiosam qualitatem, non humoribus solum & partibus carnosis infectam, sed ipsis etiam ossibus, quæ ab ea lue non secus ac à Venerea corrodamur. Id quod non solum anno 1568. experiri licuit, sed & sæpius per longum vitæ spatium à Deo mihi concessum. Insigne vero suppeditavit exemplum & mirum puella quinquennis circiter, filia Claudii Pique Regii Bibliopægi, quæ ob Variolas decubua per mensem, natura autem veneni non potente, abscessus sterni regionis innati sunt & humerorum commissuris, hinc humor virulentus sterni ossa omnino corrosit & separavit, simul cum epiphysibus ossium humeri, simulque partem maximam capitis homoplæ: Testes habeo Domini Myron, Regis Consiliarium & Medicum, & J. Doreau, Comitissæ Bryaneæ Chirurgum, coram enim illis dictam puellam cultro Anatomico subjeci, in qua prædicta à me deprehensa sunt: Rolinus Marie, Conspectiorum Venditor Parisiensis, ad me adduci caravit puellam quatuor annos cum duobus mensibus natam, cui universum corpus pustulis conspersum erat, ossa præterea brachiorum & crurum putridis abscessibus, fracturis cum putredine, tentata, comite febre ardente, cui manum admoveere reusavi, postridie morte succedente: In multorum præterea gingivarum caries & putredo deprehenditur, magno cum scetore: ejusmodi corruptio ortum ducit à putridis vaporibus, ex interioribus partibus ad os elatis, ac plerique eorum quanquam magna adhibita diligentia intereunt: In multorum præterea cadaveribus à variolis interemptorum impressus nævus & intemperiei notæ insignes in visceribus observantur, in jecore, liene, intestinis, hinc plurimi in hydrope delabuntur, phthisia, raucedinem, dyspnoeam,

diar-

diartheam cum uiceribus intestinorum, ac tandem mortem, prout pustulæ in partes internas sævie unt non secus ac in exteriores: Quoad has, non solum inde deformes evadunt, vultus præsertim, à pustulis & ulceribus cutem pervadentibus & carnem subditam erodentibus, unde foedæ cicatrices superfluites sunt, sed & quandoque motu articuli privantur, cubitorum præsertim, corporum, genuum & pedum: Quibusdam cæcitas omnimoda inducta, alii audiendi facultate orbati sunt, alii odorandi, ab excrecente carne in narium & aurium canalibus, quod in cæteris corporis partibus accidit, tam interioribus, quam externis: Tandem assero, omnes abscessus, quibus ob variolas tentatur pueri, & morbillos sufficienter non erumpentes, veneni & malignitatis expertes non esse, ob humoris virulentiam, ob idem difficillimæ esse curationis. Paucis, Si corpus variolis & morbillis non rite expurgetur, æque molesta & periculi plena exoriantur symptomata ac à Lue Venerea. *Parvus operum lib. 20. cap. 1.*

§. 14. Mitto programma quod immaturus Episcopi Halberstadenensis apud nos obitus à me vice Rectore Academico exegit, ut haberes ansam de gangræna Hepatis, quæ sive causa sive affectus extitit, una cum variolis in tam tenello corpore deprehensa fuit, cogitandi. *Henningus Arniseus Epist. ad Greg. Horstium.*

Variolarum nova species, Rossalia dicta, lethalis duobus infantibus, ob supervenientem Pulmonum inflammationem & abscessum.

Puella septenni & puero novenni quomodo Rossalia internecioni fuerit, adscribam, Scilicet cum uterque jam constitutus esse putaretur, præter expectationem novo symptomatum turbine abripitur, vitæque naufragium pati cogitur, illa quidem maturius, hic vero paulo serius, cum enim consueta symptomata, ut pote 1. Intensus calor, 2. rubor universalis, 3. sitis, 4. delirium, 5. catarrhus ad fauces, 6. appetitus defectio, &c. remississent, cuticula squamatim excoriari inciperet, dolores quin etiam extremorum lenirentur, Ecce, morbi die 12. novus rigor puellam invadit, quem novus calor urentissimus insequitur, tanta pravorum symptomatum syndrome stipatus, ut ante diei naturalis elapsam spatium, vitæ cum morte permutatio oboriretur. Sic Rossalia quidem tota evanescebat, sed pessimam post se sobolem reliquebat: quippe pedibus, cruribus, scroto, ventre ac facie puer intumescibat, cum genarum nonnullo perpetuo quodam rubore. Febricula irregularis ipsum fatigabat, tussiebat, sed pauca expectorabat, eaque spumosa saltem & puitosa, difficulter respirabat: sepriduo antequam moreretur, noctu tanta respirationis difficultate corripiebatur, ut non nisi erectus spiraret: nullibi præ summa anxietate consistere poterat: de pondere intra pectus conquerebatur subinde, sternebat moribundorum instar, facies tota nunc pallecebat, nunc lurida redebatur, nunc aliter pingebatur: Pulsus intercipiebatur frequentissimè, uti & respiratio: breviter jamjam expiratorum credebant omnes. Post exhibita discutientia, resolventia, expectorantia, & spiritus ac cor rescipientia, meliuscule nonnihil habere incipiebat, donec à meridie rupto pulmonum abscessu, & pus & sanguinem atrum tussi rejiceret: De abscessu itaque certior factus, insitit abstergentibus & expectorationem promoventibus; interpositis interim roborantibus necessariis, sed quid sit? Septimo à paroxysmo isto suffo-

cativo die anxietas eadem revertitur & circa meridiem ægram perimit. Cùm igitur Pulmonem inflammatum fuisse, & in abscessum inflammationem dudum transisse, ex signis minimè fallibilibus didicissem, ut pectus primo omnium aperiretur suasi.

Eo aperto, tota Pectoris cavitas aquâ citrinâ difflata; Pulmonesque ambo toti lividi & gangrænosî conspiciabantur: Quin sinister dissectus in interiore sua substantia magnum itidem abscessum ostentabat, reliquaque ipsius substantia digitis contractata facillimè disfluebat; Postquam ad abdomen perventum est, innatabant simili aquâ tota intestina: Omentum prope consumptum viscebatur & ad superiora retractum: Hepar pro individui ratione portentosæ magnitudinis erat, subpallidum, & tam longo, qua ventriculum contingebat, lobo præditum, ut non tantum totum ventriculum tegeret, sed & in sinistram usque hypochondrium exporrigeretur, atque Lienem, qui minutulus erat, de sede sua versus renem sinistram deprimeret: Vesicula fellea & ipsa prægrandis erat atque pallefcens: Hæc pueri est historia. *Michael Doringius Epistol. 18. ad Semerium.*

VENÆ - SECTIO.

Vena - sectio, quæ Aliis pro Panacæa, Morborum propè omnium debellatrice, habita est: Ab Aliis prorsus proscripita, & procul à Medentibus recedere sinit damnata: Et tandem apud Alios moderatores, nec omninò è forò Medicò eliminata, nec etiam in quibusvis indiscriminatim ægritudinibus admittenda, medium tenuit locum, & si ita loqui licet, ad pondus & iustitiam sinit administrata. Inter primos meritò recensendus venit Leonardus Botallus, Astæ, Civitate Pedemontanâ, oriundus, & Caroli IX. Galliarum Regis Consiliarius ac Medicus; cujus Methodum non minima pars Medicorum Parisiensium pro tempore adoptavit, & forsan præcipuè Eruditissimus Guido Patinus, ut ex ejus Epistolis colligere licet. Inter secundos enumerari debent Medici omnes Spagirici, qui à Principibus suis [inter quos eminent Paracelsus & Helmontius] edocti, omnem sanguinis emissionem reformidant, ac, ut loquitur præmemoratus Helmontius, tanquam sacrificium sanguinis humani, Deo Moloch impiè, & in perniciem eorum è quò educitur, oblatum reputant. Horum Principis & Doctrinæ, nescio quò fatò, implicitus Præclarissimus & verè Doctus Lucas Tozzi, in suis ad Hippocratis Aphorismos, Commentariis, contra sanguinis educationem, non parum solidè, ex suo Systemate, disputat. Tandem mediam viam calcitam cernimus, tum à Præstantissimò Willisò, tum etiam à Famolisissimò ac Accuratissimò Bellinò, qui ejusmodi evacuationem ad Leges Geometricas in Scriptis suis revocans, nihil eorum omittit quibus Chymistarum hæc in parte Doctrinæ occurri possit. Omnes Virorum præmemoratorum Tractatus, seu Dissertationes, ordine jam designato adducemus. Sit itaque primò,

Leonardi

Leonardi Botalli, Astenfis, Christianis-
simi Regis Caroli IX. Serenissime Re-
ginæ, & Invidiosissimi Ducis Brabantie,
Andium &c. Comitum Flandriæ &c.
Consilarii & Medici.

De Curatione per Sanguinis missionem Liber,
postremâ Auctoris manû recognitus.

Leonardi Botalli ad Benevolos Lectores.

P R Æ F A T I O.

Haud ignoro, Equi Lectores, fore multos, qui conspecto huiusce nostri libelli titulo, aut eorum tantum auditu, protinus eum inutilem iudicabunt: quoniam de hac materia, & sub eodem titulo, per nihil commentarius à Galeno sit nobis relictus. Alios vero, qui non inutilem modò, verum etiam & temerarium nuncupabunt, utpotè quod Hippocratis interdum, & Galeni doctrinam, redarguere minimè vereatur. Verum enim verò si ab censoris animo livor & inscitia absint, is profecto hac nostra scripta potius cum dictis auctoribus, & aliis sapientis cultoribus, & rectis artis usibus convenire, quam dissentire, recognoscet. Quandoquidem nemo sapientum non liberè fateatur, propriam opinionem prius esse impugnam, & resiciendam, quam aliena sententia veritatis integritatem violandam, vel occultandam. Hinc Aristoteles, veritatis amorem benevolentia Platonis, Socratis, & sui nominis se præferre, multis locis declaravit. Hinc etiam suscipimus, & veritatis amantissimus Hippocrates, nulla affectus erubescencia, causam interitus Antonomi, Eupolemi, & aliorum aliquot agrotantium, de quibus meminit, sua & suorum sodalium negligentia vel ignorantia iribere non est verius. Quos [ut inquit] forte servassent, si diligentius, quæcunque artis erant, in illis expendissent, & præstissent. Aliquando etiam Galenus, & alii plures celebres scriptores, se in Medicina errasse fatentur. Si igitur hi, errore suo recognito, sibi in publicam utilitatem parcere minimè voluerunt, cur nos, illis defunctis, in eadem causa multis hominibus exitiali, ignoscere debemus? At si, re neglecta, Hippocratis & Galeni auctoritas in omnibus præferenda est, tunc turne, rogo, illorum præcepta Medici nostri sæculi, qui gravidis mulieribus, & pueris quartumdecimum annum non attingentibus, & senibus sexagesimum aut septuagesimum excedentibus, sanguinem mittunt? Frequentissimo tamen usu compertum est, id fore his omnibus efficacissimum & tutissimum auxilium. Consentiant præterea cum Hippocrate & Galeno Neoterici, qui forte nos hoc loco, non minus iniquè quam leviter, damnabunt, dum corpora eorum, quas alvi protuberis conficit, non univè duntaxat aut geminata, sed pluribus vicibus repetita purgatione, lacescunt, & consumunt? At tamen non minus hanc Galenus in profluvio ventris arceri voluit, quam sanguinis missionem, imò pari modo utramque evacuationem dixit esse, tanquam insensissimum hostem, abdicandam. Ergo si, quia purgatio in cita alvo quandoque utilis est inventa, nihilominus contra veterum sententiam usurpatur: Cur cum in eodem casu aperta vena plus illa prodesse sit cognita, tollenda est à presidium serie propositæ agritudini conferentium? Quanto enim eo sit usui,
Tom. IV. Pars II.

quamque efficax, non solum in multis fusa alvi generibus, sed etiam quamplurimis aliis morbis, quibus inconsulto, & magno mortalium malo, plerique recentium, & olim præteritorum Medicorum, adversam esse existimaverunt, per sequentia docebimus: inter qua fideliter, varia artis exempla, evidentissima ratione confirmata, inseremus, à nobis non temerè inchoata, neque infeliciter absoluta. Asserentes sine mendacio & fraude, nunquam nos hoc auxilio fuisse usos indecorè, aut ex quo infelix ullus casus sit subsequutus, qui vel animum nobis aliqua peccati conscientia stimulaverit, vel agris, aut aliis [quod perceperimus] quorum patientis salus interesset, justam suspicionem fecerit illius increpandi vel damnandi. Res certè non prudentiæ nostræ, sed clementiæ & benignitati sapientis numinis referenda. Quod nempe suppliciter deprecamur, ut & his, & omnibus aliis nostris consiliis, institutis, & operibus veli præesse. Visum est nobis, hæc qua jam à quinquennio continua oratione exaraveramus, nunc per capita pariter, quo legentibus res ipsa gratior redderetur, nulla interim in illis magis quam in his duabus epistolis nuncupatoriis, mutata aut sublata priorè sententia, sed roborata potius & confirmata validioribus argumentis, & historiis seu exemplis scitu dignissimis, auctaque multis aliis fructuosissimis difficilissimarum questionum, ad præsentem materiam pertinentium, discussionibus, antea à nobis non expositis. Non quia ab eo usque tempore nobis non esset in animo id faciendi ut nunc, sed quoniam videbamus, jam satis multa nova de hac re in illa comprehendisse, nisi etiam & alia creditu difficiliora (ut verissima tamen) adungerentur; ut, sanguinis missionem esse senibus & gravidis mulieribus utiliore & magis necessariam, quam juvenibus & mulieribus non gravidis: Sanguinem novum, non esse veteri, & eo qui emittitur, deteriore: Crisi imperfecta, & illaudabili accedente (nisi in certis deploratis) sanguinis missionem præsentaneum esse presidium: Nullo in pestilenti morbo sanguinis missionem esse inutilem; & alia nonnulla, in quibus Medicorum vulgus imprudens peccat. Quæ profecto non dubitamus futura Medicina studiosi, & reliquis mortalibus utilissima, licet hoc non æque verbo, ut corde, ingratos homines fassuros, minime dubitemus. Sed malumus multis ingratis benefacere, quam paucos gratos, & innumeros alios, quibus neque gratitudinis neque ingratitude nomen convenit, hoc beneficio privari. Valete. Datum Antverpiæ, Idibus Junii, 1582.

Leonardi Botalli de Curatione per Sanguinis Missionem Commentarius.

C A P U T I.

Quo modo veteres sanguinis missione sint usi, & in quibus morbis; & in quibus etiam non; & quid sit Sanguis, quo modo gignatur, quoque modo sit corpori utilis vel inutilis.

Non solâ asseveratione eruditorum Medicinæ parentum comprobatur est, sed operibus artis, quotidie sine ulla disensione confirmatur, facultatem medicam circa duo potissimum versari; videlicet circa detractionem ejus, quod in corpore exuperat, & additionem ejus, quod deest: quibus si tertium, quod sanè horum medium est, tutelam scilicet ejus quod est à natura rectè constitutum, adjiciamus, nihil deliquerimus. Quæ sententia
B b

teana lucidissime approbat, Medicinam undique Naturæ rectè operantis esse æmolam, imitricem, & ministram: cum illa certè nihil amplius præstet, aut præstare satagat, quàm augere deficiens, imminuere redundans, &, quoad fieri per eam potest, in proprio statu servare id, quod à natura integrum est factum.

§. 2. At cum admirabilis hæc ars tam paucis comprehendatur, parvo propterea tempore, & minore adhuc labore posse comparari, multis videri poterit. Verum tamen non sic res habet, eo quòd maximum inter rem & verba, aut inter dicta & facta (ut vulgari proverbio dici solet) discrimen intercedat. Ergo quia Medicina ex iis disciplinis est, cujus vis & finis, non penes verba aut orationem, sed penes actionem consistit: Idcirco operæ pretium, imò & pernecessarium erit, illam factitare, vel docere volenti, magis in idonea operum actione, quàm in facunda oratione, vel arguta ratiocinatione, esse versatum: cum certissimum sit, eum, qui sola lectione, auditione, & meditatione illam didicerit, non aliter posse eam exercere aut docere, quàm aliena dicta aut scripta sequendo, aut illa referendo instar convallium & anteriorum echinorum, quæ alienæ dumtaxat vocis aut sonitus imaginis est relictæ. Qua occasione, egregium tyronibus monumentum memoriæ reliquit, divinus Hippocrates, dum dixit: *Inanem futuram expectationem ejus, qui multasdam dogmatum hujusce disciplina lectionem se posse consequi speravit, citra exercitationis constantiam.*

§. 3. Ergo cum ex tribus enumeratis Medicinæ partibus, illa frequentissime in usum veniat, quæ circa superfluum detractionem consistit, hæcque ipsa multorum sit generum; de sanguinis missione nunc agere instituimus, quæ cunctis evacuandis auxiliis, humano genere salutaribus, præstat facilitate operis, toleratu, securitate, utilitate, & temporis antiquitate: utpotè cum vetustissimus & eruditissimus Hippocrates, illam in nullo penè morbi genere omiserit, & ejus innocentiam, & fructum, præter veterum testimonia, quotidianus usus confirmet: modò scilicet is nulla artificis temeritate pervertatur, aut casu aliquo iniquo non fraudetur, nam his duabus causis ea debentur incommoda, quæ & triviales Medici, ignavæ plebis exemplo, reformidare solent, ut pallor faciei, extenuatio corporis, virium lapsus, convulsio, jactura officii ejus membri à quo sanguis detrahitur, & id genus alia, quæ profectò si non ex vulgari ingenio, sed ex æquo & bono judicentur, longè minus in hac timenda sunt, quàm in usu pharmacorum purgantium, aut certè in sanguine ipso, suâ exuperantiâ corpus onerante & fastidante, vel suo vitio id ipsum corruptente: cum sanguis sit, corpus alere & sustinere, non autem affligere & extinguere. Verùm alit tantummodo purus, qui modum non excedit.

§. 4. Ergo sive is ita exuperet, aut inutili aliqua qualitate sic peccet, ut malè corpus afficiat, corrigendus est. Ad quod negotium nihil aptius, (si Hippocrati, Galeno, & secandis operum successibus fides aliqua debetur) confert, quàm ipsa venæsectio. Contumax verò corporis decoloratio, infesta animi deliquia, membri mutilatio, & aliæ similes noxæ, quæ interdum hanc sequuntur, non magis ipsum auxilii genus redarguunt, quàm ipsum vinum, ebrietas; aut sicarii telum, cædes, judexve: imò imperitiam, & temeritatem artificis, detractioni modum, & oportunitati animum non adhibentis, aut ruditatem tonsoris suum opus perperam agentis, aut ejusdem audaciam Medici consilium excedentis, aut patientis incuriam sibi non rectè prospicientis, aut pravi alicujus

casus adventum curationem pervertentis.

§. 5. Verùm si horum causa, quæ sanè rarissime contingunt, missio sanguinis metum faciat, quantò magis metuenda sunt purgantia medicamenta, quorum temerarius usus, (quo hoc nostro sæculo nihil est frequentius, & importunius) crebrò gravissima mala, sævissima symptomata, miserabiles denique mortes affert? Ergo quia hanc Medicorum formidinem, multis mortalibus ad hunc usque diem fuisse, & in posterum iterum futuram perniciosissimam, nisi emendetur, cernimus; ab arte propterea alieum minimè fore putamus, si eam animis excutere nitamur.

§. 6. Non enim plenè & absolutè, de *Curatione per Sanguinis missionem*, hic agere instituimus, cum multa rectè de hac re Galenus egerit: sed tantùm de iis dicere cogitamus, in quibus non profuit cum Hippocrate, & Galeno convenimus: quibus tamen in juniorum gratiam nonnulla etiam connectemus, ab iisdem auctoribus rectè quidem proposita & instituta, sed postea à multis imprudenter neglecta, & improbata: quæ tamen nos cum maxima cautione, & prospero eventu, crebris experimentis comprobavimus. Fuerunt quidem Hippocrates & Galenus in mittendo sanguine longè liberaliores, quàm eorum posteritas fuerit; interim tamen aliquando, ab hoc auxilio, non sine magna artis & languentium injuria, recesserunt.

§. 7. Porro quàm id magni fecerit Hippocrates, facile ex ejus scriptis colligitur, quibus docet, se in omni propemodum morbo, veluti ad sacram anchoram, ad illud confugisse: quod tamen Celsus minimè observasse videtur, dum dixit: *Sed, nullum penè morbum esse, in quo non mittatur, novum est.* Tacebo quòd ea familiarissime sit usus in ardenti febre, angina, pleuritide, peripneumonia, volvulo, in qualibet inflammatione, in urinae difficultate, in spū, & rejectione sanguinis, in doloribus capitis, tam verustis quàm nuper natis, in cerebri tumore, in ictero, tam nigro, quàm flavo, in hepatico & splenico affectu, in articularum & aliarum corporis partium doloribus, in gingivarum tumoribus, in lippitudine, in vulneribus ex quibus multus sanguis non fuerit profusus, in luxationibus, in fracturis, in virginitibus quæ percelluntur, in conceptus & partus auxiliis, quibus in affectibus vis quicquam nostri temporis (quamvis parcius) eam non recepit, sed, etiam in aliis multis, in quibus magna Neoteritorum pars, tanquam adversissimam asperratur, ut in flatuosa (ut Cornarius vertit) ventositate, in convulsione citra febrem, in vocis subita amissione, in hydrope gravissimo, & aliis, de quibus dicemus, ubi prius obiter egerimus de sanguinis materia, ejusdemque generatione, & sic.

§. 8. Est enim sanguis humor calidus & humidus, aut, si placet, temperatus, nam utraque dicta temperies de eo dici potest, quamvis diversis rationibus. Ejus materia est electior ciborum pars, seu crassifusculus succus, qui à ventriculi & intestinorum venis attractus (hunc Medici chylum nuncupant) & ad jecoris cavum delatus, in sanguinem vertitur, eo modo quo fit lac ex sanguine in uberibus recepto. Is inde in magnam venam, gibbo jecoris adnotam, transfusus, per omnem corporis partem, alimentis causa, demandatur. At quemadmodum ventriculus ingestum per oesophagum cibum, &, quatenus per eum licet, confectum aut coctum, protinus deponit in subiecta intestina, & mox cupiditate novi cibi exardescit: ita Jecur haustum per mesaraicas venas chylum, & in sanguinem versum continuò pro corporis alimento transmittit in venas, & statim esuriens novum chylum expetit. Simili quoque modo, quilibet corporis particula sanguinem ex venulis trahit, verùm non ut ad alias amandet, sed ut in se retineat.

eoque

eoque nutritur, & sibi assimilet, qui assumptus & assimilatus, paulò post in halitusosum spiritum & insensibiles excretiones resolvitur & dissipatur. Ex quo fit, ut similiter dicte corporis partes omnes, illicò novo sanguine, seu novo alimento indigeant, veluti ventriculus novo cibo, & jecur novo chylo, & ubera novo sanguine. Hæcque omnia hoc ordine sunt, vegetativæ animæ & innati caloris beneficio: cujus occasione, nulla corporis pars otiosa manet, sed in assidua attractione, coctione nutritione, seu assimilatione, & inutilium expulsiōne versatur, more ferè siphonis aquam ex imo trahentis, & fundentis ratione vacui, cujus instrumenti actio ita ut cessat, simulatque ipsa aqua defecerit, sic deficiente cibo in ventriculo & intestinis, deficit metastatarum venarum officium; quibus chylo inanitis, non est etiam aliud quippiam, quod jecori materiam suppeditet ad sanguinem conficiendum. At sanguificatione, vel vitio jecoris, vel alimenti defectu sublata, necesse est simul & animalis vitam extinguere; Quoniam calor ipse, tam naturalis quam extraneus, si ablit humiditas in quam agant, depascunt statim eam, quæ partibus hæret, & corpus sustinet: Ideirco quotidie novus cibus sumitur, quia etiam quotidie novus sanguis gignitur, plus minive, pro ratione quantitatis, & qualitatis assumpti cibi, & copia sanguinis existentis in corpore, & jecoris habitudine, quorum omnium modum & integritatem sequi solet integritas & vitium nascens sanguinis.

§. 9. Quæritur, ut extremam sanguinis effusionem, seu inanitionem, sequitur corporis interitus, ita abolitione sanguificæ functionis id ipsam occidit. Aboleri & violari sanguificæ jecoris facultas solet, non aliena ratione, quamvis concoquendi cibi in ventriculo, & conficiendi lactis, tempore lactationis, in ipsis mammis. Deletur eam aut vitatur harum partium facultas, aut defectu alimenti, aut ejusdem immodica copia, aut vitio, aut intempestiva assumptione, aut quavis intemperie, vel noxa, ipsi instrumento adnata.

§. 10. Ergo ut hæc ab aliena qualitate, vel indèbita mensura, vel importunitate ingesti cibi afficiuntur, ita par est, omnem corporis partem affici & lædi ab inutili sanguine. Quo modo autem inutilis sit, disci potest ex his Galeni verbis: *Dupliciter, ut illic (2. Method. 11.) sanguis est inutilis corpori, nempe cum propriam qualitatem ad unguem non servat, nec amplius murire, sicuti prius cum utilis esset, potest; Vel ita multitudine crevit, aut vires premit, aut tum venas, tum arterias vel distendat, vel sindat, vel obstruat.*

§. 11. His intellectis, facile comprehendere potest, quo modo à sanguine morbi nascantur, incrementum, & vitam tandem homini eripiant, aut aliqua corporis parte mutilent: ex adverso etiam, quo modo à natura pellantur, & extenuentur, vel ab artifice infringantur, & vincantur, aut infringi & vinci debeant. Fiant à multo sanguine, etiam purissimo, aggravatio, oppressio, & suffocatio facultatum corpus gubernantium, non dissimili modo quàm à nimio oleo vel escæ, extenuari vel extinguere flamma solet. Ab ejusdem vitio non secus etiam quam flamma minui, obscurari, aut restingui consuevit ab olei, vel sevi, vel alterius escæ limo, vel aqua, vel alio quovis succo, à flamma alieno.

§. 12. His exaratis, accedamus primùm ad ea, in quibus Hippocrates, & Galenus hanc putant esse adversam: deinde ad ea corporis mala, in quibus Hippocrates esuri non est veritus, quæ tamen à multis nostri sæculi Medicis, in eisdem morborum generibus minimè probatur: Postea descendemus ad alia multa, in quibus hoc in negotio, vulgus Medicorum, maximo & grotantium damno, & artis vituperio, delinquit. De quibus omnibus non plene tractare decevi-

Tom. IV. Pars II.

mus, sed obiter duntaxat errores ipsos, quoad per nos fieri poterit, reterege: deinde viam, qua ab illis declinandum sit, aperire: mox quàm brevissimè & efficacissimè per nos fieri poterit, singula suis rationibus confirmare.

CAPUT II.

Pueris, & senibus, dum res postulat, sanguinis missio utilis est.

Pueris Celsus voluit posse sanguinem mitti, Galenus non ante pubertatem, sive ante quartum decimum annum. Quam opinionem, libello nostro de *Vulneribus Sceloporum*, ostendimus alienam esse à ratione & veritate, cum sæpissime illi, æque ut juvenes, imò crebrius & gravius, variis inflammationibus & febribus torqueantur & extinguantur, & validius etiam sanguinem gignant. Quid igitur obstat quo minus mittatur, si in eis abundat, aut vitiosus est; Galeni rationes parvi momenti esse, dicto loco ostendimus.

§. 2. Quare ad senes transeo, quibus etiam non Celsus, neque ratio, sed Galenus vix sexagenariis mitti volebat, aut saltem septuagenariis, nisi hi habitu adhuc corporis valido essent constituti: quoniam facultates omnes in eis concidere & languescere videntur. Verùm hac ipsa ratione nos dicimus, magis esse adjuvandos senes missione sanguinis, dum morbus postulat, aut corporis eorum habitus malus est, quàm ubi hæc (quod multis absolum videbitur) juvenibus contingunt: quoniam juvenis, ut est promptior in subeundis morbis, & in vitanda bona corporis habitudine suâ vivendi intemperantiâ, ita & est habilior in illis vincendis, & habitu corrigendo, suo virium robore, quod aut hac ætate est maximum, (nisi ex accidenti in perpaucis, qui interdum firmiores & vegetiores sunt ætate consistenti, & primo senio, quàm sua juventute fuerint,) aut nunquam erit majus. Quod non æque senilis ætas præstare potest, sine magno artis auxilio: quo etiam neque integre adhuc in pristinam valetudinem restitui poterit, sed adjuvari, & sustineri debet contra vim mali, quo longius ipsa vita producat, & lenius senii morbus feratur.

§. 3. Ergo morbosus, aut mali habitus senex, mali inquam habitus, non ejus, qui ex sola virium senescentium resolutione advenit, qui nulla arte evitari vel corrigi potest, sed ejus qui ad aliquod vitium requirit, ut, dum primo senio quis valetudinarius est, aut scabie infectus, aut alio simili affectu, de quibus meminit Hippocrates *ultimo Aphor. lib. 3. divexatus*, rectè missione sanguinis adjuvatur, & hæc frequentius & moderata, quàm rara & abundantia.

§. 4. Verùm in his (præter eas indicationes quæ somnunt à morbi specie, magnitudine, & aliis quæ communes sunt cuique ætati) non similiter atque in juvenibus astringenda est sanguinis missio ampla, vel exigua, vel moderata; vel frequent, vel rara, vel mediocri: Quoniam ea quæ in senibus rara, aut ampla erit censenda, in juvenibus erit frequens, & exigua. Conferimus senem sibi, aut alteri juveni ei simili, non autem magnum pumilioni, aut sanguinem ex sanguine.

§. 5. In vehementi igitur morbo, & inchoante; & venoso corpore, non erit superflua detractio libras unius, & repetitio ad semilibram à meridie, aut sex horis post, si mali vis postulet, & sanguinis vitium adsit, sed cibato oris corpore ut convenit. Morbos magnos eosdem esse intelligimus in senibus, quos in juvenibus, licet non tam frequenter hi, quàm juvenes, acutissimis prehendantur, nec etiam metuenda in

Bb 2 iis pos-

lis postridiana repetitio (si ingravescat morbus) ad parem modum sanguinis ; aut paulò majorem vel minorem , pro ratione urgentis necessitatis , & venarum tensione vel deffessione. Eadem etiam quantitas in proposito corpore utiliter potest detrahi , si artuum dolor , aut renum , aut capitis , graviter vexet : Utilisque & in hac est iteratio , si corruptela existat. In scabie , malove corporis habita cum languore aut lassitudine , dextrahendus est frequenter , & minore copia. Necnon ad præcautionem idem facere utile est , modò ex dextro , modò ex sinistro brachio , & tum ex hac vena , tum velò ex illa , sæpius tamen aut semper ex amplioribus & eminentioribus , quam ex minoribus.

§. 6. Quater sexiesve in anno , seni non integrè valenti , & impuri sanguinis , venam tundi neque est superfluum , neque etiam suspectum : homini verò bene valenti , & inculpatae valetudinis , ut etiam juveni etiam semel superfluum est , licet nulla in re (si semel tantum feceris in toto semestri) damnosum : cum sanguinis generatio difficilis non sit , nec novus veteri deterior , ut malè quidam putant , sed melior , quod ostenditur peste. Quare melius illi seni consultum esse credas , qui cum sanus minimè degat , curet vitam dicto modo cum minore periculo & dolore producere , renovato sic frequenter sanguine , quam illi qui falso terrore seductos animam , (quam cum Critia putat sedem in sanguine habere , & in eo vivere) imprudenter sicut in illo extingui & suffocari ; ignarus senibus plus esse virium in conficiendo sanguine (ni alimenta deficiat , nam laborandum non est ubi fames) utili & sufficienti ad alendam corpus in singulos dies , quam in expellendo aut corrigendo inutilli & corrupto , quo corpus non alitur , sed gravatur & affligitur.

CAPUT III.

Pregnantibus an conveniat Phlebotomia.

PRægnantibus etiam Phlebotomiam fore utilem Cælius voluit , & ratio , & experimentum confirmant. Hippocrates tamen , & Galenus contrà. Quorum opinio ita fuit olim animis Medicorum insita , & perniculæ etiamnum hæret , ut dictas mulieres , gravissimis & acutissimis morbis implexas , non audeant opportuna nec convenienti Phlebotomia adjuvare , sed inanibus auxiliis eludere.

§. 2. Extant nobis innumera exempla illustria , quorum unum recens & egregium exponam. Hoc mense Decembri , dum in Anglia essem cum Serenissimo Duce Andjuro , & nobilissima muliere D. Drury , septimestri foetu gravida , & febre assidua tertianæ finitima afficeretur , cum magnis & perpetuis doloribus in ventre inferiore , & ad jecoris regionem , ictero feodissima , & descensu infantis ad pubem : Serenissima Regina , quæ illam magnopere diligit , me præsentem Serenissimo Duce , benignè rogavit , ut illam vellem invisere , dixitque putare se , illi convenire posse sanguinis missionem : Quare me rogat , si id videam illi expedire , ut illi quam primùm persuadeam. Accedo ad ægotantem , ætatis circiter annorum viginti octo , quam gravissimè lamentantem , & propositis morbis & symptomatibus affectam reperio : urinas habentem densissimas , & incensissimas , præterea nihil expectantem in singula temporis momenta præter abortum , narratque illa mihi , se à duobus fere mensibus fuisse correptam tertiana simplici , quæ degeneraverat in duplicem , mox in assiduam , qualem videbam sed æternis interim diebus exacerbationes habentem

graves luci , nocte gravissimas cum lancinantibus doloribus , & perpetuis ferè vigiliis , nisi sub auro am , qua aliquid somni capiebat , non blandi , sed utcumque vires laboribus fractas colligentis : Rogo ab illa , quid in ejus curatione antea fuerit præstitum : purgationes , respondit , aliquando fuisse datas , à quibus non modo nullam opem senserit , sed damnum ; venæsectionem verò fuisse quidem primis diebus propositam ab eruditissimo viro Domino Beleo , Serenissimæ Reginæ Medico , (qui illam in principio cum altero Medico tractabat) sed non celebratam , quoniam alterum Medicum videret non ex animo , sed trepidè in Belei sententiam descendere , audiebatque non Medicos modò , sed alios ferè omnes dcentes , id esse gravidis perniciosissimum. Quare illa perterrita , non statim primo die consentit ad faciendum : Verum nunquam post ullam ei fuisse mentionem factam absente Beleo , qui Reginam erat secutus in oppidum Richemont. Hic ego nullum ei præsentius remedium esse posse dico hoc ipso , & sui , & foetus causa : Verum tamen foetus , incertum esse an servari posset , cum eum jam ad pubem & os matricis à biduo descendisse nuntiaret. Interim tamen , si abortus accideret , non eventurum occasione missionis sanguinis , sed mali urgentis. Connivet , illa meæ sententiæ , dicitque , Dominam Staforti ejus matrem , quæ semper Reginam insequitur , Reginæ jussu hoc ipsum auxilium illi sæpius proposuisse. Tuac ergo constantius dico , in hac morbi specie , gravitate , coarctumacia , corporis habitu , & sanguinis vitio , quod in ea summum esse percipiebam , sanguinem esse mittendum , verum non confertim & unica vice , sed pluribus , paucis diebus ; attamen me nihil præstiturum , inconsultis Beleo & Medico altero , qui ejus curam gerebat , præsertim cum simul colloquendi nobis esset satis temporis , quoniam die hac (quæ erat majoris exacerbationis) nihil generosi esse molendum existimarem. Convenimus vespere , Beleus prudentissimè seorsim mihi dicit , dolere , se quod maturius id non fuerit factum , tamen nociturum nunc se minimè putare , sed vix juvaturum in hoc præcipitanti casu : Itaque abortum , aut quid deterius in matre si contigerit , in propositum auxilium nomenque nostrum illud casuram , præsertim cum Medicus alter dissentiret , nec consuetudo eà regione frigida esset hujus Medicinæ , præsertim in gravidis , eoque minus , cum jam septimum mensem attingeret. Tum ego in medium profecto & ægotantis , & ejus matris confessionem , quod scilicet nihil minus sperarent , quam posse illam evadere infans periculum abortus. Præterea , ægram jam id postcete , Reginam proponere , ejusque matrem , & maritum , & fratrem Dominum Stafort id nobis persuadere , tum suo eorum proprio nutu , tum etiam benigno Reginæ monitu. Quare non esse nobis timendum à calumnia , cum morbum id requirere jam eorum uterque faceret. Consentit uterque postridie ejus diei hora nona matutina , cum noctem habuisset laboriosissimam , tantumque sub auroram tantisper quievisset , venam aperire fecimus basilicam dextram ad uncias decem sanguinis , cujus vix sexta pars sanguinis , visa est , ejusque perusti , huic duplum pituitæ tenacissimæ superjacebat , reliquum totum serum : hic dolores evidenter mitescunt. Hora secunda pomeridiana iterum circiter uncie sex detrahuntur priori similes : nox quieta , febris mitior , foetus altius contrahitur , & omnia in melius procedunt ; consulebam ego , biduum post esse iterandam venæ sectionem , quod factum non fuit , quoniam tolerabile esset malum , quæ res potius monebat id esse faciendum , non expectandum denud accerbari morbum , qui ubi recruduit , statimur ad id esse redeundum. Quo facto , die ni fallor octavo seu decimo , post primam sectionem , ex eodem brachio , (quoniam jecur dolebat cum tensione) & ægrâ præsen-

præsentaneam utilitatem sentiente, statim illa jucundè & subridens, hæc mihi narrare coepit, præsentem eo Medico qui nisi coactè hæc fieri consentiret: Hora dimidia prius quàm appellereris, accessit ad me Medicus quidam hujus urbis, qui habetur doctissimus, inquit, audi vi Botallum ad te mox vēturum, quod venio tibi sanguis detrahatur; itaque ego pietate ductus, properavi ad te ignaram periculi quod subitura es, cum ut de eo te commonefaciam, tum etiam ut coram te, si placeat, de hoc negotio cum Botallo conferam, fretus me illi ostensurum rationibus efficacissimis, & veterum auctoritatibus approbatissimis, sanguinis missionem in gravidis mulieribus non esse usurpandam multoque minus irretandam: Cui, inquit, ego respondi, me nolle illum tecum hac de re, non solum me præsentem, sed neque etiam domi meæ, contendere, minusque etiam eum operi faciundo interesse. Sic illum statim dimisi: quod factum hætenus volui te celare, ne fortè (calumniæ metu) si hæc prius rescisses, ab eo destitisses, quod in meam salutem agendum jam animo conceperas. Cogita hæc benigne Lector, quanta fuerit hominis illius (ab altero Medico qui præsentem aderat, ut intellexeram; introducti) impudentia: ex adverso quanta mulieris prudentia, quæ hoc auxilio solo, (humano scilicet) servata est, adeo ut uno mense post, dum Anglia decederem, resciverit mihi hæc verba (sæpius etiam mihi ab illa prius dicta) se scilicet posthac maximi facturam sanguinis missionem, tum gerentem utero, tum non gerentem, nec tam facile in hoc se credituram multorum Medicorum ambagibus. Dicamus amplius, præter hunc testem, Illustrissimas & honestissimas Principes Ducem Nemorensem, & Ducem Guisacam, & alias multas mulieres inferioris notæ, apertissime testari, quantum sanguinis missio sit utile gravidis præsidium, tum ad depellendos morbos, tum etiam ad eos prohibendos; & fetus conservandos.

§. 3. Sed dicet fortè hic invidus & ingratus aliquis. Num idèd hæc duo illustria exempla hic inseris, quasi ipse videri velis auctor hujus facti, tum in illis, tum in aliis multis? Cui respondebimus, quod Blæsi Illustrissima Domina Nemorensis semel, dum me secum cœnare coëgisset, & dixisset palam, me maximum animum adhibuisse mulieribus uterum gerentibus, & non parvam confidentiam Medicis in mittendo sanguine, tum in gravidis, tum in reliquis hominibus: quam testationem audiens doctissimus hæc Medicus, qui etiam simul cœnabat, statim dixit, non esse novum, sanguinem mittere in prægnantibus, sed vetus. Cui illa statim respondit. Dicite quod lubet, sit ita antiquum ut placeat, sed constat omnibus, in Gallia hanc frequentem sanguinis missionem, quæ nunc utimini, & quæ à decennio & amplius in Botallo à multis Medicis injustè vituperabatur, à Botallo emanasse. Quam item responsonem Dox Guisacæ se sæpius fecisse multis Medicis, qui idem quod prior, dicebant, mihi facta est. Si ergo non semper fuimus auctores, aut perpetuò non interfuimus, dum illis vena secaretur, celabunt & auctores quantum libuerit: attamen adjuvissè nos illos in hac, maxime jam ab annis quindecim, aut exemplis, sive experimentis, aut sermone, aut scripto, certò scimus.

§. 4. Redeamus ad rem, dicentes de gravidis mulieribus adjuvandis missione sanguinis, si cum iis quæ non sunt, aut cum semetipsis non gravidis conferantur. Quod diximus de senibus collatis ad juvenes, nempe illam senibus esse magis & necessariam & utilem, quàm juvenibus: Ita dicimus gravidas plus egere hoc præsidio non gravidis; quoniam in his duntaxat timendum est à noxa, quæ primo contingit à febre, vel sivi fluore, vel alio quovis affectu: in illis vero etiam ab ea quæ sæpe succedit, nempe ab abortu, qui plerunque affectus advehit graviores noxas prioribus,

Tom. IV. Pars II.

§. 5. Sed inexpertus respondebis forsan, in ipso auxilio plus videri periculi, quàm in morbo, quem curandum illo proponimus cum sit ab Hippocrate dictum, & à Galeno confirmatum, venæsectionem in gravidis abortum facere; non autem id dixisse de febris, nisi de maximis, ardentibus, nec de alio quopiam morbo, si tenasimum & dysenteriam excipias. Hic dicemus, si velis ad unguem Hippocratis & Galeni verba servare, quæ singula non ita sunt dicta, (pareant si placeat qui à vero declinantes aliter sentiunt) ut contrarietatem in se ferant; semper eorum sensum primum esse tibi sequendum, & sustinendum quæ sunt veriora, aut saltem probabiliora apparent. Credere igitur iis prius, & magis debes Hippocratis & omnium Philosophorum sententiis, dicentibus, effectum nullum removeri, nisi ablata causa, contraria contrariis curari, & morbos qui ex plenitudine vel superfluo aliquo fiunt (si vis particularius dici) evacuatione curari. His igitur si sentias esse credendum, nec temere etiam despicias illud Hippocratis dictum, Medicum non oportere tam esse intentum probabili ratiocinationi, quàm exercitationi cum ratione, Intelliges certè, falsum illum esse Hipp. aphorismum: *Utero gerenti vena secta, &c.*

§. 6. Possam ego quidem hoc testari, me pluribus prægnantibus, & solum, & aliis Medicis intervenientibus, fecisse venam aperire aut ægrotantibus, aut ægrotare timentibus, nullam tamen ex iis aut fecisse abortum, aut periisse, aut injuriam aliam passam fuisse. Imò unam nosco, cui undecies fuit vena secta dum utero gereret, & vix unquam minus libra una sanguinis, sæpe vero plus uncis quindecim, cujus natus quinquennis, fortissimus omnium fratrum & sororum, qui illum præcesserunt, qui quatuor sunt numero, quorum item ille imbecilior est, in cujus gestatione minus sanguinis fuit matri detractum. Noscimus & alias multas, quibus quater, quinquiesque fuit missus, non solum sine noxa, sed cum magna utilitate. Ex adverso multas, quæ vi morbi, & alias quæ ab assumpto medicamento purgante, ut morbos vitarent, persuadentibus Medicis, quæ (nulla præcedente sanguinis missione) miserimè fetus ejecerunt. Unde & ratione confirmante, ut mox ostendemus, & usu comprobante, non solum est utilis sanguinis missio gravidis & in iis magis necessaria, sed longè etiam utilior & tutior purgatione.

§. 7. Verùm hæc tibi cautiones sunt adhibendæ; si vitare calumniam studes, ut in graviter ægrotante id non efficias, non significato prius & ægro, & affinis periculo, imminente à morbo; ex quo potest contingere, ut tam malè sit fetus affectus, ut eo die vel postridie, à quo sanguinem miseris, abortus fiat. Veluti similitudine comprehendi potest in fructibus arborum, vento agitata, quorum aliqui paulò tenacius hærentes, non flante vento, sed postridie & tempore tranquillo decidunt; Verùm non tranquillitas criminanda est, sed pridianus status, aut agitatio aliunde orta: Sic in his non venæ sectio, si sit moderata, sed præcedens, aut item sequens, aut persistens morbi acerbitas, quæ, ut dixi, sæpissime per se abortus molitur. Neque est ea etiam valde timidus & repugnantibus intensius persuadenda, præsertim si insigni aliquo morbo detineatur, quoniam his dum invitè trahuntur, præter eum laborem quem habent ex morbo, accedit alius ex metu & suspitione remedii, unde aut animo concidunt, prius quàm scalpello attingantur, aut momento post, aut etiam, (quamvis deliquo non capiuntur) ubi aperta vena est, protinus curant hanc concludi ante tempus, Unde fit, ut ex hac parum aut nihil proficias, & calumniæ insigni te subicias: Quoniam quicquid sinistra in ea, toto gestationis cursu incidit, scito relatum iri in

B b 3

idiplum

idipsum quod invita ægra, aut contentioso Medico, aut assidentibus, fuerit usurpatum. Ut quidam Medicus (cujus anima gaudeat in cælo) qui vituperabat esum peponum, dum veris tempore decumberet ex podagra, quam non erat passus à sexennio, mihi, & aliis multis dicebat, non posse se imaginari aliam causam morticem redeuntis affectus, nisi peponem quem suspectè ederat mense Augusto præcedente. Certè hæc suspicio in fontem incidebat, ut in Medicina sæpe fit, & mali & boni: Ergo quia nunquam non fuit propensius multorum hominum ingenium in inurenda iniqua calumpnia, quam in referenda justa gratia, ideo magna cautione in iis procedendum est, præsertim circa illustria subjecta.

§. 8. Cæterùm non solum utilis est in magnis prægnantium morbis sanguinis missio, sed & utilior ad prohibendum ne magni fiant, cum rarissimè magnus morbus sponte fiat, qui ab exiguis non oriatur initus, quibus longè facilius resistitur (juxta illud Hippocratis, *circa principia & fines omnia sunt imbecilliora*) quam ubi altius radices egerunt, & fortiores sunt facti, quoniam nunquam morbus increfcit, quin tantundem virium corporis dejiciat, & vice versa, quando corporis vires invalescunt, tantò & morbi extenuantur. Quare quò citius occurritur morbis, si ve ægrotantibus, eo etiam celerius hi adjuvantur, & illi expellantur. Quæ res etsi non peculiariter dicenda sit de gravidis, sed de omnibus corporibus & morbis, magis tamen in his convenit, quoniam promptius hæc in periculum trahuntur, tum ex primis morbis, tum ex abortu, quo periculo aliæ vacant. Res ita per se clara est, ut ulla demonstratione egere minimè videatur, cum dubium non sit, imbecillior em esse gravidam non gravidam: & quò quis fuerit imbecillior, eo etiam magis omnibus morborum generibus patere, & facilius in vitæ discrimina rapi, & ægrius etiam eidem succurri: maturius igitur & tutioribus auxiliis hæc succurrendæ & sustinendæ sunt, quam illæ. Quare utilior, & magis necessaria his sit sanguinis missio quam illis, quoniam per hanc causa morborum, quibus prægnantes, imò corpora omnia afficiuntur, facilius, celerius, & benignius detrahatur, & revocetur, quam ullo alio auxilio.

§. 9. Quibus quæso morbis patent hæc? Num eisdemmet, quibus patebant ante imprægnationem? amplius abortui, & his affectibus abortum sequentibus. At qui sunt & illi, & hi? Stantne febres, dolores, alvi fluores, abscessus, alia id genus? quæ, (si rectè cuncta examines) intelliges fieri, & excitari, & increfcere, ex ea materia, quæ in venis est, aut per venas deferitur: & si aliter censeas, crede, te non me, errare.

§. 10. Sed miraberis hanc nostram sententiam, & maxime, quod & alvi fluores adducam: & rogabis fortè, num id omne quod eo excernitur, è venis effundi velim. Ut stulti certè esset hoc inferre, ita profecto & imperiti artificis est, non intelligere maximam partem contumacium fluxionum alvi, causam habere ex ea materia quæ in venis est, non ex aliis, ut mox ostendemus. At miraberis me magis, si hanc eandem materiam, quæ in venoso genere est, causabor ut auctricem vomitionum, quibus prægnantes urgeri solent, non eam quæ vomitu excernitur, licet statim quodammodo leventur ab eo vomitu: est tamen hæc ipsa. Offendit autem curatio, cum hæc nullo tam præsentaneo remedio tollantur maxime, quam missione sanguinis, ut testari possunt Domina Chastellier, & Damicella Blanquet, & aliæ aliquot.

§. 11. Sed rationem posces, & jure. Quæ meo quidem judicio hæc est, quod foetus menstruus tam est exiguus, ut recens ejectus vix accedat ad pondus drachmæ seu coronati unius, quamvis integerrimè sit formatus, (ut ostendimus multis, & ostendere item possumus roganti) bimestris autem vix attingat, vel su-

peret sex drachmas, & trimestris uncias tres vel quatuor; quæ corporis exiguitas menstruum sanguinem consumere minimè potest. Reliquum est igitur, ut redundet in corpore, & in generoso venoso, & juxta jecur, & in his etiam venis quarum officium est à ventriculo & intestinis attrahere quod chylosum est: quam attractionem cum minimè ut par est, propter eam redundanciam quæ opprimuntur, præstare possint, reliquum est jecur opprimi copia sanguinis, & ventriculum copia superfluitatum, unde nausæ sequatur: adeo ut curatio posterioris noxæ petenda sit ab ejus exordio, non aliunde. Id autem est quod in venis abundat. A venis ergo eliciendum est. Et cum quicquid est in venis contentum & liquidum, à qualibet vena educi possit, sed non utiliter & commodè ex singula: ideo semper evacuatio ab ea fieri debet, quæ artis usu cognita est aptissima. Ea autem est in proposito negotio, quæ in brachii flexu reperitur amplissima, & sede infima vel media, & ex detro brachio magis, quamvis etiam ex sinistro ferè, si æque utilis. Quare si crebrius ad hanc redeundum est, nec quicquam particularius ad se revocet intentionem, etiam ex sinistro evacuatio molienda est. Modum enim in his sumimus ex habitu corporis, & venarum plenitudine, & consuetudine, & aëris temperie, & aliis Medico prudenti considerandis. In muliere mediæ habitudinis, & veris vel autumnii tempore, ad præcautionem, excedens quantitas non est unciarum decem vel etiam duodecim, si vena tumeant: repetenda semel atque iterum, si ægritudo sit, aut eo die, aut post, prout vis ipsa morbi indicabit: fortè etiam & purgandum, sed id periculosius est, quam sanguinem mittere.

§. 12. Aude igitur potius in gravidis (dum res postulat, & vires valent) ad hoc auxilium confugere, quam ad illud, & celerius quam tardius: nec crede ullo tempore imprægnationis esse interdicens, ut quidam putant, freti illa Hippocratis sententia, *Gerentes utero sunt medicanda, à quarto mense in septimum, juniore verò & seniore sætu, cautius agendum*. Cujus rei causam commentatores omnes ad Galeni imitationem, dicunt, tutius eo intermedio tempore commoveri posse corpora prægnantium, quoniam initio suâ teneritate, & postea sua gravitate & facilitate decedendi, & alimenti defectu, minore etiam negotio abigantur. Quæ ratio si vera est, (ut aliquo modo est) tam etiam, & magis est consideranda de causa movente & alterante, quæ intus infantem aut matrem, aut utrumque urget, quam de eo quod faciendum est in ejus auxilium. Quare, ita ut non laudo sanguinem mitti nulla re invitante, ita nec laudo causam nocentem tempestivè non demì, dum potest bene, cum sæpe plus ad sit periculi ex hac in corpore persistente & increfcente, quam ex aliquot uncis sanguinis detractis, nulla necessitate urgente: quoniam perpetua est vis sanguificandi in jecore, cum adest materia, ut patet in lactantibus mulieribus.

§. 13. Sed dicunt aliqui. Cum natura nil temerè neque superfluum solet efficere, rationi consonum est, non parem vim existere sanguinis efficiendi rationi in jecore prægnantis, & lactantis; sicuti etiam rationabile est, minorem adhuc esse in ea quæ uterum non gerit, cum hæc intus neque foris habeat nutriendum puerum, neque etiam parem in mare & in foemina, propter eandemmet rationem. Certè ratio hæc veritatis habet apparentiam, sed tamen veram non esse per hæc intelliges. Sciebat quidem Natura, neque viris, neque foeminis foetam non habentibus, tanto esse opus sanguine, quanto aliis; attamen parem utrique dedit sanguinis efficiendi vim, freta hujus redundanciam facilius parvo momento posse demì, quam repente summam inopiam, crebro inopinatè contingentem, corrigi. Cui inopie tam viri quam mulieres, & tam gravidæ quam non gravidæ,

dæ, sunt subditæ. Quis non est subditus recipiendis vulneribus, & venarum apertionibus, unde licet summa sanguinis copia usque ad animam effundatur? Ad hoc itaque magis Natura prospexit, cui neque ipsa æque poterat alio modo, quam dicto, succurrere; quàm ad illud, cui & ipsa, apertis uteri, aut narium, aut ani venis, & ars apertis aliis ad cutem apparentibus, illico poterat occurrere. Quàm autem facile sanguis multus, repente amissus, regignatur, is intelliget, qui insignes sanguinis effusiones notaverit sine patientium interitu, quarum nos multas observavimus, ut dicemus alibi.

§. 14. Verùm cum tanta sit Hippocratis auctoritas, ut optimo jure instar oraculi in Medicina habeatur, non nobis est ab hoc negotio, in quo profusus ab ejus sententia recedimus, abeundum sine examine, an scilicet ea sententia Hippocratis fuerit, & si fuerit, quomodo tam clarè experimentis artis rationi consentaneis, redarguatur. Certè non facilem nodum explicandum subimus, sed nitentur interim tanti auctoritatis, veræ artis medicæ parentis, famam & laudem sustinere. Fuisse igitur aphorismum illum Hippocratis credi potest, duplici hoc argumento; tum quòd sic esse habeatur à Galeno, & aliis omnibus, ni fallor, qui de illo aliquid scripserunt: tum quòd in illius reliquis genuinis operibus nil reperitur (si bene meminimus) quod ab eo dissentiat. Scripsisse ergo illum aliquid particulare à veritate alienum, humanum est, & præcipuè in Medicina, quam dixit nullo modo posse esse statam, neque certam: & maximè, quod ejus tempore, tabulis potius quam methodo (ut ex Plinio licet videre) & experimentis potius quàm ratione (si ipsum Hippocratem excipias) ars disceretur & tractaretur. At quis nescit, omnia esse in suis initiis difficilia, eoque magis, quòd res ipsa per se difficilis est: sed medendi facultate (ipsomet Hippoc. fatente) quid difficilius & obscurius, præsertim viro integerrimo, qui, alienæ vitæ dispendio, novis experimentis uti contra veterum præcepta non audeat? Cedendum est itaque eum hunc aphorismum (ut etiam & multos alios) accepisse ab avo suo Hippoc. Medico, & aliis qui eum antecesserant, nec ausum fuisse periclitari in experiendo contrario, ne si quid contra ejus votum contigisset, sycophantis (à quibus jam sæpe læsus fuerat, & qui nullo tempore non invigilant in bonorum maledicentiam) novam sui operis calumniandi ansam dedisset. Non fuisse autem illius tempore tam triam venæ sectionem atque Galeni seculo, ex Hippoc. Galeni, & aliorum veterum authorum scriptis colligi, potest: sicuti etiam neque Galeni tempore, atque nunc Lutetiæ est, fides ex dignis scriptoribus petenda est. Mirum itaque non est, si neque Hippocrates neque Galenus, (cujus etiam opera à sycophantis attentius spectabantur, redarguendi potius causa quàm commendandi) propositæ sententiæ veritas non fuerit cognita, sicuti neque permultarum aliarum, quæ quamvis ex fide authorum à Medicis commendantur, à nemine interim usurpari videntur, ut varia medicamenta, variæque sectionum & ustionum species, nemine audente in iis, periculo sui nominis, se posteris ducem præbere.

§. 15. Sed priusquam de iis finiamus, afferamus adhuc duo exempla fratris mei in proprias filias, quibus intelligitur, quàm sit prægnantibus utilis, & parum formidanda copiosa phlebotomia, præsertim in morbis acutis & periculosis. Scripsit igitur ille ad me, biennium agitur, duabus ejus natis utero gerentibus, & febre ardente laborantibus, cum gravissimis doloribus renum & capitis, detraxisse utrique libras tres sanguinis primo die, & tantundem posttridie, nempe duas manè, & unam à meridie, unde quarto finitus est morbus, sine ulla fœtus & matris injuria. Ad quam evacuationem molendam (quam in

aliis multis utiliter usurpavit) impulit multarum mulierum, eo tempore abortus & interitus, quibus sanguis parcius mittebatur; scribeas amplius ad me hæc verba: Verùm in hæc forma mittendi sanguinis, morbi tantum principio faciendæ, non est dandum oblivioni alere corpus horis interpositis, sicuti iulculis & sorbilibus epulis, alioquin vires concidunt. Jam pergamus ad, alia, ad quæ etiam major Medicorum pars in ægrotum perniciem offendit, nempe ad alvi fluorem.

CAPUT IV.

In alvi fluore conferre sanguinis missionem.

Si cupiam sanguinem auferre conferi, inquit Hippoc. ventrem confirmare oportet, & ita auferre, quo loco Galenus ait, fluente alvo, sanguinem non detrahes. Nam si post detractionem persevera fluor, virtutem proferunt. Quam Hippocratis positionem iterum Galenus his verbis confirmat. Si cum alvi profusio febris accesserit, alia evacuatione non est opus; verum ipsa per se sufficit, etiamsi non sit pro multitudinis ratione. Quicumque verò ab iis, tanquam majori evacuatione egentibus, vel sanguinem ducere, vel ventrem movere ausi sunt, in graviora pericula ægros præcipiaverunt. Certè hæc sententia tanti est momenti, quanti ulla alia totius Medicinæ: cum alvi fluor omnibus ætatibus, anni temporibus, & regionibus contingat; modoque per se eveniat, & modo aliis affectibus complicetur, sit vitium, quod dum solum est, brevi vires corporis consumit, & alteri adjunctum, brevius. Quare manifestum sit, peccare dictæ positionis falsitatem aut veritatem, plurimorum hominum mortem aut salutem consistere. Quæ causa me movet circa eam paulò prolixius insillere.

§. 2. Profecto cum Galeni ingenium & perspicaciam expendo, non possum non satis mirari, quo modo hac in re sit lapsus, tamque à veritate recesserit, cum tam eruditè de morbis omnibus, & præsertim de iis qui ab intemperie oriuntur, adversum errata veterum disputaverit. Rogo, æqui lectores, hæc pauca sine livore, sineque ullo animi affectu, præterquam veritatis, expendite. Quis inficiabitur intestina esse ejusdem naturæ, cujus est ventriculus, cui illa continuantur? At si ventriculus (ut Gal. latissime & eruditissime docet 7. methodi) omnibus intemperiebus patet, cur & intestina ipsa eisdem patere minime convenit? Nam causa nulla est, cur illis debeat immunitas, quæ principibus partibus est denegata. Vexatur cerebrum, cor, jecur, ventriculus, lien, uterus, vesica, denique omnis pars corporis modo calida, modo frigida, modo humida, & modo sicca, modo multipliciter ex iis composita, intemperie, & intestina ab iis intacta inviolataque manebunt; Stupidi sine animi esset id credere: nec id Galenum latuit, licet in hoc particulari consilio imitatione etiam, ut in præcedente, sit lapsus à recta via. Ergo si ab iis intestina patiuntur, reliquum est, symptomata cujusque affectionis suam consequi affectionem. At inter symptomata affectuum omnium, maxime commune est functionis vitium. Quæ est igitur intestinorum functio? Multiplex: ut aliarum partium, puta attrahendi, retinendi, coquendi, & expellendi. Hæc igitur functiones omnes lædi in intestinis necessum est, à quacunque intemperie fuerint divexata, easque plus minusve pro ratione magnitudinis suscepti vitii, & interdum unam magis, aliam verò minus: ideoque si retentivam intestinorum facultatem labefactari contingit à

calida intemperie (quod frequentius evenit quam à frigida) quid prohibet quominus huic affectui occurramus sanguinis missi ne, veluti ei quæ à simili causa in alia corporis parte contigerit? Carentne venis intestina per quas subjiciantur humorum decursui? Patiunturne & illa inflammationes, gangrænas, & extinctiones ab humorum fluxu? Sciantne æstus & vellicantibus ulceribus? acerbisne doloribus affligantur dum dysenteria exercentur?

§. 3. Sed licet per hæc satis superque ostendisse videamur, sanguinis missionem injuriã fuisse à Galeno in totum abdicatam, in curatione fluxus alvi; non recusabimus tamen, quasi per transennam, ejus argumento, quo putabat sensum suæ prævisionis confirmasse, respondere: quod est, si à missione sanguinis vel purgatione alvus non cohibeatur, vires corporis ab eis prosternti. Certè in controversia id poni non debet, quòd perseverante fluxu vires concidant, eoque magis, si suæ evacue sanguis detractus, aut adhibita purgatio fuerit. Sed quæso, num hoc peculiare est huic affectui? Num & febris id facit? Num dolor quilibet insignis? Non dices tam facile, cum per hæc, in quibus nulla insignis evacuatio ceruitur, non tam celeriter vires exhauriantur, quam per alvi fluorem. At quid in sanguinis fluxu è naribus, vel utero, vel hæmorrhoidibus, vel pulmone, vel ventriculo vel demum à quavis corporis parte, in quorum curatione sanguis mitti jubetur, non tantum à peritis, sed à vulgaribus Medicis? in iis tantum concedi sanguinis missionem revulsivam, qua exiguus modus detrahatur, ut scilicet in adversa parte parata via sanguini qui in motu est, desinat fluere quæ coepit. Hac ipsa ratione & nos dicimus, ex brachiis esse mittendum sanguinem in alvi fluore, concitato à calida intemperie, quæ nunquam non habet humoris affluxum comitem, quo huic aliunde parato exito, & eo ex parte detracto, desinat reliquum currere, & gravare partem quam obsidere coepit. Itaque eo partim diminuto, & in aliam partem revocato, æquum est intemperiem, quæ floris causa erat, leviores fieri: qua extenuata, necesse simul cum ea inclinari & quod ab eadem causa afficiebatur, superfluum scilicet alvi dejectionem.

§. 4. Sed jam satis videmur rationibus non parum efficacibus concertasse, quas si secundis & rationabilibus experimentis confirmare voleamus, operæ pretium (arbitror) in hoc negotio præstitisse censebimur, eo quòd Medicæ rationes, usum comprobantes, probabilitate potius & conjecturâ artificiali, quam necessitate concludant: Ideò hæc potius exemplis, ex artis usibus, qui non casu, sed consilio & ratione, feliciter successerint, confirmandæ veniunt, quam longioribus verborum demonstrationibus. Logicum enim axioma est, ad universalem positionem evertendam sufficere, unum singulare in contrarium objicere. At nos non unico singulari seu uno exemplo erimus contenti, sed plura afferemus in medium. Idque non ea ratione duntaxat, ut evertamus Hipp. & Galeni positionem illam universalem, sed ut exemplorum pluralitate trepidantium quorundam Medicorum animos facilius confirmemus.

§. 5. Exordiar itaque in iis recitandis, à paulo vettioribus, sed sanè non obscuris multis. Biliofa, cruenta, & ramentosa dysenteria adjuncta febrim, cum jugi egerendi stimulo, & acerbitate doloris, jam per mensem ferè integrum, Polemarchum Brixiacum adeo afflixerat, ut de ejus vita parum spei Medicis, & minus assidentibus, superesset: sic tamen levatus est à missione unciarum sex sanguinis ex basilica dextra, à me proposita, & à Clarissimis olim viris & primariis Regis & Reginae medicis, I. Capella, & Honorato Castellano, accepta, & à nonnullis aliis improbata, ut post opem divinam, quæ humanis remediis

semper est præferenda, præsentaneum & tolemum auxilium, etiam ab iis Medicis, qui alterius erant opinionis, fuerit judicatum: cum isomet die nocte omnes, quæ antea nihil remissi patiebantur, sic evidenter inclinare coeperint, ut brevi prælinæ valetudini fuerit restitutus.

§. 6. In eodem morbi genere, cum tumore lienis, detractus ad uncias decem ex splenitide, mirum in modum, & ad salutem, profuit uxori Troilaldi Regis conubinari.

§. 7. Tormina item & febris tridii spatio graviter extorserant D. Castellani, Equitem torquatum: die quarta, misso sanguine ad uncias decem, sic mala remissa sunt, ut postmodum in totum fuerint resoluta.

§. 8. Gravissimè & periculosissimè Rezaeus Foquetus habebat, à febrim & ramentosa intestinorum difficultate, à quibus cum propemodum confectus & exhaustus esset, me circiter diem vigesimum à decubitu accersiri jubet; quem cum sepe Medicus alius inutiliter rheo purgasset, detractus sanguis ad uncias decem (quod factum statim prior Medicus, qui de ægrotantis vita parum sperabat, in aures imperiti vulgi & affinium vituperare coepit) tam evidenter adjuvit, ut & ipse cubans, & ejus frater, & assidens mulier, qui de salute funditus desperabant, in firmam spem valetudinis redierint. Hunc, bilium post missum sanguinem, cum omnino dysenteria resoluta non esset, viribus tamen paulò firmioribus factis, purgavimus lena, & syrupo rosarum pallidarum, quod medicamentum residuum mali subduxit.

§. 9. Non tam diuturno malo fuit agitata servulus à coquina D. Salvii, sed certè non minus periculoso. Prebenderat hunc primò febris acerbissima, postmodum insignis dysenteria, non remissa tamen febrim, ad quem vocatus sub vesperum, cum viderem maximum impendere periculum à virium lapsu, si in diem sequentem efficacis & requisitum remedium produxissem, illicò ex dextra basilica detrahi jussi circiter uncias quindecim sanguinis, ex quo nox tranquillior fuit: postmodum verò utrumque vitium resolutum. Is juvenis erat, firmus, vènosus, & sanguine referatus, ex eorum numero & hominum genere, qui abunde, & impermixtum singulis horis merum hauriunt.

§. 10. Mirum item inventum prædictum in Domino Esartium, quem longa & valida febris cum alvi fluore, modò lienterico, modò dysenterico, modò alterius generis, modò mixto, jam ad extremum ferè marcorem detruerat. Ad cujus curationem vocatus, & tota historia morbi mihi ab uno Medicorum, qui illius curam gerebant, enarrata, audiarque ejusdem Medici sententia (quam communem se habere dicebat cum altero qui curationi jugiter interfuerat) quod parum sperarent de ægrotante, cum per eos omnia artis auxilia in illo inutiliter fuissent usurpata, videlicet frequens purgatio ex rheo: nam id videtur multis Medicis horum morborum unicum asyllum, quod nisi morbum tollat, inania ducunt reliqua, urinam moventia, adstringentes fatus, litos, & reliqua id genus; in quorum serie cum minimè enumerata esset sanguinis missio (quæ certè inter omnia remedia primas obtinet) protinus illam præposui. Ibi ille miratus remedii novitatem, statim profluentem alvum, cibi fastidium, virium imbecillitatem, extremam corporis maciem, tabidam febrim, & deploratam quasi valetudinis spem, coram attulit; quorum omnium cum singulum per se tale subsidium non posceret (ut ille dicebat) imò ut adversum repudiaret, eo magis esse impugandum & fugiendum, cum omnia simul in extenuatissimo corpore sint conjuncta, vixque alterum Medicum in meam sententiam descensurum. His à me auditis, & rationibus in contrarium adductis, sine controversia ille acquiescere visus est. Tunditur vena basilica dextra, nobis præsentibus, ad uncias

uncias circiter novem sanguinis putridissimi quo facto, quia in exercitu Rupellensi eramus, ubi hominem præ loci distantia videre, nisi raro, mihi licebat, significavi tantam viscerum & totius corporis intemperiem & sanguinis labem, quæ summa erat, unica hac detractioe posse quidem mutari, sed non solvi aut aboleri: ideoque in rem fore, ut post quatuor aut sex dies ad id præsidium denuo confugeret, verum ex altero brachio, iterumque post dies alios octo aut decem, ex dextro, si ex hac prima & secunda missione aliquid opis sensisset. Quod ille fieri voluit. Invitis Medicis qui ejus curam gerebant, monitus scilicet à me prius, inde à fructu primæ missionis, qui fuit eximius. Sic ille post paucos dies morbo penitus liberatus est.

§. 11. Eadem morborum genera, nempe febris, & profusa alvus, tam sua vetustate, quam vehementia, jam penè ossa carne denudaverant famulo Præfecti Missardi in dicta obsidione, quem missione sanguinis ter, ad uncias octo repetita, & bis purgato corpore ex sena & syrupo rosaceo laxante, sanitati restitimus.

§. 12. Synochæ putridæ accessit alvi proluvies laboriosissima ad diem decimum, quæ modò in diarrhœa, modò in henteria speciem, febre non remittente, Joannem Defratz affectam meum, pessimè torquebant. Utraque hæc affectio à sanguinis missione, bis repetita, sublata est, die undecimo. Prima detractio prima invasione febris fuit, cui postridie adjectum purgationem, quam denuo ad diem octavum repetivimus; à qua cum nihil auxilii recipere, sed in pejor labi videretur, omisso purgantium usu, ad solam phlebotomiam me converti, quam bis iterum in illo usurpavi, ex uno scilicet & altero brachio, die uno interposito inter utramque sectionem, quarum singula uncias novem sanguinis ad minimum capiebat. Itaque ab harum prima magnopere, omnis noxa in eo repressa est: à secundâ, penitus sublata.

§. 13. Eodem subsidio adjutus est famulus æconomi D. Salvii, quem henteria non exigua dierum octo extorserat, à qua manifestè relevari vitus est misso sanguine, & postridie liberatus ab assumpto senæ decocto cum momento infusionis rheii.

§. 14. Non minoris efficacis comperta fuit, dum Rupellæ obsiderentur, in D. Andrea Birago, sextidissima henteria, quæ gravissimè & ardentissimè febre supervenerat, sine ulla febris inclinatione, cujus affectus & febris ipsius causa, venam jam ante fluxorem alvi incisam, denuo rescindi volumus cum felicissimo successu.

§. 15. Dom. Matringheno homini ferè septuagenario, diarrhœa dierum octo stimulatâ, & sanguinis missionem præ senio reformidanti, infusionem rheii nobis ab illo obnixè petitum instituit: à quo cum nullo modo fuisset adjutus, sanguinis missione animam applicuit, unde salutem consecutus est.

§. 16. At quid liberavit Dom. Gressierum, & Chattarum, sodales & amenuenses D. Salvii, quos dysenterica proluvies mensis unius jamjam consecerat, præter sanguinis missionem, in primo semel, in secundo bis, usurpatam? Nam & his non defuit multiplex omnis generis pharmacorum usus, ab aliis Medicis institutus.

§. 17. Porro ut horum omnium, & aliorum permultorum, quos ex variis & gravibus alvi profluviis tum recentibus, tum vetustis, tum cum febre, tum sine ea, divina gratiâ, liberavimus, maximam illorum salutis causam in sanguinis missione referimus: Ita certè ex adverso, multorum aliorum interitum, quos alij Medici tractabant, ad dicti auxilii defectum referendum puto. Quorum etsi non liceat nobis historias adducere, licebit tamen non reticere aliquid circa eas, quod faciet ad disciplinam: suppreffo interim

nomine & ægotantium & Medicorum; quorum duo, (qui nunc cum superis degant) cum jam per mensem integrum, & una cum altero Medico clinico & domellio, illustrem quendam juvenem, annorum circiter viginti octo, febre assiduâ & dysenteria acerbissima laborantem, tractassent, procedente semper malo in pejor, nec unquam sanguinem misissent, mihi tandem in consilium accito, & sanguinis missionem proponenti, pettinacius hi quam eruditus sic obistere omnibus nervis sunt conati, ob vires languiscentes, & ob Galeni sententiam adversantem, ut de ea non præstanda concluderint. Ipse non amplius redeo, trahit æger vitam adhuc per mensem. Biduum post illius interitum, unus duorum Medicorum; (qui ambo erant nominis non incelebris, nec ætate juvenes) cum una apud quendam ægotantem convenimus, statim primo occurso (quasi piguillet illum non contigisse nobis prius occasionem invicem de re hæc colloquendi, & ostendendi quàm rectè ab illis fuisset decretum, de abstinendo à sanguinis detractioe à me proposita) inquit: Obsecro Botalle, quid censes inventum fuisse in cadavere ægotantis, ad quem veneras tale in domicilium, jam mensis agitur? Ego, saltem intestinorum erosionem insignem. Ille, idipsum, & amplius, nempe ferè omnia intestina sphacelo demortua, præterea vix gutta sanguinis visa est toto corpore, præterquam in vena magna, & adhuc in ea non multum, adeò ut ostenderet, quàm importune sanguis fuisset missus, qui sustinuit adhuc moribundum in multos dies. Cui ego respondi: Non nego, non potuisse mihi maturius, sed & etiam dum appuli, licuisset potius id anceps auxilium; experiri, quàm omitti. At inventum fuisse cadaver exanguem, quem Medicum, artem exercentem, debebat hoc latere? Cum id commune sit omnibus his, qui tabe & marcore consumuntur, etiam sine ullo alvi fluxu. Quid igitur fieri oporteat in hoc, cui & alvi fluxus (ex quo non solum ea quæ per intestina labebantur, effluant inutiliter, sed & sanguis, & intestinorum ipsamet substantia, excernebatur) & febris assidua, & appetentiæ summa dejectio, & vigiliæ aderant? Poterantne hæc octo diebus, non duobus mensibus (quod sustinuit subiectum fortissimum) corpus sanguine exhaustum? Ille: crede, inquit, celerius interisset, si sanguis fuisset missus, ex detracto scilicet alimento corpori; qua de re nos rectè monuerunt Hippoc. & Galenus. Ego (quoniam senier me erat, & ne viderer contentiosus de re jam inutili meam sententiam sustinere, quæ illis aliquam ignominiam potuisset asserere) jam dico, sinamus de mortuis loqui, & de vivis dicamus. Alter Medicus, quem postridie obviam habui, idipsummet mihi ad divinandum proposuit, quasi ita inter eos fuisset statutum, fore mihi hoc significandum à primo eorum occurrente: cui id respondi, quod priori, qui is fuit, qui ægrè tolerat sanguinem missum fuisse Foqueto & alteri qui interijt, ut primus, sed tantum dies viginti ægotaverat, cujus intestina exesa & corrupta similiter fuerunt inventa, ut in altero mox dicto. Quæ exesio & corruptio necessario omnes graves dysenterias sequi solent: quas qui non videt fieri ab inflammationibus, & eas pro curatione non minus desiderare, sanguinis missionem quàm pleuritidem, (sed certè non tam largè & confertim) sciat se artis medicæ partem eruditam fore parumque perspicacem in exquirendis morborum, quibus homines affliguntur & interficiuntur, abstrusis causis: Nam quemadmodum pleuritis & peripneumonia interficiunt, ex corruptione pulmonum, & partium thoracis, inservientium respiratori ad vitam necessariam, & ex communicata putredine cordi; ita hæc interficit ex corruptione, & communicatione etiam earum partium, sine quarum integritate homo vivere nequit, nempe intestinorum pri-

primum, deinde jecoris, mox per consensum cordis, & totius corporis; ut patet per febrem, & alia mala symptomata succedentia.

§. 18. Sed satis superque exemplorum & rationum efficacium ad hæc adduximus, quibus vel etiam Medicinæ inexcitatis constare possit, etiam in his affectibus sanguinis missionem esse magis amplectendam, quam veteres commendant, & Medici nostri temporis, illorum exemplo, faciant. Causam cur in hoc etiã erraverint hi duo gravissimi viri, & certè totius Medicinæ lumina, eandem esse censemus, quam præcedente capite diximus.

CAPUT V.

Posse sanguinem mitti, exanthematis, parotidibus, aut aliis criticis evacuationibus apparentibus.

Explicatis quibusdam eorum, in quibus ab Hippoc. & Galeno aperte sanguinis missio improbat, quorum præcepta paucis aut fere nullis Medicis non videbantur accepta: descendamus nunc ad examinanda alia, in quibus cum dicti auctores aperte hoc auxilium neque improbant neque approbent, ad illud interim potius improbandum quam commendandum spectantur fere omnes posteriores: ut in febribus dum exanthemata, aut parotides, aut alius aliquis abscessus erumpit, aut quidvis aliud critique quodam modo apparet.

§. 1. Dicamus prius quid sint exanthemata & abscessus, & unde ea oriuntur, ut facilius mens nostra percipi & confirmari ab his valeat, qui exactius naturæ officia scrutantur. Sunt igitur exanthemata, exiguae prominentiæ in cute, aut maculae rubrae, vel pallidae, vel purpureæ, vel subnigræ, interdum universam cutem obtegentes, interdum per eam modo densius, modo rarius disseminatae, modo latiores, modo minutiores, & modo cutis plantam nullo modo excedentes. Abscessus dicitur, quicquid ex defluxu materię transmissæ in aliquam corporis partem, aut ei inheret, aut tumorem excitat, ut parotides, qui sunt tumores juxta aures, bubones sub alis, & in inguibus, aut carbunculi, & id genus alia: sub quo nomine abscessus & exanthemata comprehenduntur; item & criticæ evacuationes per alvum, per vomitum, per vesicam, per uterum, per nates, per sudores. At hi abscessus per emissionem, illi per depositionem dici solent. A quibus nullam indicationem mittendi, aut non mittendi sanguinis sumemus, sed à morbis & symptomatis ea subsequenter.

§. 2. Exanthematum & bubonum, & carbunculorum, & similium abscessuum materia, est sanguis, corpori suâ mole, vel vitio, vel utroque modo inutilis, quem natura, judicationis modo, certo quodam tempore, corpore extrudere nititur: quod illa quandoque sine alieno auxilio perficit, quandoque verò oppressa vincitur egeus ope artis. Erit igitur inutilis venæsectio in exanthematis, & aliis dictis abscessibus erumpentibus, aut paulo post, dum febris, & alia mala accidentia (si quæ sint) solvi aut evidenter mitigare videbuntur: significat enim id, naturæ vires esse morbificâ causâ superiores; Quare ibi artifex animadvertere debet, ne naturæ conatus rectè inchoatos imprudenter infringat. Si verò dicti conatus vel profus inutilis, vel minus parum efficaces sint, tunc naturam oneri succumbere, & à causâ morbi superari, significatur: cui crebrò in tam periculoso certamine nisi succurratur, victa jacet. Ergo quemadmodum illa non erat interpellanda, dum se victicem ostenderat, ita neque auxilio est desistenda, cum

aliquam Medico præbet suæ inbecillitatis & oppressionis significationem: quæ sententia ab Hippocrate & Galeno multis locis lucidissimè fuit pronuntiata, præsertim in aphorismis. *Qua judicantur & judicata sunt integrè, &c. & altero: Quæ relinquuntur in morbis, &c.*

§. 3. Dicit hic quispiam, qui velit non sine aliqua ratione adhuc contendere: Ergo non solum non eo die quo exanthemata erumpunt, sed etiam neque postmodum, aliquid movendum est, cum sæpe eveniat ut imperfectæ crises in plures dies protrahantur. Ad hæc dicemus, certam, statam, & universalem regulam juis dari minime posse; sed prudentis esse Medici, discernere quando primo die, vel secundo, vel tardius opitulandum naturæ sit, vel ea sine auxilio relinquenda; cum es indiga auxilii non sit, si die judicationis opus aggressa, morbum, ut diximus, debeat, aut maxime extenuet: Contra verò si aliter fiat, Adde quod sanguinis missio etiam utilis sit, ubi, erumpentibus illis, mala utcumque inclinatur. Aded ut ipse non differam sanguinem mittere, (etiam si ante illorum adventum fuerit alius missus) si lentè febrem inclinare videam: citius enim & hi sic curantur: ita ut illi (si convalescitur est æger) & citius, & tutius.

§. 4. Verùm de his pluribus differere hic non est locus; sed eam sit nunc nobis, cum Hippocrate & Galeno dicere, judicatoria quæ non judicant, esse exuperantis & perversi humoris, naturam ad præcoeam excretionem, stimulantis, indicativam. Indicat igitur illa tunc, se opem potest, idque venâ sectâ potius quam purgatione; Ratio enim in promptu est, eaque si missima: Cum in propositis casibus morbi causa sit in venis, non in intestinis recepta. Accedit ad hæc, quod purgatio, præterquam quod totum corpus perturbat, & impetum, & motum humoris revocat ad principes aut internas partes, alia etiam hæc mala facit, ut ait Hippocrat. in lib. acut. num. 36. *Quas sphyttrophas, id est, collectiones seu abscessus per repositionem appellant, dissolvi non possunt, si quis medicamento purgante aggressus fuerit, nam in his venæsectio præferenda est, &c.* Quare ea tantum ex arte datur aut in principio febris, aut dum cocti ad excretionem parati humores sunt; Sanguis verò (si morbi genus postulet, nec vires reclamant) omni tempore mitti potest: Neque hic noster conceptus de corpore evacuando in parotidibus, aut ægrum non levantibus exanthematis, novus est, neque à Galeno non confirmatos, in explicatione horum verborum Hippocratis: *Lata exanthemata non admodum pruriant, &c.*

§. 5. Est & alia objectio, quæ adversus nos in curationibus ægrotantium à multis Medicis adduci solet, & scripto, si rectè memini, à nonnullis memorata: nempe, quod venæsectione intro revocetur, quod natura foras expellere coepit, videlicet à circumferentia, ut aiunt, ad centrum. Quæ ratio tenuibus satis argumentis felicitur, cum omnino contrarius effectus illorum sententiæ luculentissimè conspiciatur, nempe trahi ab internis ad externa, non contra, uti illi dicunt: & licet sanguis à dextris ad sinistras, vel à sinistris ad dextras partes trahi nequeat, (adde etiam si lubet à supernis ad infernas, vel ab infernas ad supernas; quod tamen non est ita necesse, ut in illis) nisi transeat per maximam venam internam spinæ dorsæ hærentem; id tamen accidit tantum in soperfluis, & non arte factis sanguinis effusionibus, non autem in his quæ arte instituantur. At, hac ratione per eos adductâ, non tam validè venæsectio hoc loco improbat, quam purgatio, quam illi nec impugnant, nec non interdum importunè proponunt. Sed esto, rapitur aliquid, quod tamen non fit: longè interim major est utilitas, quæ sequitur convenientem evacuationem

hic dicimus, quorum tamen me unum fuisse fateor. Sed ut ad rem redeam, scito, in dictis febribus cum stillationibus nil esse, quod tam rectè possit regum à vitæ periculo (in quo Hippocrat. illos esse testatur) liberare, quam sanguinis missio, maturè & largè facta.

§. 5. Facilius fortè quis in hac nostram sententiam trahetur, dum sanguis tantum parè stillat, quam ubi spontè sua ad libram unam, vel duas effunditur; quo in loco etiam phlebotomiæ non esse parendum dicimus, si res postulet. Postulat autem ferè semper, duplici ratione, una, quo spontanea evacuatio non tollat ægrum, ut aliquando vidimus, nempe Lemovicibus (annas agitur circiter quartus decimus) dum in exercitu cum Rege essemus, juvenem quendam mercatorem, & alteram, ad quos tantum sui occitus, dum retinere sanguinem Medici non valerent, qui nullo auxilio servari poterunt; quod contigit etiam eo loco & eodem tempore uni ex famulis Illustrissimi Cancellarii, & multo tempore ante hos, uni ex nobilibus Illustrissimi olim Marscalli Brixini oppido Echano, cui nulla arte sanguinem, quem primum ad salutem fluere existimabam, & quem ad libras tres vel quatuor, juxta Galeni præceptum, fluere sua sponte siveram, retinere potui. Quæ res tandem occasionem mihi dedit excogitandi, & tentandi aliam tutiorem viam servandi similes ægrotantes, aperta scilicet vena brachii, tum ad retrahendum sanguinem, ne sua sponte fluat largius ex vena latente, quæ restringi postea non valeat, tum etiam ad evacuandum quantum sit satis, & ex sanguine impuriore, cujus evacuatio salubrior est, quam ejus qui sponte effunditur, qui est purior. Puriores perpetuo excerni è naribus sanguinem, imò ex hæmorrhoidibus, eo, qui venà ex brachio aperta detrahitur, ratione constat, & experientia sive sensu comprobatur. Ratio est, quoniam sanguis qui ex capite effunditur per nares, depuratus magis est, cum capiti data sint emissaria, ad illius faeces expurgandas; quibus emissariis non egebant artus, qui ex materia sunt crassiore, & ignobiliore cerebro.

§. 6. Scio hæc dura, & creditu difficilia fore iis, qui aliter hæcenus seaserunt: res tamen ita se habet, ut dixi, nempe & sanguinem talem esse, & javari dictos ægros, tutiusque servari, si ab ipso initio, dum sanguis è naribus erumpit, vena brachii aperiatur, & jussu modo mittatur, pro ratione plenitudinis venarum, quam sinere sua sponte fluere. Nec metuendum est, sic naturæ fieri injuriam, ut quidam dicunt juxta illud Hippocratis, *que judicantur non esse movenda, neque irritanda, sed servanda*. Sententia complectenda potius in aliis evacuationibus quam in hac, ut dum sigore alvi, aut sudoribus, aut mensium eruptione, aut urinarum crasserum effluxu, crises opportunè inchoantur; nam hæc in unum aut alterum diem observanda sunt, priusquam sanguinem mittas, quoniam per loca fiunt, quibus corporis colluvies naturali consuetudine solet excerni, quorum oscula non tam facile præter modum dilatari aut disrumpi possunt, ut illa venarum.

§. 7. Non igitur fideandum est iis qui dicunt, evacuatione quæ per nares fit, excerni impurum sanguinem, & retineri purum, quoniam evacuatio, inquit, hæc à natura sagaci fit, segregante utile ab inutili: Est enim hoc profecto falsum. Est quidem opus naturæ rumpentis venas teneriores, copia multa extensas, unde fluat materia ipsa, quæ corpus onerabat sine ullo defectu: Quare perpetuo aut rarissimè non videtur, hunc floridissimum esse & sincerissimum, & eum qui eo ipso tempore ex brachio detrahitur, ut plurimum esse corruptissimum, non secus, ut sæpissimè vidimus à decennio, & adhuc hac ætate præcedenti Cameraci in permultis, ut in D. Villermont affine genero-

ssimi & prudentissimi viri D. de Phargis, præfecti & tribuni militum, & in D. de Chamois, & aliis, quibus Dioneus, Regis, & Serenissimi Ducis Andium Chirurgus eruditissimus, venam secuit: & Peronæ in D. de Tournon consobrito generosissimi Domini de Drou, & in aliis plus quam viginti, quibus his terq; ante diem septimum venam secimus ad libram unam ut minimū, aut etiam ad sesquilibram pro singula detractione, tum ut periculum à febre ardente & pestilente, quæ grassabatur, vitaremus; tum etiam, ne ita impetu fluentis sanguinis per nares (ut dixi) venæ dilatarentur, ut constringi amplius nequirent, ita omnes servati sunt, ut testes idonei sunt & dictus Caplannus, & Dioneus, qui multis ex iis, meo consilio, venam secuit, & aliis etiam multis, ex animi sui sententia. Horum inquam multis, plusquam libræ tres aut quatuor, & aliquibus plus sex, profluerunt ex naribus, quibus tamen nos etiam duas ad minimum, vel tres, vel quatuor detraheramus. Quorum nemo non fuit persanatus sudore copioso, die septimo, quinto plures, unus vero aut alter nono, excepto Domino Bacqueville Magno appellato, qui ad decimum quartum sanatus est, nec tardius eorum corpora restituebantur, imò hi celerius in pristinam valetudinem redibant, quibus largius fuisset missus.

§. 8. Cæterum in his major in detrahendo sanguine cautio requiritur, quam in iis quibus dumtaxat guttatim & lentè stillat. Hanc itaque animadversionem esse adhibendam methodumque servandam, hoc loco dicimus, ut & maturè vena aperiatur, antequam corpus morbi longitudine, & vehementia, & victus tenuitate, & corruptela humorum, (quæ singulis momentis in ægris corporibus geminatur) ita sit viribus exhaustum, ut vacationem convenientem sustinere nequeat. In quod erroris genus majorem Medicorum partem ruere videmus, expectantes hi ad id auxilium confugere, cum nec licet satis mittere, propter vires resolutas, nec si adeo hæc resolutæ non sunt, non tamen æquè prodest, ac si tempestivè fuisset occursum.

§. 9. In gravi igitur febre, aut ardenti, ne verearis primo ipso die venam aperire, aut si debites futuram intermittentem, (cum sit difficile tertianam, primo insultu, ab ardente distinguere, cum sæpissimè hæc etiam cum frigoreprehendat, & post in utraque videatur incendi vis,) collue prima die alvum clystere molliente, detergente, & refrigerante; posttridie, aut in fine primæ diei, detrahe ex dextra basilica, in corpore mediocrium virium, libram unam, aut paulò amplius si impurus sit, & horis quinque vel sex post, febre in eodem vigore perseverante vel incremente, detrahe item ad uncias saltem sex, vel decem, si fuerit impurus. Nec decipiariis falsa illa opinione, minus esse detrahendum ubi vitiosus est; Quæ sententia vera tantum est, in evacuatione illa immensa, cujus Galen. aliquando meminit, librarum sex, vel ad animi deliquium. Si posttridie ejus diei stillent nares, persistente febre, sanguinem item detrahe ad sesquilibram, vel largius, si grave malum sit, & venæ replète conspiciantur; quæ sanguinis missio iterari potest, & debet, si posttridie item aut stillent nares, aut non stillent, sed febris continet in eodem vel majore vigore.

§. 10. Hanc ipsam mittendi sanguinis formam servamus, si è naribus sanguinem largius effundi videamus. Itaque si ad ægrum accesserimus, antequam multus effluerit, sed videamus ex ejus impetu largius fluxurum, pota exierit circiter dimidia libra; hic non vereor conferam libram ex brachio detrahere: Si non desistat è naribus fluere cum impetu, revalivè item è brachio mittam, nempe ad unciam unam, vel dimidiam, digito apposito venæ ostificio, & rursus detracto, ut alibi ostendimus esse faciendum: Qui si diffi-

si diffinitus detinetur, & vires labascunt, vincula extremis partibus danda sunt, & cucurbitulæ affigendæ, & alia molienda quæ ad hæmorrhagiam cohibendam faciunt, de quibus hic scribere locus non est, neque etiam quo modo febres curandæ, sed quando & quantum in his sanguinem mitti expediat, si nares stillent, aut sanguinem fundant, aut menses fluant, aut lochia currant, aut hæmorrhoids aperta sit, febre consistente & perseverante: in qua phlebotomia abdicanda non est, etiam si illa adsint, juxta illud Galeni monumentum de curandis synochis febribus dicentis: *Si tempore mittendi sanguinis menses mori contigerit, sive etiam hæmorrhoids sit reclusa, si inspecto ventris impetu, ipse facis fore videbitur, qui solus quod requirit vacuet, natura rem omnem permittet. Sin minus, tantum ipse detrahas, quo ex conjunctis ambobus perficiatur quod postulas.* Hæc sententia universalis est, licet Galenus eam nunc contraxerit, nominatim dicendo de mensibus & hæmorrhoidibus, ac si quis habere tres angulos æquales duobus rectis scaleno convenire diceret, nulla factâ mentione de reliquis trianguli speciebus. Convenit ergo & omnibus excretionibus criticis, imperfectis, & præmaturis, aut parcius venientibus, ut diximus jam non modo nunc de sanguinis stillatione, sed & antea de exanthematis, pyrothidibus, & aliis abscessuum generibus, indicantibus naturam operem efflagitare.

§. 11. Ergo si sanguinis fluxus à naribus, & hæmorrhoids, & menstrua purgatio dum sunt dimiuta, non interdiciunt sanguinem à vena mitti, ita profecto neque lochia post puerperium, neque alia quævis dimiuta evacuationio spontanea: ut patuit nuper in quadam Damicella post partum gemellorum, quæ totos sex primos dies egit insomnes, & ferè sine cibo, ob vehementem & assiduam febrem, capitisque & uteri dolorem, quæ omnia manifestissime fere deleta sunt (saltem dolores) ex basilica dextra aperta ad libram unam, quod auxilium omnibus nervis quidam Medicus, non juvenis quidem, contendebat ob faturum, fretus, ut dicebat, curentes purgationes cessaturas, & omnia in pectus lapsura: quæ rationes vanæ fuerunt inventæ, cum statim, imò exevante sanguine (quod præstitimus hora quinta vespertina diei sextæ) fructum perceperit, nocteque dormierit, & septimum diem, & alios similiter subsequentes egerit pacatissimos: quæ medicinam non in hac tantum puerpera utilissimam competimus, sed & in aliis.

§. 12. At Stymargi famulæ historiam hic inferi neque erit absurdum, neque inutile, propter eam quam habet cum præsentis tractatus affinitatem, verborumque breviter, & doctrinæ fecunditatem. *Stymargi, inquit Hippocrates, famula ubi filium peperisset, conversum est ei uteri osculum, & dolor ad coxam & crus: juxta malleolum scellâ venâ liberata est, & quidem cum etiam tremores totum corpus detinerent. Verum ad causam devenire oportet, & causæ principium.* Historia hæc dictione modica quidem est, sed documento profecto quidem maxima. Ante omnia est in ea observandum, à puerperio esse missum sanguinem, quod, ut diximus, ferè omnes, medicinam nostro sæculo fastidantes, irrationali & falsa opinione ducti, detestantur; quod existimant propterea naturam revocari à lochiorum seu puerperii purgamentis: præterea, non conferre simul moliri hanc evacuationem, alterâ adhuc perseverante: tum etiam, ne virium lapsus sequatur, quasi non sæpissime videamus naturam plures, diversas, & insignes uno tempore evacuationes aggeredi, in salutem negotantis. Secundo loco observandum est, præstitum id fuisse toto corpore tremere, quod multis, sed in exercitatis: videbitur absurdum, perinde quasi interdum non sequi conveniat mordentes halitus,

Tom. IV. Pars II.

tus, & succos per venas & habitum corporis delatos, tremores & totius corporis concussiones efficientes, venæ sectione minuire, ut vomitu aut ventris purgatione eos qui ventriculum & intestina opprimunt & vellicant. Adde præterea, quod sæpissime tremores, horrores, rigores, & perfrictiones fiant in universo corpore ex putredine aliqua, vel sanguinis, vel vaporum, communicatâ jecori, cordi, & cerebro, erumpente ab infecta aliqua corporis particula inflammatâ, ut utero post partum, aut vuneribus incensis, aut in quibus putridi aliquid later, aut abscessibus reconditis, & ad pus venientibus. In quibus omnibus, etiam tremere corpore, imò & rigente, cum hæc symptomata aut sæpe recurrunt, aut in multas horas sine intermissione perseverant, sanguinem mittere expediissimum est. Tertium est, quod in summo morbi vigore videatur esse factum, quo tempore & ipsemet Hippocrat. dixit lib. Aphor. esse quiescendum; at quiescendum est eo tempore, ab usque auxiliis abstinendum, quæ & naturam irritant, & naturæ officio egent in operis sui executione, qualia sunt purgantia medicamenta, & sudorifica, & menses aut urinas moventia, & id genus alia, quibus tertium adhuc accedat necessum est, si res ipsa prosperum successum habitura sit, concoctio scilicet & præparatio ejus quod expelli debet, quæ tantum inchoantur in morbi vigore, & absolvuntur in ejus inclinatione. Qua ratione dictum ab Hippocrate fuit: *Concocta medicari, &c.* Verum in phlebotomia hæc non requiruntur, quod eo & sanguis sua quantitate aut qualitate peccans, & vapores ipsi terri, in venis contenti, semper ad exitum sunt parati, dummodo pateat illis via, nec exeundo (si modus servetur naturam fatigant, sed degravant, & sustinent. Est quartum in adducta historia minime indignum examine, videlicet, detractum esse sanguinem ex malleolo, coxæ & cruri dolenti subjecto, in morbi vehementia, aut saltem in summo incremento, quo morbi tempore mittendus potius videbatur ex malleolo, vel poplite adverso, vel ex brachio parti affectæ propiore, quod non in affectam partem ipso fluxionis impetu humor traheretur, sed in contrariam revocaretur. Est tamen res ipsa optimo jure sic facta; nec hoc laudamus, quia res feliciter cessit, sed quia certimus id præstitum fuisse ex arte institutum: Quare etiam non forte, sed ratione id inventum fuit salutare. Nam quia sanguinis missio omni tempore adhiberi potest, ea ideo utilior est, quæ & primis diebus, & minus longè à patienti loco sit, ut aibi declarabimus. Dicere hic quispiam poterit, esse incertum ex quo malleolo sit missus. Cui respondebimus, artificialem conjecturam nos docere, fuisse eum qui dolenti parti suberat, eo quod Hippocrat. simul atque dixit dolorem factum ad coxam & crus, continua statim oratione dicit, sanguinem missum ex malleolo. Hanc sententiam probat ratio mittendi sanguinis ab Hippocrate memorata lib. de vitæ ratione in acutis, num. 12. dum dicit: *Si dolor sursum tendat ad clavicularum & brachiorum, venam secare oportet internam.* Nam hic similis est loquendi modus cum superiore, de quo similiter, ut de altero, hæsites, ecce quæ dubium tollant: addit, utra fuerit parte? in ea ipsa; Constat igitur fuisse missum in puerpera ex affecta parte, non adversa. Quod si adhuc hæreas, hæc item addemus ex eodem Authore, libro de Ulceribus; *Tumores, ait, in pedibus fieres cum inflammatione, si non sedentur cataplasmatis, aut fotibus, aut si etiam in aliis corporis partibus id fiat, eadem est ratio: nam influxio sanguinis per venas in causa est, si cui non contusio in causa est. Verum sanguinem detrabere oportet de venis, præsertim influentibus, si conspicua fuerint, sin minus, pertundere tumores oportet, profundioribus ac frequentioribus vulnusculis impallis,*

Cc

Quæ 2

Quæ, rogo, sunt venæ influentes aut per quas sit fluxio? num adversæ? non hercle, sed quæ parti sunt insitæ. Sufficiant igitur hæc ad ostendendum, Hippocratem non solum eo in casu intellexisse, sanguinem esse evellendum à parte vicina, sed & aliis omnibus, quibus humor impactus hæret, aut etiam fluxionis initio, præsertim si grandis dolor est, aut gravis aliquis morbus imminet. Quam sententiam Cornelius Celsus hac oratione confirmat. *Mitti verò sanguis debet si totius corporis causa sit, ex brachio; si partis alicujus, ex ea ipsa parte, aut certe quam proxima.* Post hæc ut respondeat vetusto errori, qui apud multos Medicos modernos nondum defævit, statim subjungit. *Nec ignoro quosdam dicere quam longissime sanguinem, ubi lædit, esse mirandum; sic enim averti materia cursum; at illo modo in id ipsum, quod gravat, evocari. Sed id ipsum falsum est: proximum enim locum primo exhaurit; ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur: Ubi is suppressus est, quia non trahitur, nec venit quidem.* Hæc Celsus ad imitationem Hippocratis, idque non minus erudite quam eleganter. Si quis verò adhuc dicat Hippocratem lib. De ossibus dixisse, esse ducendum à parte maxime longinqua; Huic dicemus, hanc sententiam ansam dedisse Cello, proferendi ea quæ mox eo retulimus, quibus magis esse assentiendum judicamus quam sententiæ adversæ; licet hæc non prorsus sit rejicienda, si recte intelligatur, prout declaramus libello De vulneribus scelopetorum. Est postremo loco in aliâ historia expendendum, cur in fine sit dictum, *ad causam esse deveniendum, & causæ principium;* cum de ea tamen nihil dicat? Videtur esse ratio, quod nosceret se in hac curatione genus auxilii usurpasse, quod forte plerique Medici in tali affectu non facile approbassent, cum materia quæ tremores facit, multis frigida esse credatur, & quod recens puerperium, & morbi vigor, sanguinis missionem impugnare videantur; aut si admittant, requiri eam potius ex valente, quam ex aegrotante particula. Veram enim vero, etsi hæc cuiuspiam opinionem aliquam facere possunt, sunt tamen ea tantum verisimilia, non autem vera, aut necessaria. Quod facile intelliget is, qui causam, aut causæ initium (ut ait Hippocrates) perciperit. Causa igitur est humor in corpore redundans; causæ principium, vis jecoris mittentis ad uterum, & vis uteri transmittentis, aut labi sinentis ad coxam & crus, id quod ille recipere, aut receptum utiliter retinere, aut per proprias venas expellere non potest. Ergo si quis hæc recte examinet, fateri cogetur humorem eum, qui in coxam & crus decumbebat, & acerbum dolorem edebat, pro curatione postulasse sanguinis evacuationem à proximo loco potius quam revulsionem; quamvis si ea vena lauisset, ut accidit, & vena poplitis, (quæ non nisi in mulieribus macilantis reperitur) alia brachii tundi potuisset, derivatio autem per alvum aut renes, omnibus numeris uterum læsisset. Sanguis igitur, ea præsertim parte qua detractus est, eoque morbi tempore, mitti debebat. Quoniam nullo jure expectanda erat tremoris solutio, eo quod nulla justa spes foret, coxæ dolorem potuisse leniri ex illius recessu, vel ab adventu caloris qui illum sequi potuisset, imò potius ingravescere. Non enim sic hi tremores, partium dolores, aut eorum causas extenuant, ut rigores (viribus corporis valentibus) febri ardenti supervenientes, febrem comminuant & solvant: est enim febris focus & materia, variis corporis partibus dispersa, & minime firma, imò huc atque illuc per vasa transcurrentis, illa verò uno loco seu membro insita. Quare medicina in indagando, & assequendo sine militiæ ad amissim per similes esse videtur, in qua peritus & strenuus miles hostibus circumventus (si ar-

mis victoriam comparare studet) non hostes procul distantes evertere nititur, sed eos à quibus de proximo urgetur: quod si interea, dum conflictatur cum proximis, auxiliares & potentes habeat sodales, tergora hostium tminus impetentes, levioere sanè negotio, & pugna tutiore, victoria potietur, quam si sine his tota pugna foret ei sustinenda & complenda. Simili, inquam, modo convēit medico adversus morbos pugnare, qui ex humorum affluxu oriuntur; cum alioqui metus sit, si aliter faciat, ne interea, dum in revulsionem prorsus operam navat, pars oppressa humoris multitudo ne & vitio, succumbat oneri. Quod sæpius evenire vidimus in manibus imperitorum. Patet igitur, quomodo vis morbi, & origo causæ, Hippocratem induxit, in puerpera, & in fluxionis impetu, totoque corpore tremente, sanguinem mittere, & à parte afflictæ propinquiore; ad naturæ operum imitationem, quæ sæpius sanguinis eruptiones spontaneas, quæ frigales comperiuntur, moveat, non longius ab affecta, neque ex adversa, sed ex proxima: quamvis etiam aliquando molietur utiles ex adversa parte, ut sanguinis fluxum ex naribus ad leniendos morbos uteri, & fluores uteri, & hæmorrhoidum ad affectus capitis, & alios hujusmodi. Collige igitur ex is, spontaneam evacuationem diminutam, quæ morbum eum, quem curare deberet, non evidenter minuat, postulare potius in auxilium artificialem evacuationem quam rejicere, præsertim eam quæ sanguinis est.

CAPUT VII.

In peste, an sanguinis missio utilis.

Verum cum eruptiones exanthematum, parotidum, stillationes narium, profusiones sanguinis, & aliæ similes evacuationes, magna ex parte febres pestilentes sequi soleant, in quibus omnibus diximus sæpe sanguinis missionem simul esse adhibendam, abs te itaque etiam non fuerit examinare, num cuiusque pestilenti febri phlebotomia conveniat, aut omnino vel potius nulli, cum maxima de his sit dissensio inter medicos; & visæ sint pestes in quibus missio sanguinis (ut medici, qui intererant, fatentur) utilis fuit cognita, & aliæ, in quibus visa fuit inutilis.

§. 2. Ego, ut uno verbo dicam, nullam pestem esse puto, cui hæc non possit esse salutaris supra omnia remedia, modo opportune, & quantitate convenienti, usurpata sit, ratus eam aliquando inutilem inventam fuisse, propterea quod aut tardius, aut partius quam opus esset, aut quod utroque modo circa eam usurpandam peccatum sit.

§. 3. Sed rogabis unde hoc elicio: Certè ex eo; quod omnes scriptores post Galenum, & medicos omnes nostri seculi quos novi, tum præceptores meos, tum alios, & tum Papiæ, tum Mediolani, & Patavii, & Venetiis, dum studiis operam navarem, postea in Pedemontio, deinde in Gallia, & in Anglia, & in Hannonia, demum in Flandria, omnes, inquam, cognoverim in mittendo sanguine parcissimos, ita ut verè fereri possim, nunquam me reperisse medicum qui in gravissima febre, aut synanche, aut peripneumonia, aut alio quovis morbo largissimam sanguinis distractionem requirente, ultra tria vascula, seu ultra uncias novem, sive ad summum decem, (prius quam à fratre meo, vel me, id usu vel lectione cognovissent) mittere fuerit ausus, nec idem repetere eodem die, vel altero, nisi suffocationis evidens periculum imminere cernerent. Audi-
olim

olim Flexelium confidentius misisse sanguinem quam cæteros; cuius tamen sententiam tantum abest ut aiii sequerentur, ut potius acerrime, tanquam nequissimam, detestarentur, & condemnarent.

§. 4. At in hac tanta timiditate, & parca detractioe, qui fieri potest, ut quis recte possit iudicare quantum ea in pestilenti morbo prodelle valeat, aut obesse? non enim morbus, pro cuius curatione requirebatur detractio librarum quatuor sanguinis, in quo una tantum detrahatur, si hominem interficiat, ideo interficit, quia sanguis est missus, sed quia non iusto modo missus est, nec forte etiam oportune. Verum nebulones nequissimi & ignavissimi, in id semper culpam convertere satagunt, non quod nocuit, sed quod per nefas à cunctis vituperari exoptant, aut si id nequitia non faciant, ignorantia tamen pravæ dispositionis efficiunt: utraque cæterè perniciofa, sed illa magis.

§. 5. Verum causa saltem obiter reddenda est nostræ sententiæ, cur scilicet sanguinis missio in omni peste sit utilis. Quoniam, inquam, vix unquam ulla pestis visa est, in qua aliqui genera exanthematum aut abscessuum non apparent, abscessus dico aut per emissionem aut per repositionem, per quos aut salus integra sequitur, dum recte erumpunt & procedunt, (ut in perfectis crisiibus patet:) aut morbus ex parte imminuitur, (ut fit in imperfectis crisiibus:) aut non apparent ullo modo, sed illorum materia partes internas occupat, & hominem citò enecat; aut apparent, sed extra tempus, & cum labore patientis, ut fit in omni præcoci, & symptomatica excretionem, per quam æger non levatur, sed ostenditur naturam gravari, & irritari ad expulsionem materiæ morbificæ ante ejus maturitatem.

§. 6. Ergo cum per eos qui citò curantur, tum per eos qui lentè, tum & per eos qui intereunt à quovis pestilenti morbo, constat eos fieri à materia vitiosa, in venis præsertim recepta: quæ ubi non adeo redundat, ut à natura regi possit, opportunè die aliqua electa, ut septima, aut nona, aut undecima, aut alia quavis convenienti, expellitur aut sudoribus, aut alvi fluore, aut urinis, crassam & multam subsidentiam habentibus; aut larga sanguinis profusione ex naribus, vel utero, vel hæmorrhoidibus; aut abscessu aliquo cito maturefcente, ad alas, vel inguina, vel pone aures, vel ad articulos, vel ad musculorum genus congesto & suppurato; aut exanthematis febrem solventibus, ex toto, aut eam magna ex parte solventibus. Hæc sunt in quæ resolvit, & per quæ liberari ægros, pestilentibus morbis affectos, Hippocrates dicebat lib. 2. Epidemion; Morti verò illos, quibus nullum horum opportune, & iusto modo eveniret. Ideo quibus duntaxat stillabant nates sanguine, aut tenues urinæ, licet multæ, stuebant, aut menses parte movebantur, aut alia quovis evacuatio diminuta accedebat, hi non curabantur, sed aut interibant, quia non sufficienter per hæc superflua & noxia prodirent, aut in diuturnum tempus morbus trahebatur, ut quæquo aut aliis excretionibus, aut eodem recurrente, natura deconerata, in totum victrix evaderet.

§. 7. His observatis, nemo rationis capax, jure in his morbis vituperare missionem sanguinis potest, sed mirificè, & tanquam divinum auxilium commendare, extollere, & confidenter usurpare: quod ipse profecto ab annis quindecim facio. Ideo in morbis pestilentibus, in obsidione Ropellarum, & Montibus Hannoniæ ab hinc quadriennium, & Parisiis toto hoc biennio, & Cameraci anno proximo actò, in omnibus meis ægrotis, (qui innumeri fuerunt) nullum præsentius ac salutarius reperi ipsa larga & tempestiva sanguinis missio. Hujus rei testes esse possunt, & rhedarius Clarissimi viri Domini Bellicure, à secretorie Regis consilio, qui Montibus Han-

Top. IV. Pars II.

noniæ, & exanthematis, & carbunculis amplissimis & profundissimis, & angina vehementi tunc obseptus, cui sanguis confuso quater fuit missus ex brachiis, nunquam infra sesquilibrium, præter aliquot uncias quæ fuerunt detractæ ex venis sub lingua, & præter cucurbitulas cum scarificatu scapulis applicitas Et præfectus Chamois, cui in dicta urbe mane circiter libram cum dimidia detrahi fecimus, & à meridie ex eodem vulnere libram, idque ex brachio partis, qua bubo insignis pridie ejus die cæperat apparere, & statim post matutinam sanguinis missionem pyroticum apponi iussimus: Quartus hic jam erat dies morbi, nec illum antea videram, & nisi febris die sequenti magna ex parte remissa fuisset, denuo detraxissem sanguinem: at septimo, sudore multo liberatus est.

§. 8. Sed unum exemplum afferam dignum relatuæ Luæniæ Capluani, quem superius nominavi, ad me venientem in vicum Bethysi, insignis febris corripuit; quem dum lassum, & longè distantem à suo domicilio video, in meum hospitium accubare facio; cui postridie mane insignite febricitanti, cum exanthematis purpureis & minutulis, venam apertui basilicam dextram ad sesquilibrium, sanguine poro existente: postridie purgavi corpus ex syrupo ros. laxat. & decocto foliorum tenax. Sequenti die, qui erat finis tertii, ingravescebat febris, & abscessus erupit supra cubitum dextrum, ex quo iterum tantundem sanguinis detraho impurissimi: à meridie iterum circiter libram ex eodem vulnere, & pyroticum abscessui appono. Die sequenti, qui erat quartus, mane dum me videt, quasi desens, me oblectat, ut illi injuriam & noxam, qua me affecerat, ignoscere velim: interim ut illum domo ejicerem agebamque quicquid velim tanquam de homine multis modis pe ditissimo, tum præ morte, cui se proximum putabat, tum præ infamia & periculo, quod videbat imminere domui, & familiæ meæ toti ejus causa. Ego ex eo rogo unde hæc verba? Ille: Peste gravissima me correptum video. Unde hoc colligat postulo: Ad inguen sinistrum, inquit ille, e cepit mihi hac nocte insignis pestis: teregit; attingo, illumque in spem erigo, significans illi genus mali jam mihi patuisse primò ipso die, dum exanthemata eruperunt. Quare reduco illi in memoriam, me illo die ab eo petivisse, non noctu pulices habuisset molestas: cui respondit, ne unam quidem, quamvis tota nocte pervigil fuisset. Quod verum esse ille intelligens, in meliorem spem se erigere cepit. Ego consideratis bubonis magnitudinæ, & febris incrementi, & urinarum incendio, crassitie, confusione, & cruditæ, venam aperio basilicam ex ea parte, sinistra scilicet, ad libram unam sanguinis putridissimi (nam ipse hæc omnia præstabam, ne genere morbi aperto chirurgis, domus mea infamaretur, utque pestilens, ut mos erat, conludetur) statim post pyroticum buboni applicui, vesperi urinæ aliquid coctionis exhibere ceperunt. Die sequenti mane, quæ erat quinta, alius bubo sub axilla dextra insurgit, febris remissior, urinæ meliores: hoc ipso die, imò & etiam pridie, duo ex meis famulis, qui illi inserviebant, & mali speciem subolebant, rogant me, ut illis liceat, aut ad illum non amplius redire, aut à me penitus recedere. Quod Capluanus fortè intelligens, dum ad illum accedo, me statim sic alloqui cœpit: Non ignoro, quanta animi molestia debeas opprimi mea causa, qui jam videor mihi ita morbo levatus, & viribus restitutus, ut non dissidam me posse in equum proficisci ad meum hospitium, vel rus. Qui sermo fuit mihi jucundissimus. Itaque jubeo illi parari gradatium equum, & à duobus meis famulis comitari, qui paucis diebus ter quaterve sanguinis missione repetita, pristinae

cc 2 sanitati

sanitati divina gratia fuit restitutus, ut patet ex binis ejus epistolis, quas ad me postea scripsit. Non ignoro me à multis hoc loco accusatum iri temeritatis; quod jure quidem fieret, si ipse hoc alibi, quam in meo hospitio, præstitisset, aut jam illum manifesta peste correptum, ad me duxisset, sed amicum ægrotantem, domi meæ receptum, sua in extrema angustia explodere, quæ fuisset immanitas? nam neque ipsa prima luce in pedes, neque in equum consistere ullo modo potuisset, propter frequentes nauseas, gravissimos capitis & lumborum dolores, ardentissimamque febrem: quis illum sic laborantem, ac morbum dissimulare minime valentem, eo tempore quo pestis per totam urbem luxuriabat, recepisset? periisset ille, & ego infamiam non effugissem. Ita & illum, & me cum tota familia, Deus optimus maximus incolumes servavit. Quod illum sæpius viderem, & confidentissime ter quaterque in die tractarem, venam tunderem, bubonibus caustica appone em, hanc confidentiam (præter Dei gratiam) exhibuit artis usus, quod didici, Pestilentium febrium, & earum symptomatum vim omnem extinguere; tempestiva & justa sanguinis missione, quam ipse in me æquæ ut in meam familiam posse & solere exequi sciebam. Cæterum etsi de aliis remediis, in illo usurpatis, nil dixerimus, utebatur tamen ille apoze-matis refrigerantibus, & detergentibus, & cardiaci. Sed scopus propositus est tantum dicere de sanguinis missione. Verum ecce Capluani epistolas.

Prima Capluani Epistola.

Sepimus agitur dies [Medicorum decus] ex quo abs te discessi, quo toto temporis spatio, quid in me percurando, tuo summo consilio egerim, nisi quid te detinet, audi. Quinto igitur die, ut omnia singillatim in pauca conferam, statim atque ad meum perveni hospitium, jussi iterum, ut consuleres, mihi venam tundi, profususque est sanguis ad uncias octodecim vel viginti, qui quidem puriformis & corruptissimus erat, ex qua quidem sanguinis detractio maximum percepi fructum: febris enim ex eo tempore facta est mitior, & dolor capitis, cæteraque symptomata, non tam immaniter me divexarunt. Sextum & septimum diem satis commodè transégi, idonea victus rationi solum intentus, atque ea non prætermittens, quæ ad alvum sollicitandam uti me oportere scripsisti. At verò octavi initio, molestiam nec non doloris percepi plurimum; molestiam quidem ex cordis terrificâ quadam palpitatione, ex abrupto oborta; dolorem verò ex bubonibus, ac potissimum eo qui axilla dextra infedit, & qui nondum escharam deposuerat. Memor igitur divini tui consilii & paternæ admonitionis, statim vascula quatuor sanguinis ex basilica dextra mihi detrabi jussi, quibus peractis, omnia illa symptomata paulatim evanescere sensi, atque sub vespere corpus mediocri deambulatione exercui, quo tempore factus sum obviam cuidam & docto, & mihi amicissimo medico; qui quoniam me morbo, sua contagione deleterio, laborare ex vultu intellexerat, (eam enim imbibent, quotquot me norunt, opinionem) sublevis gradum, dubitavitque magnopere num me alioqui & solutare deberet: quem cum tam perplexum viderem, prior salutavi, eique persuasi, rumores eos de me sparsos esse, meque tantum febre ardente fuisse molestatum, domique tuæ, & tuo summo consilio, ac divino prope auxilio, à summa morbi pernicie fuisse vindicatum, fereque, ut videbat, restitutum. Quibus perceptis, metum excussu, alacriorque redditus propius accessit, pulsus tetigit, ex eoque diserte pronuntiavit non esse verosimile me tali fuisse detentum morbo, quo omnes prædicabant, fortique

animo mecum amice & benevolè sermonem serere cepit, rogavitque ut illi integram meam agriitudinis historiam exponerem. Qua audita (KAYOMNON scilicet me illi perpetuo venditâ) mirum in modum est mihi stomachatus, quod tantum hoc in affectu fuerim ausus admittere sanguinis evacuationem, attulitque frivolas quasdam ratiunculas, quibus ostendere nitentur, me in hac tam insigni sanguinis profusione parum prudentem fuisse. Ad quas vietas ac stultas grammaticationes pro virili respondi, effeci que ut intelligeret, sacratissimum illud, & nonquam satis laudatum præsidii genus, (te auctore & consultore) me à morte vindicasse; aliaque multa in hanc sententiam atulli, quibus non parum fuit commotus, tandemque is, veluti ex tripode, pronuntiavit, me bellicum vel hydropicum interiturum, eamque esse causam quod tam audax & liberalis in mittendo sanguine fuerim. Cui rursus respondi, mihi animum esse, ni morbus brevi penitus solvatur, redeundi petiit summam opem, ex summo & insigni remedio, in hoc solo præsidio me totam salutis meæ spem collocasse. Verum is ubi hæc percepit, magis quam unquam commotus, decretaque mea acriter coarguens, tandem mihi vale dixit. Sed enim latius forte, quam par sit, mea expatiatur ratio: quare ad pensum redeo. De iis enim, aliisque similibus aliorum ridiculis propositis, Deo dante, pluribus tecum præfens egam. Nono igitur die, cum viderem res meas meliorem esse loco positas, tum ut curam captarem agrestem, tum alia ob causas, quas brevitate studio lubens prætereo, Geniliacum veni, instructus iis omnibus quæ ad bubonum curationem necessaria esse monuisti; qui quidem blande jam sese expurgabant, pusque laudabile effundebant. Cæterum sub finem non, pauci eruperunt sudores, qui tamen levamen aliquid attulerunt. Decimo, vel quod exercitio corpus nimis fatigaverim, vel quod deliquerim in victus ratione, in febre denovo incidi, quæ me totas duodecim vexavit horas, à qua tamen Dei benignitate liberatus, & paululum recreatus, capi consilium de iteranda vena-sectione, ut materia morbifica portione evacuata, natura ad reliquum conficiendum & devincendum magis esset potis: quod quidem hesternâ die præstiti, missusque fuit sanguis ad uncias decem vel duodecim. Hodie verò, Deo gratia optime habeo, & febris exiers sum. Illud tantum jam mihi est in crucem & sollicitudinem, quod bubo, qui sub axilla sedem habet, sit reliquis paulo contumacior, nullisque remediis cedere velle videatur. Quæ cum ita sint, tuas expecto literas, quibus moneas velim, quid mihi hæc in re faciendum putes, ut singulari tuo consilio reliquo operi colophonem addam. Hæc sunt quæ in præfens te scire peropto. Vale igitur, dator viæ, & me pro more singularique tua benevolentia, amare perge. Geniliaci idibus Julii, 1581.

Alterâ Capluani Epistola.

AD decimum tertium Kal. Augusti tuas accepi literas, eruditissime Botalle, quæ mihi variis de causis jucundissimè fuere, præsertim verò quod ex iis te optima frui valetudine cognoverim, qua te gratius mihi aut jucundius nihil coningere potuisset. De me autem sic habeto. Ego tua summa consilia ad unguem infecutus, tam viriliter ac caute hostem profligavi, ut jam Dei benignitate, & summis tuis auxiliis, liceat mihi in civitatem redire, quod summum esse, & pene divinum, existimo. Idibus Julii scripsi ad te totam curationis meæ seriem & historiam, sed ex eo tempore bis fuit mihi secta vena, profususque sanguis ad libras duas. Etsi verò viginti quatuor dierum spatio libræ decem ut minimum mihi fuerint detractæ, non est tamen quod existimes me nunc

nunc sanguinis penuria valde laborare. Quod fortasse mirum videbitur, non tibi, qui hujus rei causam ratione & experientia, non minus egregie quam ingeniose excogitasti, explicuisti, atque in commune contulisti: sed sciolis & latiniusculis ac graculis quibusdam medicis, parum aut nihil in arte exercitatis, & iis qui tonium libris, & præceptorum distans instructi, suam cum pompa & fastu ostentant intra privatos parietes summam medendi artem; cum nemini unquam, nisi forte cacula cuiquam, aut misello rustico, ex eventu, & andabatarum more, medicinam fecerint. Verum ii baubari, harrire, ac toruliloqui tandem desinent, ubi mentem saniozem in corpore sano habuerint, suarumque pseudopinionum BANAYSIAN attentius perpenderit. Sed de iis haellenus; temporis enim filia veritas, hæc omnes falsitatis tenebras brevi suo lumine dissipabit. Quod si forte de iis tibi in posterum se offerat, quid sentiam dicendi occasio, dicam profecto palam, & ingenue quod res est. Sed jam ad institutum redeo. Atque quoniam summum te videndi & alloquendi, me tenet desiderium, scire ex te peropto, quando Lutetiam sis rediturus. Ceterum, uti jam dixi, me sanum & incolumem videbis, efficiamque ut intelligas, me tui officiosissimum esse, & omnia summa, donec spiritus hæc ossa reget, pro te facturum. Vale igitur vite dator mea, Capluanique tui, ut soles, memor esto. Parisiis septimo Kal. Augusti. 1581.

Habes igitur hic mirandum exemplum, sed profecto primum (rhetoricè scilicet) non minus mirum fuit, quamvis is non tam cito fuerit restitutus, in illo enim parcius, ac tardius iusto, sanguis fuit missus: Nam primo die, quo ad illum accessi, qui erat secundus à morbo, etsi sanguinem mitti imperaverim, id tamen minime fuit factum, quoniam accersiverant quendam chirurgum, qui dixit lunam esse in signo inausulto, nec id fieri debere ante biduum, & sic discessit. Quare postridie mane alterum chirurgum accersiri iussi, qui, me præsentem, venam aperuit ad seculibrum, & à meridie ad parem modum.

§. 9. In Episcopo Sittlernensi nepote meo (benedictum agitur) pestilenti eaque ardenti febre correpto, ante diem quintum circiter libras quatuor sanguinis detraxi, & cum in aulam mihi tunc proficisci necesse fuerit, curam ejus commisi Marelcoto eruditissimo Medico, qui illi adhuc bis terve sanguinem misit; unde ad me scripsit, ultimam spem se ponere in phlebotomia tertio à se celebranda; qua præstita, liberatus est. Et Henrico, uni ex meis famulis, Montibus Hannoniæ eodem febris genere, pestilenti scilicet, prehensio, septies saltem sanguinem misit, & nunquam minus libra una sanguinis fuit detracta, bis verò supra duas uno die.

§. 10. Multa sunt alia nobis extant exempla, ad hoc nostrum institutum pertinentia: verum quia res est, de qua latius seorsim agere instituimus, ideo plura nunc dicere desinamus: Dicentes denuò, febrem nullam pestilentem esse, cui non conveniat æque vel potius magis, missio sanguinis, quam synochæ putridæ.

CAPUT VIII.

In cacochymia necessariam esse sanguinis missionem.

Iam tempus est, ut expendamus, & executiamus Galeni illam propositionem, quam major Medicorum pars, addicta nudis potius verbis authorum, de quibus opinionem aliquam susceperunt, quam

Tom. IV. Pars II.

rerum intelligentiæ, in omnibus curandis, in quibus sanguinis vitium apparet, aut suspectum est, ut herculeum asylum asserit, contra missionem sanguinis. Quæ est, hæc plethora deberi, purgationem verò cacochymia. Quæ sententia, pace Galeni & eorum qui eam tuentur, tam est à veritate aliena, & perniosa, quam quod alienissimum & perniciosissimum, imò & contra ipsiusmet Galeni sententiam, & curandi modum. Quod paucis ostendere pergo, ubi dixerò prius quid sit plenitudo, quid cacochymia, & quid purgatio.

§. 2. Plenitudinem inter omnes medicos convenit, esse sanguinis sinceri, id est, alendo corpori accommodati, exuperantiam: Cacochymiam, vitiosi humoris redundantiam: Purgationem verò, vitiosi humoris in corpore existentis, convenientem excretionem, & eductionem. Quam plerique medicorum importunius certe, quam verius, contendunt, non esse venæ apertione, sed alvi ductione, vel vomitione, vel sudoribus, vel urinis, vel mictione: vel excreatu, vel insensibili transpiratu molendam, quoniam, inquam, per hæc vitiosum tantum, & corpori inutile excernitur, per illam vero etiam & quod est utile educitur, non fecerente scilicet natura per hanc utile ab inutili, sed sine promiscuè effluere quicquid est in venis permixtum æque bonum ac malum. Unde major injuria sequatur ex illius deperditione, quam utilitas ex hujus evacuatione. Rationes profecto celerius dictæ, quam mediocriter excogitæ & comprobatæ, ut hinc patebit.

§. 3. Si cacochymia in omne corpus dispergitur, ut Bernellius, & ante eum Galenus, & cæteri omnes boni authores aiunt, certum est, eam etiam ex parte contentam in venis totius corporis esse. Atqui, obsecro, vitiosus sanguis qui in artubus est, qua arte, quæve specie purgationis repurgandus est? stultum est credere id fieri posse alvi excretionem, stultius etiam vomitu, aut excreatu, aut urinarum ductione, licet hæc omnia aliquando artuum affectibus conducant, per accidens tamen, detracta scilicet per illa parte aliqua humoris, qui cacochymiam, & consequenter dictos affectus, fovere & augere possit: Non enim ab artibus ad dicta emissaria humorum regressus conceditur, nisi in lethalibus evacuationibus, ut in vehementi diabete ferè totum serum, & in insigni alvi floore fere universus corporis humor, effundi potest. At non est id purgari cacochymiam corporis, seu vitiosos artuum humores excerni, sed animam cum humoribus simul abigi, quod non affectat Medicus, sed cacochymiam se vitiosos humores, omnium pene morborum parentes, ita è corpore deturbare, ut anima in eo bene valente tandiu resideat, quandiu humanæ naturæ conceditur. Cacochymia igitur, cum non unico solo loco corporis hæreat, sed universum ferè ipsum obsideat; ideo ab ejus variis partibus eruenda est, è venis scilicet, quæ in iis contenta; cutis scarificatione, aut sudoribus, aut insensibili transpiratu, ea quæ cuti adjacet; alvi excretionem, quæ viscera & circa ea est insita; vomitu, quæ ventriculum, urinis quæ renes, mictione & excreatu quæ caput aut pulmones aggravat. Et ut uno verbo dicam, à qualibet parte proprium onus exonerandum est, aut certè ab ea quæ maximè affectæ parti est proxima, seu magis idonea.

§. 4. Ergo in cachexia, quæ totius corporis est malus habitus, purgatio quidem necessaria est: at non ea solum quæ medicamentis catharticis fit, sed ea magis, quam per venæsectionem molimur: repurgari enim sanguinem posse secta vena effectus ipse docet; cum ea multos cachecticos ex pessimo corporis habitu in bonum restitui, & in hoc in multos anos continuari videmus. Quis enim visus unquam fuit, majore & con-

C c 3 tuma;

tumacitate colluvie humorum fecerit fratre meo? dum à paralyfi gravissima, & convulsione alterius partis, jam ab annis vigintiquatuor, præter omnem Medicorum spem fuit liberatus: qui statim, post tanta & tam maligna scabie obseptus fuit, ut deteriorum esse duceret hanc valetudinis speciem priore, à qua cum nec purgationibus, nec balneis, nec litibus, nec tenui victu, nec ullo alio auxilio, à Medicis, qui ejus curæ præterant, institutis, liberari potuisset, sanguinis missione contra Medicorum sententiam sæpius repetita, non solum scabie liberatus est, sed in meliorem habitum antecedente est deductus. Unde ab eo tempore in hunc usque diem vix mensis præterit (quamvis septuagenarius sit) in quo non semel, aut bis, vel etiam ter, ut sæpiissime ad me scribit, sibi sanguinem non mittit: & raro minus uncias decem, sæpiissime vero plus una libra. Et ipse etiam, cum ex quarana febre, ut superius dixi, cachexia adeo urgeret, ut ab hydrope non parum timerem; certè nullo alio auxilio restitutus fui (quamvis tentaverim prius id efficere purgationibus, & apozenatis, & vivendi ratione) quam sæpè repetita venæ sectione: ita ut decem dierum spatio quinquies mihi me ipsi venam aperuerim, primum basilicam dextram ad libram unam; quem scædissimum repererim, à meridie dimidium modum iteram detraxi etiam impurum; postmodum ex sinistra basilica id ipsum molior, manè ad uncias decem, à meridie ad quinque etiam corrupti; Uno interposito die, communem dextri brachii tundo ad decem item uncias, & à meridie, quoniam vitiosus etiam erat, ad quatuor similiter infecti: Duos intermissis diebus, & tertio communem sinistram aperio ad uncias octo, qui visus est cæteris omnibus minus infectus: Interjectis item duobus diebus de novo dextram basilicam secundo ad uncias quatuor, quem cum purissimum offenderim, ansam accepi multos menses intermittendi, quos egi hilariter cum cibi appetentia, somni tranquillitate, & artuum robore, cum antea mæror adellus, dejecta appetentia, turbulenta somnia, nocturni sudores vires frangentes, artuum laxitas; Inde post aliquos menses reversa sanguinis impuritate, & ejus accidentibus jam dictis, nempe tristitia, virium languore, & cæteris, de novo ad sanguinis missionem ut antea redii, terque sex dierum spatio venam aperui, nec ultra; quoniam postremus sincerus successit, à quo tempore nec tanta in venis impuritas cumularetur, aliquando semel in mense, aliquando bis, aliquando ter, & aliquando tribus mensibus semel tantum, mihi detraxi, sumpta indicatione recurrenti ad id auxilium, ab adventu dierum præcursorum, lassitudine scilicet & mærore spontanis, & reliquis nullam manifestam causam consequentibus. Quam meam in me ipso mittendi sanguinis rationem, Medici aliquot sunt, & olim alii fuerunt, qui vehementer vituperarunt, dicentes mihi, quasi ludentes, & coram amicis: Vaticinor quid futurum sit de Botallo nostro: dies aderit qua dicetur, Botallum suo se jugulavisse gladio, mortuum scilicet penuria sanguinis. At horum prognosticum, à nobis ad superiores præcursoris, id jam videre est interceptum. Haud dubito, quocumque tempore fatis concedam, culpatum iri in me idiplum, cujus beneficio jam bis (forsitan etiam & amplius) post decennium, in vitam revocatus fui, quod interim nonnulli nimis maturè, fortè etiam & magis cupide quam dolenter, prædicabant me interfecisse. At eo ipso (divina gratia) vivimus adhuc; & morti obnoxii ut mortales; nostrum interea sanguinem non effundentes, ut prodigi paternas hereditates decoquant, neque etiam tenaciter detinentes, ut avari aurum, cujus servandi occasione aut fame tabescunt aut ferro jugulantur.

§. 5. Sed persequamur reliqua. Alia magis miran-

da, in cachexia, de hoc auxilio possum narrare, quæ quidem non reticenda sunt, ut de Henrico famulo meo, quem Montibus Haemoniæ liberavi, (Deo adjuvante) à pestilenti febre, ut dixi supra, cum purpureis exanthematis, ter misso sanguine ad libras duas pro singula vice, & ante adventum diei septimæ, qua sudor erupit semicriticus, ut sic dicam, cum non perfecte morbum solverit, sed instantis mortis periculum ademit, permanente febre languida, sudorifica, ex qua in leucophlegmatiam tendere videbatur; quater item misso sanguinem ad libram unam singula detractione, ut spatio dierum circiter viginti liberatus sit, jamque uxoratus incolumis vivit. Tanta sanè erat sanguinis colluvies, ut nunquam similem viderim, cum ex qualibet libra, (medica scilicet) saltem uncia decem essent seri, & plus quam sesquiuncia crassissimæ & tenacissimæ pituitæ supernatantis, & circiter dimidia uncia nigerrimi & corrupti sanguinis subsidentis, quam rem profecto admirandam, nolui latere doctissimos viros, Alexandrum Campegius Medicum Sereuissimi Ducis Andium, amplius amicum & sodalem meum, & Ludovicum Cospeum, dictæ urbis Medicum acceptissimum, quos ad ægrum vocabam, præsertim dum sanguinem mitterem, aut misissem; nam ipse opus præstabam, ne committerem famulos meos aut chirurgo ignavo, aut à pestilentibus ægris, qui tunc frequentissimi erant, redeunti.

§. 6. Eodem tempore & loco, fere idem contigit Mangigio, uni etiam ex meis famulis, quem assidua febris, & molestissima assiduaque vigilia, & alvi fluxus frequentissimus, urgebat, quem similiter adjuvimus, sæpius repetita sanguinis missione, donec scilicet sic repurgato sanguine, (qui antedicto non multo erat incorruptior) recentior & purior in illius locum suffectus est. Hunc etiam, & alios quamplurimos quos tractavimus, non ex nostris famulis tantum, sed & nobiles, & mercatores, & milites, vidit Campegius nostra opera curatos: quibus tamen multi Medici dicebant sanguinis missionem nulla ratione conducturam, sed purgationem, juxta illam nimis tritam, & nimis à Medicis veneratam, sententiam, antea à nobis pronuntiatam. Quod Cacoehymie debeat purgatio; quæ vera est, nisi adderent, non autem sanguinis missio seu venæ sectio.

§. 7. Verùm non huc fratris mei, & nostrum, & famulorum meorum exempla, attulimus, ut hinc velimus induci, singula corpora cachectica & impuri sanguinis sic esse tractanda, ad hancque speciem curationis, tanquam ad regulam, ad unguem reducenda; esset enim uno calopodio, ut adagio fertur, velle omnes homines calcare; sed quemadmodum pedi cuique idoneum calopodium convenit, ita & cuique cachexiæ suæ convenit sanguinis missio. Impuritas autem humorum, in intestinis residentium, sub cachexiæ nomine comprehendi minimè debet. At ut non intelligimus hæc exempla, & alia plura, quæ afferre in hanc rem possemus, esse habenda tanquam dogmata aut leges, aut axiomata: ita neque par est ea ut inutilia, veluti quidam inepte & maligne faciunt, & ab arte aliena, rejicere: præsertim cum videamus, ab experimentis omnem artem prodire, & à singularibus (ut alias docebimus) ipsa universalis deduci; & quod olim leviter, vel temere, ab aliquibus, ut adversum, fuit vituperatum, idem postea expensum ac recognitum, ab eisdem frugi & magni emolumenti iudicari possit: ut plerique medici, quos nunc videmus, nostro exemplo, liberalius ad sanguinis missionem accedere, quam antea audent, eamque imperare confidenter in multis corporibus & morbis, in quibus olim adversissimam fore acriter contendebant. Quod & ipse etiam feci: Nam

Nam memini à triginta annis me olim, cum medicis aliquot eruditissimis, Melchior Pagano, & Vincentio Zojo, qui curationibus ægitudinum fratris mei præerant, illius consuetudinem mittendi sibi sanguinem sæpissime damnaſſe, obnoxieque illum per litteras rogasse, ne tam frequens & præceptis in hoc auxilium rueret: nullius enim naturam (quod omnes in experti semper inculcant) tam validam esse, quæ id diu ferre possit sine magno malo. Ille verò ritè respondens, difficile esse dicebat, in viso ægotante, rectè consulere, seque non temere id facere, sed ratione ductum, & natura id requirentem. Quod quàm verè dixerit, exitus docuit, cum ille firmissimis sit artibus, & visu integerrimo, annum ætatis agens septuagesimum. Quare viso in eo per multos annos phlebotomiæ fructu, & considerata humani corporis fabrica, & ejusdem principum partium facultate diligentius examinata, animo concepi id ipsum esse humano generi fructuosissimum, quod antea, dum medicorum illius temporis, & multorum præsentis, morem sequeretur, leviter dabam crimini; nempe, frequentem, sed moderatam venæ sectionem, in sanguinis impuritate, & cachexia, & in corpore valetudinario, in quo rarè vel nunquam sanguinis scæditas non comperitur. Quæ frequentia ne ullo stato numero desiniri, neque ulla certa quantitate determinari potest, sed utraque (occasione adjuncta) penes arbitrium prudentis medici, sanguinis qualitatem, venarum plenitudinem, & patientis robur, & valetudinis genus expendentis, reposita sunt. Sed vix hæc momentum aliquod habebunt penes eos medicos, qui & falsam de hac re opinionem susceperunt, & in animum sibi induxerunt, unum Galenum esse sequendum. Quod postremum certè laudo, si rectè doctrinam, sensumque, & sententiarum illius varietates percipere, & utile ab inutili distinguere ac eligere valeant. Cum plerique ea, quæ uno loco particulatim ab illo sunt dicta, universaliter capiant, & nonnulla, quæ vera non sunt, (concedant hoc mihi dicere veritatis fautores) tanquam certa, sine ullo examine, constantissimè suslineant & sequantur.

§. 8. Quare oportet hanc nostram sententiam, Galeno repugnantem, si recipienda est, à præcipuis authoribus artis roborari & confirmari. At quibus authoribus satis efficacibus ad id negotii uti possimus? Galeo sanè ipso, Hippocrate, & aliis omnibus alicujus nominis & famæ. Quod igitur ad Galenum attinet, qua quæſo in re ille magis videtur laborare adversus Erasistratum, quàm in ostendendo, illud malè credidisse, in sola plenitudine seu plethora sanguinis missionem convenire? Si ergo Galenus hanc propositionem à se dictam, cacochymia nempe purgationem deberi, & plethoræ sanguinis missionem, simpliciter vellet intelligi, huic hanc, & illi duntaxat illam, deberi; quid aliud præstitisset in tota sua disputatione, quàm tempus terere in contradicendo, & destruendo eo ipso quod affirmat, & in quo cum Erasistrato convenit? nam id ipsam Erasistratus affirmabat. At, deberi hanc primo & per se plethoræ, & purgationem eidem per accidens, certum est; & ex altera parte, cacochymia primum purgationem per se, & eidem sanguinis missionem per accidens, id habet probabilitatem aliquam: quamvis cacochymia æquè per se sanguinis missio, imò magis quàm purgatio conferat, cum & ea plenitudo sit, cui per se debetur evacuatio per loca convenientia; cum enim cacochymia sit redundantia vitiosi humoris, in genere venoso existentis, reliquum est, hunc nulla via aptius educi posse, quàm vena secta.

§. 9. Videamus jam, num & aliquando medendo hoc auxilio sit usus, aut commendaverit in cachexia tollenda: nam in hac re contra nobis

agendam est, quàm in præceptis divinis; in quibus sequenda potius sunt ea, quæ concinnatores ex suggestis dicunt, quàm quæ privatis domibus faciunt. Ergo febres omnes putridas jubet curari missione sanguinis, in quibus si assidue fiat, ut putrida synochus, imperat largissimè detrahi: nam in iis putrare plethoram tantum multitudine peccantem esse, stultum est. Et dum dixit, in iis etiam putridis febribus sanguinem mitti posse, & septimo die, & vigesimo, & aliis longioribus, si reliquæ indicationes respondeant, putabatne hæc corpora plethorica esse? Præterea, mulierem illam, cujus meminit lib. vi. Epid. comment. 111. §. Extenuatio, longo morbo confectam, & marcescentem, putabatne esse plethoricam? & si credebatur vitiosis succis oppressam, cur tentavit in pristinam sanitatem restituere venæ sectione? nam in hac ter se mississe sanguinem dixit, diebus tribus continuis, non autem pharmaca exhibuisse. At non solum Galenus, resistendo Erasistrato, & ægitudines curando, ostendit sanguinis missionem alibi, quàm in plethora, convenire, sed etiam evidentissimis præceptis, ut patet per hæc quæ scribit IX. Meth. Med. c. 5. Si calida & sicca natura, cum succi vitio, febris fiat, ob multos crassos & glutinosos humores, sanguis mittendus est, quo vitiosus succus facilius transpiret. Amplius ibid. si coarctatum corpus est, & exigui meatus densati, & multisimul ac leni humores subsint, in hujusmodi causarum complexu capisse à sanguinis missione convenit. Quid ergo, rejicitne hic Galenus missionem sanguinis in redundantia vitiosi, imò & crassiac leni, humoris? Certè non deerunt rixandi argumenta contentioso. Patebit etiam ex iis quæ dixit IX. meth. c. 10. ubi ait, insignem sanguinis evacuationem periculosam esse, si confertim fiat, viribus imbecillis existentibus cum humorum corruptela, in qua, inquit, Oportet, ubi ita indicationes sibi adversantur, paulatim evacuare quod est vitiosum, & paulatim etiam, quod est salubre, pro eo reponere. Quam curationis formam ad amissum sic describit Celsus, l. 3. c. 22. Si malus corporis habitus est, quem cachexiam Græci vocant, primum abstinendum est, deinde alvus ducenda; si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim quotidieque. Et cap. De missione sanguinis etiam asserit, convenire in malo corporis habitu, dicitque in sanguinis abundantia vel ejus corruptione, nullo remedio melius succurri agro posse, quàm sanguinis missione, imò facta, donec purus exeat. Jam Rhulim similiter audiamus, Si melancholia, inquit, comites sunt ventris dolor, & inflatio, & vitiatum corporis color, præva concoctio, vomitus, ructus acidi, flatuosorum spirituum copia, sputorum multitudo, curationem à vena axillaris, aut ad parvum digitum manus sinistra, incisione aspiciamus. Quid hæc dicas, vis lucidius corpus cacochymum describi, & clarius dici in ejus curatione esse inchoandum à sanguinis de tractione?

§. 10. Sed lienosos homines, sive splenicicos ad hydropem propensos, dicemus ne bono habitu corporis an malo? malo certè: at hoc num plethorico, an cacochymo? cacochymum dicit Medicus; in expertus & modestus, dubitabit sine contentione pertinaci. At cacochymus esset dicendus, & si sic illum appellare volis, non tamen talis non erit. At Hippocrates lib. De affectionibus, dicit in his venam splenicam frequenter esse aperendam. Non igitur rectè Galenus sanguinis missionem reticuit, dum remedia cacochymia proposuit, præsertim quòd vix ullam diurnam ægitudinem, quantumlibet minimam, aut recentem gravem, reperies sine cacochymia. Nam ægra corpora modico tempore, vitiosis excrementis scætant. Adde, quòd omnia fere corpora, in quibus mitti sanguinem jussit Hippocrates, ut

per præcedentia exempla, quæ ex eo adduximus, cognosci potest, cacochyma, non plethorica essent judicanda.

§. 11. Dicamus jam igitur, cum sanguis sit inutilis (ut Gal. ait IX. meth. XI.) dum propriam qualitatem ad unguem non servat, nec amplius nutrit corpus, ut prius, potest, non modò non esse commendandam missionem sanguinis in cacochymia, sed magno opere commendandam. Interim tamen sic eam esse partiendam, ut per eandem crebro repetitam ut Gal. & Celsus docent, id quod in venis est corruptum, paulatim sine virium læsione, magna ex parte exhauriatur; magna ex parte, inquam, quia totum eximi neque convenit, neque fieri arte potest. At residuum, ut Galenus multis locis dixit, facilius transpirat, aut excernitur naturæ munere.

CAPUT IX.

Num phlebotomia conveniat doloribus à flatibus concitatis.

EX parvis erroribus principiorum sequi in finibus maximos, ferè perpetuum est. Mirum itaque non est, si accepta dicta propositione de cacochymia, ut vera simpliciter (quam falsam esse ostendimus) ab ætiam multæ sequanter falsæ; ut, mittendum non esse sanguinem in doloribus à flatu concitatis; Quoniam, inquit, hi à frigida & crassa materia, & cruris innati imbecillitate, fiunt.

§. 2. Esto: num propterea semper non mittendus sanguis, ubi calidum innatum imbecillum est? ubi materia morbis frigida est? Nunquam igitur erit mittendus in febribus; nunquam in particularibus inflammationibus; nam in illis innatum calidum imbecillum est, extraneum verò validum. Nunquam etiam in nephritide, ex calculo: nam vix ulla materia in corpore est, calculo frigidior: Nunquam etiam in febre, facta ex obstructione, per crassos & viscidos humores, quos sua natura esse frigidos nemo inficiatur.

§. 3. At in his omnibus expeditissimum esse sanguinem mittere quisque fatetur, non quidem primo & per se, sed per accidens. Non enim sperienda vena est in calculi affectu, ut editum calculum comminuis: non in colico dolore ex flatu, ut intestinum ab extendente flatu exinanias: non in febre ex obstructione, ut crassos & viscidos humores jam obstruentes eximas. Sed in hac, ut copia detraha, etiam aliquid evacuetur ex venis, ex eo quod cras obstructionem renovaret; præterea, & quò natura relevata onere, residuo sine labore dominetur: In illis verò, quò imminuta materia quæ in venis est, minus facile tenes, & colon intestinum incenduntur, phlegmoneque premantur. Adde etiam, quòd ex aperta vena flatus aëtarum partium aliquando minuuntur, propter earum communitatem, quam habent hæc cum toto corpore, & propter tenuitatem spirituum, qui per omnes angustos meatus deferri possunt. Quare ad sanguinis missionem confugere. Hippocrat. II. epid. sect. v. non est verius in dolore ex flatu concitato, sive (ut Cornarius vertit) in flatuosa ventositate. In quo tamen affectu, sicuti etiam in ingenti dolore nephritico, non multo Medicos, jamdiu medicinam facitantes, noscimus, qui dum id minimè esse faciendum coram ægris, doloribus extortis, contenderent, fieret tamen poscentibus ægris, apertè noverunt quàm esset eorum ratio à vera ratione aliena.

CAPUT X.

In convulsione curanda opus esse venæ-sectione.

EAdem ratione multi metunt ad hoc auxilium accedere in convulsione curatione: quoniam (inquit) testante Aristotele, & Medicis ipsis, fit ex flatibus motis per venosum genus, etiam & ab humore pituitoso, qui humor & qui flatus sunt à diminuto calore, quem detractione sanguinis immitti & dissipari, inter omnes Medicos convenit. Convenit quidem inter Medicos, dissipari innatum calidum missione sanguinis, dum is detrahatur superfluum; & ex corpore alimoniam potius postulante, quàm vacationem, sed reparari etiam idem, superflui & nocentis convenienti evacuatione. Hac ratione Hippocrates dicto libro sanguinem mittit in convulsione, cui neque febris nec capitis dolor sunt conjuncta. Verum si in hac noxæ specie, absente febre, fructuosa est, quanto erit fructuosior, si febris, aut aliud sit adjunctum, quod eam etiam desideret? Monendi interim juvenes sunt, convulsiones etiam, licet rarò, contingere ex nimia aliqua evacuatione & exsiccatione, in quibus non sola sanguinis missio, sed quælibet alia evacuatio, inutilis est.

CAPUT XI.

In epilepsia, in strangulationibus, & aliis id genus morbis, mittendum esse sanguinem.

A Frigida etiam, crassa, & viscida materia fieri epilepsiam, testatur a lenus; quamobrem plures in hac reformidant etiam, phlebotomiam, ne humoris frigida copia magis increfcat. At non & timuit Hippocrates, imò lib. 111. acut. num. 38. etiam in ipsa accessionis vehementia, ex brachio jubet detrahi, & pro virium ratione, quod Cælio & Altomari non placet, & à paucis id commendatur, licet id Galeno, & Archigeni [ut Trallianus testatur] minime displiceat. Quam Hippocratis & Galeni sententiam minimè improbo, sed potius laudo, quòd eo morbi impetu, retracta per sanguinis missionem parte materiæ, quæ affectum graviolem efficeret, etiam mitior fiat.

§. 2. Sed (quod tacitè prætereundum non est) quo modo in hac vehementia accessionis, in qua nec sermo, nec motus, nec sensus patienti adest, metienda est hæc detrahitio ad vires? Nam non hic pulsus mutabitur, ut in iis qui vigilant, & in animi deliquitum incidunt, cujus deliquitum adventus mutatione pulsus percipitur. Detraheris hic fortè simul & animam, aut certè proximè, prius quàm imbecillitatem recognoscas. Metienda igitur hæc vis est ex plenitudine venarum, ut sæpius diximus, & ex eo modo, quem usu artis didiceris, posse singulis hominibus detrahi, cuique scilicet pro sua corporis habitudine: Est tamen semper intra modum subsistendum, quàm excedendum. Sed longe etiam multo infra subsistere, prodesse ægrotanti non est, sed infamare auxilium, ut inutile & damnosum, præter culpam, quod sæpius sit.

§. 3. Mittendum etiam in vocis amissione idem author dicit. Vox quidem epilepticis intercipitur, ve-

verum non solis, sed aliis multis, aut quia strangulantur, ad guttur recurrente, humore suffocante; aut quia impetus aliquis sanguinis sit ad cor, aut ad cerebrum. Sed quovis dicto modo quis obmutuerit sive etiam fiat ex utero, sive aliunde moveatur, nunquam est inutilis in hoc symptomate sanguinis missio si sentias scilicet valentem pullum, & venas facile repleti videas.

§. 4. Evenit interdum, ut quidam, qui obmutescunt, nullo auxilio releventur, in quibus vas aliquod in cerebro, aut in partibus internis est disruptum. Quorum utriusque exemplum vidi: illud in tribuno ærario, hoc in illustri quadam matrona, quæ à prandio animi deliquio correpta, horis quatuor post expiravit, rupta vena in ventre, quæ a nobis videri non potuit, sed sanguis totus in ventris capacitate inventus est, & in alio, qui etiam repente interit, ventriculis cerebri sanguine refertis, cui vix etiam ad curationem profuisset venæ sectio, verum ad præcautionem nil poterat esse utilius. Nec hoc genus morbi accidit in capite sine præmonitu, gravitate scilicet capitis, venarum faciei repletionem, ejusdem rubore præter morem, & consuetudinem.

§. 5. Strangulationi etiam à frigida potu ortæ, Dioscorides vult missione sanguinis succurrere. Non igitur semper, quia calida materia est, vel quia infecta, sed quia multa in venis est.

CAPUT XII.

In catarrhis, & contumacibus doloribus, celebrandam sanguinis detractionem.

Quemlibet etiam dolorem contumacem, corporis aliquam partem infestantem, sine manifesta inflammatione, vulgus medicorum excludit ab operatione missione sanguinis, eademmet ratione, qua præcedente capite dictum est; nempe, quoniam affectus hi sunt à causa frigida, desinente (inquunt) à cerebro. Cui causæ subjiciunt, non modò dictos dolores, sed etiam tussis omnes diurnas, de quibus omnibus dicti medici se satis fecisse rogantibus ægis putant, cum dixerint, dictos affectus esse catarrhos, à cerebro decumbentes in partes subjectas, quibus nullo modo propositum auxilium potest convenire, sed purgationes tantum, & victus tenuis, & id genus alia. Qui, cum medici, tum ægrotantes, quantum decipiuntur, ipsa res docet. Cujus rei etiam innumeri testes à nobis nunc adduci possent, duobus tamen, & iis quidem notissimis contenti erimus.

§. 2. Dominum de Varenis à Regis cubiculo, annos ut minimum quinque & septuaginta natum, dolor assiduus & lentus, ad cervicem & humerum, à multis mensibus detinebat, quem Medici frequentibus medicamentorum purgantium usu, & calefacientibus litibus, curare studuerunt: à quibus ille cum parum, aut nihil, levaretur, nos consulit; cui salutarem diximus futuram sanguinis missionem. Ille contra objicit, inconsuetudinem mittendi sanguinis, senilem ætatem, inchoantem hyemem, morbum fieri à frigidis humoribus, & flatibus: quæ omnia (testantibus aliis medicis) tale auxilium dehortabantur, quare non posset intrepidè acquiescere nostræ sententiæ. Diebus aliquot post, morbi perseverantia & incremento impulsus, ad nos rediit, sic animo affectus, ut polliceretur se post hac nulla in re à nostris consiliis recessurum mitti sanguinem iussimus, ex brachio affectæ partis, ad uncias decem: post aliquot dies, parem modum ex adverso, cum

maxima utilitate, tandem iterum ex altero, & sic liberatus est. Non tamen interea contempsimus purgantium, & lituum calefacientium & discutientium, usum. Ab eo tempore dictus pater familiarissimè, & cum maxima utilitate pedum, quibus vix poterat insistere, visus, & totius corporis, primum bis & tertio in anno; postea quinquies & sexies meo consilio, sibi sanguinem mittit, firmius incedens pater, quàm ægeret abhinc decennium.

§. 3. Simili contumaci dolore cervicis cum capitis gravitate, affectum Reverendissimum & æquissimum virum Abbatem Bellebranche, Regis & Reginæ Regis matris elemosynarium, Medici purgationibus, & aliis remediis inutiliter curare laborabant; quam nos, ter secta vena, ad sesquilibrium sanguinis pro singula vice, percuravimus. Cujus auxilio postmodum à multis annis familiarissimè, & summo comodo vivitur, præter tamen sem & consensum aliorum Medicorum, qui illi à phlebotomia omnino esse cavendum significabant. Non igitur semper in frigidis, aut creditis à nobis frigidis morbis utilis est ab inertia missione sanguinis, sed ad-versa.

§. 4. Quare in morbis contumacibus, (quamvis fiant à materia frigida) funditus aut jussu parcius à phlebotomia abstinere, prudentis Medici non est; cum certum sit, quamlibet corporis partem nutriri ab ea materia quæ in venis est, quæ quanto frigidior & crassior fuerit, reliquum est etiam affectum, à dicta materia concitatum, graviolem & contumaciorem reddi, quam materiam dicimus partim minuendam missione sanguinis, & partim etiam purgatione, & attenuante victu, quo, repurgata & renovata massa sanguinis, morbus curetur.

CAPUT XIII.

In Tussi sicca adhibendam phlebotomiam.

ET in sicca tussi depellenda, quàm multos videas Medicos ad sanguinis missionem confugere? perpaucos sanè, aut potius nullos: quoniam hanc aut à sicca intemperie sine materia, aut à tenui aqua pituita seu sero à cerebro (ut perpetuò dicunt) in pulmones decumbente, fieri autumant. Quibus causis, omnibus aliis remediis potius obstitendum esse credunt, quàm venæ sectione. Ita in hac dicunt increpandam esse materiam, ne tenuis delabatur, & spiritum tussiendo effugiat & fallat: In illa, pulmones eclegmaticis & heceticis, leniendos & humectandos. Cæterum corporis impuritatem, si qua sit, clysteribus, purgantibus medicamentis, & erithinis, esse vacuandam. Quæ omnia auxilia, nisi contemnenda non esse sentiamus, relinquenda interim potius ea dicimus in totum, quàm funditus abstinendum à sanguinis missione, præsertim si affectio contumax sit: idque duplici de causa; tum ad curandam affectionem tussim comitantem, tum ad prohibendas graviores noxas, quæ brevi molestas tussis sequuntur, nempe inflammationes, venarum ruptiones & ulcerationes.

§. 2. Est autem sicca tussis causa sæpissimè pulmonis, aut partis alicujus non longè à pulmonibus distantis, calida intemperies, sine materia quidem apta ad excretionem, sed non sine materia morbum faciente; unde tussis, (quæ morbus non est sed symptoma) excitatur. Quæcumque igitur sit dicta materia, & quocumque loco sit posita, aut undecumque veniat, nunquam sanguinis missionem non requiret, si non ad summet vacationem, saltem ad aversionem

novæ. Quæ occasione Hippocrates eam commendavit *iv. Epid. num. 30.* in curatione siccæ tussis exortæ à testium affectu, quem censendum est fuisse inflammationem, aut inflammationis minimè expertem. At quæ ratio est, fieri tussim siccam à testium inflammatione? ea sanè ipsa est, quæ & dum à jecoris incendio, vel extraneo calore, excitatur, nempe à communicata fuligine pulmonibus à parte affecta, per vasa communia, venas scilicet & arterias.

CAPUT XIV.

In doloribus ventris utilem esse venæ-sectionem.

Ventris dolores vix etiam quisquam pertusa vena curare, aut lenite tentabit, eo quod ab Hippocrate sit dictum, dolores infra septum existentes purgationem postulare per inferiora; qui vero supra sunt, sanguinis missionem aut vomitum.

§. 2. Quàm multos Medicos vidimus superstitionis esse in hujusce positionis observatione? imò non adèd pridem quandam videbam contendere cum altero, non esse repetendam missionem sanguinis in quodam pleurítico, nunc mortuo, quoniam locum doloris (quem intra tertiam & quartam costam notham hæere audiebat) putabat & dicebat esse septum transversum, infra quod dolores positos, assererat ex mente Hippocratis, postulare purgationem, non missionem sanguinis. Expende hominis non juvenis eruditionem, in curando & in cognoscendo situ diaphragmatis, quod putabat esse initium inter costas veras & nothas.

§. 3. At profecto qui hanc sententiam nimis tenaciter sustinent, mirum non est similtos conjiciant in tabem & bustum ante justum tempus. Nam sæpissimè evenit, ut vel jecur, vel ventriculus, vel intestina, vel alia quævis interna ventris pars, calida intemperie afficiatur, (ut omni parti corporis sæpe contingit) in quibus purgatio perniciosè est, sanguinis missio verò curatio. Nec ita nocens in ventris affectibus esse potest missio sanguinis facta, si illi purgationem requirant; quam purgare, si sanguinis missionem postulent.

§. 4. Nuper in Anglia Dominum de Castro Rubeo, ætatis annorum quinquaginta quinque, prebentem ventris dolore, ad ventriculi regionem, non admodum vehementi, quidam Medicus, sed me nesciente, purgari volebat. Ego, auditis symptomatis, significavi sanguinis missionem futuram illi magis ex usu, quoniam potius (ut illi dicebam) malum videretur esse ex oppresso jecore, à nimio & æstuante sanguine, quàm ex aliquo humore ventriculam urgente. Fert ille malum in aliquot dies, timens propter ætatem, ut dicebat, ne venæ sectio corporis viribus & visui noceret. Triduum aut quatrimum post, ad crepusculum matutinum, rogatum me mituit, ut ad se graviter ægrotantem proficisci vellem. Accedo, reperio febricitantem cum alvi fluore, quo fuerat per noctem agitatus, cum quo merus sanguis, non antea illi visus, veluti ex hæmorrhoidibus, excernebatur, persistente, interim dolore primo. Rogat iterum, timens à missione sanguinis, num præstaret corpus purgari quàm venam secari; sentire enim se ventriculum, veluti gravi onere oppressum. Ego non ventriculum, sed jecur in eo opprimi dico: mittendum itaque protinus ex brachio esse sanguinem, tum ad veterem dolorem curandum, tum ad febrem tollendam, tum ad prohibendum, ne venæ intestinorum, insuetæ sanguinem effundere, nimio

impetu dilatæ, difficulter postea retinerentur. Paruit ille nostro consilio; detrahi jussi ex basilica dextra libram unam sanguinis, ex qua, veluti miraculo, liberatus ad omni noxa, postmodum in aulam profectus est.

§. 5. Deus bone, quam sæpe vidimus hujusmodi dolores ventris tum novos, tum vetustos, tolli sola venæ sectione! quàm plerique medicorum nimis pueriliter, (parcant obsecro si illos nunc ejus peccati accuso, è quo & me, à quindecim duntaxat aut ad summum sexdecim annis, declinare cœpisse fateor) reformidant! Nec Hippocratem, qui dixerat dolores infra septum transversum positos requirere purgationem, à sectione venæ abstinuisse videtur, in eo qui in Oeneadis gravi dolore ventris cruciabatur, quem ad tabem & necem per medicamenta purgantia pæne deductum, fatetur se servasse, missio sanguine ex utroque brachio ad animi usque deliquium. Amplius &, qui humoris melancholici vomitione aliquando solent constiteri, dolorem ne sentiant infra septum transversum? At hos nonne aliquando & Hippoc. missione sanguinis curare tentavit? ut patet *ii. De morbis, num. 71.* non solum contra jam dictum præceptum, sed etiam contra hæc: In omni evacuatione talia esse ducenda è corpore, qualia sponte prodeunt: contraria verò esse cohibenda, amplius & contra illud; Ducendos esse humores quo natura vergit.

§. 6. Sed cum hic apertissimè pugnare videantur curatio & præceptum, quid quæso statuendum est? An alterutrum falsum, an utrumque, an neutrum? historiam autem esse veram pro rato habendum est; uti etiam præceptum, quandoque verum, & quandoque falsum, ut cætera omnia præcepta, utcumque particularia, ut tunc dicta sunt. Quare si ventris dolores, sponte venientes, acuti sint, & clysteribus non cedant; certum est missionem sanguinis futuram usui, sive dolor ventriculam urgeat, sive intestina, sive viscera, sive aliam quamvis partem; sed major medicorum pars in his omnibus purgationem præfert, quam ut omnino non rejicimus, ita nec sæpe phlebotomiæ non postponimus.

CAPUT XV.

Hydropicis, & inveteratis quartanis, utilem esse venæ sectionem.

Verum quæ hætenus diximus, non tam ab ætatis præceptis & à ratione aliena forsitan videbuntur, quàm asserere id in hydrope posse interdum valere. Quod tamen Hippocrates commendavit *ii. epid. sect. 5. & lib. acut. num. 62.*

§. 2. Haud me latet, multos dicturos, hanc admitti solere in hoc affectu, dum is, ut ait Hippocrates, ab inflammatione exoritur: Tamen ex iis multis, id consentibus extra occasionem, paucos videas (& magno ægrotantium malo) dum opus est facto, aut illam proponere, aut propositam recipere. At utinam & in hac jam facta, si velint, prorsus abstinere, & attentiores essent in hac & aliis prohibendis; quod profectò levi negotio efficerent, si in tempore, & convenienti modo, hac medicina (quam injuriosissimè medici parum in arte experti, veluti hujus authorem credunt) uti scirent! Cujus defectus aut tarditas plerumque est causa, ut jecur, aut lien, aut utrumque, affligantur à sanguinis exuperantia vel vitio, quarum partium affectionem potissimum hydrops sequitur.

§. 3. Sed num Galeus hanc perpetuo sprevit, aut reje-

rejecit in hoc affectu? minimè quidem: cum is adversus Erasistratum de Venasect. c. 5. hæc proferat verba: *Sæpe spasium hydropemque sanguinis evacuatione sum medicatus.* Ergo cum lienis aut jecoris intemperantia, aut imminens aut jam concepta, egregie emendari, aut tolli per sæpe, soleat sanguinis evacuatione, seu spontanea seu arte facta, non propterea tam promptè & universim, ut à ple-risque sit, ubi de hydropem aliqua suspicio aut initium est, abigenda aut improbanda est, præsertim cum Hippocrates (& quidem peritissimè) lib. De affectibus, num. 21. frequenter ex vena splenitide repetendam esse dicit, lienosis, ad hydropem propensis.

§. 4. Quod remedium nos etiam in multis efficacissimum & solenne competimus, præsertim in viro summæ integritatis & eruditionis, Domino Episcopo à Sancta fide. Christianissimi Regis concionatore, qui cum ab annua, aut etiam vetustiore quartana, duro & insigni lienis tumore committata, adeò se fractum & confectum videret, ut fere omni salutis spe deposita, in sola hydropis expectatione viveret, eo quod irrita & insana quotidie & Medicorum consilia, & plebis adjumenta, experiretur; mihi fortè obviam factus in via, narrat præterita pathemata, usurpata præsidia, statum & mores perseverantium symptomatum, instituta Medicorum, & meum infelicis expectationis: cui Ego, sublato prius probabilibus argumentis illius metu, ampliorem juvandi potentiam proposui in sanguinis missione esse positam, quam in ullo alio auxilii genere: eam tamen semel tantum adhibitam, in tanta sanguinis colluvie, quantum in eo esse exillimabam, inque tam magno & vetusto lienis malo parum profuturam, ministricè verò juvaturam, si per temporum interstitia repeteretur. Quam curationis formam ei, & multis Medicis, præsertim in hujusmodi febribus, formidabilem & penitus in auditam, suspectam habere & subhorreere cepit, ut potè quod sapius ad eam redeundum esse dicerem. Ille tandem, considerato periculo, in quod indies magis ac magis trahebatur, & nostris rationibus perpenis, animum ad eas convertit, rogareque cepit, qui modus in hoc, quæve ratio esset adhibenda. Cui mensuram indicimus cujusque detractionis, vasculorum trium seu unciarum novem, quod esset minimum, ad summum verò vasculorum quatuor: Temporis inter capedinem saltem debere dierum octo aut decem, idque modo posttridie ab accessione febris, modo pridie, modo etiam ipsomet die, dummodo id fieret horis ad minimum sex ante febris adventum. Quod consilium ita viriliter est aggressus, & strenuè persecutus, ut post divinam opem, beneficio missionis sanguinis tertio repetitæ, morbum expulerit ex toto. Sic ille tristes hydropis micæ eo præsidio elusit, quod sibi tanquam adversissimum hostem, (ut à plerisque frequenter audiebat) esse cavendum statuerat.

§. 5. In eodem etiam discrimine se fuisse olim Baptista Brixianus mihi narravit: nempe laborasse quartana per menses octodecim, cujusdam tonsoris villici ope, qui contra sententiam omnium Medicorum detraxit illi sanguinem satis liberaliter: Cum tamen Medici, toto febris casu tantum semel circa initium, ad tria parva vascula, detrahere fuissent ausi; à qua venæ sectione levatus est plurimum, postea consilio dicti tonsoris etiam purgatus, liberatus est.

§. 6. Decimus inflat anas ex quo me pariter in maximum hydropis discrimen, & ad extremi marcoris fines, duplex quartana, tum simplex, devexerat. Quibus toto novem mensium curriculo adeo laboriose, angustus & oppressus eram, ut de spe valetudinis parum reliqui mihi superesse videretur, nisi

tadem hanc labem nono mense, quo, parvis temporum intervallis, ter venam secui, ad libram unam aut uncias decem sanguinis, singula detractione. Ad hoc divinum auxilium, hoc morbi tempore, & corporis macie, (in quibus id ab omnibus propemodum medicis nimis leviter improbari solet) nos concitabat crebrior fratris mei per literas cohortatio, roborata significatione multarum curationum, quas ille sola phlebotomia præstiterat, tam longissimarum quam recentium quartanarum, & alterius generis febrium. Miseram quidem primis diebus his, sed procedere ultra non audebam; quia contrariis rationibus plurimis circumveniebat; verum communibus, tritis, & parum efficacibus, quæ tamen persuasivam in me eo tempore vim habebant, eo quod & ipse ægrotus essem, alieni consilii egens, & quod in mittendo sanguine, licet aliis medicis essem audacior, timidior tamen adhuc eram, ac fortè etiam nunc sum, quam pro Medicina rectè faciendâ sit opus. Erant autem rationes hæc, quod quartanæ febres, ex mente Veterum, non essent curandæ multiplici missione sanguinis, eo quod in diuturna ægritudine, qualis quartana ut plurimum esse solet, servandæ sunt corporis vires, non tollendæ, si quæ supersint, detractione ejus quod sustinet: Adde, quod cum sæpe hydrops talem febrem sequatur, ideo plus esse hydropem metuendam, quo sapius vena foret secta. Hæc & aliæ similes rationes, adversus præsidium, quod fuit salutis causa, partim animo occurrebant, partim ab aliis medicis proponebantur. Verum quàm sæpe, ab annis triginta, plerique medici non mediocris famæ, & Ego cum illis, periculum hydropis fratri meo sumus comminati, ob frequentem sanguinis missionem qua ille in se utebatur à qua si abstinuisset, aut parcior usus fuisset, jam diu aut ab hydropem, (ut ille censet, & Ego jure optimo credo) aut à febre, aut alio morbi genere, fuisset extinctus.

§. 7. Verùm quid me olim, & præceptores meos, & alios medicos in hanc formidinem adduxerit, aliosque præsentis sæculi adhuc pertinaciter detineat, fas est dicere. Est sanè primùm mala consuetudo, per manus suscepta, cum plerisque sufficiat pro doctrina aut ratione, communem usum in patrocinium habere: Tam fallax consequutio, deducta à vera quadam sententia Galeni, recitata lib. 2. De natur. facult. c. 8. & Aphorif. 12. l. 6. *A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, &c.* & aliis locis, quibus asserit, se multos vidisse factos hydropicos, cum mares tum feminas, à mensuris purgationibus, aut hæmorrhoidibus suppressis, vel parcior procedentibus, aut ab iisdem abunde nimium fluentibus, unde jecur refrigeratur, & ejus sanguifica facultas imminuitur; quo fit, ut idem jecori & venis contingat in sanguine conficiendo, & retinendo, quod accidit refrigerato ventriculo & intestinis, inconficiendis seu concoquendis & retinendis cibis, dum diarrhœa conficimur. Hinc medici parum perspicaces, nescientes plerumque perniciofa à salutaribus distinguere, fallacia similitudinis decepti, inducunt, sanguinis missionem propensis ad hydropem, non solum non satis esse tutam, sed maxime adversam. Qui quam male colligant, & pejus connectant, ipsa artis experimenta evidentissime testantur: Cum sæpe hydropsprehendat eos, quibus neque sanguis ullus detrahitur, neque etiam sponte emissus, imò potius eos, quibus est detentus ex suppressis mensibus aut hæmorrhoidibus: & contra nihil rarius, quam simplices sanguinis effusiones sequatur; simplices dico eas, quæ sine ulla sanguinis impuritate, & jecoris vitio, eveniunt; ut eas quæ vulnera sequuntur: quarum tres famosissimas recitabo. Affecta primi Præsidis Parisiorum serè exanguis est factus ex vulnere arteriæ

arte hæ temporis sinistra, eum noctu in somno is eripit. Idem contigit Præfesto Bernardino, ex secta arteria & vena in medio brachio: ad quos vocatas, compresso osculo fluctante digito, brachia & crura viatici iussit, ut sanguis eo revocaretur: cujus tanta visa est penuria, ut ne venarum (quæ in valetudine illi erant ac sunt amplissimæ) ullum vestigium cerneretur. Idem vidimus in Vicumanoir olim Regis Aslecta, & nuper in veterinario, ex critica hæmorrhagia, & aliis multis tum à vulnere, tum à crisi, quorum tamen nullus hydrope prehensus est.

§. 8. Ego non sanguinis evacuatio hydropem accerit, imò inutilis ejus redundantia vel impuritas, à quorum alterutro vel utroque simul juncto, innatus jecoris calor sæpe suffocatur, vel imminuitur, vel incenditur: hinc natura stimulata, & onere & vitio ejus, quod corporis esca esse debuerat, tanquam adversissimum hostem expellere tentat per venas parvas, aut ani, aut uteri. Verumtamen cum his spontaneis vasorum apertionibus non semper natura flatam & convenientem moderationem servare possit, hinc fit, ut ab his non raro, præsertim si sanguinis aut jecoris vitium adsit, ut Gal. dixit, hydropes fiant. Quamobrem primus & præcipuus scopus imminuentis hydropis vitandæ, aut inchoantis seu jam conceptæ curandæ, erit penes ea auxilia, quæ inutrem sanguinis multitudinem imminuant, & impuritatem corrigant, & jecur ab intemperie (potissimum calida, cui inter cæteras corporis partes est maximè obnoxium) vindicant. Inter quæ sanguinis missione prærogativam habere, & inter eruditos, ut jam ex Hippocrate & Galeno audivimus, convenit, & usu artis est competissimum.

§. 9. Porro tamen facilius, arbitror, concedi mihi poterit à multis, propositi auxilii usus, in imminenti aut jam auspicanti, quam in confirmata & vehementi hydrope, in qua tamen non penitus inutilis judicavit Hippocrates r. *Epid. sect. 5.* qui imperat venas internas secari, dum is morbus magnus, ut ait, in intensione est. Verum ubi jam hydrope confirmata est, & à jecoris vel lienis vitio inchoata, ut nulla est spes curationis hujus, ita neque temere calumniæ subficiendum est dictum auxilium. Quod quidem, etsi levare ægrum suffocationi proximum potest, unde vita in dies aliquot producat, non est tamen aut proponendum, aut exequendum, nisi significato ægrorum asinibus fructu, qui ex eo speratur, ne allecti falsa spe curationis, crimini dent & auxilium, & authorem. Valens etiam præsidium Hippocrates esse dixit in hydrope pulmonis seu thoracis.

CAPUT XVI.

Recens natis quartanis, num conveniat sanguinis detractio.

SI vetustis quartanis utilis comperitur, inutilisne erit recentibus? minimè quidem, sed utilior cum præstet ab initio vim morbi infringi, ne longius procedat, quam sinere illum progressu temporis vires acquirere, ut maxima Medicorum pars facit. Quorum perpauci admodum sunt, qui in harum principio (nisi in sanguine redundantibus, ut Galeno placuit) audeant venam tondere. Quæ sententia levius pro argumento ab illis ducitur, quam posse præceptis sui authoris, aut evidenti aliqua ratione, sustineri, eoque etiam à multis Medicis pertinacius asservari, quam patientum utilitas postulet. Cur, rogo, in homine in quo non redundantia, sed im-

puritas adsit, non debet mitti, cum jam ab ipsomet Galeno dictum sit, & jure quidem optimo, impurum sanguinem ad corporis nutritionem esse inutilem? Idonea igitur erit, & initio & post, & in sanguinis copia, & in hujus vitio (ut mox docuimus) modo adsit cubantis virtum constantia, quæ vis nunquam non adest, in ipsius febris initio, nisi hæc aliam febrem sit secuta, quæ prius vires exhaurerit: exempla eam nobis non desunt.

§. 2. Dominus Riccius, ex nobilibus Regis, sub hyemis initium prehensus fuit quartana febre, quem postridie ejus diei leviter purgavimus, post secundam accessionem, die scilicet continentet subsequenti, mitti libram sanguinis iussimus ex jecoraria: cui operi cum non interesset, chirurgus qui juvenis erat, & cui copia decerat vasculorum, quibus in recipiendo sanguine assueverat, deceptus à capacitate insuetarum lancium, ad uncias viginti detraxit, mediocriter impuri, qui error nulla in re obsuisset ægrotanti visus est, cum febris quæ antea gravior fuerat, & sua natura longinqua, sequenti accessione facta est mitior, minima vero quæ huic successit; quæ finis morbi fuit.

§. 3. Uno mense post hunc, & hyeme media idem accidit Domino Vuskello Farnello Anglo, quem statim post primam quartanæ accessionem egregiè purgavimus, eique post secundam, sanguinem missimus ad uncias quindecim: sub vespere ejus diei, (quia in sanguine summa impuritas aderat, & ægrotus venosus phlebotomiæque avidus) ex eodem vulnere mitti item iussimus ad uncias circiter novem, qui purior erat matuzino. Hinc statim missima febris suo tempore successit, quæ repetita purgatione curata est.

§. 4. Non multo diuturnius nec acerbius exercuit Laurentium æconomum D. Loudi, & unum ex Aulicis Regis, qui in exercitu apud Dominum Saluy degebat; quos, à missione sanguinis non minus liberali quam præcedentium, & corporis convenienti purgatione, statim deseravit, finita scilicet in hoc tertiam accessione, in illo vero quarta.

CAPUT XVII.

Num tabificis ac marcescentibus febribus, conveniat vena-sectio.

TAbificæ & marcescentes febres, sine tamen pulmonis ulcere, curari interdum possunt, dum non ad extremum marcorem pervenerunt, nec ulla jecoris vel lienis durities est. A tali genere febris tabescere & consumi videbatur & is, cujus meminimus supra, qui in Oeneadis habitabat: etiam & illa mulier cui Galenus tribus diebus sanguinem detraxit ad libras duas cum dimidia; de qua supra diximus. Ex his febribus aliquando etiam & nos curavimus missione sanguinis; ac purgationibus nec nos, nec forte alius quisquam.

§. 2. Puellam ætatis annorum duodecim, in pago Ecuxio juxta Monstrolium, ab hæctica febre multorum mensium arefcentem, cum hydropis initio, repetita sanguinis missione & alvi solutione per Senam; pristinae valetudini restitimus. Sanguis enim erat corruptissimus, subtilis scilicet nigerrimus, non coarctus, superius pallidus & tenacissimus, qui triplo sero innatabat.

§. 3. Quam proximus etiam esset desperatæ tabi Dominus Esartum, cujus historiam superius retulimus, ipsomet qui superstes, & sicqueas in aula est,

est, testari potest, talis etiam erat hujus sanguis, qualis puellæ mox dictæ.

§. 4. Inatrophiam & extremam corporis extenuationem, febris & profusa alvus, famulum præfecti Milardi, superius memoratam, devexerat, quem servavit phlebotomia, ter aut quater repetita, ut ipsemet ægrotus, & Dioneus chirurgus, qui venam aperuit, fateri possunt.

§. 5. Verùm quis marcidam febrim per sanguinis missionem feliciter & evidentius evasit amico quodam meo familiarissimo, cujus nomen Julia de causa reticendum est? Annus agitur jam quartus decimus, ex quo in illo febris ardens dierum viginti, in hæticam degeneraverat, quæ nocturnam & putridam febriculam, cum levi frigore accedentem, adjectam habebat: hæc admodum hominem extenuaverat & consumpserat, ut alterutrum crus juxta genu, & humerum juxta thoracem, alterutra manu, pollice nempe & digito medio, sibiINGERET, quo instantu cum ille se observaret, in pejusque labi quotidie cerneret, videretque nullam à purgantibus medicamentis, aut aliis remedium generibus, à medicis (quorum ego unus eram) institutis, utilitatem sequi, de sanguinis missione ille mihi, tanquam medico familiarissimo, primam verba facere cepit. Ego, qui tunc temporis eorum adhuc vestigia sequebar, qui hoc in casu dictum præsidium reformidabant, id suspectum mihi esse dixi. Ille verò, qui jam non minus medicamenta, quam morbum sustinebat, & qui nature munus non erat impeditus, rationes reddere efficaces pergit, quales nos superius adduximus: nempe, corpora non alio sanguine impuro, imò marcescere, aut antequam marcescant corrumpti: trahit ille tandem me in suam sententiam. Alter verò medicus, qui non modo curationi intererat, sed præsidebat, ut quidem & doctrina, & artis usu clarissimus, duplici ratione in hoc ægotante illam futuram adversam dicit, ob extremam corporis ariditatem, & ob imminens hydropem, quam proximè (si sanguis mitteretur) venturam judicabat. Tunc Ego, qui ægotantis rationes efficacissimas esse videbam, non tam ab hydropem me timere dixi, quam à marcore præ sanguinis vitio: quare in præsidium videretur hoc loco minimè esse contemnendum; præsertim, quod non solum nullum fructum, sed evidentissimam læsionem à purgantibus medicamentis jam sæpius observaverimus. Firmiter hic hæret in illo aspernando & rejiciendo; æger contra pertinacius in eo optando & efflagitando: chirurgum idcirco in diem sequentem accersiri jubet æger, rogatumque nos mittit, ut interesse velimus. Accedo Ego libenter, recusat alter; mittitur sanguis ad uncias decem, sæculentissimus & maxime ferrosus. Eo ipso die febricula, quæ ad noctem recurrebat, desinit, perseverante tamen hætica, quæ etiam minus hominem lædebat. Post octo dies cum hæc sic ultra sequeretur, nec aliud corpus sineret, sed consumeret: æger, non immemor accepti à præcedente phlebotomia beneficii, iterum ad eam congreendam putat. Id Ego laudo: verum cum solus essem, & in magno vitæ discrimine cubantem viderem, alios medicos nostræ sententiæ adjungi curavi. Accersitur unus, non mediocris eruditionis & famæ; verumtamen in mittendo sanguine non magis intrepidus quam primus; qui, ubi languentis maciem & squallorem est intuitus, ejusdemque pulsum contemplatus, & omnia quæ præcesserant per assidentes edoctus, phlebotomiam, de qua potissimum agebatur, procul arceat, & medicamentum ex theo in medium affert: significatur illi, id crebro inutiliter fuisse propinatum; ille sic interpellat, multa læpe fieri à postremis præsidii in ægotantum utilitatem, quæ à prioribus ejusdem generis præstari quan-

Tom. IV. Pars II.

doque non potuerunt: Consentio Ego, nec refragatur patients, quamvis ille nullam opem ab hoc speraret: propinatur, multa corpore expelluntur, sed cum virium offensione. Quod cubantem tunc indoxit, purgantia pharmaca, adversissimi hostis instar, aversari & detestari; ex adverso phlebotomiam, qua nuper cum evidenti utilitate usus erat, commendare, pollicere, & instanter flagitare: Libere hanc recusat alter Medicus, tanquam nocentissimam (ut dicebat) corporibus emaciat, ab hæticaque se esse consumptis, quale id esse videbat: liberius his æget illam reposcit, & vult suo periculo fieri. Ideo, nobis præsentibus, chirurgum vocari jubet: discedit alter, rogatus Ego confisio, qui nec à mente patientis alienus eram: detrahitur pars modus sanguinis ex altera parte, nempe ex basilica sinistra, qui similis erat priori: febris sensim inclinatur, & triduo post in totum resolvitur.

§. 6. Prorsus similis historia morbi, convalescentiæ, & Medicorum contentions, fuit in curatione Petri Auray. Et Bosius Cameracensis Medicus peritissimus, & apud Serenissimum Ducem Andium sodalis meus amantissimus, fatetur se à multis annis solo beneficio missionis sanguinis à semetipso institutæ, aliis medicis penitus refragantibus, fuisse liberatum à dicta febris specie, quæ jam eum ad tantum marcorem devexerat, ut nulla amplius medicis illi curantibus, de ejus convalescentia spes superesset. Quo auxilio postea ita confidenter est usus, ut multos ægotantes dicti generis, in lecto marcescentes, præter consensum, & spem aliorum medicorum, qui illos tractaverant, in integram valetudinem restituerit. Et certè nuper in hac urbe ad puellam ætatis duodecim annorum, & ejusmodi ægotantem ab aliquot mensibus, me duxit visendam, cui jam semel cum fructu sanguinem miserat, & eo tempore secundo erat missurus: quo facto, & iterum paucis diebus post repetito, ad uncias scilicet octo vel novem pro singula vice, puella in integrum restituta est.

§. 7. Verum enim vero, omisis jam exemplis, in rem erit dicere, cur in his febris tam univere medici phlebotomiam impugnent? Triplicem potissimum esse hujus rei causam suspicor: prima est, quia in his febris non fuerit illa aperte ab Hippocrate & Galeno præcepto aliquo commendata, veluti in putridis, à quarum serie omnes scriptores hætenus illam fecerunt: Secunda est, quia his ultra procedentibus, ægotantium corpora adeo humore & carne exhausta conspiciuntur, ut requirere ea potius sanguinis additionem, quam deductionem, videantur: Tertia est, quia corpora hæc febri consuetudata, vitio potius quam redundantia humorum laborant, quod vitium, ut ostendimus supra, tollendum purant purgatione potius, quam sanguinis missione. Prima causa sufficiens non est, cum quod multa in medicina sint à posterioribus inventa, quæ ab Hippocrate (qui temporibus illis fuit, quibus ea nondum ad artem seu rationem aliquam erat reducta,) neque etiam à Galeno, neque ab aliis antiquis fuerunt cognita: Tum, quod in his febris putredo adsit, licet non evidens, ut alias dicitur, quemadmodum in cæteris putridis: Adde etiam, quod Gal. non tam frequens fuit in agenda medicina quam in scribenda: & quod Hippocrates nihil ex professo de febris hætenus præscripsit, quod in lucem prodierit. In secunda causa, fallacia similiter manifesta est, eo quod per plura corpora atrescant vitio sanguinis, sicuti etiam alia eodem intumescunt, ut cachectica. Quæ utraque, pro curatione postulant auferri à corpore id, quod est inutile, & morbi causam, ut ejus loco sufficiatur aliquid, quod sit utile, & corporis

Dd

robust

robur sustineat, Tertia similiter inanis & parum artificiosa est, si (ut par est,) humorum vitium comprehendas etiam id, quod in venis est receptum; cum id perinde à venis sit deducendum, ut supra ostendimus, atque id, quod in intestinis est, deturbandum.

CAPUT XVIII.

Post superfluum Venere non esse fugiendam phlebotomiam, morbo exigente.

Nec audiendi sunt, qui volunt post nimium concubitum phlebotomiam interdici: sententia certè tam fallax, & à ratione dissona, ac ea quæ post eandem abortum promittit. Cui equidem sententiæ credidi olim, dum præceptorum meorum ad unguem vestigia sequerer: à qua statim declinavi, ubi rationes cum aliquo iudicio agitare cœpi, nec certè sine utilitate multorum, qui vel statim, vel postridie à concubitu, in febres graves, & molestos renum dolores inciderunt. Quibus profecto non longe minorem sanguinis copiam detraxi, quam si concubitus non præcessisset, sumpta indicatione potius à morbi specie ejusque magnitudine, & venarum plenitudine, quam à falsa opinione superflue evacuationis: cum languor virium, qui concubitum sequitur, non tam ab evacuatione fiat materiæ sanguinæ (quamvis semen ex sanguine gignatur) quam ex resolutis corporis viribus ex labore & æstu, qui necessario coitum sequuntur.

§. 2. Quot quoties videas, si æstuans hypocautum, præter consuetudinem, ingrediatur, statim concidere animo & languere, imo & aliquanto post insigniter febricitare, & renum doloribus urgeri? Dixerisne hos à superflua evacuatione, & virium resolutione, laborare & elanguescere? quid, dum hæc ipsa sequuntur vehementem aliquam corporis exercitationem, præsertim sub flagrante sole, vel in concluso, vel in æstuante aëre? Respondebis, diversam esse utriusque horum rationem, cum plus spirituum, & præsertim vitalium, modico tempore, & uno congressu absumatur, quam in longo quovis alio labore; quod patet experimento in iis, qui utroque modo corpus suum exercent.

§. 3. Esto, quod celerius & copiosius, ex superfluo venere, non solum vitales spiritus, sed & animales & naturales absumantur, quam ex laboriosa alia corporis exercitatione, (quod tamen probatu difficile est,) num propterea tanta in ea sit materiæ existentis in genere venoso evacuatio, ut, si contingerint renum inflammationes, quæ plerumque à nimio concubitu fiunt, sanguis non debeat mitti? Cum dictæ inflammationes excitentur ex affluente sanguine calidiore in dictas partes, & in lumbos exercitatione calfactos, & labore defatigatos? Certè non. Imò celeriter detrahi debet; interea dum fluxilis est, ne longiore mora contracta, ita parti insideat, ut aut abscessum generet immedicabilem, aut febrem inducat non facile solubilem.

§. 4. Quid si febris prehenderit sine lumborum dolore, aut item cum eo, parcendumne erit phlebotomiam? nihil minus profecto, si illius magnitudo requirat: præsertim cum tale genus hominum, veneri deditum, dum suos conatus præstare putat, raro non largius præpotare, cibosque laxum stimulantibus præsumere, & post factum dentio resumere non consuevit, Res profecto hoc nostro sæculo nimis aperte cognita, & ab Hippocrate duobus exemplis obiter notata: In ado-

lescente scilicet in Melibœa, & in Nicodemo, quos dicit ex venere & potu incidisse, illum in horrorem & in anxietatem, hunc in febrem ardentem; & in utroque judicatum fuisse morbum vigesimo-quarto; sed Nicodemo ad salutem sudorum & urinarum excretionem, alteri verò ad interitum. Quibus verò remediis Hippocrates in illis sit usus, non profert. At ipse testor fideliter, me ab amnis quindecim neminem habuisse curandum, cui optimo successu non succurrerim convenienti sanguinis missione, ducta ratione potius à morbi specie, & magnitudine, & venarum plenitudine, quam à præcedente & dicta causa, nempe superfluo coitu; quæ tamen contemnenda non est. Non caremus exemplis, si liceret offerre.

CAPUT XIX.

Imperiti hominis esse, censere phlebotomiam visui nocere, aut primam plus habere virium in liberando homine à gravissimo morbo, quam secundam, aut tertiam, aut centesimam.

Nec non etiam sunt arguendi inscitæ, qui venæ sectione convenienti (quamvis ea frequenter) visum cõminui autumant. Nam qui hujus extenuationis vel abolitionis, sponte & præmature venientis causas, paulo subtilius rimabitur, intelliget eam causam potius ab alimenti vitio & redundantia, oculos male nutriendis, & sua copia gravantis, quam ex hujus defectu.

§. 2. Quod experientia satis patet in Illustrissimo Renato Birago scribarum principe, cui sanguis ab aliquot annis sæpius detractus, non solum singulare præsidium fuit, & in febribus, & in aliarum corporis partium affectibus; sed magnificum & solemne visui adjumentum. Et in fratre meo, & in Domino Enoc fere octuagenario, quem ab annis decem à gravissima angina liberavimus, ter sanguine ex vena detracto, ad libram unam prima missione, postea ad uncias decem pro qualibet vice. Cui postea, pristinae valetudini restituto, pro ejus tuitione consulimus, ut quotannis, potissimum vere, sanguinem sibi mitteret, magisque profuturum, si etiam & autumnis: Ver enim est multi sanguinis. Parvi ille nostris consiliis, non sine magno visus, & totius corporis virium, utilitate.

§. 3. Nec visui detrimento fore, fatetur D. Varena à Regis cubiculo, qui annum jam agens plus quam septuagesimum, persuasus à nobis, sæpius ab annis duodecim sanguinem sibi detraxit, cum magno fructu totius musculosi generis, oculorum denique & totius corporis.

§. 4. Sed dicamus, quod & in me experior, qui cum à septennio visum mihi turbari sentirem, neque mihi sanguinem misissem, à sex mensibus venam mihi aperui, ad uncias decem sanguinis impuri, & à meridie tantundem mihi detraxi, ex quo restitui mihi cernendi integritatem cognovi. Verum quia etiam postremus sanguis fœculentus erat, postridie ex altero brachio, nempe sinistro, similiter ut pridie, sanguinem detraho. Ab eo tempore, ubi per epi visum mihi labefactari, (ut sit pluribus ad senium accedentibus) statim ad idipsum auxilium confugi: nec aliud reperio præsentius nec salutaris, non solum in visu conservando, sed & ad præcavendas ægritudines, & malum corporis habitum (quo ipse videbar antea à temporibus detineri) corrigendum.

§. 5. Un-

Hæc enim cum sua mole moderari, nec resolvi à parte afflicta valeat, incensa aut putrefacta febrem facit, at inflammationem parit, aut sine manifesta inflammatione, (ignavia artificis intellige) gangrænâ exinguit, & suffocat; aut si non inceadat aut suffocet, saltem aggravat, & consueta partis munia prohibet, aut vitiat, ut sit in tumoribus & doloribus lentis & diuturnis.

§. 4. Quibus omnibus numeratis affectionibus sanguinis missionem posse convenire certum est. Posse enim dicimus, non necessario, differt enim à possibili necessarium, At necessariam dicimus in magnis & acutis morbis, item in diuturnis multis, & in malo corporis habita, ut supra ostensum est. Necessariam interim dum dicimus, non ex necessitate juyaturam intelligimus, cum sæpe morbi magnitudo vim superet auxilii, sed si arte morbus juyari queat, ad id auxilium confugere sit necessarium, ut in peripneumonia, pleuritide, cynanche, & aliis id genus. Non est igitur hic nobis obijcienda vis illa necessarii logici, seu physici, seu metaphysici, quod non potest aliter se habere; sed necessarium medicum intelligimus, quod ut sæpius contingit.

§. 5. Verùm etli dicti omnes morbi sua natura opem ex missione sanguinis postuleant, non tamen ea utilis est omni tempore. Quid enim hæc prodesse potest in peripneumonia, in pleuritide, in phrenitide, in jecoris, lienis, viscerum, aut aliis quibusvis inflammationibus, ubi jam ad suppurationem, aut ægri jam in summam desperationem pervenerunt? Non desunt profecto exempla erroris, si nuncupore subiecta liceret, quæ tarditate & parcitate auxilii suppuratione interierunt. Ergo ad curationem dictorum acutorum affectuum fere tantum in eorum principio, & incremento celebranda est sanguinis missio, non illis jam suppuratis. In febribus verò & diuturnis morbis, possunt etiam, & iis consentibus, ut dicemus, & declinantibus, adjuvari; neque semper etiam suppuratione facta rejicienda est, sed usurpanda ad moderandas inflammationes, quæ ulcera, rupto abscessu sequuntur. Sed hæc fusius, si fata concesserint, suis locis dicentur.

CAPUT XXI.

Indicatio quæ sumitur à loco affecto.

Indicat locum quo vena aperiri debet sedes ipsa morbi, fontè etiam & ejusdem morbi ætas.

§. 2. Certè in hac indicatione profusius, quam utilius, multi scripserunt, longius occupantes animum in explicanda illa Hippocratis voce *κερ' ἴκω*, quam aut res requirat, aut erudito Medico conveniat, cum satis superque ea sit à Galeno explicata. Dicam ergo de hac paucis cum Celso: *Si totius corporis causa fiat, ut in febribus, in dolorosis lassitudinibus, in anxietate ex terrore, vel nimio & repentino gaudio, & aliis hujuscemodi, debere hæc fieri ex brachio & ex ea vena quæ amplissima ejus loci fuerit, præsertim basilica, vel communi; Sed si partis alicujus, quemadmodum in pleuritide, peripneumonia, angina, dolore capitis, inflammatione oculorum vel humeri, fieri hæc oportere ex ea vena, quæ cum sectioni sit opportuna, celerius etiam partem ipsam affectam possit exonerare, ut ex brachio alterutro, si unum caput doleat; & ex dextro si pars dextra, aut sinistro si sinistra, & ex cephalica si ampla sit, si non ex ampliore: Et, si in humero vitium est, puta vulnus, aut confusio, aut quid aliud ex quo suspicio nulla venenati humoris adsit, & in morbi initio, &*

adverso brachio mitti potest, si non ita sit, ex eodem: & si vitium in sanguine detracto conspicitur, & malum adhuc perseverat, etiam ex alio brachio denuo rectè mittitur. Ferè idem dicendum, ac faciendum in pueritide, & peripneumonia, & cynanche; in quibus laudo primum fieri ex viciniore brachio; & si postmodum repeti oportet, nec dubito ipse ex adverso id facere, ratus non plurimum interesse, modo, quantum morbus postulat, detrahatur.

§. 3. Garriant hic quantum velint picæ; adducant & Geometræ linearum proportionem ostendantque physici minore tempore percurri brevius iter posse, quam longius, & inter duos motus quietem intercedere, idque esse brevius, quod rectius; & alia id genus: quibus ut parum ad hæc rem efficacibus & utilibus, respondere cum minimè statuerimus, prosequentes intentum, dicemus plus interesse quantum detrahas, quàm unde, maxime cum solum discrimen sit ex quo brachio dum malum fauces urget, aut pulmones, aut thoracis partem aliquam: debere autem potius aperiri longius, ut juxta carpum, aut in poplite, aut ad talos, artificis est artem minimè intelligentis id asserere.

CAPUT XXII.

Indicatio à moribus, & motu morbi.

Circa occasionem adhibendorum remediorum sæpius medicos, non vulgares modo, sed & optimos, falli, dixit Galenus. Quod sæpius, contingere video, cum raro ullus gravissimus morbus, ut cynanche, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, febris ardens, febris pestilens, cordis suffocationes, & id genus alii, qui cito extinguere homines solent, non citissimè & felicissimè curentur, dummodo opportunè convenienti remedio illis succurratur. Hanc ergo occasionem aut tempus convenienti diximus indicari nobis à moribus ipsorum morborum.

§. 2. Ergo morbi, quorum motus sunt repentini & celeres, & mores acerbiores & feri, veluti eorum quos nominavimus (in quorum seriem si apoplexiam velis addere, rectè feceris, nisi quòd non tam tuto hæc remediis cedat, ut alii, celerissimè, & validissimis auxiliis, sunt succutendi. Primò igitur quoque tempore phlebotomia largior in iis convenit. Utilis etiam est moderata, initio aliorum morborum, quibus alius illorum temporibus posse conferre creditur, ut in tertiana, in qua aliqui falso crediderunt tantum esse usurpandam post quartam accessionem, & in quartana nisi post multas.

§. 3. Nec solum initio hæc medicina suis morbis convenit, sed & in eorum incremento, & statu, & declinatione: verum non indiscriminatim in omnibus morbis, nec omnibus temporibus. Non enim ea est opus in qualibet levi inflammatione, vel dolore, vel exiguo quovis morbo, per se sanabili: neque etiam æquum est cadere, si initio dolorum lateris, & gutturis, & oculorum, rectè vena aperitur, ita & debere fieri primo insultu rigoris tertianæ febris, aut quartanæ, aut alterius morbi dantis inducias. Sed sat fuerit in iis suo initio, dum fiet à prima, vel secunda accessione, vel etiam tertia. Ideo rectè à Galeno dictum est, *lib. De curandi rat. per sanguinis missionem, cap. 20. Dierum numerum non esse attendendum, ut quidam scripserunt, imò quocumque die mittendi sanguinis scopos in laborante inveneris, in eo auxilium illud adhibere, etiamsi vel vigesimus is ab initio existerit, & I X, Meth. c. 5. etiam ait*

Nulla

Nulla non tempore mitti posse: verum quo maturius, eo etiam melius.

§. 4. In augmento esse utilem, ut nemo dubitat, ita in statu & vigore vix quisquam admittit: sed sanè hoc contra hanc postremam Galeni sententiam, & contra rationem, cum utilissima sæpissime dicto tempore reperitur; præsertim in his morbis, in quibus tanta vis conspicitur, ut anceps illorum exitus habeatur, quemadmodum ostendimus ubi de exanthematibus egimus. At nos non modò sanguinem mittere non veremur in morbi vehementia, dum exanthemata, eruperunt, vel erumpunt, sed neque etiam in ardentibus febribus, seu synochis, in quibus nec exanthemata, nec parotides, nec stillationes variorum, neque aliud quippiam, præter febris magnitudinem, apparet, & cerrè non infelicitè, sed summa cum felicitate. Scio tamen id Celsum evidentissimè detestari, etiam & negare, debere fieri ultra diem primam, aut secundam. Quod postremum ita ut verum est, dum aptè ad eos affectus referatur, de quibus ibi Celsus, qui sunt illi qui strangulant, in quibus vix ulla spes est ægros redimendi, si strangulatio ante diem tertium non manifestè resolvatur. Ita & illud ferè manifestè falsum, dum dicit, *Quod si vehemens febris urget, in ipso impetu ejus sanguinem mittere, hominem jugulare est: expectanda ergo remissio est.* Fateor equidem, si sciamus futuram remissionem, ut videmus in ipsis febribus intermittentibus, aut continuis quidem, sed intermittentibus affinis, (quas Galenus dixit fuisse appellatas à veteribus *συνχών*) expectari debere remissionem, quamvis etiam tunc nocere nunquam noverim, sed potius juvare.

§. 5. Scio me dicere paradoxum, ut alia multa, sed tamen non recedere neque hic, neque alibi, à rei ipsius ratione, sed tantum à Medicorum susceptis opinionibus; quas ut ego olim etiam pro veris retinebam, ita nunc & hanc, & illas, aut simpliciter falsas, aut magna ex parte à vero recedentes, usu artis recognosco, & rationibus (quod est præposterè facere, verum non in medicina, nec aliis omnibus artibus in actione versantibus) confirmo: Quomodo certum sit febriles, imò & morbosos omnes impetus, nullo alio auxilio tam faciliè extenuari, infringi, & extinguì posse, quàm eo ipso, à quo ab eorum initio opem recipere solent. At à quo majorem, quàm ab hoc, unde Galenus has impetuosas febres se sæpissimè jugulasse fatetur?

§. 6. Si dicas Galenum non id imperasse in ipso vigore morbi, difficilius erit hoc tibi probare, quàm mihi contrarium; cum dicat ille, veluti miraculo quodam illas paulo post in multis fuisse extinctas, eo ipso die scilicet, vel sequenti. Quod ego sæpissimè, ut licet videre ex historiis à Capluano recitatis, etiam observavi. Verum hæc tam subita reliquiarum evacuatio per sudores non fuisset facta, si morbus fuisset in suo principio, in quo materia inepta est ad expulsionem naturalem: At in his, in quibus reliquæ morbi, triduum, aut quadriduum post sanguinis missionem, naturali evacuatione expelluntur, ut in illis quibus Galenus loco cit. dicit, se secundo aut tertio die detraxisse sanguinem, qui die septimo sudoribus copiosis liberati sunt, veluti in servo, & liberto, quorum mentionem facit lib. IX. *Meth. m. c. 4.* In his, inquam, missus fuit in principio vel augmento morbi: sed in aliis, quibus posttridie, vel ipsomet die crisis secuta est, crede fuisse factum, ut dicta ratio docet, in ipso impetu, & constantia morbi; in quibus si suspensus, ut dixi, exitus videatur, tutius est naturam adjuvare, sed sola missione sanguinis, non purgatione: quod quidem ego, dum meo Marte ægros tracto, nunquam, ut sæpe dixi, non efficio. Verum ubi observo signa salutis, etiam si magnas febres insul-

Tom. IV. Pars II.

tus videam, ipsam eugnam totam naturæ committo: experientia enim didici, verissimum esse, id quod Galenus 3. de Cris. c. 2. per hæc verba significavit, *Præcedit enim excretionis criticas, non mediocris in ægris perturbatio, cum alii difficulter spirent, vel delirent, &c. unde sæpe videas eos, qui illis assident, & inexpertos medicos, non amplius de eis sperare (aut) quam de iis qui in foro ad mortem judicantur.* Veram solus exercitatus medicus discrimen horum potest recognoscere, quomodo hæc ipsa mala symptomata, æque lethales, ac salubres crises antecedant. Solutus ergo prudens medicus potest rectè discernere, quando in dicto impetu expediat naturæ succurrere, & quando sinere.

§. 7. Sed si petas, in ancipiti re, quid præstat facere, nempe ubi juvenis, aut inexpertus medicus est, qui salubrem pugnam ab insalubri nequeat distinguere, num satius sit abstinere à sanguinis missione, an verò ea sit molienda? Certè tutius erit moliri, quoniam convalescens non nocebit, & alterum alioqui mortuum servabit, nec sic faciendo (dum non pecces in aliis) Hippocratis præcepto repugnabis dicenti, *Quæ judicantur, & judicata sunt integrè, &c. sed eidem auctori parebis dicenti, Artificis esse naturam tempore, & convenienti auxilio, adjuvare.* At quo tempore opportunius (si aufugit occasio melior) quàm dum in extremo est conflictu, in quo si succumbat, nulla amplius superest emergendi spes?

§. 8. Non est igitur, quod moveamur Celsi facundioris auctoris quam eruditioris medici, allata sententia, quam statim, & rectè extenuat, dum addit: *Si non decreverit, sed crescere desit, neque speratur remissio, tunc quoque, quamvis pejor, sola tamen occasio non omittenda est.* Certè hoc Celsus se rhetorem potius quam medicum proficitur. Nam si est ægrum jugulare, venam tundere dum vehemens febris urget; quo modo tamen consulit faciendum, si non decreverit febris? quid enim pejor febrienti potest contingere, quàm jugulari ab eo quod auxilii loco est: aut, si aliquando eo loco posse esse utile censet, cur tam absolute illud dixit, ægrum jugulare? Amplius, si in febre insigni, in qua non speratur remissio, occasio mittendi sanguinis tantum est, dum ea in suo statu & vigore est, (quod intelligit, dum ait, si non decreverit sed crescere desit) quo modo hæc occasio pejor est? quæ quæso erit pejor, aut quo modo? implicare enim videntur hæc inter se contradictionem? Haud me latet, dici posse, hic eum esse usum comparativo pro positivo: quod etsi multis locis à Medico decenter possit usurpari, in re tamen tam difficili non potest quisquam nimis clara uti oratione. At vis non fiat in ratione dicendi, sed in re, & sensu orationis; in qua testatur, tandem debere sanguinem mitti in statu imperuque febris, si in ea remissio non speratur: quod nos cum Celso faciendum esse dicimus, facimusque, contra vulgare Medicorum sententiam, continuo in bacca habentium, *Quæ judicantur, & judicata sunt integrè, neque movere, neque novare aliquid, sive medicamentis, sive aliter irritando, sed sinere.*

§. 9. Minimus igitur hac occasione sanguinem, in magno ipso morbi impetu, in multis, ut in Domino Beaurepere, quem assidua, vehemens, & tertiana finicima, febris urgebat, cum gravissimo vomitu bilioso, in ipso exacerbationis tempore. Ad hunc, in quam, vocatus die tantum quinto, circiter meridiem, quo tempore periculosissimè exacerbatur, & à febris, & ab acerbissimo vomitu, eoque jam inani, & præcedentibus acerbioribus, veritus ego deteriora, videlicet, ne hujus perseverantia vena aliqua interna disrumperetur, aut inflammatio agitata partes adtiteretur, aut vomendi ille irrequietus impetus &

D d 3

febris

tebris adeo ingravescerent, ut remediis postea nullus locus superesset: statim significo illi, sanguinis missionem fore hoc ipso tempore necessariam, ratus eam symptomatum acerbiteriam à jecoris incendio fieri: ideo Medicum, qui ejus curam gerebat, accersiri juberet. Ille confestim respondet, se meo plus, quam alterius consilio, fidere: mea tamen persuasione ad illum [qui proximè habitabat] mittitur, quo non invento, venam me præsentè aperire facio, ad uncias quindécim sanguinis. Cujus auxilii tanta fuit visa opportunitas & efficacia, ut, una cum fluente sanguine, vomendi stimulus cessaverit in totum, & febris remissa, quæ sensim inclinans, ad diem septimum percurata est. Non enim hic nobis defuisset infamiae nota, si infelix fuisset exitus, cum mox alter Medicus, quem in via conveneram, ubi primum ex me, quid fecissem, intellexit, impatiens audire successum rei, statim inquit; Præstitisti id non solum die ipsa exacerbationis, sed etiam hora summæ afflictionis. Non inficior, inquam. Ille, Maluissimè id differre in horas quietiores: Non fuisset forsitan, aio, juvandi locus tacuit hic ille.

§. 10. Idem in obsidione Rupellarum præstitimus in multis, & præsertim ex familia Illustrissimi Marschalli Retensis; ut in ejus œconomo Domino Ferreræ, cui fecimus sanguinem mittere in summo febris ardentis labore & periculo, licet jam bis, nostro consilio, à diebus quinque fuisset etiam missus. Et in Domino Ferrate, nepote Domini Marschalli; & in Trojall'auto ejusdem cubiculo, & in Deco ejusdem chirurgo, & in Comite Hormee; & in Domino Bajono; & in præfecto Miramundo, & Millardo, & aliis multis, tum in eodem hospicio degentibus, tum pè exercitum disseminatis, vehementissimè & maxime putrida febris, imò subpestilenti, laborantibus. Quorum omnium nostrorum ægrotantium dictæ obsidionis, nemo certè interit, qui vena-sectione sit usus. Occubuit Comes Ushus ad diem septimum, qui neque repeti sanguinis detractionem passus est, neque primam, nisi parcissimè, admisit, cum tamen plenissimis & amplissimis venis, & corporis habitudine calidissima, & ætate virili, esset. Ea ipsa occasione decessit œconomus Illustrissimi Polemarchi Costei, cum tamen penè etiam omnes ex ejusdem familia, ab eodem genere febris affecti, per venam bis aut ter nostro consilio sectam, servati fuerint. Ante hos, & prius quam dictæ febres grassarentur, defunctus est vita coquus, ex famulis Marschalli Retensis, qui à peripneumonia & pleuritide, die sexto è medio sublatus est. Hic est profectò universos defunctorum numerus eorum, qui se nobis in tota Rupellensi obsidione, sine vulnere curandos tradiderunt.

§. 11. Qua certè felicitate curationis usi etiam sunt ægroti nostri aliis locis, sed non alia ratione ab antedicta (quatenus pertinet ad missionem sanguinis) à nobis tractati: Quorum tantum duos aut tres, & quidem scitu dignos, in præsens recensebo, ex iis quos à state præterita, in oppido Cameracensi, Peronæ, & in exercitu Serenissimi Ducis Andium, curavimus.

§. 12. Ad Vergerium, quod distat Cameraco tribus leucis, ex longo labore, & incurratione in hostes, sub ardente Canicula, innumerum nobiles, tum milites, uno & eodem die, eodem genere febris correpti sunt, eademque symptomata ferè omnes sunt passi, ex his multos Cameraci vidimus: febris erat ardens, cum summa putredine: symptomata, dolores capitis & renum, & totius corporis contractio; præterea anginae, ac peripneumoniae frequentes erant; multis stillatio sanguinis narium, multis & ejusdem profluvium superveniebat. Ut in Villermont, ætatis annorum novemdecim, initio secundæ

dæ diei sanguinem detrahi jussimus ad uncias quindécim, à meridie decem, postredie libram, quinto die sesquilibram; die septimo mane, cum illum viderem gravissimè ægrotantem, & in magno periculo versari, dico Capluano, & Dioneo Regis & Serenissimi Ducis Andium Chirurgo eruditissimo, qui illi venam præcedentibus diebus secuerat: Certe, si mihi frater esset aut filius, detraherem illi nunc sanguinem, & largius quam antea; verum id si faciam, & intereat, dicar illum jugulasse. Non mittitur, sub horam secundam pomeridianam prorumpit sanguis è naribus large, nec me conveniunt famuli, nisi vespè peri. Accedo ad illum, video plus quam libras quinque sanguinis in lancibus; dicebantque affidentes, se tantundem ejecisse, quia non suppetebat illi copia lancium; attingo pulsus, qui tam exiguus erat, tamque tenuis, ut vix possem illum percipere, interim celeritate incredibili euntem: jubeo vinciri brachia & crura, in quibus nullum apparebat venæ vestigium ex vacuitate. Mitto interim ad chirurgum: tandem in brachio, longa vinculi mora, & constrictione dolorosa, vena ostenditur; qua aperta ad revulsionem, id est, detracta tantum dimidia uncia, retinebatur tantisper appposito digito, mox; hoc sublato, alia dimidia. Sic ego discedens, jubeo horæ spatio detrahi ad uncias tres ad summum, & nutrirî patientem forbilli & vino. Substitit sanguis; nocte copiosi eruperunt sudores; mane dum redeo, invenio illum penitus liberatum à febre, huic stillabant fere quotidie nares sanguine.

§. 13. Idipsum accidit Domino de Bourly; verum huic die ipso septimo sanguinem misi, saltem ad sesquilibram, cum jam bis misissem semper ad libras duas. Eo ipso die septimo, plus quam libras quinque profluxerunt, adhuc ex naribus, nocte sudavit, & sanatus est: huic etiam sæpe nares stillabant, aliquando etiam ad libram profluebat. Multos ex his sic restitui vidimus, & vix ququam, cui ante septimum ter, aut etiam quater, sanguinem non miserimus. Unde fere omnes, aut quinto aut septimo, in sanitatem restituebantur, exceptis duobus, aut ad summum tribus, qui nono, & undecimo, sunt persanati. Quod idem testatur etiam Capluani epistola, qua mihi historias dictorum ægrotantium postulanti, respondet. Qui quidem Capluanus semper apud me fuit, ætateque meos mecum in dicto exercitu vivebat, & plures solus etiam, levandi mihi laboris gratia, revivebat: ex quibus omnibus unus nobis interit dicendus postea.

§. 14. Quare (ut ad rem redeam) dico iterum; efficacissimum esse præsidium missionem sanguinis, urgente morbo, ubi exitus suspectus est. In quam sententiam facit illa Celsi dicentis, l. 2. c. 10. *Mittit sanguis debet, ubi quis angina strangulatur, & ubi prioris febris accessio pene confecti, paremque subire sequi verisimile est, neque eandem videntur sustinere agri vires posse*, Dices forte, hoc intelligendum esse de intermittente febre; At dicimus intelligi debere, & de intermittente, & de assidua, exacerbationes habente. Sed esto hoc de intermittente, & aliud supra allatum de continente, modò intelligas id oportere fieri in utraque, & in quovis alio morbo, (salute non deplorata) in quo major est suspicio ingravescendi, quam declinandi, literam satis perceperis. Sed rogo, nam succurrimus gangræne, dum suo in vigore existens, proxima est ut in sphacelum transeat: num anginae, dum æger proximus est ut expiret; num pleuritidi & peripneumoniae, dum non sinunt spiritum trahere? Haud me lætet, dici posse, morbi vigorem tantum esse dum aut interficit, aut in proximo est ut inclinet; reliquum verò aut augmenti esse, aut inclinationis. Sed hoc est verbis discrepare, cum totum id tempus vigoris & status, esse dicatur à me.

à medicis, dum morbus per spatium aliquod, in pari quodam certamine cum viribus corporis, videtur consistere; non quod aut non augeatur in se, aut aliqua ex parte minuatur: sed id nobis est incognitum, ut astrologis planetarum motus, dum illos dicunt esse stationarios.

§. 15. Et in morborum declinationibus, num censendum erit hoc remedium inutile? Putabunt aliqui sic esse, freti hac ratione: naturam posse residuum, quod minus est, vincere, si potuit maximum, quod erat in morbi consistentia, extenuare. Id certe plerumque verum est, cæterum non raro etiam falsum, juxta illud Hippocratis. *Quæ relinquuntur in morbis, recidivas facere consueverunt.* Dicunt hic aliqui, non deberi has morborum reliquias missione sanguinis, sed purgatione, tolli: at nos contra; hac scilicet magis, quam illa, non tamen in omnibus morbis, sed plurimis: rationes dictæ sunt supra, capite *De cacochymia.*

§. 16. Sed quidam sunt Medici, qui non tanti faciunt mores & motus morborum, quanti alia sublimiora, abstrusiora, & inaniora; quæ sunt, observationes aspectuum astrorum, præsertim Lunæ, dum ea scilicet coit, aut inquietur astra, inspectibus id opus, ut aiunt, secundantibus. Quod qui curant, id ipsum sane mihi videntur efficere in ægrotantis salutem, quod in semetipsum facit is, qui per agrum incognitum incedens, astra lustrando, præcepit ruit in puteum: Sic hi ægros, sua, hac in re, inani astrologia præcipiant, & sæpe perdant. Non itaque hic astrorum aspectus considerandi, sed vires, mores, & motus morbi, ægrique status. Circa hæc autem vel maxime oportet Medicum esse intentum, non circa illa homini incomprehensibilia. Interest enim inter noscere, quæ stella sit Jupiter appellata, quæ Mars, quod signum Aietis, aut Geminorum, & quando hæc illi jungatur, vel incedat recto suo tramite, aut retrogrado; & noscere, quid ista præsent in corporibus nostris, quoque modo ab illis afficiamur transmutemur: Est autem illud facile captu librorum studio, astrologorum collocutione, & siderum euntium & redeuntium intuitione, quoniam perpetuum & statum suam cursum retinent; difficile verò hoc, quod sola observatione singularium, in momenta horarum transmutabilium, comprehendi potest. Libenter & tacite hæc præterissem, nisi id viderem adhuc ac aliquibus doctis Medicis religiosius jussu observari, & præsertim in Gallia, Belgica, & in Anglia; quibus locis, & ipsos aliquando chirurgos pertinaciter audias res agantes, non debere hodie aut cras mitti, quia Luna sedet in signis, huic operi adversis. Qua in cunctatione æger sæpe de medio rapitur. Sed jam hic accipe epistolam Capluani, cujus superius mentionem feci.

Capluani Epistola.

Quar ad me non ita pridem ex Anglia dedisti literas, multis nominibus pergrate mihi fuere, summamque in iis legendis percepi voluptatem; tum quod ex iis te bene valere intellexerim, tum quod quo in honore ac existimatione apud Regiam, omnesque illius regionis Proceres sis, abundè satis cognoverim. Verum in præsens iis omissis, quæ neminem latent, ad reliquam tuæ epistolæ partem accedam: Deum opt. Max. interim rogabo, ut voti compos fias. Reliqua igitur tuæ epistolæ parte, quoniam (ut scribis) tibi animus est accessionem aliquam facere libello tuo, qui est, De curatione per sanguinis missionem; postulas ut ad te quam primum, & omni diligentia transmitti eurent, eas laborantium abs te notatas historias, qui superiori anno Cameraci, Perona, in exercitu, aliis-

que locis, gravissimis ac exitalibus morbis fuerunt miserè exagitati, quique sanguinis sola emissionem, divino veluti miraculo, à faucibus mortis erepti fuere. Hac in re, ut tibi (quoniam id unum habeo in votis) facerem satis, omnem adhibui diligentiam & studium, ac abs te multum exoptatas observationes undique quaesivi, neque in scriniis, neque musæolo, neque aliis quibuscunque locis, à te per literas mihi significatis, offendere potui. Quæ cum ita sint, vide si revocare in memoriam possis tuam, ubi illa existere possint scripta; moneasque, quid à me tui causa fieri velis. Cæterum etsi ego non eorum omnium nomina, neque morbi progressum scriptis mandaverim, nonnullorum tamen ægrotantium historias teneo, atque eas cum meis observationibus reposui, quorum nomina ad te obiter scribo, eo tamen lege id facio, ut si hujus mei instituti rationem tibi saltem non displicere intellexero, credas ac omnino tibi persuadeas, me tibi oblaturum centum, & eo plus agrorum historias, notatu & observatione dignissimas; quæ quidem ægrotantes meo consilio, vel, ut melius dicam, tuo (tu enim is es, qui me agris proponebas, tu is es, ad cujus imitationem, dum laborantes solus curabam, me pro virili componebam, tu is, inquam, es, cui me plurimum debere & fateor, & volo) in Xenodochiis Cameracensibus, Perona, Pondorny, Blangitii, sancti Valerii, aliisque locis, ut optime scis, ab ardentissimis & pestilentibus febribus, alvi profluvio, dysenteris, angina, pleuritide, peripneumonia, atque aliis multis periculosissimis morbis liberati, & pristina sanitati restituti fuere. Neque profecto proxime post Deum, eorum omnium consequuta salus, alteri remedio est attribuenda, quam phlebotomia, quam in iis omnibus liberam & copiosam chirurgis ut celebrarent jubere solebam, ut ipsimet hujus rei testes locupletissimi sunt. Verum ad id quod institueram redeo. Inprimis igitur is, qui Cameraci ad insigne Salamandra hospitabatur, & quem acutissima febris, cum capitis universique corporis insigni dolore, corripuit, & cui Dionius tuo consilio, ter quaterve venam secuit, senior Bacqueville appellabatur. Porro is est, qui ob largiorem (ut ipse censebat) sanguinis detractionem, Dioneo summo opere irascebatur; qui tamen, ubi reipsa comprobavit, quantas vires habeat hoc sacratissimum presidium, ad Hydramque & phlebotomiam, & ejusdem auctorem ac consultorem, exulit, præsertim cum hujus auxilii beneficio, liberatum etiam se viderit à veteri alterius auris succurrere. Ex iis omnibus qui in diversorio Angellæ ægrotabant, præter duos, cujus meminim, habeo nomen. Quare is, cui à febre plane maligna, & terrore plenissima, supervenit narium stillatio, propria quo vocetur nomine haud scripsi, nepotem tamen Domini de Senfeval eum esse annotavi. Is verò, qui febre insigni, narium stillatione, diarrhæa, multisque aliis sævissimis comitata symptomatis jactatus fuit, & cui Noëmus quater venam aperuit, vocatur Capitaneus de Bourisy. Ex nobilibus verò Clarissimi viri de Phargis, qui ad insigne Cratidos hospitabantur (decem numero erant) quique una ornes eodem ferè temporis puncto in morbum inciderunt, trium tantum historias habeo. Itaque is, cui ter copiose admodum missus fuit sanguis, & cui die septimo supervenit ea reformidabilis hæmorrhagia, appellabatur Dominus de Villermont. Alter verò, cui toties Noëmus venam secuit, & cui die quinto noctu (ad salutem tamen) solutum est vinculum, atque exin maxima profusa est sanguinis copia, vocatur Dominus de la Verdérie. Postremus verò, in quo (præter cætera exitalia multa) deprehendebas illam pulsus interfectionem, & cui ultimo, dum chirurgus Noëmo adstare, missus fuit sanguis ad libras minimum duas cum dimidia, cuique die nono supervenerunt parotides, vocatur d'Accodre. Illi sunt, quorum nomina, & morbi ideam, progressum,

etque curationem, dum tecum apud aegrotantes essem, diligentissime observavi. Quod si velis eorundem historias scribere, nihius, atque magis in parte à me describi, faciam alias majori cum otio libentissime: nunc enim tabellario jam jam discendente, hæc tantum rapim, & currenti calamo scripsi. Cæterorum vero, quos ego solus (uti jam dixi) curandos suscepi, historias, si habere velis, certior me facio; dicto enim citius omnia summa pro te faciam. Vive igitur diu, & vale, Capluanum que tuam amare perge. Ex Parisiis Lutetia prid. Kal. Mart. 1582.

CAPUT XXIII.

Indicationes sumptæ ab anni temporibus.

Quemadmodum anni tempora morbos inducunt, & eorum mores mutant, ita & ex iis aliqua indicatio sumitur plus minusve detrahendi sanguinis. Itaque aptissimum Hippocrates & Galenus verum tempus judicaverunt, post hoc autumnale, deinde hyemale, æstivum vero huic auxilio esse adversissimum pronuntiant, etiam si morbus sit magnus, & æger ætate floreat.

§. 2. Quæ sententia vera tantum est, dum non ad curationem, sed ad præservationem eorum morborum, qui ex longissimis temporum intervallis recurunt, non eorum qui jam urgent, aut frequentius redeunt; nam in iis id Galeni præceptum inutile est, quoniam incensam materiam vacuat, ut usus docet. Esse quidem æstate moderandam & contrahendam non inciamur, cum largissime debeat mitti hyeme, parcissime verò æstate, & medio modo duobus reliquis temporibus, Interim id largissimum & parcissimum, non simpliciter dicimus, sed collatum ad ipsa tempora, cum æstate soleant facilius corpora ardore languescere, & Vere multo sanguine redundare.

§. 3. Ut est in anni temporibus aliquod discrimen contemplabile, ita etiam in partibus ipsius diei. Sed id audiendum, cum morbus dat inducias, in quibus præstat mane, & post orporis nocturnam quietem potius, quam vespere, aut post longas vigilias, & corporis exercitationes; quoniam per quietem, quicquid impari sanguinis est, à partibus principibus demandatur, puta in artus, qui exercitatione corporis denuo commiscetur, non quod item ad jecur redeat, sed quod cum vicino meliore, & magnæ venæ propiore, commisceatur.

CAPUT XXIV.

De quantitate sanguinis mittendi pro ratione virium.

Jam dicendum est de quarta observatione, quæ est difficilis quidem intellectu sit, crebrius tamen & gravius circa eam à Medicis erratur, quam pro difficultate & obscuritate liceat, & quam pro ægrotantium beneficio conveniat. Est autem hæc quantitas sanguinis detrahendi, quam sanè Galenus inexplicabilem esse testatus est, dum dixit. *Nullam rem aquè artem medicam conjecturalem facere, quam medicamentorum quantitatem.*

§. 2. Verùm relicta consideratione aliorum præsidiorum, examinemus tantum convenientem quantitatem præsentis, in hominum corporibus

ultrapandam. Multa quidem circa hanc Galenus dixit esse expendenda; quæ postea cum Hippocrate ad tria deduxit, morbum scilicet, æris temperiem, & patientis habitum; sub quibus reliqua comprehenduntur, nempe regio, anni tempus, consuetudo patientis, ejusdemque ætas, & habitus. Ex quibus sane singulis adhuc aliqua indicatio sumi debet, cum in puero, & sene, & imbecillo, & pusillo corpore, & molli, & exigui sanguinis, & inconsueto, & gravida muliere, & flagrante seu algente aère, & parva vel frigida ægritudine, non tam audacter sit evacuandum, ut in magno, & acuto morbo, consentientibus viribus, & reliquis non repugnantibus. Nec parcus est detrahendum in obesis; quia hi, ut Galeno & Celso placuit, minores venas & minus sanguinis habent, qui tenui & macro sunt corpore: nam iis & amplæ venæ sunt, & plenæ, licet profundæ & latentes. Verùm difficilior hanc evacuationem sustinent, quoniam magnum & obelsum corpus, ut plus alimenti sive sanguinis consumit, eo quod tenne est & macrum; sic etiam defectu & detractione ejusdem, celerius illo languescit & affligitur; Quare etiam in hoc temperatius est agendum, ut diximus de superioribus: Nec est subjiciendus, quævis juvenis, magnis illis evacuationibus multarum librarum, quinque scilicet, sexve, unica detractione, neque etiam parvis & crebris, nisi urgente necessitate; quoniam, ut per illam citò languescunt, ita & per hanc magis impinguescunt, renovato sanguine ad nutritionem paratiore.

§. 3. Porro etsi puero, & seni, & aliis supradictis, minor debeat evacuatione ratione sui, minor item debeat eorum singulis, imò & juvenibus, dum viribus sunt imbecillis. Cæterum in hac virium imbecillitate recognoscenda, ut maxima est difficultas, ita summa industria, nec parva eruditio artificis, desideratur. Quare non falso Galenus dixerit paulo universalis quam mox, nempe, *nihil esse in medicina quod specie dicibile non sit; quod vero neque dici, neque scribi, neque omnino definiti potest, quantitatem uniuscujusque esse.* Arduum est igitur, veram rerum quantitatem, ad medicinam pertinentium, definire, ut morborum, symptomatum, causarum, auxiliorum, & cæterarum denique rerum omnium. Quare mirum minime esse debet, si in sanguinis quantitate arte detrahenda, nemo post Galenum, & ante me (quod sciam) quidquam ausus fuerit definire, sed universali tantum, & umbratili quadam meta efferre. Quæ certe non juvenes modo, verum & alii plures, qui multos annos medicinam exercuerunt, tam modice erudiuntur, ut sæpissime hos videas horrescere, dum audiunt cuiquam fuisse detractam, aut esse detrahendam, unam vel duas sanguinis libras.

§. 4. Jam ergo audiamus hanc, vel hæc potius umbratiles metas, non hercule novas, sed vetustissimas, quandoquidem & ab ipso Hippocrate sint dictæ, & à Galeno postea, deinde ab omnibus medicis in hunc usque diem frequentius in medium allatæ, quam recte intellectæ, & convenienter usurpatæ. Una est, dum in magnis & acutis morbis dicunt mittendum esse sanguinem, quantum vires ferunt, quæ obsecro hæc est meta? Haud incipio bonam esse, sed obscurissimam, & ab exercitissimis etiam medicis non satis cognitam; quod videre licet in medicorum congressibus agentum, esto de angina, aut gravi pleuride, robustum juvenem verno tempore affligente. Hic audias ab omnibus uno consensu dici, nihil tutius ac presentius posse languentem ab imminente pernicie eripere, quam abundantem sanguinis missionem: Quam forte omnes, ut definitius aliquid dixisse videantur, faciendam esse tam copiosam nuntiabunt, quam vires tolerabunt,

bunt, ut Galenus multis locis dicit. Verum ubi aperta vena est, protinus videas unum accurrere carpo, explorandi pulsus gratia; & hunc vel alium statim dicere, satis superque esse missum, ubi octo vel novem uncias emanasse viderint; alium, forte detrahendum aliquid magis; tandem & omnes forsitan, plus nimium infra modum subsistere; adeo ut quos seorsim ab opere concordēs, recteque concludentes audieras, confestim cernas agendo discordes, & ab instituto alienos. Cujus discordiæ fons nihil aliud est, quam defectus cognitionis tum virium ægratantium, tum etiam morbi. Quæ medicorum ignorantia, ægris perniciofa. Hippocratem hæc subsequētia verba scribere impulit: *Medici plerumque nescientes distinguere imbecillitatem quæ à vasorum vacatione fit, ab ea quæ ab aliqua irritatione, vel morbi acumine, dant ægris cibum, aut potum, aut forbitionem, qui error non raro mortem affert.* Quam sæpe, hic error accidit, tum in dando cibo iis qui eo opprimuntur, tum imparcius detrahendo sanguine iis, qui hujus superfluitate interficiuntur.

CAPUT XXV.

De mittendo sanguine ad animi deliquium.

Accedit alia meta ad hoc ipsum, præcedente nulla re clarior aut melior, sed sanè obscurior & periculosior, dum propositi auctores dicunt, esse mittendum ad animi deliquium. Quod aliquando Hippocrates alia nota designavit, dum dixit, Detrahendum esse donec corpus redditum sit exanguē, id est, ut habet *lib. acut.* usque ad animi deliquium: quoniam, qui animo linquantur, præ insigni pallore exanguēs facti videntur.

§. 2. Qui scopus, quæve meta quantum habeat incertitudinis & periculi, ex his colligi licet: Quod scilicet plerique ex his, quibus abundè detrahi debet, linquantur animo, non solum ab aliqua mediocri evacuatione, sed vix detractis tribus aut quatuor uncias, aut statim ab ista vena: imò & plerumque multi hoc symptomate capiuntur, solo conspectu fluentis sanguinis ex alieno corpore. Quid igitur hic facias dum sic linquantur? Quid aliud quam quod communiter fit: concluditur statim vena, & in aliud tempus differtur; At interea morbi causa non cunctatur, sed clanculum serpens, morbum gemitat. Ex adverso, alii sunt tam firmo & constanti animo, ut lethalem serè evacuationem sustineant prius quam concidant animo: quod sapissimè vidimus cum à phlebotomia, quæ casu inter dormiendum soluta fuit, tum ex vulneribus, ut in *Assicia Principis Senatus Parisiorum*, & in præfecto *Bernardino superius adductis*, & nuper in *Illustr. Principe Orangiæ*, & in aliis multis strenuis militibus.

§. 3. Quid ergo de hac dices? Num hac occasione interibant ii quos Galenus dicit *Thessalios* jugulavisse, dum, ejus exemplo, jugulare febrem synochum putabant, detractione sanguinis ad animi deliquium? Certè, si hæc meta justa esset, aut justæ proxima, nemo, nisi amentissimus, posset in hac errare: nam facillimè à quolibet dignoscitur animi deliquium, & ejus etiam exordium facillè concipitur, observata facie ægrotantis, & tacto pulsu, ex quo prima hujus symptomatis præludia discernuntur.

§. 4. Quo modo igitur *Thessalii*, aut quique illi fuerint, à Galeno erant culpandi, si sequuti ejus consilium, ægros ad necem ducebant, dum in

synochis febribus ad animi deliquium mittebant sanguinem? Nam animi deliquium erat nota, ad cujus accessum retinendum sanguinem Hippocrates & Galenus docuerunt, nec ultra trahendum, præsertim dum animi defectio evenit, non ex motu seu animi agitatione, (quemadmodum fit in pusillanimis, qui statim eo capiuntur post venam apertam, aut post quodvis exiguum vulnus, aut videndo tantum alienum sanguinem manantem,) sed ex copia sanguinis detracti?

§. 5. Ad unum igitur horum trium mors illa referenda est, vel quòd tardius illam efficerent, vel quòd educerent ultra animi deliquium, vel quòd hæc meta fallax sit. Quòd mitterent ultra deliquium, credendum non est, quoniam jam illi (si Galeno credendum est hæc in re) timidiore erant justo. Restat igitur, illos obiisse, (si causa missionis sanguinis inciderent,) aut quia non in morbi principio esset missus, sed cum vires jam fractæ à morbi longitudine, & morbus ipse ad eò radices in se verat, ut proficere amplius auxilium non posset, quod quotidie fieri videmus apud Medicos nostri temporis, non quòd ad animi deliquium ducant, neque in tempore, neque extra tempus; sed quòd ad eam, qualemcumque faciant, aut accedant, aut redeant tardius justo, more eorum qui adulta jam domo aquam ferunt, aut ardenti non satis affundunt. Aut interibant illi; quia animi deliquium non accesserat ægris, nisi post tantam sanguinis effusionem, ut nulla amplius superesset vis in corpore sui retinendi, inanis scilicet plus æquo, non modo venis ipsis, sed & arteriis. Quamcumque igitur in partem te verteris, hæc metam reperies falsissimam, & periculi plenissimam: tum, quòd in pusillanimis faciat tardare remedium, aut subsistere, infra modum; tum quòd in viris fortibus, & pueris, seu adolescentibus, qui nullam habent imaginationem periculi, exhaustantur aliquando venæ ad mortem usque, priusquam in synocopen incidant.

§. 6. Non igitur hæc pro scopo est habenda, ad quem respicere debeat is, qui sine periculo & infamia hoc auxilio velit uti, nisi per accidens: Nempe, si coningat, ut in corpore, in quo decreveras libras tres sanguinis mittere, lipethymia seu animi deliquium accedat, ubi duæ tantum fluxerint, æquum est subsistere, & differre in horam vel horas, tertiam libram, aut, si vis etiam quartam detrahere, dum videris scilicet ægrum non solum ad se rediisse, sed nullo pressum languore, orto ab evacuatione, & præsum morbum, per quem sanguis mittitur, in suo vigore perseverare, aut crescere. Sed hæc clarius infra exemplo docebuntur. Hoc igitur iterum atque iterum repeto, nempe ad hanc indicationem non esse respiciendum, tanquam ad eam usque sit ex animo & decreto accedendum, sed si contigerit (ut dixi) illam evenire, dum proxime miseris justæ, aut in animo à te conceptæ quantitati, tunc pro meta esse ducendam; non autem ubi detraxeris uncias sex aut septem, ubi videas necesse esse duas tresve libras esse detrahendas.

CAPUT XXVI.

Expenditur alia indicatio, qua Hippocrates & Galenus in mittendo sanguine usi sunt.

Indicationem aliam nonnunquam Hippocrates & Galenus adferant prioribus non longe certiore neque meliorem, dum dicunt, tantum esse detra-

trahendum, quantum satis esse visum fuerit, (subaudi, Medico vel Medicis præsentibus.) At ostendimus jam, tot esse inter eos sententias, quot Medicos, imò sæpe, plures quam Medicos, dum simul & semel videas, & hunc & illum idemmet velle & non velle. Adde, quod crebro etiam in hac Medicorum corona, non qui eruditior, sed qui loquacior, aut auctoritate supremus est, credatur. Quare & hic, & alibi, ubi magnum discrimen est, dicere liceat quod Galenus olim, *Fortunatum scilicet esse agrotantem qui in manus boni Medici incidit, aut cui fortuna seu Deus potius ita faueat, ut eam ceteris prævalere sententiam faciat, quæ sit utilior.*

§. 2. Est, dico, item alia, ab iisdem magnis viris aliquando proposita, quæ certe omnium aliarum utilissima, & universalissima est; verum equidem non minus vulgaris quam obscura. Obscurissima sanè est; obscura, inquam, non intelligentia verborum, sed rei præstandæ: est autem hæc, detrahendum esse quantum sat sit, aut quantum conveniat. Verumtamen hanc metam promptius quælibet muliercula proponet, quam eruditus Medicus possit præstare. At si ea doctrinalis est, certe præter hanc nulla alia opus est, non solum in missione sanguinis, sed in rebus omnibus agendis, cum non egeas inquisitione & examinatione aliarum indicationum, si hanc teneas; purgare nempe quantum sat est, alere, calfacere, somnum conciliare, & reliqua omnia sic efficere.

§. 3. Sed dices forte, hanc non posse sciri illis ignoratis, quod verum est; ideo etiam soli eruditi hanc retinent, nec profecto etiam ad unguem, sed proximius vero quam ineruditi. Quare in hac etiam Galenum, suimet ipsius opinione & verbi reprehendemus, dicentem, *non esse artificis solius scire quid opus sit efficere; nam est etiam hæc indicatio, aut consilium, aut iudicium, aut ut velis appellare, æquè cognitum pueris & plebecula; sed quomodo id efficias scire, id certè est artificis.* Ita in hac, quid amplius ostendit Doctor, dum dicitur in experto, detrahe quod satis est, vel quod satis esse visum fuerit, detrahe quod satis est, dum videt sanguinem prodire, dicit, Rogo ne plus detrahas quam sit opus? consulit & ea sic detrahi quantum sit opus, sed non amplius. Dicimus quidem & nos aliquando sic; sed ostenso quo modo quis istud satis cognoscat tuorum signis, quam ab animi deliquio, vel colore, vel alia indicatione, in qua plus sit vel obscuritatis, vel periculi, quam si ad nullum illorum minister respiceret.

CAPUT XXVII.

Indicatio à sanguinis colore & consistencia desumpta.

Colorem habitumque sanguinis, quantitatem sui detrahendi ostendere, & Hippocrates, & Galenus, & alii omnes auctores testantur, ut Celsus, dum ait: *Cum sanguis profluit, colorem habitumque ejus attendere oportet: nam si is crassus & niger est, vitiosus est, ideoque utiliter effunditur: si rubet & pellucet, integer est, eaque missio sanguinis adeo non prodest, ut etiam voceat, protinus is suppressendus est.* Hæc Celsus videtur accepisse ab Hippocrate, dum dixit, in pleuritide sanguinem esse mittendum, donec melior, aut ex nigro ruber, appareat. Sententia & ibi & alibi à Galeno confirmata, & à nemine posteriorum Medicorum improbata.

§. 2. Quæ certè ut improbanda non est, ita etiam

non est reticendum, & eam nullo in modo curando satis esse constantem aut sufficientem metam, & periculo non vacantem superflue evacuationis, aut suspitione diminutæ, perinde ac diximus de animi deliquio. Nam si pleuritis hominem prehendat boni habitus, huic sic protinus sanguis mittitur, purior forte prodibit primus, impurius vero proximus, qui à vicina mali parte procedet: tandem si largius mittas, ad puriorem præcedentibus fiet cursus. In his igitur, ubi posterior primo (quod nonnunquam in his affectibus vidimus) impurius apparebit, rectè reditum purioris & sincerioris, usque ad certam quantitatem, quæ sine patientis injuria fieri possit, expectare licebit. At in iis corporibus, in quibus magna sanguinis labes est, ut diximus in uxore Rolandi, Henrico, Domino Eisartium, & aliis, certè periculosissima est dictæ mutationis expectatio: cum raro ea fiat in iis, nisi post insignem evacuationem, quæ semper in magna sanguinis corruptela suspecta est. Ergo in iis bis, ter, quaterque repetere moderatam seu mediocrem præstat, quam confertim largius evacuare.

§. 3. Sed in hac coloris & substantiæ sanguinis observatione, mirum est certe quam multa absurda & inepta à multis Medicis, nimis prompte philosophantibus, dicantur: ut, syncerum & pellucentem sanguinem, qualem Celsus rectè notavit, quia rubet & splendet, ardentem, flammæum, & biliosum appellant; pituitosum, quia in eo pituita alba desuper concrevit, sejuncta à sero & sanguine, morte sevi concreviscentis, & super aquam natantis, dicunt esse adiposam materiam; eum, cui multa spuma supernat, spirituosum, flatulentum, & vaporosum. Mira sane est horum philosophorum in recognoscendis rerum causis celeritas. At mirum etiam erit, si capram stantem intueantur in faciem, ni dicant statim illam esse hominem, quia fert barbam. Quem igitur colorem tribuat illi sanguini bono & puro, si rubentem flavæ bilis; & spumam quis sanguis, quod lac, quæ cervisia, quæ pituita, quis denique liquor modice glutinosus, non efficit & retinet, si ex alto cadat in vasculum? Vis ergo videre sanguinem nunquam flatulentum, nullam, scilicet, habere spumam? cave ne is ex alto rivulose cadat in se, sed sic decidat in lancis parietes, aut alio modo infringe illius profluentis impetum. Mirum est, quàm quidam medicus exultet, dum spumam sic videt, & dixerit prius, venas non tam sanguine quam flatibus esse plenas. Et pituitam multam sanguine commixtam quis quotidie non videt? Quid enim est id glutinosum, quod spumum, quod mingimus, quod extrusimus, nisi pituita excreta à sanguine, quæ in corporis alimentum converti non potuit.

§. 4. Dum ergo sanguis pituitosus, in vasculo non expanso receptus est, quælibet ejus pars frigore sejungitur à reliquis, atque ita pituita suo glutine & natura in sese colligitur, & densatur & supereminet, & serum etiam à reliquis partibus separatur, & quod sanguinis est subsidet, ad hærens pituitæ, quæ sic juncta, sero innatat. Si bilis multam sit, hæc non à reliquis sejungitur, sed rectè, pro suo acumine, cum singulis aliis commiscetur, ut lixivium, quod apte cum oleo & aliis pinguibus, & crassis etiam, & cum aqua convenit & connectitur: ita bilis pars cum sero remanet, pars cum pituita, pars etiam cum sanguine, singula suo colore inficiens, plus minufve, pro ratione suæ quantitatis: Melancholicus autem humor, si quis sit alius specie diversus ab horum aliquo exulto, (quod ut non credimus, ita id in aliud tempus discutiendum differimus, ne gentis cum genere confundamus) querendus est cum ea parte, quæ sanguis est, & parte ejus infima, quam nihil nisi exultum

nihil nisi exustum & assum sanguinem; flava bile mistum, esse reor.

§. 5. Diximus hæc sic evidenter apparere, si sanguis sit receptus in vase minime passo, sed stricto; in quo cum calor illius diutius remaneat, ita non subito, sed paulatim, illo algescente & concrecente, facilius quælibet pars à parte alterius generis segregatur, & in sese recipitur, quam ubi vas expansum est, in quo tota massa citius refrigerata, simul etiam magis confusa manet, & ideo difficilior iudicatu est.

§. 6. Ergo cum de colore & substantia iudicandum est, colligendus sanguis est in vase non passo, sed cavo, ut in paropside aurita, seu aliis vasculis ad hoc munus accommodatis. Quoniam purior semper apparet, ubi expansus & diffusus est, rubrum potius colorem sic servans, quam dum singula à singulis segregantur. Nec moveri etiam debet, sed immotus dum est detractus, servandus est, extra solem, extra ignem, extra pulverem. Quare male ii, qui vasculum in vasculum versant, ut iustius valeant de quantitate emissi iudicare.

§. 7. Sed dices, colorem non tam esse spectandum & observandum, postquam refrigeratus sanguis est, quam dum fluit, quo intelligas, quando sit retinendus, & quando linendus. Hic dicimus nos, hanc observationem fluens, quò citius vel tardius supprimas, convenire potius in valetudinariis corporibus conservandis, & reducendis in habitum meliorem, quam in curandis gravibus morbis, in quibus non tam interest qualem detrahās, quam quantum: Cum certum sit, non minus fore perniciosam sanguinem dum exuperat, licet specie benignus sit, quam dum non admodum redundat, sed aliquo vitio infectus est. Noscimus interim medicos aliquot adeo rationis incapaces, qui id sibi vix persuadere possint, cum statim atque vident sanguinem missum, esse purum, non pudeat eos dicere, poenitere se facti: ut nuper accidit in duobus nobilibus consobrinis me consulentibus, quorum alter lenta febricula duorum mensium quotidie jactabatur, alter dolor tenso, sed non vehementi, ad jecur detinebatur. His cum laudassem missionem sanguinis, ad quam aegre descendebant, dissuadente hanc medico domestico, tandem post dies aliquot meum consilium experiri voluerunt, medico illorum non prorsus dissentiente: qui ubi, utrisque nostrum præsentibus sanguinem ad libram emissum, incorruptum, conspexit, patientibus nuntiavit, me absente, se maxime poenitere facti, credidisseque semper, hanc medicinam non fore illis necessariam: quare posthac nulla persuasione se descensurum in alterius sententiam, nisi evidentissimis rationibus, ab Hippocrate & Galeno emanantibus, trahatur. Hoc interim solo auxilio uterque sanatus, huic non amplius recurrente febre, illi verò, in biduum, jecoris oppressione ad unguem resoluta. At multos profecto alios ex his, nimium mature poenitentibus, & imprudenter colorem potius sanguinis, quam reliqua observantibus, novimus.

§. 8. Non ergo quia purus, aut quia mutatio in meliorem non sit, semper continuanda est missio, neque quia mittitur, supprimendus est, sed donec aliqua utilitas appareat, aut confertim, aut per vices educendus est, maxime in acutis morbis, & suo initio, quò (si particulares sunt, ut pleuritis, phrenitis, peripneumonia, angina, & aliae inflammationes internæ, quibus superatis necessariò ut plurimum mors sequitur, aut etiam rarò suppurationem præcedit) dempta in tempore morbi materia quæ in venis est, mature etiam cesset discrimen à morbo; quod similiter in febrilibus ardentibus & synochis, sed magis in prius dictis, faciendum est, detrahendum, scilicet, sanguinem, non sumpta meta à colore seu

substantia ejus, sed à morbi magnitudine, statu, & patientis viribus.

CAPUT XXVIII.

Quæ sit sanguinis quantitas in corporibus humanis, & quæ copia profusa sit, ac fluere sponte item possit sine interitu, ex sententia authoris.

Quum ostenderit, nullam ex indicationibus sive regulis, nobis à summis medicinæ parentibus literarum monumentis, relictis, esse sufficientem, aut valde utilem, imò potius fallacem & periculosam, ad iudicandum quantum sanguinis ex arte sit detrahendum è corporibus humanis, cum ægrotantibus, tum ægritudinem præcavere nitentibus; æquum est dicere, num regula, aut meta aliqua, excogitari & inventi possit, aut exquisita, aut saltem quæ præcedentibus sit tutior, & melior, & cognitio facilior.

§. 2. Tutiores aut meliores, aut exquisitiores ullam posse inveniri es, quam quarto loco nominavimus, nemo excogitare poterit; sed aliam captus faciliorem hæc, & quæ cæteris antedictis in omnibus sit anteferenda, certè per facile, quæ à juvenibus & inexperitis, magno usu, veluti scopus & meta propositæ rei, notari & observari facillime poterit. Ea autem est (quam nos summa Dei benignitate, non sine magna patientum utilitate sequimur) quæ à patientis habitu primum, deinde ab ipsa venarum amplitudine & plenitudine, tum ex aliis omnibus, quæ jam supra dixi non esse contemnenda, elicitor.

§. 3. Verùm ut facilius juventutem ipsam doceamus, & rem illis veluti ante oculos ponamus videndum est prius, quantum sanguinis ex corpore mediocri & bene valenti, profundi confertim possit sine interitu. Difficile quidem est hoc exactè scire; & fortè aliquibus etiam hæc quæstio superflua videbitur, cum tamen ita non sit, imò aliquid ex ea eliciemus, quod ad præsens negotium faciet. Sunt igitur qui credant, ut Avicenna, si bene memini, humanum corpus capere sanguinis libras xxv. & etiam supra, ex quibus uno die, aut per vulnus, aut alio modo aperta vena, effundi possint xvii. sine interitu. Quod si verum est, oportet id corpus excedere frequentem hominum magnitudinem: Nam pauci sunt, qui detractionem librarum decem una emissionem ferre possint in vita: Sed uno toto die amitti libras decem, refecto corpore cibo, & præsertim sobrii, id nonnullis contigisse vidi, & multos una hebdomada amisisse supra libras viginti. At facilius est homini mediocri, & convenienter nutrito, ferre effusionem triginta librarum sanguinis octo dierum satio sine interitu, quam homini fortissimo decem, uno die, sine cibo.

§. 4. Verùm audiivi aliquando quosdam Medicos dicentes in hoc plura stupenda, & ridenda potius quam credenda, nisi à pueris: nempe, alium vidisse se in quodam Advocato, qui cum per hæmorrhoidas uno die amisisset plus quam viginti libras sanguinis, & die sequenti manè ad illum accessisset, ut; si amplius flueret, venam aperire faceret, reperit illum profectum in Senatum ad litigandum. Ego cum dicerem, hanc tam grandem evacuationem ab homine vivente sustineri nullo modo posse, ille statim inquit; Mihi crede Botalle, non minus profundissime quam pelvis hæc (quæ antè stabat, & quæ capax erat triginta librarum) continere posset. Hic alius Medicus præsens, cui hoc videbatur exiguum, suum

nam etiam constat miraculum, superiori mirabilis & cachinno dignus. Sed transeamus has fabulas, in quas sæpe trahuntur homines, qui quo magis sapientiam simulant, eo plus suam insipientiam produnt.

§. 5. Mediocrem ergo hominem, sine magno vitæ periculo, uno integro die, ex secta vena sex, aut ad summum octo novemve, sanguinis librarum evacuationem, & hæcitem intra mensem repetitam, ferre posse non dubito, sed non sine manifesta virium imbecillitate: verumtamen non tanta, quanta succederet quantitati longè minori, puta medietati vel etiam tertiæ parti, guttatim & in multos dies excanti per hæmorrhoidas, vel uterum, vel nares.

§. 6. Non desunt Medici minimè vulgares, qui sic esse minimè putant; & Ego olim idipsum putavi: verumtamen sic se res habet, & ratio clara est. Offendamus factum primum, deinde rationem dicemus. Multas certè mulieres & homines noscimus, subditos superfluis hæmorrhoidibus, aut mensruis purgationibus, qui cum ab aliquot annis sanguinis missione utantur, fatentur se à missione sanguinis ex brachio ad libram unam vel circiter, nunquam non percipere, addi potius robur corpori, quam minui: at ex levi qualibet spontanea stultione languescere. Dices, hæc nostram probationem principium petere, ideo egere majore argumento, ut fidem faciat. Si juvenis sis, argumentum seu factum potius, & facti fidem capies exercendo; & idipsum intelligendo à patientibus: Si jam in medicina exercitatus, & id non noveris, de operam ut id similiter intelligas ut dixi, & ut posthac diligentior te præbeas in perquirendis rebus ad tuam facultatem pertinentibus, quam antea feceris.

§. 7. Non potest ma dicere, olim id mihi fuisse abí onditum, & credidisse me, naturam posse melius sine magna imbecillitate ferre effusionem librarum quatuor aut quinque sanguinis sponte emissi, quam libræ unius vel alterius ex vena secta. Quoniam sæpe audiebam, & præceptores meos, & alios seniores, & nonc etiam quotidie audiuntur Medici cotatanè nostri, dicentes, ubi vident ægroianti stillare nares: Utinam funderes quinque sexve libras! qui interim vix unam quidem aut duas aliquando detrahere audeant: qui rogati rationem facti, hæc afferunt, nobis olim non abstrusam nec ingratam, sed male cum his, qui id censent hoc loco posse conferre, accommodatam; Naturam, scilicet, sagacem discernere & expellere id quod est inutile, retinere verò quod est utile, at vena secta contrarium profus contigere. At parcaat mihi hi Naturæ contemplatores, si dixerò, eorum ratiocinationem esse fallacem, & decipi se à fallacia suppositionis, credentes, id quod sponte per dicta loca excernitur, esse læpissimè impurum & sæculentum: Quare & sanguinem, procedentem ab hæmorrhoidibus, putrem esse, nigrum, & melancholicum; quod etiam Galenus est falsus, quamvis secus se res habeat: aut si vitiosus is est, crede, eum qui ex brachio detrahetur ejusdem hominis, futurum vitiosissimum, idipsum dico de sanguine mensruo, & de eo qui è naribus exit. Unde inducor concludere, præstare arte detrahi ex brachio multum impurum, dum iustum modum non excedat, quam parum ex dictis locis sua sponte, sed supra consuetudinem, & naturæ modum, emitti. Hæc igitur est una ratio cur magis debeant lædi à spontanea evacuatione, quam ex artificiali moderata. Est & alia efficacissima; Quod per spontanas illas evacuationes diurnas, extra modum & tempus, perpetuo multi spiritus omnis generis è corpore pellantur, perinde atque in hypocausis in quibus aperte sunt fenestellæ, unde calidus aër effunditur & frigidus introducitur. Adde etiam, quod illæ ve-

quod illæ venarum spontaneæ apertiones, vel fortè ruptiones, nunquam sint sine vi aliqua, nec etiam sine intemperie, & ex consequenti nec sine dolore. Quæ omnia cum sint perpetua, aut saltem diuturna & continua, licet dolor sit exiguus, & evacuatio modica, perennitate tamen & continuatione molestiæ, longè major sequitur virium languor ex parva evacuatione hujusmodi, quam ex majori facta per venam sectam. Quia, præter id quod ex ea revellitur materia illa, quæ fertur ad alias partes, quas affici volumus, impurior; & quod ejus osculum citò concluditur, ut nullus amplius spiritus inde amittatur; & quod nulla intemperie afficiatur; hoc habet amplius in bonis, quod ea etiam longius absit à partibus principibus, quam dictæ partes unde sanguis sponte prodit, ut nares quæ proxime subjacent cerebro, & uterus, & anus jecori. Quare mirum non esse debeat, si ex hac evacuatione quæ per venam sectam fit (licet duplo sit cæteris antedictis amplior) minus corporis vires lædantur, quam ex aliis sponte venientibus, & minoribus.

CAPUT XXIX.

Exemplis multis, tum Galeni, tum propriis, ostendit, quantum sanguinis detrahi arte possit.

Diximus de quantitate sanguinis, quam ferre potest homo è corpore profundi, casu, vel inviro. Jam dicamus de ea, quæ arte mitti potest in mortaliū utilitatem, adducentes primum Galeni sententiam dicentis lib. De cur. rat. per sang. miss. cap. 12. se sæpe magno ægroiorum commodo misisse cotylas sex; quod pondus cotylæ unciarum esse decem multi testantur. Gorreus tamen ait, Græcos interdum cotylam pro libra intellexisse, qui sensus convenit cum his qui Galenum vertunt, qui libras dixerunt non cotylas capite 14. dicti libri, dum ait, *Memini quibusdam ad sex usque libras sanguinem detrahitum fuisse, ita ut febris protinus exstingueretur; nec ulla sequeretur virium afflictio; quibusdam vero sesquilibram haud extra leve saltem virium detrimentum, quibus si quis duas vacuasset, extreme læssisset.*

§. 2. Ex hac Galeni sententia, fere, quod quaerimus, elicietur. Ponit autem hic duas maximas evacuationes, factas in duobus corporibus, maximè inter se (quoad vires pertinet) differentibus; unam librarum sex, qua credendum est usum fuisse in corporibus, non tam maximis & fortissimis, quia rara inveniuntur, quam mediocribus, cum sæpissimè dicat ea se fuisse usum; & veluti documentum id scribat, quod non ut paucissimis conveniat, & multa noceat, scribendum erat, sed ut multos juvando, nemini noceat. Alteram sesquilibræ, seu libræ unius cum dimidia, sive unciarum octodecim, qua quantitate, ut maxima, usus fuisse videtur in homine imbecillo, non morbo vel inanitione, sed natura vel tempore, & corporis habitu, puta non admodum sanguineo, sed frigido, & ad phlebotomiam parum idoneo.

§. 3. Sunt & alia dicti authoris splendidissima exempla, ex quibus constari potest, imò & debet, indicatio mittendi sanguinis in hominum salutem, & per eandem intelligi & declarari inanis metus, ne dicam fordidi negligentia, Medicorum, qui cum profus Galeni sententiæ sectatores videri velint, tunc effeminatissimè ab illius vestigiis recedant, in quibus

quibus ad unguem erat sequendus. Quantum sanguinis, quæso, detrahi voluit ei, cujus meminit libro dicto, cap. 17. cui maxima inflammatione prehenso Erasistratus quidam Medicus venam secare non erat ausus? certe libras tres primum, (eo testante) deinde horis quatuor post libram unam, unde salus statim sequuta est. Quantum & mulieri illi à longo morbo extenuatæ, cujus mentionem facit vi. Epid. comm. 3. §. Extenuatio omnis cutem, &c. cui etiam alii Medici, propter illius summam inappetentiam, & corporis imbecillitatem, minime hanc Medicinam convenite dicebant, imò Galenum ipsum detinebant, qui hanc proponeret? sesquilibram, inquit, primo die, libram altera, & uncias octo die tertio; adeo ut in muliere exhausta viribus, & penè morbo confecta, trium dierum spatio, plus libris tribus sanguinis detraxerit, cujus auxilii beneficio illa in pristinam valetudinem restituta est.

§. 4. Affert & aliam historiam v. Meth. Med. c. 13. de adolescente, qui ex refrigeratis spirandi instrumentis, tussi correptus, dimidiam sanguinis heminam rejecit, cui primo die statim sanguinem ex cubito misit, & similiter ad vesperum: quod auxilium item postredie manè repetivit, & denuo à meridie. Verum detractionis modum seu quantitatem, ut & in aliis multis fecit, non adscripsit. At certe nihil Galenus suam orationem læsisset, sed locupletasset, optimeque de medicinæ studiosis, cunctisque mortalibus meritis fuisset, si omnibus iis locis mensuram, ut in superioribus duobus fecit, assignasset; cum esset illi ratum, nihil esse in medicina, (ut ipsemet sæpissimè testatus est) minus compertum & magis anceps, quam auxiliorum justa quantitas, videretque sectas Medicorum sui temporis, & quotquot ante eum, & post Hippocratem, fuerant, rarissime ad id præsidium confugisse, & ejus coetaneos ad illorum imitationem pariter & illam rejicere, & detestari. Quare in novæ opinionis introductione, (novam dico, quia à sæculo Hippocratis usque ad Galenum penè in totum phlebotomiæ usus exulaverat) fas erat paulò exquisitius & lucidius, ambigua & obscura, quæ sunt maximi momenti, ut hoc est, aperire & declarare. Quod nullo modo aptius efficere poterat quam exemplis, quibus potius homines moventur quam nudis rationibus.

§. 5. Quid, rogo, hoc loco junior Medicus, aut etiam senior, in mittendo sanguine timidior justo, faciet, si hoc unum nunc Galeni exemplum sibi proponat imitandum? Dices, bidui spatio mittet quater sanguinem: hei mihi quam sæpe in iacturam ægrotantium vidimus Medicos minime juvenes hanc responsum attulisse in patrocinium sui erroris! Piget profectò, me hoc anno multa, & plura antea vidisse miserissima exempla, utpote cum in pleuritide, peripneumonia, & febribus ardentibus gravissimis dicerent Medici, satis superque fuisse missum sanguinem, bis terque repetita sectione venæ, cum nunquam ulla earum accederet ad libram unam, sed ad uncias quatuor vel quinque, vel ad summum octo vel novem; adeo ut omnes dictæ venæ sectiones simul junctæ, non essent conferendæ cum ea, quam primo quoque tempore talis affectio, in dictis subjectis quæ nominare fas non est, efflagitabant! Interea ægri sic elusi ad superos evolabant. Dicent igitur, ut eo redeam unde digressus sum, se his, ter quaterve sanguinem misisse. At interest, non quam sæpe venam aperias, sed quam parum aut multum sanguinis detrahas: est enim in hoc valetudinis, vel interitus causa, non in cute quæ scalpello discinditur. Verum enimvero Galenus hic excusandus est, cum ex aliis historiis, & ex ejus præceptis, & confessione suæ consuetudinis mittendi sanguinis, elicere lectòr possit fere ad justum, quantum mi-

Tam. IV. Pars II.

serit in hoc, aut saltem quantum sit mittendum: quod exemplo demonstrabo, ubi adhuc ex eo ostendero, quantum sanguinis velit posse miti pueris annum quatuordecimum jam attingentibus. Quibus sanguinis existentibus, & acuto morbo correptis, dicitur à summum detrahi posse cotylam sive libram: postea constantibus viribus (intellige & perseverante morbo) iterata missione posse item educi cotyla dimidium. Verum nos sæpe in similibus subjectis & morbis, majorem quantitatem detraximus, sed tamen non multum, præsertim uno die, nempe mane ad uncias quindecim, & vesperi vel horis sex vel octo post, iterum dimidiam libram, vel usque ad uncias octo.

§. 6. Jam veniamus ad exempla, inchoantes ab hoc Galeni, vel simili, ex sanguinis fluxu à pulmonibus, à quo affectu ut nonnulli juvenes, & etiam homines ætate consilientes, aut post multos clamores, aut nixum sonandæ tubæ, aut ab impetuosa & violenta aliqua corporis exercitatione, aut à tussi, vel alia quavis causa capiuntur; ita eorum plerique curantur, si bona corporis sint temperatura, & temperativè succurrantur, & non errent in victus ratione: de quibus omnibus hæc dicere locus non est, sed de missione sanguinis, huic curando & providendo convenienti. Sit ergo pateris virilis ætatis, mediæ corporis proceritatis, magnitudinis & temperici, mediocriter venosus, laboribus corporis assuetus communibus, & in cætero vivendi genere non dissolutus quidem, sed neque etiam nimium cautus, ut major mortalium pars existit: hæc, ut Galenus ait, dimidiam sanguinis heminam vel circiter, tussiendo egerit, certum est hunc à pulmonibus profilire; ergo in hoc, primo quoque tempore, singe de mane fore, rectè duas heminas sive libras, vesperi verò, aut heminam, vel, si pleniusculæ venæ sint, sesquiheminam potes educere: postredie manè heminam similiter, aut sesquiheminam, sub noctis crepusculum dimidiam heminam; nam sic non parvo artificio rationem sequeris. Copiosior enim prima esse debet, quia morborum initium, ut illi sunt ut plurimum imbecilliores, ita patientis vires sunt robustiores. Præterea, quia in hoc affectu, celerior & validior requiritur revulsio & evacuatio, quo parcius & tardior sit sanguinis cursus in pulmones, ad quos jam ille viam ceperat cum magno patientis periculo; minor debet esse vespertina sequens, tum propter evacuationem præcedentem, quæ fuit paulò largior, tum propter minorem temporis intercapedinem, quæ fortè intercessit inter utramque. Hac verò paulò copiosior, aut præcedenti par, esse debet tertia, quæ in sequens matutinum servatur, eo quod vires ægrotantis (ut supponimus) fuerint non solum cibo, sed & somno, & longiore spatio & quiete recreatæ: minima postrema, quia creditur jam persistisse fluxionis impetus, & vasa pulmonis omni superfluitate esse libera, & patientis vires jam redditas infirmiores. Quòd si dictus affectus mollem, album, & pauci sanguinis hominem præhenderit, hemina satis fuerit prima detractione, & uncias quatuor aut semihemina postrema. Verùm etsi hæc, veluti quadam stata ratione & methodo præscribantur, raro tamen accidit, ut eodem ordine in usum veniant: cum interea multa contingant, quæ curationis ordinem initio institutum, pervertunt, cum non sit necesse tribus diebus continuis sanguinem mittere, nisi sanguinis etiam fluxus perseveret: quamvis & eo non perseverante, rectè triduo mitti possit sanguinis, verùm post primum diem minus detrahendum, quam diximus.

Es CAPUT

CAPUT XXX.

Propositis quorundam morborum exemplis & curatione, ostendere nititur, quantum sanguinis demeri possit.

A Ccedat nunc exemplum laborantis febre syncho, vel ardente, vel peripneumonia: vel pleuritide, vel angina: Nam si in his singulis morbis curandis unam regulam, quoad sanguinis missionem spectat, sequaris, in nulla re erraveris, nisi de loco contendas; de qua re jam aliquid supra à nobis dictum est. De tempore vero, in tribus ultimis nunquam nimis maturè tundi vena potest; fere etiam neque nimis copiose; dummodo libras quinque uno die non exceiseris: nam vis horum morborum, facile & tuto, suo initio, quo vires ægri validissimæ sunt, proposito remedio infringitur; quoniam inflammationes sunt, quarum materia, nisi statim retrahatur in adversam partem, & abundè evacuetur, tumorem brevi edit, qui aut strangulat, antequam ad suppurationem veniat, aut suppurata, hominem tabe misere consumit.

§. 2. Raro ergo in his affectibus; dum in me est, & obsequentem habeo ægotantem, non detraho ad libras duas, vel duas cum dimidia manè, & non inclinante morbo ad seculibrum; quatuor sexve horis post, in viris fortibus aliquando ad libras tres, unica vice, & duas, sex vel octo horis post: sed copiosius mittere, vel confertim quinque libras evacuare, non solum non sex, Galeni exemplo, sanè hactenus non fuit animus, eo quod semper maluerimus in omni opere agundo (ex quo vel noxa aliqua ægotanti, vel nostro nomini labes contingere possit) aliquo modo infra subsistere, quam superflue aliquid moliri.

§. 3. Et frater meus, cujus ipse consilio & exemplo usus, inanem & puerilem illum timorem, olim mihi cum cæteris Medicis communem & familiarem, excussi, non raro ad me scripsit ex Pedemontio, se sæpissimè libras quatuor & quinque, cum maxima ægotantium utilitate, detraxisse, multaque se ac liberali sanguinis missione præstitisse miranda, in variis morborum generibus, in quibus Medici professe illam posse minimè putabant, (ut in colicis doloribus, & nephriticis, & ischiadicis, & aliis tum acutis, tum diuturnis, & contumacibus morbis,) quæ nullo alio remedio vinci poterant. Imo anno superiori ad me scripsit, se filie suæ, annos septemdecim natæ, ardenti febre correptæ, & peste eo tempore & in ea regione vigente, ac Canicula æstante, tertio morbi die (nam antea puella recubabat, quod postea morbi magnitudine victa admisit) sanguinis libras duas manè, & alteram à meridie detraxisse: postridie malo ingravescente, cum vehementissimo capitis dolore lancinante, parem modam similiter detraxit, & die item sequenti, malo ita perseverante, ut ferè de ejus vita desperaret, dubitavit magnopere, num rursus sanguinem mittere deberet: tandem libram adhuc detraxit, unde nocte quievit, & liberata est. Incidit tamen illa, inquit, duabus horis post missum ultimo sanguinem, in grave animi deliquium, quod illum exterruit: verum statim cibata, ex jusculo carniæ cum vitello ovi, molestum affectum abegit: unde, inquit, Tantum in hoc video me deliquisse, quod tardius & parcius illam cibaverim, in hac insigni evacuatione. Quantum etiam sanguinis miserit duabus aliis ejus filiabus prægnantibus, dictam est supra.

§. 4. Redeamus jam ad institutum. Quod si postridie malum adhuc crescat, aut non decrescat, iteranda erit venæ sectio: verum an parcior fieri debeat priore, an æqualis, dubitari potest. Majorem nunc, hoc est, in repetitione, non modo non laudo, sed omnino detestor: verumtamen hujus rei judicium, penes præsentem peritum Medicum consistit, qui corporis vires, desumptas cum à moribus ægri, tum à venarum plenitudine vel vacatione, conferat cum morbi magnitudine: cum (si angina sit quæ paucis præterunq; horis hominem suffocat) præstet, ut cum Celfo dicam, *temerarium experiri auxilium, quam finire certò ægrum perire*. Temerarium dixi, imitatione auctoris, non quòd tale dici debeat, si periti Medici consilio celebretur: At in re præcipiti, præterunq; ea quæ salutem ferunt, temeraria videntur, quæ, quoniam præter consuetudinem sunt, temeritati potius à multis ascribi solent, quam eruditioni.

§. 5. Ergo, si ad suffocationem ægrum progredi videris, ut aliquando vidisse nobis contigit, dum nec per sufficientem experientiam hujus auxilii, nec per ordinis auctoritatem consiliis statutis contradicere nobis liceret, confidenter recurras ad primum præsidium, cujus quantitatem detrahendam, venarum dato vinculo, facilis aut difficilis repletio dictabit; fretus, ut suo loco dicetur, non deesse sanguinem alendo corpori per diem integrum, aut etiam biduum ei, cui venæ sic facile replentur. Quare optimè Celsus in hoc dixerit, *Vis corporis melius ex venis, quam ex ipsa specie, maris scilicet, vel feminae, obesi, vel macri) colligitur*.

§. 6. Pleuritis, etsi insigniter sit periculosa, & adhuc magis peripneumonia, paulo tamen majores adjuvandi iudicias præbet, quam angina, dum ea gravissima est. Ergo & in iis omnibus etiam, quam primum fieri potest, largè sanguis detrahendus est, & idem auxilium postridie repetendum, si pridæum non suffecerit, ut prudentissimè à Toreto factum est in curatione uxoris Rolandi, Regis pincernæ, vehementissima pleuritide laborantis, etsi esset ægra naturæ imbecillimæ. In hac ille septies, octo dierum spatio, mitti sanguinem proposuit: cujus consilio ego, qui interdum ægram revisebam, & ejusdem auxilii necessitatem percipiebam, sine controversia assentebar. Mitteretur igitur interdum bis in die, interdum semel, & modò ad uncias decem, modò ad quinque vel sex, pro ratione virium patientis, quæ parvæ quidem erant, tum ratione naturæ ægotantis, tum magnitudinis morbi, tum etiam occasione sanguinis corrupti. Sic illa, hac potissimum ratione curationis, liberata est, non neglectis interim purgantibus, & topicis medicamentis, & reliquis auxiliis ad id facientibus.

§. 7. Non dissimili prorsus modo in angina faciendum est: mittendus scilicet sanguis, & secundo, & tertio, atque post primam sanguinis tractionem ex brachio, rectè etiam statim mittetur ex lingua quam laudo iterum sequacem habere alteram ex brachio: quo si quid ad guttur affluerit largius, præ vinculo, quam fuerit eductum, per hanc statim revelatur. Conferunt & his omnibus, horis interjectis inter sanguinis missiones, vincula data artibus, & cucurbitulæ cum ferro scapulis appositæ; etiam & purgatio, quæ validissimè ducat, sed non post diem secundum, nisi declinante morbo. Verùm hæc extra nostrum institutum huc fortè adducuntur, non tamen præter propositum.

§. 8. Quemadmodum peripneumonia aliquanto est angina tardior, & pleuritis post peripneumoniam, ita & febris ardens post hæc, & synochus non putrida post ardentem, & non putrida post putridam, accedunt tarditate sua nocendi: scilicet, si horum quod-

quodlibet in suo summo consideretur: ne conferas fortè exiguam anginam, (quæ aliquando citò & facilè sanescit) cum maxima synocho non putrida, quæ celeriter in putredinem degenerata, cito aliquando patientem extinguit. In synocho vero utraque convenit etiam initio sanguinem mittere, verum non tam repente id necessarium est fieri, ut in antedictis, nec etiam tam large, quoniam plerunque materia evacuatione duarum librarum ita remittitur, ut vix sit opus alia: verùm ubi sanguinis vitium est, certe et si febrem multum remitti videam, non tamen non repeto detractionem, & perseverante malo iterum atque iterum mitto, quamvis raro æquè large ut primo. Verum id ponendum est in arbitrio adstantis & prudentis Medici, qui è re præfenti consilium capiet. Utile tamen fuit hæc pauca, exempli gratia, juvenibus, & aliis docilibus, tali evacuationis generi minimè assuetis, ante oculos ponere; quo confidentius & convenientius morbis occurrant, tam quantitate quàm occasione.

CAPUT XXXI.

Morbis longis, ac contumacibus, num parca ac exigua sanguinis detractio utilis sit?

Exposita summa quantitate sanguinis, quæ confertim in morbis acutis mitti potest, examinandum est nunc, an modica detractio aliquando utilis posse possit.

§. 2. Non raro quidem Medicos, minimè vulgares, audivimus dicentes, in morbis contumacibus, quos à vitio sanguinis & fuisse ortos, & fieri contumaces, crederent, exiguam missionem nullius fore emolumenti, grandem vero maximi nocuenti. Quod nos quidem ut minimè inficiamur, si exiguum & multum, per se considerentur; ita etiam neque eam esse utilem nescimus, quæ inter hæc duo veluti extrema collocata, moderata dicetur: quæ æstimanda est ex viribus quæ nunc sunt, non quæ olim fuerunt; rati, sæpe evenire, ut eidem homini, cui interdum tres libras auferre fuisset æquum, nunc heminam superfluum, uncias verò quatuor, aut quinque, justum & moderatum fore.

§. 3. Pro viribus ergo præsentibus, libratio æstimanda est: at in hac libratione, ut jam supra diximus, & millies vidimus, controversa est, ut notavimus in Polemarchi Brixiaci curatione, de qua supra sumus locuti; & in Illustrissimo Duce Niveensi, à febris, afflicta & duplici tertiana, & magno fordidoque vulnere, genu pervadente, in quadragesimum diem confecto, & ad extremum extenuato. Cui, præter sententiam Medicorum quotundam, & Chirurgorum omnium, qui aderant, maximo & præsentaneo fuit juvamento detractio unciarum trium sanguinis impurissimi: quò modus, si largior fuisset, & hominem simul abtulisset, cum eomet die, tum in opere ipso, tum etiam post, ter animi deliquo fuerit prehensus. Non igitur tam facilè opinionibus in exercitatorum convivendum est, sed exercitationi cum ratione inhaerendum, per quam intelliges, hæc in re languentes, ex hac modica evacuatione levatos fuisse, non solum ex evacuatione sanguinis, sed etiam ex diffatione putridi vaporis, principes omnes partes efficientis.

§. 4. Quare in longis morbis, si vis adhuc aliqua corporis superest, quæ cognosci debet ex pulsu, venis, & animi constantis, expedit tentare, num hæc aliquo pacto juvet: quæ si nulla in re vires læferit, pro utili reputanda est. Quare postredie, si

Tom. IV. Pars II.

magna impuritas est, ut diximus de cacochymia, repetenda est; freti; eam sanguinis missionem esse utilem, quæ aliquo modo ægrum levat, & non semper eam esse inutilem, quæ non levat, cum magnos morbos inchoantes, aut incrementos, sæpissimè prima missio, neque secunda, non minuat, sed tertia aut quarta.

§. 5. Verum aliquando etiam ægri, præsertim imbecillimi, creduntur levari dum mittitur, cum tamen non levantur: utilis ergo judicanda est, cum levatio ipsa perseverat, à qua indicatio redeundi denso ad id ipsum auxilium sumenda est: nam ea indicatio ex optimis est, quæ à juvenibus & lædentibus sumitur. Quæ cum in aliis omnibus auxiliis à Medicis admittatur, & attentissimè observetur, cur verò in hoc solo contemnatur & rejiciatur, nihil certè video, quod sit rationi consonum.

CAPUT XXXII.

Propositæ adversariorum objectiones, ab auctore refutantur, & solvantur.

Proximum est nunc, ut quæstiones & objectiones aliquot, tum tactas, tum patentis, ad hoc negotium pertinentes, resellamus.

§. 2. Non ignoramus quædam, contra hæc nostra exempla, posse & solere adduci alia ejusdem generis, quæ feliciter cesserint, circa usum propositæ Medicinæ: ut, mulierem gravidam, vel senem, vel puerum febrientem, vel dyentericum, vel fortè etiam peripneumoniacum, sine ulla missione sanguinis, curatos; freti, qui id faciunt, se sic & nostram sententiam pervertisse, & exempla nostra inefficacia reddidisse, cum tamen suum potius livorem, & arguendi ignaviam, prodant, quàm cum aliqua ratione repugnent; tum, quòd subcontrarium enuntiationum, (ut logici appellant) vis, in rebus coningentibus nulla sit sese invicem evertendi, sed simul consistendi. Non enim, etsi aliquot videris sanitati restitutos sine missione sanguinis, ideo & omnes eodem modo esse restitutos inducendum est.

§. 3. At reflectes in nos hoc ipsum argumentum, sed ineptè quidem: nam quod nos intendimus, est, ut ostendamus, sententiam illam Hippocratis & Galeni esse fallacem, nempe gravidis, pueris, senibus, ac alvi profluvio laborantibus, non esse mittendam sanguinem: quæ sententia medicos prohibebat, quo minus ad dictum auxilium confugerent, dum illis permittebatur. Amplius, & in aliis morbis, in quibus conceditur, timidiore adhuc esse: cur vero timidiore essent aut etiam sint, curque abstinere, & multi etiamnum in dictis affectibus & subjectis abstinere, ratio fere legitima est, ne, scilicet, si res ex voto minime cessisset, aut cedat, calumniatores verisimili ratione fulti, sententiis, scilicet, dictorum auctorum, eos læsisset, aut hominem occidisset, proclamarent. Has ergo nos veterum sententias, ubi ratione prius, postea diuturno artis usu, fallaces esse comperimus, posteritatem id latere minime volumus.

§. 4. Ostende jam tuas fabulas: tuasque curationes nostras subcontrarias: evertite sententiam nostram, nostraque exempla, contra veteres & contra neotericos, veterum sententiam sequentes, allata, esse inefficacia. Dices ne nunc, (cum, quo te veritas, ignores) non esse me auctorem hujusmodi curandæ rationis, & cognitionis dictæ veterum fallacie, sed jam eam à longo tempore resciri, & usurpari? esto, quamvis te aliter sentire non dubitemus. Est enim hæc ve-

Et 2 tus,

tus, ingrati hominis verba, plerumque suo ipsius animo repugnare. Hoc tamen certo scimus, eam in usum non fuisse ante decennium.

§. 5. Memini equidem, à viginti quinque annis, vel circiter, Lutetiae fuisse me accersitum ad visendum olim magnum Regis Eleemosynarium, ex familia de Vieupont, hospitantem in caecorum Xenodochio, qui obiit ex saevissima dysenteria, insigni febris conjuncta. Hunc curabant Medici, suo tempore celebres, Flexelius, & Miletus pater & Miletus filius. Missus quidem jam fuerat sanguis, ex Flexelii sententia, ad vascula duo, sive uncias sex vel septem, non ultra; quia Miletus (cum quibus, ut verum fatear, forte, etiam tunc libentius, quam cum Flexelio, sensissem, si ea de re mihi fuisset cum iis deliberandum) viribus aegrotantis timerent, licet is forti ac robusto esset corporis habitu, nec morbo emaciatus, qui erat adhuc in suo principio seu incremento, nempe die quinto, ni me animus fallit, aut ad summum sexto, qui aegrum extinxit, si bene memini, decimo septimo. Quod auxilium, quantum (& quidem immerito) vituperaretur, & ante, & post interitum, satis memoria teneo, quod illius fratribus, Domino de Vieupont, & equiti de Vieupont, jam ex Pedemontio essem familiarissimus. Scio etiam, quam fuisset crimini data in Illustrissimo olim Marechalco Brixiaco, cujus supra mentionem fecimus, nisi periculo & morbo fuisset defunctus: est enim haec calumniantium consuetudo, ut omnem morbi vim, quam vincere auxilium non potuit, in ipsam statim auxilium injuriose convertant. Quae res viros probos in re ancipiti; ut tota fere Medicina est, reddit timidiore, illosque facit potius infra modum subsillere, quam quod justum esset, sed incertum, sequi. Plura certe supersunt nobis similia, illius temporis & proximioris exempla, tam de pueris, senibus, & gravidis mulieribus, quam de alvi fluore affectis, si ea adduci juvaret ad ostendendum, quam olim fuerit inter Medicos formidabilis, in dictis affectibus & subjectis, sanguinis missio; & quam etiam in aliis morbis, hanc efflagitantibus, parcissime usurpata. Sed praestat exempla reticere, & ad aequos tantum judices appellare, nempe ad viventes homines tum senes, tum juvenes.

§. 6. His igitur in praesens omissis, ad rem redeamus. Num igitur, etsi aliqui sine hoc auxilio sanentur, ideo & id ipsum alicui, aut multis, non est necessarium? hoc argumentandi genere ostenditur alioqui, frustra fuisse tradita omnia praeccepta artis. Quod per haec patet. Ad quid erat opus dicere, *Saluberrimum est in omnibus febribus venam incidere, & extremis morbis extrema remedia, &c.* cum saepissime plerique quotidie visantur sine his liberari? Si igitur per dictam rationem inania, & nullius momenti, sunt nostra exempla (nempe quia aliqui seculi curentur) erunt & dicta Hippocratis, & Galeni exempla & documenta, similiter supervacanea: At neque haec, neque illa, superflua sunt, sed sane utilissima.

§. 7. Ergo, quemadmodum non sunt non necessaria & largior sanguinis missio, & extrema dicta auxilia extremis morbis quamplurimis, & febribus putridis, licet aliqui ex dictis affectibus sine proposito praesidio curentur; & non sunt etiam non utilia multa exempla, de iis allata ab Hippocrate & Galeno: ita neque etiam plurimis & non utilia sunt exempla, & non necessaria sunt documenta, quae ipsi in hoc nostro commentario attulimus. Necessarium intelligimus id quidem, quod aliter esse non potest; ut non, quod universaliter, omni ejusdem speciei, sit necessarium, sed omni individuo sic existenti, ut, necessaria est sanguinis missio in magna angina, aut ma-

gna peripneumonia, aut ardenti febre, quae alioqui hominem suffocaret: non autem necessaria ei febris ardens; aut peripneumoniae, aut pleuritidi, aut anginae, quae sine illa curari possunt. Erit tamen illis utile, ut eis, qui navigando casu in flumen vel mare ceciderunt, navis eis fuisset necessaria, qui ignari natandi, extincti sunt; utilis vero, sed non necessaria ad vitam servandam eis, qui natando, aut alio quovis modo, evaserunt. Simillimo prorsus modo, necessariam & utilem dicimus esse nostram curandi rationem per sanguinis missionem, in morbis, cum acutis, tum longis, tum gravidis mulieribus, tum pueris, tum senibus; non iis qui crederentur posse facile sine hac evadere, sed iis quorum aut salus videretur sine hoc auxilio deplorata, aut in maximo discrimine versari; aliis vero utilem tantum, qui, cum potuissent forte sine hac curari, per hanc tamen id tutius, facilius, & celerius consequuntur.

CAPUT XXXIII.

Multis tum rationibus, tum exemplis, ostenditur, quantum sanguinis singulo quoque die in corpore humano generetur.

Ad mirationem parit multis insolita & pene inaudita haec nostra sanguinis detrahendi ratio, & incomprehensibilis fere quotidiani sanguinis generatio, quam, ita ut olim diximus debere esse saltem unciarum octo vel novem in corpore mediocri, sic nunc dicimus vix tale corpus diuturno hoc alimento posse sustentari, sed copiosiore egere. Quare putaverim, plus quam libram, aut ut minimum libram unam, singulo die, gigni materiae, corpori nutriendo idoneae.

§. 2. Exclamant hic aliqui, hui! quanta vis sanguinis in annum! ubinam erit corpus, aut cadus hujus capax? Amplius, quot sunt homines qui in diem libram unam alimenti non capiunt? Non miror equidem, homines non vulgares modo, sed & sapientes, capi admiratione ex hac nostra (nova quidem, interim verissima) sententia; sed diu in hac prudentem hominem haerere, hoc ipsum demiror, cum sola lactis generatio homines statim ab hoc examine & dubitatione deberet liberare.

§. 3. Verum si id non sufficit, cogita, num possis comprehendere, quo modo tantus ingentium & multorum fluminum defluxus in mare, non inundet universam terram, non in annum, sed in mensem. Nam profecto, si in re quapiam homo, (quem re & veteres sapientes parvum mundum appellaverunt,) cum mundo hoc terreno conferris potest, in hac ipsa una est. Dices forte, aut nos velle rem obscuram, nostris oculis antepositam, obscuriore longè à nobis distitam, ostendere; aut hanc esse & à veteribus philosophis declaratam & evidenter cognitam, non alteram. Certè prudenti homini hanc de aquis intelligenti, patebit & altera. Est autem utriusque una & eadem ratio nulla in re differens. Consumitur ergo aqua à terra, tum siccitate sua, tum calore à Sole prodeunte, illam in vapores (qui & in aquam convertuntur) transmutantibus, unde perennis & nullo temporis momento intermittens haec nova generatio, & aquae, & aëris, & perpetua terrae respergio, fiat. Per simili certe modo & sanguis gignitur, ex cibo quotidie sumpto, & per venas, ut supra est dictum, in corpus dispergitur: ita etiam in omnem terram aqua per flumina.

§. 4. Instar ergo maris est vena magna, in medio corporis sita, instar fluminum in mare squam

deserentium sunt venæ. Nec propterea non rectè est hæc facta comparatio, quia à mari non prodeunt flumina terram affluentia, ut à vena cava venarum palmites, per corpus univèrsum sanguinem dispersentes: Instar enim terræ, aquam perpetuò fluentem dissipantis, est totum ipsum corpus, carne textum, ossibus fulcitum, & aliis partibus his affinis, quæ omnia duplici calore munita, solo sanguine nutriuntur. Cogitâ igitur tam grande corpus, quale hominis est, munitum calore uno interno, habitans fere semper in aère siccante, & sæpius sub sole, & sæpe ad ignem, & sæpe exercitatione utens, quæ omnia adjuvant ad humiditatem absorbendam, num viginti quatuor horarum spatio uncias duodecim sanguinis possit consumere?

§. 5. Sed, ut hoc facilius percipias, sige tibi in animum, aut rem ipsam factò sic experire: formato figulinum corpus, excepta scilicet terra, aut alio humore magis tenaci & lento, non æquè evaporabili ut aqua, idque statera expende, & in cubiculum sine sole & igne in diem integrum reconde: post die iterum librato, quo, intellecta differentia præcedentis ponderis & præsentis, colligas, quantum humoris absorbere possit humanum corpus, quod à gemino calore reficcatur. At hic statim dicent aliqui parum considerate: In figulina corpore nihil est quod conservet humidum conceptum, sed in corpore humano est ipse calor innatus, & anima vegetativa; quæ ut humidum radicale, & primogenium, & substantificum, & spiritus ipsos conservat in vivente corpore, ita sanguinem ipsum non sinunt dissipari. Certè hæc philosophia arguta est, aliquam præ se ferens veritatis speciem; verum inter mulierculas tantum, quæ quid sit innatum calidum, quid humidum radicale, & quid tandem spiritus corpus gubernans, (de quibus omnibus præterque etiam falsius, quam doctius & verius, scripserunt, ut alias, si per otium licebit, demonstrabimus) funditus ignorant. Verùm iis, qui sciunt humana corpora regi à natura, & cætera composita ex quatuor elementis, dicta ratiocinatio non modo non veritatis speciem feret, sed rationis potius à veritate profus alienæ; cum calor is cuiusque proprium sit humidum exficcare, sive in halitum seu vaporem convertere, non conservare.

§. 6. Sed profecto ex hoc philosophorum genere Medicinam facientium, ac sua freti ratione, nonnullos aliquando dicentes audivimus, trimestre requiri ad reficcendum duo parva sanguinis vascula, qualia communiter adhuc hodie à Chirurgis ad sanguinem detrahendum usurpantur, quæ sunt unciarum trium; dixissent potius, menses quatuor, aut duos tantum, quo singulorum vasculum duos haberet integros menses, aut unam tantam. Sed videbor alicui hoc comminisci: sed sint mihi irata nomina si mentior; imò non ab uno tantum Medico id audivimus, sed à pluribus, qui hodie septuagenariis, & octuagenariis, sanguinem mittunt, quibus sexagenariis id facere minime audebant propter senium, etiam trimis, & quadrimis nunc, cum ante decennium eos viderimus, nisi magna religione, fuisse aulos detrahere adolescentibus annorum septendecim, non quatuordecim tantum, ut Galeus posuit. Scimus hanc recordationem non placere plagiaris & lividis; tamen eam non displicere probis viris & gratis, non dubitamus, quos non solum delectat habere gratias iis, ex quibus aliquid boni acceperint, sed & agere, & referre dum licet, & benigne commendare alienum opus, quod aliqua commendatione dignum putant, non dente leonino rodere.

§. 7. Verum iis omisis, eo jam redeat nostra disputatio unde desuxit. Atque si hæc, quæ diximus, non sunt satis ad persuadendum efficacia, adfere-

Tam. IV, Pars II,

mus alia artis lucidiora & sensibilia; non immores non eorum duntaxat quæ supra diximus, sed & eorum, quæ aliquando à Medicis evidentissime cernuntur: nempe, multos homines & mulieres videri, aut à vulnere, aut à quovis alio sanguinis effluvio adeo depleri, ut, si insuper vel exiguus modus fuerit missus, necessario patiens intereat: ex iis enim Medici qui artem tractant, & exercitibus præsertim sequuntur, plerisque vident, in quibus interim cibo, ut convenit, refectis, intra tridum aut quatuoridum videntur venæ sanguine munitæ. At non desse Medicos scimus, ex iis qui aliorum sententiis non facile accedunt, qui venas has non sanguine munitas esse dicunt, sed flatibus. Dii boni! quam sæpe hoc inculcatur à quodam Medico, nimis adhuc hac in re timido, sed olim profecto timidissimo & adversissimo! Scitote ergo juvenes, non flatibus esse, sed materiam ad alendum corpus aptam, sanguinem scilicet. Verumtamen in dies aliquot paulo ferociores, in reliquis syncerum & purum, præsertim dum id evenit ex vulnere suscepto in corpore sano, ut sumus experti in præfecto Bernardino, cujus supra meminimus; & in aliis, quibus quinto aut sexto die post, venam aperiri voluimus ex adverso brachio, dum eas facile turgere videbamus dato loro, idque ad revocandum in alias partes sanguinis cursum, ne denuo ex vulnere fluere.

§. 8. Præterea & ex sanguinis profusionibus; quæ sunt per hæmorrhoidas, aut uterum, aut nares, quis non aliquando vidit in multis, tum mulieribus, tum viris, excerni unius mensis spatio, ultra libras quatuordecim, quibus interim venæ inanitione non concidebant, imò appposito loro statim insurgentibus, sanguinem fundentes, non spiritum; quamvis sciamus etiam & spiritum? Imò iis summum est præsidium, crebrò, tum ad revellendum, tum ad evacuandum, sanguinem impuriorem detrahere, quo purior (parcant aut potius discant, qui aliter censent) qui sponte profunditur, & ad alendum corpus est aptior, detineatur. Quosdam esse homines, qui neque libram unam in totum alimenti capiant singulo die, non ignoramus. Sed in his non diximus gigni quotidie libram: sed exempla nostra referimus semper ad corpus mediocri habitudinis, non ad ea quæ libra una cibi contenta sunt, quæ nulla etiam esse scio diu viventia, nisi cibum tantum intelligas quod estur, non quod potatur: nam sic plerique sunt, qui ad libram cibi decuplum adjuvant meri seu alterius potionis; est autem & hæc cibus, seu alimentum, dum ea alimentosa est, etiam ipsa mera aqua, licet modice.

§. 9. Audi igitur, & animo concipe, tantam fieri quotidie in nobis sanguinis generationem, quantum diximus, aut etiam majorem, & in magnis & obesis corporibus etiam plus duplo. Sicuti etiam in lactante muliere vides, in hac plus gigni lactis quæ plus dat, quam in ea quæ minus; sic etiam intellige, plus sanguinis gigni in eo qui plus consumit, quam in eo qui minus: plus autem consumere obesum & magnum, quam parvum, rationabile est. Nec valet dicere, obesos minus aliis & absorbere, & cibo minore uti, quoniam frigidiores: Nam rarissimos hos vides, paucò alimentato & raro contentos, ut potius velint in horas rostrum irrorari: sed aliquanto minorem missionem hos ferre non obesis, jam à nobis dictum est prius.

§. 10. Verum quis diximus, eam mulierem plus lactis edere, quo plus dat, scimus posse reflecti: imò plus dat, quia plus habet. Utrumque verum est; neque enim ignoramus id fieri oportere prius. At scito, in ea etiam muliere plus gigni, quæ plus dat, quoniam, dum dare desinit, desinit etiam lactis major generatio. Quod simillimum sit à jecore, dum sanguis

Ec 3

quis

fiunt, aut mittitur, nempe postmodum tantundem (si evacuatio non sit insignis) est reparatum. Quod quidem non fit in eo in quo non effluxit, aut non emissus est; quoniam id, quod in venis est prohibet accessum novæ materiæ ad jecur, sicuti lac, quod non emungitur, prohibet accessum sanguinis ad ubera: Sed de his ista sufficiant.

CAPUT XXXIV.

Refellitur puerilis eorum opinio, qui primæ sanguinis detractioni plus tribuunt quam reliquis.

Qui nequeunt percipere hanc perennem, tamque copiosam sanguinis generationem, putant etiam in corpore, quamvis senili, aliquid nativi & primigenii sanguinis existere, unde in missione sanguinis putant etiam aliquid radicalis humidi (ut appellant) simul excerni; ex quo videtur orta illa opinio, adhuc nimis pueriliter à multis credita, & observata, quod prima sanguinis missio, patientem liberet à quovis maximo morbo, opinio sane perniciosissima, ut ante diximus. At ita credendum est, sanguinem in nostris corporibus tamdiu permansere quamdiu & urinæ permanent, aut paulo plus. Quid, quæso, urina est aliud, quam pars quotidiani cibi, per mesaraicas venas assumpti, ad sanguinem efficiendum? Ergo sicuti hæc, quæ hodie excernitur, excrementum est pridiani cibi, & ea quæ cras hoderit, rationale est etiam, & hodie, & cras, & aliis succedentibus diebus, novam gigni sanguinem, ut novam urinam, novum mucum, & cætera nova excrementa, quæ per corpus in dies excernuntur. Non enim hæc vetusti sanguinis sunt, sed recentis, excrementa, & sanguis ipse, qui hodie parti nutriendæ assimilatur, cras, aut perendie ad summum, erit resolutus: nempe in vaporem, id quod in eo est tenuius, in crassitiam verò cuti hærentem, quod est crassius; ut patet ex furfuribus, à capite & barba decidentibus. Adeo ut ita fiat quotidie nova sanguinis generatio & expulsio, ut in fontibus nova aquæ emissio & emissio, permanente vi sanguifica in jecore, veluti in mammis facultas efficiendi lactis, dum lactant, & in testibus faciendi seminis. Verùm quoniam sanguinis generatio necessaria est in omne tempus, non autem seminis, & lactis; ideo nec in testibus infantium, nec senum, nec etiam in uberibus, omni tempore, æqua vis est, seminis aut lactis conficiendi, ut in jecore sanguinis. Quæ etiam vis jecoris, licet eundo fiat imbecillior, non propterea tunc nos à missione sanguinis dehortatur; sed potius ad id faciendum, ut superius diximus, magis loadet. Qui igitur hæc audit & examinat, & fieri aliter censet quam diximus, ita se rem tenere intelligat, ut is qui ingens flumen, sub glacie fluens, stare putat simul cum glacie immobili, littoribus utrimque hærente.

CAPUT XXXV.

Utrum sanguis posterioris generis prioris sit deterior.

Hic dubitationi succedit altera, qua diluta maximam accedet cumulus argumentis, nostram sententiam fallentibus, de crebro mittendo

sanguine in valetudinariis, & in senibus, & aliis omnibus quibus debet mitti. Quod tamen sæpe non fit propterea quod putent, ac apartè dicant multi celebres Medici, sanguinem novum veteri esse deteriore; itaque quo rarius is mittitur, eo melius. Quod ratione probant, & similitudine confirmant.

§. 2. Ratio est, quod animalia, quo longius recedunt à suo ortu, eo etiam magis declinant à virtutibus suis, quæ calido innato sustinentur: quod calidum, cum sit causa efficiens sanguinis, & maximum, testante Hippocrate, fit in pueris, & procedente ætate, minus, & in senio minimum; reliquum est etiam, sanguificationem in dies fieri deteriore, cum ipsæ virtutes sanguificæ etiam temporis tractu deteriores fiant. Hanc rationem similitudine ista confirmant, nempe, idem contingere in corpore, in quo sæpe vena tunditur, quod & in dolio vini pleno, ex quo sæpe vinum trahitur, & aqua vini loco sufficitur, unde tandem futurum est, ut dolium non vino sit plenum, sed mera aqua. Quam similitudinem certè à multis Medicis sæpe afferri audivimus, nimium sibi, sed aliis profecto parum, sapientibus, cum per hanc ostendant se tam parum perspicaces, ut videre nequeant quam sit hæc similitudo omnino absurda & rustica, quasi in cado sit vis aliqua vinum producendi, ut in jecore sanguificandi, & eadem sit aptitudo aquæ ad vinum, ut chyli ad sanguinem; & eadem sit in situla, per quam funditur aqua in cadum, facultas concoquendæ aquæ ad vinum faciendam, quæ est ventriculi, & intestinorum, & venarum ad concoquendum chylum quem fundunt, aut ferunt ad jecur, opificem & fontem sanguinis. Ecce ergo quam sit à re ipsa dissimilis hæc similitudo hæc.

§. 3. Nunc ratio examinanda est; quæ in se quidem vera est, sed ad præsentem locum inepte allata. Calidum innatum esse causam moventem & efficientem sanguinis, id jam diximus, majorem esse in pueris, quam cæteris ætatibus, non est admodum certum, imò contrarium censeo; sed id clarum & fufius alias ostendemus, licet multa de hoc & à Gæleno, & aliis multis fuisse scripta non ignoremus. Paradoxologum me dices: talem me semper præbebo & exhibebo, pro æquitate, & justitia, paratus interim modestam reprehensionem sine iracundia ferre, & sententiam mutare in melius, si contigerit. Suus est cuique ætati calor innatus, pueris ad conficiendum lac pro sui nutritione; adolescentibus, & viris, proprius, ad concoquendum solidiores & copiosiores cibos; & senibus etiam suus & proprius, suus, inquam, non specie diversus, sed facultate vel viribus. Sat igitur nunc nobis fuerit dicere, existimandam esse, in eo plus caloris vel calidi nativi existere, in quo major vis fuerit copiosioris & firmioris cibi concoquendi, & sanguinis conficiendi: quæ vis potior videretur in ætate juvenili & virili, quam in cæteris. Hæc itaque ætates sunt, quæ & maximas simul & disparatas, supra reliquas ætates, ferre possunt sanguinis evacuationes. At deteriore (ut ad rem redeam) semper, gigni posteriori prioris, falsum est, quamvis in senio pejor fiat quam in præcedentibus ætatibus; sed non deterior in juventute, quam in adolescentia, & pueritia.

§. 4. Sed esto pejor adolescentis quam pueri, & viri quam adolescentis, & semper ab origine abeat in pejor sanguinis generandi vis, & sanguis etiam hodiernus pejor hesternus; num ideo probaverint sanguinem qui hodie gignetur, esse pejorem eo qui manè emissus fuit? ita est, inquis: at falleris; quoniam similis est utriusque generatio, si corpus ipsum similiter se habeat. Verùm sicuti purissimi & syncerrissimi fontis aqua eo purior est & syncerior, quo propior suæ scatebræ fuerit; ita sanguis eo melior,

lior, quo vicinior jecori, & ex conſequenti deterior, quo diſtantior: tam quia, quo magis abeſt, eò minus fruitor jecoris facultate; tum, quia agitatione membrorum, & externo frigore aut calore, alterari etiam ſoleat. Si vis contendere, habebis amplius quo ſic reſiſtas; imò quo longius) quia diutius in corpore morator) eo etiam melior, quoniam & facultatem ſanguificandi iſtis venis inſeſe à quibuſdam creditur: quod ſi verum eſt, rationi etiam eſt conſonum, non deteriore fieri ſanguinem, à jecore recedentem. Sed, meliorem inſeſe venis ſanguinis efficiendi vim, credible non eſt; cum ſit certiffimum, unius ad anum ut ait Ariſtoteles, opportunum eſſe inſtrumentum. Ad ſanguinem igitur gigneandum eſt jecur, ad defendendum verò venæ.

§. 5. Sed ſi rationi credere non vis, quod laudo, niſi à te ipſa confirmetur, crede authoritati ſummi artiſticis Hippocratis, præterea experientiæ. Cur obſervo Hippocrates & Galenus dixerunt ſanguinem in pleuriſide eſſe eouſque detrahendum, donec ex nigro & impuro purus & ruber exeat? Num quia cenſuerint internum externo eſſe puriorem; an contra? Sed non dixerint hoc illi; quærendæ ſunt authoritates, & rationes ad aliquid confirmandum, an ſit, dum res ipſa ſenſibus ſubjici minimè poteſt, non ubi poteſt: At id nos quotidie videmus, quod tamen minime conſpici ab iſis Medicis ſcimus, qui putant totum ſanguinem in univerſo corpore ejuſmodi eſſe, & eum qui in magis & internis venis eſt, & eum qui in externis & juxta cutem diſſeminatis. Quo errore ſeducti, interea dum trahendo quod fat eſt, ad ſanguinem repurgandum, timent una animam exhaurire mille ſunt apertiffime, à ſanguinis colluvie & copia, ſuffocari. Cujus rei, eſi multa adſerre poſſum exempla, unicum tamen dignum auditu recitabo feliciter ſucceſſum, non meo conſilio neque natu, ſed ſolius patientis, contra medicorum ſententiam & conſenſum.

§. 6. Anno præterito, menſe Julio, me conſultum venit, præ ſcabie, homo ſeptuagenarius, legum peritus, qui interrogatus à me de ſua vivendi ratione, & præterita valetudine, mihi narrat à multis annis ſe quater quiniſque in anno ſibi jubere ſanguinem mitti ad libræ unam, vel circiter, pro qualibet vice; hac, inquit, occaſione, quòd cum juvenis ſtudiis operam navarem, gravi podagra eaque diuturna correptus, & jam multis purgantibus medicamentis vexatus, Medicos rogo, ut in me ſanguinis miſſionem experirentur. Illi genus morbi, quod catarrhum nuncupabant, id non poſcere dicunt. Tandem perſeſerante, & in dies magis ingraveſcente malo, ipſe illis invitit mihi venam aperiri jubeo; ex quo auxilio magnam doloris lenitatem, & tumoris declinationem, percepi. Poſt aliquot dies denuo ad idemmet auxilium, Medicis repugnantibus, recurri, ex quo priſtinæ valetudini fui reſtitutus. Poſt aliquot annos, redeunte morbo, corporeque medicamentis, Medicorum conſilio, repurgato cum modico fructu, de mittendo ſanguine verba Medicis facio; quibus diſſentientibus, ipſe mihi illam impero, ad eamque poſt triduum recurro, unde ſimiliter, ac primo, liberatus ſum. A quo tempore ut morbos prævenirem, ter quaterque mihi venam reſerari volui, & ſi aliquando temporibus interjectis dolor aliquis accederet, proſinus is delebatur, & deletur dicto auxilio celebrato; cujus beneficio, per Dei benignitatem, à podagra videor liberatus. Quam curandi rationem Medici mirum in modum mihi viruperabant, dicentes, me nimium meam valetudinem & vitam parvi pendere; futuram enim, ut per hanc viſum tempeſtius extenuarem & amitterem, & ſenii adventum ante virilitatem maturarem. Quibus dum dicerem, me nulla uquam fuiſſe uſum Medicina tam ſalutari,

dum graviffimis doloribus urgerer, ipſiſmet teſtibus & à qua minus corporis vires lædi viderentur, atque hac ipſa: Reſpondebant, non eſſe æquum, ut tantopere allectus illecebris præſentis utilitatis, valetudinem & vitam meam exponerem noxis de proximo venturis. Ego ad illos: Vos ſæpe audivi dicentes, dum leniſcule à medicamentis haberem, id eſſe mihi in bonis ducendum; optimam autem eſſe eam indicationem auxiliorum, quæ à juvenibus & lædentibus ſumitur. Hanc itaque mihi, doloris impatientiffimo, ſequendam propoſui, cujus Ego beneficio, poſt divinam gratiam, ad hanc uſque ætatem ſeptuagenariam perveni, firmiter, ut vides, per urbem ſemper pedes incedens, non indigus ſpecillis ſcribendo, aut legendo, quamvis minutiffimas legam literas. Medici, qui tres erant, omnes ab annis viginti interierunt, longe juniores quam ipſe nunc ſum. Quòd ſi vacarem præſenti ſcabiei moleſtia, viderer æque mihi tam firmis eſſe corporis viribus, quam eſſem ab hinc annis triginta. Hujus occaſione (inquit) te conſultum veai potius, quam alios, in mittendo ſanguine timidiore; ut intelligam abs te, num liceat mihi iſis magnis æſtibus canicularis, & ter jam à menſe Januario phlebotomato, iterum ſanguinem detrahi, aut quid mihi ſit opus facto. Ego illi ex utroque brachio eſſe mittendum dico, poſtſidie ſcilicet ejuſ diei ex dextro, ad uncias ſaltem decem; ſecundo die, uno ſcilicet die interjecto, ex ſiniſtro ad parem ſanguinis modum; deinde corpus lavandum ex aqua ſimplici & mediocriter calente. Quòd præſtuit, & liberatus eſt. Tam veram profeſſo narraviſſimam hiftoriam, quam certum eſt ſolem lucere; nomen interim celare voluimus, ne ſimul cum facto etiam artiſticis, licet vita deſunctos, velle viruperare videamur: hominem interim indicabimus roganti. At vides, quàm ſæpe Medici ſuis in opinionibus decipiantur, niſi maxima prudentia, rerum uſu conſequita, ſingula expendant & judicent.

§. 7. Ergo tum ex hoc exemplo, tum ex illo fragris mei, & alii multis ſuperius notatis, tum ex Hippocratis & Galeni authoritatibus, tum ex rationibus jam à nobis dictis, ſumendum eſt, neque omnem ſanguinem ejuſdem eſſe puritatis vel impuritatis in corpore univerſo; neque eum qui poſterior gignitur, ſemper eſſe deteriore prioris, niſi conferre velis eum qui in ſenio, cum eo qui in juventute, vel aliis antecedentibus ætatibus ſit; aut eum qui in ægrotante & intemperato, cum eo qui bene valet aut temperatus eſt. Quare timere non debemus in ſanguinis impuritate, quavis hominis ætate, ſi vires præſtantur, ſanguinem moderatè detrahere, rati tam in hac Medicina, quàm in reliquis, indicationem quæ ſumitur à juvenibus & lædentibus, eſſe obſervandam & amplectendam. Porro tamen in hac ſæpiſſimè contingere error poteſt; præſertim cum non juvat, aut gravior poſt eam ſit morbus, aut quia in ſuo vigore properat, aut quia exigua detractio eſt; nam tunc iteranda, aut fortè etiam geminanda, licet prior aut morbum non minuerit, aut ejuſ incrementum non prohibuerit: At dum utilis manifeſte eſt; morbum tamen non ſolvit, & impuritas adeſt, non amplius hujus metuenda eſt repetitio, quàm medicamentorum purgantium. Ex ſecta autem vena promiſcuè ferri tam bonum quàm malum, ut quidam ſæpiſſimè inculcant, certum eſt, ſi de eo ſanguine intelligas in vena ſecta, & ſectioſi proximis, exiſtente, quem ſemper deteriore eſſe ſcimus eo, qui in venis majoribus eſt, & eo, qui poſt emiſſum ſanguinem gignitur. Quare Medicus, qui timeret ex hoc detrahere, quia in eo promiſcuè aliquid ſit quòd utcumque alere corpus poſſit, certè is perinde robori ægrotantium conſulit, ut tribunus militum ro-

bori sui exercitus, dum aditum, quem strenuis militibus interceptis, meretriculis & caculis præbet patentissimum. At & hi vires exercitus semper minuunt, non augent, & scelerati homines nunquam republicæ bene faciunt, sed malè: Ita corruptus & vitiosus sanguis, corporis valetudinem infirmat & alligit. Interim, etsi præstaret hunc abesse à corpore potius quam inesse, non tamen si multus est, ut supra docuimus, confertim totus est extimendus, sed paulatim; ut etiam à republica mali homines sunt paulatim dissipandi, si magna vis illorum est.

CAPUT XXXVI.

Medicos tum veteres, tum recentiores, deliquisse potius in defectu mittendi sanguinis, quam in superflua evacuatione.

Dilucide satis, meo quidem iudicio, ostendimus, Medicorum vulgus multis modis errare, in parcius & tardius mittendo sanguine, quam conveniat. Jam examinandum est, num & aliquando peccet, aut peccaverit in contrarium. Non enim, quamvis multum & parum, celerius & tardius, contraria sint, non possunt tamen non aliquando contraria ab eodem artifice diversis temporibus fieri, ut videre est de aliquibus Erasistratæis sive Thesaliis, qui, ut Galenus ait, cum prius missioni sanguinis maximè adverterentur, postea conversi ad contrarium vitium, multos jugulabant ex his, quibus, Galeni exemplo, mittere illi volebant ad animi deliquium.

§. 2. Peccasse aliquando veteres in largiore missione, tanquam dogmatum aut præceptorum, sive sectarum, sequaces, minimè coartat, ut in contrarium. Fuisse autem phlebotomiam in usu ante Hippocratem, certum est, cum dictus author hanc familiarem jam habere videretur, non tamen ut inventor, sed ut sectator. In qua sequenda & usurpanda si quid deliquit, id fuit potius, ut ostendimus supra, in contrariore, quam in nimium redundanti. A qua Hippocratis mittendi ratione detruncata, longius item declinantes Crysippus & Erasistratus, (qui post Hippocratem illustri suis temporibus fama clauerunt) hoc sanctissimum auxilium, magna mortali injuria, fere à tota medicina excluderunt, quod sæculis posterioribus, illius contemnendi, aut nimium timendi, ansam dedit: donec Galenus (qui ut hoc tempore est secutus, ita & eos doctrina superavit) horum fallacias redarguendo, sepultum ferè auxilium in lucem clariorem, quam unquam antea fuisset, revocavit. Verùm sicuti nemo medicorum, Hippocratis vestigia hac in re sequi est visus ante Galenum, sed illum potius inique reprehendere, (ut ex Galeni libris disci potest) & calumniari: ita etiam neque Galenum, qui rectius omnibus his, qui illum antecesserunt, scripsit, vix quisquam est imitatus, imò timiditate imbuti omnes, qui scripserunt scilicet, & à nobis visi sunt, infra modum subsisterunt potius, quam supra excefferint. Quod autem horum duorum sit vitiosus, infra nempe subsistere aut excedere, quaeri potest.

§. 3. Certè, ut inter moralia id minus vituperabile est vitium, quod virtuti magis assimilatur, ut audacia & prodigalitas, quia illa magis ad fortitudinem, hæc verò magis ad liberalitatem accedit, quam timor aut avaritia; ita etiam hac in re id est magis fugiendum, quod longius recedit à naturæ ordine & auxilio. Longius autem abesse à naturæ ratione vacuum esse hominem sanguine quam plenum, nemini dubium esse debet, quamvis & plena vasa in vi-

vente homine nullo modo esse possint. At sæpe accidit, ut accedente hac plenitudine, priusquam ea suffocet, natura aperto vase aliquo hominem liberet ab interitu: Sed supervacua & irreparabili evacuationi, non habet natura quod sufficiat in locum amissi, nisi ex indito cibo, quo tamen etiam illa non fruitur, dum supra modum ex inanitione reddita est languida, æquius est igitur infra modum peccare quam supra.

§. 4. Sed quia medium, quod intra hæc duo extrema est positum, quod moderatum, & quantum sat est, & quantum convenit, & aliis similibus nominibus describi & appellari solet, inventu difficillimum est, ut antes dixi, & error qui fit infra modum, quia non facile retegitur, ut alter; ita neque auctorem criminis redarguit ut alter: Idèò quisque mavult centies peccare (non ex animo quidem, sed calumniæ metu) in id quod nullum adferre vituperium potest, quam semel in id, quod vel jure, vel injuria potest. Quæ res in causa est, ut centum hominum millia potius intereant, aut defectu detractionis, aut tarditate, quam unus ex superflua evacuatione, à medicis imperata. Causa est, quoniam dictus morbus medicorum & ægotantium omnium animos possideat: Audacia verò seu confidentia detrahendi, paucissimos aut nullos. Et quod ad me attinet, quem plerique, livore percussus potius, quam justo neque apparente aliquo fulti argumento, susulto iniquo, dicunt esse audaciorem; miserè peream, nisi me timidum esse, & credam, & recognoscam ratus, me nunquam peccasse in nimio, dubius aliquando deliquisse in paucis.

§. 5. In hoc calumniæ periculo eruditus Mæstæus, vir integerrimus, & primarius medicus Serenissimæ Anglorum Reginae, se exitisse ob sanguinis missionem præstitam in quodam illustri viro, mihi nuntiavit. Is enim, ubi libellum meum, à me illi datum, legisset, hæc mihi dixit: Deum testor, Botallæ, si vellem per sexcentos coronatos non legisset hunc tuum libellum! nam semper, inquit, existimavi, timidiore esse medicos in mittendo sanguine, quam ratio ipsa postulet: qui timor ita etiam & animis omnium hominum hujus regionis inhaeret, ut statim ægotantium affines, si mittendus sit sanguis, in Medicum invehantur qui proponat, & gravius in eum, qui de repetendo verbum fecerit, adeo ut ab hinc aliquot mensibus in maxima fuerim animi molestia, ex sanguinis missione in quodam magoate, meo consilio, instituta; quam nisi Deus bene vertisset, paratissima erat mihi ignominia, peccato gravior: cujus interim remedii beneficio curato ægro, gloriola quidem secuta est, at profecto non tanta, quantum videbam mihi paratam calumniam & maledicentiam, si vis morbi auxilium saperasset. Deus bone! quam sæpe ac sæpius me in simillimo tædio comperi, quibus locis, si æquè timidus fuisset atque alii qui aderant, aut ut eram ante annos quindecim, scio, (si aliquid sciri in medicina potest) multos hodie vivere, quos mors abstulisset. Sed ad quaestionem redeo, asserens, non constare saltem mihi, veteres scriptores, neque etiam novos, errasse in superfluentia detractionis, sed in subsistentia plurimum.

CAPUT XXXVII.

Utrum purgatio phlebotomiam præcedere debeat, vel contra: Ad hæc, an phlebotomia celebrari possit, nulla præcedente, aut subsequente, purgatione.

Accedunt aliæ duæ quaestiones non indignæ examine, Utrum purgatio missioni sanguinis,

an hæc illi præponi tempore debeat, dum utraque est opus: & An sanguinem mittere, sine ulla purgatione aut præcedente, aut sequente, conveniat.

§. 2. Scio à Galeno dictum fuisse, *comment. 1. in 6. Epid. §. quiescere*, præferendam esse venæ sectionem; quod tamen consilium à nullo Medico nostræ tempestatis sequi vidimus, nisi aut nostro exemplo, aut saltem ab eo tempore, quo nos id in usum rede-gimus. Quo interim argumento, quoque defensorè uatur, qui secus facit, certe nescio, cum nunquam venam seca e in quoquam audeant, nisi prius aut plenè purgato corpore, aut eo saltem minorativo, ut vocant, evacuato. Quæ consuetudo non minus Galeno, ut dixi, neque Hippocrati probatur, nec etiam ab experientia confirmatur, quàm ea quæ temerè, & sine ullo recto iudicio fiunt; quorum tamen nonnulla aliquando optatum finem consequuntur. Ergo ut sensum Hippocratis & Galeni huiusce negotii aperiamus, dicit Hippocrates *lib. acut. num. 36. in hepatis doloribus, in splenis gravitatibus, in doloribus supra septum transversum notis, in inflammationibus, & in morborum collectionibus, inchoandum esse à venæ sectione, inde ad clysteria veniendum, mox ad purgationes*. Quòd si ordinem perverteris, futurum ut lædas, non adj. ves. In febribus omnibus putridis etiam esse anteferendam, multis *Methodi locis, & l. 1. de art. cur. ad Glauconem, c. 10. & 11. dixit: & in arthritide, X. comp. med. per loca: c. 2. & in cancro, & in elephantiasi, l. 2. de arte cur. ad Glauconem c. 10. & lib. Quos purgare oportet; & in malignis ulceribus, 4. de comp. med. per genera c. 1.*

§. 3. Inepta igitur, & sine ullo patrocinio, est dicta Medicorum nostri sæculi consuetudo, levi dantaxat, imò & levissima ratione, suffulta, nempe, ne quidquam crudi à mesaraicis venis rapiatur in jecur. At hoc incommodum nullius est momenti, si cum eo conferatur quod sequitur purgationem, phlebotomiam antecedentem. Nam sicuti per illos, à phlebotomia aliquid inutile ab intestinis in venas mesaraicas trahitur, quod & perexiguum esse potest, & ad nimium excessivas detractiones tantum consequas: ita per purgationem, sanguinis aliquid, ex eo qui in artuum venis est, in magnam recurrit, & ad magna viscera. Ex quo majus damnum sequi poterit, quàm ex altero: tum quòd nocentius est id quod in sanguine est corruptum, quàm id quod in cibo est crudum, si alterutrum in corpus feratur; tum quòd motus crudi chyli in mesaræum, sit naturalis & conferens; sanguinis verò artuum in magnam venam, præter naturam & nocens. Adde, quòd in agitatione à purgatione facta, sanguis commisceatur, qui per quietem, ut diximus supra, secernitur, & quod in eo impurius est, in partes ignobiliores transmittitur. Verùm in nonnullis purgationem esse anteferendam concedo, ut in iis, in quibus potius humorum colluvies, quæ in ventriculo & intestinis later, causa mali ostenditur, quàm ea quæ in venis est.

§. 4. Qui putant purgationem aut ante, aut post, esse necessariam, eandem etiammet causam adferunt, quàm antè diximus; ne, scilicet, quod est impurum, aut saltem crudum, ubi detractus sanguis est, in venas rapiatur; ne detur, inquit, vacuum. Dii boni! quàm sunt ii acuti investigatores abstrusarum causarum! Decipimini, o philosophi, in hoc, fallacia similitudinis: non enim in his quæ coincidunt & cedunt, dum quid ex iis educitur, hæc ratio locum habet, ut in iis quæ soliditate sua firma stant, quod exemplo ostendemus. Non enim ut ex pyxide eburnea, aut matmorea, aut vitrea, aut alterius solidæ materiæ, quidquam detrahi non potest, nisi succedente aliqua alia materia, puta vel aëre, vel cor-

vel corpore altero in locum detracti: ita necesse est fieri: dum oleum vel aqua, vel liquor alius ex culeo, vel vesica, vel quovis alio vase, in se coincidente, eximitur: quoniam in his superficies locantis, locatum recedens sequitur, quod non fit in solidis: quæ res sensu manifestissime percipitur. Ita, sanguine detracto, non est opus ea ratione aliquid intra venas ferri, sed trahunt hæc crudum, dum famelicæ sunt; sicuti ventriculus famelicus, pati nequit cibum diu mandi, neque in ore diu retineri, sed illum in os receptum devorare statim inhiat. Respondebis jam, nos convenire in facto, sed dissentire in ratione tantum. Imò æque in illo, atque in hac, dissentimus; quoniam illud non fieri concedimus, dum arte sanguis mittitur: sed, dum fieri contingit, id dicta è nobis causa evenire, & non alia contendimus. Cur autem illud minimè fiat ex sanguine arte detracto, hæc est ratio: quoniam, dum sanguis mittitur, ea ratione mittitur, quia gravat, vel sua mole, vel vitio, vel utroque; at tunc famelicæ venæ non sunt, sed potius avidæ rejiciendi oneris, non novi attrahendi. Respondebis item, te minimè dicere, venas attrahere crudum, dum sanguis illis inest, sed dum, vena seca, detractus est. Hic dicimus, neque etiam sic crudum ab illis trahi; quoniam non tanta copia arte mittitur, ut venæ, inanitione excæcætæ, cogantur cibum trahere, priusquam is sit præparatus. Et si tam largè te detraxisse videas, aut detracturum te putes, ut ad eam sibi necessitatem internas venas deductas aut deducendas esse credas, forbile & facilis concoctionis & distributionis exhibe alimentum, & sic venæ non trahent aliquid, quod sua cruditate obesse possit.

§. 5. Sed video, quàm latè pateat campus lividis & inexercitatis sciolis, nos i simulandi audaciæ & temeritatis; qui, si æquitatem sequi aliquando possent, ce tē in hoc justius semetipsos ut timidos Menodoteos, vel Erasistratos, aut ut audaces & ignaros Acesianos, aut ut merces & contumeliosos invidios accusabunt, quàm nos temeritatis aut audaciæ, à quibus vitiis nos perpetuo & ab ipsa adolescentia fuisse alienos certè scimus, disciplinam ipsam medendi omni industria sectantes, sub bonis præceptoribus, Cardano, Brandaporo, Archangelo Lanfrancano, Antonio Jenua, Tomitano, Cellarova, Delphino, Juliano, Paterna, Frisimelica, Trincavello, Francanzano, Bellocato, Fallopio, & aliis olim in celeberrimis Ticinensi (in qua laurea donati fuimus) & Patavina Academiis, medicinæ professoribus clarissimis: Postea curationes ægrotantium, qui se nostræ fidei crediderunt, ea æquanimitate subeuntes, eaque diligentia, ratione, & felicitate prosequentes, ut sine mendacio dicere possimus, nullum hæcenus nobis medendo successum infelicem accidisse, qui nos jure aliquo potuerit aut temeritatis, aut audaciæ redarguere, aut animum nostrum aliquo, vel minimo, conscientiæ stimulo divexare. Quod profectò non nostræ prudentiæ, sed benignitati divini referendam esse ingenuè fateor; non ignarus, omne bonum à patre luminum descendere, non ab humanis manibus, vel mente mortalium, emergere. Non igitur nos ex specibus aut pagis ad faciendam medicinam, in Regis Christianissimi, in Regiæ, & in Ducis Andium Regis fratris, aulam venimus, aut ad scribendum de ea accessimus, ut plærique nostri sæculi faciunt, qui ubi primum à scurrica hypodidascali recesserunt, ad medicinam statim, alieno periculo & faciendam & docendam, prorumpunt. Ergo si artem sectando, ægrisque medendo, temerarius probis viris minimè viperi possum qua in re igitur temeritatem præ me fero? aut si aliquando tales visi sumus, proferant in medium. Nam etsi aliena peccata reterege, quodammodo

inter

inter probos viros speciem ferat hominis, ad maledicendum potius studiosi, quam ad rectè faciendum propensi; tamen aliquid etiam iusti & boni in se habet hæc accusatio, & alieni erroris revelatio; ex qua id recti consequi potest, cum, ut boni homines deceptorem recognoscant, tum, ut deceptor à malefaciendo desistat.

§. 6. Verùm enim verò hoc unum nos consolatur, quòd certè sciamus neminem esse, qui nostros errores in medicina facienda nominatim retegere suscipiat, qui non se potius iniquissimum calumniatorem præbeat, quam vel modicè iustum accusatorem, aut æquum reprehensorem ostendat. Ut Medicus quidam, amicus (ut dicebat) noster, qui cum ægotantem quartana sexdecim mensium laborantem, quem à medicamento, à me illi instituto, vomentem reperit, & medicamentum vehementer improbasset, paulò post mihi obviam factus, me salutans, dixit: Mox eram apud talem ægotantem, quem quum gravissima vomito torqueret, aliqui adstantes illum perterrefaciebant, ex medicamenti specie & violentia; sed ego interim curavi scandalum hoc leniri, & suspicionem mali ex patientis animo dimoveri. Ego rogo, quinam essent ii, qui tam facilè de re incognita iudicium ferrent, num essent pharmacopœus, qui se nunquam id medicamentum confecisse dixerat? Ille, non, inquit, sed alii mihi incogniti. Ego huic ago gratias ex amici officio, quòd dicebat se in hoc negotio fecisse. Accedo ad ægotantem, hora erat circiter tertia à meridie, autumnii tempore, quem hilarem invenio: rogo de medicamento effectum. Ille, quinquies se deiecisse narrat sine ulla molestia, evomuisse bis lutea, virentia, amara, acida, viscida, quibus sentiebat antea ventriculum perpetuo opprimi, nunc verò melius se habere, quam à multis mensibus fecerat. Ego hic illum rogare coepi, quis esset is, qui, dum vomeret, de medicamento violentia illum perterrefaceret? ille modestè negare coepit quemquam fuisse. Ego culpam pharmacopœum: ille, quem pigebat infontem à me culpam, & fretus id à nullo mihi potuisse esse relatum, quam à dicto amico meo; statim ait, Num talis est Medicus qui hoc tibi retulit? nam scio alium quemquam esse non posse. Ipse non nego. Ille, Ne habeas suspicionem in pharmacopœum, veritatem ipsam aperio: Medicus, inquit, ipse est, qui non accessit ad me venit, dum impetu vomendi exercebat; & rogavit à me, num scirem medicamento genus: Dixi ego, audivisse te nominantem tabellam disturbat cum rheo: ille admiratione quadam prehendens visus, dicere coepit, quomodo id medicamentum mihi à te fuisset datum; esse autem id nimis violentum in hac tam contumaci febre quæ leviter est tractanda, &c. Lubenter [tandem ait] hæc silentio prætermissis, nisi vidissem, hoc ex autore facti ad tuas aures pervenisse, & culpam te pharmacopœum, optimè hac in re, de me & te meritum. Vides, benigne lector, amici officium, & accusationem, & redargutionem, erroris nostri; quo errore æger liberatus est à veteri quartana, post unam accessionem. Quam sæpe profecto in simile genus reprehensionum, ne dicam calumniarum iniquorum hominum, incidimus, à quibus tamen secundis successibus, Deus optimus, sua benignitate, nos citò liberavit! O utinam haberemus unum vel alterum, ex nostra facultate scilicet, tam promptum in manifestando opere bono, si aliquid interdum à nobis fiat, quam multos scimus habere paratos gubincines, ad propagandum & amplificandum infelicem casum, si is contigerit! Sed omnem spem nostram in uno solo Deo reponimus, non in excusatione similibus amicorum, qui alia manu lapidem, (ut dici adagio solet) panem ostentant altera.

§. 7. Sed num in Medicorum congressibus hanc temeritatem præ me fero, in quibus nemo unquam me vidit, quin leniter meam sententiam proponam, nemine læso, rem ipsam duntaxat colligans, non eos qui ante me dixerunt, aut post dicturi sunt? Et, si consilium nostrum acceptum est, & executioni mandetur, bene est; sin minus, quid aliud facimus, quam aut hætere, & commendare aliorum sententias, si illas videamus aut meliores, aut æque bonas ac nostras? Confidenter quidem sustinemus nostram, non in rebus pauci momenti, in quibus perpetuo sine ulla contentione sodali cedimus, & in periculosissimis, ut in extirpatione membrorum, quorum plura adhuc integra esse scimus, & in commendanda amputatione aliorum, quæ fortè hominem non semel abstulissent, & aliquando in modestè insistendo, largius & maturius esse mittendum sanguinem, in periculosissimis & acutissimis morbis; quod nisi fecissem, testes sunt oculatissimi plures & celebres, quos jam terra à multis annis tegeret! Unde igitur hæc nostra temeritas & audacia, nisi hæc ipsa temeraria & audaciola esse dicatis?

§. 8. Prædicite igitur vos, o censores nimium perspicaces, & vos item amici, ad nostram nomen sustinendum nimis solliciti, concionamini jam percompita, vos constanti fama accepisse, etiam & vidisse nobis sæpe numero in summa salutis desperatione eousque placuisse, placereque sanguinis detractionem, ut neminem in hoc remedii genere frequentem & liberaliorem videritis nec acceperitis: nam hæc dum prædicatis, tam verum dicitis quam quod verissimum. At errorem ne esse dicitis, o vos censores nimio livore percussi, me præter consuetudinem aliorum Medicorum servasse, & servare plurimos ægotantes, missione sanguinis, in magna salutis desperatione? Fuisset ergo, ex vestra sententia, secundum artem & rationem factum, illos sine missione sanguinis sinere interire: At hanc vestram ratiocinandi mendicam rationem, satis superque ab omnibus cognitam, non nobis esse imitandam proposuimus, sed nostram à vobis esse completendam non dubitamus: imò jam eam maxime perire, & corde & opere à vobis commendari pro certo habemus; quod num verbo id à vobis negari sit iustum, vobismet ipsis relinquo iudicandum; quibus satis patet, quam sit malevolorum livor in rodendo viventium famam, non in propagando, proclivior. Sed præstat tamen sic facere, in rebus reipublicæ utilibus, quam secus, nempe, rectum alienum consilium sequi potius factò, & celare verbo, quam contra facere. Sed videborne in his nimis laudis cupidus? Ita equidem: sed tantum illis, qui alieno labore immeritam laudem sibi comparare student, non illis, qui meritam, suo.

§. 9. Dicunt aliqui, nos in hoc temeritatem & audaciam ostendere, quod contra artem, indiscriminatim in omnibus morbis, temporibus, ætatibus, & naturis, hoc auxilium imperemus: unde vulgares homines, rudisque plebecula, sanguinis sibi mittendi, & aliis imperandi sine defectu & meta, ansam capiet. Scripsisse nos hæc contra artem, & indicare missionem sanguinis indiscriminatim usurpari posse, qui fateatur, aut artis & intelligentiæ expertus est, aut profecto homo nequam. Huic respondendum minime est, cum rectè sciamus, nequitiam nulli rationi se submittere. Alteri dicemus, ut attentius rem ipsam examinet, nec faciat ut ei iuste conveniat illud Aristotelis. *Ad pauca respicientes facile parologizant.* Dare nos ansam ignaræ plebi malè utendi hoc auxilio; quis illi libros legendos dat, aut prohensof quis adimit? quis Dioscoridem, & alios Medicinæ libros, unde mulierculæ varia & inutilia medicamenta supplicant, plebi interdicta? non enim plebi nos, sed

sed Medicinæ studiosis, ingenue & sine furo de hac materia scribimus, quod novimus, longoque & frequenti usu comprobavimus; non improbant interea, neque contemnent, reliqua auxiliorum genera, sed commendantes singula suo tempore & modo; Cæterum ea omnia esse utilitate & securitate conferenda cum phlebotomia, ea est proportio, ac si Lunæ & stellarum lumen cum solis luce conferre, velitis.

§. 10. Sumite igitur, ut jam absolvam, historias nostras, benigni lectores, primum, ut verissimas; deinde, si non satis doctrinales vobis esse videantur, ducite vos illas desumpisse ex tabulis, templis dicatis Rationes autem si satisfecerint, bene vobis & nobis est: sin minus, meliores exquirite: est enim officii probi hominis, & artis studiosi, laborare, ut arti semper aliquam accessionem faciat, & ut reliquos omnes aliqua in re superet: quoniam ars nostra (non in se quidem, sed ratione nostri) infinita est; in qua vni optimi sunt artifices, non ideo sunt optimi, quia artem totam, aut maximam ejus partem teneant; nam teneat & hi tantum minimam, sed quia plus aliis sapiant. Ut summi Reges terreni orbis, non ideo sunt & habentur summi, quia universo orbe potiuntur, nam minima tantum parte fruuntur, si ea cum toto terræ circuitu conferatur: verum maximi & summi dicuntur, quia ex terreno ambitu plus possident, quam plerique reguli. Est igitur quod quisque labore, in animumque sibi inducat, posse se aliquid arti addere, imò & reliquos omnes, qui antecesserunt, superare: sed procul semper abest à discantis animo, falsa sciendi persuasio: nihil enim magis scientias sectantes perdit, igne volque reddidit hoc ipsa, quæ prohibet semper quominus quis discat à sapientioribus. Jam verò ad alia orationem transferamus nostram.

CAPUT XXXVIII.

Quid in ipso sectionis tempore faciendum, & quomodo lipothymia occurrendum sit.

DUm vena tunditur, præstat ægrum in lecto sedere: & si is molli sit animo, statim supinum jacere, ne animi deliquio capiatur. Prænotatur hoc mutatione pulsus, & pallore vultus: tunc si sedeat, statim decumbat, facies aqua frigida aspergatur; pollice appposito vulnere, sanguis retineatur, donec ad se patient redierit: postea, si justa quantitas, aut proxime non fuerit emissa, amoto digito absolvatur. Lipothymia persistente, (nam aliquando graves eveniunt, sed nondum tamen ullam non recte solutam vidimus,) detur aqua frigida continuanda in ore, aut etiam, si morbus patiatur, vinum, ex quo etiam momentum hauriendum, aut panis in eo intinctus sugendus detur; præstat panem, esse tollum. At imbecillo satius est, modice ante venæ sectionem jusculum carniū haurire, aut osulam in jure carniū, aut panem vino tinctum, morbo non repugnante, aut aquam hippocraticam, aut saccharatam, aut sorbile ovum, aut quidvis aliud quod ægro sit gratum, & tamen morbum non augeat. Idoneum tempus mittendo sanguini nullum non est, si morbus postulet, & vires ferant; sed si non urget, maturum aptius est, tum sua temperie, tum quia ut plurimum corpora per noctem nullo labore aut exercitatione fatigata, si quid in sanguine impuri est, id natura in brachia & crura, longe scilicet à visceribus, transmittit; quod per laborem facere nequit, eo quod per motum & agitationem

membrorum, aut corporis torius, quidquid in venis continetur, id ipsum simul iisdem miscetur & confunditur, per quietem vero seceratur: si verò quidquam urgeat, omnis hora conveniens est: ea tamen convenientior, in qua corpus aut jejunum est, aut longius abest à plenitudine, aut in qua nullus insignis aëris æstus viget. Ut imbecillis & mollibus non inutilis est exiguus cibus datus ante sectam venam, ita neque post missum sanguinem, si somnus obrepit, antea desideratus, is vitandus est. Qua tamen ratione, quæ probabilis sit, Medici omnes huic prohibeant, videre nequeo, nisi metus adsigat inter dormiendum, quod sæpe accidit, resolutio vinculo, sanguis denuo profluit; sed apte prohiberi hic casus potest vigilantiam custodum diligentis. De anni temporibus jam diximus, maxime opportunum esse ver, mox autumnum; deinde hyemem, tum demum æstatem.

CAPUT XXXIX.

In vena tundenda, quod sectionis genus sit magis ex usu.

SEctionis venæ tria sunt genera: lata, angusta, & media sive mediocris. Lata laudatur hyeme in corporibus melancholicis, & crassi sanguinis, & in quibus requiritur evacuatio subitanea & copiosa: verum quia hæc aliquando difficulter clauditur, ideo periculum immenent, ne inscienter inter dormiendum, aut alio quovis modo imprudenter, soluto loro, citò & illud vitam resolvat. In angusta verò etiam (quam Galenus commendat in revulsione faciendâ in imbecillis corporibus, quo minus vis corporis per eam resolvatur) quoniam sæpe thrombosis sequitur, prohibens evacuationem fieri quantam & qualem volumus, & etiam in ea abscessus sæpe fit; ideo & hujus, & alterius loco, mediocrem commendamus. Si tamen aliquando in alterutra peccandum est, præstat inclinare in amplio rem quam in alteram, quoniam ex hac crassior & impior sanguis facilius fertur; & si timetur ab imprudenti effluxu, major adhibenda erit observatio error autem angustioris, præter id quod ex ea tenuis tantum sanguis effunditur, abscessus, qui exinde in ea fiunt, diu molesti esse consueverunt.

CAPUT XL.

Quæ venæ variis in affectibus secari soleant.

OMnis vena visu manifesta, aut quæ sensu tactus percipitur, in humanum usum tundi potest. Aperiri jugulares posse inter, omnes fere scriptores convenit; hoc tamen fungi mandato neminem vidi, neque ipse experiri ausus sum, reformidans, ne propter earum magnitudinem, & magni trunci vicinitatem, non satis citò, neque tuto, cohiberi possint: quarum vice humeraria, quam altius capi potest, ubi sumus in angina, & in gravibus & diuturnis capitis doloribus.

§. 2. Accommodatissimæ & evidentissimæ sunt tres, in interna brachii parte; superior, humeralis seu cephalica nuncupatur quæ aptè tunditur in affectibus partium superiorum, ut capitis, cervicis, & humerorum; inferior, axillaris dicitur, quia ab axillari exoritur;

exoritur; vel hepatica. quia ex iis omnibus, quæ eo loco sunt. hepatis sit proximior: vel basilica quasi regia, quod regis instar primum locum meretur inter venas, quæ arte aperiri solent, cum ea frequentissime omnium aperitur, aut forte, ut quidam dicunt, quia basis aliarum esse videatur, cum sit inferiore loco sita: hæc in sinistro brachio splenica ab Hippocrate appellatur. Ex earum utraque furculus exit, quæ in medio utriusque spatii conjunctus, variis nominibus insignitur, modo scilicet *mediana vena* dicitur, quia medio loco inter utramque est sita; modo *communis*, quia ex superiore & inferiore est genita; modo *nigra*, aut *purpurea* eo quod cum & lata sit, & foris emineat, facile per eam color sanguinis aut subniger, aut purpureus representatur. Apertissime hæc aperitur vice distarum, si contingat illas latere, dum aliquid à superioribus partibus simul & ab inferioribus demere volumus: Basilica vero in febribus, & aliis morbis infra humeros natis: Tantus tamen est inter has consensus, ut facile & utiliter una pro altera capi possit, si quæ desideratur, angustior sit. Proxima vero amplior & plenior, ex communi trunco editur, qui statim ascendit supra radium, mox leniter descendit in sylvestrem brachii partem, unde ab aliquibus *finis brachii* appellata est, ex hoc plures in extremam manum calami propagatur; quorum unus ad annularem digitum fertur, ab Arabibus *Scyten* nuncupatus, quod nomen *Salvatiellam* vertunt, qui Avicennam & Rhafin latinitate donarunt; sic forte dicitur ob id, quod plerique, qui iterato sanguinem mittere non audebant: metu lædendarum virium, hanc aperire non verebantur; freti ex ea, quia longius abest à iecore, & parva est, corporis vires minus dissipari. Ex qua sectione plures videbantur servari, quam si neque ex hac, neque ex alia, sanguis missus fuisset. Quemadmodum nunc plures servari videmus à gravissimis morbis, confidenter repetita sanguinis detractione, quam olim, dum nimis formidolose vena secaretur, & timidissime secundo repetetur; cujus rationis mittendi satis certè meminimus ab annis ut minimum quadraginta. Alius dictæ finis furculus ad pollicem protenditur, qui ab aliquibus *cephalica* nuncupatur. Tanduntur hæc duæ lubentius, dum de viribus languentis, ut diximus, timetur, nempe quæ ad pollicem est in affectibus potius capitis, cervicis, humerorum & supremi thoracis: Altera, magis in affectibus aliarum partium, infra thoracem positarum, & in diuturnis febribus, quamvis parvum vel potius nullum debeat esse discrimen usus inter alterutram.

§. 3. In fronte multis tres patent, aliis plures, aliis pauciores; sitæ hæc sunt ad utrumque tempus, & in media fronte; secantur in affectibus capitis, aurium, & oculorum tum perennibus, tum recēter natis, præmissa tamen evacuatione ex brachio. Secus aures nonnullis etiam una conspicitur, quæ effectuum aurium & occipitis causa, rectè dividitur. Has Hippocrates (nisi & arterias intelligat) dicebat homines reddere steriles; quod si interdum experientia id fuerit comprobatum, non crediderim id tam evenisse, ob harum proprietatem, quam ex nimium fortè profusa sanguinis copia. Ad nasum etiam una utriusque sæpe apparet, juxta magnum oculorum angulum, à cujus sectione contumaces oculorum passiones suffragium capiunt.

§. 4. Nasi venam in perenni capitis dolore aperiri præcepit Gal. 2. *De comp. Med. per loc. cap. 2.* Quæ tamen hæc sit, & ubi sita, certè non constat: nam mox dictæ non venæ nasi simpliciter appellantur, sed cum additione, ad magnum oculorum canthum. Meminit etiam Rhafis venæ nasi, 7. *ad Almanforem, cap. XXI.* iis verbis: *Nasi vena manifeste non est, sed si ex ea phlebotomia, cum locus qui palpatus*

sensitur fissus, lanceola vulneratur. Quum nec ex his authoribus, nec aliis, quod meminerim, intelligi possit, qua nasi parte vena hæc ferienda aut invenienda sit, dicam quod olim, dum adolescens Chirurgiam exercebam, consilio cujusdam Medici, qui plus experientia quam doctrina pollebat, plerumque fecerim: nam hoc, ille, venæ nasi apertionem nuncupabat. Illius instituto, eoque præsentate, scalpellum inferebam in summitatem nasi, inter utramque cartilaginem, quæ tactu digiti distincte discernuntur [qui locus est is quem Rhafis dicit] altiusculeque impellebam, ad longitudinem puta longioris grani peponis, aut paulo amplius; ex quo vulnere non rivulose, ut fit ex vulnerata vena, sanguis effluebat, sed stillatim, & modica quantitate, nempe ad unciam unam ad summum. Id ille imperabat frequenter, in vetustis oculorum affectibus, necnon etiam in diuturnis capitis doloribus, qui tamen parum ex ea levati videbantur. Hanc ego postea utiliorem comperi in nasi rubore, quam in capitis aut oculorum doloribus. Sed ut verum fatear, non est ea reponenda in serie venæ-sectionis, sed scari- ficationis potius.

§. 5. Duæ sub lingua jacent, quæ efficacissime anginae subveniunt, & cæteris oris, aut faucium, aut gingivarum inflammationibus, sed præmissa largæ evacuatione ex brachio, ut supra diximus. Una sub poplite, quæ à crurali juxta inguen exorta, per domesticam coxæ partem deorsum fertur, perque poplitem transiens, ad internum malleolum descendit, quam ibi *saphenam* appellant. Utroque loco, vel alterutro dividi solet ad ischiadicos, vel alios coxæ dolores, vel ad menses evocandos. Sunt tamen qui ad ischii aut externos coxæ dolores non hanc, sed alteram dictam propterea sciaticam, sed *ischiadieam*, quæ sub genu externe ad externum malleolum dimittitur, secant. Verum hæc in multis non reperitur, & altera ad id munus ejusdem, ne dicam majoris, est efficacior. Quod si ad malleolos non manifestentur, ad radices digitorum pedis exquiruntur. Una in pene, quandoque duæ; quarum apertio facit ad morbos pubis, imi ventris, scroti, & penis. Multæ sunt aliæ præter has, tum à Galeno, tum ab aliis scriptoribus memoratæ: Verum cum sectionis earum usus aboleverit, de iis dicere supersedeo, atque ad arterias me confero.

CAPUT XLI.

De arteriarum sectione.

Arterias Veteres sub nomine venarum comprehendebant, quare præter scopum nostrum non fuerit aliquid de iis incidendis dicere, Hæ igitur, quamquam per omnes corporis partes, veluti venæ, sint disseminatæ, non tamen tot locis, neque tam frequenter ut illæ, aperiuntur. Frequens est earum divisio quæ ad tempora sunt, non aliarum, quod usu noverim. Hæ igitur, quasi miraculo, quodammodo mederi solent vetustis capitis doloribus, contumacibus oculorum inflammationibus, & diuturnis aurium tinnitibus, lancinationibus, & aliis earum cruciatibus. Cæterum etsi mirabiliter dictis affectibus subveniat, nullum interim tam contumacem & tam gravem vidimus à decennio quem gratia divina ex venæ sectione in cubito, non neglectis interim aliis præfidiis, sed non divisa arteria non sanaverimus.

CAPUT

CAPUT ULTIMUM

De particulari sanguinis distractione.

Etsi scarificatio non comprehendatur in serie & numero sectionis venæ, non ejicitur tamen à serie eorum auxiliorum, quæ, sanguinem mittendo, corpus adjuvant, non univèrsim per se, ut venæ-sectionis, sed per accidens, cum servato membro per hæc, sæpè etiam sic totum corpus servatur, quorum plurima sæpè, in amputatione magnorum membrorum, scarificatione ab interitu sive mortificatione, ut appellant, liberantur.

§. 2. Vulnusculis igitur sive scarificationibus, succurritur corpori, exonerando partem quæ exuperantia sanguinis aut alterius humoris suffocatur, ut in gangræna; aut premitur & obsidetur longa inflammatione, aut diutino sensu doloris aut podæris urgetur. Itaque vel solæ adhibentur, ut in gangræna (de quibus agimus libello *De vulneribus sceleratorum*) & in vetustis inflammationibus, & contumacibus corporis ulceribus: vel cum cacarbitulis & coraculis, ut dum hæc cervici & humeris affiguntur, ad exonerandam partem proximam, caput puta, aut fauces, aut oculos; vel dum cucurbitulæ applicantur natis, ad dolores lumborum, vel ischio, ad internum ischii affectum, vel aliis locis, à quibus aliquid demum scarificatu, vel ad quæ evocari & derivari tumor, desideratur. Harum autem omnium affigendarum modus dictus est, ubi de ratione aperientis venæ egimus.

§. 3. Nec extra ordinem etiam eorum, quæ corporis valetudini conferre possunt sanguinem extrahendo, sunt hirudines, cum ad sanitatem comparandam, tum etiam ad tuendam; cum & hæc magnam vim habeant veteres & induratas inflammationes dissipare, dolores leuire, scabiola ulcera resiccare, exedentia & sordida retinere & detergere, suppressas hæmorrhoidas revocare, & turgentes, & induratas mollire & dissolvere, partibus scilicet affectis oppositæ, & repetitæ. Verum aptiores essentia corporibus ferrum timentibus, quam aliis; quoniam, quicquid in resolvendis & dissipandis tumoribus & doloribus possunt hæc, ad ipsum scarificatio præstabit: verum & horum usus in tempore emolumentum habet. Reliqua hæc prætermittam, curabimus pro nobis viribus & industria adjungi, si id nobis à supremo satorum Numine concedatur, ubi seorsim de sanguinum morborum curationibus agetur.

Hællenus Leonardus Borallus: qui super largiori sanguinis missione, ac ejusdem in omnibus prope Morbis utilitate, nobis erit inlar omnium. Abstineamus à recensendis pluribus Medicis Spagiricis, ac etiam aliis huic curationi infensissimis ac sanguinis eductionem nunquam admittentibus; & pro nimietate devitanda, contenti erimus jam producere Celebrerrimum Tozzium, qui super ejusmodi Evacuatione, omnium sanè solidissimè disserit. Esto itaque.

Clariss. Luca Tozzi, Professoris Neapolitani

Appendix ad Commentarium Hippocr.
Aphorismi Tertii

Libri Primi.

Quamvis alibi recensita, atque è Medicis fundamentis eruta sita esse potuissent, ut quem-
Tom. IV. Pars II.

libet præjudiciis exutum facile persuadere valerent, ut in hac, & quidem magni momenti, re, cautius se gererent; quia tamen nec his adhuc plerique Recentiores acquiescunt, quinimò vetustam fortasse cupientes in re medica mittendi sanguinis consuetudinem sustinere, illam è Mechanicis, secundum regulas motuum, suffulcire nuperrimè conati sunt: atque statuta in primis, juxta moderniorum Anatomicorum observationes, Cordis primi impellentis putati, musculari structura, deinde verò Arteriarum, mox etiam musculorum adjacentium, atque motum sanguinis per suos ductus coadjuvantium pressione, acutè quidem, & ingeniosè nimis, persuadere fatagunt, plurimùm in sanguinis, aliorumque liquorum cum sanguine commiscendorum visis, & partium solidarum ægritudinibus, venarum, atque Arteriarum sectiones, sed earumdem curationes conferre, & tum (ut Veteres consueverunt) è directo, tum ex opposito partis laborantis latere, atque ex locis tam remotioribus, quam vicinis, & tum gratia motus sanguinis promovendi, tum etiam refrigerandi, ipsamque vel quantitate excedentem, vel qualitate vitiosam, diminuendi, depurandi, invertendi, aut alterandi, illas commendant: quamobrem in omnibus ferè ægritudinibus illas prodesse posse se firmiter ostendere arbitrantur. Sed & (quod majus) ex iisdem legibus Mechanicis, etiam sinapismos, ac phænigmos, cauteria, & fonticulos, setones, cucurbitulas, ac quodcumque aliud ex Chirurgico fonte petitum auxilium, in idem adjumentum revocant, ac ritè, rectèque revocandam demonstrare conantur; proinde si hæc adjiceremus, operæ pretium nos facturos esse existimavimus.

Et sanè, si liberè licet in hac re fateri, quod præjudiciis exuto probabile magis videtur, etsi quæ à Mechanicis desumuntur, verissima in se ipsis sint, & firmis, solidisque demonstrationibus, ac experimentis stabilita, cum nimirum Mechanica, ut Ars ipsa suggerit, purè considerantur; si tamen illa eadem ad viventia corpora, eorumque Physicas operationes reducantur, mirum quàm longè variant, ac deficiant, cum ab ipsis plurimùm alterari, ac permutari possint, immò veluti labe quadam erroris inficiantur, ut propterea à præconcepto sine declinent, & multoties penitus aberrant. Ea siquidem est Physices, & Physicarum rerum conditio, saltem respectu nostri, ut cuiuscumque aliæ facultati si jungantur illam coequinent, ac deturpent. Quare licet multùm conferant, quæ à Mathematicis, Opticis, Dioptricis, Hydraulicis, Mechanicis, cæterisque sumuntur, ad explicanda phænomena Naturæ, quibus scilicet melius nos valeamus illa percipere, & nostris sensibus adaptare; nihilominus, quod inde possimus sine ullo penitus errore de iisdem indubiè, & evidenter concludere, non est quod sperare liceat. Ita quidem licet Astronomi, ut mentibus nostris quæquæ ratione cœlestia phænomena, ac syderum motus aptarent; ad regulas quasdam è Mathesi petitas, quo fieri posset congruentias, redegerunt, sinxeruntque motus circulares in Epicyclis, Excentricis, Concentricis, aliisque deferentibus circulis, & orbibus; & ingeniosissimus Cartesius per vortices, partesque varias, primi, secundi, & tertii, ut ipse vocat, elementi; undè commodè nostris observationibus congruerent, & intelligenda insinuarent: ex hypothese tamen hæc omnia proposuere, quia revera nulla sunt, & mente solummodo conficta. Sic etiam multa in Physicis per Sal, Sulphur, Mercurium, Phlegma, Terram dampnatam, & similia, itemque per Acidum, & Alkali constantur Physiologi per experimenta nostris sensibus exhibere; sed revera an viventium corporibus hæc insint à prima sui constitutione, penitus ignoramus, nec certò statuere valeamus. *Quemadmodum*
E f *enim*

enim [scilicet advertit, licet ad rem aliam, acutissimi Bernardus Connor] *quolibet pars Terra, Aqua, et Aeris, vel alterius sive simplicis, sive mixti & compositi Corporis, mutatis figuris, quæ salina erant, sulphurea fieri possunt; hæc est, quæ acutis cuspidibus sales referebant, rotundata, aut pyramidales reddita, evadunt sulphurea, & vicissim, ut propterea juxta variam earundem proportionem, ac texturam transcant, & commutentur in Arborea, Plantas, Fructus, Semina, Flores, adeoque in vinum, panem, aliaque alibilia; ita vicissim ista, eversa figura, & mole, in alias res transmutari possunt. Sic Carnes, Panis, Fructus, aliaque edulia nobis usitata, brevi spatio intra ventriculum assumpta dissolvuntur, & in fluxilem succum, nempe chylum, commutantur, quippe alimenta ista salibus acidis, & alkalicis redundant, qui deinde in stomacho, ac postmodum in sanguine, toti convertuntur in Alkali: quod patet, quia, si pluries, & pluries sani Hominis sanguinem distillaveris, ne guttulam quidem salis acidi, sed copiosum salem alkalinum inde colligeris. Et mox: Spiritus vini, Cornu cervi, Salis ammoniaci, Aqua fortis, Spiritus vitrioli, Sulphuris, Salis communis, Aluminis, & reliqui liquores salini, ac sulphurei, repetitis distillationibus acrimoniam exuunt, & in aquam insulsam convertuntur, mutata scilicet eorundem salium figura: Aqua ipsa, teste Boyle, lenissima distillatione per triennium super ignem in vasis vitreis strictissime clausis, in terram elementarem transmutatur, servato ferè eodem pondere. Sic pariter commixti liquores extra nos aliud quid omnino peragunt, ac cum intra ventriculum fuerint assumpti, utpotè in eadem infracti, inversi, permutati, ab aliis humoribus ibidem stagnantibus, aut aliunde transfusis, unde ab illis ad istos non licet congruenter inferre. En igitur quam facilis, & prompta mutatio in rebus physicis, quæ in Mathematicis neququam contingit. Hinc Cartesius ipse, qui primus Animantis, veluti Automata, contemplatus est, & per regulas Mechanicæ multa in operationibus eorundem scitè admodum dilucidare est aditus, non nisi hypotheticè solum illa consideranda proposuit; quod & alii plures post ipsam confirmare non sunt veriti. Itaque commendabilia planè sunt, quæ ex Mechanicis ad nostram captum deprompta, pro explicandis rerum naturalium proprietatibus proponuntur, sed non inde tamen licet certè concludere, illas ita se profus habere, parique ratione in cunctis aliis rebus prosequi posse. In hunc eandem modum se habet Boyle, cæterique omnes post ipsam, quoniam bene norunt Mechanicæ documenta, ac præcepta in Artificialibus, si rectè aptentur, infalibilia evadere; in Naturalibus verò non æquè, nec ad amissim congruere, licet similitudine quadam nos doceant id ipsum à Natura vel non multùm dissimiliter peragi posse, sicut in Artificialibus, usovenire comperimus; & quidem ratione clarissima, si quidem in Artificialibus, quæ aptantur ad opus, & operis executionem omnino ex parte noscuntur, & ut expehit, ac opus est, ita profus disponuntur, & adaptantur, ut nihil lateat, quod eidem conferre quest; at verò in Naturalibus pieraque recondita sunt, & occulta, quæque potissimum ad opus ipsum adimplendum præcipua sunt, & necessaria. Sic ad exequendum motum arbitrariam musculorum, licet sciamus inservire musculos & nervos, ac motrices eorundem fibras diversimodè insecti oportere, itemque extendi, contrahi, tendi, laxari, atque in diversas figuras Mathematicas adaptari, latet tamen, qua ratione, quibus modis, qua vi, aut imperio superioris virtutis opus illud peragatur, ut ad simplicem Arbitrii naturam multifariam expeditissimè disponatur, perficia-*

turque. Hinc jure optimo dixerim Mechanicæ Leges, & Instrumenta assimilari quidem posse, sed non æquè, ac ad amissim comparari operibus Naturæ, quæ cum nobis ignota sunt, nusquam poterunt ad certas leges redigi.

Ut autem, quæ generatim dicta sunt ad nostrum propositum, tam in statu sano, quàm in morbo corpore humani, contrahamus, placeat Lectori hæc mecum sigillatim pendere, & examinare, ut omni exitus præjudicio de proposita questione decernere possit, num scilicet, quæ ex Mechanicis petuntur, exactè consonent Physicis Animalium operationibus, & pariformiter quadrent motui cordis, & sanguinis, cæterisque musculorum, & membranarum motionibus.

Dubio procul est, Pulsum, seu motum cordis & sanguinis, localem esse, atque ad ipsam perficiendum requiri in universum movens, mobile, spatium, terminos motus, motum ipsum diligentia, ac denique eundem coadjuvantia, ut ritè, rectèque peragatur, ac certa, stabilique regula, statutoque ordine, rhythmo, ac usu convenienti moderatus, petentis fiat.

Hæc sanè in manufactis, secundum regulas Mechanicæ, ritè, rectèque disposita cum fuerint, fieri nequit, quin motus inde exigitur, omni ex parte absolutus, ac directus, minimèque interruptus consequatur: quomobrem ubi quis bene, exactèque disposita noverit secundum Mechanicæ regulas; ita ut nihil quidpiam deficiat, aut excedat, nisiq; intermissum, interjectumq; sit, quod possit pervertere, impedire, celerrare, aut retardare mobilis locomotionem, profectò concludenter, & scitè poterit de motu ipso, & motus operationibus determinare. At verò, si forte fortuna aliquid accedat, quod unum ex iis, quæ ad motum ipsam perficiendam concurrunt, perturbet, aut dimoveat, planè motus ipse devius fiet, aut desinet. Quoniam ergo in Naturalibus, & præsertim in Viventibus sensitivis, hæc omnia tam alterabilia, ac mutabilia sunt, ut planè dixerim, nunquam in se ipsis æquabiliter consistere, propterea qui fieri poterit, ut exinde certæ leges, aut inconcussæ regulæ colligi queant. Sed & quod gravius, nondum plene de illis huc usque constat, quo pacto in Animalibus petagantur, cum universæ operationes Naturæ hæctenus nobis incomptæ sint, nec possit quispiam per mille secula gloriari, ad certam notitiam illas redegeisse. Etsi enim plurimum in his sit allaboratum, multaque per accuratissimas observationes Anatomicarum, & alia per Physicorum ingeniosissima excogitata, ac experimenta, inventa sunt; illa tamen non nisi probabiles conjecturas ad summum attingunt, haud quaquam verò certas, de quibus jurare possumus.

Et quidem, post tot, tantaque in Rem Medicam promovendam solertissimè introducta, nescimus adhuc qua vi, quibus modis, aut instrumentis motus iste Cordis, & sanguinis absolvetur, & num revera Cor primum, ac præcipuum sit hujus motus Movens, & Impellens, an potius ex adverso sanguis sit causa proxima & immediata hujus motus & impulsus? Etenim in primo illo puncto saliente Embryonis cum vix tenuis bubulla sensibus nostris conspicua sit, ejuscemodi motus percipitur, eodem profus ordine ac rhythmo, quo in adultis observatur, sibi que tunc sanguis viam facere videtur per exiguos arteriarum, & venarum tubulos, quousque vas ovale, sinistrumque Cordis ventriculum subeat: neque id abs re dictum, quoniam à sanguine partes cunctas corporis vigere, ac nutrirî & vitales operationes sustinere, plerisque non irrationabiliter putatur. Sed etsi Cor sit primum movens, primumque impellens, in controversiam adhuc positum, num ab interna facultate, eaque sive naturali, sive vitali, sive etiam animali, motum huic tam regulariter peragat,

peragat, & num etiam electiva, ac cognoscitiva, immò cum advertentia, ad instar cæterorum musculorum; an verò ab usu, & consuetudine contracta per iteratos actus ab initio vitæ. Sic pariter dubitare licet num tam accurata, & exacta Cordis structura, constructa sit propter ipsum motum, an potius ad robur solum, & fortitudinem ejusdem, ut huic perenni motui resistat, cum in plerisque animalibus talis, ac tanta illa non sit, immò etiam dissimiliter disposita. Ingressus præterea, & egressus sanguinis à Corde, nec in cunctis animantibus uniusmodi est; quin & in ipso homine tam adulto, quàm nuper nato, intra, & extra uterum varius. Dubio etiam vertitur, num motus ejusdem compositus ex diastole, & systole, sit uterque ab interno principio, an alteruter solum; & alter quidem à mera gravitate, sive introrsum, sive extrorsum concidente.

Quæ insuper, qualis & quanta sit universum, tam in statu sano, quàm in morboſo vis, & facultas solidi impellentis in fluidum impulsum, & num semper, ac perpetuò æquabilis in utrisque sit illa in impellendo, hæc in obsequendo, debita convenientique proportione, quis unquam poterit certa methodo determinare? Planè ista penitus captum nostrum effugiunt. A musculis etiam per universum corpus dispersis quoque plurima potest sanguini circumcuncti impertiri, quippe qui, ex doctrinâ Helmontii, peculiari quadam vi matrice sunt præditi, ut aliàs innuimus. At verò, quod partes Corporis universæ simul unâ in generatione præjactæ sint, ut aliàs à nobis est ostensum, nec una ante aliam sit formata, etiam ex documento Hippocratis, procul dubio una alteram in suis operationibus juvabit, nec una poterit reipsa ab alia pendere, sed potius simul omnes consentire ad corporis molem, vitaliter sustinendam, & conservandam: Reciproca enim, & æquè potens esse debet vis, & influxus unius in alteram, atque adeò potestas & impetus solidi in fluidum, & fluidi in fluidum vicissim proportionaliter æqualis; cùm solidum à fluido vigeat, sustineatur, ac conservetur, ac fluidum ex adverso à solido reparetur, repurgetur, ac reflorescat; ut propterea alterutra ex parte si vis ista deficiat, aut vacillet Motus, Movens, Mobile à consueto, & naturali statu sano plurimum deficient. Eriſi deinde quidpiam mali ab illis emergat, haud quaquam sciri poterit cujus vitio, aut defectu, id accidat, cum conjecturæ utrinque desumi, & utrinque desumptæ, fallaces esse possint.

Neque propterea solidum semper in fluidum actionem exercit in motu promovendo; cùm ex adverso sæpe sæpius experiamur fluidum in solidum potius eandem excitare; Etenim in febribus quibuscunque, prima actio videtur esse à liquidis in modum fermentationis indebitum adactis, unde postmodum partes solidæ in suis operationibus depravantur. Sic pariter fibræ nervæ, membranæ, muscoli, nullatenus in Epilepsia, cæterisque affectibus spasmodicis contorquerentur, nisi à proripiente aliquo liquore in motum illum forent laceratæ. Idemque dicendum in Tussi, Empyemate, Stranguria, Dysuria, Dysenteria, & similibus.

Vitia insuper, quæ solidis primò tribui videntur nonnisi à fluidis multò antea vitiatas, promanant: nam cùm à se ipsis lædi nequeant, profectò ab aliis, & quidem liquidis, efficiuntur, sive causæ externæ, sive internæ ad id ipsum acculentur; siquidem solida quæcunque, sive laxa sive contracta, sive tenſa, & dura, sive mollia, aut aliter affecta dicantur, nonnisi per actionem liquidorum talia fiunt, cum membranæ, muscoli, nervi, fibræ, glandulæ, aut si mavis, alia solida, in corporibus viventium considerata, sua natura non arida, exuica,

Tom. IV, Pars II.

rigida, inflexibilia omninò sunt, sed convenienter mollia, illita, irrorata, humefacta; quamobrem cùm præter naturam contrahuntur, tenduntur, obriſcunt, vel plus justo mollescent, & laxantur, ab aliquo humore procul dubio corrugante, irritante, vel contra distendente, & emolliente, aut aliter præter naturam afficiente lædentur: & cùm in statu sano in Athleticis firmanur, roborantur, consolidantur, nonnisi per alimentum ejusdem generis, & conditionis, ob exercitia affluentius suggestum, & melius elaboratum, ita efficiuntur; ut propterea quæ partes magis exercentur, majus quoque abundantius, ac solidiusque nutrimentum suscipiunt: quæ ratione experimur in cunctis, etiam natura languidioribus, dextrum brachium majoris molis, & robustioris virtutis evadere, quàm sinistrum; quia per assiduas exercitationes, pori illius magis dilatati, majus quoque alimentum recipiunt, magisque compactum, ac solidum impostum fortuntur. Itaque innumerabilia propemodum sunt, quæ dubiam ac incertam hanc de primo Movente positionem reddunt.

At verò Cor ipsum (dato quod sit primum movens) multifariam præ cæteris turbari, adeoque impulsu varium excitare potest, tum causa sui diversimodè affecti, tum causa aliorum ad ejusdem impulsu concurrentium, ut sunt nervi, ac spiritus animales dicti, in Cor ipsum influentes, nec non Phantasia ex diversis objectis, & Phantasmatibus commota, per innumerabiles animi passiones. Quare, cùm nunquam Cor in eodem statu permaneat, sed diversis assiduo subeat, etiam in statu salubri, perturbationes, profectò non semper eodem modo æquabiliter movetur, & impellit; eoque magis, quia in sanguinis, & chyli per venam cavam ascendentem receptione, modò in Diastole, modò in Systole, modò in utrisque, diversimodè se habet; unde postmodum pulsationes variæ; sicut etiam variæ quoque in motu, ac in quiete corporis, in somno, ac in vigilia, vacuo aut repleto ventriculo, cæterisque mutationibus, præter ea quæ casu, aut inopino eventu, Corporibus accidunt.

Secundò mobile, id est sanguis à Corde impulsus, perpetim quoque variat, tum ratione sui, interius in suis particulis commoti, & à recrementis repurgandi; tum ratione aliorum humorum cum ipso permixtorum, aut permiscendorum, qui variis, ac multigeni esse solent, sive in statu naturali, sive præter naturam, ex innumeris ferè ægritudinibus contingentes; unde multoties qui exinde fecerni, ac repurgari debebant, non fecernuntur, nec repurgantur; aut mali ac vitiosi cum ipso commiscuntur. Spiritus item, seu potius pars ejusdem sanguinis vivida, semper in eodem variat, aut immodica ex solutione, aut non convenienti refectione; idque potissimum in ægris. Pars etiam glutinosa, nec semper uniformis est, nec chylus, qui eidem suggeritur, ut & lymphæ undequaque variabilis, tam in quantitate, quàm in qualitate, cæterisque. Aër pariter inspiratus per pulmones, aut circumambiens per poros corporis, mirum quantum etiam varietatem in corporibus faciat; itemque vapores aut halitus perspiratione dissolvendi, tam in sanis, quàm in morboſis; motus item pulmonis, ac diaphragmatis, & musculorum intercostalium, simulque cum his alia plura, quæ nos latent, à quibus mobile istud diversas subire potest mutationes, ut propterea non semper æqui moveatur, nec ejusdem virtutis, energiæ, aut elateris, neque certa lege, aut periodo comprehensibilis.

Idemmet quoque sanguis, sive in statu secundum naturam, sive in statu præter naturam, aliquando plus justo rareſcit, aliquando densatur; interdum

Ff 2

parte

parte florida abundat; aut deficit, interdum fibrosa; alius est jejuno stomacho, & alius à pastu; alius in quiete, alius in motu; unde & aliquando latius spatium, aliquando angustius, nonnunquam concitatior in suo circuitu sit, quandoque tardior, crebrior, aut rarior; idque passim singulo quoque die, & in individuis, adeo inter se differentibus. Sive insuper sanguis à se ipso moveatur, ac veluti undatim gyrum suum absolvat per arterias, & venas; sive a corde impellente, ut in motu projectorum, vel à comprimentibus arteriis, per eandem fortasse vim utrisque insitam; vel ob texturam fibrarum oscillantium, aliudve simile, semper in suo motu inæquabilem subibit varietatem: in motu siquidem projectorum, quo magis à propellente projectum distat, eò debilius, ac debilius evadit, ut tandem in quietem desinat. Si verò à sanguine ipso motus hic habeatur, quia in ipso itinere semper consumitur, & tenuiori sui parte fatescit, aut etiam in robur, ac nutrimentum partium transit, tractu temporis remotiores partes pertingens, in arteriis hebescit; mox etiam in venas transfusus, magis, magisque lentescit, adhuc ex valvulis earundem impediens; unde non raro fit, ut in eisdem pariter concreseat, veluti in varicibus, desinente simul unà impulsu & pressione arteriarum, & crassescente pariter sanguine, vi ejusdem non leviter imminuta, quamobrem certa lege hæc omnia ad normam invariabilem redigere, impossibile videtur.

Per Venæ - sectionem præterea, Sanguis exiliens non nisi ab arteria, quæ in venam sectam influit, egreditur, adeoque lege circulationis, sanguis arteriosus aliquantulum duntaxat mutatus, inanitur; eo autem diminuto, minuitur quoque deinceps impulsus in venas adjacentes, & successivè in reliquas superiores, atque in ramum venæ cavæ ascendenti, quæ sanguinem in Cor reducit: Hinc impetus in idem Cor, & vigor à sanguine promans, pariformiter imminuitur. Celeratur autem per aliquod tempus motus in pulsu, & in arteriis, quia ob earundem depletionem coguntur in supplementum inaniti sanguinis à superioribus arteriis, & à corde novam, & novum alium excipere, atque in detracta sanguinis, arteriarumque inanitarum auxilium, frequentiori nisu, reliquam sanguinem propellere, qui tandem iteratis circuitibus sensim deficit, postquam scilicet ab adstricta vena secta paulatim subsisterit.

Tertiò Spatia, seu Cavitates, per quas mobile, id est sanguis assidue movetur, & circuit, quales sunt Ventriculi cordis, Arteriæ, & Venæ, varias subire possunt mutationes; & quidem hæc cum suis fibris sint intertextæ, quæ nunc molliores, nunc duriores, modo laxæ, modò rigidæ; proinde fit, ut aliquando latiores, aliquando angustiores ille evadant, præsertim in morbis, atque in diversis eorumdem temporibus, tum universalibus, tum particularibus; unde aliter se habent inter initia accessionum, aliter in augmento, & aliter in statu, ac declinatione; idque potissimum ex varietate humorum illas afficientium, acrim, acidorum, aliorumque, nec non ex diversa eorumdem motione, ut & à causis externis, ambiente aère, cibo, potu, medicamentis assumptis, cæterisque; itemque cum per viscera malè affecta recurrunt, quæ in aëris quoque multum variant, & magis, magisque in glandulis, & apicibus arteriarum, quæ ex observatione ploriorum Anatomicorum non pulsant: quæ etiam de causa diversimodè pariter per poros partium pereolantur, & ab oscillis venarum excipiuntur, indeque in vasa majora, ac in jecur, cæteraque viscera. Simul cum his variant etiam Spiritus à sanguine eliciti,

qui vel dissipantur plus justo, & evanescent, vel concrevant, acefcunt & in alios omnino degeneres permutantur; quemadmodum & halitus, sive evaporationes, quæ diutius retentæ sanguinem insiciunt; & in suo motu plurimum perturbant. Quod si tubercula, abscessus, alique tumores in glandulis, cæterisque partibus, ingenerentur, ut non raro fieri solet, quam graviora, & pejora contingant nemo planè addubitabit. Quamobrem neque ex hoc certæ leges hauriri poterunt.

Quartò Interstitia, seu intermedia arteriarum, & venarum, quam etiam ignota sint, quisque novit si enim per intermedios poros partium, procul dubio in his moram aliquam contrahens sanguis, sive ut partes ipsas nutriat, sive ut easdem vivificet, & roboret; multum à priori, per arterias impulso deficit, tam ratione sui, parte aliqua depauperati, quam ratione impellentis, nequeentis pari impetu, sicuti in arteriis inclusus, è latiori semper loco in angustiorum deferatur; & contra in venis ex angustiori traducatur in ampliorum. Si verò per Anastomosis, quam plerique habere aiunt arterias cum venis; planè constat, exiles arteriolas in apicibus non pulsare, adeoque nec æquabili ratione propellere susceptum sanguinem. Neque præterea plene liquet, num indiscriminatim plures venæ ab una arteriola in unam venulam impulsam sanguinem transfundant, & quo pacto per venas perpetuò majores, ac majores, suis etiam valvulis interseptas, motum eundem continent, cum in latiori spatio motus, ac impulsus lentescat. In arteriis insuper contentus sanguis lymphæ, & sero scatet, quibus resumptis à vasis lymphaticis, per interjacentes glandulas, magna ex parte destituitur, cum in venas trajicitur; unde non eandem omnino tenuitatem, fluxilitatemque in iisdem retinet: quamobrem diversus à cunctis ponitur sanguis, qui in venis est, ab illo, qui per arterias excutrit. Quod si in glandulis, intermediis ejuscemodi spatiis, seu interstitiis, aut etiam in apicibus arteriarum, vel venarum impedimentum aliquod, fortassis præter naturam acciderit, quam varia adhuc, interrupta, & vitiosa fiet sanguinis tractio; ut non raro contingit in febribus acutis. Quid si insuper vitium sit in lymphæ, & vasis lymphaticis, itemque in nervis per eas partes pererrantibus, aut etiam in adjunctis, & circumjacentibus partibus, quæ pressæ, constipatæ, obstructæ, tumefactæ, aliterve affectæ, plurimum possunt circumgyratum sanguinem & lympham incommodare; præter innumera alia accidentia, quæ vix concipere valeamus, sed tamen Anatomicis cadaverum dissectionibus non semel inventa, & observata sunt.

Quintò adjuvantia, aut dirigentia motum, ut præsertim sunt Musculi, eorumdem fibræ motrices, ac viscera, diversimodè quoque compellunt, cum proritata, gravata, constipata, impedita non uniformiter moveant, & moveantur, tum multoties vitio sui, tum non raro vitio nervorum, & spirituum animalium in eos influentium; unde sæpenumero laxitates, contractiones, tensiones, durities, compactiones, dolores, imbecillitates, torpores, alique innumera accidentia illis contingunt; qua de re; nec æquabilis semper in eisdem compulsus, aut in motibus sanguinis adjumentum fit, cum omnia ferè in ægrotis commutari soleant; (præter ea quæ sanis quoque frequenter accidunt) nam bonum, & sanum ex integra causa, malum, & morbosum ex singulis defectibus evenit.

Quantum præterea ista variant in cunctis individuis, non est, quod multis persuadeam; etenim constat ex corporum constitutionibus, ætatibus, habitibus, regionibus, victus ratione, exercitiis, temporibus, & tempestatibus Anni, cæterisque hæc omnia ita

ita diversificari, ut quo pacto uai accidant, alii aliter contingant. Hinc pulsus quibusdam sunt perpetuo magni, quibusdam parvi, nonnullis celeres, & frequentes, aliis rari, & tardi, immò etiam pusilli, & debiles: sed & aliquibus non raro intermittentes, exiles, obscuro, vix perceptibiles. Quapropter quis unquam certis legibus, aut invariabili, constantique rationi illis restringere valebit? En igitur, quomodo fieri poterit, ut possint Mechanicis regulis, certisque demonstrationibus, Physicæ in hominibus habitæ operationes congruenter aptari, aut ex illis istæ certò sanciri?

Sed & ulterius quis unquam pro certo definiet, num impulsus Cordis in sanguinem æquè fiat in Ramum Aortæ descendens, ac in Ramum Aortæ ascendens, cum in Ramo ascendente consideranda sit major resistentia, ex parte sanguinis impulsii, quod sursum sit ascensus; quàm in descendente, qua propria gravitate, fluxilitateque, facilius movetur, & profuit. Et quamvis à proportione majoris capacitatis in Ascendente, per quam major sanguinis impulsii quantitas traducitur, comparatione habita ad ramum descendens angustiorum, minoris quantitatis susceptivum, qua ratione evinci possit, æqualem in utrisque fieri propulsionem, quemadmodum in Hydraulicis per varios ductus, latiores, angustioresque, aquam fundentibus experimur; non tamen id ipsum omninò contingit in Aorta ascendente, ac descendente: nam una sursum, altera deorsum vergit; nec deinde per æquales tubulos, aut conformes lemitas, sed omnino varias, diversasque, adèd ut impulsus in descendens Aortam, ob angustiorum, ac perimetro minorem locum, major evadat; sanguis tamen, veluti in angustiori loco receptus, paucior est, qui deinde per plures, & plures ramulos tortuosè admodum diffusus, & quantitate minutus, ac impetu deinceps relentescente, non leviter retardatus, comparari haudquaquam proportionaliter poterit sanguini abundantiori, per ampliorem Aortam ascendens sursum excurrenti. Quin & sanguis per Aortam ascendens majori quantitate assurgens, quam per descendens, remoram sibi faceret, ob sui ipsius pondus, quod pondere sanguinis descendens majus esset.

Id ipsum considerare est in ramis, & canalibus arteriosis, per quos in aliquibus partibus recta, in aliis verò tortuosè admodum, & in quibus aliis partibus spatio ampliori, in aliis atstiori, & vix conspicuo sanguis diffunditur; unde qui, qualisve impulsus in his accidat, quis unquam divinabit? In his præterea qui Aneurismate laborant, ubi veluti in altero Corde, impulsus sanguinis vehementissimus percipitur, qua methòdo ista peragantur, saltem in partibus infra partem affectam sitis, vereri quoque subit. In Arteria similiter Cœliaca hypochondria affectorum, pulsus observantur elatiores, & crebriores, licet in aliis arteriis exiliores sint; contra verò in varicosis, hæmorrhoidibus affectis, aliisque quibus sanguis inter valvulas venarum hæret. Quæ igitur uniformitas motus in cunctis concipi poterit, ut exinde certæ regulæ deduci possint, quales in Mechanicis? Si enim corpus humanum sua natura perpetuò mutabile est, & mille propemodum alterationibus obnoxium, quomodo fiet, ut in ipso unquam stabiles, & immutabiles leges stabiliri queant, cum ex quacumque etiam levi causa mutetur, & licet nostris sensibus conspicuum aliquando non sit, re ipsa tamen tale est; atque de momento in momentum variabile, potissimum verò in statu morboso, cum scilicet causæ morborum occultæ sunt, & partes affectæ nullatenus determinabiles, sed tantum dubiâ conjecturis nobis suspectæ.

Tom. IV. Pars II.

Sed quid, quæso, unquam ponderis addit, vel detrahit ictus scorpionis, vel viperæ, aliisque venenosi animalis? Cujus causa sanguis momento temporis veneno infectus statim à sua crassi naturali declinat, & à suo motu descissit, adèd ut paulò post demorsus vita defungatur. Quid etiam ponderis exquirendum in peste, cæterisque contagiosis affectibus, ex infecto aère, atque in animi defectio-nibus, ex pravo halitu, ut & in præfocatione uterina, aliisque similibus? Quid in his, quæ extrinsecus admota corpori, ut emplastra, olea, caustica, præsertim tartus pedum, & carpis manuum, momento ferè temporis sanguinem inficiunt, ejusque motum perturbant, & in magnam virium jaçturam patientem conjiciunt? Similiter fumus mercurii, sulphuris, & Salis Animoniaci, nec non pleraque alia, sive bene, sive malè olentia, à quibus non leviter sanguis, & corpus universum alteratur, & vel bene, vel malè afficitur, quid ponderis adjiciunt, vel adimunt? Animi quoque pathemata inducunt ex solo aspectu, vel nuncio objecti tristis, aut voluptuosi, adhuc in sanis, quantum sanguinem perturbant, & immutent, nemo est, qui non sciat, cum tamen nihil illi adjiciatur, vel detrahatur.

Sed etsi certò sciretur, sanguinis detractionem alicui ægrotanti profuturam, adhuc tamen de quantitate evacuanda dubium maneret, quousque scilicet demenda foret, & quo tempore; quidque in detracti sanguinis supplementum esset adjiciendum ut meliorem, in reliquo sanguine crasim, introduceret. Cum naturæ, ætates, & cujusque ægrotantis corporis constitutiones (præter regiones, & anni tempestates) variæ, diversæque semper sint, atque in posterum futuræ; cum tamen ex regulis Mechanicis ista essent indiscriminatim peragenda. Quamobrem Prudenti Medico non tam facile licebit, in remedio tantoperè ancipiti, certam jaçturam facere per balsami vitalis detractionem, ac vitalium spirituum dispendium, in humanæ salutis, & vitæ manifestissimum periculum.

Accedit, quod plerique ad simplicem sanguinis aspectum repente animo inquantur, alii evomunt, aut alvo turbantur, & alii alias subeunt, sive animi, sive corporis afflictiones.

Præterea à misso sanguine, & multo meliori, puriorique, tuendæ vitæ magis necessario, spiritus, seu partes tenuiores, & volatiles aliquatenus diminuuntur; unde sicut in ipso defectus aliquis emergit, ita & in corda motus, ac impulsus aliquantum pariter, ut elanguat, necesse est: languente autem motu cordis, sanguis quoque minus impellitur; diminuto impulsu, faciliè sanguis lentescit, crascescit, hæret, adeoque momenta virtutis impulsus, & gravitatis, penitus mutantur, præter alia mala, & non raro etiam graviora. Nec satis est dicere, refici illico utrumque posse, ex cibo assumpto, aut pretiosis medicamentis; nam hæc, eadem ratione, qua sanguis deficit, etiam si convenienter assumantur, nonquam restaurare poterunt; si quidem non æquè bene in ventriculo, cæterisque visceribus, in chylum, & sanguinem commutabuntur, ad eam exactè refectionem, quæ necessaria est; nam à languente sanguine deficient quoque succi digestivi, & reliqua fermenta viscerum, immò quidquid ad ciborum, & sanguinis elaborationem, purgationemque requiritur.

Neque insuper perpetuò verum est, à sanguinis missione motum ejusdem citiorem fieri, atque adeo successivè lentescens, & crassum sanguinem attenuari, & exolvi. Quoniam non raro contrarium potius evenit, si quidem educta per sanguinis sectionem parte sanguini tenuiori, floridiorique, qui remanet, magis magisque crascescit, atque spiritibus magna ex

parte depauperatus, fibras, & cavum Cordis minus expandit, ac sollicitat, minusque pars ejusdem sanguinis vivifica in glutinosam, fibrosamque impetit, aut attritione rarefacit; unde pulsus tardior, tardior, & imbecillior fit. Atqui præterea cavitates Arteriarum, & Venarum inanitate, minus etiam per compressionem residuum sanguinem propellunt; itemque fibræ motrices, tum cordis, tum earundem laxiores redditæ, minus aptæ evadunt coarctationi, pressionique, quæ major solum accedit à sanguine uberiori, & vividiori illac appellente, ac oppiente, & veluti per iteratos cuneos amplificante. Constat autem hæc omnia potius deficere, quam augeri à sanguine missio, quamobrem non est quod citatior pulsus exinde perpetuò haberi possit.

Majus certè periculum ulterius accidit à sanguine missio in febricitibus, quæ sæpe numero à particulari fermento alicubi hærente contingunt, quemadmodum in paratitibus, in spina digito infixæ, vulnere, ulcere, abscessibus, tumoribus, carbunculis, anthracibus, cæterisque; unde sanguis subinde in motum præternaturalem adactus, etiamsi totus educeretur, febrem non solveret, neququam scilicet educita materia illa febrem excitante. Et quidem pleræque febres omnes hujus generis esse solent, ut ex dissectis cadaveribus innotuit. Quæ igitur, aut qualis unquam futura erit utilitas à sanguinis missione, quocumque tempore, aut modo peragatur in febricitibus? Hinc propterea satius, tutiusque visum accuratioribus, prudentioribusque Medicis, in morbis, & præsertim cum febribus conjunctis, ab hoc ancipiti præsidio, immò tot tantisque periculis implexo, abstinere, quod vitæ, & vitali fomiti directè nimis insidietur, per virium, & vitalis roboris detractionem, cui semel infractò, aut languenti, non tam facillè deinde succurratur, etiamsi pretiosa adhibeatur.

Quod si dicatur per missionem adaugeri in sanguine motum fermentativum ob indebitam fermentationem febrilem inductum, qua scilicet partes tenues coguntur seipsas à crassioribus, & heterogeneis extricare, adeoque ex fermentatione ipsa fieri expansionem majorem in sanguine, qui in angustiis cavitatibus arteriarum, & venarum veluti incapacibus, coactionem quandam patitur, ideoque exigere sui diminutionem, ut possit deinceps melius amplificari, subigi, & extricari, immò etiam in suo motu celerari, obicibus per missionem oblati, vel saltem imminui. Contra est, quia si fermentatio illa in sanguine major, proficua est, eò quòd per eam nititur Natura partes impuras à sanguine segregare, haud quaquam est impedienda. Per sanguinis missionem præterea, vel fermentatio diminuitur, vel augetur; si minor, impeditur procul dubio beneficium sequestrationis, quæ subinde speratur; si augetur inanis planè sit missio, quæ ad sedandam febrilem fermentationem ab ipsis creditur conducibilis. Sed & in canalibus angustioribus, vel minus liquidorum est major, quam sit in canalibus amplioribus, vel est minor; si major, bene poterit vi sua in spatium latius adigi, atque adeò sine missione ampliore locum exquirere; si minor, longè debilior, & minor fiet, facta ex venis detractione, quia per ipsam, multum diminuetur nifus in sanguine inibi contento. Sed nec quis sibi fingat per sanguinis missionem augeri fermentationem, ac subinde mox esse sedandam, facta nimirum sequestratione; nam cum sequestratio motus Naturæ sit, isque tempus plurimum dierum exigit, planè fieri non potest, ut tam brevi tempore illa per missionem futura sit, quæ potius confundit & turbat sanguinem, extrahit scilicet parte tenuiori, fluidiorique tanquam faciliùs excurrente, & reliqua commota remanente

cum crassa. Quin & contrarium sæpe sæpius experimur, factis præsertim inter initia febrium, sectionibus, in quibus impossibile est coctionem, secretionemque in humoribus haberi, quæ non nisi ad statum eandem comparere solet. Quæ præterea vis ex missione ista sanguini inferri potest, quæ valeat bonum à malo sanguine secerare? cum contra in motu liquidorum confusio potius inducatur, & inæqualis permissio, à commotione, & pressione veris, quam subeunt partes illorum tenuiores & crassiores: & si unquam coactæ subsident in ductibus, liquentes solum & fluidæ egredientur, quod nocuum.

Iisdem omnino ambiguitatibus subjiciuntur reliqua omnia, quæ pro sanguinis missione à suis Factoribus proponuntur: & quidem quod primò dicitur de majori velocitate sanguinis aucta in venis, à quibus sanguis mittitur, non est universaliter verum, quin plerumque in fractis momentis contractionum, & pressionum, in fibris cordis, arteriarum, & musculorum adjacentium, contrarium evenit. Quippe universus sanguis, & totus quantum est, in suis ductibus suscipiat impulsam à corde, & partibus circumambientibus, & coadjuvantibus ejusdem motum, sive modicus ille sit, sive multus. Finge per syncopen Cor stesisse; stat quoque & sanguis: cum verò Cor in suo motu redit, totus etiam sanguis pariformiter successivè commoveatur. Sed & contra, sit sanguis sua quantitate minutus, quia præcedentem nifum Cor amittit, ut nequeat tam valde continuum in venas commendant impellere, ex resilientia majori contracta in iisdem, procul dubio velocitas illa prior sensim hebetatur & languet. Unde sanguis in Animalibus tantum impellitur, quantum impellit, promovetque Cor ad motum, & pulsam sui; ut observare est in pulsu myuro, & deficiente. Pulsus quoque formicantes dicti, velocissimi, & creberrimi sunt, cum tamen pusilla, & multum infracta vis, seu vigor, & calor in corde, & sanguine est. Quamobrem non est considerandus sanguis in arteriis, & venis velut purus, & simplex liquor fluens per vasa, sed velut humor heterogeneus compositus ex multis partibus, & spiritibus quoque plurimis abundans, qui cum per emissionem resolvuntur, ac dissipantur, reliquum in venis ineptum, effectumque relinquunt, ut nequeat deinceps Cor, & reliquas partes corporis vivificare, atque ad motum sollicitare; unde postmodum universalis languor, atque in pulsu, & motu ejusdem ingens varietas. At verò, si verum simpliciter esset, quod ex missione sanguinis, motus ejusdem velocior fieret, proculdubio data proportione, ex majori detractione, longè major velocitas oriretur, quod contrarium evenit, languescere potius pulsu. Accedit, quod ex missione sanguinis, venæ inanitate admittunt majus spatium sanguini circumfluenti, ut propterea non multum turgent: indeque etiam arteriæ nec multum etiam amplificentur, unde pulsus qui primùm fortè erat elatus, & magnus fiat humilis, & parvus, & velocitas, quæ exurgit ex missione, fiet solum causa majoris, & citioris spirituum dissolutionis, ex illo motu magis concitato. Hinc tandem fit, ut licet per modicum illud tempus, quo sanguis educitur, velocior motus in eodem habeatur; paulò tamen post idem subsilit, & æqualiter per arterias, & venas, mole, & virtute diminutus, hebetat, & languet; quoniam universus sanguis intra horam suum circuitum per totum corpus absolvit, & licet nifus sanguinis in arteriis major sanè fiat, quia in ipsis vegetior, tenuior, & spirituosior est; attamen, quia per accessum illius ad varias partes corporis multum de sua vi amittit, fit, qui superest,

per venas remeandus, lentescat nimium in motu, ut potè crassior, & parte sui puriore diminutus; ubi verò vitium aliquod contraxit magis, magisque in arteriis, profectò longè minor vis, ac nisus habebitur in venis.

Quod insuper subditur, sanguinem in vasis, post missionem relictum, minus coactum remanere, & vasa ipsa minus etiam infarcta; verum esse poterit in sanis, in quibus sanguis nullo vitio infectus esse solet; secus verò in corporibus morbofis, in quibus plerumque sanguis coagulationi subicitur, & per detractionem magis, magisque concrefcere, & coarctari solet. Arteriae pariter magis contrahuntur ex defectu sanguinis missi; quia quatuor minus attolluntur, tanto magis contrahuntur. Neque momentum contractionis in Corde potest esse idem, ante, & post missionem; quoniam sanguis appellens in Cor non idem est neque mole, neque virtute, ob præcedentem evacuationem. Solet præterea sanguis in statu morbofo ejus esse conditionis, ut licet ratione quantitatis resistere magis, vel minus possit impulsui, non tamen idipsum valeat proportionaliter efficere præ sui pravitate; etenim in statu morbofo omnia permutantur, etiam in partibus solidis, secundum texturam, porositate, fermentorum energiam &c. sed & contra fieri potest, ut hæc resistentia fiat minor mole, sed major evadat impetu, atque virtute, inducta nimirum in sanguine majori commotione, ac fermentatione. Hinc etiam nec momentum Cordis impellentis fingi potest idem ante, & post detractionem, nec minus canales eandem servabunt rationem ut prius.

Nec insuper ex sectione venæ ampliori, aut angustiori motus, ac impulsus sanguinis habitus à pressione circumambientium partium quidquam conferre potest, ut major, vel minor resistentia habeatur in sanguine mittendo, adeoque majus, vel minus in commodum corpori patienti inferatur; siquidem non in omnibus, credibile est, ut sanguis sit uniformis, cum in aliquibus tenuior, in aliis crassior invenitur; sed & textura, compositio, magnitudo, & robur partium, & ipsarum præsertim venarum variat in individuis; unde difficile admodum est divinare ubi nam sectio amplior, aut angustior sit profutura: Non enim quæ mente à nobis utiliter successura concipiuntur, in actum practicum deducta juxta propositum finem solent evenire, quinimò speculationes metaphysicæ plerumque non congruunt physicis experimentis. Sic in libra prægrandi e. g. exactè ad æquilibrium posita quisque procul dubio crederet quodcumque corpus adhuc minimum ad alterutram lancem adjectum, ad eandem partem pondus addere, atque deorsum ducere, quod sanè mens, ac ratio concludenter, insalubriterque futurum suadere videretur, cum tamen ex adverso duas, tres, quatuorque masculas, & fortè etiam plures, ad alterutram partem superincumbentes, haudquaquam Physicè pondus majus adicere experiamur, licet proportio unius lancis ad alteram ex illarum adjectione, major fiat. Ita præterea, quod ex præmissis quibusdam futurum quid putatur tutum, utileque; ex adverso nocuum vel infructuosum eveniet, ut nullies expertum in praxi.

Quoniam insuper nisus sanguinis per venas continuus est nisi sanguinis per arterias, sit, ut per sanguinis emissionem ex venis, dimotio ejusdem sanguinis per arterias succedat minor, quam minor nisus sequitur post missionem: id quod in statu morbofo gravius contingit, quoniam sanguis cum mittitur, non solum quantitate diminuitur, sed etiam viribus infirmator ob dispendium partium tenuium, & mobilium, seu spirituosarum; hæc fieri nequit, quin efficiat, licet sensibus externis minimè percipiatur.

Quòd si dicatur nullam sensibilem mutationem exinde succedere, adeoque eandem majorem languida velocitatem haberi in arteriis, quam in venis: procul dubio nec juramentum ex ista missione sequitur dicendum erit, cum in tantum juvenem ex missione speretur, in quantum mutatio aliqua in sanguine exinde successura speranda sit. Nequit autem intelligi, quò pacto per missionem sanguinis, velocitate motus ejusdem per arterias majori affecta, calor diminuat pro ratione emissi sanguinis, cum calor in sanguine à motu ejusdem haberi dicatur, ob attritionem partium calorem comprehendunt, & per ejusdem emissionem, motus ejusdem velocior subsequatur. Si enim calor per missionem minuitur, procul dubio motus in sanguine tardior erit. Vel è contra, si motus post emissionem velocior succedit, calor exinde resultans adaugeri simul una dicendus erit. Quæ verò de cohesionem, & contractu partium inter se se proponuntur, quis unquam ad amissim arrolabitur? Sed nec omnino verum, quod per attritionem partium in motu calor habeatur, cum plerumque stagnantia calorem ingentem contrahant, quem in motu posita non proferrent, immò mota potius refrigescunt, ut in fimo, fœno, aqua stagnante, & similibus; sanguis ipse alicubi hærens inflammationem parit, & ardorem vehementissimum. Hinc concludendum missionem sanguinis non semper calorem imminuere, sed aliquando etiam augere; nisi cum vires infirmat, & in exitum ducit: tutum igitur non est quibus in corporibus, qua in ætate, loco, victu, aut ægritudinibus, id uniformiter possit accidere.

In obstructionibus postea habitis in orificiis arteriarum, ubi plerumque contingunt, nisus iste sanguinis ex arteriis in venas longè admodum variabit, quippe ex ejusmodi impedimento ab obstructione habito, nisus hic debilior, & tardior fiet, ideoque motus sanguinis per venas lentè admodum perageatur; qui deinde per sanguinis detractionem ab ista dem, multò adhuc tardior, & debilior subsequetur; ac successivè etiam in arteriis, in quas nisus, ex venis in Cor, assiduò sit; quamobrem ubi ante missionem nisus, indeque velocitas, obstructionem in apicibus arteriarum inductam minimè poterat dimovere, longè minus poterit post emissionem; idque magis cum obstructiones accidunt in intimioribus partibus corporis, in glandulis, & in capillaribus arteriis, in quibus nullus pulsus, nullusque nisus, vel saltem debilissimus, & tardissimus, omnino inproportionatus hærenti humori, plerumque etiam tenaci, acido, rebeli, maligno, qui non solum obstitit sanguini circumfluenti, sed quod gravitè, eandem inficit, & circumjacentes partes hebetat, & inquinat. Accedit, quod etiam si per missionem, sanguis, qui in arteriis hæsit, per dimotionem loco moveatur, ille in venas ipsis continuas intrudet, & vitium in se ipso contractum, reliquo sanguini communicabit; unde noxa major; quoniam semper facilius vitabitur exinde bonus, qui superest sanguis, à malo, qui hæsit, licet modico, quam malus à bono, in seipsum intrusus, in meliorem statum reduceret; à privatione enim ad habitum non datur regressus. Si præterea id quod hæsit, præsertim in magnis vasis, indebitam fermentationem in universo sanguine, adeoque febrem excitet, procul dubio nequibit per missionem auferri, nisi totus sanguis infectus edocatur, exemplo vini accescentis. Sed poterit, inquit: ergo non certè, igitur dubitas: ergo sicuti in bonum, ita & multò magis, in malum cedere poterit; in dubiis autem non licet tam facile de vita periclitari præsertim per sanguinis, id est vitalis thesauri detractionem, ne præsertim illud Plinii nobis objiciatur; *Negotiantur animas*

animas nostras, & experimenta per mortes agunt. Ambiguitatem auxilii quoque probat, quod à nonnullis subditur, si morbus exigat missionem sanguinis, sed non eisdem mutationem, prævideri oportere nam illi officiat morbo, an secus; & si morbus distributus sit per omnia vasa, an alicui solum parti hæreat; idque genus alia. Etenim ad hæc prævidenda exquiruntur Vates, qui ariolentur de statu sanguinis, de morbo, de causis, cæterisque morbis comitantibus, ex quibus sanè in re Medica difficultates oriuntur innumerabiles.

Quare licet, quæ de motu ex Mechanicis deducuntur, verisimilitudinem præstant; in praxim nihilominus medicam translata, non nisi magna cum difficultate & gravi periculo duci poterunt. Atqui si sanguis in omni morbo salubriter mitti potest, ab innumera, quæ affert beneficia, cu est, quod prævidentis istiusmodi indigeamus? Procul dubio si minus uno, saltem altero modo, certò proficiet. At id non ita evenit, nec semper ex voto respondet: ergo dubium. Si dicatur, non in omnibus easdem circumstantias debitas inveniri. Ea deinde ambiguitas & periculum. Sed in dijudicandis circumstantiis, & opportunitatibus mittendi, quis ignorat, quam anxie occurrant difficultates, quoniam conjecturæ, quibus nitimur, fallaces sunt, & innumeris dubietatibus implicatæ. Et licet medicamenta ad correctionem perturbati sanguinis exhibeantur, quæ necessariò fuerint præcognita: quas subindè tutus sit, num illa pro oportunitate in ventriculo motentur, an potius in malos succos degenerent, & num alios ductus pervadant, quam quò necesse est. Neque verò liquida statim & intò in alias corporis partes fluant, cum non raro accidat, ob pravitatem humorum, & ventriculi indispotionem, ibidem inverti, & depravari, quandoque etiam concrefcere, & in hæere, aut paulò post per via urinæ deduci, aut cum fecibus intestinalibus commisceri.

Quòd ulterius asseritur de selectis venarum consentientium cum parte affecta, aut inflammata vel eidem oppositarum neutiquam deduci poterit in praxim, quando inflammatio est interna; tum enim trunci venarum consentientes, ut potè interni seligi non possunt, multoties etiam ignorantur, quales sint, neque tam patens, ac perspicuum esse poterit, ubi nam propriis inflammatio contracta sit, ut inde conjicere liceat, quænam possit esse vena consentiens cum parte affecta. Sed & non raro fit, ut nihil prorsus ex inflammata parte deduci possit, quin potius contra in eandem magis confluat ex venæ-sectione commotus, cum ibi sanguis in suo motu præpediatur ob impedimentum inflammationis, & venarum, atque articularum angustiam; nisi etiam propter languorem partis inflammatae facilius ibidem deponatur, & hæreat, & si fortasse aliqua portio ejusdem ulterius promoveatur & effluit sanè tenuior, serosior, acrior, ac plurimum infecta in alias partes promanabit, non sine totius corporis incommodo. Et deo, quòd sanguis exinde insuat in partem laborantem minori quantitate, quam per oppositam, quo tempore sanguis immittitur, quia tamen subindè velocior redditur motus ejusdem ob usum circulationis, cujus causa, quò sanguis minor quantitate sit, eò celerius commoveatur, ad supplendam motus cordis, & vitæ indigentiam, sequitur proinde, ut paulò post impetuosiùs ille irruat in partem inflammata ut potè debiliorem, vade compressio major in eadem. Sed neque tollitur eandem vitium in sanguine introductum, cujus causa hæsit, puta inducti acoris, aut lentoris; tum misso sanguine tenuiori, reliquis crassior, & hærentior remanebit, unde tam inflammatio, quàm febris illam concomitans adaugebitur. Difficile insuper admo-

dum est tempus internoscere, quando ex venis oppositi lateris, & quando lateris ejusdem, missio faciendâ sit, cum conjecturæ dubiæ semper utrinque sint, unde ignorabitur, num pressio, & contractio potius quam expressio, & propulsio sit successura. Accedit quod per sanguinis detractionem maturatio apostematæ, quæ tandem desideratur, plurimum impeditur, proindeque recrudescente illo, majus, & periculosius damnum insequetur. Atqui licet rami aliqui venarum consentiant magis cum parte affecta, quia tamen sanguis brevissimo temporis spatio totus circuit, per missionem aequaliter etiam ex toto corpore dimittitur, & quod vitiosum in ipso est, aut ex parte inflammata contractum, toti pariter corpori communicabit, sique ex reditu per eandem partem inflammatam, veluti debiliorem redditam, & fermentanti humoris magis subditam graviùs insiciet, hebetatis interea per missionem viribus. Inflammationes præterea fiunt à sanguine hærente in poris partium, vel etiam in glandulis, aut in intertextura earundem non sine vi coagulante illum in apicibus arteriolarum, quæ non puliant; quamobrem sanguis qui mittitur à venis, siue consentientibus, siue non, nullimodè poterit hærentem dimovere, nam nisi qui fortè sit, vel concipi potest à sanguine per missionem velociori reddito fiet primò in ramis venarum cum vena selecta consentientium, qui quousque pertingat ad Cor, & arterias, indeque ad illas, quæ inflammatae parti subjiciuntur, vix sensibilibus erit propter virium deperditionem, unde major semper erit resistentia hærentis sanguinis in parte inflammata, quam nisi ejusdem, ex velocitate habita per missionem, & licet inanietur aliquantulum vena inflammata parti attigua, arteriola tamen illæ, & pori partium oppletæ, nulla ratione deplebuntur: idque etiam si venæ per circuitum inflammationis sitæ aperiantur, ut promptius, ac proximius inflammata pars inanietur, quia non semper ac minuitur quantitas, pari ratione minuitur pressio, & crescit velocitas motus sanguinis, cum possit id totum impediri à conditione partis inflammatae, & à vitio sanguinis magis, magisque concrefcens, ut in malignis tumoribus, anthuracibus, furunculis, carbunculis, aliisque similibus, in quibus, ubi semel nisi sanguinis, & cordis impellentis, nec non pressioni partium circumambientium, quod alicubi hæsit, obstitit, nullam tractu temporis poterit loco dimoveri, & aliò propelli, sed sola maturatione subigi, & evinci; quæ tamen per missionem potius retardatur, & impeditur. Sed & per circuitum partis inflammatae quis unquam ausit sanguinem educere ob periculum mali gravioris, & gangræne? Verùm tamen si unquam sanguinis missio spiranda foret profutura in inflammationibus; planè magis per arterias in partem inflammatam influentes, quam per refluentes venas esset faciendâ, ut minus sanguinis in eandem conflueret, ne scilicet inflammatio mole augetur; at per eam desinentem impulsu in venas necessario, facile qui in venis adjacentibus est intromissus, subsisteret nec in superiores venas adigeretur, adeoque facile posset per moram ibidem concrefcere, & corrumpi, non sine graviore partis inflammatae periculo, quæ per concretionem ejusdem sanguinis gangrænae subjiceretur, id quod non ita pridem in Nobili quodam viro visum. Verùm Arteriotomia jamdiu è praxi Medica exulavit ob innumera alia, ac subitanea vitæ pericula.

Quòd tandem dicitur sanguinis missionem in omni morbo esse conferentem, siue ad diminuendam sanguinis quantitatem, siue ad velocitatem sanguinis adaugendam, siue ad refrigerandum, & humectandum, siue ad dimovendum, id quod sanguini circumstanti remoram præbet, siue ad quæcunque sanguinis vitia præter naturam inducta removenda, vel corrigenda; planè, si verum, hinc fiet in omni morbo,

morbo, & quocumque tempore indifferenter administratam, esse perpetuò profuturam, adeoque remedium univèrsale, & indubitatum, quo scilicet juxta corporis laborantis indigentiam, si non unò, saltem aliò, atque alio modò certò proficiat. At verò id experimentis non cohæret, cum sæpè sæpius officiat, quamvis omnis diligentia in ipsa adhibeatur. Si dicas id evenire, quia non semper inveniuntur illæ circumstantiæ ad missionem rectè peragenda requiritæ; vel ex parte nifus sanguinis, & cordis, vel ex parte adjacentium membrorum coadjuvantium, & comprimantium, vel ex parte resisteniarum, aliorumque; id planè decernit dubiam illam esse, atque variis difficultatibus implicitam, & nonnisi ambiguis conjecturis innixam, adeoque sub dubio nimis eventu ducendam in usum, quod hinc probandum intendeatur.

Sed & consideratione quoque dignum, arbitror non esse prætereundum, quam facile nunc sit factum, ut Mechanicam corporis constructionem unusquisque sibi talem fingat, qualem ex arbitrio præconceperat, ut proinde super una, eademque re, tot, tantæque, inter se plurimùm differentes, audiantur meditationes, immò in ipsismet partium, & viscerum sectionibus, discordes nimium opiniones, & sententiarum varietates, adeò ut quæ alter affirmat, alter neget, & quos meatus, poros, fibras, glandulas hic statuit, immò pluries observasse testatur, alter verò ex adverso implexus alios, penitusque diversos, & contrarios esse; quin & pro certo nonnulli stabilire conantur structuras partium omninò differentes, & non etiam rarè è diametro oppositas constituant; unde postmodum origines, nexu, commutationes, tendentiæ, influxus, refluxus, & usus earundem omninò variis, & vicissim contradicentes decernantur. Hinc suspicari fas est non procul abesse, ut quæ hæcenus tam improbo labore, ac solerti industria, etiam in rebus minutissimis pervestigandis, à Recentioribus Anatomicis in publicum sunt pro certo prodita, sint brevissimè penitus ruitata, vel in contrarios usus extorqueanda. Atqui si debeant in minutissimis hisce rebus firmiora corporis humani fundamenta stabiliri; pro Mechanicis ejusdem operationibus enucleandis, quis planè ex adverso inficiari verebitur, quod alia quamplurima, & innumerabilia ferè minutiora corpuscula, inconspicuique ductus, existimæque glandulæ corporibus insint, quæ ad usque latuere; at tamen Mechanicam hanc corporis œconomiam regunt, & conservant, sinque fortè fortuna in posterum patefacienda? Cùm jam satis sperperque fuerimus edocti, non omnia simul Naturæ Authorem Deum voluisse humanis ingeniis patefacere, ac præmonstrare, & qui mundum tradidit disputationi hominum, ut in suis operibus occuparentur, sed nunquam inveniunt, successoribus nostris ad aliud tempus esse ostensurum.

Quare quæ, & qualis revera sit completa humani corporis fabrica, & œconomica compages, semper, semperque in posterum ambigere erit, ut nec post mille sæcula sciat exatè. Quæ propterea detectæ de his observationes, ac ope Microscopiorum, peractæ, referuntur, quæque videntur plurimùm ponderis excogitatis istiusmodi saperaddere, suspectæ nimium sunt, etenim ab his non leves fallaciæ exoriantur, pro lentium eorundem varia figura (si quæ fieri possint) majori, vel minori convexitate, aut concavitate; si quidem ad harum diversitatem variant admodum inter se se representationes, apparitionesque rerum, tum in magnitudine, tum in figura, tum in situ, tum in coloribus, cæterisque; ut propterea ipsis non omninò fidendum sit, cùm fallacissime decipiant, & sensibus nostris imponant; nam

vel moles, & magnitudo illa taliter figurata, & circumscripta, revera talis ac tanta est, qualis, ac quantitas microscopis spectatur, & ita nos in cunctis rebus judicandis per naturales sensus hallucinari dicemus, cum tales, ac tantæ nostris sensibus non appareant; adeoque fatendum erit, Naturam ipsam nimium defecisse in animalium, & præsertim hominis creatione, qui artis beneficio, per conspicilla, & microscopia, egeat, ut ad amissim de reliqui corporibus judicet, tum in magnitudine, tum in figura; vel contra moles, & amplitudo illa rerum per microscopia apparet, & fictitia est, & jam inde affirmabimus ejusmodi apparentis non esse fidendum; & quidem ita putandum; si quidem apparet illa quantitas ope microscopiorum adaucta, si re ipsa talis fieret, amplius spatium pariter exigeret, quod sanè nullum per ejusmodi apparentias progigni potest, eum & ex altero capite omne spatium sit jam occupatum. Sed & magnitudo ipsa apparet fallax etiam est; siquidem uno microscopio minor videtur, altero major, pro varietate, & multiplicatione lentium, & eò magis, si in ipsis figuræ habeantur ellipticæ, parabolicæ, aut hyperbolicæ, perimetriæ, aut angustioris, quibus etiam colore mixti, & vari, instar Iridis apparent. Quòd si dicatur nil per ista revera adaugeri, aut in figura mutari, sed tantum modò apparenter talia fieri, ac videri, planè concludendum sensus nostros in his decipi, & plurimum hallucinari; ut propterea sicut major illa quantitas re ipsa nulla est, ita vacuitates, meatus, pori, & reliqua per microscopium visa, apparentia solum esse, sed revera nulla ibidem existere.

Non dissimiliter de sinapis, phœnigmis, cauteriis cæterisque stimulis, motum in liquidis corporum, & succorum expressionem, evacuationemque promoventibus, putandum, quod scilicet illa istem ambiguitatibus sint implexa, cum nec dum bene pateat, num illa re ipsa detrahant, an aliquid potius in corpus imitant, adeoque adherent, perturbent, depravent, ac scindant quidquid glandulis, & cutè hæbet, aut quod vasa lymphica, nerves, & sanguifera permeat: non etiam stimulas partes contrahant, & corrogant, vel potius relaxent, inficiant, & corrumpant; si quidem ab aliquibus densatio, & eschara, ab aliis pororum obstructio; ex aliis distractio, & laxitas; à nonnullis cutis elatio, tamesfactio, rubescitio; ab aliis stopefactio, frige factio, mortificatio, idque genus alia exoriantur. Sed & non rarè tantùm abest, ut à stimulis istiusmodi citatior motus fiat in humoribus, ut potius illi in parte stimolata concrecant, & hæreant, veluti in tumoribus, gangrænis, & membrorum inactionibus. Per idipsum quoque, quod varia, & multiplicia beneficia hæc corporibus male affectis afferre dicuntur, dubia, & suspecta sunt; imò fortè id applicita peragant, quod minimè desideratur, & utile non est: illud namque remedium tutum, & salutare solummodò putandum, quod id duntaxat agit, quod prodest; & agere natura aptum est: Cùm autem varium est, & in operando multiplex creditum, ex illa eadem varietate periculosum, & nocuum plerumque fit; quamobrem à periculosis tutiora semper sunt habita, quæ specifica nuncupantur, atque ad unum solummodò opus adiecta. Cæterùm de vesicantibus cauteriis, ulsionibus alibi à nobis fusiùs actum est.

Innumere propemodùm alia in hanc rem afferri possent difficultates, sed satis sit has breviter præmonstrasse, ut incertitudinem, nimiamque dubietatem istius magni, & ingentis auxilii in Medicina faciendâ putari, cognitam faciant; cautiusque reddant Medicos, ne tam confidenter à conceditio Mechanices

nices sustentaculo; illi in curandis ægrotantibus incumbant; etenim ab his tam dubiis, & opinabilibus solum, quid unquam certi poterit universaliter concludi, quemadmodum ex Mechanicis proponitur sperandum, immò evictum, stabilitum, ac determinatum? Hæc planè omnia dubia sunt, ut & quæcunque alia in Res Physico-Medica. Sed quid in his diutius immoror? Res Medica, ut & Philosophica, atque Anatomica quæcunque, eò nunc devenit, ut post tot, tantaque magnorum Virorum excogitata, adinventæ, & communi omnium plausu probata, ac recepta, magis adhuc jam claudicat, tam sunt ista à nuperrimis Professoribus excussa; quassa, inversa, & præsertim, quæ hætenus summa industria, ingentique labore à Bartholino Willisio, Malpighio, Bellini, cæterisque, in opem Medicam invecata erant.

Pro coronide adjicere juvat, quod in Philosophia Burgundica tom. 3. *Physica generalis tract. 2. disp. 1. qu. 1. concl. 1.* dicitur: *Corporis Mathematici notionem, tanquam Physici, plerique abutuntur. Id enim sefellit Cartesium Geometriæ assuetum, quod res Physicas, more Mathematicorum, consideraverit; cum corpus Physicum sit actuosum, & principium motus, non item Mathematicum.* Et in Thesibus, ex universa Philosophia, in Regia Burgundia propugnatis, Quarta hæc ex Physicis fuit apposita: *Principia rerum Mechanica, ut minime sunt contemnenda, sic nec prima dici possunt, nec viventium conformationi, & functionibus explicandis sola sufficiunt.* Quamobrem purè optimo Simplicius veltutissimus Aristotelis Interpres, in 3. *de Anima*, Geometriam, ut & cæteras Mathematicas, abdicandas à Philosophia censuit. Postremò concludamus cum Ecclesiaste, cap. 8. *Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quæ sunt sub sole, & quanto plus laboraverit ad querendum, tanto minus inveniet, etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.*

Hætenus Clariss. Lucas Tozzi; Cujus *Appendicis ad Aphor. 3. Libr. 1. Hippocr.* jam non subjungemus quæ in ejusdem Aphorismi Commentariò habentur: siquidem illa hisce omnino quoad essentialia consona, in eò tantum differunt, quod in Appendice omnia clarius explicantur, ac Recentiorum argumentis nervosius ac solidius, secundum Auctoris nostri principia, respondeatur. Hic tamen lineas aliquot sine Commentariis in Aphorismum prædictum exscriptas subjiciemus, quibus demonstratum opinatur Vir verè doctus quàm inutilis sit Vena-sectio, in Morbis omnibus.

Si Missionis Sanguinis Suasores, inquit, experientiam appellent, quæ plurimos per phlebotomiam sanatos fateantur; testor ex adverso ipse, multos me annos Medicinam fecisse, & in Xenodochio Parthenopæo Divæ Mariæ Annunciatæ, centenos, & millenos brevi curasse, sine ullâ sanguinis evacuatione; licet Phœnisi, Pleuritide, Anginâ, Hepatide, Hæmoptcæ, Erysipelate, omnisque generis febribus fuerint correpti: Ut proinde jam in propatulo sit, quamlibet posse ægritudinem citò, tutòque curari, absque ulla sanguinis effusione; & si aliquando illa locum habeat, in sanis potius, & in Athleticis, plethoricisque corporibus, ad plenitudinem minuendam, juxta mentem Hippocratis, commendanda; ne in immedicabiles ægritudines incidant, & suffocationis periculum incurrant.

Postquam hætenus duos famosissimos Auctores audivimus, à quorum alterò pro Vena-sectionis utilitate in omnibus morbis affirmanda, ab alterò verò pro eadem neganda, nervo è disputatum fuit. Nostrum jam est alios producere, qui media insistentes via, sanguinis missionem equidem admittunt; ac non in omnibus morbis, ac ea quantitate qua à Botallò educebatur. Hi autem erunt Præclarissimi Viri Thomas Willisius, &

Laurentius Bellini, quorum ultimus non tantum Phlebotomia utilitatem, non minus, quàm primus, deprecatur; sed etiam in Geometria ac Mechanicæ legibus fundatam demonstrat, præcipue in opusculis suis, contra quod assertum vidimus à Celeberrimò Torzid. Veniat itaque primò.

THOMAS WILLIS.

De Phlebotomia.

Inter universa Philosophiæ documenta, aut medicinæ subsidia, nulla unquam Theoria, vel Praxis, aut antiquior, aut generalior exiit, quam sanguinis speculatio, ejusque per Vena-sectionem extramissio. Ad Phlebotomiam quod spectat præcipui omnes cujusque sæculi Auctores hujus mentionem fecerunt: quin eadem apud civitates nationes utcumque barbaras ac incultas in usu medico semper fuit. Nec mirum hoc, siquidem experientia istius necessitatem & viam natura ipsa imprimi demonstravit; etiam lex divina circumcisionis ritum, quasi symbolum ejus præcipiens, innuere videtur, ingenitas naturæ humanæ impuritates aliquatenus per sanguinis missionem expurgari debere.

De magno hoc remedio ut methodicè differamus, imprimis considerare oportet, quot modis, item ob quas causas, & sine Sanguinis Emissio, aut spontè nature contingit, aut per Jatricem indicator: dein secundo præcipuos evacuationis hujus effectus tum bonos tum malos, sive commoda ac incommoda subdemus, simulque regulas quasdam, & cautiones circa phlebotomiam ritè administrandam observandas proponemus.

Quoad prius, Hæmorrhagiæ Spontanæ, (quæ phlebotomiæ sunt) cum multiplices, ac diversimodæ fuerint, ad bis hæc capita, sive classes vulgò reduci solent: nempe dicuntur illæ, vel criticæ, natura aliquid bonum ac saluferum molliente, vel symptomaticæ, quæ ut plurimum, hæc à regimine suo dejecta, & omnia susque deque habente contingunt. Prioris generis eruptiones cruentæ rursus distinguuntur, quod vel sine febre excitantur, & sunt vel periodicæ, quæ stas sæpè temporibus eveniunt, uti catameniorum fluxus muliebris, ac in nonnullis vasorum sedalium, inque aliis nasalium apertiones solennes, aut alias assuetæ; quæ sæpenuero juxta magnas anni variationes, aut aëris mutationes succedunt: vel sunt vagæ ac incertæ, uti cum sanguis è locis istis ac è multis aliis, modo in hac, modo in ista corporis parte, haud incommodè erumpit. Porro cruentæ sanguinæ interdum in febre contingunt, eamque non rarò judicant, prout Hippocrates olim annotavit, & etiamnum ex observatione maximè vulgari constat. In singulis hisce casibus sanguis erumpit, quatenus intra vasa turgens, & supra modum rarefactus, spatium amplius desiderat, quapropter ni portio quædam abscedit, tota statim massa constipari, ejusque tum motus inhiberi, tum accessio suffocari & crasis perverti periclitantur.

Enim vero duæ sunt præcipuæ rationes, sive causas, propter quas hujusmodi sanguinis turgescens orientur: in quantum, sc. liquor ejus tum inflammabilis, tum fermentativus existit.

1. Quoad prius horum, ut sanguis pro vita tuenda, ejusque functionibus ritè exercendis debite accendatur, particulas hujus sulphureas insitas nitrosas ab aëre adventitiis proportionari oportet. Quotiescunque igitur cruor valde effervescent & rarefactus, in compage sua plurimum aperitur & laxatur, adeò ut sulphur

sulphur solutum in majori copia accendatur, etiam ad vitium uberius hauriendum respiratio creberrima & laboriosa insititur. Quod si hoc modo sulphur exuberans ellagando absumi, flammaque vitalis regulati nequit, proxima statim pabuli sulphurei minuendi ratio est, ut sanguinis rarefacti porro quadam foras erumpat. Hinc non tantum in febribus, sed post vini potum, balnea, insolationem, aliaque à quibus sanguis valde turgescit accidentis, aut hæmorrhagiæ sponte succedunt, aut sæpe opus est talis evacuationis, spontaneæ defectum per Phlebotomiam supplere. Quod autem hujusmodi sanguinis effusiones, sive per naturam, sive per Chirurgiam factæ, vulgo dicuntur calorem, sive æstum ejus compescere; revera hoc solummodo agunt, quatenus pabuli sulphurei, velut olei partem subtrahendo, cruoris accensionem diminuant.

Verum insuper secundo sanguis, in quantum liquor fermentativus, etiam ad extravasandum aptus est. Ille nimirum, si quando heterogeneum aliquid, ac non miscibile latici ejus confunditur, instar vini in dolio effervesceat valde, ac in vasis ad incongruum illud excludendum ebullit; quod siquidem nec subigere, neque per diaphonem, urinam, aut alias exterminare possit, ipse cruor sui portionem quasi vehiculum pro materia isthac foras ableganda qua data via excludit. Propter hanc rationem (viz. ut quidpiam incongruum, ac indomabile è massa sanguinea excervatur) diversimodæ hæmorrhagiæ tum in febribus, tum citra ipsas, variè contingunt; quæ omnes, prout etiam illæ quibus sanguinis nimia accessio deprimitur, à natura propter boni intentionem excitantur; quod autem secus frequenter evenit, variis accidentibus, & circumstantiis inspurari debet. Ut plurimum vero circa hæmorrhagiæ spontaneas critiche insitutas delinquitur, aut primo quia sanguis inter effervesendum effluxus modum nescit, ideoque in *spatium* coactus nimis exundat; vel secundo quia vasorum ora semel aperta haud denovo statim connivent, aut occludi possunt; vel tertio quia natura excretionem sanguineam moliens, eam per loca magis patentia, sed sæpe incommoda facit; uti cum per pulmonem, per renes, intestina, aliaque viscera hæmorrhagiæ contingit, quæ idcirco è critica in symptomaticam, & non raro malignam cedit.

Nec tantum his modis, sed præterea ob alia naturæ delicta, aut impedimenta hæmorrhagiæ symptomaticæ, contingunt; in quibus omnibus, aut ipse sanguis, aut vasa eum continentia, aut simul utraque, potissimum in culpa esse solent.

Primo sanguis præter rationes supra citatas (quægenus nempe supra modum inflammabilis, aut fermentificabilis existit) insuper ad extravasandum aptus est, quia latex ejus aut venosus, aut alias corruptus, debitam mixtionem retinere nequit; quia ad coagulandum aut putrescendum aptus, in partes secedit; quarum dum alie, hic illic defixæ, maculæ, exanthemata, ceteraque malignitatis stigmata accientes, cutim & carnes discolorant, propriosque ductus obstruunt, alie alias excurrentes, & qua data via erumpentes, variis locis excretiones cruentas producant; ut passim cernitur, in peste, variolis, morbillis, & febribus malignis: imo aliquatenus forsan in affectibus scorbuticis, uti maculæ, & vibices, ita & hæmorrhagiæ tam familiares existunt. Secundo vasa sanguifera pluribus variisque modis, potissimum vero his tribus peccantia, hæmorrhagiæ symptomaticæ causa existunt. Primo viz. imprimis si forsan alibi illorum aliqua obstruantur, quoties sanguis rapidius moveatur, aut ibidem, aut vicinia, quandoque item in partibus longinquis erumpere cogitur. A tali causa hæmoptoe sæpe numero procedit; quine-

tiam catameniorum, aut hæmorrhoidum suppressioni, sanguinis sputum, aut hæmorrhagiæ naturam crebro succedunt. Secundo vasorum oscula (ob fibras carneas quibus stipantur laxatas, aut resolutas) interdum male conformantur; ita cum arteriarum hinc nimis debilescant, venarum oscula connivent. Propter hujusmodi affectionem scorbuticæ, & cachecticæ hæmorrhagiæ, prout alibi notavimus, plurimum obnoxii repetiuntur. Cæteram tertio frequenter accidit, vasa ita male conformata, etiam spasmodice affici, proindeque causa morbifica quasi duplicata, malum hoc plurimum augeri, ita ut vasorum fibræ musculares inordinate contractæ sanguinis *ferat* subitas, & violentas, modo superiora, modo inferiora versus, faciant; proindeque illorum osculis interea patientibus: hæmorrhagiæ immanes concitent. Enimvero in quibusdam observavi, quando sanguinis rivus, cum pulsu exili & debili, satis tenuis fuerat, vasorum spasmos alicubi exortos, & prostrum modo huc, modo illuc, sub specie status variè transcurrentis propagatos, cruorem ut ut ex se demissum, impetuosius compulisse, inque eruptiones violentas coegisse; ac in hujusmodi casibus, cum Phlebotomiæ, & medicamina sanguinem refrigerantia, ac attemperantia minime profuerunt, à narcoticis, antispasmodicis, & ligaturis maximam juveninis rationem fuisse.

3. Verum tertio si forsan hæc sanguinis, & vasorum vitia complicari, simulque noxas suas conjungim exere contingit; exinde necesse erit malum hoc intendi; atque hæmorrhagiæ & crebriores & immaniores concitari, quarum rationes cum ex prædictis satis elucescant, non opus aut opportunum erit eis explicandis hic amplius immorari: quin potius, cum hæc natura circa spontaneam sanguinis effusionem actiones, & ritus tum bene institutos, tum perperam & improbe coactos designavimus; jam proxime ostendere oportebit, quantum *Art. natura* plerumque simiat, atque interdum ejusdem magistra, aut moderatrix, circa sanguinis emissionem pariter bene, aut melius agere potest, & quomodo interdum deterius solet.

Super his in genere advertimus, Jatriæ in quibusdam sanguinis, emittendi casibus, naturam imitari, in aliis eam excedere, & non raro prævaricantem regulare aut reducere. Porro nonnulli extant casus, in quibus natura circa excretionem sanguineam *Artis* efficaciam longe superat; de singulis hiis breviter dicemus.

Primo igitur in quibus effectibus Hæmorrhagiæ spontaneæ juvenem conferre solent, si quando hæc deficient, medicina naturæ pedissequa recte Phlebotomiam substituit. Itaque si forte sanguis ob sulphur ejus solutum nimis & evertum supra modum accenditur, vena secta pabuli istius inflammabilis quod superfluum est effluet, quietiam cruoris turgescitiam immodicæ, propter quoddam indomabile ei confusum hac ratione ledantur. Quapropter sanguinis missio contra febres tum continuas, quæ à causa prioribus intermittentes, quarum paroxysmi ab hac altera procedunt, commode adhibetur. Pariter item quoties evacuatio solennis suppressa, aut humor à partibus externis repercussus, aut subita pororum constipatio, aut si crapula, vini potus, aliaque hujusmodi accidentia cruoris (quatenus particulas heterogeneas ei impingunt) turgescitiam inferunt, Phlebotomiæ remedium sæpe præsertissimum existit.

Secundo Jatrice circa sanguinis Emissionem, non solum imitatur naturam, sed non raro præcellit; quia etiam hanc laborantem, & errantem frequenter sublevat, aut reducit. Si quando enim sanguis velut *ignis percitus*, versus partem aliquam *in spem* irruit, ibidemque aut statim inordinate erumpit, aut assatum aggestus inflammationem parit, aut assatum aggestus inflammationem parit, vena

vena in loco remoto pertusa, præternaturalem illam sanguinis partem sistit, & non raro *αιματηρουν* aut *πληθωρον* tollit. Quamobrem in pleuritide, angina, peripneumonia, in sanguinis spato aut vomitu cum natura aut succumbis, aut quasi furibunda sibi met manus violentas injicere videtur, Chirurgia sanguinem alio revocans, & emittens, rem pene deperditam restituit.

Porro sæpenumero medicina naturam in sanguine effundendo nimis prodigam, aut prævaricantem cohibet, aut reducit: enimvero hæmorrhagiæ quæque immodicæ frænis semper, ac minime calcantibus indigent. Cæterum in peste, variolis, & morbillis eruptis, inque febribus malignis, quandoquidem sanguis spontaneè effluens plerumque malum portendit: idcirco in affectibus istis medicamenta *ιγαγια* sive sanguinis eruptionem sistentia, potius quam venæ sectio conveniunt.

3. Attamen è contra *αιματηρουν* à natura institutæ casus nonnulli extant, quos medicina neutiquam imitari, neque si forte deficient, per Phlebotomiam supplere potest. In febribus circa morbi crisis, scilicet post materiæ pepasum, h. e. ad secernendum præparationem, Hæmorrhagia spontanea, siquidem in tempore facta, Phlebotomiæ cuiusque cujus tempus optimum nescitur longè præstat; porro catameniorum & Hæmorrhoidum fluxus naturæ instinctu eveniens longe utilior est, quam sanguinis missio in iis locis ab arte provocata.

Inter Phlebotomiam, & hæmorrhagiam spontaneam discrimen adhuc notabile (quamvis non magni in praxi medica momenti) occurrit; quoad utriusque viz. subiectum, & materiam; quippe in hac, sanguis floridus, & per totum coccineus, fere tantum ex Arteriis effluit; verum in evacuatione altera cruor atro-purpureus, cum cremore coccineo, & tantummodo ex vena hauritur. Undenam sanguinis rivus qui intra vasa omnia unus est, & per totum continuus tam diversimodam apparentiæ speciem acquirat, cum alibi ostendimus, haud præsentis instituti est, in Ætiologiam hanc altius inquirere; etenim pro curando quopiam affectu, non multum refert è quo vase sanguis emitatur, modo libere effluit: quod autem veteres nondum cognita sanguinis circulatione, in quibusdam casibus Arteriotomiam commendant, & venæ sectioni longè præferant, quo jure id fiat, alibi disquisivimus.

Hactenus de Phlebotomia comparata cum hæmorrhagia spontanea: jam proxime incumbit usum, & effectus ejus praxi medica tum bonos, tum malos designare. Itaque imprimis in genere ostendemus, qualem hæc evacuatio massæ sanguinæ alterationem inducat; dein quos, aut totius corporis, aut partium singularium morbos immediatius respiciat.

Circa prius satis obvium est, sanguinem, à venæ sectione, & quoad quantitatem ejus, & quoad temperiem, ac crasim, & quoad motum ejus alterari.

Prima & communissima Phlebotomiæ indicatio est, ut per hanc administrationem sanguinis copia minuat. Et quidem ad plethoram tollendam, aut præcaveandam hoc perquam vulgare remedium est. Unusquisque vel è plebe, ad habitum corporis athleticum accrescens, abique medici consilio venam tundi procurat; quinimo rustici, & agrestes sanitatis præservandæ ergo, & sibi met, & jumentis suis semel, aut bis in anno sanguinem detrahi faciunt. Quamvis autem hæc consuetudo apud quosdam cruoris sui valde prodigos, in tantum inolevit, ut à levissima occasione, imo nonnunquam citra causam ullam manifestam, aperiant: attamen reperire est multos alios, contra hunc morem non minus obstinatos, ut nulla de causa, nisi cum maxima urgebit necessitas, quicquam sanguinis amittant.

Super hac re (cum pro utraque parte de promun-

tur argumenta) quod statuendum videtur ut paucis decernam, imprimis concedere oportet, contra plethoram aut factam, aut incipientem, sanguis missionem convenire: nullo enim alio remedio istius affectionis mala melius tolli, aut præcaveri solent. Attamen hujus evacuationis necessitas, quia licet evitari debet: quoniam sc. exinde (prout alibi innuimus) sanguis fit magis sulphureus, & minus salis, proindeque homines fere quosvis ad febricitandum, & pinguescendum disponit. Porro venæ sectio magnum remedium, si ad parvas quasque occasiones profuturatur, quando opus erit, ad grandes affectus minus efficax evadet. Cui accedit, quod juxta vulgi observationem, quo familiaris quispian phlebotomia utitur, eo crebrius hac indigebit: quippe sanguine ad plethoram evitandam emisso, massa reliqua denuo citius ad plethoram assurgit: longe secus ac quorundam fert opinio, qui verentur ne cruoris penus crebra phlebotomia absumatur: quoniam è contra hoc modo fit quantitas ejus auctior, licet crasis deterior: ita namque cruor sale balsamico & contra putredinem præservativo multum spoliatus, loco ejus, sulphure pinguisco, & *πυρρην* magis saturatur.

2. Phlebotomia sanguinis mixtionem, & temperiem sæpe emendare solet, adeoque multiplici respectu. Primo enim si quiddam heterogeneum massæ ejus confunditur, quod scilicet nec recte subigi, nec facile secerni, ac amandari possit: vena pertusa, sanguis effluens materiæ istius portionem non raro multam secum foras convehit, proinde ut reliqua perdomari, aut expelli queat. Enimvero vasis foramine aperto, statim sanguis fermentescens particulas extraneas, qua licet unà congregat, & sui portionem istam in qua plurimæ aggregantur, foras extrudit: hinc observare est quando cruor primo, ac ultimo effluens, satis recte habet, medio tempore emissum sæpe corruptum apparere? Pariter item secundo, sanguis à temperie sua desciscens, non raro per Phlebotomiam restituitur. Cum enim massa ejus sulphure, aut sale fixo, vel simul utrisque exaltatis, in acrem, salum, aut salino-sulphureum degeneraverit; cruoris portione detracta, nova statim ejus fermentatio oritur, & non raro particularum omnium ejusmodi fit metathesis, ut deinceps spiritus cum sale volatili paululum emergant, & dominium suum recuperent, sulphure & sale fixo (uti par est) sub jugo missi. Ob hanc rationem est, quod sanguinis missio, non tantum in febribus, sed insuper in scorbuto, ictero, imo in phthisi incipiente, magnum sæpe juvamen confert: enimvero sanguis post vasa inanita, velut stomachus exoneratus, humores quosvis ingestos melius coquit, & assimilat, quodque heterogeneum est facilius secernit, ac mandat.

At vero si cruoris mixtio plurimum solvi, & pessum ire incipit, uti in peste, ac febribus malignis, à Phlebotomia omnino abstineatur; quippe sanguine detracto spirituum (quorum unice interest massam sanguineam à putredine & corruptione vindicare) penus diminuitur; proinde ut statim omnia in dissolutionem exitialem tendant. Porro si dyscrasia sanguinis ejusmodi fuerit, ut principis nobilitoribus, scilicet spiritu, sale volatili, ac sulphure depressis vel absumtis, particula aquosæ ac terrestres præpolleant, sanguis haudquaquam emitti, sed tanquam vitæ thesaurus præservari debet; quippe cum spirituum copiarum tantum exiguæ sunt, illorum quodvis dispendium functiones omnes vacillare facit, inque morbi partes cedit; quare in hydrope, cachexia, Tabæ, aliisque, ubi principia activa summe deprimuntur affectibus, venam secare fere idem est, ac hominem jugulare.

In prædictis casibus ubi sanguinis crasis respicitur, determinato obvium erit, utrum Phlebotomia conveniat, nec ne; verum in quibusdam aliis, uti imprimis in febre continua putrida, quando super hoc cardine vita

vita ac mors versantur, maxima deliberatione opus est: ac ita potius, quia morbi eventus omniumque in toto decursu ejus accidentium successus, sive bonus sive malus, sanguinis missioni modo peractæ, modo neglectæ imputari solet: atque hinc est quod medici de propria estimatione tuenda nonnihil solliciti, super hac re in consiliis suis maxime ambigunt. At vero in difficili hoc nodo, ne vulgi Phlebotomiam (uti fors foret) modo probantis, modo damnantis rumore, sed auspiciis certioribus ducamur: considerare oportet sanguinis statum, materiæ morbificæ tendentiam, & naturæ vires. Primo, quoad priorem, si in febre putrida sanguis plurimum astuans, calore ingentem cum siti, vigiliis, & faucium ardore excitabit, nullaque sudoris copiosi, aut exanthematum eruptio apparet, aut brevi expectatur, venæ sectio ita plane indicatur, ut eam sit nefas omittere; verum è contra si in corpore languido, febris lenta, ac remissa, sed continua, cum pulsu debili oriatur, sanguinis detractioni parcatur, ejusque per diarrhoeas, urinas, & vesicationem expurgatio procuretur. Attamen in medio cruoris & febris statu, Phlebotomia ex se fere indifferens, quoad alia determinetur. Itaque secundo perpendere oportet materiæ morbificæ tendentiam, sive *positivè*, quæ si in massa sanguinea segnis, ac ad discernendum incepta maneat, adeoque (ut frequenter assolet) metasthesi loco criseos in caput facta, cerebro & nervoso generi minatur, venæ sectio, quæ hæc mala præcaventur, tempestive a liberari debet. Attamen si materies isthæc cito in *liquor* concita; & vel intus ad viscera imi ventris ramis, vomitionem insanantem, aut affectus dysentericos cieat, vel extus propulsa, variolas, morbillos, aut exanthemata illatura videatur, talis quicunque naturæ impetus si bonus non perturbari, si malus non in pejus incitari per Phlebotomiam debet; nam in his casibus sanguinem mittere non modo periculosum, at fœpissime etiam valde ignominiosum existit. Tertio circa Phlebotomiam in casu dubio adhibendam, insuper ad patientis vires attendatur; nam in constitutione sana, ætate vegeta, morbo incipiente, & functionibus tam vitali tum Animali adhuc in statu vivido aut mediocri existentibus, sanguinis missionem, nisi aliquid contra indicat, confideat præscribere licet. Attamen quando seæus quoad conditiones istas habebit, haud temere ad evacuationem istam procedatur.

Tertio sanguinis motus inordinati, quando nimium iste tanquam cæstro percitus, in partes modo his, modo illas aut impetose irruit, aut materiem noxiam transfert, per Phlebotomiam optime cohibetur aut reducit: quapropter ad cephalalgias immanes, insolitos quoque soporosos, aut convulsivos, ad catarrhos, ophthalmias, ac tussim, Asthma, paroxysmos Arthriticos, & nephriticos, aut phlegmonas, Erysipelata, quinimo ad complures alios affectus ob sanguinis aut feri fluxiones excitatos venæ sectio communissime præscribitur, & quidem uti bono plerumque cum successo, ita cum recta ratione; quippe vasis inanitis, sanguis spatium liberius nactus, placide ac imperturbate circulatur, porro quicquid hujus aut feri extravasatur resorberi, inque cursum suum reduci solet.

Designatis ad hunc modum effectibus tum bonis, tum malis, qui sanguini in diversimodo ejus statu per Phlebotomiam accidunt, jam proxime disquiramus quos præcipue morbos, aut totius corporis, aut privatæ cujusque regionis illud remediū genus immediatius respiciat. Et primo ad effectus generales quod spectat, satis vulgo notum est sanguinis missionem ab inemprie calida & sicca indicari, & ab humida & frigida prohiberi. In omni febre proponi solet, nunquam vero in hydrope. Dein si morbos particulares consideremus, nulla corporis regio, aut pars est, quin uti sanguinis vitalis simul ac nutriti (dummodò

Tom. IV. Pars II.

recte habeat) influentia gaudent, ita quoties alicubi tumultuatur, aut loco succi benigni, incongruum aut irritativum expostigit, avocationem & extra missionem ejus postulat. Singulos Indicatos hujus casus si notare vellem, fere totam corporis humani pathologiam hic recensere oporteret. Caput dolens, cerebrum sanguine, aut sero (unde nascitur malorum Iliac) oppressum, aut inundatum, oculorum phlogosis, faciei, oris, ac gutturis inflammatio, pectoris ac præcordiorum morbi omnes (utpote quibus singularis inordinatio sanguinis originem, aut fomitem præbet) pariter jecoris, lienis, aliorumque viscerum obstructions, aut affectus inflammatorii, quin etiam uti totius corporis plethora, & habitus Athleticus, ira & cujusque membri tumores, & pathemata dolorifica, aut convulsiva sanguinem, velut mali omnis Authorem accusare videntur, ejusque missionem quasi vindictæ genus quoddam exigunt.

In his & per pluribus aliis affectibus, si quando sanguinis detraçtio planissime indicatur, priusquam ea peragitur, super his quatuor deliberare oportebit, viz. in quo loco, quali modo, & instrumento, quo tempore, & quanta copia sanguis eximi debeat.

1. Quoad prius, est iuxta circulationis sanguinæ leges, quoties massa sanguinea diminuenda fuerit, parum interit, à quo vase, modo satis amplum hoc fuerit, ejus portio emittatur: attamen quia præter generalem sanguinis evacuationem, interdum partialis perivatio proprie dicta (uti cum sanguis è privato ubi aggeritur loco educendus est) ac insuper revulsio, quando in hanc aut istam partem revocandus est, intenduntur; idcirco in corpore humano variè quasi termini statuuntur, è quorum modo hoc, modo isto, vel alio, sanguis pro data occasione ac ad usum maxime requisitus emitti queat.

Si quando igitur sanguinis evacuatio universalis in dicitur, vena brachii mediana optime secatur, hæc enim satis ampla facile speritur, atque ad orificium ejus satis patens cum è toto corpore æqualiter fluit; cujus liberiori effluxu non tantam plethoræ admittitur, sed vasis majoribus hoc modo ubique inanitis, sanguis alicubi stagnans, in motum vindicatur, atque extravasatus denno in venas resorbetur. Quare in magnis affectibus, ubi sanguis in cerebro, aut circa præcordia aggestus citum exitum minatur, optima non tantum generalis evacuationis, sed & revulsio via est, è vena brachii largiter pertusa sanguinem pleno fluente emittere.

Sin vero absque magna plethoræ, sanguis è toto evacuari, & à corporis regione superiori versus inferiorem revelli debet, uti in fluxu menstrui, aut hæmorrhoidalibus suppressionibus, cruorem à pede potius, aut vasis sedalibus per hirudines, educere conveniet. Quod si post sanguinem è toto evacuatum, ipse insuper è privata quadam parte ubi aggeritur derivandus sit, detraçtio ejus prope locum affectum fiat. Hinc in morbis Cephalicis, venam frontis, temporum, aut Juguli aperimus. Ad sanandos tumores, aut dolores in artibus excitatos, infra, aut juxta eas, aut vas secamus, aut sanguinem per cucurbitas, vel hirudines extrahimus. Pariter in affectibus Thoracis, ac imi ventris, aut regioni laboranti cucurbitas, aut vasis sedalibus hirudines applicantur.

Quod autem vasa nonnulla peculiarem respectum erga viscera quedam gerere, in eorumque affectibus perturbandi debere perhibentur; uti viximè sunt vena brachialis externa quæ caput, ac interna quæ hepar, item vena manus exterior ad digitum penultimum tendens, quæ lienem respicere dicuntur, atque id propter hæc Salvarellæ, atque illarum prior Cephalicæ, & altera Jecoraria appellantur; totum hoc mere vulgaris error est, qui nulli rationi aut observationi Anatomice innoxius; nescio unde originem cepit.

G g

Quam

Quamprimum igitur de vena secanda, ejusque loco convenit, accipiat vas satis amplum & maxime conspicuum, ut facilius aperiri, atque ab Arteria, nervo ac tendine remotum, ut securius pertundi possit; quare in brachio sæpissime oligitur vena mediana; quamvis exterior cephalica dicta, vasis alii minus stipata, tutius secatur.

Vena jugularis, in jumentis quoties sanguis mittendus est, fere semper pertundi solet, miram quod non ita mos obtinuit in homine, cum hujus canalis amplius ac eminentius, & facillime, & tutissime omnium secari potest; quippe nec arteriam habet sociam, & procul à nervo omni incedit. Porro ex hoc vase, æque ac alio quovis pertuso, sanguinis evacuatio universalis fit à toto corpore, simulque optima derivatio ejus à capite, proinde ut cruoris, serique stagnationes, aut aggestiones omnes illinc expediantur.

Circa vasa in pede, aut manu, haud magna delectus ratio, quin accipiat vena maxime tumida: de loco parum refert, nisi quod supra aut prope malleolum si incidenda fuerit, summe cavendum est ne tendo lædatur; quod à chirurgis imperitis, aut temerariis, cum magno patientis damno interdum accidit. Porro curetur, ne vena secetur prope Anastomosis ejus cum arteria; nam si hoc fiat, sanguis per totum coccineus impetuose exiliet, ejusque effluxus non facile sistitur, nec vasis officium cito occluditur.

Designatis ita sanguinis mittendi præcipuis locis, censeoque vasorum delectu, jam proxime dicendum esset de modis, sive instrumentis, quibus sanguis extrahitur: quod nempe fieri solet, aut venæ sectione per cultellum, aut suctione per hirudines, aut per cucurbitas post scarificationem. Attamen super his non opus erit multa differere, quoniam hæc singulæ experientia passim apud agros, Barbitonores, & mulierculas in familiari sunt usu; & omnia quæ ad eas spectant tam vulgo nota, ut nulli domus magis sit sua; quare verbo tantum dicemus.

Venæ sectionem super Helmontius, & adhuc quidam sectatores ejus Pseudochymici, & Fanatici, ab omni medicina ejecerunt; quia sc. evacuationem hanc naturæ (quam aut proprio Marte, aut ipsorum panaceis adjutam per se naturæ superare volunt) maxime injuriam esse putant; certe haud minus ridiculum hoc, quam quod olim Chrysippus Apamantes, Strato, & quidam alii (uti Galenus refert) remedium hoc damnarunt, quia vena difficile interoscatur ab Arteria. Profecto experientia facta tristi constat, inter venam secandam, arteriam quandoque pertundi; unde vel mors, vel membri ab illio nonnunquam sequuntur, cujus ratio est, non, uti vulgo dicitur, quod Arteriæ Tunica, magis nervæ aut membranaceæ quam sunt Tunica venosæ, ægre aut non omnino perficari possunt; cum revera vas illud, fibræ carnis plurimum & crassioribus donatur: attamen causa est quod Arteria pariter, ac cor ipsum incessanter vibrare, ac pulsare debet, fibræ ejus systolæ ac diastolæ vices perpetuas iterantibus; quæ propter foramen in canali ejus factum, propter continuum vasis motum, & sanguinis effluxum fere insanabile existit. Longe secus habet in vena, cujus apertura denuo statim sponte occluditur: hujus enim tonus parum operis contractivi incumbit, quinimo hoc tantum, ut fibræ ejus leviter pro data occasione diductis, sanguis ultro reflueas, blande propellatur; atque post Phlebotomiam istæ, vase insano, oriri permittantur; interim ut foramen incisione factum, facile agglutinetur. Venæ sectionem, si quando medicus, aut pariens adhiberi ventur, sanguinis extractio per hirudines, aut cucurbitas scarificatis, satis apte, & cum pari sæpe commodo defectum ejus supplebit. Porro hæc administrationes, ad tollendam morbi causam conjunctam, ubi nimirum derivatio, sive eva-

cuatione partiali potius quam generali opus est, non raro Phlebotomiæ præferantur; utriusque operationis modis & effectuum rationibus, etiam vulgo satis notis, non opus est hic amplius explicandis immorari; quin ad alia procedentes sanguinis mittendi tempus, quantitatem jam proxime perpendemus.

Sanguinis mittendi opportunitas tanti sæpe momenti est, ut cum evacuatio hæc uno tempore proficit, in alio quodam summe officiat. Sunt autem varii temporum respectus, qui circa Phlebotomiam rite faciendam in considerationem veniunt: potissimum vero hi quatuor, sc. tempus morbi, ætatis, anni, & diei, primis horum patientis curationem, & reliqui ejus præservationem præcipue concernunt.

Primo igitur si in morbo quopiam sanguis mitti debet, maxime opportunum erit hoc fieri circa initium, aut augmentum ejus, minime vero, aut caute admodum in statu, aut declinatione. Quippe in illo, dum natura crisin moliens maxime occupatur, adeo ut spiritus summe laborent, & sanguis valde fermentescat, iste supremus ejus nixus perturbari non debet; atque in morbi æstus aut natura vidrix subsidio isto non indiget, aut vidua talem evacuationem non feret.

Secundo, si quando oportet gratia de sanguine mittendo deliberatur, infantes, pueri, & senes, ex solenni omnium nationum ritu manumissionem obtinent: gravidis etiam evacuatio hæc olim interdeditur, nunc autem communissima præscribitur. Homines constitutionis vegetæ ac mediæ ætatis Phlebotomiam satis bene tolerant, eaque sæpenumero indigent. Attamen prima & secunda vice eam non sine magna occasione inire debent, quia semel incepta, & dein iterata, cito in consuetudinem inevitabilem transibit. Hinc qui Vere & Autumno sanguinem mittere solent, postea evacuationem hanc non sine discrimine omittere possunt, Quibus autem utile, aut necesse erit, semel aut his in anno venam speriri, tempora ad hoc maxime opportuna erunt, sub initia veris, ac autumnii, quando nimirum sanguis de novo fermentescere aptus, crasin suam mutare periclitatur. Phlebotomia tempestive adhibita præcaverit, ne sulphure ac salibus exaltatis, intemperiem febrilem, Ichoroticam, aut alias vitiosam contrahat; item ne fluorem passus, recrementa ferosa, aliasque faculentias cerebro, pulmone, aut ventris imi visceribus suffundat. Circa solstitia, cum corpora nostra maxime frigent, aut æstuant, sanguis uti & vegetabilium omnium succus, in statu fixiori, ac ad turgescendum inepto positus, nisi causa quadam urgente extrahi non debet.

Quod autem nonnulli circa Phlebotomiam, pariter ac russici circa Animalium Castrationes, ad cæli positum, atque lunæ & siderum aspectus religiose, seu potius ridicule advertunt, omnino frivolum videtur, ideoque potissimum hic mos damnandus est; quod pseudo Astrologi in Almanachis suis figuram habent, in qua singula Zodiaci signa particularibus quibusque corporis nostri membris appenduntur; proinde quo signo luna versatur, è respectiva hominis parte sanguinem omnino detrahi vetant: certe qui alio cæli observant toto (uti dicitur) cælo errant. Porro vulgaris hic error non tantum absurdus sed non raro maleficus existit, quatenus sc. multi plebei à Phlebotomia utcumque indicata abstinere, si modo signum (uti aiunt) in sanguinis mittendi loco sit.

4. Ad tempus diei quod spectat, in morbis acutis, quando Phlebotomia confestim peragenda indicatur, medicus accersitus, post corpus preparatum, qualibet diei aut noctis hora operationem istam præscribat: secus autem si mora concedatur, tunc potius in aurora, cum ventriculo jejuno & vasis oet
Dia.

Diaphoresia nocturne inanitis, rivus sanguineus maxime sedatus, & ab illuvie serosa immunis existit, venæ sectio commodius celebrabitur. Quinimo etiam si necessitas urgeat, parumper ea differatur, donec recens ingestorum succus in sanguinem transferit; vasa enim inanita chymum non modo crudum, sed non raro sanguini incongruum, aut improporionatum in se corripient, unde non solum motus ejus perturbatur, verum & flamma vitalis nonnunquam obrui periclitatur. Novi quosdam à Phlebotomia paulo post potum pleniorum, aut liquoris vinosi ingestionem adhibita, in leipthymias terribiles incidisse, quæ perquam diu, donec spiritus vitalis semibrutus de novo emergeret, perduraverunt.

Quinto insuper his venæsectione indicata, ejusque tempore statuto; restat adhuc consideratio non minima de quantitate sanguinis mittendi; in quo puncto sæpe plurimum delinquitur, dum quidam nimis audaces, alique haud minus timidi, ejusmodi terminos figunt, quos ultra citraque rectum plerumque consistit. Nam ut præterea illos qui Phlebotomiam (prout supra innuimus) ægre aut vix omnino admittunt; etiam ut aliorum qui sanguinem usque ad leipthymiam haurire non verentur praxi non facile assentiant; insuper intra fines moderatos error non levis momenti committitur, dum in quibusdam casibus sanguis nimis parca, inque aliis liberiori quam par est manu detrahitur. In febre ardente, pleuritide, Peripneumonia, Angina, phrenitide, Apoplexia, aliisque magnis morbis, à sanguinis turgescencia aut incurfu *ὀξύμυ* videtur oriundis, Phlebotomia diminuta semper plus officii quam prodest. Præterquam enim quod morbi causam antecedentem, sc. plethoram non tollit, insuper conjunctam, sc. inflammationem, aut sanguinis irruptionem, augeri facit. Enimvero conflans observatio est, à cruore parcius detracto, totam illico massam ejus insignius esse vescere, novaque in partem affectam *feras* habere: cujus ratio est, quod in magna plethora, plures & sanguinis & feri portiones, in recessus & angustias protrusæ illic residere cogantur; quæ post vasa perpaulum inanita, in massam sanguineam impetuose regurgitant, ipsamque valde exagitant, & huc illuc impetuosis adigunt. Quapropter hoc etiam respectu vasa permultum depleri opus est, viz. ut præter laticem priorem ab angustis liberandum, etiam sacco ab exilio reduci spatium concedatur; qui secus cruori minus congrue adveniens tumultuatur, ipsumque in effervescentias & eruptiones concitat. Hinc advertere licet, quoscunque fere homines statim à Phlebotomia magis inculescere, qui tamen sanguine sufficienter evacuato, paulo postea temperatius habent.

Quemadmodum autem sanguinis detractio minuta in quibusdam casibus non tantum frustra, sed etiam noxie celebratur, ita in aliis nimia ejus effusio raro impune cedit, & nonnunquam insignie sanitatis detrimentum adfert. Nam si quando aut vires languent, aut corpus insani cachexia laborat, sanguini parcendum erit, ejusque detractio aut prohibetur, aut propter accidens quoddam indicata non nisi in parva quantitate conceditur. Quare in hominibus constitutione tenera, debili, aut frigida præditis, inque tabidis, febre longa, aut maligna affectis, item in hydropticis aut valde cacochymis, vena haud temere secetur, sicutem è secta non multum sanguinis effluere sinatur. Impossibile erit, quoad singulos cujusque individui casus regulas generales præscribere, quibus sanguini mittendi quantitas, juxta morbi vires & patientis tolerantiam; exacte proportionetur; quin hoc præsentis, & quidem prudentis medici judicio relinquatur, ejusque præceptum religiose semper observetur; nec ita (passim uti fit) agyris, empiricis, & barbitonforibus, de vita humana ludaci venia

Tom. IV. Pars II.

concedatur, qui Phlebotomiam temerarie, ac improbe celebrant; & si forsitan cruor liberius exiliet, aut discolor apparebit, idcirco de vase bene perituro gloriantes, cum quia malus videtur, uberius emittendum clamitant, cum sæpius è contra ei parcendum fuerit.

Quamprimum sanguinis detrahendi quantitas determinatur, proxima tunc cura esse debet, ut facto officio largiori, idem æqualiter mixtus tempore citissimo effluat; secus enim, si ex foramine exiguo, aut stillatim, aut cum virgula minuta exibat, massa sanguinea fermentescens in partes secedet, quodque subtilius, & magis spirituosum est erumpet, portione crassiori & sæculenta pone subsistente. Hinc observare est, si quando sanguis ex officio amplo, cum fluente pleniori emissus, digito imposito parum sistatur, & paulo postea effluere sinatur, cruor secunda vice exiens, prior multo purior & splendidior evadet; quia nimirum in effluxus intervallo, particule subtiliores crassioribus extricatae, & simul agglomeratae, sese ad avolandum accinxerunt. Quapropter si Hippocratis præceptum, pro sanguine ad coloris mutationem observandum fuerit, procurare oportet, iste ut cum pleno, & non interrupto fluente citissime emittatur. Super his, item quæ ad sanguinis vena emissi, & in frigidati alterationem, ejusque inspectionem, & judicium pertinent, cum ali sæpe differimus, ea nunc consilio præterimus, ad alia festinantes; j. m. que methodi solum dicit nos ad tractandum de remediis Phlebotomiæ oppositis, sc. *ὀξύμυ*, quæ nempe ad hæmorrhagias immodicas, sive à natura, sive per accidens inducuntur, sistendas conveniunt.

Hactenus Thomas Willisus. Sequatur jam

LAURENTIUS BELLINI

De Sanguinis Missione.

Diffinitio mittendi sanguinem pendet ex toto à naturali ejus fluxu, seu circuitu intra corpus, adeoque supponendam id omne quod ostenditur de circuitu naturali sanguinis: Sed quia duo præcipue sunt, ex quibus deducitur necessitas eorum quæ à missione sanguinis pendunt, illa hic indicare operæ pretium duximus. Sunt autem hæc:

Primo, sanguis tam in systole, quam in diastole arteriarum, fluit per ipsas æquè velociter, & impetus fluxus mensuratur à momento quod concipit à facultatibus arterias circumprimentibus, & ab excessu velocitatis quam concipit à corde, supra momentum resistentiarum quibus occurrit: Sunt autem illæ sanguis præcedens, & ipsæ arteriæ.

Secundo, sanguis fluens per arterias nititur in sanguinem fluentem per venas, & ejusmodi nulum prohibere non potest, quæcunque in venis supponatur facultas trahens.

Ex his autem, quæ ad sanguinis missionem pertinent omnia,

Propositio I.

A quæcunque venâ mittatur sanguis, per totum spatium temporis, quo mittitur, quantitas ejus singulis contractionibus cordis, influens in truncum arteriæ, cujus aliquis ramus continuus sit venæ, à quâ mittitur sanguis majorem proportionem habet ad quantitatem eodem tempore influentem in truncum alterum, quam quantitates eodem tempore in eodem truncos homologè influentes, quando nihil sanguinis mittitur, sed totus fluit per canales sucæ. Simi-

G g 2 ll ee

liter quantitas sanguinis, singulis contractionibus cordis influens in arteriam illius partis, à cujus venâ mittitur sanguis, ad quantitatem influentem eodem tempore in arteriam partis oppositæ, & ab eadem origine venientem, majorem proportionem habet, quam quantitates eodem tempore in eosdem canales homologè influentes, quando nihil sanguinis mittitur, sed totus fluit per canales suos: quantitates autem sanguinis, ab altero trunco in suos ramos eodem tempore influentes, proportionales sunt quantitativibus in eosdem ramos homologè influentibus, quando nihil sanguinis mittitur. At verò velocitas sanguinis per totum spatium temporis, quo mittitur, in omnibus venis, atque arteriis fit major, nisi quod fieri potest, ut sanguis contentus in toto tractu venarum, qui comprehenditur inter dextram auriculam cordis, & locum, ubi factum est emissarium sanguinis, & successivè sanguis etiam, contentus in venis omnibus, in tractum illum confluentibus, atque deinceps sanguis, etiam contentus in arteriis, quæ sunt iis venis continuæ, fiat minoris velocitatis, quam cum nihil sanguinis mittitur. Cæterùm velocitas aucta, quæ exercetur per venam, à qua sanguis mittitur, omnesque in ipsas confluentes, sicut per arteriam, suosque ramos iis venis continuos, ad velocitatem, quæ per eosdem canales exercetur, cum nihil sanguinis mittitur, majorem proportionem habet, quam velocitas aucta per quoslibet homologos canales reliquos ad velocitatem per eosdem, cum nihil sanguinis mittitur, & auctæ velocitates per ipsos proportionales sunt velocitatibus, quæ per eosdem exercentur, cum nihil mittitur sanguinis. Brevi autem à suppressione sanguinis cessat hæc inæquabilitas velocitatum, & quantitatum ejus per canales suos, solaque permanet aucta velocitas, quæ per quoslibet homologos canales est quidem major velocitate, quæ per ipsos exercetur, cum nihil sanguinis missum est; sed est eadem hac velocitate proportionaliter major. Oportet autem, ut quæ sanguinis quantitas mittitur, non imminuat momenta contractionum in villis, cor, musculos reliquos, & membranas constituentibus, à quibus concipit sanguis momentum fluxilitatis suæ, cum fluit totus per canales suos.

Quoniam sanguis, fluens per arterias, nititur in sanguinem fluentem per venas, & sanguis per venas præcedens impedimento est sanguini per easdem succedenti; amoto igitur impedimento succedenti per venas sanguini, idem sanguis continuè per venas succedens fluit velocius, adeoque sanguis per arterias in ipsum nitens, quoties impedimentum illud remotum erit, minorem resistentiam à sanguine venarum patietur; sed factò emissario in qualibet vena, ita ut sanguis possit effluere, & re ipsa effluat, fit, ut sanguini per venas succedenti nihil obstat sanguis per easdem præcedens, cum liber illi pateat effluxus in nihil repugnantem, aëra; factò igitur in qualibet vena emissario, sanguis per arterias, iis venis continuas, fluens, & in earundem sanguinem nitens, minori resistentiæ occurret: est autem sanguis per omnes arterias sibi ipsi continuus, & succedens per ipsas, nititur in præcedentem: igitur nifus sanguinis, fluentis per arterias omnes, continuus est in sanguinem fluentem per venas quaslibet; adeoque factò emissario in vena qualibet, ita ut sanguis effluat, minuetur resistentia non solum sanguini per summas arterias, venæ illi continuas, sed per earundem ramos majusculos, majores, ac demum truncum ad usque cor. Itaque veniat jam cor in contractionem suam, factò in qualibet vena emissario sanguinis. Quoniam sanguis à corde trusus, incidit in præcedentem sanguinem ad immiffaria utriusque trunci arteriarum, non motus per alterutrum, aut utriusque ipsorum directionem, sed quaquaversum pressus, & à sanguine, ad im-

missaria occurrente, resistentiam patitur; influet igitur in utrumque truncum quantitas sanguinis, quæ poterit pro ratione resistentiæ ad immiffaria vigentis; sed hæc pendet à sanguine ibidem occurrente, & ejus resistentia pendet à resistentia sanguinis, præcedentis per totam longitudinem arteriarum, & quæ iis continuæ sunt, venarum; in eum igitur truncum major quantitas sanguinis pro ratione resistentiæ devolvetur, à cujus continuis venis sanguis effluit, cum in hoc minor resistentia vigeat: & quantitas sanguinis, qui mittitur, ea supponitur, quæ minuire nequeat momentum contractionis cordis, hoc est momentum, quo sanguis influit in arterias, canales sunt iidem, & resistentia, à sanguine pendens, minor, cum immiffarium sanguini factum est, quam cum nihil sanguinis mittitur; quantitas igitur sanguinis, singulis contractionibus cordis influens in truncum arteriæ, à cujus continuis venis mittitur sanguis, ad quantitatem eodem tempore influentem, cum nihil sanguinis mittitur, erit reciproçè, ut resistentia major cum nihil sanguinis mittitur, ad resistentiam minorem, cum aliquod in continuis venis emissarium patet, & quod inde fit, quantitas sanguinis in truncum arteriæ, continuum venis, è quarum aliqua mittitur sanguis, influens in illa contractione cordis, ad quantitatem, eodem tempore influentem in truncum alterum, majorem proportionem habet, quam quantitates sanguinis, eodem tempore in eosdem canales homologè influentes, cum nullum sanguini emissarium patet, sed totus ducitur per canales suos; quare patet prima pars.

Secunda pars eodem modo ostenditur; mitti enim sanguis supponatur à Saphæna dextri pedis ex. gr.: hæc igitur erit continua ramis dextræ arteriæ iliacæ: utraq; autem iliacæ ab eadem origine veniunt, hoc est ab eadem à corde distantia; igitur velocitates sanguinis ad ipsarum immiffaria sunt eadem, adeoque quantitates, singulis contractionibus cordis influentes in utramque iliacam, sunt in ratione composita sectionum, & resistentiarum; sed per emissarium in saphæna dextra minuitur resistentia magis, quam in sinistra, patet igitur secunda pars.

Tertiò, quoniam quicquid resistentiæ patitur sanguis in iis arteriis, & continuis venis, à quarum nulla mittitur sanguis, provenit à resistentia, quam exercet sanguis, contentus in eo trunco venarum, à quarum nulla sanguis mittitur, & hæc cujuscumque diversi gradus sit, semper proportionaliter se habet ad emissaria diversarum venarum, quæ in ipsum influunt, resistentiæ igitur in utriusque ex, gr. axillaribus, cum nihil sanguinis mittitur, proportionales sunt homologè resistentiis per easdem, cum aliquod emissarium patet in aliqua vena trunci descendens: supponitur autem sanguinis impetus idem, & utraq; axillares arteriæ originem ducunt æquidistantem à corde; igitur etiam, cum sanguis mittitur, quantitates sanguinis, singulis contractionibus cordis in utramque axillarem influentes, habebunt rationem compositam ex rationibus sectionum, & resistentiarum, non secus ac habeant, cum nihil sanguinis mittitur; sed & ipsæ resistentiæ, cum sanguis mittitur, sunt homologè proportionales resistentiis, cum nullum, emissarium patet; patet igitur propositum, & cum quod de una contractione cordis dicitur, verum sit de singulis, & per totum tempus, quo mittitur sanguis, cor contrahatur, patet veritas trium assertorum.

Quartò, quoniam ab ipso primum tempore, quo sanguis mittitur, ac per totum deinde tempus missionis sanguis, contentus in cavitate venarum, quæ ab emissario ad auriculam usque cordis continentur, levatur à pressione, quam passus fuisset ad effluente sanguine, igitur sanguis contentus in omnibus illis venis minus est stipatus, atque coactus, & minoris momen-

momento quaquaversum nititur, hoc est minus nititur in emissaria venarum, in totam illam cavitatem hiantium, adeoque sanguis in iis contentus, arteriisque continuis minorem resistentiam patitur, unde sanguis, contentus in venis hiantibus in cavitatem, quæ continetur inter emissarium, & cor, arteriisque continuis, velocius movetur, quam cum nihil sanguinis mittitur. Rursus quoniam in eadem illa cavitatem contineri naturaliter potuisset etiam sanguis, qui mittitur, igitur influenti ex reliquis venis spatium majus patebit absque repugnantia, unde eo facilius, eoque magis agebitur, atque exercebitur velocitas sanguinis per canales omnes, in eam cavitatem influentes, unde duplici de nomine velocitas per venas, in eam influentes, usque continuas arterias per totum spatium temporis, quo mittitur sanguis, fiet major. Quia verò cum auriculæ in contractione sunt, per villos constrictores venarum fit, ut impediatur communio inter utrumque truncum, quæ tamen non prohibetur, cum auriculæ in distractione, seu restitutione constituuntur; in restitutione igitur constitutis auriculis, truncus alter, in alterum hians, nititur, atque, si poterit, movebitur suo sanguine in alterutrum, sed truncus, à cujus aliqua vena sanguis mittitur, minorem proportionem naturali quantitatem sanguinis ad auriculam derivat, & minori momento velocitatis instat, quam truncus alter; igitur ex hoc defluere aliquid sanguinis in alterum poterit, adeoque aliquid sanguinis è truncu, à cujus nulla vena mittitur sanguis, devolutum in alterum, faciet, ut ille majus, & magis liberum spatium relinquat sanguini per confluentes venas, usque continuas arterias in eundem illum truncum fluenti; quare hujus etiam velocitas augetur, & cum eodem de nomine sanguis ejusdem trunci reliquis, minus sit coactus, atque stipatur, minus nititur in emissaria confluentium venarum, unde velocitas augetur utraque ratione superius exposita. Sit jam plenitudo vasorum tanta, ut in prima restitutione auricularum ab incepta missione sanguinis ea vi, ac momento velocitatis, eaque quantitate devolvatur sanguis è truncu, à cujus nulla vena ducitur in alterum, ut superet, tum in illa restitutione, cum in reliquis succedentibus, momentum, quo sanguis influit in cavitatem venæ, inter emissarium, & cor contentæ, è venis in ipsam confluentibus, atque continuas arteriis; tum igitur fiet, ut sanguis ad emissaria venarum confluentium subsistat, ac succedens ex ordine per venas & continuas arterias; quare fiet, ut sanguis fluens per venas, quæ confluant in truncum earum, contentum inter locum, ad quem sit emissaria, & dextram auriculam cordis, & deinceps etiam sanguis, fluens per continuas arterias, fiat minoris velocitatis, ut proposuimus.

Quoniam verò sanguis, qui per emissarium effluit, exiit toto illo velocitatis impetu, cujus solam parte aliqua per venas fluit, igitur in succedentem sanguinem vix nititur; in reliquis autem venis, à quibus sanguis non mittitur, sanguis præcedens est semper impedimento sanguini succedenti; igitur in vena, à qua sanguis mittitur, minima omnium resistentia occurrit sanguini, per eandem venam, & confluentes omnes, atque continuas arterias, fluenti; adeoque hujus velocitas erit omnium maxima, quæ proinde ad velocitatem, quæ exercetur per eosdem homologos ductus, cum nihil sanguinis mittitur, majorem proportionem habebit, quam velocitas aucta per homologos canales omnes, cum sanguis mittitur, ad velocitatem, quæ per eosdem exercetur, cum totus fluit per canales suos. At verò velocitates, auctæ per homologos canales reliquos, cum sanguis mittitur, ad velocitatem per eosdem, cum totus fluit per canales suos eandem habebunt proportionem; cum etiam velocitates pendent à resistentia maxima,

Tom. IV. Pars II.

ma, quæ exercetur in truncis venarum; hæc autem, cum mittitur sanguis, per totam earum longitudinem proportionaliter decrescat, etiam resistentiæ diversarum venarum ad diversas longitudinis partes hiantium, proportionaliter minuentur, seu augetur velocitates eadem proportionem reciproca: cum autem in eadem resistentiarum reciproca proportionem sint velocitates homologorum canalium, cum nihil sanguinis mittitur, & hæc, cum mittitur, proportionaliter decrescat, auctæ velocitates, cum sanguis mittitur, erunt in canalibus homologis, ut velocitates per eosdem, cum totus fluit per canales suos. Neque solum ratione minoris resistentiæ, quæ exercetur à sanguine præcedente, augetur velocitas succedentis, sed etiam ratione duarum reliquarum facultatum, à quibus velocitatem concipit sanguis, nempe virtutibus arteriarum circumprimentibus, & arteriarum restitutione, seu contractione. Quoniam enim, dum sanguis mittitur, quod superest, minus coactus, atque stipatus est, & vasa minus infarta; facultates igitur circumprimentes, minorem resistentiam patiuntur, & sanguinem in iis contentum majori momento, & facilius in motum cient, seu ille movetur velocius. Pariter quoniam arteriæ vi propria contractionis plurimum contrahuntur, cum possunt; à missione autem sanguinis vis, qua ipse totus restitutionem arteriarum impedit, minuitur; magis, igitur & majori momento resistentur, & sanguinem validius trudent, seu crescet ejusdem velocitas. Rursus quoniam momentum contractionis in corde, cum sanguis mittitur, supponitur idem, ac cum nihil sanguinis missum est; arteriæ autem minus infartæ sunt minus distractæ, & quo minus distractæ, eo minus novæ distractioni ab appulsu novi sanguinis resistentes; si igitur sanguis eodem momento niti possit in arterias, cum sanguis mittitur, quo nititur in easdem, cum totus fluit per canales suos, distrahentur facilius, & magis, magisque propterea resistentur, & velocitatem sanguini conciliabunt majorem. Quia verò, cum nihil sanguinis mittitur, resistentia sanguinis præcedentis est major, unde sanguis à corde succedens, & majori resistentiæ occurrens, dissilit majori momento quaquaversum per latera, & validius in arteriam nititur, & momenta dissilitionum sunt reciproca, ut resistentiæ à sanguine præcedente, & ut hæc eadem resistentiæ, sunt etiam facilitates distractionum in arteriis, quanto igitur minus erit momentum dissilitionis, cum sanguis mittitur, tanto minor erit resistentia distractionis ab appulsu sanguinis ad arterias pariter, cum sanguis mittitur; quare momentum distractionis conceptum ab impulsu sanguinis, cum aliquid ejus mittitur erit idem, ac momentum, quo distrahitur, cum nihil ejus mittitur: quare eodem momento restituatur, quo restituitur, cum nihil sanguinis mittitur, & occurrit minus resistenti sanguini; majori igitur momento ipsum urget, seu majori velocitate movet; quare patent quæ proposuimus.

Postremò autem supprimatur sanguis, dico brevi à suppressione cessaturam hanc inæqualitatem velocitatum, & quantitatum sanguinis per canales suos cum cæteris, quæ proposuimus. Quoniam enim per suppressionem sanguinis fit, ut qui sanguis per emissarium effluere nequeat, & urgetur à facultatibus in aptum agentibus, profloet igitur ulterius in continuas venas usque ad auriculam cordis, ad quam in ejus restitutione nititur in truncum alterum, & in ipsam etiam devolvetur, quoties fuerit momenti majoris, & paulatim uterque truncus cum continuas venis implebitur, quantum residui sanguinis quantitas permittet, plenitudine, quæ erit proportionalis plenitudini eorundem, cum nihil sanguinis missum est; cum autem ejus quantitas post missione

G g 3

nem

nem sit minor, erit pariter minor resistentia sanguinis præcedentis, & momentum cordis supponitur idem; ergo velocitas sanguinis etiam absoluta missione ejus erit major, & id sive in contractione, sive in distractione arteriarum rem consideres, ut ex superioribus patet, & propter proportionalem diminutionem resistentiarum in canalibus homologis erunt velocitates per eandem etiam absoluta missione sanguinis proportionaliter majores velocitatibus, quæ per eandem exercentur, cum nihil sanguinis missum est: quare patet tota propositio.

Hic autem adnotatum volumus, conditionem, quam extremo loco posuimus de quantitate mittendi sanguinis, quæ non minuat momenta facultatum, esse semper supponendam in qualibet succedentium propositionum, in quibus brevitatis gratia omittetur, & cum opus erit eandem, vel explicare, vel in quemlibet finem repetere, repetetur.

Propositio II.

Velocitas, qua fluit sanguis postquam missus est, est quidem major velocitate, qua fluit ante missionem, sed est minor illa, qua fluit, dum mittitur. Velocitas autem, qua fluit, dum mittitur, est major, aut minor, prout in eadem cujusvisque venæ parte sit emissarium amplius, aut angustius, & major per amplius, minor per angustius: per emissaria in diversæ amplitudinis venis æqualia fiet velocitas eadem, quoties earum venarum compressiones fuerint reciprocæ, ut earundem sectiones ad emissaria: major per emissarium angustiora, cum compressio ejusdem ad compressionem amplioris majorem illa reciproca sectionum proportionem habuerit: minor, cum minorem. Sed & fieri possunt angustissima emissaria ex minimè compressis, & maximè exilibus, nempe angustissimis venosis, & tamen intra æqualia temporis spatia velocitas augeatur ad eundem gradum, ad quem perduceretur, si per unicum emissarium educeretur sanguis ex venis amplioribus, & magis compressis, quod tunc fiet, cum tot secabuntur venulæ capillares, ut multitudo emissariorum in ipsis ad unicum emissarium in ampliori vena sit reciproca, ut compressio per illam venam ad compressiones singularem capillarum: quod si multitudo emissariorum in capillaribus ad emissarium unicum in ampliori vena majorem illa reciproca compressionum proportionem habuerit, erit velocitas major, si minorem, minor. Cæterum cum è quacunque vena mittitur sanguis, ita ut certa quantitas ejus longioris temporis spatium exigat ad effluendum, quam quod exigeret, si aliunde, aut per aliud emissarium mitteretur, sub finem utriusque temporis essent quidem incrementa velocitatum in reliquo sanguine æqualia, sed gradus velocitatis, qui singillatim adderentur singulis partibus longioris temporis, quæ sint æquales singulis partibus brevioris, essent minores, seu debiliores; qui verò adderentur singulis partibus brevioris, essent majores, seu validiores. Denique si quæ partes magis mobiles, solutæ, liquidæ, tenues possunt per pressionem venarum à sanguine emissariis allabente exprimi, & per ipsorum amplitudinem trahi, major pro ratione effluentis sanguinis ipsarum copia extrudetur, quoties momentum compressionis ad momentum, quo expressioni resistunt, majorem proportionem habuerit, quam momentum, quo divulsioni partium sanguinis, ut effluere possit, resistit ambitus emissariorum, ad momentum cohesionis inter partes ejusdem sanguinis: si verò non per pressionem venarum, sed per impetum insium solum, vel conjunctum cum ea ipsa pressione partes illæ exprimi, & exspirare possint, major earum copia pro ratione sanguinis simul effluentis exspirabit, quoties ita mittitur sanguis, ut longiori tempore opus sit ad

emittendam certam quantitatem ejus.

Ostensum jam est in præcedente, velocitatem sanguinis post missionem esse majorem, quam cum nihil missum est, sed & asserimus, hanc velocitatem esse minorem illa, qua fluit, dum mittitur. Quoniam enim, dum mittitur sanguis, totus ille, qui è venis effluit, vix quicquam resistit fluxui sanguinis per venas, usque continuas arterias succedentis, & ferè totus ille sanguis, qui allabatur emissariis, effluit; igitur ferè totus ille sanguis, qui allabatur emissariis, dum mittitur, nihil resistit fluxui reliqui per venas, & usque continuas arterias succedentis: sed obturato emissario sanguis ipsi allabens, non effluit, sed ulterius per venas ducitur; igitur obturato emissario, seu absoluta missione sanguinis ille, qui sanguini ad obturatum emissarium allabenti per venas, usque continuas arterias succedit, ab eodem allabente, nec effluente sanguine majorem resistentiam patietur, quam dum mittitur, seu velocitate minori fluere cogetur, quam cum mittitur: quia tamen quantitas universi sanguinis post missionem minor est, quam cum totus fluit per canales suos, erit illa resistentia major quidem, quam in ipsa missione, minor, quam cum nihil sanguinis missum est, seu velocitas post missionem erit major velocitate ante ipsam, sed minor ea, qua fluit, dum sanguis mittitur: quare patet, quod primo loco ponitur.

Quoniam verò ad eandem venæ partem viget idem impetus sanguinis, atque pressio, sive per arterias traducta, sive à facultatibus circumprimentibus; in eadem igitur parte venæ factio emissario diversæ amplitudinis, ad amplioris circumferentia minorem resistentiam patietur effluxurus sanguis, ab angustioris majorem; & emissarii majoris sectio major est sectione emissarii minoris; igitur ab emissario ampliori factio in eadem parte venæ intra datum tempus major copia sanguinis effluet, quam ab emissario angustiori, seu intra illud datum temporis spatium magis minuetur resistentia velocitatis sanguinis per emissarium amplius, quam per angustius in eadem venæ parte factum, seu cum mittitur sanguis, velocitas ejus magis augebitur, cum emissarium sit amplius, quam cum angustius in eadem parte venæ. Quia verò per venas inæqualiter amplas neque momentum pressionis ex arteriis, neque circumpressio à membranis ipsas constituentibus, neque à facultatibus circumpositis sunt æqualia; in venis igitur inæqualiter amplis factis emissariis æqualibus non dabitur æqualitas virium sanguinem in effluxum agentium, adeoque fieri poterit, ut si detur vena maximè exilis, quæ natura, arte, aut morbo majus momentum effluxus per pressionem conciliet contento sanguini, quam vena aliqua amplior, emissaria autem in utraque vena sint æqualia, seu æqualiter resistentia, quantitas sanguinis in dato tempore per exiliorem effluentis sit major quantitate effluentis eodem illo tempore per ampliorem; si minus, minor; si æqualis, æqualis, seu ut velocitas residui sanguinis major sit, dum mittitur per exiliorem, quam cum mittitur per ampliorem, unde quoties in venis inæqualiter amplis, & æqualibus emissariis fuerint, ut earundem venarum sectiones ad emissaria, ita reciprocæ pressionem, seu momenta velocitatum sanguinis per eandem, tum æqualibus temporibus æquales quantitates sanguinis effluent, seu velocitates residui æqualiter crescent; inæqualiter, prout illa pressionum proportio major, aut minor est, quam reciproca sectionum ad emissaria. Sint itaque plurimæ, etque exilissimæ, & minimè compressæ venæ; erit igitur per illas momentum velocitatis sanguinis minimum, perforantur singulæ, seu fiat emissarium sanguini, sed sint emissaria singula angustissima; igitur exiis angustis intra datum temporis spatium minima quantitas sanguinis effluet, tum ob angustias exitus minimam quantitatem admittentes,

tes, tam ob circumferentiam magis in minoribus sectionibus resistentem, tum ob minimum momentum sanguinis, quod superare, & niti debet in hanc ipsam resistentiam, & sanguinem in effluxum agere. Etsi autem hæc omnibus de nominibus quantitas sanguinis in dato tempore per illa emissaria venarum capillarum effluens, satis parva est cum tamen sit quantitas, & in amplioribus venis, & quantumvis compressis fieri possit unicum emissarium, quantæ vis minimæ amplitudinis; si igitur fiat, ut sectiones omnium emissariorum in venis capillaribus ad sectionem unius emissarii in amplioribus, ita reciprocè vis pressionis in sectione ad emissarium venæ amplioris ad pressionem sectionum ad emissaria singula in venis exilibus, erunt quantitates sanguinis eodem tempore effluentes per omnes sectas capillares, & unicam ampliore æquales; inæquales verò cum emissariorum proportio major, aut minor fuerit illa reciproca proportione compressarum, unde etiam velocitas sanguinis æqualiter, vel inæqualiter augeri poterit, ita ut etiam magis augetur, sectis capillaribus, quam amplioribus venis. Patet itaque secunda pars.

Tertio supponatur mittenda sexquilibra sanguinis è quacumque vena per emissarium cujuslibet amplitudinis, & per datum emissarium effluere non possit sexquilibra sanguinis, nisi intra quadrantem horæ, vel quodlibet aliud spatium temporis pariter datum. Supponatur autem vel in eadem parte venæ emissarium angustius, vel in qualibet alia vena, vel qualibet alia parte ejusdem venæ emissarium quodlibet ita factum, ut emissarium angustius ad amplius minorem proportionem habeat, quam pressio, dum sanguis mittitur per amplius, ad pressionem, cum mittitur per angustius (& eodem modo ratiocinare, cum emissaria fiant in diversis venis, vel diversis partibus ejusdem venæ, ut ex secunda parte hujus patet) igitur sexquilibra sanguinis per emissarium angustius effluere non poterit intra quadrantem horæ; sed opus erit longiori tempore. Sit illud sexquiquadrans: quoniam per utrumque emissarium mittenda supponatur eadem quantitas sanguinis, & ab ejus resistentia pendet augmentum velocitatis in sanguine reliquo; quantumcumque igitur temporis requiratur ad illius effluxum hoc ipso effluxu peracto, levatus erit reliquus sanguis ea resistentia, quæ è sexquilibra sanguinis provenit; quare & si per foramea angustius exigit illa sexquiquadrantem horæ, per amplius quadrantem solum; tamen absolutis tam sexquiquadrante, quam quadrantem horæ, sanguis, qui in vasis superest, in eundem gradum velocitatis devenit. Quoniam itaque gradus velocitatis acquisiti ad finem inæqualia temporum sunt æquales, adduntur autem per æqualia tempora proportionaliter velocitates; igitur auctæ singulis partibus brevioris temporis majores sunt velocitatibus, quæ acquiruntur singulis partibus longioris, quæ sint æquales singulis brevioris, unde velocitates auctæ per singulas partes æquales contentas in minori tempore validiores sunt velocitatibus, quæ augentur sigillatim singulis partibus longioris temporis, quarum singulæ æquales sint singulis partibus temporis brevioris, ut erat tertio loco positum.

Quarto, quoniam effluere non potest sanguis per emissarium in quacumque vena factum, nisi qui continue effluit, se jungatur undecumque, seu divellatur per ambitum à sanguine, qui per angustias emissarii simul cum reliquo effluere non potest; oportet igitur, ut in effluxu superetur, & divellatur cohesio partium sanguinis, cui plus resistentia angustiora, quam ampliora emissaria etiam propter diversam longitudinem semidiametrorum, per quam effluxum tentans sanguis nititur, ad hoc ut divellatur à reliquo, qui per angustias nequit effluere. Cum autem hæc resistentia superetur à compressione, qua urgetur sanguis per

venas, pro diversa amplitudine emissariorum, & momento cohesionis inter partes sanguinis, poterit compressionis vis sanguinem in effluxum agere, ejus quantitatem majorem, aut minorem in dato tempore extrudendo, prout vis compressionis major, aut minor fuerit, major, aut minor cohesio inter partes sanguinis, & emissarii amplitudo pariter major, aut minor. Sint insuper in sanguine partes magis mobiles, solutæ, liquidæ, tenues, & per pressionem ad emissaria à reliquo sanguine expressiles, & per eadem emissaria exspirabiles: ut autem vis pressionis ad momentum, quo expressio resistunt, ut momentum, quo resistunt emissaria divulsioni partium sanguinis ad momentum cohesionis inter easdem: manifestum est, eodem tempore, quo effluere incipit sanguis, incipere etiam expressionem earum partium, adeoque simul cum sanguine ipsas effluere, & cum cesset pressio statim, ac exiit sanguis, vix quicquam earum exprimi. At verò habeat vis pressionis ad vim, qua expressio resistunt, majorem proportionem, quam momentum emissariorum ad cohesionem partium sanguinis; statim igitur exprimentur adhuc obnitente emissario, & vix permittente divulsionem sanguini; quare sanguis emungetur magis non solum, qui effluxurus est, sed etiam qui allabens emissario ulterius per venas ducetur; expresso enim superiore sanguine, & ad superficiem emissarii fluente, facilius exprimitur etiam succedens ad usque eum, qui ducitur per superficiem venæ oppositam emissario; unde plurimum sanguinis, qui superest, & relinquitur in vasis post missionem, partibus illis potest exhausti; cum tamen servata illa pressionum, & resistentiarum proportione ne quidem sanguis effluens partibus solutis destituatur. Si verò eadem partes tenues, solutæ, liquidæ, mobiles non solum per pressionem exprimi possint sed etiam, cum patet exitus, ex se ipsis avolent, eo quod per sanguinem semper, & quaquaversum nitantur; si igitur ita mittatur sanguis, ut ad educendam certam quantitatem ejus sit opus longiori tempore (quod contingit, cum sit emissarium angustius, vel in vena exiliori) tum plurimæ illarum partium etiam è sanguine remotiorum canalium devenire poterunt ad usque patens emissarium, & exspirare, & id succedet, sive ex se ipsis nitantur, & moveantur, sive cum pressione ad ipsum contingat, quare patet tota propositio.

Propositio III.

A Sola missione sanguinis, & eo ipso tempore, quo celebratur, potest universa quantitas, quæ relinquitur in vasis, intus tota dimoveri, rarefcere, fervescere, fermentescere miris modis; ita ut quicquid est morborum, & quicquid in eis est admirabile, atque inexpectatum, statim in corpore suboritur. Insuper eodem exposito tempore, quo sanguis mittitur, potest etiam sine illa intima ejus dimotione separatio alicujus humoris, aut derivatio in canales suos plane supprimi, aut diminui, alterius augeri, alicujus alius in qualitatibus vitari: pulsus antea suppressus, intermittens, aut quomodolibet inæqualis per solam missionem sanguinis, & ipso statim tempore, quo celebratur, excitari, aut ad naturalem ordinem redigi. Pulsus autem antea naturalis in arteriis omnibus etiam iis, quæ abeunt in venas, mittentes sanguinem, per solam missionem ejus absque intima dimotione reliqui erit minor, atque celerior; sed fieri poterit, ut tactu non dignoscatur: si verò adsit etiam intima dimotio reliqui sanguinis, fieri poterit pro diversa ratione dimotionis major, aut minor, neque tactu percipi, ac demum tanto naturali major, aut minor, ut etiam à tactu dignoscatur. Nisi tamen similis intima dimotio contingat, non fiet pulsus necessarid

rarior, aut frequentior, & cum illa non contingit, tempus integrorum quorumcunque circuituum sanguinis, cum totus fluit per canales suos, ad tempus integrorum, circuituum, cum aliquid ejus missum est, eandem habet proportionem, quam tota quantitas ad residuum ex missione. Si verò contingat intima dimotio sanguinis, pro diversitate ejus fieri potest pulsus rarior, & frequentior, ac tum fiet, ut integri quique circuitus residui sanguinis post missionem, absolvantur eodem, majori, aut minori tempore, quam integri quique circuitus ejus, cum totus fluit per canales suos. Absoluta autem missione sanguinis exposita pulsuum diversitates possunt persistere cum expositis reliquis.

Quoniam enim ex præcedente per missionem sanguinis fit, ut quicquid ejus relinquatur in vasis, sit minus coactum, atque stipatum, nempe fit, ut duæ quæque ipsius particulae in mutuum contactum minus nitatur, quoties igitur dabitur sanguis ejus compositionis, ut à majori illo nisu, quem duæ quæque ejus particulae mutuo exercent, cum nihil ipsius missum est, comprehendantur, atque à motu prohibeantur partes magis mobiles, & reliquis impellendis, atque in motum agendis aptæ; illo igitur nisu per missionem sanguinis diminuto fieri debet, ut partes illæ à motu prohibita minus valide sistantur, adeoque validius in motum nitantur, & si hic nisu major fuerit resistentiæ, quæ provenit à partibus cohibentibus, in motum agentur, reliquæque partes, ut res feret, dimovebunt, quare dabitur dimotio intima universi sanguinis, qui relinquatur in vasis, & cum ejusmodi dimotionibus succedant necessariò novæ compositiones, quæ possunt, atque agitationes diversæ, & ut ex morbis nostris patet, ab iis subito nasci possint omnia morborum genera, & quicquid in eis est magis prodigiosum, atque inexpectatum, patet à sola missione sanguinis, & eo ipso tempore, quo celebratur, posse universam quantitatem, quæ relinquatur in vasis, intime totam dimoveri, rarefcere, fervere, fermentescere miris modis, ita ut quicquid & est morborum, & quicquid in ijs admirabile, atque inexpectatum statim in corpore suboritur, quod erat ostendendum.

Rursum quoniam separatio cujuscunque liquidi à sanguine exigit certum quendam gradum, modumque pressionis, ex doctrina nostra separationum, hoc est certum quendam modum, quo duæ quæque particulae sanguinis in mutuum contactum ad certam mensuram nitantur, per missionem autem sanguinis, & gradus ille fit minor, & modus fit diversus; pro diversitate igitur mutationum fieri poterit, ut unius humoris separatio planè prohibeatur, alius augeatur, alterius vitietur in qualitatibus, & hæc contingent, ut patet, sive detur intima sanguinis dimotio, sive secus. Quia vero ad derivationem humoris cujuscunque separati in canales suos, requiritur certus gradus velocitatis ex eadem doctrina nostra, & is pariter, cum sanguis mittitur, diversus fit à gradu velocitatis, cum nihil sanguinis missum est; pro diversitate igitur hujus mutationis in velocitate sanguinis derivatio planè prohiberi poterit in hoc humore, in alio minui, in alio quoad qualitates vitari; sed & hæc pariter contingere debere patet, si cum mutatione velocitatis conjuncta sit intima dimotio sanguinis: hæc etenim prout diversa est, augere velocitatem potest, vel imminuere: quare patet secunda pars.

Tertiò, quoniam nisu sanguinis per venas continuus est nisu sanguinis per arterias, & statim à missione sanguinis uterque minuitur; si igitur pulsus, aut plane suppressus, aut intermittens, aut quomodolibet inæqualis sit propter nimium nisu in alterutro canalium, vel utrisque, sive ille proveniat à nimio infatu, & plenitudine vasorum, sive ab aliqua facultate

extrinsecè nimis comprimente, statim ac sanguis à quacunque vena mittitur, tolletur nimius illic nixus, unde per solam missionem ejus poterit pulsus excitari, aut ad naturalem ordinem redigi. Sed ex nostra doctrina pulsuum, & iis, quæ de intermissione eorundem, ac reliquis morbis scripsimus, patet, expositis hisce de causis facile supprimi pulsuum posse, intermittere, & quomodolibet inæqualem fieri; quoties igitur ab iisdem expositis causis pulsus supprimeatur, intermittens, aut quomodolibet inæqualis fiet, poterit per solam missionem sanguinis, & ipso statim tempore, quo mittitur, excitari, aut ad naturalem ordinem redigi. Quare patet quod proposuimus.

Quartò, quoniam magnitudo, & parvitas pulsus non solum desumitur à majori, & minori quantitate sanguinis fluentis per arterias, qua fit, ut eadem arteriæ plus minus impleantur, seu ad majus, aut minus spatium eo solo de nomine extendantur; verum insuper à nisu per latera arteriarum, quo fit, ut sanguis succedens, in præcedentem incidens, pro majori, aut minori plenitudine, seu quantitate plus minus quaquaversum nitatur, & moveatur per latera, seu ad majus spatium extendat arteriam; per missionem autem sanguinis universa quantitas ejus fit minor, nisi igitur per eandem missionem intime dimoveatur, ita ut rarefcatur, & per rarefactionem extendatur ad spatium majus, quam cum totus fluit per canales suos, reliquum sanguinis minus spatium occupabit, seu fiet pulsus minor in quibuscunque arteriis, quæ continue non sunt venis, sanguinem mittentibus. In his autem quoniam est quantitas sanguinis, singulis contractionibus cordis in ipsas influens, majorem proportionem habet ad quantitatem sanguinis eodem tempore influentis in arteriam partis oppositæ, & ab eadem origine venientem, quam quantitates eodem tempore in eisdem canales homogene influentes, cum nihil sanguinis missum est; quia tamen proportio illa majoris inæqualitatis in fluxu sanguinis per arteriam continuam venis ipsum mittentibus provenit ab effluxu, qui fere æqualis quantitas fit per emissarium in continua vena factum; arteriæ igitur continue venis sanguinem mittentibus non erunt pleniores, & magis intartæ arteriis reliquis; sed & per ipsas velocitas est maior, quam cum nihil sanguinis missum est, igitur succedens sanguis minori momento quaquaversum discurrere præcedentem, & niti coget, unde utroque de nomine tam scilicet ratione infartus, quam ratione pressionis per latera pulsus etiam in arteriis, quæ continue sunt venis mittentibus sanguinem, erit minor, dummodo non contingat intima ejusdem sanguinis dimotio, ut superius. Quia verò sanguinis velocitas fit major, & in velocitate majori fit mora ejus brevior sub digitis arteriæ appressis, & cum mora sanguinis sub digitis arteriæ appressis est brevior, pulsus dicitur velocior, pulsus igitur antea naturalis in arteriis omnibus etiam is, quæ abeunt in venas mittentes sanguinem, per solam missionem ejus absque intima dimotione reliqui sanguinis erit minor, atque celerior. Quia verò missus sanguis supponitur ejus quantitas, quæ vires non minuat, & plerumque multò infra hanc mensuram nos continere solemus, hoc est quantitas, quæ mittitur, pro ratione universi sanguinis non est ita insignis; & diminutio igitur spatii, ad quod extendentur arteriæ, & augmentum velocitatis in sanguine esse poterunt tam per vi momenti, ut tactum movere non possint; neque illæ mutationes in pulsu dignoscantur, quæ tamen dignoscantur, si major sanguinis quantitas educatur; quare patet &c.

Quintò, quoniam pro diversa intima dimotione sanguinis solvitur ille, atque componitur rursus diversimodè, & inter diversos compositionis modos sunt etiam ii, qui redigunt ad rariorem, ii, qui ad densiorem

fiorem statum, & hi singuli esse possunt diversi gradus; si igitur sanguis per intimam dimotionem ita leviter rarefcat, aut leviter cogatur, ut ad majus, aut minus spatium occupandum intra arterias, hoc est majorem, aut minorem pulsam faciendum disponatur, hi iidem producentur: nisi tamen illa rarefactio, aut densatio sit tanta, ut sensum movere possit, eæ mutationes pulsuum non dignoscuntur, quæ tamen à tactu percipi poterunt, si ad majorem gradum perveniant, ut notum est; quare patet, quod quinto loco proponitur.

Sextò, quoniam raritas, & frequentia pulsus pendet vel à quantitate majori, aut minori liquidorum confluentium in villos cordis, vel qualitate plus videri eorundem, vel utriusque simul; in missione autem sanguinis, cui nulla intima dimotio reliqui succedat, & tanta sit, quæ vires non minuatur, ut supponitur à nobis, nec quantitas, nec qualitas liquidorum confluentium mutari potest: igitur in tali missione sanguinis non potest fieri pulsus rarior, aut frequentior ijs de nominibus. Quia verò sanguis ad auriculas perductus eadem tunc pressione sua urget, tunc calore stimulat, & utriusque his de causis promovetur, & sollicitari potest, aut retardari influxus liquidorum in villos earum; nisi igitur per pressionem, aut calorem in missione sanguinis, quam supponimus, fiat rarior, aut frequentior pulsus, nullomodo fieri poterit; at calor sine intima dimotione non augetur, per detractionem autem pauci sanguinis vix minuitur; igitur neque ratione stimuli à calore aucto, vel imminuto, pulsus fiet rarior, aut frequentior; sed neque per missionem sanguinis sit reliquus magis coactus, hoc est auriculas magis premens, neque eadem minus premens in detractione parvæ quantitatis, quæ ad sensum minorem pressionem producere non possit; igitur per missionem sanguinis, quam supponimus, pulsus non fiet necessariò frequentior, aut rarior; fieri tamen, ac se se dignosci poterit, quoties mittatur sanguis in tanta quantitate, quæ ita minuatur calorem, atque pressionem, ut multo minor stimulus ad auriculas vigeat, ac tum pulsus fiet rarior, ut patet. Tum verò, quoniam tempora integrorum quorumcumque circuituum sanguinis habent rationem compositam ex rationibus quantitatum sanguinis singulis contractionibus cordis ex ipso fluentium, vel singulis restitutionibus in ipsum influentium, & ex rationibus temporum inter duas quasque contractiones (tempora enim, quæ absumuntur in contractionibus æqualia sunt, vel quolibet alio ordine proportionalia temporibus restitutionum) & cum per missionem sanguinis nulla sit residua intima dimotio, ut hic supponimus, tempora inter duas quasque contractiones æqualia sunt temporibus inter eadem, cum nihil sanguinis missum est: igitur in facta hypothese temporum integrorum quorumcumque circuituum, cum totus fluit per canales suos, ad tempora quorumlibet integrorum circuituum, cum aliquid sanguinis missum est, eandem habent proportionem, quam tota quantitas ad residuum, ut fuit propositum.

Septimò, quoniam pro diversa intima dimotione sanguinis ipse sanguis diversimodè solvitur, atque componitur; igitur si per illam dimotionem fiat crassior, frigidior, lentior, densiorque, minus extendet arterias matris, cerebrumque proinde minus premet, spiritus minus facile ab illo viscidiori liquido exprimentur in nervos, ac fluent tardius, & id ipsum pariter continget in sanguine, qui confluentur est cum ipsis in villos cordis ad ipsorum contractionem, unde pulsus rarior, qui promovebitur ab imminuto stimulo ad auriculas propter diminutionem caloris, & diminuta pressione propter lentorem, ac densitatem sanguinis auctam, quarum altera fiet, ut bareat vis validius, seu nitatur in auriculas infir-

mius; densitate verò, ut minus exigit, occupetque spatij, hoc est à sanguine succedente minus premetur. Frequentior autem è conversò continget, cum per intimam dimotionem sanguinis solvetur idem, ac disponetur ita, ut evadat tenuior, rarior, calidior, fluxilior, quod manifestum est. His autem positis perspicue patet, motum sanguinis accelerari, ac retardari posse quacunque ratione possibili, adeoque absolvi posse integros quosque circuitus sanguinis per missionem ejus eodem majori, & minori quocunque tempore, quam integri quique circuitus, cum totus fluit per canales suos, & eodem quidem tempore, cum per mutationem sanguinis, spirituum, & pressionum fiet, ut quantitates sanguinis singulis contractionibus cordis ex ipso fluentes, cum nihil sanguinis missum est, ad quantitates, effluentes per missionem sint reciproce, ut tempora inter duas quasque contractiones cordis, cum aliquid sanguinis missum est, ad tempora inter duas quasque contractiones ejusdem, cum totus fluit per canales suos; majori autem, aut minori, cum proportio harum quantitatum, ac temporum fuerit hac ipsa proportione reciproca major, aut minor, quæ cum ex se ipsis perspicua sint, patet, quod propositum.

Octavò, cum singulæ causæ producentes ea omnia, quæ hæcenus exposuimus, in ipsa statim missione sanguinis, & per totum tempus, quo ipsa protrahitur, possint perseverare, etiam absoluta eadem missione sanguinis patet, expositis cursum diversitates cum demonstratis reliquis posse persistere etiam post missionem sanguinis; patet itaque tota propositio.

Propositio IV.

A Missione sanguinis deliquium animi etiam possita conditione trium precedentium, nempe etiam si ea sit missio sanguinis, quæ vires non imminuat, ne dum frangat.

Non raro contingit, dum à quacunque vena mittitur sanguis, ut is, cui mittitur, linguatur animo, quod cum vulgus arbitretur, id fieri, eo quod minima copia sanguinis missa jam sit, adeoque tum subito missionem supprimeadam, vel eo quod is, cui mittitur, sit imbecillioris, & minimè constantis animi, de se dubitet, timeat Chirurgum, atque hujusmodi; sit autem id plane admirabile, & inquisitione, ac scitu dignissimum, rem exponere visum est. Neque inficiamus, per metum linguatur animo quoniam posse, immò verò patet ex Anatomicis nostris, & operationibus animalium, quæ id necessaria ratione fieri debeat, quoties illæ excitantur species, cum quibus motuum, & cordis speciatim suppressio conjuncta est, ex quibus statim deducitur, non solum dum sanguis mittitur, verum etiam ante missionem ipsam comparatur fasciæ, vel pars, à qua mittendus sanguis apprehenditur, aut fricatur, aut lanceola expeditur, aut vulnuscule infligitur, posse metuculosum quemlibet, & de Chirurgi peritia minus constanter sentientem animo linguatur, suppressis per dubitationem, & metum speciebus illis, cum quibus motus cordis conjungitur. Atque inde patet necessaria ratio, cur tum sanguis effluere non debeat; cum etenim sanguis, per arterias nitatur in sanguinem per venas, suppresso igitur motu cordis supprimitur etiam visus sanguinis per arterias, adeoque per venas etiam, & cum sanguis ex arterijs per solum peristalticum ipsarum motum, & circumpressionem à partibus extrinsecè urgentibus derivari non possit à ramis majoribus in minores, nihil sanguinis duci poterit ex arterijs in venas, quare supererit sola compressio à venis, & partibus ipsas circumprimentibus, quæ molatur expressionem sanguinis per factum emissarium. At quia nihil sanguinis influit, à quo ipsæ extendantur,

& im;

& impleantur magis restituentur etiam momento maxime infirmo, & partes etiam musculosæ circumprimentes minus nitentur, cum species motuum supprellæ supponantur. Cum itaque facultates expressionem molientes sint maxime infirmæ, vulnusculum sit quid satis angustum, & partes sanguinis inter se cohereant, momentum earum facultatum poterit esse minus momento cohesionis sanguinis, & angustiarum vulnusculi, unde effluere non poterit. Hunc igitur modum veniendi in deliquium animi, cum sanguis mittitur, aut mittendus est; immò verò etiam cum incidit sermo, aut recordatio ejusdem missionis per metum, à nobis omitti volumus, sicuti neque de altero multum solliciti sumus, quod vulgo etiam notissimum, cum nempe quis animo linquitur propter missionem nimiam sanguinis; est enim ejus necessitas planissima, nec quicquam singulare, aut admittibile continet. Fac enim nimium sanguinem detrahi; supererit igitur in arteriis quantitas minor, unde minus extendatur, minusque premetur cerebrum, & minori momento trudentur per nervos spiritus, unde quantitas minor, & rariùs derivabitur in villos cordis, & paulatim motus ejus supprimeretur. Cum autem minor quantitas spirituum faciat debiliorem contractionem cordis, cor minus momentum pressionis, ac fluxus imprimet sanguini, unde successive minus, ac minus arteriæ piæ matris trudentur extorsum, & compressio cerebri minuetur. Sed & materies spirituum erit minor, tum ob nimiam detractionem sanguinis, cum etiam ob debiliorem, & rariorem motum cordis, quo fit necessariò, ut hujus ipsius residuæ minoris quantitatis portio adhuc minor per piam matrem fluat quocunque assumpto tempore, quam quæ per eandem fluere eodem tempore, si pulsus esset validior, atque frequentior. Aliis etiam de nominibus quantitas liquidi per nervos fieri potest minor, ut patebit ex his, quæ mox explicabimus, & cum, ut ex Anatomicis, non multum ab similia dicenda sint, & necessariò contingant in liquido, quod ex arteriis derivatur ad producendum motum musculorum, patet facile necessitas, ac modus, quo quis linquitur animo, cum nimia sanguinis copia mittitur. Nos tamen hæc non ita multum curamus, sed illud multo præstantius, ac tantum fidem non superans exponimus, quibus nempe modis fieri possit, ut quis per missionem sanguinis linquitur animo, etiam si nihil metuat, nihil de Chirurgo diffidat, & copia missi sanguinis nimia non sit, sed tanta, ut cum ipsa perfectum virium robur stare possit, earumque constanti.

Primo igitur supponatur mitti sanguis à quacunque vena trunci inferioris; quoniam à quacunque vena mittatur sanguis per totum tempus, quo mittitur, quantitas sanguinis influentis in truncum arteriæ, cujus ramus aliquis continuus sit trunco venæ, à cujus aliqua mittitur sanguis, ad quantitatem eodem tempore influentem in truncum alterum, majorem proportionem habet, quam quantitates sanguinis per eosdem canales homologæ, & eodem tempore fluentes, cum nihil sanguinis mittitur, & sanguis ex aliqua vena inferioris trunci mitti supponitur; sanguis igitur influens in truncum superiorem quocunque tempore missionis ad influentem eodem tempore in inferiorem minorem proportionem habebit, quam quantitas per ipsum fluens eodem tempore, cum nihil sanguinis missum est, ad quantitatem, quæ tunc temporis pariter in inferiorem influit: influet igitur in superiorem truncum quantitas minor sanguinis, quam cum totus fluit per canales suos. Itaque sit in aliquo corpore hujus quantitatis per truncum superiorem fluentis diminutio per sanguinis missionem tanta, ut etsi quantitas emissi sanguinis ex se ipsa vires subito tollere non possit, illa tamen diminu-

tio tam inaniam arterias piæ matris, ut illæ magis subsident, & gracilescant, quam possint aptè comprimere cerebrum ad expressionem tot spirituum, qui sufficiant apta frequentia, & validitate villos cordis contrahere; fiet igitur, ut hi non contrahantur, adeoque animal ab omnibus motibus cessabit, seu linquetur animo, etiam si copia missi sanguinis minor sit, quam quæ vires infringere possit. Supponatur rursus sanguis missus ab aliqua vena superioris trunci, eodem modo ostendetur id ipsum secuturum; cum enim monstratum sit in prima hujus, eam diversitatem proportionum non solum reperiri in truncis arteriarum, sed & in ramis ab eodem trunco, & eodem termino ejus venientibus, patet, majorem quantitatem sanguinis fluxuram in arteriam continuam venis, ex quibus sanguis mittitur, quam in reliquis ab eodem termino venientes, quare eodem de nomine dari poterit similis diminutio compressionis in cerebro missi sanguinis à quacunque vena trunci superioris. Quia verò arteriæ dilatantur, & trudentur extorsum non modo à quantitate sanguinis, qua talis est, sed etiam à difficiliore, seu tardiori ejus motu per arterias, cum per ipsum fiat, ut sanguis succedens, & minus mobilis sanguini occurrens per latera diffiliat, & tradat magis arterias, cum per missionem sanguinis velocitas fiat major, etiam hoc de nomine arteriæ minus trudentur extorsum, & minus comprimant cerebrum.

Secundò fieri potest deliquium nimi per subitum, & nimiam contractionem arteriarum piam matrem constituentium, atque ita non solum pressionem cerebri tollentium, sed prohibito fluxu sanguinis per easdem etiam generationem spirituum; quoniam enim per missionem sanguinis diminuta quantitate ejus, quæ ad cerebrum perduceretur, si nihil sanguinis missum esset, arteriæ à resistentia distrahentis sanguinis liberæ subito, atque vi valida restituantur, seu undecunque contrahuntur intorsum; si igitur hæc vis contractionis sit tanta, ut impedire possit fluxum sanguinis, vel penitus, vel ex parte, pressio cerebri, aut penitus, aut ex parte tolleretur, & utriusque succedere posse deliquium animi patet, & eo facilius continget, quod prohibito, vel diminuto illo fluxu sanguinis per arterias aut nulla, aut minor ejus quantitas derivatur in glandulas cerebri ad productionem liquidi per nervos, quod proinde deficient vel penitus, vel ex parte, & deliquium animi producet.

Tertiò si hæc subita arteriarum contractio non sufficiat, ipse sanguis partim subsistens, partim succedens poterit ipsi momentum addere, ita ut occidantur penitus, quo enim tempore arteriæ partes præcedentes in valida, ac subita contractione sunt, atque ita sanguinem subsistere cogunt, faciunt pariter, ut circumferentiæ sectionum, ad quas subsistit, trudentur magis extorsum, ut locum faciant subsistenti sanguini, cum interim eodem tempore partes arteriarum præcedentium serantur intorsum per contractionis motum, ita ut quantum sanguis subsistens trudit extorsum circumferentiæ sectionum, ad quas subsistit, tantum intorsum ducantur circumferentiæ sectionum præcedentium, promoventem eum motum contractionis intorsum hoc altero motu trusionis, qui arterias velut inflectit ad interiores partes, unde per hoc additamentum motus poterunt arteriæ aut magis, aut prorsus occludi, & deliquium procreare.

Quartò quoniam per missionem sanguinis quod est reliquum ejus in vasis sit minus stipatum, atque compressum, hoc est duæ quæque partes ipsius in mutuum contactum minus nituntur, & per ejusmodi minorem nifum separationes, & derivationes humorum in canales suos possunt tolli, imminui, aut in qua-

titus

tibus vitari; si igitur is detur in aliquo corpore sanguis, qui per solam missionem imminuto mutuo nisu partium suarum planè supprimat separationem, aut derivationem liquidi per nervos à sanguine, aut utrumque simul præstet, aut simul utramque sic imminuat, ut omnibus motibus exerendis quod separatur, ac derivatur non sufficiat, aut ita ipsum in qualitatibus vitiet, ut quaquaversum effundi intra villos musculorum non possit, succedet subito simplici missioni sanguinis etiam paræ, & quæ vires frangere non possit, deliquium animi. Quod ipsum etiam subito in futurum patet, si quæ exposuimus de suppressione separationis, aut derivationis liquidi per nervos, vel vitio ejus, contingant in separatione, derivatione, aut vitio ejus humoris, qui ex arteriis in villos musculorum debet confluere cum liquido per nervos, ut vires exerat, atque moveat. Quæ nobis interim in mentem veniunt necessariæ rationes veniendi in deliquium animi sine penuria sanguinis per missionem ejus, quoties per eandem missionem nulla sit intima dimotio in eo, qui relinquatur in vasis suis.

Quintò igitur potest contingere deliquium animi per missionem sanguinis, quoties quod est reliquum ejus in vasis intimè dimovetur, ita ut illa solutio, aut nova compositio, quæ illi intimæ dimotioni succedit, ita ad minus spatium redigat sanguinem, ut arteriæ per sui distractionem à contento sanguine naturaliter compressoræ cerebrum, minimè comprimere ipsam possint: vel è conversò tantùm rarescat sanguis, adeoque spatium tanto majus intra arterias exigat, ut eadem amplissime distractæ validè comprimant, & planè occludant canales glandularum, & spirituum fluxus impediunt; vel ita componatur sanguis, ut nulli, aut diversæ à naturali qualitatibus spiritus generentur, aut non deriventur in nervos, aut ex iis statim expirent, aut per eos fluere propter lentorem nequeant, aut si quæ his sunt similes diversitates. Pariterque deliquium producitur, si hæc singula, quæ de liquido nervorum dicimus aptentur liquido ex arteriis in villos musculorum confluxuro cum liquido per nervos. Adde his solam rarefactionem insigniorem sanguinis deliquio producendo sufficere, etiam si aptissime habere supponantur reliqua omnia, dummodò illa ita premat musculorum villos, ut intra ipsos excidere prohibeat liquida motibus, ac viribus exerendis unicè comparata. Quæ indicasse sufficit, cum ex Anatomicis, & morbis nostris perspicua nimis sit.

Propositio V.

Missio sanguinis è quacunque vena minuit quantitatem ejus, & licet velocitatem augeat, refrigerat, atque humectat: si tamen ejus naturæ fuerit sanguis, ut per diminutionem quantitatis solvatur in calorem, missio sanguinis calefacere poterit, atque siccare, & ejus naturæ esse verosimilius poterit sanguis in ætatibus, temperamentis, morbis, regionibus, tempestatibus, victu &c. calidis. Missio autem sanguinis præcipuè dimovet, atque abripit è summis canaliculis capillaribus quicquid iis intimè hæret, dummodò vis illius cohesionis minor sit momento velocitatis sanguinis; quod si major fuerit, missio sanguinis solum refrigerabit, atque humectabit, ex quo demum fieri poterit, ut quicquid hæret summis vasis, dimoveatur, atque abripiatur. Facilius autem succedet illa dimotio, si missio sanguinis fiat largior ex ampliori vena, & per amplius in ipsa emissarium, si contra, difficilius. Quod si missio sanguinis fiat per venas capillares, ita ut multitudo emissariorum in ipsis ad unicum emissarium in ampliori vena sit recipiendè, ut hujus ad illarum compressionem, missio sanguinis per ipsas facilius dimovebit, atque abri-

piet quicquid hæret summis vasis illius partis, quam missio sanguinis per venam ampliolem. Quod abripitur potest saltem aliqua sui parte cum eodem sanguine effluere, præcipue cum ducitur è venulis capillaribus, reliquum cum reliquo sanguine magis admisceri, & fluidius fieri. Si verò hæreat aliquid summis vasis, & sanguis per missionem in calorem solvatur, pro diversa natura hærentis illius poterit à calore, vel solvi, atque ita abripi, vel siccus reddi, & magis hærens, & in hoc secundo casu largior missio sanguinis vim caloris, ac siccitatis poterit temperare. Insuper si universus sanguis in fermentationem venerit, qua solvatur calor, auferet missio sanguinis portionem fermenti, aut fermentati sanguinis, & calorem minuet, seu refrigerabit, unde minus intensa erunt illa omnia, quæ ab ejusmodi fermento, & calore proveniunt. Denique si summis vasis aliquid hæreat, & per missionem sanguinis ita reliquum ejus mutetur, ut fiat densius, atque frigidius, & minus fluxile, hærens illud dimovere quidem nitetur natura, sed neque ipsum abripietur, & major semper, ac nova materies agglutinabitur.

Per missionem sanguinis minui quantitatem ejus, nemo est qui dubitet, aut dubitare possit; neque enim missio sanguinis est aliud, quam derivatio ejus extra corpus, quod fieri non potest absque eo quod universa quantitas sanguinis fiat tanto minor, quanta est portio ejus, quæ derivatur extra corpus. Patet itaque prima pars.

Quoniam calor sanguinis à motu ejus, & calor per motum productus pendet ab attritione partium calorem comprehendentium, quæ per motum divulsæ, & à contactu abstractæ calori libertatem permittunt; non igitur ubi motus, qua motus est, fiet major attritio, & solutio, vel generatio caloris, sed ubi motus cum tanto, ac tali nisu in partes coherentes, ut easdem possit à mutua cohesione divellere: sed ubi corpora attenuantur, atque atterenda minus ad contactum premuntur, minus nituntur in divulsionem, & adhuc multo minus, si atterenda tantùm recedant ab attritis, quantum hæc ad ipsa magis accedunt; ubi igitur minor illa pressio ad contactum inter attritura, & atterenda corpora, & horum fuga, quantum illa instant, minor vis attritionis dabitur, & productio caloris minor, etiam si velocitas eorum corporum sit utcumque maxima. Cum igitur calor sanguinis à motu pendeat, hoc est nisum, quem exercent mutuo duæ quæque particule sanguinis ad contactum positæ intra vasa; ubi igitur erit minor hujusmodi nisus, minor caloris quantitas producet: sed extracto sanguine quod est reliquum ejus in vasis sit minus coactum, hoc est duæ quæque ipsius partes in mutuum contactum minus nituntur; igitur hoc de nomine è reliquo sanguine minus caloris educetur; quam ante missionem. Cum insuper per missionem augeatur velocitas, sanguis præcedens per vasa à succedente recedit majori velocitate, quam ante missionem, seu in ipsum nititur momento minori, unde rursus vis in contactum minor, & solutio caloris minor, rursusque tum ob velocitatem auctam, tum ob quantitatem diminutam minor quasi permansio, vel nisus sanguinis ad superficiem vasorum, quibus allabitur, unde rursus minor attritio. Quia verò tota quantitas sanguinis calida est, & per missionem ejus minuitur; igitur minuitur calor pro ratione sanguinis, qui mittitur, & quod relinquatur in vasis, per auctam velocitatem non potest magis incallescere, ita ut per ejusmodi augmentum velocitatis quantum caloris minuitur per detractionem sanguinis, tantum augeatur per augmentum velocitatis; missio igitur sanguinis à quacunque vena, licet per ipsam augeatur velocitas, refrigerat. Sed major caloris vis majorem copiam humiditatis tenuat, in perspiratione

nem agit, atque absorbit; ubi igitur minor calor, minor humiditatis absorptio, seu humiditatis major, adeoque cum missio sanguinis calorem minuat, etiam absorptionem humiditatis temperabit, seu humidabit. Quod si ut pulvis bellicus nimis in tormentis pressus ignem non concipit, ita detur non ab similibus natura sanguis, qui majori intra vasa conspersione coactus minus caloris solvat, & statim ac ab illa pressione per missionem levatur, se se igitur expediat, atque perspiret, magisque agitet totum sanguinem reliquum, tum si quantitas caloris post missionem à reliquo sanguine soluti major fuerit, quam quæ per missionem detrahatur, vel magis vivida, et si minoris quantitas, missio sanguinis calefaciet, & cum à majori vi caloris proveniat major absorptio humiditatis etiam siccabit. Quia verò ratio, qua sit, ut sanguis magis stipatus caloris minus concipiat, pendet à modo cohesionis inter partes ejus, & cohaerendi modi à textura, & compositione eorundem & hæc sunt innumerabiles, nec concipi singillatim possunt; hinc determinare tutum non est, in quibus corporibus, morbis, &c. facilius sit sanguini per missionem incallescere: quia tamen calor est quidam maximè mobile, & quod sublatis etiam ex parte impedimentis statim ex se ipso se explicat, expeditque à reliquis, hinc à ratione alienum non videtur pronuntiare, illum sanguinem per missionem incallescere posse, qui sit natura, loco, victu, morbo, atque hujusmodi calidus; sublato enim impedimento nimise stipationis per missionem ejus, poterit ignis se in libertatem, & motum asserere, inter duas quasque particulas reliqui sanguinis se se agere easque dimovere, quorum neutrum præstare valebat ante missionem majori pressione calorem ipsum inter duas quasque particulas sanguinis sistente. Quare patet propositum.

Hæreat autem aliquid superficiæ internæ vasis cujuscunque sanguiferi capillaris, quoniam per arterias ductus sanguis ad usque hærens illud: vel igitur illud hærens obstruit ex toto cavitatem canalium, ita ut nihil ab arteria possit traduci in continuam venulam, vel ex parte solum: si ex toto, nihil quidem sanguinis per illam obstructam arteriolam in continuam venam derivabitur; non tamen inde fiet, ut venula continua illi arteriæ exhausta maneat, & sine sanguine, sed cum undecunque in eandem hieat ab hærentibus, hæc ipsæ derivabunt contentum sanguinem in obstructam venam, eamque ad obstructionem usque implebunt. Si verò obstruat solum ex parte, igitur aliquid sanguinis traducetur ex semiobstructa arteria in continuam venam, quæ proinde continua vena partim per influxum sanguinis ex arteria, partim per sanguinem ex aliis venis influentem pariter implebitur. Quoniam itaque sanguis arteriæ in sanguinem continuæ venæ, & hic in illum motu nitentur; illud igitur hærens summis canaliculis sive obstruat penitus, sive ex parte, duobus oppositis facultatibus ad oppositas partes urgetur, à sanguine nempe venæ versus arteriam, & à sanguine arteriæ versus venam, adeoque dimoveri non potest versus alteram harum partium, nisi ab excessu alterius facultatum supra momentum alterius, adeoque facilius dimovebitur, si altera facultatum tollatur: sed nullo per venam sanguine tollitur nifus ejus per venam in continuam arteriam; igitur nifus sanguinis per arteriam in venam multo majorem partem sui momenti exercebit in quicquid illud est hærens arteriæ capillaribus, & si quidem momentum illud fuerit majus momento cohesionis, ex se ipso, etiamsi non adsit augmentum velocitatis, poterit loco movere, atque abripere in venam lentorem obstruentem: Sed quis interim per detractionem sanguinis universæ ejus quantitati, quæ relinquitur in vasis, major conciliatur velocitas; igitur momentum illud multo magis crescet, atque

exercebitur non in unica solum arteriola, ac venula, per quam sanguis mittitur, sed per omnes utriusque ipsdem de nominibus; per singulas enim venulas minor est nifus sanguinis versus arterias propter missionem, & per singula vasa crescit velocitas, unde si hærens illud supponatur in omnibus arteriis capillaribus, momentum autem auctæ velocitatis, & diminutæ resistentiæ sit majus solo momento cohesionis, dimovebitur hærens illud ab arteriis omnibus, & abripietur in venas. Sed à missione sanguinis adhuc alio de nomine facilius redditur dimotio, & trusio materiæ hærentis ab arteriis in venas; quoniam enim à missione sanguinis villi membranas arteriarum intextentes in majorem contractionem veniunt, seu redigunt arterias in canales angustiores, hoc est in canales, quorum superficiæ interior minor sit superficiæ interiori eorundem ante missionem sanguinis, & huic ipsi superficiæ interiori ante missionem sanguinis, hoc est majori hærenti supponitur materies obstruens: igitur per missionem sanguinis hæc ipsa materies aptari debet superficiæ minori, hoc est mutari contactus, seu separari quodammodo à superficiæ, cui hærebat: dum autem separatur, transversò agitatur, vel urgetur per longitudinem canalium à sanguine cujus resistentia per solam missionem diminuta est, & aucta velocitas, & occurrit materiæ vix hærenti cum superficiæ canalium; igitur eandem multò facilius non dimovebit solum, sed abripiet subito in venas. Quod si per missionem sanguinis fiat talis intima dimotio particularum ejus, quæ reddat integros circuitus reliqui sanguinis brevioris temporis, quam sint integri quique ejusdem, cum totus fluit per canales suos, nec tamen materiam obstruentem magis tenacem faciat, & prohibentem, ne arteriarum villi contrahi possint, tum rursus alio de nomine dimotio illa, & derivatio in venas succedet scilicet propter frequentiore repetitionem ictuum, quibus hærens illa materies urgetur à sanguine breviori tempore circumeunte corpus. Si autem momentum cohesionis majus sit momento sanguinis & durities materiæ hærentis prohibeat contractionem arteriarum, tum missio sanguinis refrigerando, atque humidando facere tandem poterit, repetita quantum oportet, ut durum illud hærens humescat, & vi sanguinis cedat, & contractionem arteriarum permittat, adeoque dimovebitur, atque abripietur, & hoc debet etiam contingere, cum sanguis per missionem in calorem solvitur: repetitis enim missionibus brevi deservescet totus, & materies hærens cedere facultatibus dimoventibus, atque abripientibus poterit. Quoniam verò ex superioribus per missionem sanguinis ex amphori vena, ampliori in ipsa emissario, & ampliori quantitate, nifus per venas in arterias minuitur, & major velocitas breviori tempore sanguini conciliatur: contra autem per missionem parciorem, angustiore venam, & angustius emissarium; igitur dimotio materiæ obstruentis, & derivatio ejus in venas facilius succedet facta missione sanguinis largiore ex ampliore vena, & per amplius in ipsa emissarium, contra difficilius. Quoniam verò etiam è venulis capillaribus potest quantitas sanguinis eadem, eodem tempore mitti, quo mitteretur per ampliore venam, & amplius in ipsa emissarium, quoties sit recipientia proportio superioris exposita compressionum, atque emissariorum; hoc igitur de nomine perinde se habebit facultas dimotionis, & derivationis in venas, sive sanguis mittatur per venam unicam, atque ampliore, sive per plures, & capillares, considerando solum, quid contingere debeat in toto corpore sive hujus, vel illius partis discrimine: at verò non ex omnibus partibus æque facile dimovebitur, atque abripietur materies obstruens, sed supposita illa reciproca proportione

tione facilius abripitur ex aliqua parte, si ex venis capillaribus ejusdem partis ducatur sanguis, quam si ex trunco earundem; etsi enim supposita illa reciproca proportione eodem tempore eadem quantitas sanguinis educitur; quia tamen factio emissaria ad venam ampliorem major est copia sanguinis, quæ continetur inter ipsum, & partem obstructam, quam cum emissaria sunt in capillaribus venis, quæ nempe sunt magis proximæ obstructis partibus, minorem resistantiam patietur pars obstructa, & sanguis arteriarum à paucis sanguine contento inter emissaria capillarum, & partes obstructas, quam à multo, qui continetur inter emissarium venæ amplioris, & eandem partes obstructas, unde materies hærens facilius dimoveri, atque abripi poterit, ex aliqua determinata parte factio emissaria in capillaribus venis ejus, quam factio unico emissario in trunco earum cum illa reciproca proportione multitudinum, & compressionum, quam sæpe repetivimus: quare patet tertia pars.

Quod autem abripitur quaquaversum dissiliet, ac truderetur statim, ac traducitur iuxta ampliorem cavitatem venarum, & cum sit densius reliquo sanguine, versus latera truderetur, & inde lateribus, ac superficiei venarum allabatur, & inde lateribus, ac superficiei venarum allabatur, quo motu poterit, ut exposuimus in febribus. Si igitur fluat ejus materies aliquid, dum sanguis mittitur, & pertingat ad usque emissarium, esset ejus materies pars cum ipso sanguine: id verò facilius contingere debet, cum sanguis mittitur per capillares, cum illæ proximæ sint partibus, à quibus materies abripitur, adeoque in ipsa missione sanguinis poterit extrusa illa materies è partibus proximis ad usque emissaria perducere, & multo copiosius, cum adhuc distributa non sit per majores cavitates ampliorum capillorum. Reliquum verò materies dimoveat, dum per venas sensim labitur, partim allabendo earum superficiem, partim ad contactum sanguinis cum eodem sanguine majorem subibit mixtionem, & huc illuc distractum in partes varias, tenues, & sejunctas, admittet partes sanguinis magis fluxiles, & liquidius evadere poterit.

Si verò aliquid hæreat summis vasibus, & sanguis per missionem solvatur, manifestum est, posse solvi diversimodè, ita ut id, quod per ejusmodi solutionem producit in sanguine, induat naturam alicujus determinati fermenti, vel mensuræ, quod hoc, aut illud corpus hujus, vel illius determinatæ naturæ solvere, vel magis in duritiem compingere possit. Pro diversitate igitur mutationis in sanguine, quæ per missionem contingat, & naturæ, cujus supponatur hærens illud, poterit illud ipsum hærens per missionem sanguinis liquari, aut siccius, ac densius reddi, adeoque vel dimoveri, & abripi, vel hætere tenacius, sique validius. Sive autem reddatur tenacius, & validius hærens per calorem à missione sanguinis solutum, sive per quamlibet aliam facultatem menstruorum duritiem conciliantium, missio sanguinis largior, & repetita poterit ad fluxilitatem disponere, & vim fermenti, caloris, ac siccitatis temperare; auferet enim cum sanguine, qui educitur, partem fermenti, vel minuet caloris quantitatem, quo absumitur humidum, & sit intensior calor, & siccitas, & validior cohesio, adeoque minus intensa erunt illa omnia, quæ ab ejusmodi calore, siccitate, aut fermento proveniunt.

Postremo sanguis per missionem ita intus dimoveatur, ut fiat densior, frigidior, crassior, minus fluxilis; facilitas igitur ad motum, allapsusque ad superficiem canalium erit minor, seu ad hoc ut moveatur æquè velociter, ac ante intus illam dimotionem, exiget impetum majorem à corde: sed hic primis vicibus supponitur idem, mox verò fiet etiam minor propter mutationem sanguinis tum in frigidius minus si-

Tom. IV. Pars II.

minus stimulans, cum in densius minus facile permittens separationem spirituum, eosque crassiores suppedant; igitur vis sanguinis per arterias erit multo minor; quam cum totus fluit per canales suos; quare abripi non poterit hærens illud. Quia verò propter detractam quantitatem sanguinis arteriæ aut contrahuntur, aut in contractionem nituntur, & ex hac contractione, aut nisu, oritur aut mutatio contractuum, aut dispositio ad eam mutationem, & quasi separationem materis hærentis à superficie arteriarum & interim per longitudinem fluit, quo lento fluxu potest, sanguis ille crassus, ac frigidus; fiet igitur, ut hic idem sanguis nitatur quidem in semihærentem illam materiem, sed propter tarditatem sui motus, & debilitatem virtutis abripiere ipsam adhuc resistentem non poterit, unde & ipse subsistet (expressa solum aliqua sui tenuiore, & magis fluxili parte, quæ traducitur in venas) & cum id continue repetatur, nova semper, ac nova materies subsistet, quæ priori, & vasis agglutinabitur. Quare patet tota propositio.

Propositio VI.

Vena in omni morbo secanda, in quo aut minuenda quantitas, aut augenda velocitas sanguinis, aut refrigerandum, aut humectandum, aut aliquid hærens vasis dimovendum, atque abripendum, aut danda occasio particulis, ex quibus sanguis componitur, ut intus dimoveantur, & ipsum sanguinem mutant. Quod si morbus exigat quidem missionem sanguinis, sed non mutationem ejus; per missionem tamen muretur, tum prævidendum, illane mutatio sanguinis officiat morbo, an secus; & si quidem non nocent, sinendam, & mittendum sanguinis quantum oportet: si verò nocent, occurrendum mutationi illi epotis statim à missione sanguinis iis liquidis, quæ sistere, atque impedire possunt ejusmodi mutationem, ut refrigerantibus, si in calorem solvatur; mollientibus, si durecat, atque ita de cæteris. Si morbus distributus sit per omnia vasa sanguinis, perinde erit, è cujusvisque partis vena ampliore, angustiore, aut capillaribus, dummodo servetur superius exposita proportio emissariorum & compressionum educatur: si autem morbus venæ sectionem exigens alicui solum parti corporis hæreat, totus erit sanguinem mittere ex venis venientibus quidem ab eodem trunco cum iis, quæ ad affectam partem tendunt, seu abeuntibus in latera oppositum, quam ex venis partis affectæ; tutissimum verò prius mittere sanguinem à quibusvisque venis ad altero trunco venientibus, & id præcipue, si pars affecta sit ad extrema corporis, ubi minima pressio, ac velocitas sanguinis; postea è venis ejus trunci, à quo rami deducuntur ad partem affectam, sed ad oppositum latera tendentibus; possremo ex venis partis affectæ, quæ si ita se habeat, ut aliquid spatii inter ipsam, & extrema corporis contineatur, tutius erit sanguinem mittere ex hoc ipso spatio, ita ut pars affecta constituatur inter cor, & quæ sunt emissaria sanguinis: sanguinem autem mittere, ita ut emissaria ejus sint inter cor, & partem affectam, minus tutum; tutissimum autem, si emissaria undecunque sunt per circuitum partis affectæ. Reversio, ac derivatio non sunt nomina prorsus inania, sed quid effectus per ipsam contingunt, à sola diversa proportione velocitatum, & quantitatum qua sanguis, dum mittitur, fluit per canales diversos, pendet, non à tractione, aut qualibet alia causa. Et si verò vasa pulmonum sanguis communem non habent cum ductibus sanguinis reliqui corporis, quoties tamen morbus iis hærens aliquo ex nominibus ad initium hujus expositis missionem sanguinis exigit, favendum: & si quidem pulmo sit liber, nec suam affectionem pleuræ pectorique communicet, nihil intere-

H h rix

rit ex hacnè, aut illa vena sanguinem mittat: ut si affectionem pleuræ, pectorique communicet, aut trunco descendenti venæ cavæ, aut ramis ascendentibus, tutissimum erit sanguinem è vena ejusdem lateris ac trunci subito mittere, quoties certus esse poteris majorem quantitatem sanguinis, quæ ad partem affectam majori per missionem velocitate derivatur simul cum pressione à pulmone proveniente amovendo morbo sufficere: sin autem minus, erunt missiones sanguinis successivè instituendæ eo ordine, quem esse tenendum in quibuscunque particularibus morbis, superius exposuimus, & eodem modo se res habebit in dolore lateris, seu pleuritide, & aliis affectionibus pectoris.

Cum etenim ostensum sit in superioribus, aut ex se pateat, per venæ sectionem minui quantitatem sanguinis, augeri velocitatem ejus, refrigerari, humectari, dimoveri, atque abripi, si quid hæret summis vasibus, & id ipsum eodem modo ostendatur de iis, quæ hærent quibuslibet vasibus sanguifluis, dari occasione intimæ dimotioni sanguinis, & mutationi ejusdem; quoties igitur dabitur morbus aliquis, qui indicet, aliquid ex his esse molendum in sanguine, manifestum est, id per venæ sectionem præstandum; quare

1. at: prima pars.

Secundò exigat morbus diminutionem quantitatis ex. gr. sanguinis, sed non mutationem ejus; sit tamen sanguis in dato laborante illius naturæ, qui per missionem intimè dimoveatur, & mutetur: vel igitur hæc mutatio officit morbo, vel secus; nisi noceat, sinendum, ut patet, & detrahendum sanguinis quantum oportet; si autem noceat, erit prudentis Medici dispicere, illa mutatio sanguinis in quo genere contineat, & prout hæc aut illa fuerit, aptis occurret remediis statim à missione. Quia vero quo breviori temporis spatio derivari potest remedium intra venas, eo tutius; hinc non eliget medicamenta, quæ longo tempore indigeant, vel ut solum fluant à ventriculo ad venas, propter lentorem, vel ut subigantur, & redigantur in liquidum à calore, & pressione partium; sed illa eliget, quæ ex se facillimè fluunt, & minima indigeat opera partium, per quas trajicienda sunt, ad hoc ut in sanguinem derivenur, minimèque subsistant intra easdem: cum autem hujusmodi medicamenta sint liquida, patet, ad id operis aptissimas esse liquidotum potiones, & refrigerantes quidem, si sanguis in calorem solvatur, mollientes, si in quiddam densius, ac durius abeat; atque ita singillatim de cæteris mutationibus; patet itaque secunda pars.

Tertio sit morbus per vasa omnia sanguinis; igitur sive diminutionem quantitatis, sive augmentum velocitatis, sive quicquid aliud exigat ille morbus in sanguine, non dabitur modus aliquis peculiaris, quo fiat, ut per hanc potius, quam per illam venam, educendus sit sanguis, quare perinde se res habebit, undecunque mittatur, dummodò æquè augeatur velocitas, & eodem tempore mittatur eadem certa sanguinis quantitas, quod sit ex superioribus servata proportione illa inter emissaria, & compressiones canalium. At verò sit morbus in aliqua solùm parte ex. gr. inflammatio; quoniam per missionem sanguinis variatur proportio naturalis quantitatum ejus fluentium per utrumque truncum, cum totus ducitur per canales suos, & variatur etiam proportio velocitatum, & utraque major est per truncum arteriæ, à cujus aliqua ex continuis venis ducitur sanguis, quam per alterum, & similiter major per ramum arteriæ, à cujus continua vena mittitur sanguis, quam per alterum tendentem ad partem oppositam, & ab eodem arteriæ termino venientem, ducto igitur sanguine per venam illius lateris, quod sit oppositum lateri inflammato; ita tamen ut vena proveniat ab eodem trunco cum vena inflammata lateris, eodem tem-

pore major quantitas sanguinis, & majori velocitate derivabitur in latus oppositum, quam in inflammatum, si ab opposito ducatur sanguis, & id fiet per totum tempus missionis sanguinis. Quia verò inflammatio impedimento est, ne sanguis etiam naturali quantitate, ac velocitate fluens trajici possit per inflammatam partem; fieri igitur poterit, ut major quantitas, quæ breviori tempore influere posset, si per inflammatam partem duceretur sanguis, subsisteret ad eandem inflammationem, eamque proinde auget: quin ipsa etiam aucta velocitas non solum potest non promovere remotionem inflammationis; verum ipsam magis augere, quod continget, si velocitas sit tanta, ac tanta angustia canalium (à quacunque causa hæc proveniat, sive obstructione, live exsiccatione, aut si quid est hujusmodi) ut incidat tanto impetu in superficiem arteriarum absque eo, quod præterfluere totus sanguis possit, ut ad locum occursum arteriam extorsum tradat partibus ejusdem arteriæ succedentibus intorsum inflexis, atque ita ejusdem arteriæ cavitate ad majorem angustiam redacta, hoc est præterfluxu sanguinis magis impedito, ex quo continget, ut sanguis diutius subsistens, & in effluxum nitens prematur valide, unde exprimitur pars ejus liquidior, atque acrior, & subsistet crassior, & tumor augebitur, & propter refluxum illius acrioris in venas, sanguis reliquus solvetur magis, & succedere poterunt mille, atque omnis diversi generis pessimæ mutationes in toto sanguine, & nihil non morbosum, atque inexpectatum, & singulare in ipsis. Hæc autem omnis non solum evitabuntur ducto sanguine per venam lateris oppositi ab eodem trunco venientem; verum in super remotio morbi facilius reddetur; fiet enim in partem laborantem copia sanguinis minor, & minori velocitate, quam per oppositam, ex qua ducitur sanguis, unde cum interim quantitas minuatur, dabitur locus contractioni arteriarum, & per illam contractionem mutabuntur contactus partium hærentium, & inflammationem constituentium, & eadem propterea minus nitentes in arterias facillè abripi poterunt ab affluente sanguine, & idem sanguis affluens facillè præterfluere, cum & minus impedimentum ostendat ipsi particulis hærentibus jam dimotis, & cum non sit tantæ quantitatis, ut in dato tempore præterfluere totus non possit, nec tantæ velocitatis, ut per nimiam trusionem extorsum in aliqua parte arteriæ cogat succedentes intorsum flecti, & arteriam occludere. Patet itaque tutius esse sanguinem mittere ex vena oppositi lateris, & ab eodem trunco veniente, quam à parte laborante. Quia verò tota ratio majoris hujus securitatis est minor quantitas, atque velocitas sanguinis, qui in partem laborantem derivatur, quoties ab opposita ducitur; igitur ex ijs venis tutissimè ducetur, per quas sit, ut minima velocitas, & quantitas sanguinis derivetur in partem laborantem, sed maxima quantitate, & maxima velocitate evolvitur in truncum arteriæ, è cujus aliqua ex continuis venis ducitur sanguis, minore in alterum; ducto igitur sanguine ex aliqua vena illius trunci, qui nullam ramum mittit ad partem affectam, fiet, ut in hanc ipsam affectam partem minor sanguinis quantitas, & minori velocitate deducatur, adeoque superius exposita pericula tutissimè declinabuntur, & dimotio morbi facilius inchoari poterit. Quia igitur per hanc missionem sanguinis à trunco nullum ramum mittente ad partem affectam minuitur tota quantitas sanguinis, & dimovetur interim morbus; repetita igitur venæ sectione minus imminet periculum à nimio affluxu sanguinis jam diminuti, & à resistentia morbi jam dimoti; quare venæ sectio à vena oppositi lateris, & ab eodem trunco veniente tutius administrari jam poterit, quam si sanguis prius missus non fuisset à vena illius trunci, qui nullum ramum

mit:

mittit ad partem laborantem: postremo vero cum jam per duas illas missiones & diminutio sanguinis abundè facta sit, & dimotus magis morbus, missio sanguinis tutò fieri poterit ab ipso loco inflammationis. Si igitur inflammatio fuerit in summis partibus corporis, ubi minima pressio, & minima velocitas sanguinis, tum maximè missio sanguinis ab opposito trunco faciendâ; minima enim pressio, & minima velocitas maximam resistentiam parunt præterfluxuro sanguini, adeoque maximè cavendum: ne major quantitas ad eam partem deriveretur, quàm quæ trajici minimis illis momentis possit, ne inflammatio, & cætera mala augeantur, quod ex superioribus tutissimè contingit, si ducatur sanguis primo à trunco opposito, inde à venis lateris oppositi, postremò à parte inflammata. Uterius sit pars inflammatione laborans inter poplitem, & summum pedem ex. gr. & debeat mitti sanguis à parte, manifestum est venas, quæ à summo pede ad inflammationem usque continentur, dum ulterius progrediuntur, per locum inflammatum duci. Mittatur igitur sanguis ex his venis inter summum pedem, & locum inflammatum positus; qui igitur sanguis mittitur cum effluat extra venam, ex qua mittitur; per inflammationem non fluit, per quam fluxisset, si vena non fuisset secta; unde toto tempore, quo missio sanguinis protrahitur inflammatio levatur à nisu illius quantitatis sanguinis, quæ per venas sectas extra corpus mittitur; quare vasa in inflammatione contenta validius contrahi poterunt, & materiam hærentem expellere, quæ facilius etiam exprimitur propter impetum, & pressionem arteriæ per inflammationem ductæ; hæc enim arteria ob missionem sanguinis majorem quantitatem ejus & majori velocitate trajicit, unde hic ipse sanguis materiam inflammationis jam dimotam, & nihil retardatam à superatilluxu sanguinis per venam facile trahet, atque abripit. Ducatur autem jam sanguis ex venis inter cor, & inflammationem positus: igitur in inflammationem derivabitur sanguis, qui in ipsam influit, per venas inter ipsam, & summum pedem contentas, unde vasa inflammationis minus contrahi poterunt, & minus materiam ejus dimovere; velocitas etiam, & quantitas sanguinis per arteriam inflammationis minus augebitur, cum per venas, ex quibus sanguis ducitur, exonerentur arteriæ supra inflammationem positæ, unde materia ejus minus dimota à tardiore sanguine minus urgebitur. Insuper per missionem sanguinis ab iis venis pars inflammationis cor respiciens, seu vasa, quæ in ea parte inflammationis continentur, levata pressione sanguinis ab iisdem partibus validius contrahi poterunt, quàm quæ continentur ad partes summi pedis, unde periculum imminere poterit, ne magis contrahantur, quàm opus est, ad hoc ut sanguis à summo pede fluens possit præterfluere, & ad cor, seu ultra inflammationem derivari; quod si fieret, non solum non tolleretur, aut minueretur inflammatio, sed fieret multo gravior, & vehementior. Quando igitur ea in parte est inflammatio, ut inter ipsam, & summos artus aliquid spatii contineatur, in hoc facta emissaria sanguinis tutiora erunt, quàm inter eandem inflammationem, & cor. Quia verò tum sanguis contentus intra venas inter cor, & inflammationem comprehensas, quàm sanguis contentus intra venas inter ipsam, & summum pedem nititur in eandem inflammationem, tutissimum erit ex hæcenus expositis undecunque per circuitum inflammationis emissaria sanguini aperire; ita enim nulla erit pars inflammationis, quæ non levetur nisu sanguinis, seu cujus vasa contrahi non possent commodius atque validius absque ullo periculo occlusionis in eorum aliquibus, & sanguis arteriæ trudere magis, ac tutò poterit. Atque ex his patet.

Tom. IV. Pars II.

Quarto revulsionis, ac derivationis nomina non esse tam inania, quantum ab aliquibus supponuntur; patet enim ex his propositionibus, per missionem sanguinis ex aliqua vena derivari ad partem aliquam majorem quantitatem ejus intra datum aliquod spatium temporis, quàm si mitteretur ex alia: atque insuper cum pars aliqua affecta est, tutissimum esse sanguinem mittere ab illo trunco, cujus nulli rami ad partem affectam tendunt; deinde à venis oppositi lateris ab eodem trunco venientibus, postremò ab ipsa affecta parte, & hoc non alia de causa, quàm quia si statim ab ipsa affecta parte mitteretur sanguis, periculum immineret ne augetur morbus per solum affluxum copiosioris materiæ ad partem affectam, cum ejusmodi affluxus copiosior contingat per solam missionem sanguinis; qui est ipse effectus malus, qui derivationi tribuitur nimis maturè administrata; quia verò per missionem sanguinis ab altero trunco factam contingit, ut major copia sanguinis in ipsum devolvatur, quàm in alterum, à cujus ramis irrigatur inflammata pars, seu fit, ut ad inflammatam partem minor ejus copia deducatur, & hic est ipse effectus, qui revulsioni tribuitur, patet effectus derivationis, ac revulsionis dari, & per revulsionem quidem fieri ut in partem affectam minor humorum copia deriveretur, per derivationem verò nimis maturè factam, ut major, & ut oneretur, ac prematur natura ab illa majori copia, atque augeatur morbus; per hanc ipsam verò derivationem apto tempore celebratam, nempe post unam, & alteram revulsionem exposito ordine institutam levare magis morbum, ac plane tolli. Sed quia hæc singula non alia de necessitate contingunt, quàm quia per missionem sanguinis mutatur, ut expositum est, ratio velocitatum, & quantitatum ejus per canales suos, manifestum est dari quidem effectus derivationis, ac revulsionis, & revulsionem prius, dein derivationem esse administrandam cum aliis, quæ exposuimus, & quæ minimè discrepant ab iis, quæ communiter de revulsione, & derivatione circumferuntur, sed effectus hujusmodi non provenire à tractione, metu vacui, instinctu, aut consilio naturæ, avocatione morbi, & si quæ sunt hujusmodi causæ vere inanes.

Quintò sit morbus aliquis intra pulmones, qui aut diminutionem quantitatis sanguinis, aut augmentum velocitatis intra ipsos, aut aliquid eorum, quæ exposuimus ad initium hujus, exigat, dico, faciendam missionem sanguinis, licet nec vena, neque arteria pulmonaria habeant communionem cum vasis sanguifluis reliqui corporis, quod patet. Cum enim sanguis qui ducitur in pulmones, sit ille, qui fluit per universum corpus; quo minor est quantitas universi sanguinis, eo etiam minor erit illa, quæ per pulmones ducitur, adeoque etiam hæc ipsa miruetur, sed diminuta quantitate minuitur pressio, & hæc diminuta crescit velocitas (pressionem intelligo stipationem sanguinis in vasis provenientes à mutuo nisu utriusque sanguinis, qui scilicet continetur in vena, & qui continetur in arteria pulmonaria) & datur occasio particulis sanguinis, ut intimè dimoveatur, & refrigeratur, & humectatur & dimovetur, atque abripitur siquid hæret, & in pulmonibus: hæc dimotio, & extrusio eo facilius succedet propter motum respirationis agentis, & succutientis, & abripit, si quid hæret, per impetum sanguinis à dextro sinu venientis; igitur etsi nulla datur communicatio vasorum pulmonarium cum vasis sanguifluis reliqui corporis, quoties datur morbus aliquis in pulmonibus missio enim sanguinis exigens, faciendum. At quia ex hæc ipsa conjunctione vasorum pulmonarium à vasis sanguifluis reliqui corporis sit, ut pulmo, dummodò liber sit ab omnibus partibus circumpositis, nullique ipsam affectionem suam communicet, in hæc, aut illam

H h 2 venam,

venam, hanc, aut illam arteriam nulla peculiari ratione nitatur, atque insuper sit, ut ita se habente pulmone missio sanguinis ex quacunque vena nullam majorem, aut minorem quantitatem ejus nulla majori, aut minori velocitate in pulmonem derivari cogat, & ab his solum velocitatibus, & quantitibus pendet ratio mittendi sanguinem ab hac potius, quam ab illa vena; si igitur pulmo sit liber ab omnibus partibus pectoris, nullique suum morbum communicet, perinde se habebit res, à quacunque vena mittatur sanguis. At verò supponatur inflammatio in pulmone, quæ infarciendo ipsum extenderit ejus corpus, & coalescere cum pleura coegerit, iique & pleuræ conciliaverit tumorem similem, vel creverit tumor pulmonis ad partes trunci venæ cavæ descendenti; ita ut ab ipsa vena validè prematur tumor, vel ad partes venarum ascendenti, & ab his pariter prematur validè, easque vicissim etiam ita premat, ut ad ipsas subsistere cogatur sanguis, & producere aliam inflammationem, aut tumorem, & illum, qui in pulmone est, validius premento, & fluxum sanguinis prohibendo conservet, vel augeat: manifestum est haberi jam morbum particularem ex his, quos exposuimus, adeoque derivationem non esse primo loco molendam, seu non educendum sanguinem è venis proximis, & ab eodem latere, & parte inflammationem abeuntibus, nisi quando certi simus, majorem quantitatem sanguinis, quæ per missionem ejus majori velocitate derivatur in partem affectam simul cum pressione, quæ habetur per motum respirationis à pectore, & pulmone, sufficere ad dimovendam, atque abripiendam materiam morbi, & universum sanguinem superaffluentem trajiciendum per inflammatum locum. Quod si desit hæc certa cognitio, erunt instituendæ missiones sanguinis eo ordine, ac modo, quem exposuimus tenendum in reliquis morbis partium missionem sanguinis exigentibus. Cæterum si adsit hæc certa cognitio, missio sanguinis ex affecto latere poterit esse prodigii instar, & subito hominem ad sanitatem redigere; subito enim abripietur materia morbi, & hæc subita restitutio sanitatis facilè, & frequenter poterit contingere propter motum respirationis prementis, & succutientis, hoc est dimotionem materiæ morbificæ adjuvantis. Patet autem, hanc ipsam eodem modo se habituram in dolore lateris, & aliis pectoris affectionibus: quare patet &c.

Propositio VII.

E Quacunque arteria mittatur sanguis, major ipsius quantitas in dato tempore effluit, quam quæ efflueret per continuam, & æquè amplam venam, & æquali emissario patentem ad eandem distantiam à corde eodem dato tempore. Et ex his patet, qua ratione fieri possit, ut quolibet dato tempore educatur quantitas sanguinis ex arteria maior, aut æqualis quantitati sanguinis, quæ efflueret in eodem assumpto tempore per continuam venam, quæ esset inæqualis amplitudinis cum continua arteria, vel inæquali emissario pateret, vel hoc factum esset ad majorem, aut minorem distantiam à corde, quam emissarium arteriæ. Per totum tempus, quo sanguis mittitur, quantitas ejus singulis contractionibus cordis influens in truncum, à cujus ramo mittitur sanguis, majorem proportionem habet ad quantitatem eodem tempore influentem in truncum alterum, quam quantitates eodem tempore in eisdem truncos homologè influentes, quando nihil sanguinis mittitur; sed totus fluit per canales suos. Et similiter quantitas sanguinis singulis contractionibus cordis influens in arteriam, à qua mittitur sanguis, ad quantitatem eodem tempore influentem in arteriam partis oppositæ, &

ab eadem origine venientem majorem proportionem habet, quam quantitates eodem tempore in eisdem canales homologè influentes, quando nihil sanguinis mittitur; sed totus fluit per canales suos, & adhuc majorem, quam cum mittitur sanguis per venam. At quantitates sanguinis eodem tempore ab altero trunco in suos ramos homologè influentes proportionales sunt quantitatibus in eisdem ramos homologè influentibus, quando nihil sanguinis mittitur. Velocitas autem sanguinis, per totum spatium temporis, quo mittitur, in arteriis omnibus sit major, & major quidem, quam cum per venam mittitur, & velocitas aucta, quæ exercetur per arteriam, à qua sanguis mittitur, ad velocitatem, quæ per eandem exercetur, cum nihil sanguinis mittitur, majorem proportionem habet, quam velocitas aucta per quoslibet homologos canales velocitatem ad velocitatem per eisdem, cum nihil sanguinis mittitur, & auctæ velocitates per eisdem proportionales sunt velocitatibus, quæ per ipsos exercetur, cum nihil sanguinis missum est. Brevi autem à suppressione sanguinis cessat hæc inæqualitas velocitatum, & quantitatum sanguinis per canales suos, solaque permanet aucta velocitas, quæ per quoslibet homologos canales est quidem major velocitate, quæ per ipsos exercetur, cum nihil sanguinis missum est, sed est eadem hac velocitate proportionaliter major. Oportet autem, ut quæ sanguinis quantitas mittitur, non imminuat momenta contractionum in villis cor, musculos reliquos, & membranas constituentibus, à quibus concipit sanguis momentum velocitatis suæ, cum totus fluit per canales suos. Sed & quæcunque ostenduntur in propositione secunda de sanguine per venam missio ex angustioribus, aut amplioribus emissariis, exilioribus, aut majoribus venis, una, aut pluribus cum reliquis omnibus ibi expositis planè conveniunt missioni sanguinis per arterias cum eisdem conditionibus factæ. Sed & omnia, quæ in tertia ostenduntur de mutatione sanguinis, & quæ in quarta ad causam deliqui sine nimie quantitatis detractio. Similiter missioni sanguinis per arterias conveniunt omnia, quæ in propositione quinta ostenduntur, nisi quod missio sanguinis per arterias citius, & magis refrigerat, atque humectat, quam missio sanguinis per venas, & si sanguis ejus naturæ fuerit, ut per missionem solvatur, aut quomodolibet fermentescat, per missionem ex arteria poterit hæc ipsa natura temperari commodius quam per missionem ex venis. Itaque etiam missio sanguinis per arterias dimovet, atque abripi, si quid hæret summis vasis, idque tutius præstat, atque commodius, quam missio per venas, & sectio ejus, compressio, restrictio, & quælibet alia operatio, qua impediatur penitus, aut ex parte derivatio sanguinis per ipsam in partem aliquam, cujus vas hæreat materia morbum quemlibet producens, esse poterit prodigiosi remediï instar morbum subito, atque in ipso opere abripiens.

Quoniam enim velocitas sanguinis etiam naturalis est major per arterias, quam per venas, igitur missio sanguinis per venam, & arteriam, ita ut reliqua omnia æqualiter se habeant, supererit sola ratio majoris velocitatis per arterias, quæ determinabit quantitatem ejus in dato aliquo tempore effluentem, adeoque posita eadem distantia à corde, eodem emissario, atque insuper etiam eadem, si velis, amplitudine arteriæ cum continua vena, erit major velocitas per arteriam, quam per venam: quare eodem tempore major quantitas per arteriam, quam per venam effluet; Si igitur fiant reciprocæ illæ superius sæpius expositæ, & quæ ex se ipsis patent, proportionnes emissariorum, vel amplitudinum, multitudinum ad compressiones, seu velocitates in diversis arteriarum partibus, fieri poterit, ut per sectas arterias fluat

fluat eadem, major, aut minor quantitas sanguinis, quam quæ efflueret eodem dato tempore per venas, ut patet ex superioribus, & doctrina liquidorum. Manifesta igitur est prima pars.

Quæ autem proponuntur de missione sanguinis per arterias sunt eadem, ac illa, quæ proposuimus de missione ejusdem per venas, & ulro patent ex se ipsis, & ex demonstrationibus earum propositionum, à quibus desumuntur. Illa igitur omittimus, nisi quod illud brevibus exponendum, quod addimus quantitatem sanguinis, quæ derivatur in truncum arteriæ, à cujus ramo mittitur sanguis, per totum spatium temporis, quo mittitur, majorem esse, quam cum mittitur per venas ramis illius trunci continuas; similiterque velocitatem esse majorem, cum mittitur sanguis per arteriam, quam cum per venam. Quod tamen utramque facile patet. Quoniam enim ex eo major quantitas sanguinis devolvitur in truncum arteriæ, à cujus ramo mittitur, quod per missionem qui sanguis ad emissarium utriusque trunci mittitur quaquaversum, minorem resistantiam offendit ad eum truncum, à cujus ramo mittitur, quam ad alterum; ubi igitur per ramos ejus eodem tempore major copia sanguinis effluit, minorem multò resistantiam offendit, adeoque in majore quantitate eò devolvitur: sed major copia sanguinis ex arteria eodem tempore effluit, quam è vena secta iis conditionibus, quas recensuimus in prima parte hujus; in truncum igitur arteriæ, è cujus ramo mittitur sanguis, major illius copia derivabitur, quam in eundem derivaretur, si mitteretur ex aliqua venarum ejusdem illius trunci ramis continuarum. Quoniam verò, dum sanguis mittitur, ex eo crescit velocitas ejus per canales omnes, quod minuitur quantitas, seu resistantia, ac difficultas ad motum, seu fluxum, & data quantitas sanguinis breviori tempore ex arteriis educitur, quam educeretur è venis; igitur velocitas sanguinis per totum spatium temporis, quo mittitur ex arteriis, in omnibus arteriis sit major, quam cum mittitur per venas, ut proponebatur. Vide autem demonstrationes reliquorum ad usque illa, quæ ex propositione quinta deducimus suis locis superius.

Missionem autem sanguinis per arterias magis refrigerare, atque humectare, quam missionem ejus per venas ex eo patet, quod sanguis arteriarum multò calidior est, quam sanguis venarum, quare si mittatur ab ipsis arteriis fiet, ut qui calidus sanguis ad partes fluxisset, & refluxisset per venas ad usque locum emissariorum ad easdem partes non derivetur, adeoque ipsas non calefaciat, & quod inde etiam fit, non exsiccat, quemadmodum contingat oportet, cum per venas ducitur. Neque solam partes non calefaciet, atque siccabit, verum & sanguinem, ipsum, reliquosque humores omnes, qui eo minus humido exsurgunt, & calorem concipient, quo minorem vim à calore adurente, & absumente humidum patientur. Missio igitur sanguinis per arterias magis refrigerat, atque humectat, quam per venas, & cum id contingat propter missionem sanguinis calidioris, & ejus data quantitas breviori tempore educatur per arterias, quam per venas, patet missionem sanguinis per arterias refrigerare, atque humectare non solam magis, quam missio sanguinis per venas, sed etiam citius. Quod si sanguis ejus nature fuerit, ut per missionem intumescat ejus particule dimoveantur, fermentescant &c. missio sanguinis per arterias huic periculo occurrat commodius, atque tutius; abripit enim sanguinem ipsum nondum mutatum in fluxu per partes corporis, neque permittit, ut in tanta quantitate permisceatur sanguini venarum, qui nondum sit permutatus: quibus adde breviter tempore majori, qua data quantitas ejus educitur per

Tom. IV. Pars II.

arterias, quam per venas, & majorem celeritatem, in quam venit universus sanguis secta arteria, quam vena, quæ omnia commodiori sunt auxilio saltem per breviter tempore, quo operantur. Quoniam verò sanguis ab iis arteriis missus educit id, quod trajiciendum est per summa vasa; si igitur contineat aliquid facile in agglutinabile, vel supponatur aliquid jam agglutinatum, cujus impedimento fiat; ut nimia copia sanguinis præterfluere liberè non possit, sed ad impedimentum subsistat, & prematur validè, ita ut ex ipso exprimat liquidius, quod præterfluere possit, lentius non possit, sed sistat ad locum impedimenti hærentis, tutius erit, atque commodius sanguinem per arterias, quam per venas mittere. Rursus quoniam sanguis, qui per arteriam mittitur, non pertingit ad summa vasa, eadem igitur facilius, atque validius contrahi poterunt, & mutare contactus cum partibus, ac materiis hærentibus; interim verò alia arteriæ confluentes inter emissarium & summa vasa derivant in eadem aliquam quantitatem sanguinis majori velocitate propter missionem instructi, igitur abripientur facile quæcunque hærebant, & quidem facilius, quam missio sanguine per venas, ob majorem scilicet contractionis vim, atque velocitatem abripientem. Quod si hæc velocitas desit propter minimum spatium, quod inter emissarium & summa vasa contineatur, solus motus contractionis facile dimovebit, & extrudet utrinque, scilicet & versus venas, & versus emissarium arteriæ; ad partes enim emissarii nihil obstat propter sanguinem effluentem, & figura arteriæ respicientis ampliore basi partes emissarii ad easdem partes urget, unde hærens illud effluere poterit cum sanguine, vel eidem permisceri, & fieri liquidius; reliquum verò intra venas eodem motu contractionis agi poterit. Si igitur pars aliqua corporis reperitur, in qua à nimio affluxu sanguinis per arterias conservetur morbus aliquis, per solam missionem ejus ex arteria ejusdem partis, vel eadem arteria compressa, contracta, quomodolibet ita accepta, ut per ipsam sanguis ad partem laborantem traduci non possit, poterit subito cessare morbus, & sub ipsa manu medentis, & si quidem ab aliqua materia hærente vasis illius partis morbus proveniat, patet ex expositis, quo necessario operandi modo morbus ille tolli possit, ac debeat; quare constat tota propositio.

Propositio VIII.

In omni morbo, in quo per venam mittendum esse sanguinem superius ostensum, utilis esset eundem per arteriam mittere; sed quia in majoribus arteriis imminet periculum difficultatis, aut nullius coactus, aut ficti, & in aneurysma desinentis, faciendum ex minoribus, & capillaribus, in quarum sectione nullum periculum offenditur. Itaque administrandum quicquid ad arterias capillares, aut educere sanguinem, aut ipsum loco movere poterit in iis præcipue morbis, in quibus summis vasis aliquid hæret, unde & fricabis, & fovebis, & balneum adhibebis, & intra calidam pedes detinebis, & intra eandem sedebis, & frigidam subito & copiose affundes, & cucurbitulas siccas admovebis, & eas scarificabis, & scarificabis etiam sine cucurbitulis, & hirudines applicabis cuilibet parti corporis, & ligabis ligaturis fortibus, aut mediocribus: & si quidem morbus per omnia vasa distributus sit, frictions, foveas, balnea, cucurbitulæ siccæ, aut scarificatæ per maximam partem corporis, aut ipsum totum maximè præsidii esse poterunt, sicut & hirudines pluribus applicatæ partibus. Si verò morbus sit in aliqua solam parte, tum, si fieri possit, arteriam illius partis apprehendere, & ligare, aut urere, aut planè comprimere, vel ex ipsa sanguinem mittere tutissimum esset.

H h 3

si verò

ū verò id fieri non possit, primò scarificandum, vel hyruidines applicandæ ramis trunci, qui arterias non mittit ad partem affectam, & id faciendum plurimis scarificationibus profundis, aut hyruidinibus, tum è ramis trunci mittentis arterias ad partem affectam, sed derivatis ad latus oppositum: postremò circa affectam partem profundè scarificandum, vel admovendæ hyruidines undecunque. Eodem ordine te gerere poteris in foribus, frictionibus &c. Cùm autem affecta pars ita se habet, ut inter ipsam, & summos artus aliquid spatii continetur, velis autem ex arteria sanguinem mittere, mittendus ex arteria, quæ inter cor, & ipsam partem comprehenditur. Sive autem frices, sive balneum adhibeas, sive foveas, atque ita deinceps, nunquam movebis solius arteriæ sanguinem, sed etiam contentum in venis capillaribus, unde expeditior operatio, & efficacia remediis. Hyruidines, quæ applicantur ano, sive ut revelant à partibus superioribus, sive ut derivent à visceribus abdominis, citò applicantur, & juvent oportet, similiterque quæ applicantur post aures in doloribus, &c. capitis, atque ita singillatim de partibus aliis. Missio sanguinis ex arteriis in morbis pulmonum eodem modo se habet, ac expositum de missione per venas in iisdem morbis. Missio autem sanguinis sive ex vena, sive ex arteria, sive ex utriusque canalibus tam copiosè facta, ut propter nimiam detractionem ejus, is, cui detrahitur, linquatur animo, quantitatem sanguinis summè minuit, summè refrigerat, atque humectat, motus omnes planè silit, nisi quod iis suppressis datur libertas villis omnibus se se naturali contractione contrahere, quæ tum proinde potest esse summè valida, & si quidem per motum sanguinis nimis infarcirentur, & à naturali contractione prohiberentur villi canalium, iisque hæretet aliquid, quod per pressionem sanguinis in cohesionem validius niteretur, & calore ejus magis exsiccaretur, posset hærens illud per deliquium animi mollescere, ac dimoveri, unde collectis deinde viribus etiam ab affluxu minus copiosi, & proinde minus infarcientis sanguinis abripi. Deliquium igitur animi per copiosam missionem sanguinis in omnibus iis morbis tentari poterit, in quibus vehementior aliquis motus non naturalis, & in vitæ discrimen adducens suppressendus sit, vel exitialis aliquis affluxus sanguinis, vel exitialis calor, aut siccitas, vel hæsis cujuscunque materiæ ad summa vasa, quæ sit mobilis per contractionem villorum.

Quoniam enim superius ostensum est, quæ contingunt à missione sanguinis, citius, atque tutius contingere, cùm illa sit per arterias, quàm cùm per venas; in omni igitur morbo, in quo convenit venæ sectio, conveniet apertis, seu erit utilius arteriam sectare; citius enim, ac tutius, quàm venæ sectio remedio erit. At quia in majoribus arteriis maximus viget impetus, quo fit, ut vulnusculi inflati labia ab invicem semper ab impetu trudente extrorsum dimoveantur, adeoque coalescere non possint, & maxima etiam viget vis peristaltici motus, quo fit, ut difficilli ad locum scissionis villi similiter magis ab invicem, aut recedant, aut recedere nitantur, & utroque de nomine verus coactus impeditur, eoque impedito effluit sanguis totus, hinc fit, ut cæteroquin maximè salutaris arteriæ sectio prohibeatur. Insuper quia arteriæ tunica constat ex pluribus velut ordinibus villorum supra se invicem advolutis, fieri facile potest validioribus remediis emplasticis, & cicatricem obducentibus, ut exterior tunica coalescat interioribus ordinibus villorum interim in divisione persistentibus, quo fiet, ut allabens, & appellens sanguis ad locum divisionis minorem resistentiam offendant ab exteriori solùm tunica ad coalitum perducenda, quare eandem distrahet, & ad eam partem am-

plitudinem arteriæ majorem faciet, eamque extendet velut in tumorem pulsantem, seu aneuismam, quod rompetur facile, ut patet, & hominem in subitæ mortis discrimen, atque irreparabile adducet. Quia verò in capillaribus arteriis minima est vis sanguinis, igitur per ipsas sectas idem sanguis minus nitetur ad locum sectionis, & arteriæ facilis ad coalitum venient: erit etiam vis motus peristaltici disjunctis minor tum propter tenuitatem, cùm etiam propter minorem distractionem, quam patiuntur à minori impetu sanguinis, unde minor visus se se restituendi, qui is ipse est, quo cicatrix prohibetur. Denique & nullum periculum erit aneurismatis, cùm tenuitas membranarum, à quibus capillares arteriæ comprehenduntur, faciat, ut ordines villorum superimpositi vix ulli sint adeoque si exteriorum ad cicatricem, atque coalitum perducas, totam crassitiem membranæ callo obduxeris, & cicatrice firmaveris. Quoties igitur oportebit aut sanguinem mittere, aut hærens aliquid vasis loco movere, aut abripiere, utilius erit ad capillares arterias confugere, & circa eas omnibus iis modis se exercere, quibus fieri potest, ut dimoveatur sanguis, aut educatur. Primò igitur non sunt rejiciendæ.

Frictiones sive siccae sint, sive humidæ. Primò etenim quoniam per frictiones cutis comprimitur ita ducendo manus, aut aliquid contentum, & apprehensum manibus, ut successive ex hac in succedentem partem allabamur frictione; igitur dum unam partem urgemus, succedens est à pressione libera, & cum succedens premitur, à pressione levatur antecedens. Cùm igitur frictione prematur cutis, etiam vasa sanguinis sub cute distributa necessariò prementur ad majorem, aut minorem altitudinem sub cute, prout frictionis vis comprimens fuerit major, aut minor. Si quid igitur hæretet vasa illius partis, quæ comprimitur, exprimi per vim frictionis poterit, vel saltem dimoveri, & se jungi à contactibus, ad quos silit. Et quia pars, quæ premitur, præcipue si prematur validius, minus facile admittit influxum sanguinis; saltem igitur illius aliqua portio subsistet ad principium partis, quæ primo premitur, atque deinceps ex ordine ad principium aliarum omnium, quæ successive premuntur, adeoque statim ac à parte pressa in pressionem alterius succedentis fit transitus, sanguis, qui ad partis pressæ principium subsisterat, majori velocitate devolvetur in vasa partis à pressione levatæ; quare ab augmento velocitatis fiet idem, quod contingeret, si eductus fuisset sanguis ex arteriis, & materies per pressionem dimota, facile ab aucta velocitate sanguinis toto impetu se ferentis in vasa partis à pressione levatæ, abripietur intra venas, & ideo facilius contingere poterit, quod per pressionem illam è venis exprimi etiam potuit aliquid hærens, unde minorem resistentiam à residuo adhuc hærente inveniet sanguis proficiens; quare abripietur per ipsum quicquid hærebat. A pressione igitur frictionum oritur quiddam simile utilitati, quæ produceretur, si simul emitteretur sanguis è venis, atque arteriis; per pressionem enim cohibito sanguine ad partis pressæ confinium augetur velocitas ejus per arterias, & per eandem pressionem expressa aliqua portione materiæ hærentis in venas producit illud bonum, quod à missione sanguinis per venas oritur. Sed insuper ab eadem pressione augetur etiam velocitas sanguinis per venas; ut in missione ejus per ipsas contingit; pressio enim illa successiva, & cum nisu successive pariter, & cum nisu premit, adeoque adigit humores, quò possunt, naturaliter eo augmento velocitatis, quam concipiunt à vi pressionis; & cùm sanguis fluat in venas liberè, in ipsis rapietur majori cum impetu, & distractio illa partium hærentium, atque dimotio, &

asportatio facilius succedet. Ab hac autem pressione sanguinis facile oriri etiam poterit solutio ejus major in calorem, unde frictions etiam non inutiles, cum calefaciendum erit, vel promovenda solutio sanguinis, & tam ab hac solutione ejus, quam ab aucta ejusdem velocitate, & ablatione partium hærentium fieri poterit illa evocatio caloris, ut appellant, ad circumferentiam corporis, vel materiarum in eò, ut falsò plerumque creditur, hærentium, cum hærent in vasis sub cute, in quarum gratiam frictions à medicis plerumque præscribuntur. Neque solum incallescere poterit sanguinis; sed & cutilla, & cutis vi pressionis ipsas atterentis, & caloris particula in liberatem asserentis, unde absumpta, & asportata humiditate villicotim, & cuticulam constituentem sicari magis poterunt, & proinde validius contrahi, atque ita emissaria pororum angustiora reddere, & perspirationem difficiliorem facere saltem hoc de nomine, atque per difficiliorem perspirationem graviores morbum producere. Primum tamen cum etiam iotimè incallescant omnia, igitur nifus perspirationis in poros erit major, adeoque comparanda aucta ejus vis cum aucta constrictione pori, ac pervidendum, hæcne tanta sit, quæ superare possit momentum ejus, an verò auctam momentum ejus, & nova materies eodem instructa momento continuè succedens conjuncta cum augmento angustiarum in poris tantam velocitatem perspirationi conciliet, ut quolibet dato tempore major ejus quantitas per illas angustias possit effluere, quam quæ eodem tempore evaporaret, si illæ angustiae essent maiores, hoc est cum non fricatur cutis, quod fieri posse, patet ex doctrina liquorum fluentium. Etiam si verò supprimeretur, vel minueretur perspiratio per totum tempus, quo frictions fiunt; cum tamen per ipsas habeantur reliqua commoda, quæ ab augmento velocitatum, & dimotione partium hærentium pendent, pervidendum rursum, illane majoris momenti sint, quam brevis suppressio perspirationis, quæ compenabitur subito à promotio fluxu sanguinis remotis impedimentis per vasa capillaria occurrentibus, eoque magis, quod perspiratio illa suppressa hæere quidem poterit vasis; sed per vim frictionis exprimentis per eadem vasa agetur. Adde his, quod eadem vis pressionis incallescere quidem facit, atque ita contrahere villos, sed cum eadem exprimat etiam validè, ipsa etiam est, quæ perspirationem exitum molientem per poros ad majores angustias redactos facilius trudit foras, ut cum nos per angustum, & compressilem aliquem canaliculum lente fluens corpus eodem canaliculo presso facimus, ut facilius, & citius ad emissarium perducatur, & effluat. Postremò etiam si maximi damni esset qualiscunque diminutio, vel suppressio perspirationis, & vis frictionis, aut caloris interioris tantum non essent, ut eandem impedirent, nec reliqua commoda essent comparanda, ne dum præferenda eidem suppressioni, huic ipsi diminutioni, aut suppressioni occurrere poteris per easdem frictions, quod faciliè præstiteris, vel fricando rariùs, & minori vi, vel minori vi solidum, & eadem frequentia, vel non in omnibus partibus corporis, sed in illis solidum, in quibus opus est majori compressione, & calore, vel si totum periculum imminet à calefactione, & exsiccatione, non uteris frictionibus siccis, sed humidis humectando prius, atque indentidem, dum fricas cutem, aut manus, aut utraque apris liquidis, vel fricando non manibus, sed corporibus humido apto plenis, & minus atterentibus, ut spongiis, herbarum manipulis, atque hujusmodi: hæc etenim ratione pressionis eadem præstabit, quæ in genere exposuimus de frictionibus; ratione autem apti liquidi, & minoris attritionis villos cutis à nimio calore, siccitate, & contractione vindicabunt. Quod si apta illa liquida

penetrare etiam cutem possunt, ut posse patebit, cum de balneis moræ, humectando partes vasis hærentes, earundem dimotionem, atque asportationem, multo faciliorem reddent, ut patet. Cæterum eos morus sanguinis, quos à frictions pendere exposuimus, vel ipsis oculis dignoscere poteris ducta altera manu supra dorsum alterius validius apprimendo; videbis enim pressam partem albam esse statim, ac ab ipsa ducitur manus, & statim in ipsam toto impetu sanguinem fluere, & ipsi rubicundum colorem reddere: immò hoc cuicumque notum, qui summo digito cutem prelerit; statim enim, ac ille abducitur, se se offert in cute circularis area candida per totum illud spatium, quod digitus prelerat, quæ subito per circumferentiam undecunquæ ruborem recuperat, atque ita successivè versus centrum, quousque rubescit tota per sanguinem in ipsam undecunquæ confluentem. Hoc ipsum etiam confirmatur per id, quod in vasis venarum majusculis, & à summa cute conspicuis, & compressilibus operamur, cum scilicet compresso eorum aliquo versus extremas partes, & protrahæ compressione per longiusculum spatium temporis, quousque nempe sanguis, qui intra venam continebatur contentam inter locum compressum, & cor, ex eadem vena præterfluat, ac tum ablata facultate comprimente subito sanguis à loco compresso velocissima velocitate fluere conspicitur in venam exhaustam versus cor, quæ etiam operatione circuitus sanguinis ad oculum necessariò ostenditur, & valvulæ etiam venarum. Ex his igitur omnibus patet quid præstare possint frictions siccæ, vel humida; neque rejici ipsas debere.

Cucurbitulæ pariter sive siccæ, sive scarificatæ in eadem sorte sunt; movent enim illæ, nec quicquam producere possunt mali. Quoniam enim quæ parte cutis in cucurbitulam assurgit, in majorem superficiem extenditur (sit enim ex plana curva, vel ex minus curva magis curva) igitur totum illud, quod cum cute assurgit, extendatur similiter oportet, adeoque quicquid canalium in tota illa assurgente mole continetur, pariter extenditur; sed canales per quam dimensionem trahuntur, ut extendantur, angustiores sunt: canales igitur sanguinis contenti in mole in cucurbitulam assurgente per ejus applicationem super angustiores, adeoque si quid in eis hæret, mutat contactus, seu dimovetur, & ad faciliorem asportationem disponitur, quoties superveniet aliquid transversè rapiens: quoniam hæc ipsa dimotio, & dispositio ad asportationem magis promovetur ab eadem vitrahente, seu elevatione, & trusione cutis; premit enim illa magis, & ad fluxum disponit. Vel igitur labrum cucurbitulæ ita leviter cutem comprimit, ut sub ipsa fluere possit sanguis, vel tam validè in cutem nititur, ut occludat penitus canales ejus, si fluere potest sanguis; sanguis igitur contentus in canalibus cutis in cucurbitulam assurgente poterit per fucus dactus fluere, & extra spatium à cucurbitula comprehensum derivari: si verò fluere non possit; per totum igitur tempus, quo cucurbitula in applicatione detinetur, subsistet in canalibus ejusdem cutis intra cucurbitulam comprehensæ. Sed quia hi ipsi canales cum reliquis communionem habent non solum labro cucurbitulæ suppositis; sed etiam parti cutis, quæ extra cucurbitulam est, & qui canales cuti intra cucurbitulam comprehensæ suppositi, sunt minus compressi, quam qui subjacent labro cucurbitulæ; sanguis igitur, & quicquid hæret vasis sub labro positis pressum validè per cucurbitulam, & dimotum per extensionem canalium derivari poterit in ramos suppositos cuti intra cucurbitulam comprehensæ aucta interim velocitate sanguinis per arterias pariter suppositas fluentis; unde nec necessarium erit, ut flagnet per totum tempus, quo cucurbitula applicata detinetur: H h 4 quod

quod si sanguis fluere possit etiam per canales labro cucurbitulæ supposito, cum pariter & augebitur velocitas arte iosa sanguinis, & abripi poterit per venas quicquid hærebat, & dimotum est. Neque periculum imminet, ne minuat, aut supprimatur per spiratio in ea parte, quæ in cucurbitulam levata est; quoniam etenim cutis undecunque extenditur, igitur emissaria pororum sunt undecunque magis tracta, seu discluduntur, & ampliora evadunt interius autem validè premitur totum compositum assurgens; igitur per pressionem illam conjunctam cum amplitudine pororum facillè exprimeretur quicquid est perspirabile. Est sanè medicinam facientibus, & post remotionem cucurbitularum pellem observantibus occurrat illa perforata maximè conspicuis, atque amplissimis foraminibus, seu poris, & id tam est evidens, ut in iis, qui sunt texture rarioris, vix fidem invenire possit apud eos, qui ipsi non vident: tanta est pororum dilatatio, & quasi hiatus. Insuper medicinam facientes norunt ex se ipsis, cucurbitulas se jungi, atque excidere à cute, si per longius temporis spatium ipsi in hære finantur, non alia certè de causa, nisi quia fuliginibus, seu perspiratione in cucurbitulæ cavitate evaporante, eamque sensim implente fit, ut sensim majori, ac majori momento urgeat suppositam cutem, quousque demum ipsam ab interioribus partibus cucurbitulæ tantùm premat, quantum premitur ab exterioribus per aërem supernitentem, unde subsidat oportet, & tota cutis jaceat in æquilibrio cum tota cucurbitula, seu hæc cum cute non cohereat, adedque ex se excidat. Patet itaque perspirationem, aut non minui, aut non supprimi. Licet autem etiam minueretur, aut supprimeretur, tùm pervidendum, ut de frictionibus exposuimus, aùm brevis illa perspirationis suppressio majoris esset incommodi, quàm sit utilitas, quæ à dimotione rerum hærentium vasis, & augmento velocitatis sanguinis deducitur: & hanc utilitatem majoris esse momenti, nemo dubitare potest, cum tota area cutis, quæ subsistat cucurbitulis etiam in maximo numero applicatis, minima sit, si compareretur cum universa superficie corporis, cum è contra per totum ipsum intimum dimoveatur sanguis, quoties in unica parte augetur velocitas ejus. Adde his, huic etiam incommodo prospici posse detinendo cucurbitulas in applicatione breviori temporis spatio, cum enim effectus pressionis, atque extensionis vasorum fiat in puncto temporis, brevissimo ejus spatio; facta igitur esse debet pressio, & dimotio post adhesionem non ita longam tempus protraham, & tùm ablati cucurbitulis declinabitur omne periculum, aut suppressionis perspirationum, aut cujuslibet alius mali, quod imminere possit à nimia pressione, ut expressio partium humidiorum à sanguine, aut villis, unde auferetur metus omnis nimie siccitatis, quæ à validiori, aut diuturniori coactione provenire posse quis suspiceretur. Rursus etiam supponere velis, nullam dari posse communionem inter vasa sanguinis supposita parti, quæ in cucurbitulam levatur, & vasa exteriora, neque cum iis, quæ sunt quidem supposita eidem levatæ parti, sed profundiora, & minus compressa, adedque supponere velis, coactum esse sanguinem, ut subsistat in cute, quæ intra cucurbitulam levatur per totum tempus coactionis cucurbitulæ, & propterea magis compingi, atque sicari: huic supposito incommodo dupliciter occurrere poteris; primò detinendo cucurbitulas in applicatione per spatium brevioris temporis, ac tùm eas abripiendo; sicut enim sanguis arteriarum ad locum cucurbitulæ suppositum & cum inveniat materiem jam dimotam, eandem abripiet facillè, ac subito, & id eo facillius continget, quòd vasa prius vel conniventia, vel circulariter per extensionem contracta, statim ablati cucurbitulis

suæ se figuræ restituant; adedque à superficie materiarum, quibus prius hærebant recedunt, & quasi spatium relinquunt affluenti sanguini, unde facillius abripiuntur. Altera autem ratio, quæ huic periculo, aut dubio occurrere poteris, erit scarificatio, seu incisio cutis prius in cucurbitulam levatæ, ita ut sanguis effluat; cum etenim vasa minima cujuscuque partis sint veluti ritè compositum ex summis venis, & summis arteriis, quæ sunt sibi ipsis continuæ, & multipliciter hic illic variis ramusculis invicem hiantes, per scarificationem fit, ut multi ramuli venarum, multi arteriolarum secantur, unde si in iis, qui secantur aliquid hærens, atque dimotum continetur, facile abripietur per vulnusculum extra corpus, & cum per missionem sanguinis augetur reliqui velocitas, materies hærentes in canaliculis reliquis, qui in scarificatione non secantur, facillius abripiuntur, & tota pars ab obstruentibus partibus liberabitur. Scarificabis igitur prudenter, quoties superficies cutis, quæ in cucurbitulam levata fuerit, coloris saturioris, aut lividi perfluit; indicabit enim ille color moram, & motum magis lentum sanguinis ad eam partem. Per scarificationem vero non trahes à remotis partibus, sed ad loca scarificationum devolvetur sanguis ratione mutata, & auctæ velocitatis, ut in generalibus propositioibus de missione sanguinis ostensum est. Neque timebis majorem à scarificationibus obstructionem, eo quòd vasa incisa, & ad cicatricem ventientia occludantur propter exilitatem, tota etiam intimè quæ prius eant cava, atque idè etiam intimè callescant, & velut obturent cavitationem suam, & ad locum calli subsistere cogant sanguinem: primò etenim necessaria non est illa calli obductio etiam intimè in vasis: quia tamen contingere illa potest, esto & contingat; quia tamen, quod præcipui momenti est, de ablatione rerum hærentium solliciti sumus, & propter incisionem, & reticularem texturam vasorum continuè in se multis raris hiantium fit, ut hanc ipsam ablationem consequamur, nihil refert, aliquæ vasa occludantur per hanc operationem, dummodo sanguis in suam naturalem fluxilem habitudinem redigatur; postquam enim hanc rursus allecutus fuerit, cum obicem aliquem offendit, divertit per canaliculos proximos, & per eos in venas refluit. Itaque non solum sine metu scarificabis, sed scarificabis multis incisioibus, atque profundis, ut brevi tempore aptam quantitatem sanguinis extrahas, quæ necessariam velocitatem reliquo conciliet. Hæc igitur ad partem pertinet, quæ levatur in cucurbitulam. In cute autem reliqua circa cucurbitulas jacente ita se res habebit. Quoniam partes jacentes circa cucurbitulam sustinent pondus totum supernitentis aëris, quo per cucurbitulæ adhesionem levata est pars cutis ipsi cucurbitulæ supposita; igitur partes circumpositæ cucurbitulis magis premuntur, destitutæ nempe contra visum aëris easdem in æquilibrio detinentis, & quasi levantis; iis autem partibus admisso, & intexta sunt vasa sanguinis; igitur hæc magis comprimuntur; pressio autem maxima, si ulla est differentia, est remotius à cucurbitulis, cum hæc sint veluti fulcimentum firmius totius aëris; igitur sanguis, & si quid hæret vasis, per ejusmodi majorem pressionem magis undecunque urgebitur versus cucurbitulas, & id continget tam in venis, quàm in arteriis: quia verò visus aëris unus est, & idem; igitur ex æquo communicabitur tam sanguini venarum, quàm arteriarum, adedque perinde se habebit, ac si non esset, nisi quod majorem effectum producat in illo sanguine, cujus major naturaliter velocitas, & qui naturaliter fluit versus cucurbitulas; ille autem est sanguis arteriarum; igitur sanguini arteriarum velocitas augetur versus cucurbitulas, sub quarum proinde labro, si fluere possit ad usque

usque partem in ipsa levatam, contingat, quæ superius, sive unus, aut totus, aut pars maxima derivabitur per venas arterias ubique reticulato opere continuas; reliqua autem pars ad ablationem cucurbitulæ toto impetu devolvitur in arterias, & venas cutis in eandem cucurbitulam antea levatæ, ut superius! Itaque tum propter pressionem auctam, quæ dimovebit, si quid hæret valis, tum propter velocitatem similiter auctam in paribus circa cucurbitulas jacentibus abripitur quicquid hæret, nec quicquam erit timendum mali, ut ex superius expositis patet; neque enim perspirationis suspicio oriri poterit, nec tume, aut supprimatur, cum cutis cucurbitulæ circumposita vix trahatur propter coaptationem, & validam pressionem cucurbitulæ supra cutim, quæ fit, ut cutis exterior minimè dimoveri possit, nec in cucurbitulam trahi; immò verò & cutis exterior ad cucurbitulæ labrum elevari cernitur, & cucurbitulis ablatis remanet in cute foveola circularis per aliquantum temporis, velut exculptum conservans totum labrum cucurbitulæ; etsi verò traheretur aliquantisper cutis exterior, pororum emissaria tam parum contraherentur, ut hæc minima contractio conjuncta cum majori pressione nihil officere perspirationi posset cum his omnibus, quæ consideranda sunt hæc super re superius in hac ipsa dissertatione de cucurbitulis, & de frictionibus exposita. Cæterum cum notum sit medicinam facientibus, & singulis cucurbitulis scarificatis educi insignem quantitatem sanguinis, & illam estuctionem fieri applicando rursus cucurbitulas parti scarificatæ, & cum statim ab illa applicatione sanguis non minima velocitate erumpat & singulis incisionibus, argumentum inde deduci posset ad evincendum, posse sanguinem contentum in vasis dispersis per cutem cucurbitulæ circumpositam fluere sub labro ejusdem cucurbitulæ & perducere ad cutem, quæ intra ipsam levatur; quia tamen illa insignis quantitas sanguinis, quæ per cucurbitulas scarificatas educitur, fingi potest derivari solum à vasis profundioribus illi parti cutis respondentibus, quæ in cucurbitulam levatur; hinc fortè pervicax aliquis, ex illa evacuatione sanguinis insigni deduci ipsum, non concedet, à vasis cutis, quæ cucurbitulis circumponitur; quia tamen vasa summæ cutis ducuntur à profundioribus, & profundiora mittunt ramos quaquaversum, igitur profundiora vasa cutis, quæ cucurbitulis circumponitur, communionem habebunt cum vasis profundioribus cutis, quæ in cucurbitulam levatur, ex quibus tandem fiet, ut sanguis vasorum; quæ distribuuntur per cutem cucurbitulis circumpositam, possit derivare ad cutem cucurbitulis inclusam, sive statim sub cucurbitulæ labro fluendo, sive divertendo in vasa profundiora, & per hæc, vel eorum ramos demum ad cutem inclusam cucurbitulis deveniendo. Patet itaque circa vasa capillaria operaturo, quid suppeditare possint boni cucurbitulæ sicæ, aut scarificatæ, easque rejiciendas non esse. Patet insuper ante applicationem cucurbitularum adjumento esse posse, & bene institui, præscribere frictiones, cum & ipsæ dimoveant, & velocitatem augeant, adeoque vim, & operationem cucurbitularum majoris momenti, & efficacitatis reddere possint. Atque ex his omnibus deduces, quo pacto.

Scarificationes etiam sine cucurbitulis proficiunt, & faciendæ sine ullo periculo, aut metu obstructionum cicatrici succedentium; perinde enim est, sive scarifices post cucurbitulas admotas, ablataque in cute intra cucurbitulam prius levata, sive eam incidas nullis admotis antea cucurbitulis; semper enim facies, ut per vulnuscula effluat quicquid in vasis cutis proximis; in ipsa confluentibus coninetur, & ut augeatur velocitas, & succedant omnia, quæ à missione sanguinis, Scarificabis autem profunde, ut supe-

rius, & incisionibus pluribus, verum non densissimis, sed tanto inter duas quasque relicto spatio, quod Medicus, aut incisor judicare possit non esse majus; quam ex quo per augmentum velocitatis abripi possit quicquid hæret, & quidem vel ita abripi, ut ad vulnusculum perungat, & effluat, vel in venas resluat, & sanguis misceatur; neque tam parvum sit illud spatium inter duas quasque incisiones, ut per scarificationem incidantur vasa omnia, quæ in illo spatio mutuo hiant, ne, dum cicatricem obducerent, si eam intus coalescerent, nimiam quantitatem sanguinis subsistere cogent, & in periculum inflammationis, aut cujuscunque tumoris, vel alius mali adducere egerum possent; itaque scarificabis etiam sine cucurbitulis.

Balneæ verò multò minus contemnenda, aut rejicienda esse videntur, sive illa sint aquæ communis, sive aquarum thermalium, sive olei. Quoniam enim unumquodque ex his liquidis est aëre, quo circumprimur, multo gravius, ac densius; igitur quoties eorum quolibet demergemur, multo magis prememur, & quàm in aere, & cum ossa cedere non possint, quæ partes propter minorem à cute distantiam pressionem balnei possunt perducere ad usque os, validè comprimentur, adeoque illam pressionem patientur etiam intercurrentes canales sanguinis, unde si quid hæreat, mutare contactus, atque exprimi facile poterit. Ab hac ipsa pressione fiet, ut augeatur velocitas sanguinis tum ratione pressionis, tum ratione angustiarum, per quas in canalibus fluere cogitur sanguis vi ejusdem pressionis, unde dimotæ materies facilius abripientur; neque hæc expressio juvabit solum canales sanguinis, sed subsidio erit quibuscunque partibus, ac villis corporis, à quibus dimovere, exprimere, abripere, ac derivare in canales quoslibet poterit quicquid hæret; unde fieri poterit, ut etiam nihil balnearis aquæ, aut cujuslibet alius liquidi corpus subeat, possit quis in balneo per urinam reddere liquidum aquosum, crudum, ac lucidum instar aquæ; materies enim ejusmodi liquidi esse poterit corpus, quod minimis suis particulis dispersum esset per omnes, aut plurimos villos, usque hæretet, & per balnei pressionem loco motum sit, & exsudare coactum in vasa sanguinis, per quæ deductum ad renes ibi secerni poterit à reliquo sanguine, & per urinam reddi: quod si aliunde pateat, ut mox, etiam balnei liquidum penetrare intra corpus, & partes ejus, illud crudum, quod per urinam redditur, poterit esse etiam ex parte saltem liquidum, quod nobis pro balneo est. Cæterum à liquido balnei validè premi totum corpus, patet ex doctrina nostra liquidorum non solum recta, sed etiam quaquaversum nitentium, & id ipsum ulterius observatione mirabili confirmabis. Cum in balneo es toto corporemersus, leva sensim brachium per aquam, quousque ad superficiem ejus ipsum perduxeris: nihil ponderis à te sublevari indicabitur, tam parùm gravari, atque tam minimam vim à te adhibendam esse senties, ut brachium per aquam attollas: ut verò statim, ac ab aquæ superficie idem brachium remove, & per aërem levare voles, ac molieris, mirum sane est, quàm ingens, & quàm immane pondus tibi attollendum esse videatur, ita ut arbitris, nullies crevisse in aquis tui brachii pondus: tanto major est vis, quæ tum adhibenda est, si comparetur cum illa, quæ adhibebatur, ut brachium per aquam elevaretur; illud autem non aliunde pædet, quàm à nisu, quo ipsa ex se aqua brachium urget verius superficiem suam, ipsumque etiam sine nostra opera levat, qui nisu cum deficiat statim, ac brachium ex aquis extrahitur, animus autem jam assueverit per illum motum sub aquis minori derivatione spirituum in musculos brachium levaret, adeoque judicaverit brachium minimi ponderis, & len-

& sensum incrementi in pondere non aliunde habemus, quàm per sensum incrementi resistentiæ ad elevationem, & hunc ipsum non nisi per derivationem copiosorem spirituum in musculos elevatoros, affirmamus, vel nobis videtur brachium ponderosius. Sed brevi etiam spatio temporis intra balneum morantibus rugosi sunt summi digiti in supremis monticulis, quod verosimile est argumentum expressiois, & validæ proinde compressionis. Et sanè eùm in iis partibus minima vigeat musculorum vis cutem in tensione detinens, & inter ossa, & summam cutim sit in iisdem iis partibus minima distantia, ad usque ipsa ossa perducatur oportet balnei pressio, & exprimat, ac deriveret, quæ potest quicquid continetur inter villos fluxile, & facile mobile. Com itaque propter inæqualem in diversis partibus monticulorum resistentiam pressioni, diversam cohesionem cum partibus suppositis, & diversum gradum fluxilitatis in diversis corporibus exprimendis, non eodem proportionali ordine possint omnes partes comprimi, sed aliæ plus, aliæ minus, fiat inde necesse est, ut aliæ subsidant, aliæ eminent, seu quod idem est, ut monticuli cutis in rugas efformentur: adde his, quod eùm per compressionem à liquido undecunque factam à partibus exterioribus versus interiores debeat monticulorum caro, & cutis ad minus spatium, & minorem superficiem redigi, sit autem jus partis natura ex carne densa, atque compacta, & quæ vix cedere, coire, & ad minus spatium redigi potest, oportet, ut si quid est inter ipsam magis cedens, atque compressibile, illud locum faciat circumpositis durioribus particulis, quæ proinde deprimentur cedente illo extraso, & in altiore locum perducto, & ita fiet inæqualitas cutis hic eminent, illic depressa, sive rugæ, aut plicæ. In cæteris autem partibus, in quibus distantia ossium à summa cute est major, perducetur pressio ad eam, quæ poterit, altitudinem, compressionemque in partibus, & canalibus producet, quantum permittet defectus duræ resistentiæ ab ossibus. Hoc igitur subsidium deesse à quocunque balneo non potest: quod si penetret etiam, ut satis valide ostendi posse videtur, erunt commoda, atque utilitates eximie, & à quibus nihil non admirabile, ac subito sperare possis. Primum igitur certum est, aquam pervadere crassissima coria etiam sole sicca, durata, atque densata, quod norunt, atque ostendunt abundè, atque continè coriorum curatores, qui ipsa coria aqua subigunt, & tractant, atque molliunt quantum, & quomodo unque libet: argumento satis valido, vim aquæ tantam esse, ut inter duos quosque villos etiam validè per siccitatem hærentes, atque compactos se se adigere possit. Ulterius illud occurrit admirabile, & tantum non incredibile, quod contingit in fune, à cuius altero extremo pendeat saxum, quanti vis immensi ponderis, ita ut funem in maxima tensione, & quod inde sit, villos ejus maxime compactos, & quantivis momenti ad contactum detineat: quo facto si per superficiem sonis spongiam aqua madidam ducas, ita ut eadem illa superficies leviter humefcat, videbis paulo post saxum attolli non alia certè de causa, nisi quia particulæ aquæ, & si paucissimæ, & in tenuissimum velum ad superficiem sonis extenitæ penetrant, & superare possunt vim, quæ coheret villi sonis, etsi illa mensuretur ab immani momento pendenti, & funem tendenti saxi. Postremò pellem ex humano cranio detraximus, illam in sacculum efformavimus exactissimè clausum, intra communem aquam demersimus appenso pondere, ut sub aquis susteret, eamque ita demersimus, ut pars occlusa superficiæ aquæ superemineret; quod factum est, postquam cadaver per horas duodecim dirigerat, & nulla suspicio esse poterat caloris residui, spirituum, aut hujusmodi. Sub aquis detinuimus per horam, tum

disclusimus, & invenimus superficiem internam benè madidam humore, quantum videbatur, aqueo, quo digiti attingentes satis humectabantur: antequam autem pellem illam in sacculum efformassemus, eandem internam superficiem exsiccaveramus, quantum fieri poterat, perfectissimè. Tum igitur facta rursus eadem exsiccatione ejusdem internæ superficiæ demersa rursus aquis pellis, & post idem tempus inventus idem mador, quod repetitum eodem modo tertia vice, mador idem non defluit. Ut igitur hinc exordium faciam, arbitrari quis posset, hujusmodi experimentum aptissimum ad evincendum, certè subire aquam per cutim intra corpus; sed & forte subest aliquid scrupuli, qui saltem suboriri posset, neque est dissimulandus. Quoniam enim momentum horizontale aquæ majus est momento horizontali aeris, folliculus autem pellis, quam supponimus, intrò continet aerem, exteriori circumdatur aqua, & constat pelle, materia nempe, quæ cedit, & per extrinsecam circumpressionem in rugas formari potest; igitur momentum aquæ majus momento aeris, eo usque premet, & corrugabit folliculum; quousque internus aer ita prematur, atque densetur, ut momentum ejus, quo extrorsum nititur, æquale sit momento externi liquidi introrsum urgentis: facta igitur hac pressione, quæ in puncto temporis potest contingere, primo asserere quis posset, nullam esse rationem, cur aqua exterior subire debeat per villos æqualiter ab oppositis partibus compressos, vel secundò madorem illum, qui reperitur ad superficiem internam sacculi, non esse aquam, quæ penetraverit, sed liquidum ejusdem cutis expressum ad illam superficiem per vim pressionem oppositarum. Et sanè hoc secundum fieri equidem potest; sige enim, inter villos illius cutis superesse aliquid humiditatis hærentis, igitur ab oppositis facultatibus, interiori nempe, atque exteriori nitentibus exprimi illa humiditas poterit fluxura, quæ ducit positio, atque directio emissariorum. Si igitur positio, & directio isthæc supponatur ducere, atque respicere internam potius, quàm exteriorem superficiem, perducetur expressa materia ad superficiem internam, quibus adde nobis innotescere non posse, an aliquid exprimator ad superficiem exteriorem, eùm illa humefcat liquido, in quo demergitur, quo sit, ut an alio liquido perfundatur, dignoscere nequeamus. At verò primum illud de penetratione minus verosimile est, fieri enim potest, ut dum aqua exterior tantum introrsum nititur, quantum aer interior extrorsum, particulæ aquæ se se adigere, seu tradi possint inter duos quosque villos pellis per spatia, in quibus nihil aeris, aut alius corporis æqualiter contrahentis contineatur, intra quæ tamen aer interior se se adigere non possit propter implicationem suarum partium, ut adigere se nequit in folliculos vitreos vino plenos, & tenni foramine pervios, quod licet deorsum in aere respiciat, aerem non admittit, nec dimittit contentum liquidum, quod tamen ipsam liquidum effluit, si foramen in aqua demergatur. Secundum igitur illud admitti potest; at quia mador interioris superficiæ insignis est, & in eadem pelle reperitur sæpius, hinc satis verosimile sit, ejusdem madoris materiem esse potius repetendam ab aquis circumfusis, quàm ab humore expresso à villis pellis, atque insuper addo, facta illa per compressionem sacculi æqualitate momentorum ab interna superficie extrorsum, & ab externa introrsum, non posse intra cavitatem sacculi coacervari quantitatem aquæ, quæ cavitatem sacculi aut ex parte, aut ex toto, aut ad libellam aquæ exterioris impleat, licet sacculus immensum tempus in demersione detineretur, sed solummodò madorem levem inveniendam. Quoniam enim post compressionem sacculi momentum exterioris aquæ supponitur æquale

quale momento aëris contenti intra sacculum; igitur non alia de causa poterit subire aqua exterior, nisi quia nihil offendat resistens inter utrumque villum pellis, sed aqua dum subit, implet hæc ipsa spatia, & postquam perducta est ad intimam superficiem, occurrit ibi aëri, qui eodem momento nititur extrorsum, quo introsum aqua exterior; igitur ad superficiem sistetur, nec dabitur propter illius aëris resistenciam ulterior aditus aquæ; sed sistet, & superficiem solum leviter humectabit. Tentanda igitur res non in pelle in sacculum efformata, sed expansa in apertum sium, à quo pendeat grave ipsam ad aliquam altitudinem demergens aquis, & siquidem per longius spatium temporis protracto experimento major aquæ copia in sinu conuleatur, res videbitur ex hoc nomine satis perspicua; sed alias suboritur scrupulus majoris certè ponderis, quam expositi simul omnes. Etiam si enim admittatur aqua penetrare crassitiam, ac densitatem coriorum, ut de facto penetrat, & subire cadaverum pelles, suspicari aliquis posset ex statu frigido, ac denso harum pellium, non solum argumentum desumi non posse, quo evincatur aquas subire in naturali statu, & cum calidum est animal, immò è converso deduci potius debere, aquas, cum vivimus, intra corpus agi per pellem non posse; si etenim tota ratio, cur agatur in coriis, & cute demortuis est, quia inter utrumque villum nihil invenit resistens, & penetrationem impediens; ubi igitur inveniet aliquid, quod non solum vi inertis, & sine motu contrahitur, verum actuali, vivo, & continuo motu ad exteriora moveatur, tum equidem talis motus ad exteriora faciet, ut nihil ab exterioribus partibus possit intrudi, cum non solum adsit corpus sua mole, & nisu resistens; verum etiam actuali, & vivo motu abripiens ad exteriora quicquid occurrit, & ingressum molitur: hujusmodi autem corpus continè ab interioribus ad exteriora fluens cum impetu datur, dum vivimus, & perspiratio nuncupatur; perspiratio igitur facere poterit suo impetu continuo ad exteriora, ut aqua penetrare non possit. Sed an tu credis, perspirationis impetum esse tantum, ut comparari possit cum momento immanis saxi à superius exposito fune pendentis, cujus tamen resistenciam superat leve velum aquæ per superficiem funis extensam? Quem enim singes conatum, aut motum singularum partium perspirationem componentium? Pendet hic à mole corporea, ita ut impetus, atque motus à quantitate ejus pendeat: quæ autem magnitudo in singulis partibus perspirationis, cujus universa quantitas expirans singulis minutis primis à villo, cujus pondus scrupulus est, largissimè subducto calculo millesima ducentesima scrupuli pars ex iis, quæ ostendimus propositione tertia ejus libelli, quem de villo contractili olim inscripsimus? Quid autem? Estne perspirationis impetus major, aut æqualis motui, quo flamma movetur, & è lignis erumpit, atque avolat? Hæc tamen ligna demergantur aquis non ex alto defluentibus, atque ita in majorem velocitatem, atque impetum aëris, sed aquis quiescentibus, subito motum illum flammæ compescimus, aqua etiam ad sensum subeunte lignorum intima. Jam verò sint in perspiratione partes igneæ; illæ tamen nec sunt tantæ molis, ac quantitatis, ut flamma, unde nec tantæ impetus, nec sunt puræ, atque libere, immò mistæ, atque implicatæ cum partibus crassis, viscidis, atque hærentibus, ut patet ex sordibus, quæ cuti inhaerent. Itaque & parvæ quantitatis erit perspiratio ignea, & admixta corporibus inertibus, quæ tarditatem motus, & debilitatem impetus majorem facient: cum verò aqua etiam quiescens vim, atque impetum vividum intensioris ignis subito superet, & maximum funis pondus sublevet, verosimilius videtur, penetrare ipsam posse etiam per corpora, dum perspirant, seu

dum vivunt, & siquidem penetrat, non premit solum, adedò que non movet premendo solum extrinsecè, sed se subito admiscendo universo sanguini, quid non producere poterit? Emolliet illa, si quid hæret vasis, & ad fluxum disponet, & in sua vasa derivabit, refrigerabit, humectabit, & quæ ab his pendent, quæ non est opus enumerare. Sed si penetrat, inquis, perspirationem impedit, quod malo est. Hac autem super re illud primò asserimus, necessarium non esse, ut perspirationem impediatur, secundò etiam ipsam suppressione illam comparatam cum utilitatibus reliquis malo esse non posse. Et primo quidem patet in experimento superius exposito de folliculo chrysellino tenui foramine perforato, per idem foramen eodem tempore ascendere, ac descendere aquam, & vinum absque eo, quod confundantur; cum tamen alterutrum eorum liquidorum non effluit, cum sibi soli in aëre patet foramen totum, unde etiam per foramina, & spatia corporis facilius poterit expirare perspiratio, cum subit aqua quàm cum in aëre detinemur. Immo verò si velis aliquid perspirationis materiei magis simile, pannum lineum album, vel chartam aqua madefacito, eaque primò ita constituito, ut pars madefacta medium locum teneat inter lumen, & oculum: videbis partem madefactam candidiorem, quàm reliquæ partes circumpositæ, licet candidæ, sed non humectæ: contra si eandem constituas, ita ut inter ipsam, & oculum constituat lumen, tum partes non humectæ candidiores apparebunt, quàm madefacta pars: argumento certissimo, partes luminis, sive ignis trajici facilius per partes, quibus admixta est aqua, ex qua faciliori traiectione fit, ut cum charta ponitur inter lumen, & oculum plurimum luminis ad oculum feratur, cum verò lumen ponitur inter oculum, & chartam, plurimum luminis trajicitur ad partem oppositam, minimum reflectitur ad oculum, seu apparet obscurior. Idipsum contingit, si inungantur eadem corpora oleo, quo super ut res perspirationi fiat similior, illud etiam observandum, chartam inunctam igni expositam, ut cum per ipsam frignantur pisces in cratibus, ignem non concipere tanta facilitate, quanta cum sicca est, ratione non dissimilis facilitatis, qua trajicitur ignis per chartam oleo madidam, unde minus temporis subsistit, ac nititur in partes chartæ, adedòque tantum otii ipsi non suppetit, quantum requiritur ad earum dissolutionem, & liberationem ignis, seu ad combustionem chartæ. Cum igitur particule perspirationis contineant multum ignei, vel lucidi, & hæc corpora facilius trajiciantur per madida, quàm per arida, hoc est facilius fluunt per canales, cum per ipsos ducuntur etiam alia corpora, quàm cum iidem toti patent iisdem materieb. lucidis, aut igneis, constat, necessarium non esse, ut si aqua balnearum cutim penetrat, continuo supprimatur, aut minuat perspiratio; cum è contra fieri possit, ut eo ipso nomine penetrationis fiat effluxus ejus facilior, seu promoveatur, seu eodem tempore magis perspiretur. Ex quibus ratiociniis adhuc majoris momenti sunt, quæ superius exposuimus de ratione superandi impetum, quo perspiratio evaporat; si etenim perspiratio se habeat, ut lumen, aut ignis ad chartam madidam, vel inunctam, penetrare aqua poterit non solum absque eo, quod superet impetum perspirationis, verum ita ut ipsum augeat, & penetret tamen: patet autem ex experimentis coriorum, & funis, inesse aquæ vim penetrandi etiam, cum impetus nullus resistit; patere igitur undecunque videtur, aquas balnearum non penetrare solum cutem posse, sed ita penetrare, ut perspirationem ne minuat quidem, ne dum supprimat, immò verò eandem augeat in dato tempore. Perspirationem autem augeri, dummodò evaporare possit, ut posse ostendimus, non proveniet solum

totum ab aucta velocitate per emiffaria, ſed à comprefſione copioſius exprimente, & ab aquis emollientibus, & perſpirationi materiem uberioſiorem ſuppeditantibus; & revera crefcere etiam ad ſenſum, deducere ex Sanctoſio poterit ſectio ſecunda de aere, & aquis. At verò eſto ſecundo loco, aquam; dum corpus penetrat, perſpirationem ſupprimere: aio, ſuppreſſionem ejuſmodi comparatam cum utilitatibus à balnei penetratione provenientibus melo eſſe non poſſe: cum enim balneum per comprefſionem exprimat, & per penetrationem, & admixtionem ſui cum ſanguine reſtingeret, atque humectet, atque emolliat, & ad fluxum commodiorem, & expediſſiorem diſponat, etiam aërem perſpirationis materiem temperabit, & fluxilem reddet, & cum ſanguine per totum corpus fluere faciet, unde expurgabitur per urinam, alvom &c., & cum abſoluto balneo emollium corpus magis perſpirabile factum ſit, ſi quid eſt reliquum, facilius evaporare, & optimè corpus illud ſe habere poterit: quare patere ſatis aptè videtur univerſa res. Certe um quod de aquis communibus pronuntiavimus, id ipſum affirmandum de aquis reliquis thermalibus, aut quomodocunque medicatis arte, aut natura, dummodò fermo ſit de parte ſolum ipſarum aqua, quæ ab admiffione aliarum illarum rerum, quæcunque ſint, libertatem ſuam, compoſitionem, nſum, & fluxilitatem non amiſerit: hæc enim omnia niſi dentur, fieri poterit, ut aquæ illæ medicatæ, ne quidem ſola pura parte aquæ ſubire curim poſſint; prement tamen: ſi autem ſubeant non parte aquæ, ſed aliis admiffis non notæ virtutis, orti ſubire poterit nullum non genus exitiale, ac novum morbi, quod determinare poſſibile non eſt. Fluxilitas autem requiritur, ad hoc ut partes ſubiturae ſeſungi poſſint à partibus extra relinquentibus, quam facultatem in eſſe aquis communibus patet iſdem exemplis ſuperius adductis in coriis, ac ſane per immane pondus tenſo. Quoniam verò oleum etiam aſſuſum pellibus, & craſſis coriis eadem penetrat, craſſius eſt aëre, & fluxile, patet ex hæc uſque expoſitis, & ejuſ balneum ſubire pellem, & corpus poſſe, & ipſum primo premere. Licet autem ſit partium multo magis, quam aqua, coherentiſſimum, tamen cum notum ſit, per fervorem fieri multò liquidius, & per ſolum calorem fluxilius, balneum calidum fluxilitatem, & ſejunctionem partium olei faciliorem reddet, & penetrationi proinde ipſum magis accommodatum. Lentor autem ejuſ, hoc eſt vis, qua naturaliter facile hæret, eſſe adjuvamento poterit penetrationi, non quidem eo quod faciat, ut breviori tempore penetret, ſed ut totius, atque certius, illa etenim adheſio faciet, ut ſtatim, ac particula quælibet olei ſua culpe penetrare inceperit inter utrumque villum cutis, difficile abſtrahi, ac retrocedere, divelli, ac deturbari poſſit, unde vi truſionis, ac niſus nunquam ceſſante demum perducetur tota ultra cutem in partes intimas corporis. Reliqua eodem modo ſe habent, ac aqua communis, atque ex his nullo negotio patet quæcunque à balnearum uſu ſuccedunt, & quousque balnea olei prodelle poſſint præcipuè in calculo renum laborantibus, & verum eſſe, quod aſſuat, per balneum olei laſſari, & laxari corpus; ſed & plurimum ſpirituum reſolvi tum propter laxationem, cum etiam propter ignem, quem oleum continet. Balnea igitur nullo pacto contemnenda, immò plurimi faciendæ.

Fotus ſunt è genere balnearum. Itaque ſiquidem fotus ſit materia ſovente tam copioſus, ut vis perſpirationis, & caloris partis ſoventis ipſum non exſiccet, atque abſumat pro ratione quantitatis ejuſ temporis, quo ſoventur, & caloris abſumentis admitti poterit, atque præſidio, & bono eſſe. Itaque plurimum liquidi adhibendum, & plurimo tempore deti-

nendum, & eo longiori tempore, & majori quantitate liquidi, prout calor abſumentis partis ſoventis intenſior eſt, & magis exſiccans. Hinc iis ſoventum, quæ humidum diutius detinent ipſumque deſuperare faciunt, ejuſmodi ſpongæ, eaque ad contactum cuiusdiu detinentur. Si verò fotus breviori tempore protrahantur, aut minori quantitate liquidi ſiant, aut cum nimis acer eſt calor, & totam vim fotus exſiccans irrita prorsus erunt ejuſmodi remedia, ejuſmodi ſint oportet, quæ vulgò ſunt à medicis, cum madefaciunt ſeviter, & per breviffimum ſpatium temporis, & pannis utantur coccineis, vel liquidum brevi abſumentibus, vel calorem augmentibus. De his igitur ſatis.

Pedum demerſio intra calidam eſt pariter è genere balnearum, unde ea omnia ab ejuſmodi balnei uſu provenire poſſunt, quæ de balneo in genere dicta ſunt; ſed commodum inſuper quoddam particulare præſtare poterit pendens à ſolo aquæ calore ſanguinem rarefaciente; ſit enim in abdomine ex. gr. ſuppreſſus alicubi motus ſanguinis, vel derivatio alicujus alius humoris in canales ſuos: pendeat autem illa ſuppreſſio à quacunque cauſa intercipientem motum ſanguinis præter nimiam copiam, aut fervorem ejuſ, quæ vim nimiam faciendo, iſdem ſanguinis viam occidant, & fluxum impediunt modo ſuperius expoſito. Calor igitur aquæ ſanguinem canalium inferiorum rarefaciat, ſeu ad majus ſpatium extender, unde nitetur quaquaverſum majori cum impetu, & ſi quid obſtat, loco movere, atque abripere, canales aut per longitudinem nimis contractos, aut per amplitudinem coincidentes, aut ſi per naturalem aliqua diviſionem, ut in partu, canales reſidui nimis intorti ſint (ut coarctare poſſet in ſuppreſſione lochlorum) atque iis occluſi, extendere, atque diſcludere poterit. Neque idem ſaltem tutò conſequi poterit detineado pedes intra frigidam, hæc etenim cogit ſanguinem: quare converteret quidem curſum ejuſ, & quantitatem majorem per truncum inferiorem, & augebitur velocitas ejuſ, & fiet, dabiturque proinde occasio dimorticibus verum hærentium, diſcluſionibus &c. ſed quæ frigus illud cogit ſanguinem, fieri poſſet, ut magis deoſatur, quam quod neceſſarium eſt, ut ipſe ſimul cum iis impedimentis abſtrahi poſſit vi ſuperadditæ velocitatis, & copie ſanguinis per truncum inferiorem, quæ acquiritur ab uſu frigidæ ad pedes.

Inſellus intra calidam ſunt ejuſdem generis, & eodem modo operantur, & eodem ſines in eodem ſines in uſum revocari poſſunt, ſic ex. gr. in contumaciſſimis hæmorrhoidum tumoribus adhiberi poterunt; in iis enim tuberculis, atque ſacculis ſanguinis aliquid durum contineatur oportet, quod à balneo molliſi, hoc eſt ad fluxum diſponi facile poterit: interim verò aquæ calidæ vi ſanguis rareſcet, & majori cum impetu quaquaverſum eritetur; quare cum materia illam hæmorrhoidum balnei vis molliſerit, hoc eſt fluxui minus reſiſtentem reddiderit, & interim ſanguis per longitudinem canalium majori vi eandem materiam urgeat, ipſam tandem loco movebit, & ſecum abſtrahet in majores venas. Eodem autem modo, ac de uſu frigidæ ad pedes pronuntiavimus ipſam minus tutam eſſe, ita idem pronuntiandum patet de inſellu in frigida, quoties quis de ejuſ administratione cogitaret ad loco movendum, & abſtrahendum aliquid. Ulu tamen eſſe poterit.

Aquæ frigidæ, immo etiam frigidioris, & gelidæ aſſuſio ad quamlibet partem corporis, quoties in vaſis ſanguinis liſſendum erit aliquid, ut inſignis hæmorrhagia, ac tum juvabit aſſuſio frigidæ facta ad vaſa illius trunci, qui ramos non mittit ad partem hæmorrhagia laborantem: ſic ſi ſit hæmorrhagia narium, juvabit aquam frigidam aſſundere partibus inferioribus, pedibus, cruribus, lumbis; frigidæ enim cogit

coget sanguinem, & quo frigidior, eo magis coget, & eo major quantitas sanguinis, eoque velocius in truncum inferiorem arteriæ derivabitur, adeoque eo minor ejusdem quantitas derivabitur in superiorem, & ad nates, & hæmorrhagia cessare poterit cessante distensione canalium, & imminuta quantitate sanguinis. Id verò felicius continget, si affusio frigida fuerit copiosior, eo etiam magis densabit, & adhuc felicius, si eadem affusio facta sit subito, nempe ita ut nihil tale cogitet, aut expectet æger; tunc enim non poterit prævenire vim frigoris, & quæ à frigore provenit, constrictio, quam tamen saltem aliqua ex parte minuire posset, si de faciendâ affusione frigida aliquid novisset, excitando nempe illas species, quæ vehementiores motus conjunctos habent, & sanguinem à coactione, quantum pollunt, vindicant. Hæc autem ab affusione calidâ provenire non posse patet; calida enim molliendo, quæ durissima sunt, & rarefaciendo totum sanguinem, membranas canalium magis extendit, atque infarcit, unde si qui earum villi divulsi sunt, ut in qualibet hæmorrhagia contingat oportet, vel saltem maximè lassi, magis lassabuntur, aut divellentur per vim magis attentis quaquaversum sanguinis.

Hirudines quid præstare possint, ac debeant, patet ex his, quæ de scarificationibus diximus; neque enim facit aliud ejusmodi animalculi morsus, quam incisionem vasorum, quæcumque morsui occurrunt, unde sanguis prolicitur tam ex venis, quam ex arteriis, quo de nomine prodesse plurimum possunt, cum arterias etiam evacuent ab ipsis abripiendo sanguinem, antequam perducatur ad partes. Quoties igitur res feret, ut sanguis mittatur ab arteriis, applicate hirudines bono erit, & cum arteriæ, ac veniæ capillares in quacunque parte corporis sint, poterit cuilibet parti corporis hirudines applicare, non autem soli ano, & pone aures, ut usus obtinuit. Atque hinc intelligis, cur sanguis, qui hirudinibus per anum ducitur, sit coloris maximè vividus, atque micantis, licet juxta commune placitum esse deberet maximè nigricans, atque obscurum, cum supponatur esse sanguis melancholicus, crassus, terreus; est enim sanguis mistus ex venoso, atque arterioso, unde color ipsi micans, ac rutilus, qualis est sanguis arteriarum. Vides pariter, quàm inaniter asseratur, per hirudines anum admordentes duci sanguinem è venis solum hæmorrhoidalibus, cum fieri non possit, ut etiam arteriæ non admordeantur, & incisæ sanguinem non effundant. Itaque, & hirudinum usus admittendus, & cuilibet parti corporis adhibendus. Sed &

Ligaturæ fortes, aut mediocres vices missionis sanguinis gerere possunt: per constrictionem enim majorem, aut minorem ab ætiori, vel laxiore vinculo convenientem plus minus coarctetur motus sanguinis influentis ultra ligaturam, unde vasa contenta inter ligaturam, & summam partem contrahi validius possunt, & hoc movere, si quid hæret: & si quidem ligatura fuerit mediocris, influet aliquid sanguinis per arterias; sed majori velocitate tum propter minorem quantitatem, tum quia aliquantum subsistens ad locum ligaturæ majorem pressionem à sanguine succedente patitur, unde majus momentum concipit, quo demum superat ligaturæ resistantiam, & toto devolvitur impetu in arterias, & facillè abripit jam dimotas materias, quæ hærebant. Et quia ligatura eadem facit, ut sanguis resuens per venas ligaturæ partis ad ligaturam subsistat (unde pars in tumorem attollitur) continuè autem per arterias influit aliquid; igitur universa quantitas sanguinis per reliquum corporis fluens continuè minuitur, unde succedunt illa omnia, quæ à missione sanguinis pendent, hoc majori commodo, atque utilitate, quod postquam id consecuti fuerimus, cujus gratia ligaturam adminis-

Tom. IV. Pars II.

travimus, ea resoluta universam quantitatem sanguinis in corpore, ac naturali motu habere poterimus, quam habebamus ante ligaturam. Illud autem in ligaturæ solutione cavendum, ne tota simul fiat, & sanguis toto impetu, ac quantitate in cor devolvatur, præcipue si longiori temporis spatio partem in ligatura detinuerimus; quiete enim refrigeratur sanguis, unde duplici de nomine traductus ad cor nocere posset, vel syncopem, vel intermissionem pulsus, vel etiam mortem, producendo, primò quidem ratione frigoris, nervos, aut arteriolas, aut villos, vel omnes has partes simul constringendo, & sistendo fluxus, vel contentos humores coagulando, à quibus syncopes, & intermissio pulsus, & si diutius protrahatur, etiam mors fieri poterit, ut patet ex Anatomicis, & his, quæ scripsimus ad hos morbos; & secundo ex his ipsis morbis patet, nimiam quantitatem sanguinis ad cor fluentis syncopi, & intermissioni pulsus, & si ulterius protrahatur, morti etiam producendæ sufficere. Ligaturæ igitur non reveilunt, neque ab aliqua parte sanguinem trahunt, sed faciendū, ut sanguis, qui in ligatam partem per arterias influit, per venas ejusdem partis resuere in totum corpus non possit, sed in eadem parte quiescat, & continuè novus influat, præstant, ut universa quantitas sanguinis in corpore residua minor semper, ac minor evadat, celerius fluat, & abripit, quicquid hæret affectis partibus, unde impertis reum videtur, cum reliqua in corpore in melius evadere per administrat omnem ligaturæ videant, hanc ipsam ligaturam esse, quæ morbum reveilat, atque attrahat.

Ex quibus omnibus patet, cum morbus distibutus est per omnia vasa sanguinis, & feveri totum, & balneo mergi, & fricari, & cucurbitulis tractari, & hirudinibus per plures partes admorderi; immò etiam ligari posse præcipue, si quid à vasis dimovendum sit, & abripiendum, per miscendum sanguinis, & in motum, ac fluxum agendum; hæc enim singula ex superioribus expositis unumquodque genus horum remedium præstat. Si verò morbus sit in aliqua parte corporis, tutissimum erit ex arteria ducente sanguinem ad illam partem ipsum sanguinem mittere; ita enim sicut omnia, quæ à missione sanguinis pendent, cum hac majori utilitate, quod sanguis ex arteria missus faciet, ut materies morbi ad partem non deducatur, abripiatur, dum sanguis mittitur, & absoluta missione, cum quantitas diminuta sit, & aucta velocitas, minor erit materies morbi in toto sanguine diminuta, & minus facillè hærebit parti, quæ & levata est materia prius hærente, & per auctam velocitatem sanguinis faciliorem fluxum permittit advenienti continuè. Sed erit multò tutissimum eandem arteriam, si fieri possit, ligatura, unctione, præcisione, compressione ita constringere, ut nihil sanguinis per ipsam fluere possit; ita enim fiet, ut nihil materiæ peccantis derivetur ulterius per truncum ipsam ad partem, quod jam derivatum est, exprimetur, & reliqua vascula minora alendo, atque movendo sufficient. Quod si à ligatura, &c. arteriæ imminet periculum resolutionis, exsiccationis &c. in parte, tum pervidendum, majoris momenti sit vis morbi, quàm resolutio, &c. partis, & si illa sit potentior liganda, &c. arteria, & permittendum, ut pars resolvatur, arefiat, &c. sin minus sinendum. Cum verò aut sinendum est, aut ligari &c. arteria partis non potest, tum eodem modo instituenda res ex arteriis, ac ex venis, nempe mittendus sanguis è ramis trunci, qui arterias non mittit ad partem affectam; ita enim pars maxima sanguinis devolvitur in hunc ipsum alterum truncum arteriæ non mittentem ramos ad partem affectam; & minuetur quantitas ejus influens in eandem: tum è ramis arteriæ venientibus quidem à trunco mittente ramos ad partem affectam;

I i tam;

tam, seu abentibus in partem oppositam; ita enim devolvitur quidem sanguis copiosior in truncum mittemem ramos ad affectam partem, sed plurimum ejus derivabitur in ramos sectos, & qui ducitur per ramos partis affectæ, facilius propter augmentum velocitatis abripet quicquid eidem affectæ parti hæret, nec periculum imminet, ne propter nimiam copiam nimis infarciat, & maximam vim morbi producat, cum jam quantitas universi sanguinis per primam missionem sit satis diminuta. Postquam verò secunda etiam missione adhuc magis quantitatem sanguinis diminueris, tunc tutò ad ipsam partem accedere poteris, ex cujus toto ambitu sanguinem mittes, ut ex superioribus patet. Hæc autem missiones sanguinis à nulla re prohiberi tibi poterunt; præsto enim sunt hirudines, & scarificationes, quæ etiam ex arteriis ducunt, & cum hæc applicari, atque administrari possint partibus omnibus, patet, quo ordine, & quibus in partibus prius, quibus posterius scarificare, aut hirudines applicare debeas, cum morbus alicui solum parti hæret. Quod autem dicimus de hirudinibus, & scarificationibus, patet ex antea expositis dicendum de foribus, dicendum de cucurbitulis, de frictionibus, de ligaturis, de bainis, in quorum administratione idem servandus est ordo, cum illa singula quasi missionis sanguinis vices gerant. Scarificationes autem profundas facies, tum ut brevius quantitatem statam sanguinis elicias, & majorem velocitatem relinquo concites, tum ut plura vasa feces, atque ita materiam hærentem promptius abripias. Quod si pars affecta ita se habeat, ut inter ipsam, & summos artus aliquid spatii contineatur, velis autem ex arteria sanguinem mittere, tum illa secunda, non quæ continetur inter eandem affectam partem, & summos artus, sed quæ collocatur inter affectam partem, & cor; quæ etenim constituitur inter summos artus, & affectam partem, jam deposuit in parte affecta, si quid est peccans in sanguine, & cum certò scire nequeamus, an per missionem sanguinis tantum augetur velocitas, ut non solum non abripiat, si quid hæret parti, verum deponat, & infarciat magis, tutum erit mittere sanguinem, antequam ad partem derivetur; ita enim augetur velocitas, & minuetur quantitas influentis, & influxus sanguinis, quod certò consequimur missio sanguine per arteriam sitam inter cor, & affectam partem, cum per ipsam fluat sanguis in eandem. Quicquid autem ex superioribus expositis administras, balneum, frictions, ligaturas &c. nunquam movebis, aut extrahas solius arteriæ, aut arteriarum sanguinem, sed venarum simul, ut abundè ex demonstratis patet, eritque ex superioribus expeditio operatio, efficacitasque remedi.

Patet autem ex his omnibus rursus, hirudines, quæ applicantur ano, sive ut revellant à partibus superioribus, sive ut ducant ab abdomine, sitè institutas esse, & juvare debere; non equidem quia trahant, sed quia, ut exposuimus, pars maxima sanguinis per truncum ramorum, quibus hirudines applicantur, devolvitur, & minor ejus quantitas derivatur in affectam partem, unde si ejus tota quantitas tam moderata sit, ut statim ad derivationem, seu potius ad missionem sanguinis ex arteriis trunci mittentis ramos ad partem affectam devenire possimus, missio hæc statim absque ulla præcedente revulsione facienda, atque ita statim facta juvare debet. Prout autem hæc, aut illi pars abdominis affecta est, missio sanguini per hirudines ano applicatas erit magis, aut minus scitè facta sine ulla prævia revulsione, si arteriæ aut illæ sint, quæ sanguinem ad affectam partem ducant, vel aliæ ab illis divertæ; dummodò autem omnia quantitas sanguinis non obstat, nonquam nocere poterunt hirudines illi parti applicatæ. Idem dicendum, ut patet, de hirudinum applicatione post

aures, & ad quamlibet aliam partem corporis: quare manifestum est quicquid ad hanc rem propoluimus.

In morbis autem pulmonum missio sanguinis ex arteriis eodem modo se habet, ac missio sanguinis ex venis, ut patet cuicumque consideranti, nullam connexionem ductuum pulmonarium cum ductibus sanguinis vel qui corporis, & quæ hac super te exposuimus superius, cum de missione sanguinis per venas in morbis pulmonum, & pectoris verba fecimus.

Quæ de missione sanguinis ad usque animi deliquim propoluimus, sive illa per venas, sive per arterias fiat, tam evidentia sunt ex superioribus, ut nulla majori explicatione indigeant, quare patet tota propositio.

Propositio IX.

Loco missionis sanguinis esse possunt victus ratio; medicamenta quælibet alterantia, præparantia, sursum, aut deorsum purgantia, sudorifica, diuretica, bethica, seu expectorantia, caput purgia, seu apoplegmatismi, sive illi per nares, sive per os expurgent, ut salivam moventia, & sternutatoria, repellentia, quæcumque fortius hærentia cuti, emplastra, linimenta, cerata, dropaces, synapismi, qui etiam rubificantia medicamenta dicuntur, fonticuli, fetacei, vesicantia, & inuisiones quælibet, & quomodocunque factæ. Sed & subita, & violentæ plorum evulsiones, digitorum dimotiones, atque intorsiones dolorificæ, titillationes in partibus ipsis ferendis unius affluetis, & in quibus earum sensus vividior excitatur, odores aciores, graviores, vividiores, flagellationes, & quæ sunt hujusmodi dolorem intensiorem excitantia, & ad vim stimuli pertinentia. Horum singula aut minus expedita, aut minus tuta, quam missio sanguinis, & tutissimum quidem, sed tardissimum victus ratio: expeditissimum, sed periculo non carens omne dolorem excitans, seu stimulan, & magis, minusve periculosum, prout stimulat magis, aut minus, eodemque de nomine plus minus expeditum. Sed & quomodocunque evacuetur, sive per alvum, sive per vomitum, sudorem, urinam, fonticulos, &c. periculosior est, quam missio sanguinis, & si evacuan conjunctum sit, & operetur cum subito stimulo, esse quidem poterit atque expeditum, ac missio sanguinis, sed multo etiam esse poterit periculosior. Præparantia, & alterantia & ipsa minus expedita, sed possum esse æquè tuta, ac missio sanguinis: si notum esset aliquod medicamentum, quod in unoquoque morbi genere certò susteret, aut certò moveret assumptum per os infusum, aut cui quomodolibet applicatum, quicquid in iis singulis movendum est, aut sistendum, ad hoc ut corpus convalesceret, tutò prætermitti posset, immò & merito deberet missio sanguinis; sed ejusmodi medicamenta adstruere, & pro certis divendere, atque adhibere non ita certum videtur.

Plura, atque diversa à missione sanguinis provenire, patet ex superioribus. Itaque cum asserimus loco illius missionis esse posse rationem victus, alterantia &c. non intelligimus eorum singula ejus esse naturæ, ut possint præstare omnia simul, quæ sola missio sanguinis præstare potest, sed ab eorum singulis haberi posse unum, aut alterum, aut plura simul, aut omnia, quæ haberi possunt à missione sanguinis, adeòque si quando conveniret vena sectio ad refrigerandum solum, aut solum humectandum, aut utrumque, atque ita de cæteris, usurpari posse aliquid ex recentis, quorum facultatem esse, sciamus, refrigerare, humectare &c. Inque

Victus ratio consistere potest vel in sola diminutione quantitatis alimentorum, vel in hac ipsa cum ali-

qua

qua ratione qualitatum in cibis, & potibus, qui assumuntur. Sic primò cum diminuta solum quantitate. Quoniam ex iis, quæ de villo contractili, & motibus musculorum scripsimus, continè detrimur, neque quod teritur recurrit ad reparationem partium detritarum, sed evaporat, & quod deperditur reparandum est per alimenti materiam, sive sanguinem, & hic reparatur à victu; cum igitur fieri non possit, quia moveamur, neque impediri possit reparatio detritarum partium, quousque sanguis datur in corpore; igitur à sanguine continè aliquid deducetur ad reparationem partium absumptarum, adeoque quantitas ejus minuetur, nisi à victu tantum suppedietur, quantum in reparationem absumptarum partium abit: diminuta autem quantitate cibi, & potus, minor materiae quantitas sanguini suppedietur, quam quæ absumitur in reparationem partium; igitur per diminutam quantitatem victus minuitur quantitas sanguinis, seu producitur novum ex iis, quæ à missione sanguinis praestatur, cujusmodi est diminutio ejus. Hoc ipsum etiam ostendi potest desumpto argumento à mensura Sanctioriana perspirationis; cum enim diebus singulis libras circiter quatuor perspiremus, & ejus materiae reparanda sit à sanguine, & hic à cibo, & potu, si horum quantitas sit minor, quam quæ suppedietur potest libras quatuor perspirationis, eodem modo, ut prius, minuetur quantitas sanguinis, unde esse poterit victus ratio loco missionis sanguinis, quoties nec alio de nomine mittendas esset, quam ut minueretur quantitas ejus. Quoniam verò diminuta quantitate sanguinis crescit velocitas ejus, & contractionum vis, & per hæc abripitur, ac dimovetur quicquid hæret vas; cum igitur diminuta quantitas cibi, & potus quantitatem sanguinis minuat, hæc victus ratio loco missionis sanguinis esse poterit etiam, cum dimovendum est, atque abripendum à vas. Quia verò, ut pariter ex superioribus, diminuta quantitate sanguinis oritur refrigeratio, & humectatio; quin etiam calefactio, & exsiccatio, & intima dimotio sanguinis ipsum ad quamlibet novam compositionem disponens, atque perducens, patet, hæc omnia proficisci posse ab ea ratione victus, quæ in sola diminutione quantitatis eorum, quæ per os assumuntur, sita sit, adeoque hæc victus ratio loco missionis sanguinis esse potest. Sit secundò ratio victus in diminuta quantitate, & aliquaratione qualitatum in cibis, & potibus. Ratione igitur diminutæ quantitatis jam erit ex prima parte hujus loco missionis sanguinis, & si respiciatur ad qualitates cibi, & potus, per eas poterimus magis humectare, magis refrigerare, magis mollire, hoc est disponere ad dimotionem, & asportationem à vas, & impedire fervores, & dimotiones intimas sanguinis, non secus ac fieri posse, ac debere expositum est, cum idem sanguis mittitur: & hæc igitur victus ratio loco missionis sanguinis esse potest, & cum non alia victus ratio videatur eligenda medico, patet quod proposuimus in genere. Quoniam verò ex iis iisdem, quæ de villo contractili ostendimus, facilius deterruntur, atque avolant humidiora, mollia, cedentia, & minus validè hærentia; igitur per victus rationem primi generis sanguis fiet compactior, cum reparari ex ipso debeant fluxiliora illa; & calidior, hoc est calor per illam reparationem debeat sejunctis illis fluxilioribus, à quibus calor temperatur, & calor liber magis reliquum sanguinem, & totum corpus incendet, unde deveniendum erit ad victus rationem secundi generis, quæ scilicet conjuncta cum qualitate eorum, quæ assumuntur, deducat in sanguinem chylum coagulantem, humectantem, refrigerantem. Hoc igitur victus ratione utentes, siquidem certò asserere valeamus, hoc, aut illud ciborum, ac potuum genus esse refrigerans, humectans, inspissans, atque ita

Tom. IV. Pars II.

de cæteris, patet, victus rationem, quæ respicit ad qualitates eorum, quibus vescimur, esse æquè tutam, ac missio sanguinis præcipue, cum etiam ad hoc ut missio sanguinis tuto administraretur, confugiendum sit ad illa, quæ intimas dimotiones ejus impediunt, de quibus impediendis nihil magis certi sumus, ac de refrigerantibus, humectantibus &c., quibus nobis opus est ad rectum usum victus. Non erit tamen sic instituta victus ratio, æquè expeditæ operationis, ac missio sanguinis; quoniam etenim spatio 24. horarum perspiramus libras 4.; si igitur opus sit evacuatione canalium sanguifluorum per quantitatem libræ sanguinis, & hæc evacuari debeat per insensilem perspirationem, requirentur horæ sex, ad hoc ut libra sanguinis absumatur, adeoque fiet mutatio motus in sanguine tam leniter, ut vix sentiri possit à villis, & augmentum velocitatis, & contractionis, quæ sit alicujus momenti, vix fiet post tres, aut quatuor horas, cum è converso in missione sanguinis libræ quantitas educatur tam brevi spatio temporis, ut hoc ad sex horas comparatum vix ullam notatam dignam proportionem habeat. Quod si morbus fuerit particularis exigens dimotionem, atque asportationem alicujus materiae hærentis, si sola victus ratione uti velis sine missione sanguinis, carebis expeditissimo commodo revulsionis, quæ per missionem sanguinis habetur, & quæ devoluto sanguine, ejusque maximo impetu aliostrum facit, ut dum idem mittitur, morbus ille localis subito minuat, & aliquando tollatur penitus. Similiter si is sit universus sanguis, ut subitam aliquam mutationem exigit, cum ejusmodi mutationes subitæ haberi debeant per subitam intimam dimotionem particularum sanguinis, & hæc haberi possit à missione ejus, non autem à ratione victus, patet, his omnibus de causis esse quidem posse rationem victus æquè tutam, ac missio sanguinis, sed esse multo minus expeditæ operationis. Atque hæc obiter intelligis, victus ratione acutos, acutiores, & multo minus acutissimos, & peracutissimos morbos curari posse, cum illi breve temporis spatium dent remedio; si verò sint acutissimi, aut peracutissimi, brevissimum, aut perbrevissimum, Neque est quod quis arbitretur, in aliis morbis, qui longius tempus remedii permittunt, tutiorem missione sanguinis rationem victus esse, eo quod per hanc expiratur, atque expellitur, quod solum noxium est; per missionem autem sanguinis deperditur etiam aliqua pars ejus utilis, ac naturalis: primò etenim eo ipso quod morbus supponitur longius tempus permittere, argumento certissimo est, non esse datum morbum ex eorum genere, in quibus nobis cavere debeamus à diminutione utilis alicujus portionis sanguinis, cum hæc etiam per succedentes dies adhibita victus ratione absumi debeat etiam si non mittatur sanguis. Secundò cum à missione sanguinis levamen, & diminutio morbi pendeat, ipso misso idem morbus non protrahetur ad tam longum temporis intervallum, quantum protraheretur per solam victus rationem, & quod inde sit habita ratione quantitatis naturalis sanguinis, quæ per longiorem morbi durationem absumeretur, & quantitatis, quæ per missionem ejus deperditur, cum breviori morbi duratione, quæ per missionem illam acquiritur, minor quantitas naturalis sanguinis deperditur per missionem ejus in data minori longitudine morbi, quam per perspirationem in data majori longitudine ejusdem sine missione sanguinis. Neque addo, certam non esse illam perspirationem solius materiae peccantis, nec constare, num illa semper fieri à natura possit, cum è contra quæ ad missionem sanguinis pertinent, sint evidentiæ, & rem conficere penitus videantur. Quare patet propositum.

Præparantia, & alterantia, cum idem sint, nisi quantum

Ii a

quantum

quantum præparantia dicuntur agere primis, & secundis qualitatibus, alterantia solum primis, nihil habent, quod non utrisque simul conveniat. Itaque cum præparantia, sive etiam alterantia sint vel concoquentia humorum noxios admissos naturalibus, atque ita separationem eorum, & derivationem in sua loca promoventia, vel separatos (sive id fiat per concoquentia, sive ex se ipsis factum sit) à naturalibus evacuantiæ, quæ dicuntur aut removentia impedimentum evacuationis, aut attenuantia, hoc est liquidum, vel fluidum facientia, manifestum est, totam ipsorum operationem cum victus ratione secundi generis convenire, in qua scilicet respicitur ad qualitatem eorum, quæ per os sumuntur. Eadem igitur planè, quæ de illa victus ratione dicta sunt, manifestum est convenire præparantibus, atque alterantibus: etenim illa victus ratio nihil aliud est, quam victus medicamentosus, ut appellant, & medicamentosa vis in his ipsis præparantibus; atque alterantibus sita est, qua humores, & fibræ disponuntur ad amandationem rerum noxiarum. His igitur non immoratur ulterius, cum abundè pateat ex superioribus, præparantia etiam, atque alterantia loco missionis sanguinis esse posse, nec minus tuta, sed multo minus expeditæ operationis, non secus ac de victus ratione diximus: quare & de his patent, quæ proposuimus.

Cætera, quæ proponuntur, esse posse loco missionis sanguinis, facile patere poterunt cuicumque cogitaverit de singulorum operationibus; quæ enim evacuant, undecunque, & quomodocunque id fiat, aliquid educant à corpore, quod prius posterius à sanguine dicitur originem, unde sicut, aut plurius, aut omnium eorum habebitur effectus, quæ contingunt à missione sanguinis. Quæ autè stimulant, cum toti corpori vim faciant, sanguinem etiam efficiant oportet vel movendo, vel mutando qualitatem, aut quantitatem, ad quæ summa capita redigitur quicquid à missione sanguinis provenit. Itaque pauca hæc fortasse sufficere possent ad evincendam, quod proposuimus; quia tamen singulorum operationes comparandæ sunt cum missione sanguinis, & statuendum, hæc esse præ cæteris tutissimam, atque expeditissimam, ut hæc comparatio aptè, atque perspicuè haberi possit, necesse est de ratione, qua illa singula medicamenta, aut operantur, aut operari possunt, differamus, quod est ab usque sua origine repetendum. Cum igitur plura illorum evidentè, aut per stimulum agant, aut non agant sine stimulo, de hujus natura in genere verba faciamus oportet, ut quid ab ipso necessaridè pendeat, intelligamus addituri ex ordine, si quid aliud ad modum, quo operantur medicamentata, pertinet.

De Stimulis.

Ex nostra doctrina operationum animalium patet, generale fundamentum stimulorum, ad quam etiam remissimus Lectorem nostrum, quoties aliquid ad stimulos pertinens explicandum contigit; quia tamen hic de re in arte medica momenti maximi, & planè admirabili agitur, rem totam deducere luculenter, atque perspicuè ex iis ipsis cogitationibus nostris placeat. Est igitur stimulus, ut ex iis patet, motio quædam momenti majoris, cujus proinde sensus ad dolorem revocandus est, & ejus excitatio ad speciem momenti majoris productam in nervis ab aliquo impetu vehementiori. Hic igitur impetus nervos urgens, vel ita iis occurrit, ut ad locum occursum partes nervorum in eo loco ad contactum positas, & in ipsum nitentes, & coherentes disjungat, & divellat ab invicem, seu dividat vera, & manifesta divisione, vel premit solum, & introrsum agit, seu inflectit, hoc est dividit quidem, seu partes à naturalibus

prioribus contactibus dimovet; easdem tamen ducit ad contactum aliarum absque eo, quod unquam à contactu aliarum absint, & sint divulsæ penitus. Utalibet ratione operetur impetus stimulans.

Dico primò, à stimulo debere succedere majorem motum nistum partium, ex quibus omnes membranose partes componuntur, expressionem cuicumque liquidioris corporis, & derivationem ejus, qua potest. Sit enim primò vis stimuli solum flexans. Quoniam igitur stimulus ad dolorem pertinet; flexiones igitur in omnibus partibus sentientibus erunt citissimæ, & undæ densissimæ, seu factæ in longitudine nervorum per intervalla minima; quare per illa minima intervalla dum eunt, redeuntque nervorum partes dimovebantur multò magis, quam si oscillarent per partes longiores, eruntque divulsioni proximæ; quare quemadmodum contingit in omnibus corporibus; quæ tendi, ac flecti possunt, quæ per ejusmodi affectiones, tensiones scilicet, atque flexiones exilliora sunt partibus prope medium positis excurrentibus versus extremas ad earum contactum, & in easdem illas magis nitentibus, sic in nervis fiet, ut per tremorem, seu flexionem vividiorum partes, quæ docentur in flexione ad contactum aliarum, in eundem contactum magis nitantur, adeoque si quid est expressile, ac per nistum illum mobile, moveant de facto, & exprimant. Quia verò per eandem flexionem oportet, ut totius nervi partes urgeantur ab excurrentibus ad contactum, & partes minus hærentes, hoc est liquidiores divellantur, atque abripiantur, ut ex iis, quæ de villo contractili ostendimus, patet; igitur per vim stimuli dabitur vis exprimens, hoc est nistum partium ad contactum excurrentium major in magis vivida flexione stimuli, & partium liquidiorum libertas, seu expressio facilis; partes autem, quæ sentiont, sunt membranæ universi corporis, seu corpus totum; igitur per vim stimuli dabitur mutus nistum partium, ex quibus membranæ omnes componuntur, major naturalis, & expressio univiscusque liquidioris corporis, quod intra ipsas comprehenditur. Sed per vividiorum flexionem vividius etiam urgetur, ac truditur quicquid est ad contactum membranarum positum; igitur quicquid ejus ad contactum positi liquidius, per vim illam similiter exprimetur; quare per vim stimuli liquidius quodecunque sit sive intra villos membranarum, sive ad contactum ipsarum, exprimetur; expressum autem, qua potest, deriveatur necesse est; igitur per vim stimuli major illæ expositus, expressio cuicumque liquidioris corporis, & derivatio ejus, qua potest, contingent, ut fuerat propositum.

Dico secundo, à vi stimuli membranarum, hoc est universi corporis villos naturali contractione debere contrahi validius, & expressionem liquidiorum hoc de nomine futuram *faciliorem*. Ratione flexionis partes flexi corporis, quæ ad contactum aliarum excurrunt, nituntur per crassitiam, seu diametrum villi; illud autem insuper ostendendum, per vim stimuli majorem etiam nistum; immò verò etiam verum motum vehementiorem succedere per longitudinem, seu villos ex vi stimuli niti in se ipsos, cogique validius. Quod manifestè patet, & facilè. Cum enim tremor in stimulo dimoveat, atque abripi cogat partes liquidiores, ex quibus villi componuntur; in spatis igitur, ex quibus illæ dimoveantur, atque abripiuntur, nihil superest, nisi forte aliquid rariis, & magis cedens; quare facultas contrahens, quæ extrinseca est, semper viget, & semper est eadem, minorem resistentiam inveniet; quare eam facilius superabit, seu vividiorum contractionem producet. Exemplum habes in chordis musicis, quæ igni admotæ subito, & validissimè contrahuntur igne tum penetrante, atq; absumente quicquid inest humiditatis; ita liberam per-

hæc æquidem sola, si in longiusculum tempus protrahantur, satis mala, atque læthalia sunt: verum insuper si fermentans illud sit alicujus naturæ, qua humores fundat, vel adhuc acrius stimulet villos particulatim, atque ita in vividiorum contractionem, & expressionem agat, vel quomodocunque sanguinem, & liquidum nervorum pervertat, & à naturali statu diversam faciat, tunc enim verò nihil non malorum produceretur, & quidem brevissimo temporis spatio; immò etiam subito, ut patet.

Dico jam sextò, si stimulus sit etiam divellens, non autem solum flectens, & sit aut ipse solus, aut conjunctus cum vi fermenti, eadem, quæ exposuimus, hæcenus *successura*. Quod patet; cum etenim divisio nihil aliud sit, quam vera divisio, seu distractio, ac remotio à contactu; ejus autem sensus undas in nervis faciat, atque exigat, sicut flexiones eorum, & cætera, quæ superius exposuimus, & quæ pendent à stimulo solum flectente. Sed quia stimulus divellens est flectente vehementior, hinc illæ flexiones &c. erunt majoris momenti à stimulo divellente, quam à flectente solum, unde flexiones, tensiones, tumores facilius, quam à stimulo flectente solum. Sic, ut rem exemplo utili etiam ad intelligentiam dicendorum de medicamentis illustrem, calli, & vesicæ, quæ ab actu ferri igniti, vel carbonis, aut affusione aquæ ferventis producantur, sunt operationes stimuli divellentis, quæ contingant hunc in modum oportet. Quoniam ignis penetrando vel abripit statim liquida contenta in poris villorum, vel spatia, intra quæ se agit, dilatat, & minus resistentia reddit pressioni extrinsecæ, atque inde liquida contenta etiam abripit, unde resistentia adhuc minor; ab actione igitur ignis contractio subsequetur. Quoniam itaque cuticula cuti adhæret; vis igitur ignis intensior poterit vim illius cohesionis superare, quod fieri poterit dupliciter, vel quia scilicet penetrat, & sua vi divellat partes coherentes, vel quia propter vim validam contractionis, quæ in cuticula contingit, hæc ipsa dum transevit cuticulam rapit magno cum impetu, ejusdem particulas cum cute hærentes divellat, & hæc transversa motio vivida facile succedit, cum nulla adsit vis, quæ detineat cuticulam undecunq; per ambitum, prohibeatq; ne dimoveatur; cuticula enim univèrsa, quæ posita est per circuitum ejus partis, quæ igne tentatur, cedens, mollis, & undecunq; ductilis est. Ab actione igitur ignis contrahetur cuticula partis, quæ aritur, & divellatur à subjecta cute; sed contrahi non potest, quia secum ducat undecunq; circumhærentem cuticulam, neque hæc duci, nisi premat partes sibi hærentes, atque hærentes hærentibus, nempe suppositam etiam cutem, neque hæc contingere possunt sine expressione, quam solus stimulus ex se ipso contractionem augendo auget, & vis pressiois maxima ad partem stimulatam viget; igitur ad partem stimulatam fiet maxima expressio: cum verò in hac stimulatam parte jam successerit saltem prioritate ordinis sejunctio cutis à cuticula, & per divisionem hujus diminutio pressiois in subjectam cutem; igitur in locum inter divulsam cuticulam, & cutem comprehensum exprimi, ac derivari poterit quicquid per stimulum, & contractionem elicitur ex partibus proximis, & cum cuticula divulsa possit atteri, atque extendi (cuticula enim circumhærens divulsæ facillè cedit) fiet folliculus aqua, seu humore pellucido plenus, qui humor erit præcipuè lymphæ, cum hæc ubicunq; reperitur, & humoraqueus; & hic si evaporet calore, frigore, & pressione concretere lymphæ poterit, & producere id, quod callem nuncupamus. Reliqua autem series productionis callorum se habet, ut productio vesicularum; cum etenim calli à labore proveniunt, labor autem aut exsiccat, aut calefacit, aut utrumque simul, & cale-

facere quidem nihil dubium; cum autem calli oriantur præcipuè tractatione instrumentorum, & hæc se cum ferant validam appressionem cuticulæ ad instrumenta, fieri fortasse potest, ut etiam sola hæc appressio sine caloris opera exsiccat, atque ita contractionem &c. pariat; cum tamen calor certissimè addit, & hic sufficiat contractioni producendæ, hic fortè solus esse poterit totius facti author, vel concurrere etiam siccitas ab appressionem. Hac etiam ratione produci possunt hydatides ab humoribus acris, quoties scilicet in aliquam partem perducitur mordax aliquid, quod divellat inter se coherentes villos, eoque stimulet, hoc est expressionem pariat, unde contractio, & productio folliculi humore pleni, sive hydatidis, qui tamen folliculus etiam sine stimulo, aut contractione oriri poterit, dummodò villi divellantur, postquam enim divisio successerit, nisi cesset affluxio novæ materiæ in eundem locum, quantitas major in ipsum confluet, & divulsos villos elevabit, seu generabitur folliculus aqua plenus: quare patet propositum.

Dico septimò, à stimulis simplicibus, nempe non conjunctis cum vi fermentante, & evacuantibus, si vè evacuatio fiat per emissaria naturalia, sive ab ipsis stimulis facta, evacuari potest & id, quod per stimulum exprimitur ab humoribus, & id, quod exprimitur à substantia villorum, idemque fit à stimulis cum fermento. Esto stimulus quilibet sine fermento, ut aliquid affricum naribus sternutationem, & mucum movens, vel fonticulus, aut setaceum, aut vesicans igne actuali excitatum, nempe sine villo fermento: patet, sternutatorium illud ducere materiam per emissarium naturale, cujusmodi sunt nares; reliqua verò per emissaria ab ipsis facta. Quoniam igitur hæc, & omnia stimulantia faciunt, ut villi quilibet valide contrahantur, & exprimant quicquid potest fluere; hoc igitur ipsum effluens derivabitur, quæ poterit, & quod quidem à vasis quibuslibet exprimitur extra ipsa derivabitur, & ducetur inter membranas, & ad earum superficies, & intra ipsarum poros, & vicissim quod à villis membranarum elicitur, traduci poterit intra vasa: per emissaria autem stimulorum, quos recensuimus, evacuatur id, quod à membranis exsillat, & ad membranas duci potest, quod à vasis exprimitur, & quod exprimitur, à villis earundem membranarum, semper præsto est ad emissaria stimulorum; igitur stimuli evacuantes etiam non conjuncti cum fermento ducere possunt per emissaria, sive naturalia, sive ab ipsis facta, & quod exprimitur ab humoribus, & quod exprimitur à substantia villorum. Esto jam medicamentum aliquod purgans, cujusmodi remedia esse posse, ex iis, quæ vim fermentandi habent, patebit inferri; notum est, quantum eorum plurima conjuncta sint cum stimulo, & sensu doloris acerrimo. Itaque & ipsa contrahent totum corpus, exprimentque validè, & cum per ejusmodi contractionem fieri possit, ut quod à villorum substantia exprimitur, in vasa sanguinis derivetur, & per ipsa in eos ductus, per quos fit transitus ad emissaria naturalia ducentia materiam, quæ evacuatur, patet, etiam stimulos cum fermento evacuare posse id, quod exprimitur à substantia villorum; quod autem exprimitur à vasis, sive humoribus, per illos ductus fecerunt; quare patet quod propositum. Et idem dicendum est de quibuscunq; stimulis, qui evacuent per emissaria naturalia perspirationis.

Dico octavò, stimuli non evacuantes maximè movent, & solvere possunt, id ipsum præstant evacuantibus non conjunctis cum fermento, sed insuper liquidorum quantitatem minuunt, utrique exsiccent plurimum oportet; vacuantes autem cum fermento conjuncti eadem præstare possunt, sed pro diversitate fermenti, cum quo conjuncti sunt, densare, fundere, coagulare, sistere, denique quicquid velis producerent.

Quæ

Quæ singula facillè pateat; cum enim per vim stimuli fiat maxima contractio, & per hanc insignis expressio; stimulus igitur maximè movet, quæ liquida, quæ dura; quare si quid præter naturam lentum est, ac solubile, per vim pressionis auctam subigi poterit; in vasis sanguinis per eandem auctam contractionem mutabuntur contactus lenti illius subsistentis, & cum velocitatis totius sanguinis augeatur, dabitur vis major transversè abripiens per longitudinem canalium, & deducens ad viscera, per quæ subigi ulterius possit. Id igitur præstent oportet stimuli non evacantes: evacuantes autem hæc non solum præstabant; verum insuper quantitatem liquidorum minuunt; cum etenim evacuare supponantur, id, quod evacuatur, est portio liquidorum, quæ continebantur in corpore: quare eorum quantitas minuitur. Quia verò etiam stimuli, qui non evacuant, per vim motuum, quos excitant in toto corpore, plurimum humidi divellunt à partibus, eumque tenuant, atque absumunt; evacuantes autem portionem etiam ejus per sua emissaria extra corpus mittunt; igitur utriusque stimuli efficent plurimum oportet. Quod si stimuli cum fermento conjuncti sunt, eadem præstare poterunt, ac stimuli sine fermento, atque insuper alia mille cujuscunque diversi generis, ut patet ex quarta, & quinta parte hujus, & ex emplo ab aquis regis, ac fortibus desumpto, mensurisque Chymicorum, quæ agunt in hoc, aut illud corpus, hoc, aut illud producant, prout mensura, aut aquæ illæ diversæ sunt. Patet itaque propositio.

Dico nonò, si partes liquidi illinentis membranas nostri corporis, se se mutuo omnes premerent, atque urgerent quaquaversum non secus, ac partes sanguinis intra vasa, posset ratione illius pressionis materies etiam distantissimarum partium derivari ad emissaria stimolorum, & per ipsa expurgari, sed nifus ille mutuo in ejusmodi liquido non videtur rationi conveniens. Similiter si cutis, & membranae omnes nostri corporis in ea tensione esse naturaliter deberent, ut statim ac ad aliquam partem divelluntur, undecunque contraherentur per ambitum divulsionis, & illa contractio per totum corpus succederet ita, ut nifus ejus tenderet ad locum divulsionis, & versus eandem urgeret quicquid est liquidum, ut contingit in vesica urinaria, dum urina exprimitur, factò emissario per stimulum posset ejus contractionis ratione derivari ad emissarium stimuli, & expurgari materies remotissimarum partium. Sed & ejusmodi naturalis tensio in membranis omnibus, & ejusmodi contractio, & ejusmodi nifus versus stimulum non videtur rationi conveniens. Materia inhaerens alicui parti dimoveri per stimulum distantem poterit, si nervus, aut tensa quælibet membrana, cui stimulus adactus sit, perveniat, & intexatur parti, cui inhaeret materies: per emissarium autem stimuli evacuari, si vel sit etiam intra nervum, aut per villos membranae labi possit, aut intra eosdem derivari, & cum per vim stimuli mota est, atque ad fluxilitatem redacta, ad emissaria stimolorum fluere. Modus autem certissimus, quo stimuli etiam ad distantes partes agunt, est quia totum concutiant, exprimunt, & quantitatem totam minuunt. Membranas nostri corporis illitas esse quodam liquido, norunt vel ruditer versati in sectionibus Anatomicis tam cadaverum, quam vivorum. Si igitur partes hujusmodi liquidi se ita undecunque premerent, ut nifus ille esset per totum corpus continuus, quemadmodum est continuus nifus sanguinis per omnia vasa; factò igitur quolibet emissario ad quemlibet villum cujuslibet ex membranis, eò devolveretur quantum posset liquidi membranas illinentis, ut ex se patet, & superius de sanguine ostensum, adeoque per emissarium illud expurgari, iter materies cujuscunque partis maximè distantis ab emissario, cum ad ipsum ratione communis

nifus quaquaversum facti derivari deberet materies à quacunque membrana, licet maximè distita ab emissario. Quia verò ad hoc ut fieri possit ejusmodi devolutio liquidorum, oportet, ut & liquida ex se ipsis facillè fluxilia sint, & superficiebus minimè resistentibus allabantur, & hoc tum sit facillè, cum liquida cumulata sunt in moles majusculas, & altiusculas ex mechanicis, & ut explicabimus in febris; nisi igitur hæc dentur in membranarum liquido, non videbitur rationi consona ejusmodi derivatio ad emissaria stimolorum per pressionem liquidi illinentis villos. Quoniam itaque qui humor hæret villis, lymphæ est; igitur liquidum satis viscidum, hoc est ad fluxum difficilè & extenditur supra villos in lamellam tam teovem, ut ejus crassities ne distinguatur quidem; igitur ducitur ad superficies maximè resistentes, à quibus equidem ne vi quidem insigniori ita abripi poterit, ut in fluxum agatur, cum moles etiam majusculæ præcipuè liquidorum viscidorum hærentes alicujus corporis superficiei, vix vehementiori motu fieri possit, ut disfluant. Unaquæque igitur villi particula sustinebit particulas lymphæ hærentes, & mutuum nifum, & disfluxum impediet. Adde, quòd media in via universa vasa occurrunt, intra quæ adigi poterit quicquid disfluere mille spatia, intra quæ colligi; quare non videtur rationi consonus talis nifus in illo liquido, qui possit à distantibus partibus derivare ad emissarium stimuli materies in illis partibus contentas. Jam verò intelligatur folliculus nulli perforatus, & compositus ex villis tam intro, quam ad superficiem maxime tensis, contractilibus tamen, ita ut, si alicubi perforaretur folliculus, hoc est alicubi divellerentur villi, statim propter mutuam cohesionem, & tensionem omnium, remotionemque resistentiæ ad locum divulsionis undecunque contraherentur, non secus ac fides tensæ, si divellantur; utrinque subito, & validè contrahuntur. Manifestum est, totam amplitudinem folliculi minorem efficiendam propter contractionem villorum undecunque factam, adeoque duos quosque villos ad se invicem magis accessuros, & si quid fluxile in interjectis spatiis contineretur, ex iis spatiis exprimendum, quæ daretur exitus, hoc est per locam minimè resistentem; hoc est foramen divulsionis, & ejusmodi materiem fluxilem derivari debere etiam ex partibus folliculi maximè distantibus à foramine divulsionis. Huic autem folliculo similis est vesica urinaria, quatenus villi à cervice ad fundum excurrentes expressionem urinæ faciunt, ut in Anatomicis nostris. Itaque si totum corpus esset folliculus ex ejusmodi villis maximè tensis intro, extraque contractis constant, factò ubilibet emissario per stimulum distantissimi quique villi etiam validè contraherentur, & exprimerent, ac derivarent ad usque emissarium stimuli quicquid continetur fluxile in remotissimis etiam partibus. Sed re vera totum corpus non videtur compositum ex villis naturaliter ita tensis; immò verò summa quidem cutis est quid maximè laxum, pluribus in partibus concidens, in aliis plicata; sub cute mille muscoli tunc laxi, nunc in plicis minimas per contractionem acti, nempe natura summe cedentes. Quid mollius pinguedine, aut magis cedens illis folliculis? Tum pulmonem vide vix dolentem, ita flaccidum, & minime tensum: tum viscera abdominis, quæ maxima ex parte sunt canales insignis amplitudinis, atque membranei laxissimi: cerebrum tantum non dilabitur, tam minime hærens est partibus suis. Itaque nulla datur ejusmodi tensio in plerisque partibus; & propterea neque expressio, & derivatio materies à distantibus partibus, quibus adde similiter, ut superius, spatia mille occurrentia per corpus, intra quæ materies colligi posset, & vasa, intra quæ trudi. Derivatio itaque ad emissaria stimolorum à remotis partibus

per tensionem villorum non videtur rationi consona. Sic veò inter emissarium stimuli, & partem quamlibet summè distantem nervus, aut membrana similiter tensa, & utraque intexatur, ac distribuatur per illam partem, in qua sit aliquid hærens movendum, atque expurgandum. Per stimulum igitur corpora illa maxime tensa, & continua stimulo vividè concutiantur, & oscillabunt, adeòque dimovere poterunt, & liquidius facere quicquid hæret suppositæ parti: si igitur hærens illud sit intra nervi ramos, cum per sensum stimuli plurimum liquidum per nervos derivetur ad stimuli locum, per nervum expurgari poterit pars maxime distans, quod idem continget, si materies hærens non sit quidem intra nervi ramos, sed postquam dimota est per vim concussionis, & contractionis, possit intra ipsos adigi. Similitè derivari poterit ad locum stimuli materies partis distantis per continuam membranam tensam; facilis enim diffuset propter tensionem, minus hærebit propter concussionem, & ad emissarium stimuli pervenire poterit propter continuationem membranæ cum stimulo, & parte evacuanda. Quoniam itaque stimulus contrahendo concutit totum corpus, ipsumque totum exprimit, & expressi fluunt, quæ possunt, in vasa sanguinis, & undecunque, & per emissarium aliquid expressæ materię expurgatur; igitur cum per eam expurgationem minuatur universa humorum quantitas, minor copia ad partem quamlibet, adeòque etiam distantem confluet, interim tamen & illa distans concutitur, atque exprimitur, hoc est materies, quæ jam eò confluit, aliè, qua potest, derivatur; modus igitur certissimus, quo stimuli etiam ad distantes partes operantur, est, quia concutunt, exprimit, & quantitatem minuunt, & hæc præstant non in aliqua certa parte, sed in toto corpore; quare patent singula, quæ profuimus.

Dico 10., tutissimum esse stimulos adigere in parte remota ab illa, quam expurgare est animus, quoties à stimulo imminet aliquod periculum affluxus nimirum ad stimulatam partem, ut exposuimus in quarta parte hujus: quod si nullum ex iis periculis imminet, prope ipsam partem evacuandam adigi poterunt; plures, quam pauciores magis juvant quoad motiones excitandas, sicut ad amplius, quam ad angustius spatium extensi: repetendi, vel refrigerandæ plagæ ab ipsis factæ, cum cessat dolor, & sensus stimuli: cum præsens, ingens, & subita aliqua utilitas expectatur à stimulis, plures, & ampliores, & acriores adigendi, & exsiccationi, calefactioni, & fermentationibus, quæ inde pendere possent, succurrendum frigidis, humidis, & quæ ejusmodi fermentationes aut sistunt, aut moderantur. Qui verò ad longius spatium temporis sunt protrahendi, minores, ac pauciores esse poterunt, & cum sensus, ac dolor cessat, pariter repetendi, aut refrigerandæ plagæ: sed hi vix erunt ullius utilitatis, & semper humores, & corpus ad exsiccationem, inflammationem, & quæ ex iis pendunt, fermentationes disponunt. Quoniam enim in quarta parte hujus dissertationis de stimulis ostendimus, fieri multipliciter posse, ut materies colligatur in parte, cui adigitur stimulus; quoties igitur aliquod periculum imminet ex iis, quæ ibi recensuimus, non erit applicandus stimulus parti, in qua materies jam collecta sit, sed in remotissima, ne addatur materię materies; sed remotissimè cumuletur, si quid cumulandum est, & quod jam cumulatum est, liqueatur, & derivetur aliò. Si verò nullum ex iis malis imminet, optimum erit prope ipsam partem stimulare: cum etenim ibi sit expressio maxima, ubi vis maxima stimuli, seu ubi stimulus admovetur, & ubi expressio maxima, ibi maxima facilitas ad fluxum; posito igitur stimulo prope partem evacuandam, eadem facilè evacuetur in fluxum facilè acta materies

insarciente: Haberi tamen debet ratio parus mitentis, cujus suspicio si adsit, prope ipsam adhibendus stimulus, ut patet. Plures, & ad amplius spatium corporis extensi stimuli, magis juvabunt, quam pauciores, & ad angustius spatium; plures enim, & ampliores majorem quantitatem nervorum afficient, & tremores vividiores parient, & contractiones magis exprimentes, & erunt dimotiones, quæ ab iis pendunt, magis expeditæ, faciles, copiosæ; si igitur ingens, subita, ac præsens aliqua utilitas à morbo expostuletur, quæ per stimulos obtineri posse videatur, plures, & ampliores stimuli adhibendi; per ipsos enim dimovebitur, & concutietur totum corpus vehementius, quam à paucioribus, & angustioribus, & subita excitari poterit dimotio, à qua proveniat subita illa, atque ingens necessaria utilitas. Cesset jam sensus stimuli, cessabit igitur etiam contractio, concussio, dimotio corporis, & quæ ab ipsis subsidia sanitatis pendunt, & liquidem stimulus sit sine emissario, cum ipse stimulus cessat, cessabunt prorsus omnia: si verò sit cum emissario, adhuc aliquid per emissarium expurgabitur, sed sine expressione totius corporis, quæ proinde expurgatio erit minus utilis, cum solummodo universam quantitatem humorum diminuat sine expressione ulla partium, neque expurgatio illa laudanda, nisi cum est opus illa diminutione humorum. Itaque ut habeatur expressio communis villorum omnium, quoties illa necessaria est, stimuli repetendi, qui si emissarium habeant, ipsius plagæ refrigerandæ, quod doleant, & concussionem, atque expressionem pariant. Cum autem ejusmodi stimuli aut expirare solum, aut expirare, & expurgare per emissaria faciant humidi plurimum, & humores moveant, & sanguinem cocitent, exsiccationibus, calefactionibus, & fermentationibus inde facile processuris occurrendum frigidis, humidis, & iis, quæ fermentationes sistere, aut moderari possunt. Si verò stimuli ad longius spatium temporis protrahi debeant, tum minores, & pauciores adhiberi poterunt, non solum quia doloris gravitas proveniens ab eorum multitudine, atque amplitudine per longum tempus protracta corpus planè ficcæret, & spiritus absumeret; sed quia ipsa longitudo temporis minori dolori conjuncta compensabit magnitudinem ejus breviori tempore factam; sed oportebit stimulos repetere, & plagulas refrigerare, ne dolor cesset. Quia tamen usu continuo sit, ut etiam dolor non solum vix, sed & ne vix quidem sentiat occalescentibus nervis ad flexiones undarum, atque ita minus vividè tremantibus usu longo, & continuo ejusmodi stimulum, fiet, ut natura, ut dicitur, asuescat, seu non concutiat, atque exprimat corpus, unde ab iis nulla utilitas, nisi quæ procedit à sola expurgatione per emissaria stimulum, quæ nulla est, nisi cum morbus postulat diminutionem quantitatis; quare ejusmodi stimuli diuturni vix ullius erunt utilitatis, & propter evacuationem illam continuam semper disponunt ad exsiccationem, &c. quare patent omnia, quæ proposuimus. Ex his autem deducuntur aliquot, quæ sequenti propositione complectimur.

Dico igitur 11., ex his patere, à stimulis fieri magnam absorptionem, seu dissipationem spirituum. Cum etenim stimuli excitent sensum, seu concussionem vehementissimam universi corporis, seu nervosi, ac membranosi generis, ex quo solum constamus, requiritur ad hujusmodi concussionem vehementem, ut ex doctrina sensuum patet, magna & vivida fluctuatio, & pressio spirituum, expressioque, & expiratio, seu consumptio, & dissipatio eorundem. Patet insuper, stimulum esse, quicquid acrius sensum movet, adeoque quicquid illud sit, & cujuscunque generis, operari eo modo, quo stimulus in genere operari ostensum est, nempe validè concutere, movere, solvere, humi-

humidum, & spiritus absorbere, & quæ vel ab iis pendet, vel cum iisdem conjuncta sunt. Ex quibus rursus patet, stimulos esse posse loco missionis sanguinis; movent enim, & augent velocitatem sanguinis ex superioribus, quod & missio sanguinis præstat: minuunt quantitatem ejus, quatenus id, quod evacuant, vel per insensibilem perspirationem, vel per emissaria à natura, aut ab ipsis facta prius posteriùs à vasis sanguinis, & ipso sanguine elicitur, & per hanc motionem, & diminutionem quantitatis disponere possunt sanguinem ad quamlibet mutationem, ut similiter disponitur per missionem.

Dico tamen 12. stimulos, etsi esse possunt loco missionis sanguinis, quoties aliquid ex dictis exigitur, & esse possunt æquæ expeditæ operationis præcipuæ, si acrius stimulant; esse tamen illos multo minus tutos missione sanguinis: habere tamen aliquid peculiare, quod à missione sanguinis non consequimur; movent nempe, contrahunt, concutiunt universum corpus, & si pericula reliqua declinari possint, cum labor nervosum genus, ita ut à villis corporis delivellat dimoveri, & in fluxum agi debeat aliquid, non videntur improbandi. Patet prima pars; & esse posse æquæ expeditos, ac missio sanguinis, similiter patet, quia ita acer fieri potest stimulus, ut in dato tempore tantum moveat, quantum moveret missio sanguinis per totum illud spatium temporis protracta: quia tamen plurimum humiditatis absumunt, & eximiam quantitatem spirituum dissipant, & villos omnes infingunt, oportet, ut totum corpus ad exsiccationem, calefactionem, imbecillitatem disponant, & humores ad fermentationes minus notas, quam quæ à sola missione sanguinis, proveniunt, cum à stimulis oriatur concussio, quæ humores vividè urgendo, potest eosdem solvere, atque compingere minus modis. Neque missio sanguinis comparari potest cum stimulis quoad dissipationem spirituum, cum hi per stimulos à toto corpore evaporent in magna quantitate, & sint jam elaborati, atque perfecti; per missionem verò sanguinis exsistent ab illa solum parte ejus, quæ educitur, & sanguis, qui mittitur, & si qui pauci spiritus expirant per emissarium ejus, non sunt si spiritus jam formati, qui ducuntur per nervos; sed solum eorum materia. Quia tamen missio sanguinis vix movet villos corporis; sed solum auget velocitatem sanguini contento intra canales suos; villos verò non movet, nisi quatenus coherent cum villis vasorum, ad quorum contractionem leviter contrahi, aut distrahi, sed sine sensu possunt; stimuli autem è converso villos omnes vividè dimovent, atque concutiunt, & ipsa motio sanguinis è stimulis proveniens pendet ab hac ipsa agitatione villorum ex superioribus; habent igitur aliquid stimuli, quod non habet missio sanguinis, nempe agitationem, & concussionem villorum omnium, ex quibus componitur: quare si qui dentur morbi, in quibus per hanc villorum agitationem dimoveri, abripi, liquari, & fluere possit id, per quod morbus est, & pericula stimulos comitantia, nempe nimia dissipatio spirituum, nimia exsiccatio, debilitas &c. evitari, aut sustineri possint, in ejusmodi morbis non erunt improbandi. Hæc autem de stimulis interim, ad quorum classem cum revocandum sit, quicquid movet acrius, & doloris sensum vividorem excitat, patet.

Pilorum evulsiones subitas, & vehementes ad stimulum pertinere, & à subita illa violentia fieri, ut nervi tendantur, aut etiam delivellantur in minimis suis particulis, unde tremor vividior, & pressio, ac motio major. Utiles igitur, & adhibendus hic stimulus, & sæpius repetendus, & quasi fieri potest, majori industria curandum, ut evulsio fiat toto impetu in puncto temporis, ut major, & validior fiat dimotio; & adhibendus in omnibus suppressionibus sensus,

& motus, lethargo, apoplexia, &c. & ab iis partibus evellendi, in quibus naturaliter sensus acrior, ut à labro superiori, & sub axillis. Hæc igitur operandi ratio, hæc vis in evulsione pilorum.

Digitorum dimotiones, atque intorsiones dolorificæ ad eandem classem pertinent, & eodem modo operantur, iisdemque sunt adhibendæ morbis, ut ex se patet: hæc quoque, si subito, & vehementius fiant, magis præcipientis erunt utilitatis, & majoris efficacitatis. Atque hic intelligis, quæ sit ratio, & vis excitandi apoplecticos clava mascula, quam ipsi manu stringant, si aliquis eorum digitos complicit; neque enim illa vis est in clavi, sed tota efficacitas est in violenta complicatione digitorum, quæ maximè dimovet, & spiritus per nervos in fluxum agit, unde excitatio, & musculorum contractio, seu motus. Qui autem, & quam acer exercitetur dolor per violentam dimotionem digitorum ad articulos, facile intelliget quisquis in memoriam sibi revocaverit, quam alte doleat, quoties, dum sanus est, digitos ad articulos ita dimovere tentat, ut ossa mutuo attrita, & affricata vehementer dent sonitum, quasi cujusdam foliis subito cum impetu crepantis, & huic violento motui cum quiddam simile contingat in dimotione digitorum, cum hi in apoplexia deprehensis difficillimè moveri possint, patet quantæ motionis, ac violentiæ debeat esse ipsorum complicatio. Nos certe non semel quasi excitavimus in morbis correptos per solam dimotionem, & intorsionem digitorum absque ulla clavi.

Titillationes, cum nemo non noverit, quantum agitent totum corpus, non est cur multis prosequamur, aut ad stimulos pertinere pluribus admoneamus: faciendæ autem illæ in partibus, ubi sensus acrior, movebunt etenim facilis, atque validius, aut in iis, in quibus minus ferre titillationes valeamus; illa enim repugnantia nihil aliud est, quam vehementior, & propterea molestus sensus, quem proinde ferre non possumus. Titillabis igitur sub plantis pedum præcipuè; in iis enim solet esse titillationum sensus omni tolerantia major, sub axillis, ad narium foramina adhibitis majoris pennæ plumis, ad lumbos, & ad has alias partes summis digitorum monticulis, vel unguibus leviter allaberis. Vellicabis autem in iisdem suppressionibus sensus, & motus.

Odores acriores, graviore, vividiores & ipsi sunt è genere stimulorum; sensum enim efficiunt, & cum graves, acres, vividè supponantur, sensum etiam efficiunt oportet vividè, seu moveant acriter, expriment, &c. Et id quidem præstare poterunt absque eo, quod quicquam ex odore corpore villos subeat, sed solum urgendo, ut sensus omnes producantur, & pertinebunt ad stimulos simplices. Quod si aliquid ab odore corpore expiret, quod villos subeat, erunt stimuli cum fermento, à quo procedere poterunt illa omnia plus minus tuta, quæ à fermentis oriri possunt, ut in superioribus. Et hi igitur adhibendi in suppressionibus illis, & satis acres, atque agitates sunt oleum charabe, & spiritus salis Ammoniaci. Hos autem omnes stimulos non ideo suppressionibus expositis sensus, & motus adhibendos, asseruimus, quod iis solum convenient; sed quia cum usus tulerit ut in iis præcipuè adhiberi soleant, facti ratio ostendi debuit. Cæterum in omnibus morbis, in quibus validius concutiendum est villorum genus, & ab iis dimovendum, atque abripiendum aliquid, videtur consentaneum, in usu esse posse stimulos expositos, & cum per eosdem dimoveatur etiam sanguis, convenire ipsos posse, affirmandum videtur etiam, cum quid intra vasa sanguinis dimovendum est.

Flagellis usos Veteres ad bonam habitudinem mæcilentis conciliandam, author est Galenus 14. *Methodi cap. 16.* & id operis factum asserit ferulis parvis;

vis, levibus, modicè illitis, quæ gracilibus partibus incuterentur, donec modicè intumescerent. Itaque hæc sunt stimuli, qui per dolorem movent, & juxta ea, quæ in quarta parte hujus ostensa sunt, ad partem percussam per expressionem villorum proximorum colligant, quicquid fluere potest. Bene autem jubere videtur Galenus eodem capite, ut postquam pars percussa, & quæ melioris habitudinis facienda est, leviter intumuit, à percussione desistamus, ne quod attractum est, digeratur; potest etenim longiori percussione tanta excitari vis stimuli, ut vel per nimium calorem quicquid confusit, digeratur, seu absumatur, ut Galenus, vel fiat tam vehemens contractio, ut per expressionem eadem resolutio, & perspiratio contingat: dicebatur autem hoc remedia genus epicrasis, seu caracrisis: & patet ex demonstratis, vim operandi in ipso, quæcumque illa sit, sitam esse in derivatione liquidioris corporis ad partes macie tenuatas, easdemque per illius affluxum impleri, & melioris habitus fieri.

Quæcumque fortius hærent cuti, duplici de nomine ad stimulos pertinere possunt, vel quia dolorem pariant, dum hærent, vel quia eundem excitent, dum à cute sejunguntur: dolorem autem pariant, dum à cute sejunguntur, eo quod violenter fit illa divisio. Hac ratione stimuli habendi sunt, seu dolorem excitant.

Picationes, nempe pix navalis liquida extensa super corium advolutum parti emaciata, quæ prius pilis abrasa fuerit, & postquam firmiter hæserit maxima vi separetur, & avellatur. Hujus usus epicrasi similis, & repetenda picatio diebus singulis, quousque pars rubescat, & intumescat, tum ab usu ejus desistendum iisdem de causis, ac in epicrasi: est proinde modus operandi in picatione idem, ac in epicrasi. Sed & ad stimulos pertinet alia picatio hinc plane similis, quæ apud Veteres fiebat per illitum picis liquatæ in oleo, qui adhuc calida illinebant partem prius fricatam, detinebantque donec frigeret, mox abripiabant, novamque sufficiebant, quousque pars ruberet, & intumesceret. Sed & hujus operandi ratio, & vis, partim ex hac doctrina stimulatorum, partim ex doctrina frictionum superius exposita patet. Hic autem picis oleo liquatæ illitur dropax simplex dicebatur.

Synapsimi stimulant, seu dolent, & cum hærent, & cum abripiuntur, & dolorem excitat synapsimus, quia divellit filameata vi synapsis cum caricis, ex quibus parabatur apud antiquos, atque ita fermentescebat, & stimulabat divellendo villos cuticulæ, & cutis: nunc verò illi misce, ut adhuc violentius agere, atque divellere possit, additur fermentum, atque acetum scylliticum. Synapsimus igitur est stimuli genus non simplex, sed cum fermento, unde ab ipso omnia, quæ ab ejusmodi stimulatorum genere. Cum autem synapsimi etiam

Rubificantia dicerentur, patet, ejusmodi medicamenta rubificantia ad stimulos pariter pertinere, & cum ita appellarentur, quod cutem rubefacerent, patet ex his, quæ de epicrasi diximus, aut in quarta parte hujus ostendimus, quæ ratio sit producendi ruborem istam. Veteres autem, antequam synapsimum, seu rubificans remedium applicarent, agglutinabant cuti tanquam quiddam promovens operationem synapsimi.

Dropacis aliud genus, quod compositum dicitur, eo quod non consistit ex sola pice, sed ex hac ipsa, pyrethro, vel pipere, si calefaciendum erat; ex pice, bitumine, sulphure, & sale, si siccandum. Stimulus igitur etiam dropax compositus, & quidem stimulus, cum fermento, cum pyrethrum, piper, sulphur, sal penetrare, & erodere possint. Patet igitur operandi ratio in dropacibus, synapsimis, picationibus, quæ stimulant vel hærendo cuti, vel cum abripiuntur, vel utroque tempore, & singula esse stimulos vel cum fermento, vel sine ipso.

Quia verò etiam plurima alia applicantur cuti, iique hærent tenacius, atque agglutinantur, & dolent, vel cum hærent, vel cum sejunguntur, patet, illa omnia esse stimulos eodem modo operantes, ac dropaces, synapsimive, unde nil de his ulterius. Quia verò dum hæc singula hærent cuti, non respiciendo etiam ad dolorem, quem pariant, vel dum hærent, vel dum divelluntur, possunt præcipue in parte, cui applicantur, movere, liquidum facere, ad motum disponere non secus, ac faciat missio sanguinis, quid id rei sit, & quo pacto possit contingere, superius exponendum: sed quia illud ad stimulos non pertinet, rem exponemus inferius, ubi explicabimus modum operandi in ceratis, emplastris &c., quæ vel non excitant, vel necessarium non est, ut excitent dolorem.

Inuſſiones etiam quælibet, aut meri stimuli sunt, aut non sine stimulo; cum enim urere dicimus, tam quando actuali, ut appellant, igne, nempe per instrumenta candentia cutim urimus, quam cum per caustica applicata cuticulæ eandem à cute divellimus, notum est, neutrum fieri sine dolore, adeoque inuſſiones quælibet non sine stimulo esse. An vero sint merus stimulus, ut dubitemus, faciunt eadem caustica, quæ cum sint compositum ex rebus fermentantibus, esse fortasse poterunt stimuli cum fermento: quia tamen his uti non solemus, nisi in vesicantibus, quid de his judicari possit mox patebit. Reliquæ verò inuſſiones, quæ per actualem ignem fiunt, videntur puri, ac simplices stimuli sine fermento, neque enim quicquam occurrit aliud, quod operetur, præter ignem, tumque desinentem, statim ac cutim terebravit, neque in tam brevi applicatione, & mora ad contactum villorum, videtur verosimile, quicquam agere posse per eam, quæcumque est, fermentans in igne vis. Quia verò vehemens, & vividus est motus ignis, divellet ille subito cum impetu villorum particulas, & dimovebit validè, atque concutiet unumquodque corpus unde humorum liquatio, dimotio, derivatio in venas, evacuatio per emissaria naturalia, & per illum ipsum, quod factum est ab inuſſione: unde fieri poterunt in omnibus his morbis, in quibus vividè movendum est, ut cum motus, ac sensus perditur: sic in doloribus ab affluxu materiæ, & decubitu ejus ad aliquam partem corporis provenientes. Et quia, ut aiebat Hippocrates, *emuruntur, humor exfolvitur*; in habitibus humidis solius diminutionis, & evacuationis gratia inuſſiones fieri poterunt. Eadem autem de causa in corporibus siccioribus, atque adultis ab inuſſionibus abstinendum; tunc enim adsumetur id, quod parum superest humiditatis, & adultæ puriora, & magis acra, seu vividioris operationis remanent, seu, ut dicamus verbis Hippocratis, *quod liquidissimum est, atque aquosissimum absumitur, quo verò acerrimum, & crassissimum remanet*. Itaque pariter in doloribus à siccitate provenientes, quæ etiam esse sine materia potest, inuſſiones locum habere non videntur; siccitatem etenim augebant; sicut etiam cum loco movendum est aliquid plane compactum, atque densum, & majusculæ molis; per motionem enim à stimulo liquari illud, & loco moveri non poterit, nisi forte ab agitatione stimuli suboriatur in humoribus intima dimotio, ac fermentatio durum illud dissolvens, quæ tamen ignota est, nec periculo vacans. Cum autem inuſſionibus uti volueris, plures adhibebis, si operatione subita opus sit, & ad partes maxime sentientes, cujusmodi sunt membrana ossibus superextensa, & prope locum, unde movendum est, nisi periculum imminet nimis affluxus, vel tunc temporis hic nimis affluxus ratione majoris mali non sit curandus; & in privationibus sensus, & motus inuſſiones adhibere poteris ad futuras quælibet cranii, & ossa ejus, cum inibi sit morbi sedes, & per futuras trajiciantur filameata duræ matris, sicut per poros quoslibet

quolibet osium cranij. Aptius autem erit uti ferramentis candentibus, quam quolibet alio instrumento minus densæ materiæ, in his enim magis stipatur, atque compingitur ignis, adeoque erumpit etiam confertior, seu majorem vim exerit, & stimulat acrius. Cum igitur ex inuisionum genere sint fonticuli, patet etiam.

Fonticulos ad stimulos pertinere, & quidem sine fermento, cum fiant per ferramentum candens impadum cuticulæ, eorumque operandi rationem esse eandem, ac stimulatorum omnium, & præstare illa, quæ de his in genere ostensa sunt. Ex his autem, quæ præmissimus de inuisionibus patet, quando adhiberi possint minori cum periculo, & quibus in corporibus. Quia tamen emissaria fonticulorum angusta sunt, & non ita longo tempore post inuisionem cessat dolor, hinc minima materiæ quantitas evacuatur, unde plaga refriganda, & excitandus dolor quotidie, vel globuli stimulantibus intra fonticulum gerendi, aut idem agnandi, ac dimovendi, ut dolor exciteatur. Ratione autem exigui, aut nullius doloris minime dimovebunt, nec ita multum evacuabunt, unde geri, & conservari diutius poterunt absque insigni periculo. Quia tamen evacuant semper aliquid, & per temporis diuturnitatem fieri potest, ut inter duos quosque villos etiam à fonticulo magis distantes materia, quæ exprimitur, sibi viam aperiat, & erodendo, hoc est, stimulando partes, quibus allabitur, exaromat, & humido absumpto, & evacuatio durio es faciat, & veluti in callum convertat, & hoc sensim ad partes magis, ac magis distantes extendatur, ita ut plurimi villi, & partes corporis exprimentur, atque siccantur; hinc etiam si plaga non refrigetur, poterit siccari corpus, & ad hunc hunc. Cum autem hoc periculum non imminet, aut declinari per potiones &c. potest, poterunt adhiberi fonticuli, & per longum tempus geri, quoties evacuandum est, aut loco movendum aliquid leniter, & quod intervallum temporis possit admittere. Fonticuli autem vera inflammatione per ambitum inflammantur non raro, quod unde, & quando contingat, patet ex his, quæ de stimulis in genere dicta sunt. Sed & patet ex his, quæ ibidem de productione veticularum ab actu candentium, & de productione callorum diximus, cur fonticuli diuturnioris temporis per ambitum emissarii labrum veluti faciant durioris carnis, & quasi callosum; villi enim undecunque contracti per ambitum emissarii valide nituntur versus centrum ejus, & cum globus cereus, ligneus cicer, &c. faciant, ne materies expressa intra emissarium denari, & colligi possit, neque introrsum sub cute partes aliæ cedant, tota vis expressionis ad superiora vertitur, & partim evacuata, partim resoluta, & per spitationis liquidiori parte, remanet densissimum, quod concrevit, & durioris carnem efficit per ambitum aliquantisper assurgentem ad instar labri. Cæterum cum opus est acriori sensu, & ipsi excitari poterunt ad partes maxime sentientes, & ita perforari pellis, ut ignis deveniat ad usque contactum pelliculæ succingentis musculos, eorumque tendines, quod viri etiam doctissimi in usum redigunt.

Setacei sunt fonticuli duplicis emissarii trajecto per majus, aut minus spatium sub cute crassiore sileo serico, aut simili tenui fonticulo. Cum autem illa trajectio fiat plerumque per ferramentum candens, vel non candens sine ope alius fermentantis corporis, manifestum est, etiam setaceos esse à genere stimulatorum simplicium, sed sine fermento, neque aliud, quam fonticulos duplicis emissarii. Setaceus autem unicus, etsi est fonticulus duplicis emissarii, non tamen vices gerit duorum solummodò fonticulorum, immò quilibet setaceus existimandus est æquivalere

tot fonticulis, quos muri possent in toto illo trajectu, per quem sub cute trajectur funiculus; per eorum enim illum tractum divellat sunt villorum partes ab invicem, & excitatur dolor, & quantitas eorundem, quæ per singulas partes illius tractus æquales emissariis fonticulorum divellitur, non minor quantitate villorum, qui divelluntur in eorundem fonticulorum emissariis: Itaque singuli setacei æquivalent pluribus fonticulis: quare si adhibendi, quoties ingens dolor, atque dimotio, & liquatio, & solutio exigitur, vel maxima evacuatione opus est. A diuturnitate autem eorum magis cavendum, quam à diuturnitate unius, aut alterius fonticuli. Quia verò etiam in setaceis dolor cessat, trajectum suum ab altero in alteram emissariam trahendum, ac retrahendum, sæpius allabendo, & affricando superficiem plagæ, quousque excietur dolor interior; detinendum autem idem sileo intro, ne plaga brevi coalescat, quem etiam in usum globi, ciceris &c. detinentur in emissariis fonticulorum. Cætera ex fonticulis, atque stimulis in genere patent. Et hi quidem sunt magis notabiles in utendi modi per ignem ætuali: qui autem sunt per chaustica sunt præcipue.

Vesicantia, in quorum compositione cum adhibeantur cantharides, eutorbium, & alia plurima, quæ forte ultra vim stimuli, aliud aliquid præstare possunt in humoribus, videamus oportet, sintne, aut esse possint vesicantia simplex stimulus, an etiam fermentanti alicui facultati tribuendum sit aliquid ex his, quæ à vesicantibus producuntur. Primo autem vesicantia non operari sine stimulo, patere credimus; doleo enim etenim excitant, & cum hic non excitatur, aut vesica non productur, aut parum, aut fere nihil expurgatur, & nullius sunt utilitatis, secus cum dolore pariunt. Ad elevationem autem cuticulæ in vesicam equa, & lympham plenam faciendam patet ex his, quæ de callis, & veticulis per contactum rerum candentium superius exposuimus, non esse opus aliquo fermento, sed igne, aut qualibet acris materia, quæ morti igni respondeat, & exprimat, & in his, quæ vesicantia componunt, nihil non est acre, si femina Ameos excipias; hæc igitur interim, quæ à vesicantibus producuntur, pendere posse à solo stimulo, patet satis. Quia vero vesicantium usus movet urinam sanguineam, hinc factum, ut vesicantibus tribuatur vis alia quædam, quam hic interea sub fermenti genere collocabimus, & hanc autem inimicam esse vis urinæ, Rembus pura, Uretheribus, & Vesicæ, quod has solum ulceret, & ex ulceribus sanguinem ducat. Hanc autem inimicam vis urinæ vim non totius vesicantis esse propriam, asserunt, neque plurimum ex componentibus, sed solum cantharidum, quod equidem undecunque proveniat cruentus ille mictus, de quo mox] videtur satis certò suaderi. Si etenim postquam cutis de tacta est vesicantibus, iidem pulveres cantharidum inspergantur, tum dolores lancinantes in vesica excitantur, mingunt cruentum, & reddunt cum urina pelliculas, quasi membranas erosas: si vesicantia applicentur, quorum compositionem non ingrediantur cantharides, etiam si cæteris quin sint vehementiora, dolores illos in vesica non pariunt, nec urinam cruentam ducunt: cum tamen hæc eveniant, si vesicantia componantur ex majori dosi cantharidum: Denique cantharides per os assumptæ hæc eadem pariunt in urina, & vis ejus, dolores nempe in Vesica lancinantes, membranas, & sanguinem cum urina ducunt. Hinc asserunt cantharidum aliquid penetrare corpus, quod, dum sanguis circumfluit, & cantharidum illud cum urina in Renibus fecernitur, vel per vasa ad partes ducitur, suo peculiari fermento adverso solum urinæ vis eadem feriat, divellat, ulceret, sanguini è vasis effluxum aperiat, qui deinde mixtus cum urina reddatur. Nos autem

autem à cantharidibus illas viarum urinae, & urinae ipsius affectiones provenire minimè dubitandum esse judicamus, cum experimenta superius exposita videantur rem planè conficere, sed an à peculiari inimicitia cum iis viis id proveniat, illud est, de quo dubitari posse credimus, & id omne à solo, ac simplici stimulo provenire posse, non penitus alienum à verosimilitudine judicamus. Et primò quidem illud etiam libens admiserim, cantharidum aliquid subire corpus, tum quia eadem experimenta superius exposita videntur rem perspicuè suadere, tum etiam quia partim ex iis, quae de balneis superius disseruimus, partim ex iis, quae inferius de medicamentis exponemus, parere potest ratio, ac modus, quo corpora applicata cuti etiam non detracta cuticula penetrare intrò possint: hoc autem posito. Quoniam cantharidum aliquid subit sanguinem; sunt autem illae acre quiddam, ac vesicantes, sive erodens; si igitur conjungantur intra corpus cum aliis corporibus maximè erodentibus, utraque vim suam augebunt, & magis erodentia evadent: ex his autem, quae novimus intra corpus nostrum, nihil magis erodens est, quantum urinae Sal, vel Urina ipsa, & haec nullibi soluta, & sejuncta est à sanguine, nisi in viis suis, nempe Renibus, Uretheribus, & Vesica; igitur in his solummodò partibus acre illud cantharidum sejunctum à sanguine intra Renes, & cum urina conjunctam vim suam exeret, quae erit multo major, quam sola vis erodens urinae naturalis. Haec autem erosio, hoc est divulsio partium vel fiet, quia partes illae acres, & proinde satis mobiles, & se se adagentes ipse divellant villos, vel quia penetrando abripiant humidum, à cujus ablatione fit, ut in saepe ioribus, ubi de callis, divulsio cum vehementi contractione, & compressione villorum, vel utroque modo; quocumque autem modo id contingat, membranulae per urinam reddi & sanguis poterunt absque ulla peculiari inimicitia, vel fermento, & quod ad membranulas attinet, manifesta res est: acres enim illae partes erodent, seu abripiunt sensim, quod divulserunt, & facient, ut cum urinâ reddantur. Sanguis autem ab erosis partibus facile effluet, ut notum pariter. Sed illud ulterius assero, etiam si nihil erodatur, posse sanguinem à renibus reddi per solam illam validam compressionem, & contractionem, quae divulsioni inter duas quasque partes villorum succedit. Cum enim membranæ, ex quibus summi canaliculi sanguinis componuntur, sint tenuissimæ, fit inde, ut sanguis ipse facillimè exsudare possit, & stillare in pelvim, quoties aliquanto validius premitur. Patet id in suctibus amatoris, cucurbitulis, vibicibus, à quibus sanguis ad summam cuticulam sistitur nimis pressus, & propter crassioris membranæ obicem non exsudans, & per suctus exsudat etiam: quàm facile igitur exsudabit à tenuibus, cujusmodi componunt summa vascula, & extillabit in pelvim, cum nihil impediat? Ejus certè rei argumentum certissimum nobis suppeditant, qui equo currenre vehuntur non assueti; ita ut corpus totum validè succutiant: iis facile mictus cruentus redditur ac parus sanguis, non alia certè de causa, quàm quia illa succussionis vis pressit sanguinem, & illa pressio conjuncta cum stimulo, qui sit continuò in renibus ab urina, hoc est cum contractione adhuc vehementiore, expressit sanguinem in pelvim: quod multò facilius contingere potest, ut patet, si illa succussio, & stimulus ab urina erodat, ac rumpat vasa, quod multo magis præstabit, quicquid est acre illud in cantharidibus. Memini, cum lectica veheret æssivo temoore per meridiem, ita ut lumbos obverterem lecticæ parti, quæ à sole feriebat, me in mictum sanguineum incidisse, qui sola quiete, ac refrigerio seris sublatus est. ubi sanè conjuncta cum fervore sanguinis contractio villorum per calorem major, & per

illam auctam expressio major, & licet tum sanguis supponatur factus tenuior, & ideò ad effluxum è vasis aptior, nihil id cum cantharidibus, quæ vis urinae, non sanguini inimicæ dicuntur, nec aliud è ulla earum innotescit operatio intra sanguinem; quare mictus cruentus, & membranulae à cantharidibus per solum stimulum ab earum partibus acris, vel contrahentem, & comprimentem validius, vel etiam rumpentem vasa. Et si verò dantur in corpore aliae partes, in quibus secerantur humores acres, ac salsi non minus, quàm urina, immò verò, qui vix ab urina differant, ut sunt glandulae lacrymales, & sudorifluae, nec tamen per eas sanguis excernitur, licet etiam per eas glandulas ferri debeat cum sanguine, quicquid est illud acre, quod in ipsum à cantharidibus derivari supponitur; inde tamen falsitatis argui non possumus; primo etenim partes subcutaneæ facere possunt, ut sanguis exilire non possit, ut non effluit in vibicibus. Secundò verò quia cum illud cantharidum, quicquid est, esse debeat alicujus determinatæ naturæ, secerari non potest, nisi in partibus determinatæ naturæ, secerari non potest, nisi in partibus determinatæ velocitatis, & pressionis, cujusmodi docet experientia, esse renes, cum per renes vis cantharidum non erit, ut prodatur. Certè autem et si sal in sudore, & lacrymis continetur, sicut etiam aquæ communis plurimum, & hyeme plus mingimus, quia minus sudamus, & state contra; non tamen inde fit, ut urina sit prolixa idem cum sudore, & lacrymis, cum horum neutrum flavescat, oleat &c. sicut urina, unde nec partes separantes sunt ejusdem conditionis, quare nec quicquid per renes expurgatur, per glandulas lacrymicas, aut sudorificas excerni poterit; cum autem sit evidens, vim cantharidum per renes expurgari, non erit necessarium, ut eadem etiam secerentur in recensitis glandulis, & quod inde si necessarium non erit, ut cum sudore, ac lacrymis reddatur sanguis per vesicantia, aut cantharides. Videntur igitur cantharides solummodò stimulare; ita tamen ut illius stimuli materies per renes expurgetur, & adjunctum sali urinae vesicet acris, aut exeat vasa sanguinis, adeòque vesicantia esse è genere stimulorum simplicium sine fermento. Quod si innotescat, ultra hæc inesse cantharidibus vim reddendi sanguinem ad effluxum magis dispositum, tum addi poterit fermenti vis, sed hæc non erit inimica vis urinae: ex eo autem quod ab usu cantharidum fiat sanguis calidior, & majori vehementia motus, argui non potest hæc determinata vis in ipsis reddendi sanguinem fluxui magis aptum, cum sola vis simplicis stimuli ex superioribus id abundè præstare possit. Interim igitur existimabimus, vesicantia esse simplicem stimulum, nec cantharides alia de causa venenum esse, nisi quia divellant villos, & vasa rumpant, non secus ac eo de nomine venena etiam dici possent pugiones, cultri, globi plumbei ex tormentis explosi, percussiones vasa divellentes, & quæcumque alia effluxum sanguinis faciunt abrumpendo vasa ejus, unde motus vitæ supprimitur, & mors succedit. Itaque ex his patet huc similiter traductis, quæ superius de stimulis in genere disseruimus, vesicantia haberi posse pro stimulis simplicibus, seu sine fermento, atque ideò vesicantium operationem esse movere, fundere, evacuare: & quidem hæc omnia maximè, cum per insigne spatium corporis stimulant, & plura simul applicantur. Dissipabunt igitur illa plurimum spirituum, atque humiditatis, sed & movebunt, & ad fluxum disponent vividè, & propter vim maximam stimuli erunt subitæ, & præsentis operationis; quare iis morbis, in quibus plurimum, ac subitò movendum, cujusmodi sunt plerique eorum, quorum præ morbi vi salus in ancipiti, & ferè clamata est, adhiberi poterunt, dummodò nimia dissipatio spirituum non agat ægrum magis præcipitem

in mortem, aut idem præstet absumptio humidi, quorum neutrum per medicamenta, & potiones re, a ari, aut declinari possit. Sed & dubium eorum usum faciet ignota intima dimotio humorum, quæ ab eorum agitatione potest oriri, & mutare sanguinem miris modis, quæ mutatio ad naturalem statum redigi per naturam, aut artem ulterius non possit. Cavendum autem à diuturnitate vesicantium; evacuant enim continuè plurimum, & nihil non mali ab illa evacuatione poterit succedere, ut nimia siccitas, & ab ipsa deinde generatio quælibet pravorum humorum, & fieri poterunt leuco-phlegmatici, tabidi, & hujus generis mille prodigiosa, quorum aliquot vidimus. Postremò vesicantia rubicundi coloris, qualis naturaliter se habentis carnis, boni ominis, & ferè tutissima; argumento enim sunt, sanguinem, qui eo colore carnem inficit, non esse corruptum, aut longè à naturali diversum; neque in membris esse obstructions eandem sanguinis corruptionem promoventes: neque similiter substantiam villorum esse corruptam, aut viciatam; contra si sint nigra, livida, pallida, vel in ipsorum area, cæterò quin rubicunda enascatur aliquid lividum, pallidum, nigrum, mali ominis, & exitio esse poterunt; ibi enim corruptio sanguinis, aut villorum, aut rerum omnium: similiter si arida sint, malum; neque enim moventur liquida, adeòq; vel quia villi contrahi non possunt, vel quia liquida ita durata sunt, ut ad liquidum redigi, & fluere nequeant: contra si sint humida, & expurgent. Ex his autem ultrò patent, quæcunq; ad prænotationem ex vesicantibus pertinent; alia verò ad reliquas eorundem vesicantium affectiones pertinentia desiderare quis posset, ex generali doctrina stimulorum ultrò patent.

De Medicamentis.

I. Cum vitiosus aliquis humor reperitur in corpore, neque extra ipsum alicundè derivatur, id vel idèd fit, quia nulla datur in corpore glandula, quæ humorem vitioso similem naturaliter separet, vel quia aliquid quomodocunq; obstruens canales sanguinis, aut corpus glandulæ, facit, ne idem humor trajici possit, & separari per corpus glandulæ illi muneri cæterò quin aptæ, vel quia etsi separatio contingat, datur aliquid canales derivantes quomodocunq; obstruens, quod facit, ne derivetur, vel quia velocitas, quam concipit à corde, & villis, non ea est, quæ in glandulis humores coherentes sejungit, aut ad nudum contactum permittit positos secernit, & ad usque emissaria canalium derivantium perducit, vel quia tam viscidus est, crassus, & quasi durus, ut fluere per canales nequeat, vel quia etsi liquidior alicubi quacunq; de causa detinetur, & coercetur, ne per canales fluere possit. Ex iis, quæ de separationibus à nobis ostenduntur, patet, ad cujuslibet humoris, qui in glandulis secernitur, separationem, & derivationem necessariò requiri determinatæ cujusdam compositionis glandulam, fluxum sanguinis liberum per corpus glandulæ, fluxum humoris secreti liberum per canales derivantes, & talem velocitatem sanguinis, ut per ipsam possit humor in glandulis secerni, hoc est sejungi à reliquis, & ad usque origines canalium derivantium exprimi. Sive igitur desit glandula, sive desit apta velocitas sanguinis, sive desit liber fluxus ejus per arterias, & corpus glandulæ, sive liber fluxus humoris per canales derivantes, humor extra corpus derivari non poterit. Quia verò desisse potest fluxus sanguinis, & humoris per canales suos, vel propter aliquid obstruens, vel quia humor sit viscidus, adeòque tam hærens membranæ canaliculorum, ut per pressiones, & momentum proprium ab iis divelli, & fluxum concipere non possit; insuper, etiamsi sit maximè liquidus, potest, ut in tumoribus

Tom. IV, Pars II.

cum folliculo humores maximè liquidos continente (dantur enim & hujusmodi,) colligi, & coerceri velut intra suum ab aliquo compacto corpore, vel qualibet alia ratione prohibente communionem illi liquido cum vasis, adeòque minimè fluere, & derivari, manifestum est sive canales illi obstruantur, sive humor sit crassus, ac durus, vel etiamsi liquidus alicubi collectus, & prohibitus, ne fluat, tollendam derivationem ejus extra corpus. Quoniam verò nulla est glandula, quæ ita comparata sit, ut per ipsam unius simplicissimæ naturæ humor secernatur, & derivetur, sed in singulis sejungitur à sanguine humor ex pluribus naturis compositus, earumq; naturarum coalitus, & unio fit in iisdem glandulis, dum à sanguine illæ naturæ diversæ secernuntur, ac sejunguntur; si igitur fiat, ut dum glandula naturaliter operans sejungit naturas illas à sanguine, intra eandem glandulam ab eodem sanguine secernatur aliquid aliud, quod cum reliquis naturaliter in ea glandula secretis, & ad unionem redactis compingi possit, & derivari simul, intemèque permittit, cum illo humore, qui naturaliter ab eadem glandula derivatur; esset quidem derivatum illud non naturalis aliquis humor, cum compositus supponatur etiam ex humore quodam, qui non pertinet ad naturalem compositionem illius, qui in data glandula generatur; esset tamen naturali illi humoris similis, quoniam contineret omnes, vel plurimas partes ex iis, quæ necessariò requiruntur ad naturalem constitutionem ejus humoris, atque insuper, quoniam in illa glandula secerni potest, quæ in naturali statu permanentis, non nisi unius naturæ humorem secernit, esset tamen non naturalis, seu vitiosus, quoniam etiam illud aliud contineret, quod juxta Naturæ leges contineri non debet in illo humore, quæ per illam glandulam derivatur. Potest itaque glandula naturaliter se habens humorem ita vitiosum, ut sit illi similis, qui ab ipsa naturaliter producitur, secernere, ac derivare, ejusque rei mille suppetunt argumenta in glandulis ferè singulis, & quæ evidentissima sunt: sic in glandulis salivam, & mucum ducentibus nemo est, qui non videat, quot veluti salivæ genera, & mucis, seu pituitæ diversis temporibus reddamus, tenuem, crassam, pellucidam, albam, viridem, flavam, viscidam, fluxilem: ita se habet mucum intestinorum, ita bilis, ita urina, &c. Si igitur detur vitiosus aliquis humor in corpore, neque extra ipsum alicundè derivetur, & nihil obstruens adsit, detur apta velocitas sanguinis, apta humoris fluxilitas, & libertas; nulla tamen detur glandula, quæ in naturali statu humorem vitioso similem secernat, humor ille vitiosus secerni, & derivari extra corpus non potest; quare patet tota propositio.

II. Cum humores vitiosi non transfluunt, non derivantur, aut licet sint fluxiles, alicubi sistuntur per obstruens aliquid, aut coercens; illius obstruentis, aut coercentis momentum non sit minus, oportet, momento eorundem humorum: cum eo tamen momento obstruens illud, aut coercens esse potest liquidissimum quidlibet, atque rarissimum. Prima pars propositionis patet; sunt enim duæ facultates invicem contrariantes, obstruens, atque obstructum: coercens, atque coercitum: obstructum sistitur, & à motu quiescit; igitur obstruens vel est ejusdem momenti cum obstructo, undè utraque æqualibus viribus contrariantia quiescunt æquilibria, vel obstruens majoris est momenti, quàm obstructum, & hoc adhuc magis urgebitur, & prohibebitur, ne in suum motum veniat, adeòque obstruens, atque coercens vel est majoris, vel ejusdem momenti cum obstructo, coercitove, seu quod idem est, momenti non minoris; secus enim obstructum, atque coercitum, quod supponitur, non esset tale, sed superare resistentiam obstruentis, aut coercentis posset, & fluere, quæ deberet: quare

K k

patet

patet prima pars. Affero jam licet obstruens illud, aut coercens esse debeat æqualis, aut majoris momenti, quàm obstruendum aut coercitum; obstruendum autem illud, aut coercitum esse possit quantivis, & maximi momenti, adeoque momentum obstruentis debeat esse æquale, vel majus maximo; hoc tamen momentum tam ingens necessarium in obstruente corpore, reperiri posse in corpore quolibet liquidissimo, atque rarissimo, seu quod idem est, obstruens illud esse posse liquidissimum quilibet, atque rarissimum. Sit enim ad contactum alicujus canalis, vel intra ipsum, vel quâ duo, aut plures canales confluent, materies aliqua, quæ subito rarefaciat cum impetu, eaque se se effundat quaquaversum; fluat autem per eundem, vel per alterum canalem liquidum quolibet quocunque etiam maximo momento velocitatis instructum versus locum, in quo rarefactio illa, & motus quaquaversum contingit. Cum igitur motus ejusmodi fiat per illam rarefactionem, quæ in diversis corporibus potest esse major, ac major tantum non in imensum, poterit etiam esse major maximo illo momento velocitatis, quo liquidum versus locum rarefactionis fluere supponitur, & si minus esse potest, multo facilius dabitur æquale. Sit igitur alterutrum. Quoniam ad hoc, ut liquidum illud fluat, necesse est ex hypothese, ut ad locum rarefactionis nihil impedimenti offendant; rarefactionis autem impetus quaquaversum ferens facit, ut corpus rarefactum moveatur etiam per eandem lineam affluxus ad partes affluxui oppositas, moveturque momento, quod non est minus momento liquidi affluentis; liquidum igitur affluens subsistat, oportet, seu si t obstruatur. Re igitur sic se habente dabitur obstruatio per rarissimum quilibet, & quia obstruendi vis quantumvis maxima à rarissimo corpore procedens non operatur, quatenus corpus illud rarum est, sed quatenus maximo impetu præditum, patet hinc, si detur liquidissimum quilibet tanta velocitate instructum, ut impedire possit fluxus per eundem, vel alios canales, etiam à liquidissimo quolibet obstrui posse canales cujuscunque datae maximæ velocitatis. Hoc autem in animalium corpore fieri posse: patet ex vi spirituum musculorum moventium, quæ tanta est, ut nulla sit data resistentia, quæ ab ipsis superari non possit. Itaque ea sit vis spirituum, ut validissimum quodlibet contractionis momentum in corde excitent; sanguis igitur summo momento velocitatis per arterias fluat, eaque pari vi extorsum urgebit, & cum vis sanguinis per venas sit minoris velocitatis, seu impetus; arteriæ autem plurimæ sint ad contactum venarum; si igitur tanta sit trusio arteriarum extorsum, ut prorsus comprimere possit venas, eadem saltem alterne occludentur, seu obstruentur: cum verò propter vim spirituum cogatur cor frequentissime contrahi, fieri poterit, ut alterne pressiones ab arteriis sint tam frequentes, ut venæ rursus comprimantur, antequam restitui possint; adeoque in perpetua obstruente persistant. Sed isdem positus non succedat obstruatio venarum sanguillarum; erit igitur per illas velocitas maxima respondens, quantum per venas fieri potest, velocitati arteriarum. Si quæ igitur sunt liquida, quæ ex aliis canalibus debeant in venas derivari, & facere sibi locum intra easdem transversè trudendo, & loco movendo sanguinem, oportebit, ut superent momentum illud maximum, quo fluat, adeoque si derivanda illa liquida sint momenti minoris, non poterunt loco movere præterlabentem per suam directionem tanto momento sanguinem, neque è canalibus suis effluere, sed intra eosdem quiescere, ac fiet obstruatio. Dantur autem hujusmodi liquida in animalibus, ut lymphæ ex ductu thoracico, & lymphaticis dextri lateris, & chylus ex eodem ductu; quare si dequir sanguis ejusmodi momento velocitatis per

venas fluens, illa liquida momenti tanto minoris in venas derivari non poterunt. Ulterius sit similiter ex. gr. sanguis liquidissimus quidem, sed tantæ quantitatis ut omnia sua vasa ad summum infarciat: premet igitur summa vi quicquid canalium vasis suis interjicitur, & si liquida per ipsos fluentia, vel naturaliter ad certam tempus fluxura sint minoris pressionis extorsum, sistet eadem, & vasa obstruata dicentur. Nec desunt harum rerum exempla; sic in plethora ad vasa vires deficient, licet maxima sit humorum copia, & ex eorum quidem genere, qui vires quascunque maximas exerunt, sed in eo statu vasa sanguinis ita infarciuntur, ut extorsum trusa comprimant penitus capillares nervulos, per quos liquidum defluxurum in villos musculorum lentissimo fluxu sistit similiterque comprimuntur iidem villi, unde utriusque obstruuntur, subsistit liquidum, & vires exeri non possunt. Sed & varices sunt his quid simile, copia enim sanguinis subsistit, extenditque venas, & fluxum per arterias, ac venas impedit, & cum à nimia quantitate sanguinis proveniant, ad velocitatem revocari possunt superius expositam, vel ad copiam similiter. Confirmantur hæc ulterius per illud elegantissimum, quod nos ostendimus de derivatione sinistrae venæ spermaticæ à sinistra vena emulgente, non autem à trunco venæ cavæ, ut in dextra spermatica contingit. Cum enim ex truncis descendentes venæ, & arteriæ sinistram locum teneat, qui arteriæ est, dextram, qui venæ; si igitur vena femoralis sinistra ad sinistram testiculum deducenda derivata fuisset à trunco venæ dextrorsum posito, perducere non potuisset sinistorsum ad contactum trunci arteriæ absque eo, quod aliqua sui parte extenderetur supra, vel sub trunco arteriæ, & in utroque casu major, aut minor obstruatio necessitas, & minor quidem, si supra; major, si sub arteria à dextra in sinistram partem protraheretur; dilatatio enim sola arteriæ extorsum pressisset venam superexcurrentem, eadem autem simul cum obice spinæ multo validius adhuc eandem venam pressisset, si perducta fuisset ad sinistram partem sub ipsa arteria; quare patet per illud artificium natura cautum, ne à corpore liquidissimo, cujuscumque est sanguis arteriarum, fieret obstruatio in vena feminali, per quam sanguis minimo momento velocitatis instructus refluit à testibus. Patet itaque, obstruens esse posse liquidissimum, atque rarissimum, licet momentum obstruendi corporis sit quantumcunque maximum, quod erat &c.

III. Cum vitiosus aliquis humor reperitur in corpore, & medicamenti opera extra ipsum alicunde derivatur, id vel idè sit, quia ea sit medicamenti vis, ut non mutata velocitate, & cohesione humoris cum sanguine, novam glandulam, & aptam separationi ejus producere, aut aliquam naturaliter in corpore jam existentem eidem separationi aptam reddere possit, vel quia velocitatem humorum ita cohesioni, aut contactui eorundem attemperet, ut possit humor vitiosus per aliquam naturalem glandularum extra corpus derivari, vel quia tollat, quicquid obstruit vasa sanguinis, aut canales derivantes, vel quia facit fluxilem humorem sui lentoris causa non diffusilem, vel quia removet quicquid ipsum creteroquin fluxilem in aliqua parte corporis sistit. Patent autem hæc omnia faciliè partim ex prima hujus, partim ex doctrina separationum; cum etenim ad humoris separationem à sanguine requiratur humor fluxilis certa quidam velocitate fluens, certo modo cum reliquis humoribus coherens, & certa glandulæ fabrica, per quam iis conditionibus trajectus possit à reliquis secerni, atque insuper ut pateant, & pervii sint canales humores separatos derivantes extra glandulam, patet, cum humor vitiosus reperitur in corpore, neque per vim corporis naturaliter se habentis extra ip-

sum alicunde derivatur; derivatur tamen adhibito medicamento, aliquam ex dictis conditionibus defuisse, quæ derivatoni extra corpus necessariz sunt, hoc est vel defuisse glandulam, vel defuisse velocitatem, vel fluxilitatem, aut fluxum cum expositis cæteris, & cum medicamenti opera ille idem humor extra corpus derivetur, manifestum est, eam inesse debere medicamento facultatem, quæ vel novam, vel aptam glandulam possit producere, vel aliquam ex præexistentibus aptam reddere, vel attemperare velocitatem humorum constitutioni præexistentium glandularum, & cohesionibus, & contactibus eorundem humorum, vel tollere quicquid obstruit, aut sistit, vel fluxilem humorẽ facere; quare patet propositio.

IV. Cum humor aliquis vitiosus reperitur in corpore, & medicamenti opera extra ipsum alicunde derivatur, id ex eo fit, quia cohesio, aut permissio aliqua inter liquida, aut solida, aut inter utraque tollitur à medicamento, vel ponitur, Solidum in corpore hic intelligi volumus, quicquid non est liquidum, nempe villos omnes cujuscumque generis, membranarum, nervorum, muscularum; immo etiam ad usque ossium; cohesionem autem à permissione distingui-mus, vel quo pacto distinguitur simplex contactus à contactu cum nisu in eundem, vel etiam si in utroque contingat nisus, non sit mutus partium se tangen-tium, vel quis etsi mutus sit, id fiat ex accidenti, & præter institutum Naturæ. Itaque asserimus, cum medicamenti opera humor vitiosus extra corpus deri-vatur, id contingere, quia aut villi, aut humores, aut utriusque simul in suarum partium contactibus im-mutentur, quicunque ii contactus sint ante medicamen-ti applicationem ita, ut quæ prius neque cohærebant, neque permiscebantur, fiant plus minus, aut simpliciter, atque ex toto cohærentia, & permixta, aut è con-verso quæ prius cohærebant, atque permixta erant plus minus, aut prorsus, vi medicamenti disjungantur, & secerantur. Quod etiam patet facile excurrendo per singula, quæ superioribus propositionibus ostenduntur necessaria separationibus. Fac enim primò, ad separationem, ac derivationem alicujus vitiosi humoris opera medicamenti faciendam requiri vel generationem novæ glandulæ, vel alicujus præexis-tentis, talem, mutationem in fabrica, ut per ipsam hu-mor vitiosus excerni possit: patet in primo casu totam glandulam penitus compingendam, quod fieri non potest sine novis partium glandularum constituentium contactibus cohesionibus, & permissionibus, cum hæc necessaria sint in cujuscumque compositi nova compositione, & hæc quidem cohesio per medica-mentum ponitur, & ponitur inter partes solidas, cum ex earum genere sit glandula; & siquidem ma-teries, è qua est formanda glandula, à reliquis humori-bus corporis sit deducenda, idem medicamentum, per quod partes glandularum constituentes ad conta-ctum veniunt, tollit eisdem à cohesione, aut per-missione cum humoribus, à quibus deducitur. Quod si glandula aliqua præexistens solum immutanda sit, id ex doctrina separationum fiet vel addendo alios canaliculos, vel jam fabricatos extendendo, aut dila-tando, quæ singula aut mutationem contactuum in villis glandulæ exigunt, aut novæ etiam materiz ad-ditionem, si novi canaliculi datæ glandulæ sint adji-ciendi. Quare patet primus hic casus. Neque admira-rer, si alicui medicamento inesset vis glandulam ali-quam generandi, qui videam nescio quid ex cibo integra animalia, cujusmodi sunt Vermes, intra ven-triculum generare, in quibus sanè non unica solum glandula, sed glandularum ingens numerus, & uni-versa tam admirabilis compago corporis continetur, & videam insuper, si vera testantur Harmaeus, & Cornelius, animalia intra aves generari per solum in-gentem metum ab ipsis conceptum à vehementi

Tom. IV. Pars II.

nempe agitatione humorum. Similem verò agitati-onem, & fortè majorem, à medicamentorum viribus excitari, nemo est, qui non noverit: quare id, quod supponitur, non videtur habendum prorsus inter ea, quæ fieri non possunt. Sit jam secundo obstru-ctus canalis alicujus, vel per velocitatem sanguinis à vehementissima contractione cordis conceptam, quæ proveniat à vividissima contractione spiruum con-trahentium, vel obstructus per alicujus liquidi in eo-dem canali, vel extra ipsum ad contactum, aut intra ad confluum vehementissimam pariter efferve-scentiam quaquaversum valè nitentem, licet liqui-dum illud supponatur summe ratum, ut in secunda hujus exposuimus. Spiritus igitur illi, vel liquidum illud tantum, ac tam valè rareficens erunt humo-res vitiosi, qui cum sint velocitatis naturali quacunq; majoris, quæ reperitur in corpore, secerant in eo flatu, hoc est cum eo impetu velocitatis in nulla glandula-rum naturalium poterunt, adeòque erit ille impetus, & rarefendi vis attemperanda, quod fieri non potest, nisi prohibendo, ne rarefieri possint, hoc est ne possint disjungi, atque divelli ab invicem, vel postquam illæ partes divulsæ, & disjunctæ sunt, easdem com-pingere, atque unire tenacius, ita ut per glandulas naturales naturali velocitate, vel alia aliqua fluentes se jungi, & derivari extra corpus possint. Hæc autem operatio nihil aliud est, quam positio novæ cohesio-nis, aut permissionis inter partes illas; si igitur id con-tingat medicamenti opera, ponet illa novam inter com-positas partes cohesionem. Rursum sit cohesio humoris vitiosi cum reliquis, ut data velocitate fluens per glandulam secretioni cæteroquin aptam, ab eisdem reli-quis humoribus se jungi, secerantive non possit, & suppo-natur non immutanda velocitas; erit igitur immutanda cohesio, & siquidem sit major, quam quæ requiritur ad secretionem in data glandula cum data veloci-tate, fieri debet minor, seu tollenda erit ex parte cohesio, si minor, fieri major, seu ponenda. Denique si humor vitiosus non sit fluxilis, sistitur per aliquid durum alicubi, aut per quid durum obstruantur cana-les, hæc omnia medicamenti opera liquentur, seu sol-vantur oportebit, hoc est cohesiones plus minus, aut ex toto tollantur, in qua tamen operatione, sicut & reliquis superioribus fieri potest, ut dum cohesiones inter partes aliquas tolluntur, ponantur inter alias, & è converso: quare patet propositio.

V. Cum medicamenti opera cohesio, aut permis-sio illa tollitur, vel ponitur, medicamenti aliquid ad humores usque trajiciatur oportet, quod vel sit pars ejus instructa momento apto ad cohesionem, aut permissionem illam tollendam, vel ponendam, vel quilibet aliud diversum à medicamento, & qua-cunque ejus parte; ab ipso tamen concipiendum *momentum simile*. Id verò facile evincitur; neque enim ulla co-hæsiõ, aut permissio tolli potest, nisi superetur mo-mentum, quo divulsioni resistit, adeòque quicquid co-hærentia, aut permixta disjungit, aut segregat, ejus sit momenti oportet, quod valeat superare momenta cohesionum, aut permissionum; & è contra quicquid conjungit, oportet, ut sit momento instructum, quod requiritur ad unionem faciendam, & momenti aliquid necessarium est saltem ad removenda impedi-menta, quorum resistentia fieri potest, ut duo quælibet corpora, quæ cæteroquin ex se ipsis in co-hæsiõnem venient, & suis naturalibus visibus per eandem lineam ad oppositas partes nitentibus cohæ-rerent, aut cohesionem non efficerent, aut ne qui-dem versus contactum movereatur. Cum igitur talis cohesionum positio, aut ablatio medicamenti ope-ra continget, oportebit, ut ejus vis ad usque ipsa corpora disjungenda, aut unienda deducatur ad hoc, ut in ipsa agi per contactum possit, adeoque hæc me-dicamenti vis vel ineri toti medicamento, quod ad us-

Kk 3 que

que divellenda, aut compingenda perveniat, vel cuiusvis medicamenti parti, quæ illuc usque similiter traduci possit; & utrumvis supponatur, instructum etiam esse debet illo momento, quod requiritur vel ad superandam resistentiam cohaesionum, vel ad cohaesionem producendam. Si verò vis eiusmodi non insit medicamento, aut partibus ejus, ut si penetrare non possint ad usque humores medicamenti opera extra corpus derivandos, oportebit, ut medicamentum subsistens ad eas partes, quibus applicatum est, cuilibet alii corpori à medicamento, suisque partibus diverso, quod tamen penetrare ad usque humores valeat, communicet illud ipsum momentum, quod requiritur ad cohaesiones illas, & permissiones tollendas, aut ponendas; cum etenim medicamentum, & partes ejus ad usque humores pertingere non posse supponatur; humores tamen extra corpus deriventur medicamenti opera, neque derivari possint absque momento apto cohaesionibus tollendis, aut ponendis, patet, vim divellendi communicandam à medicamento cuilibet alii corpori, quod sit quidem à medicamento diversum; sed penetrare ad usque humores possit; patet itaque propositio.

VI. A medicamentis corpori ubilibet applicatis, sive interius, sive exterius, videtur traduci posse aliquid ad usque humores eo momento instructum, quod sufficiat cohaesioni illi tollendæ, vel ponendæ. Loquimur hinc de medicamentis cujusvis generis etiam purgantibus, seu solventibus, seu solutivis, ut appellant quæ ultra primas vias ferri, existimare nefas vulgo est. De omnibus tamen primò dicimus, quod primo loco proponitur. Vix ullam medicamentum reperies, quod vel absolute siccum sit, vel absolute siccum applicetur corpori, & siquidem ejusmodi aliquid aut reperiri, aut applicari potest per spatium temporis, quo ad contactum corporis detinetur, brevi humescit per humores ad eam partem naturaliter confluentes, si interius applicetur; vel per partes humidæ perspirationis, si exteriùs. Plura rursus sunt, quæ cum humidis, seu aqueis partibus oleagineis conjunctas habent, ut pingua omnia, cerata, unguenta, &c. sunt denique tantum non omnia; quæ ut careant his utrisque, vel alterutro, spiritibus non destituuntur. Quoniam itaque ex iis, quæ de balneorum usu, eorumque traiectione per cutem commentati sumus, patet, aquas per totam pellem interius ad humores usque duci posse; quæ igitur medicamenta aqueis etiam partibus componuntur, iisque liberis, & fluentibus poterunt, ubilibet applicentur ad externam superficiem corporis, & ad ipsam per aptum tempus detineantur, transmittere ad usque humores easdem aqueas partes: pelliculæ autem intestina succingentes, ventriculum, fauces, nares, sunt ejusdem generis, ac cutis, & multo tenuiores, & aqueæ illæ partes possunt per cutem excurrere ad usque humores; igitur multo faciliùs, atque celerius altitudinem earum pellicularum penetrabunt; statim autem sub ipsis occurrunt vasa sanguinis, & ipsa ejusdem generis membranulis iisque tenuissimis comprehensa, igitur partes aqueæ medicamentorum ad usque humores trajicientur. Et id quidem in medicamentis interius applicatis, ventriculo nempe, intestinis, faucibus, naribus eò faciliùs contingere poterit, quòd calor in iis partibus vicens eadem partes medicamentorum aqueas tenet, magisque mobiles, ac pervadentes reddat, oportet, quæ sanè cum evaporare quodammodò per patientia non possint calore quaquaversum urgente, ferenteque, faciliùs, & iùs adigentur in vasa sanguinis vi caloris redactæ, velut in formam perspirationis, quàm vel eximis quibusvisque partibus corporis ad usque superficiem ejus agi posse per poros pellium, evicimus in tractatu nostro *de villo cantracili*. In iis verò, quæ

exteriùs applicantur, vis illa caloris penetrationem promovens vix notatu digna erit; calor enim ab interiori corpore expirans trudet extorsim easdem partes humidæ, & à calore circumfusi mediù vagante quaquaversum, abripiuntur faciliè per transversum, undè nisi diutiùs detineatur ad contractum superficiem corporis, vel operiatur realiqua, quæ expirationem aqueæ è medicamento prohibeat, humorem subire difficilè posse, existimandum videtur: posito autem illo impediante, aut non abripiuntur medicamenti humor, aut ad ipsum medicamentum subsistet ille, qui cum perspiratione è corpore evaporat, eoque medicamentum conservabitur humidum, & aliqua ejus humoris pars poterit rursus intra corpus adigi. Humoris verò perspirantis aliquid ad medicamentum subsistere, vel experientia patere potest; cerata enim diutiùs detenta ad superficiem corporis in superficie sua corpus contingente sunt magis humectata, quàm in reliqua sui altitudine; sive igitur interius, sive exteriùs applicentur medicamenta partes aqueas continentia, poterunt hæc subire ad usque humores, faciliùs, si interius; difficilè, si exteriùs applicentur; & frustra laborant, qui commiscuntur oscilla vasorum, per quæ medicamentorum partes deriventur ad humores, cum membranæ omnes porosæ sint, & pororum foramina sufficiant ad derivationem earum partium ad usque humores. Non absimili ratione ostendetur, partes oleagineas medicamentorum ad humores usque perducì posse ex iis, quæ superius ostendimus de balneis olei similiter per poros cutis penetrantis, de quibus oleagineis partibus quantum existimandum sit, promoveri ipsarum penetrationem vi caloris, ex ibidem expositis abundè patet, parique ratione, at de aqueis dictum est, intelligimus, faciliorem esse derivationem oleaginearum partium, quæ in medicamentis continentur, cum applicantur interius, quàm cum exteriùs; hanc tamen penetrationem ab exterioribus partibus in interiores esse similiter possibilem. Postremò confirmatione non videtur indigere, spiritus medicamentorum esse eos posse, qui valeant ad usque humores se se agere, cum spirituum corpora sint quiddam omne ferè genus impedimentorum eludens, ac sperans, sese adigendo vel per tenuissimos quosque poros, vel sibi viam aperiendo inter duas quasque partes coherentes, & inter contactum nullum spatium relinquentes. Illud tamen solum indico, spiritus etiam minus elaboratos evanescere, etiamsi plures pelles superimpositæ, atque agglutinatæ, vel corium crassius alligentur oris iis vasculorum spiritus continentium, iisdemque exactissimo quolibet artificio obturentur. Si igitur pelles ejusmodi, quæ insuper sicca sunt, hoc est pororum, ac partium minus distractilium, non possunt cohibere motum, atque evaporationem spirituum, quanto faciliùs iisdem spiritus superabunt altitudinem tenuissimæ pelliculæ, cujusmodi est faucium, intestinorum, &c. quæ insuper mollis est, atque humida, hoc est partium facillimè distractilium, & aditum, excursumque permittentium, vel altitudinem crassioris membranæ, ut cutis, quæ similiter mollis est, & faciliè distractilis; Quoniam itaque nullum est medicamentum, quod aut ex se aqua non contineat, aut per applicationem non humescat, aut non contineat oleagineas partes, aut spiritus, aut horum aliquot, aut omnia; igitur medicamenta sive interius, sive exteriùs ubilibet applicata trajici poterunt ad usque humores. Dico secundò, positis pluribus medicamentis, quæ traducere non possint ad usque humores aliud, quàm partes, quæ sensu judicentur solè aqueæ, & à singulis diversis illis medicamentis: quæ aqueæ partes traduci posse supponuntur ad usque humores, sint etiam mole æquales; fieri tamè posse, ut aqueæ illæ partes, licet etiam æquales mole supponantur, sine diver-

diversissimarum planè facultatum, & cujuscunq; maximi momenti. Sensus enim sapore, seu gustu excepto, aquam judicat à fluxilitate, & perspicuitate, & omnia liquida, quæ fluunt, atque pellucent instar aquæ communis, aqua dicuntur. Si tamen gustu examinentur, sensus ille à sapore deducit aliquid à communi aqua diversum in iis liquidis reperiri. Sed & sunt insipida plurima permixta aquis determinatis, quæ communi aquæ non insunt, & determinatæ illæ aquæ per illam insipidorum intimam admixtionem ab aqua communi differunt, de iis proinde ne gustus quidem ferre potest judicium, easque ab aqua communi discernere. Certum autem est, aquas permixtas salibus, aliisque notis corporibus insipidis trajectas per pelliculas etiam crassiusculas non secerni à permixtis illis; sed totum compositum ex iisdem, & aqua simplici percolare, & id contingere multò certius, si trajectio illa semel fiat, & cum pressione. Itaque sint quidem medicamenta quotlibet, à quibus nihil derivari possit in humores præter simplicem ad sensum etiam gustus aquam, & portiones ejus derivandæ à singulis medicamentis supponantur æquales. Quoniam fieri potest, ut in singulis iis aquæ portionibus contineantur quidem etiam insipida, sed diversissimæ inter se naturæ, & eadem illæ aquæ portiones ad hoc, ut ad humores deveniant, percolandæ sunt per tenuissimas membranas, quarum altissima est cutis; igitur insipida etiam illa contenta in aquis cum iisdem ad humores derivabantur, in quibus illa producerent diversissima, ac plus minus vivida, quæ necessariò pendent ab actione eorum corporum, quibus aquæ portiones admiscuntur. Idem dicendum esse, patet, de oleis medicamentorum ad sensum iisdem, & mole æqualibus; etiam enim olea per pelles, & crassa coria trajectiuntur cum iis omnibus, quæ intra se continent. Idem etiam de spiritibus statuendum; sunt enim & ipsi quid compositum, & propter subitam penetrandi vim, ac vehementiam multo difficilius in transitu per pelles se jungi in partes suas poterunt & alias traducere ad usque humores, alias extra membranas canalium relinquere. Ex his igitur assero jam tertio, quicquid sit id, quod à medicamentis traduci posse videtur ad usque humores, esse posse instructum momento, quod sufficiat superius expositæ cohesioni tollendæ, vel ponendæ. Quod facile explicatu est. Sit enim tollendæ, vel ponendæ quælibet quantumvis maximi momenti cohesio; requireretur igitur aliquid momento maximo præditum, quod se inter duas quasque particulas momento maximo coherentes adigat, easque ab invicem extrorsum trahat, vel abripiat easdem à superficie extrinseca, & ad oppositas partes trahat, vel obliquè eas extrorsum percutiat, quousque disjungantur. Vel è contra duas se junctas partes urgere, & premere in contactum, & ad eundem ipsas detinere valeat eodem semper momento maximo, si nisu proprio careant, vel si nisu habeant insitum, nec illum exercere possint in contactu propter aliquod impedimentum maxime resistens, hoc ipsum maxime resistens exiget momentum maximum, ut amoveatur: notum autem est, nihil esse magis vividum aut majori momento naturaliter præditum, quam spiritus, sales liberi, & hujusmodi, & hæc corpora à medicamentis traduci ad usque humores posse videntur: Quod igitur à medicamentis traduci posse videtur ad usque humores, esse potest instructum momento, quod superius expositæ cohesioni, & quidem quantumvis maximi momenti tollendæ, vel ponendæ sufficiat: qua in re illud insuper addendum, etiam si quo tempore trajectiuntur medicamentorum salia, spiritus, &c. non sint tantæ libertatis, ut totam suam naturalem vim, & quanta requireretur, ad ponendas, vel tollendas cohesiones illas, exerere possint; tamen dum præcipuè per pulmones, & de-

Tom. IV. Pars II.

inde reliqua viscera cum sanguine feruntur, posse ita solvi, ut quamlibet maxime vividam ope ad id potestatem acquirant, & quilibet moliendi, quod quolibet momento maximo indigeat. Quare patet propositio.

VII. Etiam si ponamus, à medicamentis nihil traduci posse ad usque humores exposito momento instructum; fieri tamen posse videtur, ut per medicamentum reducat quilibet aliud ab ipso diversum ad eosdem usque humores cohesioni, aut permixtioni illi ponendæ, vel tollendæ aptum, & id fieri potest vel suppresso per medicamentum calore, qui continuè è corpore naturaliter expirat, vel suppressis aliis perspirationis partibus à calore diversis, vel iis non suppressis quidem, sed ab occurso, transitu per medicamentum corpus ita dimotis per totam suam seriem ad humores usque, è quibus perspirant, continuam, ut in iis cohesione, aut permixtionem tollere, aut ponere valeant, vel quis liquidum per omnia means, ac remeans, dum per medicamentum transit, aptum illi operationi momentum concipiat, vel denique quia medicamentum sit cum stimuli sensu conjunctum. Prima pars propositionis ostenditur per ea, quæ evincuntur singillatim de succedentibus; si etenim ea singula, quæ proponuntur ex ordine, ostenderimus fieri posse, seu possibile esse, patebit, etiam si nihil medicamenti trajectiatur in humores, ejus opera trajecti aliquid aliud posse, & quod valeat conjungere, disjungereque. Est igitur cohesio aliqua, quæ tolli, vel poni possit virtute majoris caloris, quam qui naturaliter intra corpus continetur, dum corpus idem in perspiratione constituitur, & perseverat: sumatur autem medicamentum, quodlibet, ut ceratum ex. gr. exterius applicatum, quo fieri certo sciamus suppressionem perspirationis, & calidæ potissimum partis ejus. In eo igitur statu, & tota duratione ejus detinebitur sub arte ille calor, qui per totam illam extensionem temporis, quo medicamentum ad contactum cutis detinetur, expirasset, quare calor universus, qui in corpore reperitur, per totum illud spatium temporis erit naturali copiosior, atque validior: sed ad tollendam, vel ponendam cohesione datam requiritur ex hypothesi calor naturali major; protrahito igitur illius medicamenti usu ad tantum spatium temporis, quod sufficiat cumulando caloris momento, quantum data cohesio postulat, tollitur illa tandem, aut ponetur. Contra verò si ad idem opus requiratur calor naturali minor, adhibe medicamentum perspirationem promovens, ut laxans fibras, caloremve resolvens, ut balneum olei sudorificum, &c., fiet, quod proposuimus. Eodem modo liquet secunda pars; si enim cohesio ponendæ, vel tollendæ non exigat caloris operam, sed aliarum partium cum calore perspirantium, adhibito medicamento, quod evaporationem calori permittat; non autem illis determinatis partibus conjungendo, aut se jungendo aptis, vel earundem perspirationem, faciliorem, citatiorem, & copiosorem reddat, idem continget, ut patet. Jam vero neque caloris partes, neque reliquæ perspirationem cum ipso componentes per vim adhibiti medicamenti supprimantur, sed ad primum occursum, aut excursum per medicamentum corpus primæ transpirationis partes medicamento occurrentes, vel per ipsum excurrentes ita dimoveantur, ut dimoveant etiam succedentes secundas, secundæ tertias, atque ita deinceps ex ordine successivè dimovendo agant totam seriem perspirationis, quæ continua est ad usque humores; igitur ad usque humores perducetur vis ejus dimotionis, quam medicamentum communicavit perspirationi, adeoque si vis illa sufficeret cohesioni, aut permixtioni tollendæ, vel ponendæ, pateret eandem tollendam, aut ponendam modo, quem tertio loco proposuimus. Primum autem dico, esse ejusmodi dimotionem per occursum, aut excursum

Kk 3 intra

intra medicamentum possibilem. Concipiatur enim quælibet series perspirationis continua, nempe cujus partes per ejus longitudinem dispositæ sint ad contactum mutuum, qui etiam si supponatur sine nisu mutuo, satis est pro re nostra: erit igitur illa series continuè expirans è poris cutis, quasi siphunculus aquæ, aut cujusvis alius liquidi continuè ex angustis canaliculis exiliens, vel instar fluminis, cujus per alveum profluens continuè fluat. Quoniam igitur partes liquidorum per quamlibet directionem fluentium possunt à mutuo contactu dimoveri, absque eo, quòd earum fluxus intercipiatur, possunt magis comprimi, urgerique eodem fluxu similiter persistenti, possunt etiam ita solvi, atque in directionem contrarii fluxus agi, ut eodem tempore, & ad partes primo fluxui oppositas moveantur momento impetus concepti ab extrinseco, & fluant per directionem primi fluxus per ipsam raptè à reliquis ejusdem liquidi partibus succedentibus; quacunque igitur ex his rationibus fluxus perspirationis contingat, vis ejus extendi poterit ad usque humores: potest autem talis fluendi ratio nitendi, aut dimoveendi per solum occursum ad medicamentum, aut excursum per ipsum perspirationi communicari, ut aqua fluminum occurrens lapidibus per alveum dispersis inflectitur, atque agitatur, in torqueturque mille modis, & aqua è vasculis effluens ab occursum alterius aquæ, in quam depluat, in minimas undulas, pliculasque disponitur, & lapillus in profluentem projectus circulos excitat ad oppositas etiam profluentis partes; per solum igitur obicem medicamenti dimotiones, nisu, aut fluxus expositi contingere poterunt in perspiratione, & quòd præcipue ad rem nostram facit, fiet productio in illo siphunculo perspirationis velut undarum, qualis in aqua desuente è vasis, quæ undarum productio, cum fiet cum nisu ad oppositas partes profluentis, sejungit, ac solvit particulas perspirationis, inter quarum utramque nititur, & cum ejusmodi nisu extendatur per totam seriem perspirationis ad usque humores, pariter ad usque humores fiet perspirationis solutio, seu vis ejus ad usque humores pertingeret; quare patet propositum. Secundò autem dico, dimotionem illam perspirationis cohesioni, aut permixtioni tollendæ, vel ponendæ posse sufficere. Perspiratio etenim est quid aqueum oleagineum, & spiritibus maximè referuntur; hæc autem tria cohesioni illi tollendæ, vel ponendæ sufficere ostensa sunt; quare perspiratio id ipsum præstare poterit, & id tam facilis continget, cum per nisu à medicamenti obice provenientem, factumque ad partes oppositas fluxui perspirationis, perspiratio eadem magis solvetur; tum etenim partes apte conjungendo, sejungendoque liberiores, & potentiores fient; quare patet, &c. Sit jam quartò liquidum per omnia means, ac remeans ejus naturæ, comparatum cum natura medicamenti, quòd applicatur alicui parti corporis, ut per ipsum transiens, ac deinde corpus subiecas concipiat in excursu per idem medicamentum vim, qua cohesionem illam tollere, vel ponere possit, manifestum est, ejus liquidi vi tollendam illam, aut ponendam; quam tamen vim illud liquidum non ex se habuerit, sed à medicamento conceperit. Mutari autem liquidum illud omnia penetrans posse, dum per medicamentum excurrit, potest primò, quia omnis mutatio sita est in mutatione impetus, aut momenti, & alterutrius, aut utrisque mutatio provenit ab excursu per corpora eidem excursui quomodolibet resistencia. Secundò exemplo luminis, quòd de facto mutatur, dum per vitra quomodolibet colorata trajicitur, & sit per viridia viride, per cærulea cæruleum, &c. Tertio exemplo odorum, qui forte nihil aliud sunt, quàm illud ipsum commune liquidum ex odoro corpore effluens, quòd in excursu per idem odoratum corpus talem impetum acquiriverit,

qualis requiritur ad sensum odoris in nobis excitandum, & qualis odor, talis plurima in corporibus. Patet igitur & quòd quarto loco proposuimus. Postremò sit medicamentum cum stimuli sensu conjunctum, dico, cohesionem, aut permixtionem illam tolli, vel poni posse absque eo, quòd quicquam medicamenti ad humores deriveretur; sed aliquid aliud ab ipso diversum, ab ipso tamen vim operandi concipiens trajiciatur ad usque humores. Id autem patet ex doctrina de stimulis superius exposita; agit enim stimulus, quæ liquida, quæ solida, & solida agitata adhuc validius in ipsa liquida nituntur, & hæc validius compressa vim rursus majorem inferunt solidis, unde vicissim premuntur, ac restituuntur, & ex illa mutua pressione, & restitutione fit, ut plurimæ liquidorum partes inter duas quasque proximas, aut ad superficiem exteriorem duarum quarumcumque non se contingentium nitantur introrsum, unde cohesio, ac permixtio tollitur, vel ponitur, & id ipsum fieri patet à solidis in suas partes, dum dimoveantur, & à liquidis in solida, & à solidis in liquida mutua actione; quare patet tota propositio. In Medicamentis autem cum stimulo conjunctis per diversa medicamenta diversi humores extra corpus derivari poterunt absque eo, quòd eadem ad humores pertingant, sed aliquo ex modis expositis operentur; medicamenta enim illa, utpotè diversa, diversimodè communicabunt impetum corporibus penetrantibus, vel diversimodè stimulant, & diversitas stimuli satis erit, cum & ipsi nihil aliud sit, quàm diversitas impetus, quæ diverso modo nitatur oportet in ea, quibus ad contactum ponitur (quæ ex doctrina fermentorum clarior) & tota res experientie erit, qua didicimus, per medicamentum tanti impetus, aut tanti stimuli hunc, aut alium humorem secerni, cum de hujusmodi humorum cohesione, & applicatione apti momenti nihil per scientiam sciri possit.

VIII. Vis tractorix, quæ in medicamentis communiter ponitur, non videtur ab institutis Naturæ tam aliena, ut negari prorsus, & irrideri mereatur; illa tamen etiam admittitur, eæ sunt conditiones in corpore, ut minus facile à plurimis medicamentis exerceri posse videatur. Cum alterum ad alterum corpus sua sponte movetur, licet vita, sensu, atque anima careat, quorum vi cæteroquin motus ille fieri posset, dicuntur illa corpora habere sympathiam inter se, & eo quòd vis quedam trahens in ipsorum alterutro, aut utrisque vigeat, quæ possit eadem corpora magis ad invicem trahendo ducere, & ideo ad invicem accedere, & conjungi vulgò traditur, crediturque, & vis illa, facultas tractorix nuncupatur. Quæ autem ratione ejusmodi facultas operetur, ignotum, atque inexplicatum vulgò est, & obtrudunt qualitatem quandam, aut totam substantiam, quæ cum ultra nomen nihil habeant, nihil pariter ipsis immoramur. Quia verò re ipsa dantur corpora vita, animaque carentia, quæ ad invicem sponte moventur; si igitur facultatis tractoricis nomine contenti simus intelligere vim illam, qua duo corpora anima, vitæque carentia ultrò ab invicem accedunt, quousque in contactum, immò etiam in cohesionem aliquando veniant, nemini dubitandum, facultatem hanc tractoricem dari, cum notum sit ferri, & magnetis conjugium, electri, plurimarumque gemmarum, immò fere omnium durorum corporum, si leviter affricentur, vis, qua levissima quæque corpora proximè collocata movent, & ad suum usque contactum deducunt. At verò cum hujusmodi operationes fieri, constet, per quid corporeum, aut pellens medium positum inter tractum, & trahens, aut ipsius tracti particulas ita dimovens, ut suis singulæ axiculis ad trahens convertantur, & ad ejus partes moveantur, aut quid corporeum continuè means, ac remeans per corpora trahentia, &

tracta,

tracta, quod eadem ad contactum perducatur, ut olim de magnete commentabamur: hinc patet id, quod tractionem appellaremus, tractionem re ipsa non esse, sed trusionem, pulsionem, certam quandam dispositionem motus à corporibus tractis, aut trahentibus, aut utrisque productam vi tenuiorum quorundam corporum, quæ ex ipsis expirant. Hoc autem posito cum integrum cuique sit nomina ad arbitrium rebus imponere, si hanc pulsionem appellare velis tractionem, per nos licet, dummodo illud constet, tractionem, quam tu nuncupas, esse motum factum à trahente per traductionem rerum corporearum ad usque tractum, nec in motu utriusque corporis ulla habere partes aliam qualitatem, aut quilibet aliud præter expositos motus; & in hac tractionis acceptione asserimus, vim tractoricem, quæ in medicamentis communiter ponitur, non videri ab institutis Naturæ tam alienam, ut negari prorsus, & irrideri mereatur, quod exemplo corporum se mutuo trahentium patet; eodem enim modo, quo magnetica, ferrum, &c. manifeste se trahunt, cur fieri non potest, ut eodem modo, quo illa se trahunt, ita similiter medicamentum aliquod trahat humorem aliquem? Profecto quemadmodum à magnete expirat aliquid continuè aptum movendo ferrum versus magnetem; non autem movendo lapidi, aliisve corporibus; quid prohibet, quo minus possibile sit, dari medicamenta, quorum expiratio possit versus eadem movere non hunc, sed alium humorem? Et obstat quidem experientia in medicamentis, qua nempe patet, rhabarbarum ex. gr. etiam ad contactum bilis positum extra corpus, ne minimum quidem ipsam extra suum locum movere, adeoque quanto difficilius eam ad se trahet intra corpus, ad cuius contactum non perducitur, verum longe ab ea sistitur. Sed forte illæ sunt conditiones intra corpus, quæ vim rhabarbari roborent, faciantque ut tum tantum ab ipso expiret corporis bilem ad se moventis, ut ipsam loco movere possit, & ad se trahere; cum tamen in aere libero, & extra corpus, cum conditiones illæ desint, tanta collectio halitus haberi nequeat; profectò in magnete constat dari ejus portiones aliquas, quæ nihil planè trahant, quousque nudæ sunt; trahant autem plurimum statim, ac chalybe armantur, quod non aliunde provenit, quam à simili collectione magnetici spiritus. Quis igitur scit, an viscerum, & membranarum involucria, & calor se habeant ad medicamenta, & eorum vim, ut se habet circumpositio chalybis ad magnetem, atque inde fiat, ut intra corpus suos humores trahant, extra non item? Posita igitur illa tractionis natura, ut corpus trahens immittat corporeum aliquid ad usque tractum, videtur non ita ridiculum saltem suspicari, num etiam in medicamentis tractio detur: licet tamen facultas tractorix hunc in modum accepta, & explicata daretur in medicamentis respectu humorum, assero, eas tamen esse conditiones in corpore, ut minus facile à pluribus medicamentis exerceri posse videatur. Esto enim, & detur ejusmodi facultas tractorix in medicamentis; ad hoc igitur ut intra corpus exerceri possit, & extra ipsum derivare humores cujuscunque medicamenti tractioni proprios, oportebit, ut ex medicamentis traducatur corporeum aliquid ad usque humores tanti momenti, ut eosdem humores ubilibet positos movere versus medicamentum possit, eosque per membranarum poros exprimere, & superare resistentias omnes, quæ ejusmodi motui contrahuntur. Trahendi igitur humores vel sunt alicubi quiescentes, & liquidi, hoc est nullo negotio mobiles, vel alicubi quiescentes, sed compacti, & quasi duri, seu difficile mobiles, vel per canales fluunt liquidi similiter, & se juncti ab aliorum particulis, vel tenaciores, aut coherentes cum particulis reliquorum, & quomodocumque se habeant, vel sunt,

aut fluunt in parte proxima medicamento trahenti, vel in remota. Sint primò quomodolibet, sed in remota: quis admittet, tantam inesse vim exilissimæ quantitatis caput purgii ex. gr. alicujus, ut hoc ipsum intra ventriculum, aut intestina constitutum possit sua facultate pertingere ad usque caput ad distantiam nempe ulnæ florentinæ, ad cujus distantie mensuram ne validissimi quidem magnetes etiam armati vim suam tractoriam extendunt? Adde, deductionem illam à capite ad intestina fieri non posse, quin humor tractus transeat per quicquid est vasorum, & membranarum à capite ad intestina usque, quæ est resistentiarum multitudo maxima, & maxime vivida, cum ad poros singulos subsistere cogantur humores, & sui momenti amittere aliquid; insuperque cum humores crassi sint corpora non minimæ crassitie, nec maximi impetus, abripi, atque agi transversè possent, dum transfluunt per vasa sanguinis, & vim tractionis frustrare. Licet enim sanguini permitti deduci deum possent ad vasa intestinorum, ubi propter trahentis viciniam extra poros venarum virtute ejusdem trahentis duci, asserere quis posset, obstat huic operationi, ac motui, quod mox exponemus de humoribus trahendis, cum fluunt per canales, insuperque tractione non erit opus, si circa intestina sit glandula, quæ humorem similem illi, qui trahendus supponitur, naturaliter separet, cum hujus ipsius etiam separationi apta sit. Neque ejusmodi prima dimotio à capite fieri facile poterit per attrahens, quando humor ibi coercitus est, licet liquidus, cum superari debeat ingens resistentia coercentis, neque cum est, compactior, & durior, & quiescens ob similis, aut majoris resistentiæ impedimentum: & si fluat intra vasa, frustra, aut fictitia est tractio à capite ad usque intestina per quascunque vias facta, cum humor expurgandus fluens cum sanguine brevi à capite deducatur in canales per intestina distributos: quæ singula quoad difficultatem trahendi, cum insignes resistentiæ superandæ sunt, quanti momenti sunt, patet exemplo magneticorum, à quibus ferramenta detenta manibus, fixa, vel quomodolibet impedita non trahuntur. In parte igitur remota constitutus humor, quomodocumque se habeat, minus facile videtur attrahi posse, etiamsi in adhibito medicamento supponatur vis trahens. Sit igitur in parte proxima, & sit aut liquidus, sed coercitus, aut compactus, & quasi durus: ut igitur uterque moveri possit, erit in liquido quidem superanda resistentia coercentis; in duro verò resistentia compactioris, & hæc à medicamentis diu detentis ad contactum, & cohesionem partis fortasse protractione temporis possunt contingere; sed aliunde oritur scrupulus. Quæ medicamenta diu detinentur ad contactum corporis in ea parte, in qua quiescit humor, sive liquidior, sive durior, sunt unguenta, emplastra cerata, cataplasmata, & hujusmodi; hæc autem nihil extra corpus trahunt; sed humores ad suppurationem perducunt, qui vel erodunt cutim, eamque percurrunt, vel si id facere non possint, sectionem exigunt, vel eosdem humores ita tenuant, ut perspirando resolvantur; in iis igitur medicamentis, quæ diu ad contactum partis ab humoribus expurgandæ detinentur, vis tractorix locum non habet: reliqua igitur medicamenta, quæ minimo temporis intervallo ad eundem contactum detinentur, vi tanta trahendi pollebunt, ut resistentias illas brevissimo tractu temporis superare possint, quas alia non possunt, licet per longissimum tempus vim suam exerant in easdem. Etiam si igitur humores sint in parte proxima medicamento trahenti, & sint quidem liquidi, sed cohibiti, vel compactiores, & quasi duri, minus facile trahi posse videntur extra corpus à medicamentis etiam diu in tractionem nitentibus, nedum ab aliis nitentibus per brevissimum spatium. Sint igitur humores trahendi, & proximi

medicamento, & non quiescentes, sed fluentes per canales; resilientia igitur superanda per tractionem in medicamento mensurabitur à resilientia, quam patietur trahendus humor, dum ducitur per membranas poros, & à momento cohesionis cum humoribus reliquis: si igitur humor trahendus solum permisceatur humoribus reliquis, resilientia superanda erit minor: si cohaereat, major, & diversimodè major pro diverso momento cohesionis; erit igitur eum in hoc casu respiciendum ad has resilientias, comparandaque occasus ad membranas poros cum vi trahente: neque enim ille est minimus, & proinde additus resilientie majoris, aut minoris cohesionis momentum componet superandum à vi trahente, quod satis in legem illius trahentis facultatem exiget, & hanc admittere in tantilla mole medicamentorum non erit ita totum, si cum magnis, & validis etiam magneticis conferantur, quæ fortè minoribus resilientiis cohibita ferramenta loco non movent. Sed adhuc majorem difficultatem tractionis facit fluxus, qui in humoribus supponitur. Quoniam enim humor trahendus fluit per directionem canalium sui, ut autem ducatur extra ipsum vi tractionis ad superficiem ejusdem canalium operantis, necesse est, ut versus eandem superficiem moveatur, hoc est moveatur transversè; momentum igitur transversum motus, nempe momentum tractionis, ad hoc ut humor per canales suos extra ipsos trahi, ac derivari possit, majus sit oportet momento velocitatis, qua idem humor per longitudinem canalium fluit; secus enim, nisi ejusmodi transversum momentum majus esset, humor trahendus ab humore profluente, seu momento velocitatis per longitudinem canalium per longitudinem ipsam abiret, nec permetteret humori transversum effluxum. Non solum igitur resilientia occursum ad membranas, & cohesio cum humoribus proximis superanda est à tractione, cum trahendi humores fluunt; sed ipsum etiam momentum fluxus, quod sane momentum nisi subito superetur, poterit abripere secum humorem, cæteroquin trahendum, ipsumque ita abducere à trahente per longitudinem canalium, ut ad illam distantiam vis tractionis non operetur. Uterius si humor trahendus non sit positus ad superficiem canalium, sed ipsius partes medias occupet, vis fluxus inibi erit major, adeoque majori opus erit momento tractionis, quod adhuc alio de nomine sit majus oportebit, quantum scilicet requiritur ad perducendum humorem illum à medio canali ad usque superficiem ejus, in quo motu plures, & validas resilientias patitur, oportet, cum debeat excurrere inter duas quasque partes permistorum humorum, & inter eorum angulos, scies, superficies sibi viam aperire, quod nemo non videt, quanti negotii, atque momenti sit. Fortè autem huic facto adjuventi aliquid ferre potest circuitus sanguinis, qui pluries, ac pluries resiliens per canales eosdem facere potest, ut quæ partes in aliquibus circuitibus medium alicujus canalium occupant, & in aliis fluant ad superficiem ejusdem. Utinamque autem hac de re sit, satis patere videtur ex reliquis, etiam posita tractione in medicamento, non ita facile à plurimis eorum, cujusmodi sunt, quæ non per longum tempus ad contactum partium persistunt, exerceri posse, & in illis etiam, quæ diu detinentur ad contactum, non esse ita certam tractionis operationem. Patet itaque propositum.

IX. Quocumque ex his modis præter stimulum, & tractionem medicamento opera humor vitiosus extra corpus derivetur, in ea de operatione medicamentum nullas alias habet partes, quam ita disponere humores, aut glandulas, ut dum per ipsas fluunt, secreti, & amandari possint: ipsa autem derivatio est consuetum opus, & naturale singulis glandulis. In stimulis verò potest per vim contractionis, & præstans

exprimi, ac derivari per exsudationem aliquid è liquidis confluentibus, eritque illa derivatio medicamento magis propria, quod ipsum poterit contingere per vim trahentem. Hæc autem omnia ex præmissis se patent; quocumque enim modo ex demonstratis, exceptis tractione, & stimulo, medicamento opera humor vitiosus extra corpus derivetur, id sit, vel quis generatur apta glandula, vel aliqua ex naturalibus apta derivationi redditur, vel mutatur, aut temperatur velocitas cohesionibus, aut hæc ipsæ tolluntur, aut ponuntur. Postquam verò medicamentum præstitit hæc, aut horum aliqua, nihil conducit ulterius ad secretionem, & derivationem humoris, sed ipsæ glandulæ consueto, & naturali sibi more humorem illum segregant, atque amandant, adeoque medicamentum in derivatione humoris vitiosi aliquo ex datis modis comparata nullas habet partes præter eorundem humorum, & glandularum dispositionem aptam; ipsa vero secretio, & derivatio est opus consuetum, & naturale singulis glandulis. At verò cum per stimulum plurimum humoris ad partem stimulum confluat, valideque prematur, & per pressionem membranas pori laxentur, fieri illa laxatio tanta potest, ut vitiosus humor non per glandulas, sed per ipsos poros exprimatur; actum illa expressio, ac derivatio extra corpus erit medicamento magis propria, cum ipsius facultas stimulans sit, quæ confluxum copiosi humoris ad eam partem exigit, & vidam villorum contractionem, ex qua pressio, & laxatio foraminum, Quod verò hic de stimuli operatione supponimus, patet ex superiori doctrina stimulorum. Similiter si medicamentum per tractionem operetur, derivatio humoris vitiosi extra corpus esset ejus maxime propria; immò ipsius unice propria in hoc solum casu; tractio enim ne stimulum quidem supponit, qui exigit necessariò majorem affluxum liquidi ad locum stimulum, & majorem contractionem, ex quibus oritur major, & valida pressio, & ex hac demum laxatio foraminum, & expressio, ac derivatio humoris; applicatio autem solius vis trahentis evocat, educitque humores è canalibus per poros membranas absque ulla cujuslibet alius facultatis opera; quare patent ex se ipsis omnia.

X. Quocumque ex his modis præter tractionem vitiosus humor derivetur extra corpus, necessarium non est, ut inter reliquos præextiterit, qualis derivatur; præextitisse tamen in humorum massa, qualis derivatur, asserendum est, si medicamenta operantur per eam tractionem, quæ circumfertur. Nihil aliud sensu patet post medicamentorum operationem, quam derivatio alicujus liquidi extra corpus, quod proinde liquidum à medicamento quomodolibet operante extra corpus derivari, merito asserimus. At vero illud liquidum, quod medicamento vi extra corpus ducitur, intra idem præextiterit, quale amandatur opera medicamento, hoc sane sensu non patet: neque solum sensibus ignotum est, verum insuper, si rationis momentum est attendendum dubitare jure possumus, num quod derivatur, fuerit sub alia specie intra humorum massam, & medicamento vi quocumque ex modis expositis præter tractionem operantis mutetur in humorem ejus generis, cujus esse dicimus, cum excernitur. Et sane cum ex hæcenus ostensis, quocumque modo operentur medicamenta, debeant cohesionem tollere, vel ponere, vel utrumque præstare, aut inter solida, aut inter liquida, aut inter utraque; igitur in quocumque ratione operandi per medicamenta continget solutio, & compositio aliqua in liquidis, aut solidis, aut utrisque. Et fieri quidem potest, ut solutio, aut compositio, quæ contingit, è solummodo spectet, ut humor vitiosus præexistens, qualis excernitur, fiat separabilis, & derivabilis extra corpus, & solu-

solutiones illas, aut compositiones exigat, ad hoc, ut liberari à cohesionibus partium contingentium, & expurgari valeat; sed quia fieri etiam potest, ut per ejusmodi solutiones, & compositiones generetur humor, qui is ipse sit, qui expurgatur, (cùm omnis generatio sit solutio, & conjunctio) hinc dubitare merito possumus, ac debemus, num qui humores medicamentorum opera extra corpus ducuntur, præxiterint intra ipsum, quales excernuntur, an eorundem medicamentorum vi solvente, ac componente totam humorum massam in novam habitudinem generetur ille, qui expurgatur. Esto igitur talis partium humores omnes constituentium compositio non naturalis, quæ eorum universam molem, aut aliquam partem, aut partem aliquam solidam à naturali statu deflectere, & ægrotare cogat; per observationes autem didicerit Medicus, ejusmodi non naturalem liquidorum, aut solidorum habitudinem medicamenti opera humorem quendam à corpore ducentis tolli; medicamentum autem nihil aliud in liquidis illis, aut solidis mole habentibus facit, quam ablationem, & positionem talium cohesionum in humoribus singulis, ut per illas apte singuli compositi sint, & in statu naturali, idemque contingit in solidis. Dum autem medicamentum naturales illas cohesiones molitur, producit humorem quendam, qui vel per expressionem, & exudationem, vel per veram separationem in glandulis extra corpus derivari possit: manifestum est, Medicum ad pauca res icientem, cùm viderit humoris expurgationem medicamenti usui succedentem, & ex his humorum, aut solidorum reductionem ad naturalem statum pronuntiatum, ab eo humore intra corpus præexistente, qualis educitur, pependisse statum non naturalem corporis, cùm tamen ille, quatenus talis, nihil partem fortasse ea in re habuerit; sed tota res sita fuerit in non naturali liquidorum, aut solidorum compositione, qua per medicamentum ad naturalem statum redacta producatur ille humor, qui excernitur antea non existens, qualis redditur: quod equidem cum pateat esse factu possibile, manifestum est, non esse necessarium, ut quocunque ex modis superius expressi medicamenti opera humor vitiosus extra corpus derivetur, intra ipsum præxiterit, qualis excernitur. Si autem velis plurima, ea que elegantissima, & maximi momenti argumenta, quibus evincitur in genere, necessarium non esse, ut qua educuntur ex compositis alicujus agentis opera, in eisdem præxiterint, qualia educuntur; sed talia generari posse opera ejusdem agentis, ad Robertum Boyle in Chymista Sceptico parte ejus præcipue secunda. Quoniam verò tracto fieri supponitur inter similia, & idem medicamento hunc, aut illum humorem trahere dicuntur; qua hic, aut ille humor actu similis est huic, vel illi medicamento trahenti; cùm igitur medicamenta operari supponuntur per tractionem, ex hac ipsa positione tractionis non nisi in simile actu existens vim suam exercentis, evincitur, asserendum esse, quoties medicamenta per tractionem derivant extra corpus humorem aliquem, hunc præexistere debere intra ipsum, qualis excernitur; secus enim tractio nullius esset effectus, cum illa non agat, nisi in simile actu existens; quare patet quod proposuimus.

XI. Si vera sint, quæ à plurimis Chymicis asseruntur, posse à medicamentis purgantibus vim stimulantem auferri salva interim purgandi facultate, multo minus molesta, & multo magis tuta esset purgatio; licet autem vis stimulans tolleretur salva purgandi facultate, adhuc tamen semper cum gravibus mali suspicionibus conjuncta purgatio. Et si videtur audax sorsio, quæ fit à pluribus Chymicis, notum scilicet ipsis modum, quo à medicamentis solven-

tibus auferri possit vis dolorem excitans, seu stimulans, absque eo quod amittant solvendi facultatem; neque enim ratio movendi corpus in sola medicamentorum facultate absolute continetur, sicut nec ratio, qua quid dolorem excitat: sed utraque facultas refertur ad humores, & ad fabricam nervorum, & corpus, pro quorum diversitate fieri potest, ut etiam illa, à quibus arbitramur ablatam facultatem dolorificam, dolorem pariant, unde non videtur, nisi minus tute pronuntiatum, posse ejusmodi facultatem absolute tolli à medicamentis solventibus, ita nempe, ut à quocunque, & quocunque tempore, ac loco sumantur, absque ullo stimuli sensu operationem suam, & vim exerant. Etsi, inquam, ejusmodi promissio videtur audacior, tamen ut hoc etiam concedatur Chymicis, illud asserimus, sublata à medicamentis stimulantibus facultate, salva vi altera purgatrice, esse quidem purgationem multo minus molestem, magisque tutam, adhuc tamen semper esse conjunctam cum gravibus mali suspicionibus. Et quidem multo minus molestem futuram purgationem, patet; deesset enim dolor, qui à vi stimulante producit. Multo autem magis tutam, patet primò ex doctrina stimulem, qua constat, partes solidas etiam à stimulo plurimum moveri, concuti, atque dissolvi, ex quibus solidorum partium concussionibus, solutionibusque quid non mali timendum est? Similiter agitationes, dissolutiones, mutationes contactuum, violentiæ, expressiones liquidorum à stimulis pendunt; ut in eadem doctrina exponitur, ex quibus pariter ibidem patet, quantum periculi imminere possit, adeoque sublata à medicamentis vi stimulante, horum omnium malorum causa cessabit, eritque proinde magis tuta purgatio. Quia tamen ex his, quæ per totam hanc dissertationem de medicamentis exposuimus, patet, à medicamentis, non quatenus vi stimulantibus præditis, sed solum quatenus derivantibus humorem aliquem absque stimulo, poni, aut tolli cohesiones inter liquida, aut inter utraque, & tollere, aut ponere cohesiones idem est, ac dissolvere, in aliam naturam componere, mutare contactus, agitare, &c. quæ necessaria sunt ad tollendam, vel ponendam cohesionem, vel ejus positionem, aut ablationem, necessariò comitantur, aut subsequuntur; patet à medicamentis etiam quatenus non stimulantibus fieri concussiones, agitationes, productiones novas in humoribus, & partibus solidis corporis: ejusmodi autem motiones cùm incertæ sint, & insolitæ, inter tam immensam varietatem possibili in mutationum certum est, plurimas esse debere noxias corpori, cum ipsius naturali statui naturalis illa unica conveniat, (esto, illa latitudinem habeat, nec in individuo consistat: latitudo tamen illa est semper sub eodem genere, & mutationes illæ possibiles sunt toto genere diversæ); adeoque cùm per quodlibet medicamentum veniat corpus quò liquidis, quò solidis sui partibus in motiones nobis ignotas, incertæque, purgatio à medicamentis facta etiam vi stimulante spoliata, erit semper conjuncta cum gravibus mali suspicionibus. Neque est, quod quis existimet, per observationes certo constare, motiones, quæ à purgantibus proveniunt, esse determinatæ, ac Medico notas, certæque; quis enim est in arte medica leviter versatus, qui non viderit, quàm diversa ab eodem purgante à diversis hominibus, immò etiam eisdem, sed diversis temporibus, ac locis assumpto producantur? Cum igitur etiam praxis diversitatem hanc, & nobis ignotas ostendat esse motiones, quæ à purgantibus in corpore proveniunt, patet undecunque, quod proposuimus.

XII. Purgatio esse quidem potest loco venæ sectionis, & si conjungatur cum insigni stimulo, esse potest æquè expedita, ac venæ sectio; sed est venæ sectione semper periculosior, & eo magis periculosa, quò
expedit-

expeditior. Quoniam purgatio ducit humores extra corpus, & illi educuntur è vasis sanguinis, & hujus nomine intelligimus, quicquid in vasis sanguifluis continetur; igitur purgatio minuit quantitatem sanguinis, quam cum & minuat venæ sectio, ejus loco poterit esse purgatio; cum verò purgantia plurima cum stimulo conjuncta sint, & per stimulum fiat valida expressio, atque dimotio etiam viscidiorum summis vasis hærentium, poterit & hoc de nomine esse purgatio loco venæ sectionis, cum & hæc ipsa abripiat è summis vasis. Tum tamen videndum, num humor aqueus, vel quicquid id est maximè liquidum, quod per purgationem excernitur sit tantæ copię, ut reliquos humores reddat sicciore, & illa summis vasis hærentia tam exsiccet, ut dimoveri, atque abripi per vim stimuli non possint: Tamen & in hoc casu esse poterit loco venæ sectionis, quatenus & per ipsam intimè dimoveri potest sanguis, & calidior, & sicciior fieri, nisi quòd sanguinem à purgantibus dissolvi posse, & miris modis mutari, ac fermentescere, patet ex expositis; immò verò per venæ sectionem mutatio, solutio, fermentatio sanguinis incerta est per purgationem certa. Sed & ex hac certa vi dissolvendi, mutandi, fermentandi, quæ inest purgantibus, patet ita mutari posse sanguinem, ut etiam si per medicamentum non derivaretur extra corpus pars humorum calidior, unde reliqui refrigerarentur; refrigeraretur tamen sanguis à purgante, si ita per ipsam mutaretur, ut sisteretur calor, sicut etiam humesceret absque eo, quòd humor, & humida pars liberior, aut sejunctor fieret à siccis, vel absque eo quòd illa expurgarentur, si per fermentationem, aut solutionem à purgante factam sicca etiam funderetur, seu liquarentur. Tam per stimulum, quam per mutationem humorum potest augeri velocitas sanguinis, quoties illi fiant vel acriores, vel spiritibus copiosioribus, sicuti sola diminuta quantitas sanguinis potest ex præmissis propositionibus reliquo majorem velocitatem conciliare. Esse igitur potest purgatio pluribus de nominibus loco missionis sanguinis, & cum ex doctrina stimulorum pateat, vehementes stimulos etiam subito movere posse corpus, aut non longiori temporis spatio, quam quo moveat, & suos effectus pariat venæ sectio, purgatio cum insigni stimulo conjuncta esse poterit æquè expedita, ac venæ sectio in productione suæ operationis. Quia vero quicquid est suspicionis in missione sanguinis ad solam fermentationem non naturalem, quæ possibilis per ipsam est in reliquo sanguine, redigitur, & hoc uno de nomine periculo non vacat; si igitur hujus mali suspicionem careret purgatio, illa potius adhibenda, quam Venæ sectio, cum purgatio cæteroquin ejus loco esse possit. Sed res è converso se habet; suspicio enim illius mali à missione sanguinis est suspicio rei possibilis, non tamen necessariò provenientis, aut necessariò conjunctæ cum qualibet missione sanguinis; in purgatione autem necessarium semper est, ut superius ostendimus, sanguinem solvi à naturalibus cohesionibus, seu recedere, & dimoveri à sua compositione; in purgatione igitur periculum erit certum, in venæ sectione dubium, hoc est, erit purgatio venæ sectione periculosior. Cum verò per stimulum augeatur vis cohesiones mutans, si purgatio conjuncta fuerit cum dolore, seu vi stimulante, eo erit periculosior, quam venæ sectio, & cum per stimulum sit expeditior, erit purgatio semper venæ sectione periculosior, & eo magis periculosa, quo expeditior, quare patet, quod proposuimus, Hæc igitur de medicamentis, sub quorum nomine cum comprehenderimus omne medicamentorum genus, quod è corpore derivat humorem aliquem vitiosum, undecunque illa derivatio contingat; derivent autem etiam, quæ per extrinsecam im-

positionem suppurant; quæ salivam movent, ori, aut faucibus imposita; quæ cutem inungunt; quæ vomitum; quæ alvum ciunt; denique moventium aliorum de medicamentorum omne genus, patet, eorum singula quousque esse possint loco venæ sectionis, & qua ratione derivationes suorum humorum extra corpus præsentent. Sant autem singula, quæ in propositione recensuimus, breviter percurranda, & quæ sunt singulis propria, ex generali exposita medicamentorum doctrina paucis ostendenda. Itaque

Cerata, emplastra, linimenta, unguenta, cataplasmata, & quæcunque applicata cuti humores sub ipsa collectos ad suppurationem perducant, digerunt, concoquant, resolvunt, etiam rationem stimuli nihil hic attendendo, quem plura ipsorum habent, vel habere possunt conjunctum, aut cum applicantur, aut cum divelluntur, subire cutem poterunt suis partibus aqueis, oleagineis, aut spiritibus, dummodò tamen horum singula non sint ita in ipso applicati corporis composito tam illigata, atque coercita, ut neque ex se ipsis, neque per pressionem medii possint intra cutem adigi, vel non sint tantæ tenuitatis, ut vis caloris ambientis, atque pressionis illas partes aqueas, oleagineas, aut spiritus hinc illuc agitare, & extra applicatum corpus facilius evaporare faciat, quam intra cutem penetrare. Ex hæc agitatio, & evaporatio per aërem faciliè contingere poterit in iis applicatis, quæ sunt maximè liquida, ut fomenta, epithemata, & hujusmodi; illa verò suppressio, & illigatio in emplastris, & ceratis sicciorebus fieri ita poterit, ut partes cæteroquin penetraturæ, si libere essent, non possint superare resistentiam, quam undecunque patiuntur à partibus crassioribus, tenacioribusque motum, & diffluum impediuntibus. Nisi igitur hæc impedimenta, & mala vitentur detinendo diutius emplastrum &c. ad contactum cutis, ipsumque removendo, ita ut quæ paucæ partes emplastri primò moliantur penetrationem, per diuturnitatem temporis, ac novam applicationem à paucis aliis continuè succedentibus urgeantur, quousque demum aliqua saltem subeant, operatio ejusmodi medicamentorum exteriorum applicatorum pendebit vel à suppressione caloris perspiraturi, qui ex superioribus, si detineatur intra aliquod corpus, quod per additionem illius caloris fundi, digeri, concoqui, suppurari possit, humorem sub cute detentam removebit, vel à suppressione aliorum corporis à calore universi, &c. quæ ex superioribus pateat. Humor autem sub cute resolutus poterit expurgari per quamcunque partem corporis, aut evaporando per totam cutem, prout in illa resolutione mutatur in aliquid perspiratione evaporabile, vel amandabile per glandulas salivæ, urinæ, bilis, &c. Similiter

Inunctiones mercurii, & iis similia eodem modo operari possunt, & licet exterius applicata movere humores, vel fluentes, vel quiescentes in quibuscunque imis partibus corporis, vel quia ipsæ penetrant, vel quia aliquid supprimatur, vel quia quæ expirant immutantur ad usque humores, vel quia quæ meant, ac remeant, mutandi vim secum asportent ab applicato corpore; dum per ipsum intra cutem aguntur; & in omnibus, quæ exterius applicantur, steri quidem posse patet, ut moveantur, atque expurgentur humores, à quorum expurgatione succedat salus; non tamen inde deducendum, medicamenti vim rectè à cute, ubi medicamentum ipsum applicatur, ad partem affectam trajici, nec ad alias partes corporis derivari; sed ad illam solam, in qua suppuntur coercitus humor vitiosus. Primò etenim cum à cute ad profundam aliquam partem plurimum altitudinis medium sit, in qua innumere arteriæ, ac venæ continentur, fieri non poterit, ut vis medicamenti, antequam ad profundam illam partem deveniat,

niat, vasa sanguinis non subeat, intra quæ statim ac derivata est, fieri poterit, ut transversè agatur à præterfluente interim sanguine, & cum ipso per vasa omnia ducatur, quousque demum fluat etiam per canales illos, ad quos, vel intra quos humor noxius contineri supponitur, ac demum inibi suam operationem exerat. Itaque cum ista contingent, satis erit, si applicari illius remediis vis tantillum penetret superficiem corporis; statim enim vasa sanguinis occurrunt; ex superioribus verò fieri & illud poterit, ut ne tantillum quidem medicamenti ad affectam partem cum sanguine derivetur, sed statim ac tantillum illud penetravit cutem, & sanguinem subit, totum sanguinem subito sic immutet, ut vim medicamenti concipiat, adeoque partem affectam restituere sanitati possit, quod si coniungat, fieri poterit, ut remediis vis brevissimo temporis spatio operatur, prout vis trahenda intra cutem, ejusmodi tractionem subito facere potest, & aptam similiter subitam mutationem sanguinis. His autem factis noxius humor liquatus, in fluxum actus, & separationi intra glandulas subeandæ aptus in eis seceretur, in quibus poterit, effluere per salivam, sudorem &c., non quia medicamentum illud ducat per glandulas salivales, cutaneas &c.; sed quia præexistens humor est naturali salivæ, aut sudori similis, vel quia, nisi præexistit, à vi medicamenti productus est is, qui possit per ejusmodi glandulas, non per alias separari. Per itaque ratio est de

Sudorificis cujuscunque generis cuti applicatis, sive nempe liquidæ formæ, sive emplastris, ceratis, &c.; eisdem est enim operandi ratio, & non ideo applicantur cuti, quia ad cutem ducant (tractionem enim, cum minus facilem, possibilemque ostenderit hic non curamus, & stimulum pariter prætermittimus, cum de vi ipsius superius, hic verò sermonem habeamus de sola vi movendi absque ulla vi stimulative), sed ideo per cutis glandulas ducant, hoc est, sudorem moveant, vel quia humor, quem movere possunt, præexistit sudori similis, vel quia ipsorum vi talis oritur, qui sit pariter similis naturali sudori. Sed eadem ratio, ac modus operandi est in sudorificis etiam interioribus applicatis, puta per os assumptis, & in ventriculum actis, hoc solum discrimine, quod penetratio medicamenti in vasa sanguinis est multo facilior duplici de nomine, primò quidem quia pellucula succingens superficiem ventriculi, & intestinorum, sub qua vasa sanguinis statim occurrunt, multò tenuior est, quam cuticula, & cutis, & multo laxior, hoc est, multo facilius distractibilis, & in ampliores poros diducibilis; insuperque calor non est liber, ut in aere ad cutem fuso, sed intra eorum viscerum cavitates quodammodo cohibetur, hinc illuc vagans quidem; sed si ab altera superficie erumpit, incidit in oppositam quam subiens rursus vasa sanguinis penetrat, & si quid secum vehit, hoc ipsum derivat in sanguinem, ipsique permiscet. Itaque quæ sudorifici vis, si exterioribus applicaretur, posset per calorem æris ad exteriora corporis abripientis, vel ipsa ex se expirans, & promota ab expiratione corporis per aërem dispergi absque eo, quod sanguini misceretur, per os assumpta facilius in vasa sanguinis derivari poterit, & cum reliquæ operandi rationes etiam intra viscera haberi possint, patet, idem esse ratiocinium de sudorificis interioribus adhibitis, ac de applicatis exterioribus, & illa similiter ducere sudorem, hoc est, humorem per glandulas cutis non alia de causa, quam quæ exposita est. Sed & ex his patet

Diuretica applicari posse ubilibet, dummodo humores movere per renes valeant qualibet ratione expositis. Quod si ipsa etiam diuretica reddi per urinam debeant, & de facto reddantur, ipsa corpus penetrent, oportebit, & de iis quidem quæ exterioribus

plicata reddi per urinam possunt, actum est, ubi de balneis; ea vero, quæ per os assumpta redduntur per urinam, trahici in vasa sanguinis possunt duplici de nomine, hoc est per viam duplicem, per lacteam scilicet oscula, & per poros membranarum, quod manifestum est, & utrique hi canales, vel immixtura patere poterunt tam puris aquis, quam aliis partibus etiam crassioribus. Et poros quidem tam diduci posse, ut per eos detur exitus crassioribus etiam partibus, patet, quia ligatis, aut compressis venis exsudat lymphæ, viscidus, seu crassus humor, per suctum ducitur sanguis ad usque summam cutem, pus agitur in membranas pulmonum; lacteam autem oscula admittunt chylum, quo nullus humor in corpore crassior excepto vesiculo seminis. Hinc igitur fiet, ut per urinam reddi possint diuretica ipsa, quamvis crassiora, & urinæ infici coloribus, atque imbui odoribus diureticorum, rhubarbari, cassiæ, allii, asparagorum, cæpæ albæ, & hujusmodi; & hæc contingent quoties diuretica erunt illius naturæ, ut etiam per plures circuitus mutari in sanguinem minimè possint, sed per quamcunque viscerum seriem trahantur, vim, & naturam suam conservent, eo quod in nullis glandulis detur vis, ac velocitas, quæ ipsorum texturam, cohesionemque partium constituentium mutare, ac solvere possit, unde semper ejusdem naturæ persistant, & cum secernt per renes cæteroquin possint, per urinam reddentur, qualia assumpta sunt. Neque id singulare quiddam, aut admirabile naturæ est; neque enim chylus ipse primis circuitibus mutatur in sanguinem; immò administrata venæ sectione ad diversas horas à passu, ut pro diversitate horarum, quibus sanguis mittitur, ex inspectione ejus intelligatur, quid chylo contingerit, postquam sanguis in vasculo quiescit, occurrit in superficie ejus purus purus chyli etiam per plures horas, postquam ex intestinis ipsum esse derivatum in vasa sanguinis, certum est. Vide autem & de his in febris. De tempore verò, quo redditur omne genus aquarum diureticarum, quod videtur plurimis admirabilis brevitas, & multo brevioris; quam quæ sufficiat excursui earum per venas lacteas, ductum thoracicum, &c. patet ex Anatomicis nostris, quid statuendum sit, & quam minimo temporis spatio, nempe multo breviori, quam quo se ipsa reddunt, posse per venas lacteas, & ductum thoracicum, & circuitum sanguinis derivari ex intestinis ad renes sex, octo, duodecim, &c. aquæ libras. Quoniam verò ad excursum hunc aquarum, sive per lacteas, sive per poros intestinorum ad usque vasa sanguinis sive per utrumque hoc genus immixtiorum consequendam, necesse est, ut lacteæ pateant, & membranæ intestinorum sint distractibiles, atque insuper ut tanta vis vigeat in musculis intestinalibus, ut detur etiam aquis subitatis, quò pervadere immixtura illa possint, antequam à vi pressiois abripiantur. Si igitur aut omnia hæc, aut aliquodam, aut aliqua contingant, aquæ etiam maxime diureticæ non penetrabunt ex intestinis in vasa sanguinis, aut lacteas. Sint igitur primò intestinorum superficies viscidis humoribus oblitæ, illi partim obturabunt, partim comprimant utraque immixtura, unde difficilior influxus; quare interim aquæ vel disfluant ad anum, si tanta adsit compressio, vel detinebuntur intra ventriculum, aut intestina, si pressio ab his partibus proveniens sit debilior, vel copia humorum tanta, ut cavitatem etiam intestinorum impleat, atque ita præterlapsam impediatur. Sit secundò stimulus intra intestina; membranæ igitur contrahentur validè, unde pori magis occludentur, & fluxu dilatationi magis resistent, & fluxum per ipsos prohibebunt; sed per has membranas ducuntur oscula lactearum in cavitatem intestinorum; igitur contractis iis membranis etiam illa oscula constringentur, unde

unde & hinc prohibitus influxus aquis: & occludentur quidem, & constringentur eo validius, quòd cum & ipsa sint in cavitate intestinorum, vim stimuli simul cum membrana sentient, unde etiam absque contractione membranæ ipsa ex se oscula in contractionem venient, & quicquid influxum moliretur, excluderent. Ulterius intestinis advolutus musculus hanc ipsam utriusque immixturam contractionem adhuc promovebit; & ipse enim contrahetur validè, & contentam membranam cum osculis lactearum magis constringet, vel faciet, ut ipsa ex se facilius, hoc est magis constringantur, dum suo motu ipsa tradit in cavitate intestinorum, intra quam membrana nititur, dum contrahitur. Interim verò ab hac ipsa contractione musculi fiet, ut velocitas contentorum intra intestina per longitudinem eorundem sit major, hoc est nifus per latera brevioris temporis, hoc est, difficilius derivari quicquam poterit per oscula quæque licet patentia; hæc autem magis occlusa ostensa sunt; igitur multo minus aquæ diuretice intra venas derivari poterunt, cum stimulus in intestinis viget. Sumatur itaque medicamentum aliquod; exeret illud in intestinis sensum aliquem doloris stimulo, vel humores in intestina derivabit, hoc est, obliuetur superficies intestinorum liquidis oscula obturantibus; quare in primo casu per stimulum, in secundo per illitum prohibebitur derivatio ex intestinis in vasa sanguinis. Si igitur postquam primo medicamentum vim suam exeruit, aquæ diuretice superbiuntur, per anum reddentur, & qui lem brevi spatio temporis, cum exitus alio non pateat, & cum adest stimulus, pressio intestinorum subito ad anum tradat: illis autem intestinis poterunt aquæ subsistere, plus minus detineri, prout illitus ille vel impedit excursum, vel si sit lubricus, promovet, aut facit, ut musculus plus minus contrahatur, vel laxando, vel siccando &c. Incertum autem est, citiusne, an tardius excerni per anum possint, prout calidæ, aut frigidæ, gelidæve bibuntur; tam calor enim, frigus diversa ratione possunt comprimere, & celeritatem augere. Nos equidem diureticas aquas etiam gelidas propinavimus, ut per renes redderentur, & reddite sunt non majori temporis spatio, quàm cum calidæ hauriebantur. Quod autem aquis diureticis contingit sumptis post medicamentum purgans, id etiam contingat oportet aquis communibus stillatitiis, decoctionibus, juri, & cuilibet alii liquido, ut patet; oportebit igitur ad hoc, ut aquæ diuretice, per urinam reddi possint, ut intestina sint munda, & naturalis contractionis in suis partibus; hinc feliciter redduntur per renes, cum expurgatum est corpus, nec ante ipsarum potionem potum est medicamentum purgans; hinc verò patet, cur aqua Tettulii, & vehementer falsæ sale communi, etiamsi potæ non potio medicamento solvente, non reddantur per urinam, sed vel per anum, vel detineantur intra corpus; Sal enim ejus generis constringit validè, adedque gerit vicem stimuli vehementis lacteas, poros, & musculum intestinorum validè constringentis, adedque augentis velocitatem per longitudinem intestinorum, & occludentis eorum canalium calices, & si intestina, aut minus munda, & expedita fuerint, aut vis stimuli tanta, ut intestinorum cavitas prorsus occludatur, propter hanc occlusionem aquæ defluxus per anum prohibebitur, vel si hæc desit, detineri poterit à fœcibus intestina occupantibus. Sed adhuc certio fieri poterit, ut per anum non reddatur, si aliqua illius particula, puta aqueæ, & fluxiliores trajiciantur in vasa sanguinis reliquo aquæ composito subsistente in intestinis, quod utpotè fluxilissimarum partium defectu crassius factum, & veluti viscidum hæerere, & sistere poterit ad superficiem intestinorum, dum ad ipsam labitur. Quoniam verò ut aquæ diuretice

ad renes usque deriventur, ipsis præterfluenda est lactearum longitudo, ductus thoracici, atque arteriarum, vel si per poros venas subeant, præterfluendum est aliquid longitudinis venarum, & arteriarum; si igitur aut superficies intestinorum munda non sit, aut excursum per canales reliquos non possit esse liber, puta propter impedimentum, aut intra canales, aut extra ad contactum eorundem comprimens, ad hoc ut diuretica operari, ac reddi possint per urinam, oportebit prius intestina mundare, & impedimentum quodlibet à venis remove: hinc purgationes, & præparationes ante diureticarum haustum, & potio lenientis ante primam potionem cum, vel sine potu aquæ Tettulii, quo intestina mundantur; atque deinde facilis, ac felix fluxus earum per totum corpus, & expurgatio per urinam. Assero jam, etiam in diureticorum usu, atque vi reperiri plura eorum, quæ Venæ sectioni conveniunt; refrigerare enim possunt, atque humefacere, fluxum addere sanguini, ipsum etiam dimovere, sejungere, atque componere agendo suas particulas inter duas quasque particulas sanguinis, vel quantitatem etiam minuere, si fluendo aliquid ab ipso abripiant. Hæc igitur de diureticis interim.

Vomitoria, seu hematica possunt quidem movere ventriculum absque eo, quod ipsa stimulent, & dolorem exciteant; nunquam tamen dari potest vomitus præcipue violentus, & coactus, quin sensus doloris, aut saltem cujusdam, fastidii, & necessitatis in vomitum exciteat. Hic sensus, quo admonemur necessitatis in vomitum, dubium esse potest, num à vomitorio oriatur, an verò vomitorium nullas hac in re habeat partes, sed aliquid aliud sit, quod in vomitum agat, postquam vomitorium absumptum est. Et quidem vomitoria non statim vomitum movent, ac ingestata sunt, nec statim ab ingestione vomendi stimulus, necessitasque percipitur; immò verò longiusculum tempus intercedit non rarò, postquam vomitorium ingestum est, ac tandem vomitur, cum sensu in vomitum agente, eoque vomendi actu, ac necessitate cessante, quiescit planè stomachus non à suo nifu solum, sed à quocunque sensu molestiæ, fastidive, ne dum doloris. Postquam verò ita se habuit diutulè, rursus invadit vomendi stimulus, vomiturque denuò, denuò sit quies, atque ita deinceps tertio, quarto, & ex ordine ulterius per intervalla sit vomitus, sensusque fastidii, mox quies, & nullus molestus sensus. His autem positis; quoniam quomodocunque operentur vomitoria, necessarium non est ex superius demonstratis, ut ventriculum moveant, eo quod ad ipsum trahant humores noxios, sed satis est, ut eos humores pariant, aut fecernant, qui non id aliis glandulis expurgari possint, quàm in iis quæ sunt in ventriculo; igitur etiam sine stimulo poterunt in cavitate ventriculi humores noxii derivari, quoties vi vomitorii tales fuerint, ut in ejus glandulis, & non in aliis fecerni possint. Sint jam ejusmodi humores tantæ copiæ, ac tam fastidiosi, ut vel cum in cavitate ventriculi derivati sunt, vel cum adhuc sunt in glandulis, eorum vi stimulant cogatur ventriculi musculus validè contrahi. Ex iis igitur, quæ de vomitu commentati sumus *propositione 18. & 19. secundæ partis de respiratione*, vomitus succedet, qui succedere tamen non poterit ex ibidem ostensis, nisi cum materies alicujus molis, & quantitatis est. Itaque in hoc casu fiet vomitus, & vomitus cum sensu molestiæ, qui sanè sensus esse etiam poterit maximè intensus, & cujuscunque summi doloris, prout humores excernendi erunt plus minus acres, magis, minusve stimulant; in hoc tamen vomitu nullas habebit partes vomitorium, cujus unica operatio eò solum pertinuisse poterit, ut produceretur, vel fecerneretur à sanguine talis humor, qui esset stimulant, & expurgabilis per solas glandulas ventriculi. Quia verò tantâ

quantitas

quantitas humoris, qui possit reddi per vomitum, non potest concervari in puncto temporis; antequam igitur vomitus provocetur, & sensus instantis vomitus fiat, oportebit, tantum temporis excurrat, quantum requiritur ad concervationem quantitatis, quæ stomachum movere possit, adeoque per totum illud spatium temporis, quo illa quantitas cumulat, quiescet, & bene se habebit ventriculus. Ea vero cumulatâ jam rursus molestia afficietur ventriculus, & in vomitum rursus veniet, unde datur alterna quies, & alteratio ventriculi, quousque vomitorium intra sanguinem quomodocunque agens, omnem vim suam consumpserit, & à secretionem, aut productionem vomendi humoris destiterit. Dabitur igitur modus possibilis, quo vomitoria agant, & moveant stomachum, absque eo quod ipsa ventriculum stimulent; quo dato patebit etiam, cur vomitoria plurima moveant stomachum, non intestina, & alvum, idque fieri poterit, quoniam humor extra corpus derivandus secerni potest non in glandulis intestinalium, sed in glandulis ventriculi, adeoque non hæc, sed illud in contractionem agit. Adde his videri cupiam posse verosimile, si vomitoria agerent per stimulum, debere cessare vomitum post unam, aut alteram ejectionem, præcipue cum illæ sunt violentæ, & copiosæ; vis enim stimulans, nempe vis vomitorii sistitur ad superficiem ventriculi, à qua quis credat non abripi, ac divelli per vim vehementis, & copiosi vomitus totum ventriculum exprimentis undique, & abluentis, abstergentisque penitus allapsu vomendi humoris? Affero tamen, fieri posse, ut etiam operantibus vomitoriis per solum stimulum hæc omnia contingant, licet etiam in primo vomitu quicquid est medicamenti intra ventriculum, per os reddatur. Sit enim vomitorium tale, ut aliquo temporis ad sui dissolutionem exigat ad hoc, ut ita titillare nervos ventriculi possit, ut in istis excitetur sensus doloris, per totum igitur illud spatium temporis, quod ad solutionem illam vomitorii, postquam assumptum est, requiritur, nihil doloris, aut dispositionis ad vomitum sentiet ventriculus; ea autem peracta jam sentiet, & in primum vomitum veniet, & ab eo primo vomitu reddi per os supponatur, quicquid hæmetici in ventriculo continebatur. Quoniam per stimulum villi contrahuntur, & ejus contractionis, ac concussionis sensus est sensus stimuli; quo igitur minus concutientur, & contrahentur, eo erit minor sensus, & debilior molestia; in illa autem contractione maxima sit expressio, & exsiccatio villorum; quo igitur illa magis prohibebitur, eo etiam magis sensus stimuli supprimetur. Per primum igitur vomitum abripiatur quidem hæmeticum à ventriculo, sed affluxu humoris vi stimuli in ventriculum confluentis ita humescant ejus membranae, ut ad naturalem statum, mollioremque redigantur: quousque igitur in eo statu perseverabunt, neque siccitas earum, neque expressio, neque contractio dolorem pariens generari poterit. Sensum autem absumatur illa humiditas adhuc perseverante nisu in contractionem, quem à vi stimuli villi conceperunt. Sensum igitur contrahentur, quousque tandem sensus doloris excitabitur, concussio, contractio, & expressio valida, unde rursus confluxus humorum in ventriculum, vomitusque; sed interim humefactio membranarum, à qua doloris suppressio, donec rursus exsiccata illa humiditate excitabitur rursus dolor cum reliquis. Si igitur hac ratione se habeat vomitorii vis, poterit etiam per solum stimulum movere. Alii etiam excogitari possunt modi; sed minus verosimiles ex hoc ipso, quem exposuimus, videntur; in hoc enim vides, interim villos maxime contractos esse debere ejus facultatis, ut brevissimo tempore possint combibere humorem in ventriculum fluentem, hunc absumendum, & exsiccandum

Tom. IV, Pars II.

esse, & post exsiccationem debere perseverare nisum in eandem contractionem à vi stimuli concepti; cur autem nisus ille non extinguatur, dum humor penetrat inter utrumque nullum? Si deinde concipias, vomitoria esse talia, ut in vomitu non abripiantur è ventriculo, hæc quantæ cohesionis esse debebunt! Si penetrare, & hæere inter duos quosque villos membranæ ventriculi succingentis, cur non exprimentur, ac divelluntur in vomitu, & nisi divelluntur, cor non continet sensum stimuli pariunt, sed solum per intervalla, cum nempe vomitus per intervalla instat? Cæterum inesse vomitoriis vim purgativam sine stimulo, ostendere se afferunt ii, qui vomitoria spoliare se posse contendunt facultate vomitum excitante salva facultate purgandi; quod si verum est, argumentum judico satis evidens ad evincendum, vim vomitoriorum in stimulo non consistere. Utcunque tamen se res habeat, potest vomitorium esse praximum facultate movendi etiam alvum; nec tamen alvum moveat, sed stomachum duplici de nomine, vel quia in intestina (intellige si moveat per stimulum) non devolvatur, sed subsistat intra ventriculum, vel quia etiam, si ex sui natura non subsisteret intra ventriculum, vis stimuli sit tam vehemens, ut convulsio musculi subita occludat janitorem, & totum vomitorium reddatur cum vomitu per os. Quod si non per stimulum operetur, inesse ipsi non poterit hæc vis ducendi per utramque partem, nisi de facto ducat posita eadem vomitorii vi, & quantitate: fieri tamen poterit, ut alia ejusdem vomitorii quantitas etiam alvum moveat; illa etenim poterit separare humores, qui per glandulas intestinalium amandari possunt, non autem poterit altera. Postremo stomachi, & alvi motio facta eodem tempore ab eodem vomitorio non arguit, illi medicamento inesse vim per utramque partem movendi; quod enim per anum ducitur, fluxisse potuit à ventriculo, & quod per vomitum redditur potuit è converso ex intestinis refluxisse. De vomitu plura vide propositionibus superius memoratis in respirationis nostræ secunda parte.

Purgantis per alvum nihil jam habent, quod speciatim addi debeat, postquam per tot de reliquis, & in genere, & seorsim exposuimus; similiter enim purgantia per alvum vel sunt solus stimulus, vel quid conjunctum cum illo, vel sine stimulo prorsus. Illud plane intelligendum, qui humores singulis solutivis tanquam proprii tribuantur, non ab eis duci per similitudinem, cum ductio, seu tractio illa sit minus facta facilis ex superioribus; sed, si verum esset, bilem ex. gr. à rhabbaro trahi, id solum ex eo fieri, quod ea vis est ejus plantæ, ut vel bilem præexistente solvere, vel non præexistente producere, atque ita fluxilem facere possit, ut in glandulis intestinalium, aut jecoris secerni, & derivari in eorundem cavitate valeat, & ejusmodi tractionem humorum medicamenti trahentibus similia non ulla ratione à Medicis investigatam, ac deprehensam, sed sola observatione continua, & diuturna, usque persuasam, sed fallaci persuasionem. Desumpta enim ejus rei argumenta à coloribus, cujus sunt illa, quæ per medicamentum purgans redduntur, & cum ab epoto medicamento flavo, flava expurgentur, à nigro nigra; atque ita deinceps (quanquam neque id perpetuum, ac constans est, neque esse debet) existimarunt, à flavo medicamento, flavos humores trahi, à nigro nigros, &c.; cum tamen magis verò proximum videatur, à flavo medicamento humores flavedine tingendos esse, à nigro nigredine, atque ita de cæteris, ex quo maxime dubium sit argumentum illius similitudinis, & tractionis.

Bechica, seu expectorantia admisceri sanguini, eò usque certum judicabimus, quousque quis ostenderit, patere ipsi liberam influxum à faucibus in pulmones

L 1

pet

per larygem; quod cum nemo habentis præstiterit, nec nos quâ ratione fieri possit, videamus, existimabimus, non alia ratione ab expectorantibus promoveri, & faciliorem reddi expurgationem materię in pulmonibus contentę, quàm quia expectorantia per ventriculum, intestina, lacteas, &c. trajecta demum perungant ad sanguinem, atque pulmones; & in his, aut illo, aut utrisque id præstent, quod requiritur ad faciem ejus materię ejectionem per os, quę intra pulmones congeritur; & si quidem hæc sit crassa, viscida &c. hoc est nimis hærens membranarum, oportebit, ut expectorant sit ejus facultatis, ut liquidius facere, & ab istis membranarum divellere possit; si verò sit tamen soluta, ut undecunque distillat, neque collectim concipere, ac retinere valeat impetum ipsi ab aere communicatum, & excretioni necessarium, sed hæc illac per tracheę cavitatem effundatur, ac distillat velut in guttulas, ut aqua extrusa è siphunculis cum impetu, quę in quadam distantia ab emissario huc illuc dispergitur, & terram delabitur deperdito impetu extrusionis, & proinde semper in cavitates asperę arterię relabatur, antequam deducta sit ad fauces, oportebit, ut expectorans sit ejus facultatis, qua ad cohesionem ducere partes illas possit, crassiores reddere, magisque tenaces, hoc est minus facile distillantes, dilabentesque.

Apoplegmatici, seu caputpurgia cujuscuque generis sint, hoc est per quamcunque partem capitis caput ipsum expurgare dicantur, sive nempe sit Sternutatoria, sive salivam per os, & fauces moventia & ipsa operari per stimulum possunt; immò verò plurima operari saltem non sine stimulo, nemo est, qui non noverit, cum mordeant linguam, aut nares sollicitent sensu quodam acris vellicationis: cum hoc temen sensu, & stimulo possunt etiam conjungi superius expositę alię operandi rationes, ut ex se patet; quare id ulterius non persequimur. Illud solum indicamus, quę dicuntur purgare caput per nares, fauces, aut os, posse quidem, ut mox ostendemus, id præstare, non tamen per vias, quas vulgò ponunt à cerebro per os cribrosum, cum nullus inde pateat humoribus exitus. Quia tamen ratione stimuli villi omnes quatuntur, contrahantur, exprimuntur humores quiescentes, trudi primò potest per eam vim, si quid hæret villis capitis, inde verò, quoniam per os, fauces, & nares plurimum salivę emittitur, vis igitur caputpurgi in sanguinem derivata disponet humores noxios ad eam naturam, quę per glandulas salivales excernitur, adeoque in eas traducta per os, & nares reddetur, & caput per eas glandulas post plures circuitus sanguinis eam noxiam materiam per totum corpus ducentis velut ex accidente repurgabitur ab illo humore, qui in istis glandulis fecernitur, non quia sunt in capite, aut quis ille humor caput offenderet; sed quia talis humor à quacunque parte duceret originem, & cuicumque esset noxius, non potest in aliis glandulis fecerni, quàm in salivalibus, quę sunt in externis partibus capitis constitutę. Quod de apoplegmatis dicitur respectu capitis, idem dicendum de quibuslibet aliis, quę singularum partium propria existimantur.

Repellentia pertinent ad eorum classem, quę digerunt, liquant, resolvunt; humor enim repellendus vel idèò repellitur, quia vis contractionis major à villis exeritur, quod sit vi repellentis stimulantis, vel per frigus, vel per calorem, vel per quamlibet aliam rationem, quę ad stimulos reducatur, vel idèò repellitur, quia liquidius sit, & in fluxum agitur, & reducitur ad superius explicatos alios operandi modos in medicamentis, vel utraque de causa, & ad utrumque reducitur, seu ex utrisque componitur vis operandi, & producendi resolutionem nec quicquam peculiare addendum est. Atque ex his omnibus patet,

singula medicamenta, quę recensimus, quousque similia sint venę sectioni, & quantum hæc cum iis singulis conveniant, & esse singula aut minus tuta, aut minus expedita, aut utrumque, quàm sit venę sectio, & hanc proinde illis præferendam.

Postremò assero; si notum esset aliquod medicamentum, quod in unoquoque morbi genere cerò susteret, aut cerò moveret assumptum per os, infusum, aut cuti quomodolibet applicatum, quicquid in iis singulis movendum est, aut sistendum, ad hoc ut corpus convalescat, tutò prætermitti posset, immò & merito deberet missio sanguinis; sed ejusmodi medicamenta adstruere, & pro certis dividere, atque adhibere non ita certum videtur. Patet prima pars propositionis; cum etenim etiam in missione sanguinis suspicio alicujus mali subesse possit; si igitur daretur medicamentum aliquod, quod ejusmodi etiam suspensionem tolleret, & corpus sanitati restitueret, illud esset venę sectioni præferendum, cum omni mali suspitione carere supponatur, hoc est; venę sectio non solum tuto prætermitti posset, sed merito deberet: cum verò unuscuque morbi expulsiō nihil aliud exigat, nisi ut sistatur, aut moveatur quę sistenda, aut movenda sunt, ad hoc ut corpus bene se habeat; si igitur notum esset medicamentum ubilibet, & quomodolibet adhibendum, quod in singulis morbis susteret, aut moveret, prout idem singuli exigant, corpus tutò convalesceret sine missione sanguinis. At verò hoc ipsum medicamentum cerò nosse, hoc opus, hic dubium est, & periculum maximum; fac enim, medicamentum aliquod alicui aegro adjumento, & juvamento fuisse, quis jure asserere poterit, idem bonum ab ipso producendum in omnibus? Quis novit, in quàm minimis differant morbi, qui judicantur planè idem, aut quis audebit asserere, minima illa nihil facienda, aut ab ipsis nihil mali metuendum, cum vis omnis, & ratio operandi in minimis habeatur? Insuper cum omnis medicamentorum actio in momento consistat, & momentorum diversa qualibet pariat, quis audeat existimare, corpora omnium, temperamenta, ætates, regiones, humorum generales motus, seu intimos quibuscuque particulis proprios esse tam eosdem, ut in omnibus idem medicamentum eisdem possit motiones producere, quę ad sanitatem tendunt, ac necessariae sunt? Quid loquar de mutationibus, quę subire medicamenta possunt per os assumpta, præcipuè antequam deducantur in sanguinem? Vides venenum viperarum, quod si sanguini statim admisceatur, mortem infert, sumptum per os ne minimum quidem mali parit, non alia cerò de causa, quàm quia per os, œsophagum, intestina, lacteas &c. ita mutatur compositio ejus, ut nocera corporis ulterius non possit; quod verò veneno viperarum contingit, quis cerò sciat, atque ostendere poterit, in aliis medicamentis non dari, aut saltem dari non posse, ita scilicet ut eorum facultas immutetur? Et obvium quidem est respondere, venenum viperarum in omnibus hominibus amittere vim venenicam sumptum per os; adeoque mutari eodem modo in omnibus, & tutum esse in omnibus venenum illud procinare: sed ut omitam, generalem hanc propositionem non esse certam, ex eo quòd plures homines, in quibus res tentata est à potu veneno viperę, nihil mali passi sint, nullos proinde passuros, illud confidero, venenum viperę potum non nocere hominibus naturaliter se habentibus, at verò permutato naturali statu corporis, ut in morbis contingit, res sanè alicujus diversitatis esse posse, ut patet. Cum verò mutationes morbosę, etiam si sensibus videantur eadem, possint habere in minimis partibus componentibus mutationes, & diversitates summas, vi quarum medicamenta in diversis hominibus, & in eodem etiam, qui mor-

morbo ad sensum eodem labore, mutantur diversis mille modis nihil certi habere potest Medicus ab observatione desumptum, cui ita fidere debeat, ut pro certo dividat ab ipso sanitatem restituendam. Et sane quæcumque assumuntur per os in statu ægritudinis; per tot partes fluere debeat, antequam ad sanguinem deriventur, & humores tot generum ad easdem partes confluunt, quorum singuli in statu non naturali possunt se habere non naturaliter, ut prodigio simile videatur, si medicamentum per os assumptum in diversis hominibus, aut etiam eodem ad sensum eodem morbo laborante diversissime non alteretur, & vim suam mutet, aut perdat; posita enim velocitate sanguinis non naturali, saliva diversæ erit naturæ plus minus, prout illa velocitas plus minus à naturali statu recedit, illa autem differentia majoris, aut minoris velocitatis sentietur quidem à natura per minima operante; ipsam tamen non poterit distinguere Medicus, cujus instrumenta sunt crassa, ac rudia, cujusmodi sunt sensus omnes externi. Quia verò prout major, aut minor est velocitas sanguinis, diversa etiam corpora cum saliva miscentur, quæ naturaliter ipsius compositionem non ingrediuntur, vel quæ naturaliter ipsam componunt, magis solute, ac liberæ, & operativæ sunt, vel magis illigata, impeditæ, & inertes, & ex his singulis fieri potest, ut saliva admixta aliis corporibus diversimodè eadem alteret, atque immutet, subito patet, humorem salivæ ita vitari, aut immutari posse in statu morbi, ut quod medicamentum ingeritur, mille diversis modis posse mutari, cum admiscetur salivæ in diversis, aut eodem homine, absque eo quod Medicus sentiat, & sensu distinguere possit causam, à qua mutatio illa procedit; cum verò neque rationis vi eo usque possit distinguendo peringere, ut singillatim concipiuntur modi, quibus à majori, aut minori velocitate sanguinis salivæ compositio vitari potest, & qua ratione à singulis illis vitari, & mutari possit medicamentum, patet minus certum existimandum adituere, & dividere, & adhibere ejusmodi medicamenta pro certis. Cum verò in morbo statu non sola mutata velocitas sanguinis humores vitari possit, sed eadem ex se fiat, aut esse possit vitari in quantitate, & qualitate, vides, si omnia hæc vitia, aut aliqua ipsorum simul repertantur in corpore, quot de causis, & quot proinde modis, quorum nulli distingui, & sciri possunt, vitari saliva debeat, ac proinde quot modis similiter ignotis medicamentum possit alterari. Quoniam autem, quod de saliva dictum est, contingere posse patet in humore, qui intra œsophagum, in humore ventriculi, in mucos intestinum; in succo pancreatico, in bile, vides, quot noti sint fontes, à quibus in statu non naturali derivari possunt humores non naturaliter similiter se habentes, & quot proinde de causis mutari possit ignotis modis medicamentum per os assumptum. Quid quod chylus in diversis partibus ductus sui diversi saporis reperitur? An non illud est argumentum evidens, mutati ipsam successivè? Quid si hoc ipsum medicamentum contingat, & quæ erit eorum mutatio, cujus origo repeti debet à tot non naturalibus permixtis humoribus? Quid lympham dicam, quæ in lacteas, & ductum derivatur? An non & ipsa se habere poterit non naturaliter, & medicamentum pro sua diversa non naturali habitudine diversimodè mutabit? Denique & perspirationis materies ad partes hujus incipit, ignotaque mutationis revocanda est, cum in statu non naturali; nec quantitatis, nec qualitatis naturalis esse possit, & medicamentum miscetur, dum per expositos canales ducitur, per quos & ipsa evaporat; res igitur nimis manifesta videtur in his medicamentis, quæ per os sumuntur. Reliqua vero, quæ applicantur cuti, infunduntur, &c. paucioribus quibus

Tom. IV. Pars II.

dem à causis mutationes subire poterunt; sed nullum perspirationis vim evitabit, nec postremo vim illam, quæ à mutatione sanguinis, aut in motu, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in horum aliquibus, aut in omnibus ipsi medicamento inferenda est: hæc autem mutatio, cum plures habeat gradus non in diversis solum, sed in eodem homine etiam eodem ad sensum morbo laborante, nec ullo sensu distingui, aut ratione concipi à Medico possit, singulique valeant immutare sanguinem similiter ignotis modis, patet in genere, medicamenta esse posse plena fallaciarum, & proinde ipsa pro certis dividere, atque adhibere non ita certum videtur. Quia vero eodem modo, quo status morboosi latitudinem habent, eandem similiter habet & sanitas, temperamenta, &c., eorumque minimæ differentie, neque distingui sensu, neque mente attingi possunt; & per eas tamen differentias minimas operetur natura; igitur nec in statu sanitatis adhiberi poterit medicamentum aliquod ad præservandum, quod in omnibus hominibus, immò & eodem, sed diverso tempore, loco, &c. possit præservationem à morbo, & conservationem sanitatis certo polliceri. Patet itaque, quod proposuimus, & ex 12. propositionum hujus constat, venæ sectionem esse tutissimam omnium. Atque his demum per tam longam, atque tam variam rerum seriem expositis satis sibi constare credimus omnia, quæ in 9. propositione asseruntur.

Propositiō X.

In febribus tutissimum tempus venæ sectionis est declinatio, reliqua vero tempora conjuncta cum gravibus suspicionibus. In quibus igitur febribus venæ sectio convenit, illa in decessionibus est adhibenda; convenit autem in his omnibus febribus, in quibus aut ipsa ex se febris materies, aut calor, qui per febrim producitur, naturæ vi, & totis aliis artibus præsidii ad naturalem statum redigi non potest. Quod si febres graviores fuerint, continuæ, & sine accessionibus manifestis, proderit arterias etiam capillares movere per hirudines, scarificationes, frictions, fomenta, balnea, cucurbitulas siccas, & hujusmodi; quod & prodesse poterit in febribus minus gravibus, etiam intermittentibus, & accessiones manifestas habentibus, sed contumacibus, & diuturnis. Atque in his ipsi diuturnioribus venam etiam majorem secare, esse poterit opportunum, etiam si sub morbi initium ductus sit sanguis. Sed & in die critico sanguinem mittere non licebit solum, verum erit omnino necessarium, quoties indicium sit, non securam crism, impedimento detentari sanguinis. Non ita multum diversa dicenda sunt de major arteriæ sectione, quæ tamen, partim quia ex superioribus propositionibus abundè patent, partim quia ad ulam revocari non possunt sectiones eorum canalium, non exponuntur per demonstrationem peculiarem. Similiter in quibus reliquis morbis ducendus sit sanguis, satis patet ex propositione 6. &c., quare nec de his particulatim rem ostendemus. Venæ sectionem autem in febribus, aliisque morbis semper intelliges cum conditione virium, quam in prima propositione conscripsimus.

Cum febres ex eo precipue noceant, quod sanguinem febrili materia vitiant, sive hæc materies sit solum mutata quantitas, sive vitata hæc ipsa per motum, aut qualitatem, atque insuper noceant, eo quod calorem non naturalem producant, ex quo rursus alia vitia in sanguine, & toto corpore; facile autem patet ex doctrina febrium, & his, quæ hæc de missione sanguinis dicta sunt, & his, quæ in hac propositione exponuntur, quid à missione sanguinis in febribus per vitium motus, aut quantitatis sanguinis ortis contingere debeat, de his non scribimus

Ll 2

seorsim

seorsim solliciti, cum tota res ultrò pateat. Cum verò in febre mutata est qualitas sanguinis, si conveniet missio ejus, conveniet equidem tanquam præsentissimum remedium earum affectionum, quas præcipue per febrem patitur sanguis, ac totum corpus, nempe occurrere poterit & materię febrili, & calori, qui per febrem excitatur. Hic itaque non extendimus, quid à missione sanguinis contingere possit, quatenus illa movet, refrigerat, humectat &c., quæ singula licet in febribus maximè attendenda sint, tamen ex superioribus facillè patent: sed venæ sectionem consideramus solummodò, quatenus evacuat, eo quod ratione solius evacuationis potest venæ sectio diversis febrium temporibus adhibita majoris, aut minoris præsidii esse; immò etiam malo esse tam ratione materię febrem producentis, quam caloris cum ipsa conjuncti, ac tutissimum tempus venæ sectionis asserimus decessionem. Quoniam enim febris à sua materia producitur, tutissimè igitur febris occurretur, si materia febrem excitans evacuaretur; est autem illa materies in vasis sanguinis, & ad derivandum ex iis extra corpus nihil tutius venæ sectione; igitur venæ sectio erit tutissimum febrilem materiam evacuandi modus. Cum autem febrilis materies nec sit quid individuum, nec quid immobile, sed è venis in arterias fluat, & ex arteriis in venas; aptum igitur erit febrilem materiam, quando majori fieri potest, quantitate per venæ sectionem evacuare, adeoque ipsam administrare, quo tempore maxima febrilis materię quantitas in venis continetur, & per ipsas fluit cum sanguine. Quoniam igitur in accessionibus febrium febrilis materię plurimum hæret summis canalibus capillaribus; igitur in venis ejusdem materiei continetur quantitas minor, quam cum nulla ejusdem portio iis agglutinatur canaliculis, sed per venas fluit: misso igitur sanguine tempore accessionum ad quamlibet datam quantitatem, minor quantitas materię febrilis in data illa quantitate sanguinis continebitur, quam in aliis, si quæ sunt, temporibus, quibus tota febrilis materies fluit cum sanguine: quare reliqua materies febrilis post venæ sectionem ad reliquum sanguinem majorem proportionem habebit, quam tota ad totum; & illa materies ex doctrina febrium potest calorem sanguinis cohibere, ipsumque sanguinem magis lentum, & crassum reddere: igitur à venæ sectione in accessionibus quantitas materię febrilis, quæ superest major respectu sanguinis, qui à venæ sectione similiter superest, facilius minus illud reliquum cohibebit, & in lentorem rediget. Hinc autem fiet, ut accessio fiat magis contumax, & lentor viscidior, magisque hærens, atque tenacius, unde pro majori diversitate cohesionis, & diverso gradu lentoris fieri poterit, ut qui sanguis melior per capillaria vasa trajicitur, solvatur magis, & calorem pariat magis intensum, aut diuturnum, quam peperisset, si tempore accessionis non fuisset administrata venæ sectio: misso igitur sanguine in accessionibus nec febrem levabimus minuendo quantitatem materię febrilis, neque temperando calorem sive spectata duratione, sive spectata violentia ejus. Neque his malis tutam operam conferre poterit velocitas sanguinis, quæ per venæ sectionem ex superioribus augetur; licet enim admittamus, misso sanguine in accessionibus velocitatem ejus augeri; quia tamen naturalis velocitas ejus in accessionibus minuitur, fieri poterit, ut velocitas, quæ acquiritur per venæ sectionem, non sit tanta, ut conciliare possit sanguini velocitatem naturali æqualem, adeoque cum velocitas naturalis sanguinis prohibere non poterit accessionem febris ante venæ sectionem, multo magis eandem prohibere poterit post venæ sectionem factam in accessionibus, quo tempore velocitas sanguinis licet aucta, potest esse naturali minor,

Quin neque eandem accessionem febris prohibere possit, licet velocitas ad naturalem gradum redigeretur; immò etiam licet esset ad certum usque gradum naturali velocitate major. Quoniam enim post venæ sectionem in accessionibus reliquum materię febrilis ad reliquum sanguinis majorem habet proportionem, quam tota materies ad totum sanguinem, & cum tota materies ad totum sanguinem minorem habeat proportionem, quam reliquum ad reliquum, hoc est, ante accessionem non potuit per naturalem velocitatem sanguinis prohiberi accessio; igitur etiamsi redigatur sanguis per venæ sectionem ad naturalem velocitatem, non poterit naturalis illa velocitas superare majorem resistantiam, quam patitur, oportet, per proportionem illam materię febrilis ad reliquum sanguinis majorem, quam ante venæ sectionem; sed oportebit, ut augetur ad usque illum certum gradum, qui requiritur ad superandam resistantiam illam, & ejusmodi augmentum an consequi valeamus per missionem sanguinis sine detrimento vitium, incertum est, & minime tutum. Supponatur secundò venæ sectio administrari in statu febris, & supponatur omnis febrilis materies derivata in venas, statumque illum febris esse purum fervorem sanguinis ab antecessione febrilium affectionum ejusmodi fervorem producentium pendente: erit igitur tum velocitas sanguinis maxima, & solutio ejus summa, & summus calor; quare erit idem sanguis maximè in suis partibus liber, & ad ulteriorem solutionem maximè facilis: per venæ sectionem autem augetur velocitas calor, atque solutio, & in statu febris sanguis est ad hanc ipsam solutionem paratissimus; à venæ sectione igitur tum temporis administrata de iis meritis suspicari poterimus, quæ maximè vitanda essent, nempe augmento velocitatis, caloris, & solutionis in sanguine. Neque verò hæc timenda solum in illo circuitu febris, in cujus statu sanguis mitti supponitur, sed in circuitibus succedentibus fieri poterit, ut præcedant accessiones, & sicut febris contumacior, & majoris discriminis; fieri enim poterit, ut aucta velocitas abripiat majori velocitate, seu trajiciat in arterias breviori tempore lentorem febrilem, unde recursus præcedent, sed per solutionem, & calorem auctum erit ille siccior, & febris deteriores. Quod si solutio, & calor sit tantæ vis, ut exsiccet magis lentorem adhuc per venas fluentem, adeò ut sanguis tota sua velocitate aucta abripiere ipsum in arterias non possit, sicut febris propter siccitatem, & calorem deteriores, & earum accessiones non antecedent, sed succedent. Tertiò mittatur sanguis in augmento febrium; erit igitur tempus inter accessionem, & statum febris medium, adeoque cum in accessione pericula immineant ratione materię febrilis præcipue, ac deinde ratione caloris; in statu autem plus timendum ratione caloris, quam ratione materię febrilis; à missione igitur sanguinis in augmento febrium timendum erit & ratione materię febrilis, quæ adhuc hæret arteriis ex parte silem, & ratione velocitatis, solutionis, & caloris sanguinis, ad quæ idem sanguis magis, ac magis disponitur, prout febris magis, ac magis versus statum ducitur. Patet itaque, accessionem, augmentum, ac statum febrium esse tempora, quibus si administraretur venæ sectio, debet hæc esse conjuncta cum gravibus suspicionibus. Affero igitur jam, tutissimum tempus mutendi sanguinem in febribus esse declinationem earundem. Quoniam etenim tùm temporis universa materies febrilem excitans traducta est ex arteriis in venas; misso igitur è venis sanguine ad certam aliquam quantitatem, major pars materię febrilis in dato illa quantitate sanguinis continebitur, quam contineretur in eadem missa in accessionibus, aut augmentis febrium; quare primò minuatur magis illa quantitas ma-

geriam

teriae febrilis, & esse poterit aliquid materiae maximè viscidæ, & lentissimo motu fluentis, quæ sit propè emissarium in vena factum, & plurimum tenuissimè quasi pulvisculi febrilis, qui innatans toti sanguini cum ipso rapitur, neque ex se febrem excitare potest. Secundò verò propter majorem illam quantitatem materiae febrilis, quæ in venis continetur, & cum data quantitate sanguinis ducitur extra ipsas, reliquum materiae febrilis ad reliquum sanguinis minorem proportionem habebit; quàm tota materia ad totum sanguinem, unde reliquum sanguinis difficiliùs in lentorem convertetur, & mitior febris excitabitur. Quia verò per missionem sanguinis augetur velocitas, & minuta est etiam pro ratione reliqui sanguinis materiae febrilis; igitur minùs timeri poterit de exsiccatione majore lentoris ab aucta velocitate, aut de accessionum præcessione perniciosa: & præcessio quidem absolutè sumpta contingere etiam poterit; à missione enim sanguinis lentor abripi potest, & in arterias trajici citius, sed cum idem lentor sit in minori quantitate, & ratione ejus quantitas salutaris sanguinis major, etiam ab arteriis abripitur faciliùs, & fiet præcessio accessionum ad salutem tendens. Neque insuper de nimio calore dubitandum erit; facilior enim trusio lentoris è summis vasibus faciet, ut sanguis minùs solvatur, & incalescat, dum per angustias trajicitur, ac denique minùs etiam erit timenda solutio nimia, aut caloris libertas, quæ contingere potest in sanguine per solam missionem; decessionis enim tempore jam sanguis deseruit, aut ad deservescendum est dispositus, cum contra in augmento, aut statu, vel in maximo fervore, & solutione sit, vel ad eandem continuò magis, ac magis disponatur; quare erit in decessione minus facilis solutio, & caloris excessivus in sanguine per venæ sectionem, quàm sit per eandem reliquis febrium temporibus. Patet itaque, tenuissimum tempus venæ sectionis in febribus esse decessionem; reliqua verò tempora esse cum gravibus suspicionibus conjuncta, quod erat primo loco demonstrandum. Ex his autem patet, quod

Secundò loco proponitur, nempe in quibus febribus venæ sectio convenit, illam in decessionibus esse adhibendam, & convenire in iis omnibus febribus, in quibus aut ipsa ex se febris materia, aut calor, qui per febrem producit, naturæ vi, aut tutis aliis artibus præsidii ad naturalem statum redigi non potest. Et prima quidem pars ex se ipsa patet; in quibus enim febribus venæ sectio convenit, convenire non potest, nisi quo tempore præsidio esse potest, nec toto præsidio esse potest magis, quam in decessionibus. Secunda verò pars similiter manifesta est; cum enim febris per febrilem materiem, & calorem maximè noceat, nisi hæc aut naturæ vi, aut tutis aliis artibus remediis supprimi possint, conveniet confugere ad unicum tutum, quod superest, & facit ad ejusmodi suppressionem, cujusmodi est missio sanguinis; quare patet &c.

Tertiò sint febres graviore continuæ sine accessionibus manifestis. Dico in his profuturum, si moveantur etiam arteriæ capillares per hirudines, scarificationes, frictions, & cætera proposita. Quod partim ex doctrina febrium patet, partim ex iis, quæ superius ostendimus de missione sanguinis per arterias, & operationibus necessariis ejusmodi remedium; dimovebunt enim, atque abripiant, & partim evacuabunt quicquid hæret summis vasibus. Et hoc ipsum profuturum, patet ex iisdem propositionibus, in febribus minùs gravibus etiam intermittentibus, & accessiones manifestas habentibus, sed contumacibus, & diuturnis; illa etenim diuturnitas & contumacia arguere potest maximè resistentem, & hærentem validè lentorem, qui à summis vasibus per eorum administrationem poterit abripi, aut

Tom. IV. Pars II.

evacuari, aut utrumque. Quod si etiam sub initium harum febrium minùs quidem gravium, sed diuturnarum missus sit sanguis, & adhuc febris persistat, nihil repugnat à venæ sectione illud præsidium procurare quod ab illa aptè administrata quocunque tempore suppeditatur, ut mox offensum est, & cum id, quod mox offensum est, nulli febris præteritæ, aut futuræ durationi sit alligatum; neque ulli majori, minori, aut capillati venæ, patet; profuturam in ejusmodi febribus etiam majoris venæ sectionem, non hæmorrhoidum solummodo, aut salvatellæ.

Quartò sanguis, qui intra vasa detinetur, impedimento sit, quacunque de causa id fiat, ne crisis succedat, & id innotescat in ipso die critico. Ex se patet removendum esse impedimentum crisis eo cæteroquin ipso die successuræ, & illud ipsum impedimentum eo ipso die removendum, & cum ejusmodi impedimentum sit sanguis, sanguinem esse detrahendum eo ipso die critico; quare in die critico sanguinem mittere non licebit solum, sed erit omninò necessarium quoties indicium sit non secuturam crisis impedimento detenti sanguinis. Crisim autem, & dies criticos supponimus, non eos quidem alligatos ternariis aut septenariis numeris, qui nihil sunt præter nomina, cogitationes hominum, & signa res experimentia; neque alligatos numero dierum, ternario, aut septenario; sive enim dies pauciorum horarum, quàm qui sunt in usu apud nos, omnia illa prodigiosa de septenariis, ternariisque diebus subito corrumpunt; neque demum alligatos motui lunæ; aut cujuslibet alius stellæ; Luna enim cur 28, diebus suum circulum absolvit; num quia ejus motus ab alia Luna pendeat, atque ita deinceps in infinitum, an verùs; quia ejus est velocitatis, ut tantum spatii, quanta est circumferentia suæ orbitæ, data illa velocitate excubri non possit, nisi intra datum illud tempus viginti octo eorum dierum, qui apud nos in usu sunt? Dies igitur criticos illos appellamus, atque admittimus, in quibus materiae morborum perducitur ad finem suæ maturationis, ut ita loquar, & expurgatio ejus, quæ eodem die critico, nempe ipso ultimo maturationis gradu debet contingere, nobis crisis est. Et quemadmodum alii Planetarum citius; alii tardius ad finem suæ revolutionis perveniunt; non nisi quia pro ratione spatiorum à singulis excurrendorum sunt diversis velocitatibus instructi, ita diversi humores, cum ad hoc ut perveniant ad hunc ultimum suæ maturationis gradum, diversis temporis spaciis indigeant, prout initio magis, aut minùs sunt fluxiles, perveniunt etiam diverso tempore ad perfectam fluxilitatem seu diversis temporibus producetur crisis, & qui maturari poterunt tertio quodque die ex iis diebus, qui apud nos in usu sunt, tertio quoque die crisis facient, non quia illa sit vis in tertio quoque die, sed quia in spatio trium dierum tantum temporis comprehenditur, quod requiritur ab illo humore ad maturationem perfectè consequendam. Quod equidem totum spatium trium dierum erit solummodò apud eos; in quibus dies est 24. horarum; sed si qui adhuc essent, quibus dies singuli constarent ex horis octodecim ex. gr. humor, qui ad perfectam sui maturationem exigit numerum horarum septuaginta duarum, non tertio, sed quarto quoque die crisis pareret, cum solum in quadriduo, cujus singuli dies contineat horas octodecim contineatur horæ septuaginta duæ. Hæc autem necessitas mensurandi tempus non per dies, sed per horas certò datur in sphaera parallela, unde corrumpit tota illa machina plena misteris, quæ ternariis, septenariisve dierum innititur. Exempla autem rei manifestissima desumenda sunt à fructibus, & plantis, quarum aliæ unicū diem vivunt, intra cujus spatium nascuntur, crescunt, florem, fructum, semen faciunt, atque arescunt, alio quot annos insumunt, antequam fructum faciant; &

L 1 3

illam

illam speciem aloes memineris, quæ centesimo quoque anno, vel quinquagesimo, vel trigesimo ad minimum magno cum impetu, ac strepitu emittit caulem cum floribus, qui brevissimo spatio temporis fit insignis altitudinis, & crassitie. Hæc autem interim hæc super re. Cum autem reliqua in ipsa propositione enuntiata demonstrationem non postulent, patent omnia, quæ proposuimus.

Propositio XI.

Dato maximo tempore; quo quis in naturali statu sine alimenti sumptione vivere potest, invenire maximam quantitatem sanguinis, quæ in statu similiter naturali mitti potest sine læsione virium. Vel. Data maxima quantitate perspirationis, quæ in naturali statu singulis diebus fit, eandem maximam quantitatem mittendi sanguinis invenire. Vel. Eandem reperire data maxima consumptione sanguinis, quæ, naturaliter se habente corpore, fit diebus singulis per operationes. Sanguine ita vitiat, ut vires lædantur, perinde est, ac si sanguis qualitate quidem naturaliter se haberet, sed ea imminuta quantitate esset, quæ requiritur ad datam illam læsionem virium producendam. Vitio igitur sanguinis ita noto, ut constet, ad quem usque gradum vires lædi per ipsum possint, ex inventa quantitate sanguinis mittenda in eo naturali statu, qui fit quoad vires similis supposito vitiat, dabitur quantitas sanguinis mittenda in hoc ipso supposito vitioso statu ejus. Num, & quando noceat indormire missione sanguinis.

Hællenus allata fuere quæ Laurentius Bellini nobis sub de Urinis, Pulsibus, Sanguinis missione &c. Opere tradidit. Iis jam superaddemus quæ idem habet Auctor in eodem argumento, in suis Opusculis.

De Missione Sanguinis

Propositio I.

Dato maximo tempore, quo quis in naturali statu sine alimenti sumptione vivere potest, invenire maximam quantitatem Sanguinis, quæ in statu similiter naturali mitti potest sine læsione virium: vel data maxima quantitate perspirationis, quæ in naturali statu singulis diebus fit, eandem maximam quantitatem mittendi Sanguinis invenire: vel eandem reperire, data maxima consumptione Sanguinis, quæ, naturaliter se habente corpore, fit diebus singulis per operationes. Sanguine ita vitiat, ut vires lædantur, perinde est, ac si Sanguis, qualitate quidem naturaliter se haberet; sed ea imminuta quantitate esset, quæ requiritur ad datam illam læsionem virium producendam. Vitio igitur Sanguinis ita noto, ut constet, ad quem usque gradum vires lædi per ipsum possint; ex inventa quantitate Sanguinis mittenda in eo naturali statu, qui fit quoad vires similis supposito vitiat, dabitur quantitas Sanguinis mittenda in hoc supposito vitioso statu ejus. Num, & quando noceat indormire missione Sanguinis, & hujus propositionis necessitas exponitur.

Ex eo statim tempore, quo primum in animalium fabricam inquirere cœpi (cœpi autem adhuc adolescens) admiratus semper sum illam artem, quæ ita sanitati hominum præest, ut non solum eandem conservare noverit; verum hominibus per mille morborum genera eò redactos, ut jam jam morituri videantur, ab interitu vindicet & sanitati restituat. Videbam enim machinam corporis compacta esse ex liquidis, corporibus nempe, quæ suis partibus vix coherent; &

ex partibus aliis, duris quidem; sed tam tenuibus, atque ad tantam subtilitatem extenuatis, ut minima vi divelli quasi ex se ipsis possint: & quum unusquisque hominum mille violentis agitationibus mentis & corporis continuè urgeatur, mille occulis rerum externarum impetatur; videbatur mihi tam facilis divisio omnium partium, internum hominem constituentium, & ruina totius corporis humani, ut mihi videretur inventum divino simile id, quod ars Medica nuncupatur: quum illius opera in sua integritate persisteret compages corporis, ex se ipsa tam fragilis, & si quando ruinam per morbos minatur, non solum ruina per vim Medicam prohibeatur; sed tota illa moles, veluti in ruinam inclinans, in suum quasi perpendiculum restituitur, erigatur, & consistet. Hinc ejus artis mihi comparandæ omnem viam inibam; nulli labori parcebam; nulli non discrimini me objiciebam de una prosecutione Medicæ artis solum sollicitus. Primò igitur, dum sensim per rem Anatomicam magis compos fabricæ corporis fiebam; volebam monumenta Medicorum, in quibus quum nihil non invenirem nodis difficultatum nunquam solutis plenum, controversis nunquam sedatis clamoribus, falsitatibus nunquam detectis fallax, fundamentis infirmis labile: denique infinita legerem, sed paucissima invenirem, quæ cum fabrica humani corporis consentirent; & multò pauciora, quæ ad leges scientiarum essent exposita: abjecissem omnem spem, aliquid artis Medicæ mihi comparandi; nisi addidissent animos scientiæ aliæ, quibus me instruebam per dies; & major ac major & magis certa cognitio fabricæ corporis, in quam pariter continuè per dies veniebam, nullis quorumlibet animalium sectionibus unquam parcendo. Postquam igitur ea necessariæ suppellestilis copia rebus meis tam aptè consultum esse judicavi, ut possem totam rem Medicam in aliquem magis tutum ordinem redigere, & veluti in scientiæ modum disponere; atque ita quantum fieri potest Medicinam totam; saltem illam, quam Theoricam nuncupant, ad scientiam, vel ad aliquam scientiæ similitudinem redigerem; admovi manum operi: & quum missionem Sanguinis esse quiddam momenti maximi statim intelligerem: & viderem Medicos, sive illos veteres velis sive recentes, inter se dissidere quàm maximè atque distare: & ab illis illam admitti atque probari, quia profit; ab his eandem rejici atque improbari, quasi obstit: ab illis illam extolli, quia nocere nunquam possit; ab his eandem abjici; eo quod nunquam non noceat; mirabar diversitatem rerum, & tentavi, num denique reperiri posset aliquis modus, quo certò constaret, num missio Sanguinis semper juvet, aut semper noceat, an aliquando nocere possit, aliquando prodesse. Spem felicitis exitus faciebant affectiones Sanguinis, quæ mihi videbantur legibus Mechanicis obnoxie; & quæ proinde se ad scientiam redigi paterentur. Videbam etenim materiem, de qua agendum erat, Sanguinem nempe esse quid corporeum, quid fluens, fluens per canales certo modo se habentes; hoc est Sanguinem esse liquidum quoddam, certa velocitate, certo impetu, certo motu actum per ductus suos. Quum autem hæc singula, quantum ad ipsorum fundamenta pertinet, in scientiis Mechanicis contineantur; facile in eam sententiam veniebam, ut crederem, per easdem scientias aptè accommodatas missioni Sanguinis, certò deduci posse id, quod querebam, num scilicet nullo non tempore, nullo non in morbo, nullo non in corpore, nulla non ætate, nulla non regione semper debeat obesse, aut prodesse missio Sanguinis; an utrunque possit contingere aliquando in hac aut illa regione, hac aut illa tempestate anni, hoc aut illo corpore &c. Et quum in ejusmodi inquisitionem venire constituerem, non solum

ut

ut rei certus fierem, verum ut etiam, postquam invenissem, rem in utilitatem hominum converterem; & sanitati reparandæ, aut conservandæ missionem Sanguinis aptarem; statim me ita gerere debere sentiebam in administratione re, ut primò quidem scientifico more procederem, hoc est materiam omnem excluderem; impedimenta quælibet, tanquam non essent, non considerarem; denique Mathematico more me planè gererem, & essentiam rei solùm perpenderem, hoc est motum Sanguinis considerarem in suo perfectissimo statu, in quo scilicet suæ, dixerim, essentia est maximè particeps, abstrahendo, ut dicitur, ab omnibus impedimentis, & rebus externis: hac autem ratione eò me libentiùs gerere volui, quod viam inibam non solum Mathematicis omnibus tritam; verum quia illa ipsa est, quam aperit nobis, & sternit in scientiarum prosecutione & explicatione, earundem investigator summus Aristoteles, quum ille nihil magis clamet, quàm scientiam esse quiddam æternum generale, abstractum, quod stare non possit cum singularibus, quod nihil habeat cum materia conjunctum, quod nulla impedimenta coret, quod nihil mutabile comprehendat, quod sit semper constans sibi ipsi, & semper unum in eadem sua unitate, & eodem se habendi modo semper ex necessitate persistens. Hæc autem quum meditabar; videbam, etiamsi rem ipsam attingerem, hanc abstractam inveniendi viam me ducere non posse ad convertendam missionem Sanguinis in usum hominum, neque etenim usus iste, abstractum quicquam est; immo est abstracto quiddam planè contrarium, quum sit cum materia conjunctum; conjunctum cum hominibus singularibus, quibus mittendus est aut non mittendus Sanguis; conjunctum denique cum mille conditionibus, quibus sit, ut quod in abstracto, ut loquuntur, verum esse possit; veniendo deinde ad rem physicam, ad rem corpoream, ad materiam, seu, ut dicunt, in concreto, falsum; aut modo verum, modo falsum esse possit: quia tamen videbam Mechanicos omnes in his ipsis angustiis esse positos, quoties de corporibus & motibus eorundem in genere loquuntur; & ab iis se expedire constituendo quasdam leges, & quosdam ratiocinandi modos, quibus sit, ut scientificè pariter dignoscas; quando id, quod in abstracto verum est, sit falsum in concreto, & quæ conditiones addendæ sint, vel tollendæ vel mutandæ, ad hoc ut, quod verum est in abstracto, sit etiam in concreto verum; meditabar, an iisdem illis legibus, & iisdem ratiocinandi modis uti possem, ad hoc ut, quemadmodum Mechanici faciunt aptando concretis demonstrationes abstractas, evincere possem etiam in concreto verum esse id de missione Sanguinis, quod in abstracto demonstravisset: ac demum studio diuturno, & labore equidem incredibili mihi visus sui rem ita disponere, ut & veritas abstracta missionis Sanguinis scientificè innotesceret; & mutatis aptis conditionibus, scientificè pariter innotesceret veritas ejusdem concreta. Ut igitur abstractam demonstrationem conficerem, hoc est ipsam essentiam Sanguinis fluentis in suo, quantum fieri potest, perfectissimo statu supponerem, & constituerem, oportuit, ut illum Sanguinem, in fluxu positum, considerarem in illo fluxu positum, qui in ipso Sanguine perfectissimus est, seu ipsi Sanguini maximè naturalis: & quum Sanguis in fluxum agatur per vim cordis, arteriarum, venarum, & omnium facultatum, hosce canales circumprimentium: supponerem Sanguinem oportuit fluentem eo fluxu, quo fluere debet naturaliter, urgentibus singulis expositis facultatibus: eoque magis, quod in quocunque alio fluendi genere, velocitate, impetu, motu, nisi in eundem, non solum non fuisset

Sanguini maximè naturalis; sed nullo modo determinari potuisset quantitas, vel gradus ejusdem impetus; est enim impetus quiddam, quod suscipit magis & minus, ut loquuntur; & singulis quasi punctis temporis in singulis hominibus mutari potest, prout animo & corpore agitantur diversimodè & propterea si ab hac mutatione non abstrahamus, & certum gradum impetus Sanguinis semper constantem constituamus; certum quiddam de fluxu Sanguinis nunquam habebimus; seu quod idem est, fluxus Sanguinis ad scientiæ leges redigi non potest, nisi determinetur impetus ejus. Hinc factum est, ut propositionibus missionis Sanguinis adderem conditionem, qua sit; ut consideretur Sanguis non incerto quocunque fluxu fluens; sed ita fluens, ut sive mittatur aliqua portio ejus, sive non mittatur; semper consent eodem modo vires, hoc est Sanguis eodem impetu fluat, & in fluxu se habeat. Quia verò hujusmodi conditio nihil quidem officit veritati rei abstracto modo consideratæ (abstractè enim demonstrare est per intellectum ita aliquid fingere, ut ex hypothesi, quam ponis, necessariò sequi ostendas, quod sequaturum ex illa hypothesi, affirmas) sed quia deinde tota doctrina missionis Sanguinis aliò ducenda est; atque aptanda fluxui, physico Sanguinis, illi scilicet fluxui, qui re vera sit in corporibus, quando aut mittitur Sanguis, aut ipse & totum corpus non se habent naturaliter; hinc videndum, an id, quod invenissemus, ad missionem Sanguinis pertinens in abstracto, posset convenire cum missione Sanguinis in concreto tum præcipuè, quum neque Sanguis, neque corpus, ex quo mittitur, natur, naturaliter se habent, in morbis nempe; aut si fieri potest, ut per conditionum mutationem, additionem, aut subtractionem aliquid certi in concreto demonstrari posset de missione Sanguinis ex iis, quæ de eadem demonstrata fuissent in abstracto: & visum demum est illud posse fieri, si conditiones observentur, quæ in hac propositione proponuntur. Ex quibus sic expositis patet hujus XI. propositionis necessitas in tractatu nostro *De Missione Sanguinis*; & quam necessaria fuerit conditio virtum in singulis propositionibus ejusdem operis: quæ etsi exponere non debuisset, si ad rerum peritos solùm respicere debuisset, quibus hæc notissima sunt, & puerilia, & tyrunculis etiam quibuslibet obvia, & perspicuissima: quia tamen etiam ad alios generis homines mihi respiciendum est; hæc de ratione methodi, de necessitate hujus propositionis, & necessitate illius conditionis in propositionibus præcedentibus addere non abs re judicavi, quibus consultum reor cujuscunque generis genis abunde. Et jam propositionis partes expono luculentius.

Propositio II.

Dato maximo tempore, quo quis in naturali statu sine alimenti sumptione vivere potest, invenire maximam quantitatem Sanguinis, qua in statu similiter naturali mitti potest sine læsione virtum: vel data maxima quantitate perspirationis, qua in naturali statu singulis diebus fit eandem maximam quantitatem mittendi Sanguinis invenire: vel eandem reperire, data maxima consumptione Sanguinis, qua naturaliter se habente corpore, fit diebus singulis per operationes; & quomodo dignosci supponatur virium læsio.

Proponi hic prima fronte videntur ostendenda quatuor, quarum ultimum sit modus dignoscendi læsiones virium; & in tribus singulis reliquis contineri tres diversos modos inveniendi quantitatem maximam ejus Sanguinis, qui mitti possit sine virium

læsione; adeoque in propositione contineri partes quatuor: re ipsa tamen propositio non continet, nisi partes duas; quarum altera est hic ipse cognoscendi læsiones virium modus: ad unicam alteram rediguntur illi, qui tres primò aspectu videntur modi inveniendi maximam illam quantitatem mittendi Sanguinis sine læsione virium. Primò igitur ostendamus, tres illos modos inveniendi maximam quantitatem mittendi Sanguinis sine læsione virium unicum esse; quod patet facillè hunc in modum. Nemini dubium est per operationes, nempe per motus, in quos veniunt partes omnes animalis, dum operatur, absumi in dato tempore, puta intra diei spatium, aliquid ejus; quod proinde, supposita æquabilitate operationum diebus singulis persistente semper eadem, tam quoad durationem, quam quoad vim, in singulis diebus eadem erit semper, nempe diebus singulis ejusdem quantitatis, quia verò hæc quantitas, quæ absumitur, non abit in nihilum; sed ducitur extra corpus, velut in halitum aut fumum evaporans; & extra corpus agitur per vim non caloris solius, sed omnium aliorum motuum ab aliis causis provenientium: & per eorundem motuum vim divellitur à quibuscumque partibus, ex quibus corpus constituitur, & veluti deteritur in minimas moles, quales illæ, quæ fumum aut halitum constituunt; & ducitur extra corpus, quasi in fumum aut halitum ex universa superficie ejus per foramina cutis, quæ pori dicuntur: & hujusmodi fumus est, quem Perspirationem insensilem nuncupant, vel absolutè Perspirationem, igitur id, quod singulis diebus perspirat, est illud ipsum, quod singulis diebus absumitur per operationes, quare altero ipsorum noto, cognoscetur alterum: & perspiratio erit singulis diebus ejusdem quantitatis; si illud, quod absumitur in corporibus per operationes, sit similiter ejusdem quantitatis; & corpus semper perseveret in naturali habitudine. Et si ex nota quantitate perspirationis, quæ singulis diebus sit in naturali statu, deduci posset maxima quantitas Sanguinis, qui mitti possit sine læsione virium; eadem quantitas mittendi Sanguinis sine læsione virium innotesceret ex nota quantitate consumptionis, quæ sit diebus singulis per operationes: quam illud, quod consumitur per operationes, & illud, quod perspirat, sint idem & ejusdem molis. Ulteriùs quoniam operetur animal oportet continuè, hoc est saltem in aliquibus partibus continuè moveatur, hoc est continuè absumatur; & quantum fieri potest, semper in eodem statu perfectionis conservetur, hoc est continuè reparetur id, quod continuè absumitur: hinc facta est necessitas sumendi alimenti, ut multò fufius exponitur in nostro libro *De Villo Contractili*, cujus summa capita hic jam addidimus; & fit ex his, ut tanta quantitate alimenti indigeat animal singulis diebus, quanta est illa quantitas, quæ singulis diebus absumitur, hoc est perspirat, unde etiam hoc quarto modo res proponi potuisset, nempe data maxima quantitate alimenti, qua quis diebus singulis uti cogitur, ad hoc ut conservetur sine læsione virium, invenire maximam quantitatem mittendi Sanguinis sine eadem læsione; & hic quartus proponendi modus in idem recidisset, quoad rei summam; cum duobus hæcenus expositis. Quia verò non quælibet absumptio vires eum in modum lædit, quo per Medicorum consensum fit, ut læsæ dicantur; sed requiritur certa quædam consumptio, quæ vires ad sensum maximè lædat, hoc est maximè minuatur; & per totum illum tractum temporis, quo vires continuè quidem minuuntur; sed non perveniunt ad illum summum gradum, qui solus vera læsio virium dicitur: hinc fit, ut animal dicatur semper persistere in naturali statu, & constare viribus etiam per totum illud tempus, quo

vires re vera minuuntur; sed non adhuc redactæ sunt ad illum summum terminum diminutionis, quem appellant Medici Primum recessum à sanitate, vel Veram læsionem virium, vel Principium morbosæ habitudinis; constituentes interim animal per totum tempus, quo vires diminutæ sunt ad usque læsionem veram, persistisse semper in Latitudine, ut appellant, sanitatis, de illa diminutione virium nihil solliciti, nisi quando redacta est ad tantum gradum, qui dici debeat non naturalis seu morbosus; hinc fit, ut ad hoc ut animal in naturali statu virium persistere dicatur, Medicorum acceptissimo more sumendo pro naturali statu virium omnem Latitudinem sanitatis, ut appellant, necessarium non sit, ut sumat alimentum, eoque reficiat id, quod absumptum est, ab ipso statim tempore, quo vires decrefcere incipiunt à summo suo gradu; sed bene & naturaliter vivere poterit, constans naturalibus viribus, absque eoquod alimento reficiatur, hoc est absque eoquod cibum sumat, per totum illud tempus, quod infumendum est ad excurrendam totam latitudinem sanitatis, hoc est per totum illud tempus, quod necessarium est operationibus animalis, ad hoc ut continuè magis ac magis absumendo ipsum animal, ejusdem animalis vires à summo ipsarum gradu semper magis ac magis declinare cogant, quousque deductæ sint ad illum imum atque ultimum, qui est terminus latitudinis sanitatis, & principium habitudinis morbosæ. Sit igitur notum tempus, quo quis absque alimenti sumptione naturaliter vivere potest: naturaliter, inquam, non quia vires semper in eodem gradu persistent; sed quia licet continuè minuuntur: minuuntur tamen juxta illam numerorum seriem, intra quam vires illæ dicuntur semper naturales: & supponatur ex cognitione hujus temporis deduci posse, quæ quantitas Sanguinis mitti possit sine læsione virium. Dico hæc cognitionem temporis, qua quis naturaliter vivere potest sine sumptione alimenti, in idem recidere cum cognitione perspirationis, aut ejus, quod absumitur in corpore per operationes. Supponatur etenim quis persistere sine alimenti sumptione posse, absque eoquod veniat extra latitudinem naturalem virium per triduum exempli gratia (supponere autem possumus quamcunque quantitatem temporis, & prodigio similia sunt, quæ de jejuniis naturalibus circumferuntur à Medicis, & nos suo loco exponemus, quid contingat canibus, si mori cogantur fame) singulis igitur diebus absumatur aliquid ejus, quare si noveris, quantum absumatur diebus singulis; noveris quantum absumptum fuerit diebus tribus, quare perinde erit considerare tempus, quo quis in jejuniis potest persistere absque læsione virium, ac considerare, quantum diebus singulis absumat; sive singulis diebus jejunii eandem quantitatem absumi velis, sive diversam: dummodo hoc ipsum noveris, num quantitas, quæ absumitur diebus singulis, diversa sit, an eadem, quare ex his omnibus patet, tres illas partes propositionis esse tres quidem proponendi modos, sed quoad rem ipsam in idem recidere, atque esse unum & idem. Ostendendum igitur jam ex ordine, ex dato tempore maximo, quo quis naturaliter vivere potest absque cibi seu alimenti sumptione; vel ex data maxima quantitate perspirationis; vel maxima quantitate consumptionis, quæ sit diebus singulis in corporibus animalium, in naturali constantia virium persistentium, deduci posse quantitatem maximam mittendi Sanguinis, viribus similiter non læsis, seu viribus persistentibus intra expositam latitudinem sanitatis: sed de hac ipsa latitudine & læsione virium exposito Medicorum more accepta pauca aliqua pridè. Quum universam hanc missionem Sanguinis nostram instruxerimus, ut constaret

constaret aliquid certi de missione ejus non nobis solis, aut paucis aliquot nostri generis, sed Medicis omnibus cujuscunque ordinis, num scilicet illa semper noceat, aut semper juvet; aut aliquando juvare possint, aliquando nocere: & qui volunt illam nocere semper, nihil aliud clament, quam hoc ipsum, per missionem Sanguinis vires lædi, vires è suo naturali statu tolli; hinc ut omnem dubitationem excluderemus, & omnem subterfugii aditum præcluderemus, determinandum constituimus, & sumendum statum virium naturalem in eo sensu, qui à communi Medicorum consensu statuitur naturalis; & sumpta hac ipsa eorum positione, rem deducere: & siquidem, facta ejusmodi positione, demonstrationes evincerent, semper vires à naturali statu recedere per missionem Sanguinis, hoc est semper deducere animal necessario in illum ultimum gradum latitudinis sanitatis, qui jam non naturalis status est, sed finis ejus, & principium ægritudinis, sive status non naturalis; tunc confecta esset res, & missio Sanguinis, saltem quantum ad vires pertinet, semper noceret: si verò è converso demonstrationes ostenderent, facta illa suppositione latitudinis virium naturalium, fieri posse, ut Sanguinis missio non deduceret vires extra illam latitudinem, sed contineret easdem intra latitudinem sanitatis; tum verum non esset Sanguinis missionem nocere, eo quod à naturali statu vires removeat, & in morbosum usque reducat: & si aliquo alio de nomine illa missio Sanguinis, intra latitudinem naturalem persistentibus viribus, prodesse posset; non solum non deduceret animal extra naturalem statum, sed ipsi aliis illis de nominibus profutura esset. Nos igitur, ut quasi ad hominem argueremus, & vel ex ipsis Medicorum positionibus, qui missionem Sanguinis improbant, deducere, illam prodesse aliquando debere in illa positione virium naturalium, sed latitudinem habentium; illam positionem selegimus, quæ non solum faceret ad rem in abstracto conficiendam, sed etiam in concreto: & posset esse eadem in re præsentis cum hypothese communi Medicorum, ponentium latitudinem sanitatis: adeoque primò rem demonstrabimus in hac ipsa positione vulgari Medicorum; deinde rem evincemus, posita illa abstracta positione virium, juxta quam universam Nostram Missionem Sanguinis scripsimus. Cæterum ut habeatur certa quædam cognitio, ad quem usque terminum virium redigi possit animal, hoc est ad quam usque immutatam quantitatem Sanguinis absque necessitate alimenti, & absque eo quod veniat in imbecillitatem virium, quæ ab operationibus illum cohibeat; est altioris operæ, & unde res tota missionis Sanguinis multò validius evincitur: & de hac mox aliquid indicabimus. Interim rem evincamus in assumpta Medicorum positione, in ea scilicet, juxta quam etiam demonstrationes Nostræ Missionis Sanguinis sibi constant.

Propositio III.

Dato maxima tempore, quo quis sine alimenti sumptione vivere potest sine læsione virium, invenire maximam quantitatem Sanguinis, quæ pariter sine læsione virium mitti possit.

Sit datum tempus, quo quis sine alimento & cum constantia naturali virium potest vivere; & sit illud triduum exempli gratia, & notum sit quantum perspiret diebus singulis illius tridui, sive æqualiter sive inæqualiter per singulos perspiret: & quum ex Staticis jam notum sit, perspirari diebus singulis libras sex circiter; pone hunc numerum, vel quemlibet alium minorem, eundem aut diversum singu-

lis illius tridui diebus ad arbitrium; & nos ponamus interim hunc ipsam librarum sex: hic enim aut ille numerus nihil facit ad demonstrationis vim. Universa igitur perspiratio ad finem tridui erit librarum octodecim, & quum hæc universa quantitas perspirationis sit id, quod in corpore absumitur intra triduum, & quod à totidem libris Sanguinis reparandum est; igitur quantitas universi Sanguinis per triduum illud erit imminuta per octodecim libras, sed per totum illud triduum cum tota illa diminutione octodecim librarum Sanguinis supponitur ille, in quo sit hæc diminutio, in naturali constantia virium persistere: igitur hæc re hunc in modum supposita, more scilicet Medicorum, potest minui quantitas Sanguinis intra triduum ad usque octodecim libras, antequam diminutio Sanguinis eandem illum, in quo Sanguis minuitur, in læsionem virium perducatur. Esto jam, & non ad finem tridui, sed ad finem exempli gratia primi diei educito Sanguinem ab hoc ipso corpore, quod adhuc per duos dies absque læsione virium posset persistere sine alimento, & absumere duodecim adhuc libras Sanguinis, antequam in læsionem virium veniret; & educito non libras duodecim, sed educito uncias aliquot; educito libram unam; educito etiam alteram: non solum non veniet in læsionem virium per ejusmodi educationem; sed supererit adhuc alius sesquidies, per quem viribus constare poterit absque alimenti sumptione. Sed non sinas illum sine alimenti sumptione vivere; verum post Sanguinis missionem reficito jusculis, aut quacunque re, quæ videatur aptior: jam novæ vires addentur, quibus fiet, ut missio Sanguinis non solum non redigat biduum, quod vivere ille poterat sine alimento, ad solum sesquidies; sed multò ultra biduum tempus illud protrahat: & si interim missio Sanguinis alio de nomine possit juvare; dabitur missio Sanguinis, quæ non solum vires à naturalem statu non rediget in non naturalem; verum eas validiores reddet, & aliis de nominibus juvare poterit, quorum gratia sciens Medicus eandem missionem Sanguinis instituire poterit, sed ex tota Missionem Sanguinis Nostra patet, supposita ea ipsa constantia virium naturalium, latitudinem sanitatis constituentium, mille aliis de nominibus missionem Sanguinis prodesse; persistentes igitur in ea positione, cum qua tota Missio Sanguinis Nostra stare potest, ex dato tempore, quo quis sine alimento vivere in naturali statu virium potest, deducimus, Sanguinem mitti posse non solum ita, ut non tollatur latitudo virium naturalis; verum ut eadem augetur & aliis de nominibus eadem missio proficit. Sed & patet, quæ possit esse quantitas maxima illius missionis, quæ scilicet tanta est, quanta est diminutio Sanguinis, quæ feret per totum illud tempus in illo corpore, quod sine alimento persistere potest per datum illud tempus in naturali constantia virium, ad usque summum gradum diminutionis virium, qui naturalem earum latitudinem claudit. Quare patet, quod proposuimus: & quum alii duo casus de quantitate perspirationis, & quantitate consumptionis in idem recidant; patet universa propositio.

Supponatur secundò perfectissimus ille status virium cæteròquin semper æquabilis, & semper idem, qualem assumpimus in universa doctrina nostra De Missionem Sanguinis, & qualem supponat oportet, quicumque scientificè rem velit instituire: sed sit ille mutandus per missionem Sanguinis, hoc est sit redigendus ad vires infirmiores seu minores perfectissimo illo gradu, qui aut nunquam datur, aut quum datur, durat per brevissimum spatium temporis; videt, quid inde statim fiat? statim fit transitus ab hypothese vulgatam Medicorum, nempe ad latitudinem sanitatis, seu virium naturali latitudine se habentium; unde

unde res recidit eodem: & in naturali statu res manifesta est, sive hypotesis in abstracto supponatur, sive in communi acceptione Medicorum in concreto.

Hactenus consideratus est Sanguis sola quantitate mutatus, vitiatum nempe in quantitate solum: quum autem in morbis non detur sola imbecillitas virium, proveniens à parva quantitate Sanguinis; sed dentur multo plures alii vitia qualitate ejus provenientia; hinc: quod reliquum est propositionis undecimæ, spectat ad hanc ipsam habitudinem Sanguinis, in qua scilicet vitia est ejus qualitas: & hac super te hoc primo loco ostenditur.

Propositio IV.

Tempus aptissimum ad deducendum vim, quæ in suum naturalem circuitum agitur Sanguis, est tempus somni.

HUjus & succedentium propositionum contemplatio non solum est jactandissima scita, verum est singularis utilitatis, & latissime patet tam per naturalem, quam per non naturalem habitudinem animalis; & est fundamentum certissimum missionis Sanguinis, quæ in morbis administrari tuò potest, & ostendit, ad quas vires respiciendum sit in ejusmodi missione; & quanta cum fallacia has ab aliis viribus non distinguant plerique: tu proinde, quicumque es, qui adhuc vires obrudis, easque frangi per quamcumque missionem Sanguinis alleris; de hisce nostris cogita diligenter, antequam constituas, fieri non posse, ut Sanguinis missio aliquando jacet: ne si præceps rapiaris in temere conceptam opinionem, male consulat nomini tuo; & aut ridiculus audias, aut illud, quod dicere nolo: qualis Antronius ille ranifeca, atque ranicola; palustris planè, & planè juncens; arundineus verus, ex earum nempe rerum genere, per quas primum innovat, quas articulas haberet Midas; aut alter ille pulmonem ruptus vento Sphygmographus, qui gertis suis si quid inferuit boni, meum est; si quid autem mali, quod est pars maxima, aut meum est ab ipso corruptum, aut totum è suo penu, solis cottabis, & bullis crepantibus resertissimo: & hos hic ego commemoro, ut sciant à me non neglectas ipsorum sespirationulas, sed tacuisse & taciturnum, quia me eorum pudet ac miseret. Miramur igitur hos. Unversæ vita animalium constat vigilia, & somno, duabus scilicet affectionibus, tanta ab invicem distantia distitis, ut tam verè contrariis, ut nihil magis. Somnus quiddam languidum, invalidum, caducum, inertis, castive; vigilia vividum quiddam, vegetum, alacris, agile: tota robur vigilia est, agit, jactatur, inquit, modò loquitur qui vigilat, modò currit, levat pondera, meditat in foro, in ventione est, denique quid non? è contra respice dormientem; jacet ille stratus toto corpore, nihil sentit, nihil movet: si quid cogitat, somnare est; quod quum cogitat, nec scit quidem se cogitare; sed & illud cogitare per somnum, est quoddam cogitare languidum, evanidum, nec sibi constans, nihil suis coherens partibus, nihil concludens: arripe manum ejus, & leva; & levati illa patitur resistentiæ impositæ: permittite suæ libertati, ut videas, an se sustineat, postquam levasti; statim illa ex se ruit: move per lintea hæc illoc; statim obsequitur: pone in hac positione; poni permittit: ab illa dimove, nihil repugnat: & quod de unica manu loquimur, id exterius nostri verum esse in omnibus partibus; ita ut corpus animalis dormientis videatur veluti eorum quiddam, aut ex molli quacunque materia compactum; adeo ad quamcumque figuram traduci se

se patitur, absque eo quod quicquam contrahatur tradocendi. Unde autem illa tanta motuum diversitas in vigilante, ac tam continua? an non ab iis instrumentis motuum, quos musculos dicimus? an non autem iidem muscoli etiam in dormiente dantur? Pone igitur eundem hominem modò dormientem, modò vigilem; in utroque statu suis musculis instruitur: sed quum vigilat, muscoli in suam contractionem superadditam veniunt; quum dormit, in illam contractionem superadditam non veniunt muscoli. Quid autem, quum dormit ille, sit de circuitu Sanguinis? datur ille quidem; licet enim alii musculi, ut ita dicam, dormiant: non dormit cor & musculi pectoris, qui ad circuitum Sanguinis omnes spectant. Inter igitur hos duos status ejusdem hominis, somnum, & vigiliam, hoc intercedit discriminis, quod muscoli omnes per contractionem superadditam contrahantur in vigilia; in somno soli muscoli certò facientes ad circuitum Sanguinis. Ex his autem primò conficitur, veris universi corporis, nempe vires musculorum omnium, nempe veris, quibus circumprimuntur ab extrinseco canale Sanguinis, non esse necessarias ad eundem circuitum Sanguinis; quum enim in somno circuitus ille detur, & muscoli corporis contractione superaddita per somnum contrahantur: datur igitur tempus de facto, nempe tempus somni, quo datur circuitus Sanguinis absque viribus externæ circumprimentibus, & provenientibus à contractione superaddita musculorum ab externa superficie canalium nitentium introrsum, dum illa contractione contrahantur; & quum in non paucis animalibus, ne excepto quidem homine, pars major aut dimidia vitæ somno transigatur; sit ex his interim, ut in iis, qui hunc somnum dormiunt per totius vitæ semispatium, agant in circuitum Sanguinem suum sine ope virium generalium totius corporis. Ulterius verò determinanda res atque deducendum, qui status dici debeat Sanguini magis naturalis, quantum ad vim, qua agitur in circuitum, non scilicet tempus somni, quo caret hac vi generali totius corporis; an tempus vigiliæ, quo hac vi generali totius corporis instruitur: & quantum ad me attinet, utrumque tempus naturale Sanguini constituo: est etenim ille circuitus & dormienti & vigilianti necessarius: & quum adeit vis generalis, extrinseca; sit in determinatum finem vigiliæ, qui finis respicit labores, in quibus esse semper debet vigilans: quum verò deest vis illa generalis, quemadmodum in somno; tum sit circuitus Sanguinis, qualis dormienti convenit, & nullis viribus utenti. Quum verò quaeratur non vis, qua agit Sanguinem in circuitum, respiciendam vires aliarum partium seu musculorum; sed quaeratur vis sola qua in aptum circuitum agitur Sanguis, sive per illum musculi vires suas exerant, sive non: hæc autem vis solum vigeat in somno; igitur tempus somni est tempus aptissimum ad deducendam hanc vim. Quod ulterius ex eo confirmatur, quod vigilans non persistit semper in eodem gradu virium, quas exert; sed modò agit musculos violentius, modò remissius, modò etiam quiescit: neque quum contrahit musculos, semper contrahit musculos ejusdem partis; sed modò contrahit musculos partis unius, modò alterius; quum igitur vigilans sit in hac inæquabilitate virium; nulla dabitur certa vis, quam sumere possimus pro illa, quæ naturalem circuitum Sanguinis constituit; hæc enim semper eadem & æquabilis sit oportet: contra autem in somno hæc æquabilitas semper datur, quæ in vigilia datur nunquam, quare à somni tempore desumenda vis, qua Sanguis in suum naturalem circuitum agitur. Ultra hæc non solum hæc æqualitas datur in somno comparato cum vigilia ejusdem hominis, modò dormientis.

dormientis, modo vigilantis; sed quod magis rem conficit, in quibuscunque hominibus dormientibus eadem est inertia musculorum: quum tamen è converso non omnes homines vigilantes æquales vires exerant musculis suis; sed sunt qui validius, qui remissius moveant; graciles, pleniores; qui assueti, aut non assueti sunt laboribus; molles, aut duri habitus, & hujusmodi censum discrimina, quæ nota sunt inter homines. Quam igitur debemus invenire vim, qua Sanguis agitur in suam naturalem circuitum non in uno solum homine, aut aliquot; sed in omnibus & in genere: defumenda igitur vis illa erit non ab illo tempore, quo omnium hominum vires sunt inæquabiles, nempe tempore vigiliæ; sed tempore somni, quo ejusmodi vires sunt maximè æquales, quum in omnibus hominibus ex æquo desint, nempe in omnibus hominibus dormientibus muscoli ex æquo sint inertes. Sed addo his omnibus, quod adhuc majus est, & rem planè conficit: quod tamen ut luculentius res constaret; oporteret, ut huc traducerem universam somni doctrinam meam; quod quum fieri non possit, ipsam suppono. Certus itaque mihi videor, somni tempus esse illud tempus, quo maximè reparatur animal; tempus autem vigiliæ esse illud tempus, quo animal, ut ita dixerim, maximè destruitur. Quale ex his duobus temporibus dicemus animali maximè naturale? an non illud, cujus opera præcipuè sit, ut conservetur, nempe somnus? non vero illud, cujus opera sit, ut destruat, nempe vigilia? Quid autem dicemus facere circuitum Sanguinis in vigilia destruentem animal? facit, ut animal possit vires exercere musculis suis, nempe facit, ut possit in sua destructione persistere, eamque protrahere, absque eo quod deficiat; sed id, quod per vires absumitur, non restituit, hoc est non reficit animal, hoc est non apponit partibus id, quod per vires detritum est & perspiravit. In somno è converso circuitus Sanguinis non facit, ut animal possit persistere in sua destructione; sed facit, ut quod destructum est, extruat rursus, seu apponatur partibus, quod detritum est per vigiliæ vires & evaporavit; eodemque tempore materiam continet & præparat, quæ derivanda est in musculos ad exerandas vigiliæ vires, unde circuitus Sanguinis in somno duo animali præstat, Nutritionem, ut appellant, & Cumulationem illius materiæ, quæ derivanda est per vigiliam intra musculos ad excitandam contractionem superadditam: in vigilia autem circuitus Sanguinis unicum ex his, alterum scilicet solum præstat in animali; & hoc est sola distributio, illius materiæ contractionem superadditam producentis in musculis, quæ jam per somnum cumulata est, & præparata, & dispersa per universum Sanguinem. Unde circuitus Sanguinis in vigilia non datur, ut sit & conservetur animal; sed ut exerant vires musculorum: in somno autem datur utroque de nomine, datur scilicet, ut sit & conservetur, quum aliat in solo præcipuè, & dator etiam, ut veniat animal in contractionem musculorum, quum semper secum vehat materiam intra se collectam atque dispositam, & iisdem musculis non trahendis accommodatam. Ex doctrina igitur nostra somni, ut paucis rem complectamur, videtur illud confici, somni tempus esse illud tempus, quo alitur maximè animal; tempus vigiliæ esse tempus, quo minimè alitur: tempus somni, quo minimè destruitur animal; tempus vigiliæ, quo idem maximè destruitur. Quum autem ali sit refici, hoc est rursus quasi in generationem venire, & ad suum esse revocari; & nihil magis naturale unicuique rei excogitari possit, quàm ipsum esse illius: manifestum est tempus maximè naturale rebus omnibus animalis esse tempus somni, per quem illæ ad suum esse semper rediguntur, hoc

est conservantur in eodem: & vim maximè naturalem circuitu Sanguinis esse illam ipsam, per quam idem circuitus fit, quo tempore maximè naturalis esse debet, ad hoc ut naturalis essentia corporis conservetur; sed hujusmodi tempus est tempus somni igitur tempus aptissimum ad deducendam vim, qua in suam naturalem circuitum agitur Sanguis, est tempus somni, ut proposuimus.

Propositio V.

Vis, qua agitur Sanguis in suam naturalem circuitum est minor quocunque ex iis gradibus virium, qui constituunt latitudinem sanitatis, & ad illam eandem proportionem habet, quam somnus ad vigiliam, seu quam nulla vis ad aliquam, seu quamdam proportionem veluti dixerim immensam minoris inæqualitatis: atque insuper vis, qua Sanguis agitur in suum circuitum naturalem est minor vi, qua datur agitur in circuitum in plerisque morborum.

Quoniam ex superiori vis, qua agitur Sanguis in suum circuitum naturalem, est illa vis, qua in eundem circuitum agitur tempore somni, hoc est eo tempore, quo omnes musculi inertes sunt, exceptis iis, qui certo agunt Sanguinem in illum circuitum: sed quemcunque gradum virium seligas ex iis, qui constituunt latitudinem sanitatis; nullus datur, in quo, non dicam, musculi omnes sint inertes; sed in quo nulli musculi sint inertes; hoc est in tota latitudine sanitatis nullus datur virium gradus, qui non sit major viribus musculorum inertium in somno: igitur vis, qua agitur Sanguis in suum circuitum naturalem est minor quocunque ex gradibus virium earum, quæ constituunt latitudinem sanitatis; eritque ad illam latitudinem, ut somni vis ad vigiliæ vim; seu ut vis nulla, quæ in somno exercitur, ad vim aliquam, quæ exercitur in vigiliæ; sed nihili ad aliquid, hoc est nullius virtutis ad aliquid virtutis, est veluti immensa proportio minoris inæqualitatis; igitur vis, qua agitur Sanguis in suum circuitum naturalem, est minor quocunque gradu ex iis, qui constituunt latitudinem sanitatis in illa tam incredibile proportione minoris inæqualitatis, ut proposuimus. Secundo nemo est vel leviter versatus in Medicina facienda, qui non noverit, in plerisque morborum pulsus esse tam concitatus, sive frequentem, ac tanto impetu ferire arteriam & digitum apprimentem, atque tam plentem; ut ex iis non deducatur, circuitum Sanguis per ea tempora eosque morbos breviori fieri tempore, quàm in statu naturali: hoc est Sanguinem fluere celerius, seu absolute singulos suos circuitus breviori tempore: & quum spatium corporis, quod percurrere debet Sanguis, sit semper idem, & percurretur à Sanguine in plerisque morborum breviori tempore, quàm in statu naturali; oportebit ex doctrina motuum, ut vis, agens Sanguinem in circuitum in plerisque morbis, sit major vi, qua idem Sanguis agitur in suum naturalem circuitum, quod secundo loco asserabamus.

Propositio VI.

Quantitas Sanguinis, à qua educitur materies producent vim, qua Sanguis agitur in suum naturalem circuitum, non solum non est universa moles Sanguinis, quæ continetur in canalibus corporis; sed ad hanc ipsam universam molem habet inæqualitatem proportionem minoris inæqualitatis.

Quoniam vis agens Sanguinem in suum circuitum naturalem, est vis musculorum pectoris respectu circuitus, qui per pulmones fit; & vis musculorum

musculorum cordis, & si vis arteriarum, respectu circuitus, qui sit per universum corpus; & vires, quibus hujusmodi muscoli veniunt in suas contractiones superadditas, à Sanguine derivantur vel mediata, vel immediata, igitur ad producendam vim, qua Sanguis agitur in suum circuitum naturalem, necessaria est aliqua quantitas Sanguis, à qua educatur illa materies, quæ agit musculos cordis & pectoris & arteriarum in contractionem superadditam, quæ agit Sanguinem in circuitum naturalem. Dico igitur hanc quantitatem Sanguinis, ex qua educenda est materies ejusmodi contractionum in musculis Sanguinem in circuitum agentibus, non solum non esse universam quantitatem Sanguinis contentam in omnibus canalibus corporis; sed ad illam habere inexplicabilem proportionem minoris inæqualitatis. Quoniam Sanguis per universam suam molem est uniusmodi; erit igitur, ut quælibet pars Sanguinis, ad totum Sanguinem, ita materies apta contractionibus musculorum, quæ educi potest ab illa dicta parte, ad totam materiem aptam contractionibus musculorum universi corporis, quæ educi potest à toto sanguine sed ut contractio musculorum Sanguinis, ad contractionem musculorum universi corporis; ita pars Sanguinis à qua educenda est vis musculorum Sanguinis, ad totum Sanguinem, à quo educenda est vis omnium musculorum corporis; & vis musculorum Sanguinis, ad vim musculorum omnium corporis habet illam proportionem ex superioribus, quam habet vis agens Sanguinem in circuitum naturalem tempore somni, ad vim contrahentem musculos omnes corporis in latitudine sanitatis: & ejusmodi proportio ostendit esse veluti immensa minoris inæqualitatis igitur quantitas Sanguinis à qua educitur vis, contrahens musculos Sanguinis, ad totam Sanguinis molem est in inexplicabili proportionem minoris inæqualitatis. Sed hoc ipsum ulterius confirmat ex Mechanicis musculorum Borellianis. Comparat enim vires solius cordis & pectoris cum viribus omnibus simul sumptis musculorum omnium corporis; & intelliges vim cordis & pectoris, comparatam cum viribus omnibus simul sumptis musculorum omnium corporis, esse quiddam nihilo proximum: unde eodem modo arguendo rem pariter conficies. Sed & tertio rem conficito, considerando, qui nervuli cor subeant; & quæ venæ coronariæ revehant à corde Sanguinem, nervi exiles vix memoratu digni; venæ coronariæ amplitudinis majoris, quam arteriæ; exilitas nervorum facit, ut minimum sit, quod ex his derivatur in musculos cordis ad ipsorum contractionem: illa in venis coronariis amplitudo arguit minimum esse, quod ex arteriis influxit ita in musculos cordis, ut ab hisdem in venas non refluerit; sed consumptum sit intra ipsos in opere contractionis. Quare, quomodocumque rem verses, quantitas Sanguinis, ex qua educitur vis agens totum Sanguinem in circuitum naturalem, non solum non est tota moles ejusdem Sanguinis contenta in omnibus canalibus corporis; sed ad ipsam habet inexplicabilem proportionem minoris inæqualitatis; & jam confecta esset res; & ex se ipso pateret, quicquid est relinquimus in XI. propositione *Nostre Missionis Sanguinis*: sed quia nostri moris est nobis ipsis minimum tribuere; cum adversariis autem agere largissime, & ipsis tribuere quantum libet; addere hic placet, sine demonstratione tamen, quandam propositionem admirabilem, cujus demonstrationem quicumque habent, intelliget facile non à posteriori, ut aiunt, ut hæcenus hic factum est; sed à priori, & per suam necessariam causam illud ipsum, quod hic à posteriori ostendimus; nempe hanc incredibilem proportionem minoris inæqualitatis, quam pars Sanguinis, à qua educenda est vis contrahens musculos

ejus, habet ad totum Sanguinem. Et ut utamur nostra largitate versus adversarios; non persistemus, neque conficiemus rem totam ex suppositione tam incredibile minoris inæqualitatis, quæ missionem Sanguinis tam solide demonstrat: sed supponemus ejusmodi proportionem esse in multo minori differentia; & contenti erimus constituere partem Sanguinis, ex qua educenda est vis contrahens musculos ejus ad naturalem circuitum instituendum, esse solum quartam partem totius molis Sanguinis; & ut ex progressu demonstrationis patebit; possemus etiam largiri ulterius aliquid, puta esse tertiam partem, esse etiam dimidium, esse etiam partem dimidio majorem; prout enim morbi diversi considerabuntur, in quibus scilicet mittenda sit major, aut minor copia Sanguinis; omnia eodem modo se habebunt, & in eadem necessitate, & demonstrationis vim recident ad arbitrium, & leges largitatis nostræ. Propositio autem hunc in modum se habet.

Propositio VII.

Ratio pessima, qua conales Sanguinis non debuerunt esse duri, ac rigidi, nempe in eadem semper amplitudine cavitatis persistentes, sed contractiles, distractilesque, nempe qui venire possent, prout opus erat, in majorem aut minorem amplitudinem cavitatis, est; quia eadem quantitas Sanguinis, qua contenta in canalibus contractilibus distractilibusque, conservaret animal per longum tempus in vita, & virium constantia: intra brevissimum spatium temporis redigi sineet idem animal in languorem & mortem, si contineretur in canalibus duris atque rigidis.

Exponam hic solum usus aliquot, quibus certum est intervire contractilitatem distractilitatemque arteriarum: quod facimus non ad demonstrandam propositionem: sed ut ejus vis & significatio magis percipiatur; & quanti momenti atque amplitudinis sit id, quod demonstrandum proponitur. Primum itaque contractio arteriarum facit, ut Sanguis exprimat ex arteriis; quod etiam maxime est usus, ipsam tamen tanti non facio, quanti sit ab aliquibus; certus etenim mihi videor fieri posse eandem extrusionem, etiamsi arteriæ non essent contractiles; dummodo per cordis vim illud suppleretur impetus in Sanguine, qui eidem conciliatur per contractionem arteriarum. Faciunt insuper arteriæ ad motum Sanguinis intra venas, & ad motum sui liquidi intra nervos; per artus etenim rami majores arteriarum ad usque minores excurrunt ad contactum venarum; unde sit, ut arteriæ ad majus spatium extendi non possint sive distrahi; nisi nitantur toto distractionis impetu in venas ad contactum positas; & contentum venis Sanguinem, & cedentem loco trudent seu propellant versus cor; unde ad motum Sanguinis intra venas faciunt. Similiter in variis partibus corporis, ramis majoribus & minoribus arteriarum adherent per longitudinem & transversè rami nervorum majores, aut minores; crassiores, & graciliores; advoluti, implicati, & affixi membranis earundem, hic per longius, ibi per brevius spatium: ex quo fit, ut arteriæ trudi extrorsum non possint, quin urgeant nervos sibi non solum ad contactum politos; sed & conjunctos, & affixos maxima vi; unde si quid nervi contineant liquidi; agerit illud & derivabitur, quæ patet exitus, trusioni non repugnans. Facit etiam contractilitas; ut quoties dantur externæ pressiones à contractionibus musculorum, ut in vigilia tam Sanguis venarum quam Sanguis arteriarum concipiant majorem facilitatem ad fluxum; unde circuitus Sanguinis sit expeditus, & musculis omnibus

in vigilia contrahendis expeditius substituitur nova quantitas Sanguinis, à qua materies contractionum defumatur. Facit insuper contractio, & distractio arteriarum præcipue, ad separationem & derivationem liquidum per nervos in cerebro. Ex fabrica enim pie matris, & trajectione arteriarum per totam altitudinem cerebri sit, ut unaquæque pars cerebri, inter duas quasque arteriolas comprehensa, alternè prematur, & alternè à pressione liberetur: & quo quidem tempore à pressione liberatur, impleatur liquido, quod ab arteriis secretur: & hujusmodi liberatio à pressione sit, quam arteriæ constringuntur: quum premitur autem cerebri unaquæque pars; liquidum ab arteriis secretum, & in eam cerebri partem derivatum, ulterius per cerebrum promovetur & nervos: & hoc fit, quo tempore arteriæ dilatantur. Unde fit, ut universa moles cerebri moveatur & ipsa motu constrictionis & dilatationis, sed inverso ordine respondentium illi ordini, quo constringuntur & dilatantur arteriæ; quando enim hæc dilatantur, constringitur cerebrum ab ipsis comprehensum, & contentum liquidum ulterius agitur: quando verò illæ constringuntur, dilatatur cerebrum, & intra ipsum derivatur liquidum, quod à Sanguine arteriarum secretur: & quiddam simile contingere posse etiam in aliis instrumentis excretoriis minime dubito. Patet autem ex his omnibus, nulli ex his visibus aptos esse potuisse canales Sanguinis; si omnino duri atque rigidi constituti fuissent: & quum singuli eorum usum, aut omnes saltem simul sumpti, si sint, qui faciant, ut si non darentur, animal conservari non posset, sed deberet ejus fabrica brevi deficere, atque animal mori; existimaret fortasse aliquis, in hoc numero tam multiplici usum, ac tanti momenti comprehendere totam industriam contractilitatis, distractilitatisque canalium Sanguinis. Dico igitur ultra hos omnes, & alium quem jam addam, dari quendam alium majoris momenti; ac tantò quidem majoris, ut licet usus expositi nullius essent necessitatis, & essent fictum quiddam & planè nihil: adhuc alio de nomine ita nellaria fuerit contractilitas illa, ac distractilitas; ut si illa constituta non fuisset, brevi animal venire debuisset in languorem, aut mortem. Usus autem, adhuc addendus, sunt flexiones, in quibus veniat animal oportet in motibus suarum partium, in quas venire non posset, si canales essent omnino duri ac rigidi; vel oporteret, ut iidem frangerentur in flexionibus quibuscunque cujuscunque partis. Quum enim canales debeant perducere à corde ad usque minimas quasque partes corporis; si sunt omnino duri atque inflexiles non poterunt in sua integritate persistere, nisi persistant in eadem positione semper; persistere autem non possunt; si partes, per quas feruntur, positionem mutant: & hæc positio partium mutatur in singulis ipsarum motibus, igitur aut animal moveri non posset in singulis suis partibus; aut canales Sanguinis frangerentur: quorum neutrum quum fieri debuisset; oportuit canales Sanguinis constituere, qui per flexionis motus possent extendi, quum flexio in extensionem cogit; possent contrahi, quum eadem flexio in contractionem agit. Tu cogita jam ex te ipso de re elegantissima, & maximæ utilitatis, de propositionis scilicet demonstratione; atque invenies quam parva sit illa quantitas Sanguinis, quæ sufficit ad illam vim suppeditandam musculis, totum Sanguinem agentibus in naturalem circuitum, quæ satis sit ad eundem naturalem circuitum instituendum. Nos ut per exemplum in numeris rem planiorem reddamus, semper largientes plurimum adversariis supponemus (quod est vero minus) dari in corpore hominis viginti libras Sanguinis; & ad suppeditandam vim contrahentem musculos ejus requiri

Tom. IV, Pars II,

libras quinque, nempe quartam partem totius Sanguinis (quod est vero innumeris dixerim vicibus majus) & hac etiam largitate supposita, rem jam ultro conficimus.

COROLLARIUM.

UT omnis tollatur hallucinationi, equivocationi, confusione, fallacia locus atque occasio; visum est hic colligere, nempe seorsim, distinctè, & summam repetere, quæ ex superioribus patent ad rem virium pertinentia. Itaque circuitus Sanguinis duo præstat (quantum ad rem præsentem pertinet, cum qua separationes liquidorum à Sanguine nihil negotii habent.) Primo facit, ut animal sit, & conservetur, & vivat, & hoc præcipue ad tempus somni pertinet: eodemque tempore musculi Sanguinis tanta vi veniant in contractionem superadditam, ut Sanguis possit venire & persistere in naturali circuitu per totum somni spatium, licet reliqui musculi universi corporis in contractionem superadditam non veniant. Secundo facit, ut musculi omnes, tam scilicet moventes sanguinem, quam moventes quicquid est reliquum in corpore, in contractiones superadditas veniant; & hoc pertinet ad vigiliam. Patet etiam ex superioribus vim contrahentem musculos Sanguinis, & agentes per eam vim eundem Sanguinem in naturalem circuitum, non solum non esse quiddam necessarium conjunctum, & necessario pendens à contractione reliquorum musculorum corporis: verum esse ab hac ipsa contractione reliquorum musculorum corporis tam remotum, atque tam liberum; ut non solum possint contrahi musculi Sanguinis, absque eo quod contrahantur reliqui: verum de facto contrahi, & contrahi per maximam partem vitæ animalium, absque eo quod reliqui musculi corporis contrahantur, ut in somno monstravimus: adeoque nimis fallere, & nimis falli illos, qui vel vim contrahentem musculos Sanguinis aut confundunt cum vi contrahente musculos reliquos: aut illam necessario pendens ab hac constituent; aut hanc pro illa sumunt. Tertio quoniam læso virium medica est læso virium, quæ à die decubitus desumitur, seu quæ per decubitum dignoscitur, seu dignoscitur ex eo quod musculi corporis contrahi ulterius non possunt, læso igitur medica primò & certò respicit musculos corporis, non musculos moventes sanguinem; licet fieri possit, ut eodem tempore & deorsum læso virium, quoad vires contrahentes musculos Sanguinis, & quoad vires contrahentes musculos reliquos corporis; ut igitur certo sciamus, an semper, an aliquando solum in læsione virium medica lædantur vires contrahentes musculos Sanguinis, & vires contrahentes musculos reliquos corporis; non sufficet videre hominem lecto stratum, & contractionem musculorum corporis invalidum; sed oportebit etiam cognoscere, an invalida sit illa vis, quæ contrahit musculos Sanguinis. Si etenim de re judicare quis vellet ex solo decubitu: ex eo quod videat in eo statu hominem musculos corporis contrahere non posse, argueret etiam contrahi non posse musculos Sanguinis; perinde esset ac si in dormiente etiam laborare cor & corpus vellet asserere; seu musculos earum partium non contrahi, eo quod musculi reliqui corporis non contrahantur; quod quum planè in seipsum atque ridiculum sit; etiam prorsus vanus esset ille, qui quum in læsione virium medica videat per decubitum contrahi non posse musculos reliquos corporis; pro certo habendum esse constitueret, neque contrahi musculos Sanguinis. Quum verò, ut superius monuimus, non in uno aut altero morbo solum, sed in plerisque morborum ex frequentia, impetu, & plenitudine pulsus certo deducatur tum temporis, nempe in iis morbis contrahi musculos Sanguinis, non solum eadem vi, quæ in naturali statu contrahuntur, sed etiam majore; adeo-

M m que

que fieri circuitum in illis morbis, quantum ad vires atinet, non solum eodem modo, quo in naturali statu, sed etiam profectius: manifestum est, non in omnibus morbis læsionem virium medicam pertinere ad læsionem virium contrahentium musculos Sanguinis; & constituentium Sanguinem & ipsius circuitum in statu naturali; ad quem naturalem statum Sanguinis, naturalem habitudinem circuitus ejus & naturalem vim, qua idem circuitus instituitur, debet respicere is, qui de hoc ipso Sanguine naturaliter se habente, naturali modo fluente in circuitum, & naturali vi in circuitum alio differit, ac demonstrationes instituit. Brevitatis gratia appellabo in proximis læsionem virium medicam, ad musculos in genere pertinentem, contractionem generalem; & jam rem paucis expedire possumus.

Propositio VIII.

Si vis, qua agitur Sanguis in suum circuitum in statu morbi, sit æqualis, vel major vi, qua agitur Sanguis in suum circuitum in statu sanitatis; & quocumque de nomine videatur ille morbus exigere missionem Sanguinis; faciendum, & necessario proderit: si vero vis, qua agitur Sanguis in suum circuitum in statu morbi, sit minor vi, qua agitur in suum circuitum in statu sanitatis; tum videndum, quid præstet; an finire sine vita discrimine, & non mittere Sanguinem; an vero minus periculum vita immineat, si Sanguinem mittas: & in hoc secunda casu mittendus Sanguis; in primo abstinendum. Quantitas autem mittendi Sanguinis esse poterit quæcumque libuerit; dummodo non sit tanta, qua minus illam quantitatem Sanguinis, qua necessaria est ad substituendam aptam materiem contractionibus musculorum Sanguinis; dummodo non præstaret eam ipsam vim contractionis minuere; & quando præstabit; tamen mitti poterit Sanguinis, quantum prudenti Medico visum fuerit.

Incipiat quis ægrotare sive decumbere, erit igitur corpus ejus instructum suis viginti libris Sanguinis; & quum contractione generali careat, in qua exercenda plurimum Sanguinis absumitur; intra idem illius corpus detinebitur & conservabitur multò major pars Sanguinis, quam conservaretur, si musculos contraheret, hoc est operaretur; seu, quod idem est, consumet ille æger & perspirabit minus, unde si constaret in illa læsione contractionis generalis non esse læsam contractionem musculorum Sanguinis; quum ad conservationem illius contractionis musculorum Sanguinis necessariae sint libræ quinque Sanguinis; supererit ex viginti libris considerandæ libræ quindecim: & quum ex libris quindecim corpus per morbum contractione generali destitutum vix quicquam absumat; considerandæ supererunt libræ quocumque volueris, pone duodecim, pone decem, pone octo, pone etiam quatuor; quæ equidem educi à corpore poterunt, salvis illis quinque libris, quas necessarias supponimus contractioni musculorum Sanguinis, ad hoc ut idem Sanguis in suum circuitum naturalem agi possit. Quare si ille morbus aliquo de nomine exigerit missionem Sanguinis; illa fieri posset tum temporis ad usque illas libras quatuor quæ ultra libras quinque reperiuntur in corpore, absque eo quod vires contrahentes musculos Sanguinis ne quidem minimum læderentur, quare si in aliquo morbo ceteroquin exigente missionem Sanguinis, vis agens ipsum in circuitum sit eadem, ac vis agens eundem Sanguinem in circuitum tempore sanitatis; mittendus erit Sanguis; proderit necessario; & nihil minuetur vis in circuitum ageat eundem Sanguinem; si verò vis, agens

Sanguinem in circuitum in statu morbi, sit major vi, quæ agit Sanguinem in circuitum in statu sanitatis; eadem succedat; & multò major copia Sanguinis mitti poterit, antequam lædatur vis contrahens musculos Sanguinis, quum enim hæc in statu morbi supponatur facta major quam in statu sanitatis; hoc augmentum argumento esse potest, in minori quantitate Sanguinis reperiri majorem quantitatem materiae contrahentis musculos; adeoque illam quantitatem necessariam contractionibus musculorum Sanguinis esse minorem libris quinque: adeoque plus quam libras quindecim superesse intra corpus, quæ contractionibus musculorum Sanguinis non interserviant. Quare patet tota prima pars. Patet etiam secunda pars, quæ pertinet ad quantitatem mittendi Sanguinis in his morbis, in quibus vis, qua agitur Sanguis in suum circuitum, est minor vi, qua agitur Sanguis in suum circuitum in statu sanitatis, quum etenim in his morbis, in quibus vis agens Sanguinem in suum circuitum est minor vi, qua Sanguis agitur in circuitum suum in statu sanitatis; tum quoniam, ut patet ex tota nostra doctrina Missionis Sanguinis, dari possunt casus, in quibus cum maxima etiam læsione virium missio Sanguinis prodesse possit; hinc sciens Medicus observabit, num aliquis ex his casibus detur in aliquibus ex his morbis; & quum datur, mittendus Sanguis & proderit; quum verò non datur, omittendum, & omittente missionem Sanguinis prodesse poterit. Quare patet tota propositio; ex qua jam ex te ipso conficies quicquid superest propositio- nis undecimæ.

Propositio IX.

Sanguine ita vitiatò, ut vires lædantur, perinde est, ac si Sanguis qualitate quidem naturaliter se haberet, sed ea imminuta quantitate esset, qua requiritur ad datam illam læsionem virium producendam, eum ceteris ad usque finem.

Supponantur eadem viginti libræ Sanguinis contineri intra corpus; & vires contractionum, quæ possunt educi à tota quantitate Sanguinis librarum viginti, supponantur posse redigi ad aliquem determinatum numerum ad arbitrium; & supponatur momentum virium, quæ educi possunt à viginti libris Sanguinis, æquale momento centum librarum ponderis, igitur momento virium, educendarum ex unaquaque libra Sanguinis, æquale est momento quinque librarum ponderis. Sint jam per aliquod vitium Sanguinis læsæ vires; & sint ita læsæ, ut in illo ægrotante corpore, in quo consideramus læsiones virium, & quod continet libras viginti Sanguinis, non jam dentur contractiones, quarum momentum sit æquale momento centum librarum ponderis; sed dentur contractiones, quarum momentum sit æquale momento sexaginta librarum ponderis tantum. Quum igitur in illo corpore dentur viginti libræ Sanguinis, sed vires diminutæ sint per vitium ejus ad usque quadraginta libras ponderis; ex illis igitur viginti libris Sanguinis dantur intra corpus libræ octo, à quibus vires contractionum educi non possunt, quare, quantum ad vires atinet illius ægrotantis, à Sanguine educendas, perinde est continere intra se viginti libras Sanguinis, sed ita vitiatas, ut vires contractionum educi non possint nisi à libris duodecim; ac continere libras duodecim Sanguinis vitiatas; quantitatem scilicet minorem quidem quantitate librarum viginti toto octonario numero librarum; sed æqualem illi quantitati, quæ ex vigenario illo numero librarum superest, dempto octonario numero, à quo vires contractionum educi non possunt, quare Sanguine ita vitiatò, ut vires lædan-
tur

tur, perinde est, ac si Sanguis qualitate quidem naturaliter se haberet; sed ea esset imminuta quantitate, quæ requiritur ad datam illam læsionem virium producendam. Si igitur quanta sit hæc læsio virium sit notum, notum etiam erit, quæ quantitas Sanguinis in dato corpore superesse debeat, dempta illa quantitate, quam exigit læsio virium; eaque comparata cum quantitate Sanguinis, quæ necessaria est ad conservandum sanguinem in suo naturali circuitu, producendo in muscibus ejus contractionem similiter naturalem; deducetur, quæ quantitas Sanguinis sit in illa data læsione virium mittenda. Quare patet tota propositio. Ex quibus demum omnibus fit, propositionem illam, in qua asseritur Sanguinis missionem nunquam nocere, aut nunquam juvare posse, evidentissimè falsam esse; & demonstrationes Nostræ Missionis Sanguinis sibi ipsis constare; si-ve abstractè procedamus, eundem semper & perfectissimum gradum virium supponendo, ut nos gerere debuimus scientificè ratiocinantes; si-ve progrediamur in concreto, ut notum est ex expositis.

Ad intelligendum verò, num, & quando noceat indormire missioni Sanguinis, necessarium esset huc traducere universam doctrinam nostram somni. Tu interim quicumque es, sagax & meditando non ignarus, ex iis paucis, quæ indicavimus de somno superius, perpende, quid fiat; & non ita difficilè rem deduces.

Hactenus quæ Bellini in Opusculis. Iis rursus aliqua ex nobis ipsi jam subjungeremus, ni illa commodè videri possent in Theatri nostri Anatomici Tom. 2. p. 223. sub linem secunda columna & sequ. Quæ autem nostris temporibus Medici varii Itali, tum propria Lingua, tum etiam Latina, pro & contra Vena sectionem scripserunt: fusiora sunt quam ut hic in se-ri debeat. Et præterea nihil propriè addunt evidentia eorum quæ à Vena sectionis præcipuis tum Patronis, tum Oppugnatoribus, à nobis productis, scripta sunt.

V E N E N A.

De Venenis & Bezoarticis sic scribit Excel-
lentiss. D. Joh. Christian. Ursinus, Dissertatione Medicâ, sub præsidio Præclariss. Viri Dom. Georg. Wolfgang. Wedelii, Medicinae Professoris Celeberrimi &c. publico examini præpositâ.

UT cognitio remedii supponit cognitionem morbi, & vice versâ, si juxta rationem velimus procedere; ita de alexipharmacis seu bezoarticis, tanquam venenis resistentibus re mediis, vix feliciter possumus disserere prius, quam de venenis, quæ & qualia sint, penitus constet.

Dictum esse venenum ex philologiâ constat, q. d. quod citò per venas transeat, seu salubre, seu noxium sit. In genere enim pro medicamento accipitur; seu latiori significatione veneni appellatione continetur omne, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum est, mutat; propriè verò prædicatur de noxio & contradistincto alimento & medicamento.

Adeoque venena propriè sunt, quæ per se nocent, & adversa sunt corpori, non item, nisi latius, quæ per accidens id præstant, quorsum Scaligeri illa venenorum genera spectant Exercitat. 33. tom. 2. nocere eadem vel à primis qualitatibus, ut aqua epota frigida homini labore & sole æstuanti, ut gypsum exsiccando strangulat; Vel à secundis, ut crocus laxando nimis spirituum viam, quod vulgo statu-
Tom. IV, Pars II.

unt, nos verò quid sentimus mox patebit; Vel à tertis, ut Cantharides vesicæ, lepus marinus pulmone. Tacemus exemplum vini, spiritus vini & aliorum.

Præsupponimus ergò 1. Venena esse & dicenda, quæ corpus citra externam violentiam aliam, (ut conformatione vel unitate solutâ) violenter destruerent. Hinc enim intoxicati vel veneno potationati sunt & dicuntur, qui citra aliam quandam causam manifestam periculum vitæ subeunt, vel moriuntur.

2. Adeoque esse peregrina corpori, si-ve illata; si-ve in eodem producta. Illa proprie dicuntur venena, hæc maligna & veneno analogæ; unde differunt potissimum quoad modum inficiendi. Alia inspiratu lædunt, ut seminaria pestis, & morborum malignorum, febrium &c. quatenus *ἀνίπνοια* seu effluvia, vel exhalationes ex infectis corporibus & locis spirantes communicantur; Alia haustu, ut quæ ore assumuntur; Alia solo contactu, ut illa quæ foris nos contingunt, etiam ex supra dictis, pestis & febres maligniores; Alia denique ex ictu & morfu, cujus generis sunt animalia, quæ vel dentibus nos mordent, vel aculeo pungunt, vel contactu nocent.

3. Alia esse externa, alia interna, quod ex dictis satis patet; Externa iterum vel vi illata, ut morsus animalium, vel inadvertenter, ut pestis per poros irrepens; Interna verò vel ore hausta in pulmones, vel deglutita in ventriculum, vel generata in massa sanguinea etiam citra ullam extraneam, saltem immediatam, communionem, seu contagium.

4. Alia esse magis cita & activa, quæ præsentaneâ vi, exiguo temporis spatio occidunt; alia lenta, temporaria, efficacitè remissioris, quæ post multos demum dies necant. Priora v. g. calida tenuia, & ferè erodentia ac putrefaciencia; posteriora frigida & crassa, quæ minus in vasa, censentur.

5. Venena alia esse homini, alia brutis; multa siquidem homini sunt venena quæ tamen aliis animalibus in alimoniam cedunt, ob diversum nexum principiorum vitalium, sanguinis & feri. Sic cicuta flurni vesci scribuntur; hyoscyamo & mandragorâ, fues; Cantharidibus, hircundines; serpentibus, cervi, quo de vide Sachsni Gammarol. & Ann. I. Ephem. Germ. obs. 14. attractis iisdem è speluncis suis; araneis gallinæ; serpentibus & bufonibus Ciconiæ &c. contra ea aloè medicamentum est hominibus utilissimum non minus ac amygdala amara, lupis, vulpibus & canibus verò venenam. Vid. Moeb. Fundam. Medic. Physiol. cap. 10. pag. 159.

6. Alia venena esse universalis, alia particularis; quæ distinctio tum in specie humanâ, tum generalis quoque de aliis valet. Universalis omnibus atque singulis animalibus venena sunt arsenicum & mercurius sublimatus, nullum quippe visum est, quod sciam, innoxie per omnia hæc usum. Specialia venena, præter jam dicta, in specie humanâ alia sunt nervis & spiritibus inimica, ut solanum furiosum, alia pulmone, ut lepus marinus, alia ventriculo, ut lepus marinus, alia ventriculo, ut corrosiva, alia vesicæ, ut Cantharides ardore & mictu cruento infames.

7. Alia partes spirituosas, alia humidæ, alia solidas magis afficere; imprimis verò cum humidæ mediæ sint inter reliquas & quasi vinculum quoddam, præcipuè etiam easdem pati certum est.

8. Alia esse vegetabilia, ut aconitum, cicuta, napellus &c. Alia animalia, si-ve toto, si-ve partibus solum, ut scorpius, vipera, quorsum & caudam cervinam quidam referunt; Alia mineralia, ut arsenicum, mercurius sublimatus. Adeoque pauca quidem nota sunt venena, reliqua tamen, cum magis & minus non varient speciem, itidem huc referenda. Nondum innotuit vel publicatum est venenum, quo in
M m 2 Gallia

Gallia hærens tot cædes paratæ occultæ, *poudre de succession* vocant, in pulveris formâ; licet sint, qui carnes infantum ex utero materno excisorum (horrendum dictu) cum aspidibus aliisque confermentatas nominent.

9. A venenis assumptis oboriri ab aliis alia, omnia tamen in subitanæ conspirare perniciem; ad vomitum cieri ventriculum, cardialgiam, anxietates, tremores, pallores, lipohymias, pulsum frequentem, abdominis inflationem fieri. A demorsis vero scorpio vel viperæ, auriginem contrahi, dolorem, ardorem, tumorem, inflammationem partis affectæ.

Ex his colligere est 1. Venena non tam occultis, quam manifestis agere qualitibus. Uter enim occultæ qualitates, quatenus manifestis sunt contradistinctæ, concedi possint, quo sensu venena communiter à tota substantia, sive virtute specificâ agere asserant; si tamen penitus eadem investigemus & occultum sumamus pro eo, cujus nulla omnino ratio dari queat, ratum est atque certum, venena agere manifestis atque investigabilibus, intellectui notis, qualitibus. Huic notanter Scaliger, loco citato, qualitas hæc dicta, ait, cum multum abis à sensibus, sola ratione comprehendi potest; (loquitur verò de remediis venenorum tota substantia agentium) sed in hujus cognitionem pervenimus per vestigia tertiæ, scilicet qualitatis, seu ad normam manifestarum.

2. Venena sine dubio subruere principia vitalia; quorum nexu indissolubili vita propagatur, violenter verò destructo sufflamatur. Neque enim ulla ratio dari alia potest tam citæ *vaporosæ* & immutationis, præcipue cum omnia id tellentur phænomena, unde merito causæ talismodi universali eorundem vis adscribitur, in quâ omnia adeò convenient, licet admodum diversa.

3. Pollere venena sale, sulphure & mercurio; machinæ humanæ peregrinis & destructoriis. Id verò est tota illa substantia, occulta qualitas, textura nempe & modus mixtionis. Uti enim particule alimentorum sunt benignæ, familiares & subjugabiles, similes, saltem à posteriori, medicamentorum diversa, ut alium statim alterando vel purgando inducere queant; ita venenorum adversæ, in interuentionem partium spirantes.

4. Esse eadem vel corrosivæ, vel Fermentativæ, vel vaporosæ, vel Mixtæ. In his quippe effectibus vel qualitibus vis venenorum in genere consistit. Corrosivæ si fuerint, ventriculo escharam & *vaporosæ* inducunt, unde parte ad vitam absolutè necessariâ destructâ, necessum est machinam ipsam subruere & principia vitalia destrui. Fermentativæ quæ sunt, motum p. n. eumque vel absolutè lethalem, vel summè tamen periculosum inducunt, unde calor febrilis, æstus, deliria. Vaporosæ spiritus obnubilant, suffocant, destruunt. Adeoque corrosivæ solidis, fermentativæ humidis, vaporosæ spirituosis imprimis sunt hostica, mixta universis. Quæ verò de his non participant, ut pix assumpta & plurima alia inter venena vulgè rellata, inter venena tantum per accidens talia & improprie dicta referenda fuerint.

5. Venena mineralia, mercur. sublimat. & arsenicum ejusque species, agere solâ potissimum corrosivitate. Hæc ipsa *vaporosæ*, *singulæ* sanguinis & seri destructionem inducit, secundariò quoque fermentatione peregrinâ & spirituum turbatione consequente. Hinc si statim revomantur, delicatiori archæ sensu & robore, non nocent. Huic in ventriculum plenum, vel pinguibus præsumptis ingesta minus necant, faciliiori vomitu consequente, & acrimoniâ obtusâ. Hinc qui mortui sunt ab horum usu sive incauto, sive malitioso, ventriculom & intestina sphæcelata & erosa exhibuerunt, quod ipsi in cane observavimus. Par

ratio est aquæ fortis, butyri antimonii, &c. Patet id ipsum quoque ex analysi mercur. sublim. neque enim mercur. vivus, nec sal. nec nitrum, nec vitriolum quibuscum sublimatur, est venenum, sed sola textura inde emergens, quâ iterum immutatâ, per additionem mercur. vivi & sublimationem, in mercur. dulci, eadem quoque venenositas emoritur. Neque mirandum est, hinc ardorem stomachi, convulsiones, livores, tumores & alia symptomata ab his oriri, de quibus videantur Practici. Sic & arsenic. corrosivitate & caustica vi ablata innoxium est, vel solius magnetis arsenicalis exemplo.

6. Venena animalia (loquimur verò de universaliibus magis) agere potissimum vi fermentativâ peregrinâ; sive viperæ morsus exempli loco. sit præcipue, seu canis rabidi, seu alia consimilia. Hinc cum salivâ talismodi sal peregrinum, irato cumprimis animali, in vulneratam partem illatum, mox serum & sanguinem immutat, ut corrumpanitur, *vaporosæ*, fermentationem, *vaporosæ* patientur, facta sunt, recurso ad cor, communicatione etiam reliquam massam sanguineam mox inficiendo. Par ratio est ictus cum aculeo scorpionis, motus aranei & similia. Hinc factâ statim exsuctione vel destructione fermenti hujus peregrini, vel non nocet planè, vel saltem citius debellari potest. Coravimus aliquando puerum à cane rabido demorsum 1. dato intrinsecus Bezoardico volatili, 2. exterius vulnere cum ruta, theriacâ & aceto eloto, felicissimo cum successu. Hinc ligaturæ etiam locum habent. Verbo, omnia *vaporosæ* testantur de inducâ fermentatione præternaturali. Hinc etiam si ictus apum, vel vespæ excipitur ungue, & hinc gustetur, silium talismodi quid manifestè deprehendi potest.

7. Venena vegetabilia potissimum agere vaporositate peregrina. Quatenus sulphure v. g. impuro, mucilaginoso, nervis inimico pollent. Hinc hyoscynamum, seu ejus semen, imaginationem dislocasse observavit in caustico Helmont, lib. demens idea p. m. 224. ipsumque ibidem p. 225. exoticam phantasiam imprimere asserit, quod itidem in puella observatum observatione 21. an. 2. Ephemerid. Germanic. consignatâ. Sic napellus, verbis ejusdem, suam furoris in nobis imaginem communicat, de cujus *vaporositate* ab assumptione eventibus, ut & de arsenico studio experientandi propinato, videri meretur Cornarius histor. admir. 12. & 13. pag. 41. & seqq. A 33. pulveris napelli, pectoris angustia, ventriculi dolor, oculorum obtenebratio vertiginosa, pulsus immutatus, paulò post etiam delirium accidit, ut in folio lacero alè cecinerit æger. Legi hanc in rem quoque seorsim meretur J. I. Wepferus libro historia & noxi Cicutæ aquaticæ inscripto, & I. M. Faber in Strychnomaniâ, tractatibus curiosis. Sic & crocus risu scribitur interimere, risus verò stultorum est. Par ratio est opii ipsius, aliorumque, quæ vaporositate suâ spiritus turbant & nocent.

8. Venenum in corpore genitum in febribus malignis esse fermentationis peregrinæ sobolem, sæpè tamen non tam à priori, quam posteriori factum. Quando enim vel ob aëris austrinum frigidiorve statum, vel ob errores dietæ, vel contagium quoque leges proportionis sanguinis & seri violantur enormius, consistentiâ, motu & calore læsis, periculum ruinæ subit machina, peregrino inducò æstu, variis cum effectibus siccis. Imprimis sal volatilius redditum, rarefaciens sulphur, sero diluente excusso, ferociens hinc & quassans corpus accusari meretur. Unde sanguis emissus rutilans, cinnabarinus, sero quasi incoctus visitur, quo de alibi latius.

9. Venenum pestis, sola contagio propagandum & illatum, singula conjunctim possidere. Non in aëris corruptione, præterquam particulari, consistit id ipsum,

ipsum, neque à priori æquè, unde primitus emergat, cognitum est; à posteriori verò optimè. Est nempe venenum hoc corporeum, seminale calore nativo expansivum, sui multiplicativum, humorum corruptivum & principiorum vitalium destructivum. Corrosivum esse demonstrat satis carbunculi & pustulæ quasi ab ambustione factæ, dysenteria, pleuritidis cardialgia, aliæque conjuncta; Fermentativum, Febris, Bubones, anxietates &c. Vaporosum, deliria, sopores, vertigo, ipsos sanos quoque impetens eadem domo versantes. Eminent tamen tanquam magis acribus vis corrosiva, unde reliqua quasi obscurat, & eadem potissimum necat, si v. g. ventriculus fuerit carbunculo affectus, mictus cruentos accedat, si hæmorrhagiæ; variat etiam affectus hic ratione recipientium subjectorum. Hinc clavis patet, quare tam subitò interuentionem inferat pestis; quare nullum remedium specificum & appropriatum, idque certum & infallibile, quod communiter desiderant, datur; quidque sit sentiendum de variis hypothesebus de veneno pestilenti hodiè agitari solitis. Pigrum id & lentum est, omnique præcautio hinc fieri debet, ne in actum deducatur; ne hauriatur, vel haustum maturè profligatur, ne nidum sibi parat, cum pernicio certè corporis. Omnia, uno verbo, sic velut pansa patent *φασφίματα*.

10. Venena particularia magis esse subjungabilia, minusque vincula vitalia destructum ire. Noxia quidem sunt, unde venena audiunt quoque; at tamen non toti æque, secreta ab archæo victore, seu superiore, huc illuc. Sarius enim est hanc illam partem lædi, quàm totam machinam subire periculum lethi. Sic cantharides sale volatili acriori constantes inficiunt non tam ventriculum, acriora etiam exterius ulcerantia & rubefaciunt, allia, sinapi, lepidium ferre adfectum, quàm expansis salinis particulis suis serum, unde excretioni destinatum in tubulis renum, ardorem delicatioribus longè partibus insupportabilem conciliant. Pat ratio est leporis marini, de quo cum minus constet nobis, pluribus dicere non licet, à posteriori tamen exulceratio decantata id probat satis.

11. Ubi virus, ibi virtutem deprehendere licet. Præstat enim ex venenorum quoque doctrinâ alios deprimere usus. Neque enim solum utilissima est, tum ut venena cognoscantur, cognitaque vitentur, tum ut infecti melius & rectius curati valeant; verùm quoque ut cognita virulentia virtutem, quam natura illa condidit, noscamos. In genere enim virtuosa esse & potentia ex effectu patet satis; quod si ad leges temperamenti humani redigere mitigareque illa pergamus, pro vinculis vitalibus roborandis facient, quæ contra ea destinata videbantur. Exemplo sint vegetabilia plurima, ut cicuta, v. g. opium, crocus, semen hyoscyami, & alia, ut arsenicum, araneas, & alia non laudemus.

Sed visis hisce jam iudicium ferre poterimus de Bezoardicis accuratius, generalibus & specialibus. Contraria enim juxta se posita elucescunt magis. Ut itaque venena sunt non una, sed diversa; ita quoque non uno nomine veniunt iisdem opposita. Generali notatione dicuntur alexipharmaca, alexiteria, latine amuleta, (quæ vox hodiè de externis appensis ferè usurpatur,) ab amoliendo; i. e. submovendo, depellendo, eò quòd venenis resistunt; item Bezoardica, ex eo haud dubiè, quod lapidem Bezoar putarint omnibus venenis resistere, modò sit genuinus. Atque sic eleganter & usitatius hodiè dicuntur. Sin specialius ea consideremus, prout à veteribus denominata fuere, divisa sunt etiam quoad nomina hinc, ratione objecti potissimum, i. e. veneni, in quod agunt, teste Galeno 6. Epid. Comment. 6. t. 5. & alibi. Cum enim venena vel ab animalibus, vel ex vegetabilibus, mineralibusve proficiantur (pharmaca vo-

Tom. IV. Pars II.

cant) ideò remedia iis resistentia duplièis quoque generis esse scribit idem: Alia quæ venenatorum morsus, ictus aut venena sanant; alia quæ deleteriis pharmacis medeantur. Illa alexiteria εὐδὲ ἄλλοζον, a cere depellere, propulsare, item opitulari, καὶ τῶν θηρίων, à Feris vel Bellis, nominantur. Hinc & simpliciter θηριακά φάρμακα, seu theriaca, propriè dicuntur, quæ moribus animalium debentur. Dicta enim est theriaca partim ab effectu, eò quòd serpentum moribus maximè succurrit, partim ab ingrediente carne viperinâ. Hæc alexipharmaca, εὐδὲ ἄλλοζον καὶ φάρμακα, quod lethalibus medeantur moribus. Exemplo sit jam dicta theriaca, quæ cum primariò moribus animalium infligitur debeat, non æque contra omnia & singula venena potest adhiberi alia, frustra adversus vegetabilia, mineralia, & plura quoque animalia. Utraque aliis terminis dicuntur etiam alexicata, item antidota, licet hæc quoque de internis tantùm prædicentur magis.

Nos generalia illa jam vocabimus usitato nomine Bezoardica, tanquam communia magis & universalia; hæc scilicet malignitati ex dissolutione humorum vitalium, minori vel majori, quam venena intentant, exurgenti debita cor defendunt, & κρῖνον, consistentiam ac motum sanguinis contra venena in vigore suo asserunt. Movit enim jam ipse Galenus lib. 5. de simpl. medic. facult. cap. 18. nihil interesse, an alexiteria an alexipharmaca remedia venenis opem ferentia appellemus, quod scilicet in unum demum eundemque; sinem funestum illa conspirent. Antidota verò specialissimè notant, quæ his vel illis specialitè & in individuo notis venenis, quoad illam qualitatem, qua particulariter noxia sunt, in corpus illata, adversantur, ut merc. sublim. cantharidibus, & similibus, de quibus in seq.

Cum verò ex dictis clarum sit, bezoardica hæc respicere potissimum venenum animale, in motu fermentativo & destructivo consistens, adeoque convenire v. g. ad morbos malignos, & prodesse in feb. malignis & morbis epidemici, pleuritide, dysenteria, variolis, morbillis, peste, febribus Hungaricis, petechialibus, inflammationibus febrilibus, anginis &c. meritò veneni hujus *ὀξείας* respiciunt præcipuè. Tertia enim pars hominum moritur febri, unde facile colligere est, quantum momenti situm sit in bezoardicis.

Respiciunt nempe vel calorem, vel consistentiam, vel motum sanguinis & feri, quibus quippe benè habentibus, del defensis & fartis ictis, vita producitur, & contra. Seu. I. Bezoardica respiciunt exclusionem fermenti peregrini, quo salidum nativum imperitat. Quæ verò id ipsum excludunt, balsamum nativum necessariò roborant.

Excludunt id ipsum Balsamica, putredini simul resistentia, physica, & hinc medica. Sulphurea, ut è simplicibus, Radices angel. carlin. contrayerv. diptamn. gentian. imperator. petasit. olsnit. Zedoar. Ex herbis ruta, scordium, galega, salvia; Ex floribus sambuc. calend. bacc. laur. juniper. myrrha, cortic. citr. aurant. camphora, succinum, sulphur, hinc *δύω* vocatum, & ex his parata, ut oleum angel. citr. succin. rutæ, camphor. pestil. Henisii; Elixir pestil. Croll. tinct. Bezoard. Michael. Rolfin. Moeb. Ludovic. Wedel. essentia myrrhæ, theriacæ, balsamicæ, spir. theriac. camphorat. bezoardicæ, Theriaca Andromach. cælestis, mithridat. orviet. flor. sulph. mirrhæ. &c.

Excludunt Balsamica salina, volatilia & mixta, ut spir. ebore. C. C. serpent. viperar. tinct. bezoard. volat. liq. C. C. succinat.

Excludunt item, sed concentrando & penetrando magis, Acet. f. bezoard. rotac. theriacale, succus citri, aliæque, de quibus mox plura.

M m 3

U

Ut hæc illustrentur magis, tenendum est (1.) esse sua morborum talismodi semina, seminaria & quasi ova, imprimis malignorum, & inter hoc maximè pestis, sive aliunde illata, quod de peste quasi absolute, de aliis secundum quid verum est; sive concepta & fabricata in corpore. Patet hoc, quod sint sui multiplicativa, cum aliis communicantur, radices & fontem habeant in putredine & corruptione humorum, & quæ alia adduci possunt argumenta plura. Adeoque consequenter opus est, ut, qui curare eosdem feliciter velit, hæc potissimum sibi habeat commendata.

(2.) Impeti ab his archeum, seu calorem nativum, spiritum vitalem, qui nisi roboretur, exterminando & excludendo fermento morbifico est insufficientis. Debilitatur hic reverà, licet effluato calore id minus compareat, quin ipsi agri sæpe non credant se agrotare, per aliquot dies circumambulantes, *dencken sie vollens ubergehen, habe niebt Zubeckuten*, sed hinc demum magno suo malo id experiuntur. Maximè verò in malignioribus id videas, ubi simul & semel decollant vires, summeque prostrate videntur, ita ut sæpe de nullo alio conquerantur, quam sola lassitudine, *se vwaren nur matt*, pessimo tunc degentes in statu.

(3.) Esse in sanguine illa semina & fermenta heterogenea, peregrina non desidia, sed summe activa, seu sanguini seu sero magis inhaerent, quod vel bubonum, & carbuncolorum uno exemplo clarum esse potest. Sic maturè secludantur, brevi pacatos reddi excitatas fluēt microcoimicos, idque per sudorem, ipsius naturæ inclinatione & optimâ viâ, quæ a centro ad circumferentiam has sordes sequellat, ac ab ipsis se liberat.

Hæc si vera sunt, uti sunt verissima, patere potest, qualia sint hæc ipsa bezoardica & quomodo agant, ætiora potissimum recentia & volatilia, *tumæst apom, tm v? diem.*

Kar apom dicimus (4.) non sola esse bezoardica & unice; quæ animatam verminosam putredinem respiciunt. Notum est per Kucherii, Langii, Hauptmanni hypotheses, statuere quosdam pestis venenam consistere in animato semine, aerem repletum esse vermibus tunc temporis plurimis, qui illati & hausti M. S. defruant, & *paripara* omnia illa producant. Quia, ut taceamus omnes aded morbos & mortem ipsam duos illos posteriores pro animatis habere, repertos esse in cadaveribus peste defunctorum, cultro audaciori subsectorum, vermes copiosos in ventriculo. Hinc tenor vim illam omnem bezoardicorum adscribenda non soli solitæ causæ, quod vermibus & verminosa putredine adferentur.

Verum tunc non negandum sit, posse animata semina & in aere & in corpore reperiri, imò in quibusdam reperta esse acta; posse item à vermibus symptomata enormia excitari, quia ipsa hæc bezoardica esse simul anthelmintica; exinde tamen concludere non licet, quod volunt, pestem & febres malignas unice ab animata putredine esse oriundas. Neque enim (1.) phenomena comitantia tam diversi generis in hinc hypothesi possunt derivari, non bubones, v. g. non carbunculi, præcipue pestis signacula; Vis illa corrosiva, fermentativa, vaporosa gravior est, quam ut possit per verminosam putredinem explicari firmiter (2.) Quia ipsa illa animata putredo non tam producens est, quam productum, ubi enim putredo, ibi facile vermes generantur, adeoque posito illos dari & reperiri in his subjectis, quod tamen universaliter verum non est; potior tamen ratio habenda erit cacochymicæ tanquam causæ, quam ejusdem effectus. (3.) Non sunt propositiones convertibiles: quæcumque sunt bezoardica, illa sunt anthelmintica, & vice versâ; omnia anthelmintica sunt bezoar-

dica, utraque enim latius patent, exemplo mercuri dulcis, absinthii, purgantium, corallinæ, tanacetii. (4.) Neque etiam omne seminum verminosum esse oportet. Hinc hypothesis hæc illustrare quidem potest bezoardicorum vim agendi, & tanquam effectus specialis considerari, non verò absolute & universaliter locum habet, præcipue cum hoc ipso pacto dubiis non fiat satis, nec exhaustiatur malignitatis & veneni vis. Unde nisi ulterius in principia prima entis venenosi inquiramus, paulò minus est hoc ipsum, quam ignorantie asylum.

(5.) Non sola esse bezoardica & unice, quæ viriditatem perpetuam servant. Sunt ex recentioribus, quæ remedia pestis genuina in his quaerunt, omnia verò alia cariei obnoxia, ut angelicam, zedoariam, carlinam, & alia nauci esse habenda contendunt; Juniperum contra ea, laurum & alia generosissima & vera largiri præsidia. Sed nec ipsa hæc propositio verificari poterit, omnis perpetuè viriditas esse pestis remedia, ita ut universaliter concludat. Ut argumentum topicum & particulariter valet, non universaliter. Si enim inquiramus in causas vitioris perpetui, vel sulphuri tale est adscribendus, vel salii volatili, utriusque minori respectu aquæ, tanquam principii congelascentis, proportionem possenti. Jam verò propter quod unumquodque est tale, illud magis est tale. Ast propter sal & sulphur perpetuè virent. E. hæc ipsa sal & sulphur balsamica magis attendenda, quam effectus, vitior solus. Neque, si exempla attendamus, id ipsum succedit & firmo sibi talo. Non enim sabina, cedrus, abies, cupressus, pinus, præbent bezoardica, nisi quatenus resinositate suâ ignem, aeris purgatorum, alunt; non cochlearia, nasturtium aquaticum, & hybernium, lepidium, aliaque viriditas semper. Adeoque licet verum sit utraque hæc posse tutari corpus à putredine; quamvis concedamus vitorem esse signaturam quandam & characterem externum testantem de virtute interna, ipsa tamen hæc ratio non sufficit, quin plus ultra progrediatur sit, & hæc penitus inquirere.

(6.) Non sola esse bezoardica antimon. & sulphurata. Enere hæcenus alii quidam, qui ponentes pestem in metallicâ arsenicali consistere malitiâ, imò falsum illud quoque, in locis mineralibus, ubi effodiuntur opes vitamenta malorum, pestem grassari magis & frequentius; non sufficere illa aliqua autumant bezoardica alia, quam sola metallica. Quam lubricum verò hoc sit assertum, facile ex dictis & dicendis mox patet, & posito, veram esse hypothesin; ipsa tamen antimoniatâ & sulphurea non eo modo arsenicale virus corrigere norunt, uti actuali igne commixta in magnete arsenicali illud domant, & figunt.

Kar diem verò discludunt & excludunt, quod diximus, peregrinum illatum sanguini, quatenus sulphur & sal volatile sanguinis vigorant, idque in motum citant, exsuscitant calorem, circulationemque sanguinis & lymphæ promoveant, *car* verò omnem nocentissimam impediunt. Hinc bubones in peste quidem boni sunt, sed incompletè, quin visi sunt, per sola bezoardica insensibiliter quoque discussi. Unâ verò, si viscosus fuerit seminum, dissipant & annihilant; si vaporosum, poros cerebri reserant & in halitus id ipsum resolvunt; si fermentativum, despumando ad extrema *opos* vertunt; si corrosivum & viscosum, ut pestis, affigi id non patiuntur maturè propinata, sed dissipant & excludant, idque omne obstericant & adjuto imprimis calore. Ast quando vis corrosiva vel fixa est nimis, ut in arsenico, mercuri, sublimato vel in peste jam fixata, infixa partibus intimis, minus possunt, minus pro sunt.

Præci-

Præcipue ergo conveniunt in omnibus malignioribus, ubi penitus putredo, *causa* major, feminium efficacius, & speciatim etiam in moribus tarantulae, viperæ, araneæ, canis rabidi, &c. Pandus studiosus ab aranea in collo, brevi convaluit, solo usu sudoriferi ex theriacâ.

Ut verò primum in hisce morbis est exclusio fermenti peregrini maligni, id quod nisi maturè fiat, necessum est alia via consequi non minus periculosa, quæ omnia cessare oportet, factâ illâ exclusione, & demto, quod fermentationem peregrinam inferre queat; ita effectus porro consequentes quæ respiciunt, bezoardicorum titulo meritò quoque veniunt.

Adeoque II. talia sunt Resolutionem nimiam impediunt; non neglecto penitus priori. Respiciunt scilicet hæc productum primum malignitatis, quatenus ex ordine dinoveat sanguis & serum, seu resolvitur. Primum nempe genus bezoardicorum respicit quasi sanguinem & serum simul; alterum hoc elementum alterum, nempe sanguinem, particulas sulphureas & salinam seorsim, quatenus sulphureas hæc particulas & volatiles salinas nimis effertatas obtundunt, enervant & alterant. Alias enim necessariò vincula destruantur & sulphur nimis rarefit.

Talia diverso respectu sunt I. Adstringentia temperata, ut tormentilla, bistolta, potissimum in febribus malignis cum diarrhœâ, quæ pessimi est omnis, cæteris paribus, item pulvis stypticus.

2. Paria faciunt, licet remissius, Mucilaginosâ, ut cornu cervi, ejusque gelatina, C. C. Philof. ppt. & magister. item scorzonera; imprimis montana, Italica, & nostras; terra lemnia, sigillata, bolus armena &c. Hæc ipsa hoc censu venire palam faciunt tam diarrhœæ malignis febribus soleantissimæ, etiam in ipsis pueris, tum hæmorrhagiæ, quin imò non rarò sudores ipsi. Eoque maligniores cum sint febres putandæ, quo magis alterutrum horum comitem sibi adsciscunt; tantò magis locum inter bezoardica habent hæc ipsa adstrictoria, ita tamen comparata, ut simul calorem p. n. respiciant. Mucilaginosâ verò sal illud peregrinum, quod expulsionem fecerit non potuit, inviscent quasi & sic temperant, unaque remoram ponunt soli volatili rarefactivo. Adeoque & freno in his morbis eget natura & stimulo; stimulum addunt expulsiva, quæ laudavimus, frenum reliqua secundi ordinis.

3. Præcipitantia quoque huc faciunt, tum absorbentia, si qua aciditas peregrina se immiscuerit, tum reverà investentia humorum *spæssiorum*. Utrouque modo fluxiles redduntur, seu in motum citantur & circum debentur humores. Neque aliâ ratione agit lap. bez. uterque, Orientalis, majori virtute conspicuus, & Occidentalis, minori commendabilis, ut & pretio. Idem præstant bezoardica mineralia quæcunque. Illa nempe non tam antimoniatâ suâ origine obviam eunt malignitati, quam ipsâ hæc suâ præcipitandi virtute, unde disjiciuntur humores & præcipitantur. Talia sunt antim. diaph. bez. miner. s. joviæ, martiale, lunare, &c. Hinc frustra sunt, qui eadem hæc reliquis omnibus unice anteferebant, cum potius homogeneis aliis miscenda sint, uti v. g. antim. diaph. cum C. C. phil. oc. cano. & extracto scorz. n. mont. abundè facit. Præter illam verò exsiccandi & serum corrigendi vim eadem bezoardica mineralia sunt *æria*, omnis qualitatis heterogeneæ expertis, & tantò magis huic scopo propria, quò magis sunt pura, fixata, & particulis metallicis scera. Hæc ipsa tamen præcipitantia non sunt unius & ejusdem generis. Exemplo sit unicornu fossile & minerale; illud magis adstringit & siccit, hoc magis genium naturæ suæ retinet, & ad exemplum aliorum similium sal volatile suum facile ostendit reconditum.

tendit reconditum.

Quæcunque enim vel sal volatile in situ gerunt, vel quoque mucilaginem blandam obviscantem & infringentem, illa ipsa vel mineralibus dictis palam dubiam reddunt, unde non fidendum iisdem magis, quam aliis cujuscunque regni bezoardicis.

4. Nec Acida sunt excludenda ex hac classe, siquidem illa sulphur quàm maximè obtundunt, & sal volatile peregrinum rarefaciens figunt. Hinc acet. s. & Bezoard. succ. citr. granator. aurant. Tinct. Ros. Viol. fl. 4. cord. aq. Bez. Ruland. Symp. acetos. citr. sunt Bezoardica, imprimis verò cyllus antimoni sulphuratus, Spir. niri Bezoardicus pluribus nominibus.

5. Ipsa quoque Opiata huc faciunt, licet incompletè & cum aliis, quatenus & ipsa insigne hoc habent Beneficium, quod (1) in centro ligant fermentum febrile, idque (2) ad exteriora profligant & juvant & sudorem unice promoveant, (3) coagulum simul avertunt, (4) spirituum profligationem prohibent, (5) sanguinis & seri vincula quam accuratissimè defendunt, modò provide in usum vocentur.

Hæc ipsa tàm in genere malignitati obstitunt & Bezoardica sunt, licet secundariò saltem, tàm speciatim illis morbis malignis debentur, ubi humor ferolus freno indiget, ut in fluoribus quibus unque cum Febris conjunctis, tunc enim maxima semper horum habenda est ratio. Et ex hac ratione consultum est Tincturam Bezoardicam constituere vari generis ingredientis, ut eò magis polychresta sit. Hinc ea occasione dicendi datâ duo habebimus speciatim, Theriacam & Tincturam Bezoardicam. Afferimus cum Platæo & Walæo, theriacam sine opio confectam sudorem non movere, duplici ex fundamento, tum quod opium sudoriferum esse quotidiana testetur experientia, minima nempe quantitate, uti datur, assumpta, ægrotos in sudorem Blandum & copiosum diffuere. Si ergo opium movere potenter sudorem ad gr. i. v. g. merito eandem vim exeret in theriacâ id ipsum, siquidem hujus 3. ciciter gr. i. opii recipit. Hoc verò ablato, necessum est, destitui theriacam virtute tam insigni sudoriferâ. Tum experientia, de qua illud vulgatum notum est, unam experientiam plus valere, quàm centum rationes. Audiamus Walæum ipsum præcuntem, medicamenta sudorifera, inquit, paucâ vera sunt, & inter hæc excellit opium; quod enim theriacâ, quod mithridatium sudorem moveant, hoc omne ab admisso faciunt opio. Expertus ego sum, addit, hæc duo electuaria, absque opio præparata, sudorem profus non movisse, m. m. p. 65. Ad sunt ergo, duo immota hæc fulcra, ratio & experientia, nisi velimus negare experientiam viri sive digni, esumque subtiliam vocare, stabilitam tamen ratione. Cui accinit in disqu. therapeut. Svalbius, hoc est, inquit, (scilicet opium,) quo theriacâ, quo mithridatium, quo diascordium, & pleraque antidota sudores præcipue eliciunt, S. 4. p. 89.

Contra hæc verò sunt qui assertum hoc negant, & ejusdem veritatem impugnant. Modestius paulò Velschius in comment. id negat, quod reliqua theriacæ ingredientis videantur id satis præstare posse citra opium. Experientiam verò laudat in contrarium nullam. Idem facit Hannemannus Tract. de inebriamentis p. 13. concedens opium vi diaphoreticâ pollere, ast omnem vim diaphoreticam, quâ theriacâ mithridatium, diascordium prædita sunt, soli opio velle a cepam referre, esse postulatim nimis liberale. Ratio additur eadem, multa illa electuaria ingredi, quæ sunt naturâ suâ diaphoretica. Ad experientiam verò Walæi dicit: hæc electuaria fortè sudorem non provocarunt, non quia opium absuit, sed virium fuit in assumentibus.

M m 4 Expe

Experientia verò itidem in contrarium affertur nulla. Sed respondemus, negando, in theriaca esse naturam suam diaphoreticam, quibus in 3j. vel ʒj. opii vim sudoriferam queas adscribere. Ponamus esse talia ex Farragine myrrham, Rad. mei, gentianæ, p̄hu pontici, & terram leminiam, tot enim fortè excerptis; horum verò dosis tam exigua est, virtus tam pauca sudorifera, ut minimè sudorem istis adscribere queas. Nulla ergo insunt theriacæ diaphoretica seu sudorifera potius propriè dicta, nisi velimus hypothesein illam supponere, calida sudorem movere, quod famiores medici negant, neque enim spir. vini, piper, cardamomum, id faciunt, & fixa contrarium testantur. Deinde experientiam viri probati negamus posse subruí frustraneâ conjectura. Omnes nempe circumstantiæ reclamant. Assumpta fuit theriaca sudandi sine, nullum in hoc vitium esse potest vel fingi saltem adfumentium; non motus inde prorsus fuit sudor, neque hic vitium adfumentibus adscribi potest ullum.

Hæc de theriaca. Quod Tincturas Bezoardicas attinget, usu obtinuit hodie, ut M. S. quasi basin præbeat his ipsis, unda & eadem vocari solet *Weisse Bezoard-Tinctur*; ita ut nihil aliud videatur Tinct. Bezoardica Michaëlis & aliorum, quam M. S. tincta & concentratior, mutuante tincturam medicamento à sandalo rubio. Ut adeò quod theriaca & huic affinis sunt in forma media, pulvis Bezoardicus in forma sicca, id in liquida sit tinct. Bezoardica, tantoque magis se commendat præ reliquis, quo magis constant, liquida citius penetrare & fundere humores, magisque adeò esse activa. Præter unum hunc modum tincturæ Bezoard. parandæ, nempe citra extractionem specierum, tinctura aliunde veniente, vel peregrinâ sandali, vel extractorum bezoardicorum, alter quoque in usu est ex speciebus bezoardicis selectioribus beneficio spiritus bezoardici, (utriusque majoris vel minoris apparatus assumentis,) extractis, adeoque propria tincturâ, vel adscititiâ imoxiâ, simul gaudenibus, de quo vid. Schulz. *Tract. de Tinctura bezoard.* Et posterior hic modus vel medius polychrestus est magis, utriusque verò opiata refractâ dosi adduntur concinnè, juvandi & refrenandi virtute; ita enim rarefactionem & resolutionem nimiam infringunt, tutando sanguinis & seri vincula. Par ratio est acidorum, unde instar regulæ esse potest; acida & opiata bezoardicorum adjuncta esse certissima, exemplo M. S. & theriacæ.

Tertiò, ut opus est per dicta excludere seminium, tutari sulphur & sal volatile sanguinis; ita non minus tutandum est stultiosè serum ipsum, adeoque bezoardica quoque sunt, licet itidem respectu priorum secundaria quasi, Quæ seri defectum solantur. Plurimi in hoc falluntur, qui unicè expulsivis illis utuntur, neglectis hiis; licet contra ea & in his excessu fieri possit.

Solantur serum substantiè humiditatis, Aquea temperata, aqua ipsa. Laudabimus hanc in rem non tam veterum morem, qui aquæ frigidæ potum in febribus maximi æstimant, teste vel uno Galeno, quam locum egregium Georg. Hornii in arch. *Mss. pag. 124.* Ab alcali, inquit, sitis est inextinguibilis, nisi per acida & puram aquam, crudam, incoctam copiosissimè ingestam, etiam si venitu, flamma prævalente, regurgitet, donec aqua in stomacho remoretur; mox sequitur cessatio sitis, calor, sopor, sudor, sanitas intra 12. horas, quod ipse multoties in acutissimis febribus probavit. Præcipuam in eo consistere curam remedio, ubere frigidæ potu, citra ullam Venæsectionem & purgationem, asserit etiam ibidem *pag. 150.* Faciunt huc aquæ scorzonæræ, sambuc, cord. Sax. frigid. galeg. bezoardica Rul. aliorumque simplicium; ut acaciæ, ceraforum nigr. &c. decoct.

hordei c. C. C. & scorz. julepi, potiones, & ipsæ imprimis emulsiones. Cum enim tunc & per rationem, calor velut Vesaviani præsentiam, & dorosiar, si fiat V. S. deprehendatur sanguis spissus, colore cinnabarino vel alio, sero omni quasi privus, quo sensu solemus dicere serum quasi omne incoctum esse; impossibile est, ut possit machina subsistere; quin hoc ipsum malignum est, & malignorum morborum multorum essentialia; meruò studendum, ut principium hoc vitale, serum, seu humidum calido subflernatur. Quod nisi fiat, vigilæ deliria, deliria motus convulsivos, singula mortem inferunt.

Solantur serum acida, & imprimis nitrosa, quatenus illud fluxile reddunt, & sal peregrinum infringunt & temperant, v. g. lap. prunellæ inde nomen indeptus, quod prunæ huic vel fervori febrili conveniens sit, nitrum antimoniatum, vitriolatum duplex, viâ sicca & humidâ paratum, nitrum perlatum, corallatum, saturniatum. Hæc scilicet singula ardorem, fervorem, rarefactionem nimiam, adeoque seri consequentem defectum, exhalationem & incoctionem remorantur, vel saltem non promovent, fluxile illud reddunt, temperant, simulque resolutionem & ichorescentiam impediunt, quatenus sulphureas particulas & salinas volatiles sanguinis nimis efferatas coëctent, obtundunt, diluunt, enervant & alterant.

Et speciatim in deliriis, ardore majori, & ubi inflammatio in internis metuitur, nitrosa præstò sunt, ut in peste. Hinc cum in hac ipsâ *sero* facilè concipiat sanguis & carbunculos intente, etiam interius, ut ipso ventriculo, nitrosa quoque cum aliis fecere officium, si non immediatè, tamen mediatè veneno debita.

Pertinent verò huc & illa, quæ serum in motum cient, ejusque quietem & *sero* vappescientiam corrigunt. Eaque necessaria esse demonstrat effectus, v. g. in peste bubones, qui non aliunde, nisi ab hac *sero* seri in glandulis, eisdemque ob fermentantem vim attolentis, conficiunt. Fierique id ipsum facile, non difficile est colligere etiam à priori, ob sal peregrinum viscidam corrosivum, unde illabitur promptè suis fecerniculis, non vero elabitur.

Par ratio est in malignis, quando vel ob hanc causam, vel viscidius serum sudor nullus à medicamentis etiam propinatis obtineri potest. Eo casu & volatilia & fixiora profunt. Ex illorum censu sunt urinosa, ex posteriorum cinnabarina, utraque ex ipsissima hac ratione in peste utilissima. Hinc observatum est volatilia urinosa, nominata jam superius, in principio pestis summè fuisse proficua, & mediam quasi tincturam bezoardicam, seu acidis refractis gaudentem, seu volatilem urinosam fecisse strenuè officium, nec minus cinnabarina, reliquis interpolata, ut mercurialia alia taceamus. Mercur. enim diaphoreticus, cujus præparationem ipse Paracelsus & Helmontius docent, non minimum in peste præstat. Novimus Medicum, qui in peste Viennensi evasit & gloriam reportavit, ab adhibito talismodi medicamento mercuriali. Cum verò hinc alibi vel nimis sibi fideret, Deo forsitan non primariò in auxilium vocato, vel medicamento abuteretur, nec legitime æque applicaret, saltim sibi ipsi, morti in rapinam cessit non minus ac alii. Quem admodum enim positâ hac indicatione, seu hoc intuitu sudorem alias difficulter mobilem excitare cum successu licet; ita ad ichorescentiam vel rarefactionem nimiam inclinante massâ sanguineâ, volatilia, cinnabarina & mercurialia hæcæ tantum abest, ut conveniant, ut convulsiones abigant, ut potius sudores adaugeant & nimios reddant, ultra sphaeram suam efferatis & distatis humoribus.

Sed priusquam provehamur ulterius & de hoc adhibendi bezoardica legitimo usu monita & cautelas addamus, illud facilè ex dictis patet, distinctionem esse summè necessariam inter bezoardica illam, de qua

quâ mox plura, quâ in volatilia, media & fixa, non minus ac alia plura specifica, dividuntur. Hæc ipsa distinctio fundamentum habet in re, estque utilissima; nos verò h. l. non tam secundum materiale dividere eadem volumus, quam secundum medendi methodum simul, ut & pateat statim, quid agendum, & quomodo agendum sit in talismodi casibus, quæ vitam concernunt.

Hinc nota 1. Ut diversa venena, ita etiam diversa sunt bezoardica. Utraque penitus, quod annisi sumus, investigata & juxta se posita, quæ quibus conveniant, monstrant magis. Nisi enim, quæ regula universalis est, inter indicans & indicatum, morbum & remedium, iuxta intercedat oppositio, & oppositorum proportio, nullo modo morbus tollitur, quin sæpe augetur magis, & contra. Tribuat hinc unusquisque, quantum volet, Tincturæ suæ bezoardicæ, electuario orviatano, pulveri bezoardico specifico, vel quibuscunque etiam centum aliis; Tinctura bona, electuarium bonum, pulvis bonus, ager moritur. Neque est quod quis dicere possit, in peste v. g. esse revera *Dei*, frustra esse singula, non adjutos à peste incipiente illos, quemlibet suo fato mortuum; Verum enim est, si à peste evaderent plurimi, vel omnes, non pestem, sed benignissimum æstimandum fore morbum. Est enim de naturâ & essentiâ pestis, plures simul corripi & citius mori, quam succurri ferè possit. Sed si fateri volumus quod res est, Deus & cum blanditur pater est, & cum cædit pater est: Unde & pesti suam, pro salute humani generis, in naturæ sinu locavit antidotum, quamvis non talem, qualem sibi vulgo imaginantur, vel ut postulat impossibile fingunt. (Loquimur de causis & remediis naturalibus, non Theologicis.) Quin hoc ipsum apparet ex naturâ veneni pestilentis. Torpidum hoc est, sed efficax; lenis, sed tarditatem, si tamen ita dicenda est sæpe, vel lentorem suam efficaciam suâ compensat. Non instar basilisci est, ut obtutu velut suo quemvis enecet, unde nec in aurâ venenum locatum est, sed in contactu vel quasi tali, in seminio propagabile unice, reliquis obstericantibus solidum. Sed habet se instar viperæ, instar arsenici, instar napelli, si rem rectè concipiamus. Vipera lentum est animal, quod tractari potest innoxie, modò caput prehendas, (quod vel centies experti sumus) nec temere, nec timide rem aggrediaris, Arsenicum medela est, modò non hauriatur intrò & sibi relictum; eadem ratio est napelli. Adeoque pro captu tractantis habent sua fata venena. Frustra sunt ergò & absurdi, sive è vulgo, sive ex medicis, qui unicornu aliquod, qui lapidem bezoar fingunt, omnium venenorum antidotum, qui medicamenta crepant, vel simplicia, ut è lapide serpentino confecta pocula, aliaque, quæ venenum omne pellant, ad præsentiam ejus statim fudent, nullum inadvertentur ad vitalia dimittant. Ludicra sunt hæc & superstitiosa vulgi figmenta, quod ipsam tamen velut promiscuè per tot secula creditur fide & decipitur, non minus ac assentientes medici.

2. Fluit ex his promptè, non esse confundenda bezoardica, tum in genere, tum in specie. In genere nemo non percipit, veneno corrosivo arsenicali non prodesse theriacam vel tincturam bezoardicam, nec morsui animalis crystallum, quem antidotum arsenici statuunt; sed alia esse mineralium, alia animalium, alia vegetabilium antidota. Et licet sint bezoardica polychresta, pluribus scopis debita, nec illa tamen sunt confundenda & permiscenda temerè. In specie verò id valet in febribus malignis, fermentativo veneno magis conspicuis, & præcipuè in peste ipsâ. Mirandum non est, vel hoc nomine mori plurimos peste, si quod dant his illis remediis, pro probatis ab aliis habitis. Mori item febribus malignis affectos æque ac peste

non paucos, qui nedum medicamenta assument, sed corpus hosti exercendum exponunt istâ suâ negligentia, donec prostratis viribus medicinâ se opus habere, an habuisse; seò nimis intelligant. Ausim dicere, imò expertus asserere, jugulari posse febres ardentes, pestem, dysenteriam, aliosve morbos epidemicos in primâ herbâ, si statim ad primum mali sensum mederi liceat. Novimus virum fatistimidum, qui sexies dysenteriam invadentem, quâ affecti erant domellici, & duo infantes, toties repulit ex templo, momanto invasionis sumptâ tincturâ bez. Nec minus exempla nota sunt, qui visitantes peste infectos, passi jam vertiginem, lassitudinem & alia, sumpto bezoardico volatili, tincturâ bez. alcalisatâ, Mich. nostrâ, liberarunt se à præsentaneo veneno & periculo mortis. Si verò promiscuus usus non convenit bezoardicorum, facile patet, quid judicandum sit de pluribus hoc tempore editis scriptis, concernentibus regimen pestis præservandæ & curandæ. Sanè maxima pars si non promiscuè, tamen confusè hæc tradit, commisso legenti negotio, ut eligat cui dicat medicinæ, Tu mihi sola places. Quicumque mederi vult tum aliis ægris, tum à peste præservandis & curandis, debet omninò 1. distinctè, breviter, & clavis verbis exponere, quid, quando, quomodo agendum, ut nullum superfit dubium, ut sciat probè agenda patiens; 2. morbo conformia remedia selecta, pauca & probata proponere, quæ juvent, non noceant, eaque 3. quæ diffusa sunt nihilominus, pluribus communicabilia, citra pretii magnitudinem. Maxima enim intentio est mederi pauperibus, tertie ad minimum parti urbis vel pagi. Hinc & brevis sæpe schedula sufficit, neque usum habent ullum, (hunc quidem, quem intendunt,) exalciata & pluribus foliis constantia consilia, quibus lectis plebejus indoctor redit, vel incertior agendorum.

3. Volatilia magis heroica, primò hosti opponenda, fixiora interpolanda. Ut in bello appetente hoste non levis armatura in lites impetum sustinere, nedum retundere norunt, primus conflictus est acerrimus, & tarpus ejicitur, quam non admittitur hostis; pariter in medicinâ se res habet cum bezoardicis. Brevi rem conficiunt priora, nisi morbus radices jam egerit & vitalia occuparit; quo factò nihilominus principem tenent locum, Ratio immota & principalis est, quia excludendum seminum morbosum, sive illatum, sive conceptum interius. Neque timendus est calor, productum ejusdem, brevi compescendus, modò exclusum sit peregrinum motum hunc excitans. Ratio secundaria est, quia citius subeunt, activiora sunt. Exemplo sint variolæ, morbilli, malignæ febres, dysenterie epidemice, pleuritis, pestis ipsa. Mox inde vel tollitur morbus, vel mitigatur, vel symptomata ab obsessione foci vitalis orta, anxietas, respiratio difficilis, retrocessio bubonum, exanthematum præcaventur. Dato verò hoc stimulo, freno hinc moderamur archæum, ut, non ultra quam par est esse atus, resistere queat. Fixiora autem reliquorum sunt subsidia, ut quies concedatur naturæ, qua interrupta facillè satisfacit. Imò hæc absolvunt enervationis reliquum Media & communia sunt, acida, fervori & seminio, ut & sero ipsi tutando, debita. Et ipsa quidem satis sunt efficacia, solis tamen illis principalem expellendi provinciam demandare non æquè licet. Utut enim aliquibus profuisse visa fuerint; potior tamen semper observata est volatilium, & quasi talium, medicum efficaciam.

Cumque denud exclusionis seminis meminerimus, operæ pretium est addere, sive illud alienis debeatur illatis, sive in propriis undis, sive etiam, quod Helmontius & hunc sequentes volunt, ipsa sola terroris concepti idea generandæ pestis semen suggererit. Perinde hoc est, posito hypothesin veram esse; neque enim mutator ob id curatio. Supponunt nempe, sæpe fidem experientiam fecisse, quod quis terrore solo pestem

sem

tem abſentem ſibi atque ſuis paraverit, at tamen graſſante peſte, occurrentibus objectis, quæ ad terrois imaginationem conducant. Sed quando huc devenimus, certum quidem eſt, te rorem eſſe obſetricem, non æque verò patrem peſtis, cum experientia ipſa adducta ſine dubio cum objecto illo terriſtico, ſeu vitali, ſeu alio, ſeminium aduale non excludat, imò quàm maximè ſoveat. Vel unicum exemplum ſit, quòd plures milites, ſucceſſivè tunicà induiti eadem, peſte correpti & mortui ſunt, etiam neſciti quaſi ſati prioris; quòd cordatiſſimi, quique jam non ſemel peſti interfuerant actores, quos jam habitum contraxiſſe & conſueviſſe cum morbo putet, ſuccubuerint tamen; quòd contagium per pluriſimas domos ſub initium graſſantis ſuis deprehendi poterit illatum, unde in ſolo ideali illo terriſtico ſeminio ſi acquieſcere velimus, non æque *quæſivimus* omnia ita patent, ut dubium relinquatur nullum. Omne id inde videtur ortum, quòd ſeminium illud à priori non æquè notum ſit, unde ex reali, ideale conceptum fuit, quòd fugiens ſenſum nullum omnino fuiſſe reale creditum eſt. Ponamus veſtimentum vel integumentum quoddam peſte infecto neſciti cuidam, unde ſit, imò non credenti ab infecto tactum offerri, quo induatur, uti toto die obſervatum eſt. Ille, diſpoſito corpore ad recipiendum, certo certius peſte corripietur, eandemque propagabit mox ulterius. Imò competitum, bruta, canes & feles, peſte reverà obiiſſe arbores vicinas domui ſimermortuus & ariduram concepiſſe manifeſtam, quòd Alſteti factum novimus.

4. Ubiſcunq; volatilia contraindicantur, temperatis magis, vel illis parcius ſolum utendum. Contraindicantur, ut ſic loquar, ratione ætatis, ab infantibus, quorum ſanguis texturæ eſt tenerioris, ut facile efferari nimis poſſit. Contraindicantur à gravidis, unde floribus ſulphuris quoque multò magis verò theſiacà, ſpiritus urinoſis mitius utendum, ne in *appasur* ruat ſanguis, & menſes cum abortu & vitæ periculo conſequantur. Unde & hic valet, gravidam morbo acuto, ob hanc ipſam cauſam, corripit, lethale eſſe, quòd aliquoties obſervavimus. Contraindicantur à debilibus, pulſu frequenti & rarefactione intenſà, quam hoc ipſo non corrigere licet. Ubi obiter notamus, pulſum frequentem in febribus malignis, ſi ſtatim à principio talis ſit, plerumque eſſe funeſtum. Contraindicantur à fluoribus ſanguinis, quando ob dictam rarefactionem nimiam reſolvitur in hæmorrhagias, in menſes nimios, in ſudores. Media inter hæc eſt tinctura bezoardica, cui vel ob hanc quoque cauſam commo- dè maritantur anodyna. Verbo, ita ſemper ſtimulo opus, ne frenum negligamus debitum; ita freno, ne ſtimulum adimamus expulſori archæi.

5. Bezoardica ſudore non aque rigoroſè continuando faciunt officium; ſudor vero ab impellente externo vel fraſtraneus vel noxius. Obſervatum fuit ſudore imperato nimio, ultra *tuſſe* ſcilicet, ægros, malè habuiſſe in peſte ipſà; in variolis vero ſuffocatos ægros, tantoque magis, ſi crucientur continuo ſudore, neque gutta potus, quòd perabſurdum eſt, concedatur; cum tamen potu levetur ſudor, & promoveatur magis, ſitis verò ſudore multo proſogetur, ut loquitur *Helmocritus*. Quòdcunq; nempe ſudoriferum non valet fermentum peregrinum expellere, internum vel externum potiſſimum, illud non adæquatam morbo, quin exitioſum eſt. Pulvis Cardui benediſti, rob ſambuci, C. C. uſum, &c. debiliora longè ſunt, quàm ut iis demandari poſſit tam ardua provincia. Quòdcunq; verò *privat* nimis ſero ſuo ſanguinem, itidem dimoſum eſt quàm maximè. Hinc ſolemus, quòd jam monuimus, imperare quidem ſudorem primà vice, ſequentibus verò præſcribere non item, potiunculis verò aliſque humectantibus domeſticis ſolari defectum ſeri.

6. Bezoardica etiam magni nominis citrà rationem adhibita infida ſunt præſidia. Non tam ſcilicet occulta qualitas venenorum ſpectanda, quàm certa & indubitata læſionis ratio. Quòd niſi fiat, andabatarum more pugnamus, & experimenta per mortes facimus. Sit ſua laus viperinis, ut bezoardicum animale audiant, vel horum aſinibus ſerpentinis, quicquid præſtant, faciunt temperatà mucilagine, cui ſal volatile immerſum latet. Neque enim, ut mors per ſerpentem irrepiſſit, ipſa quoque per ſerpentis mortem, ſeu medicinam vindicatur. Vid. *Helm. Tum. peſt. p. m. 890. & antec.* ubi & Hippocratem hoc uno ſolo arcano, carne viperinà vel colubrinà, exſiccata & pulveriſata, divinos ſibi honores acquiſiſſe ſcribit. Lapis bezoar uterque ſit venenorum antidotus, modo ſobriè de eodem iudices in applicando. Eſt enim præcipitans, temperans, cui non dubitant recentiores lapides quoſcunq; alios, equinos, humanos, &c. conferre, ſi non anteponere. Unicornu quoque vim contra araneas, & aliis modis utcunq; probatam non vilipendimus, ſed intra modulum activitatis ſuæ concluſum, non ultra.

7. In dubiis mitiorem ſequimur viam. Cum itaque & bezoardica quædam malè audiant & ſuſpecta ſint, præſtat eadem ex antidotis omittere, proſtantibus melioribus. Idquetum in ſe bonum & neceſſarium eſt, tum propter calumnias inde facile & imputationes conſequentes. Novimus factorem empiricum uſu nucis vomicæ non paucos liberantem tertianarios hinc necis inquisitionem ſubiſſe, cum pro viro ægro idem peteret ſcæmina malefica, ipſi verò hæc venenum aliud porrexiffet, & culpam in medicamentum hoc derivaret.

8. Principiis ſi ullibi, ſanè in peſte obſtandum & febrium inſultu. Omnis hinc mora periculofa, omnis dilatio mortifera. Hinc ipſo invaſionis momento maturè ſumenda antidotus prius, quàm cibus capiatur, vel ſomnus meatur, utroque enim caſu promptè vitalia ſubit malum, radicesque agit, vix niſi cum morte finiendas.

9. Corpora impura quò magis volatilibus agites, eò magis læferis. Summatim enim opus omnino eſt cautelis pluribus in uſu bezoardicorum, quæ omnes tamen in proportione agentis erga patientem, veneni & antidoti, indicantium & prohibentium, vi univerſalis medendi methodi, conſiſtunt.

Quæ hæctenus diximus de effectu & remediis venenorum in corpore, eadem quoque illuſtrari poſſunt, ſi antidota ſuis venenis oppoſita breviter ſpectemus. Duo verò monita circa hæc attendemus, facta duplici diſiſione: Aut enim 1. venena ſunt incognita, aut nota; 2. Aut mineralia, aut animalia, aut vegetabilia.

Incognita ſi fuerint dubiis effectibus, facile tamen dignoſcendis, ſi vel agendi modum intueamur, an ardore circa ventriculum ſint infamia, an vitalia magis peſtant, an ſtuporem vel quaſi inducant turbulentum; lex generalis in icholis Medicis obtinet, ut communi potius expulſivo vel deſenſivo utamur, quàm nullo. Notis verò ſua quibuſvis opponenda remedia; debita qualitati exceſſivæ & corpori vim inferenti.

Non temerè credendum, ut de venenis ſic de antidotis quoque ſcribentibus, unde vaſtitas maxima & conſuſio cum ignorantia enata ſunt.

Imprimis ergò ex dictis ſuperiùs hypotheſibus ad triplicia venena, triplex erit antidotorum ratio, & quidem; Venenis mineralibus generalem præbent antidotum, quæcunq; corroſivitati ſunt oppoſita, adæquate vomitoria, quæ exturbando maturè operationem illorum ſuſſillant & impediunt ſtatim. Oppoſita corroſivitati duo laudantur & celebriſ uſi ſunt, (1) pinguis, quibus inviſcari & obtundi particulae acres, ſalinæ, quibus & oblini parietes ventriculi poſ-

li possiat, itaque defendi ac muniri, v. g. oleum amygd. d. butyrum, hoc præservativè, illud & curativè. Hinc tum ad operationes metallicas commendatur panis butyro illius, ut sumatur prius, quam labores ineantur, tum ad chemicas quoque antimonias, aliisque idem multis consuetum est.

[2] Præcipitantiæ & acorem corrolivum infringentia, quo nomine crystallus à *Sennerto* aliisque, tanquam unica & præcipua antidotus, contra mercur. sublim. & arsenicum, quæ instar omnium sunt, ut & contra aq. fortem laudatur, quo de exemplum habet *Heerius*, & nos observavimus & curavimus, quoq; studiosum, qui istam loco spir. vini hauserat, (1) dato pulvere crystalli præparatæ. (2) emulsione temperante, (3) iuculo avenaceo, &c. Commendatur verò ad ʒj. pondos cum oleo amygd. d. Idque tanto magis, quod eadem crystallus porracei ac æruginosi humoris, seu bilis acido confermentatæ, proprium & præcipuum habetur remedium à Medicis probatoribus, quos inter præcipui sunt *Lang. in Epist. & Fr. Valeriola lib. 4. enarr. 3. p. 536.* & *Poterius* tribuit crystalli naturam famelicam vel elutinam, quâ aliorum acrimoniam, vel aciditatem in se absorbendo, egregiè se saturant, *Pharmac. spag. lib. 2. pag. 523.*

Notanter vero addendum est, habere quidem locum & prodesse crystallum in leviori casu, minus in graviore, neque enim subigi vomitu non eductum medicamentum æque hoc opposito remedio potest.

Sin alia quoque metallica venenosa qualitas, velut extraordinaria vel comitans, sit corrigenda, itidem hæc præsidia habent locum, non neglectis tamen tunc universalibus quoque antidotis; quando in alteram classem communem quasi fermentativorum secedunt, vel potius accidentariò seu secundariò conjunctam habent. Legi hanc in rem meretur liber egregius *Sæmuel. Stockh. fil. de lithargyrii fumo noxio morbifico, ejusq; e metallico frequentiori morbo, vulgo dicto die Hüttenkatze, oder Hüttenrauch*, in quo probare satagit, morbum, obstructionem alvi tanquam præcipuum symptoma conjunctum habentem, non fieri ab arsenico p. 28. non à mercuriò nec à sulphure vel vitriolò, sed unicè à fumo Saturni. Speciatim verò pinguis per os præbita felicissimè operari, Id, ait, hætenus luculentissimè comprobavit experientia, p. 104. Et in appendice de *Albm. montano* p. 50. oleosa & pinguis unicè laus commendat.

Reliqua hujus classis pro speciali noxâ, quâ agunt in corpus, etiam specialia habent antidota, quod in reliquis quoque dicemus regnis. Sic ventrea cuperosa ventriculum exsolvens vis antemetica, imprimis acidis corrigitur. Curavimus sceminam quæ grossum deglutiverat, spiritu salis subinde dato, unde conquievit feliciter sapor cuperosus in ore, & alia accidentia. Idem valet de saturninis, uti exempla plura collecta dedimus anno 3. *Ephem. Germanic. observ. 141.* Tacemus mercurialia & alia minorum gentium.

Venenis animalium optima sunt, quæcunque fermentativum venenum illatum explosentia activiora, & secundariò acida figentia. Sic demorsus quis sit à vipera, cane rabido, araneâ, exemplo datur theriaca, tinctura bezoardica, orvietanum, ut arceatur fermentativa vis, etiam in minimo consistens. Utque hæc interius conveniant, ita & pars affecta statim consimili sine curanda, eluendo vulnus theriacalibus, rutâ, aceto, &c. quod superius jam innuimus.

Not. verò (1) diversa esse venena animalium, ratione graduum & lædendi modi, unde & alia aliis facilius superantur antidotis, tantò magis verò curanda vel attendenda noxia vis, quantò est major ipsa. Sic non confundendum est venenum serpentis & viperæ, imprimis sceminæ. Siquidem mas duos habet dentesuncinos, scemina quatuor, qui quantum lædere

vel aculeo suo possint, facile ex autopsia colligi potest.

(2) Proprio antidoto, ex lædentibus animalibus delumpto, fidendum æque non esse. Solent curacionis loco, tum præservacionis quoque hæc talia commendari, ut per symbolismum seu magneticam suam similitudinem auferatur venenum, appositâ carni v. g. canis rabidi, vel quod nonnullis placuit jecore ipso comesto. A particulari enim & hoc loco ad universale non valet consequentia. Deinde & hic causæ & remedia probè examinanda, oleum scorpion. ad proprios ictus laudatur, sed magis ut remedium secundarium, demulcens partem, quod omnia pinguis faciunt, non neglectâ theriacâ; scorpionum etiam venenum respectivè mitius est, unde videmus innoxie oleum assumere e quamplurimos in calculo & aliis. Nec ineptum fuerit statueresal volatile animalis oleosum, aliis sibi relictom venenosum, ob hanc olei olivarum additionem alteratum vites fortiri discutendi majores, sive insignes. Si causam attendamus, res clara est.

(3) Carnem viperinam in specie talismodi magnetismo non pollere. Utut enim agat in corpus, sit sudoriferum & demulcens remedium egregium, debilior tamen est, quam ut sola fermentum peregrinum excludat, citra additionem aliorum. In carne viperinâ non consistit venenum; Ergo nec id attrahere potest multò minus verò præservat, ut à morsu totus sit, qui eum pulverem sumpserit. Fit id omne, si feliciter res cadat, per accidens, quatenus audaciusprehendunt illa animalia, & quando eadem offendunt torpidiora, non irritata prius. Consulimus sæpius captos viperarum, an illum aliquod deprehenderent inde auxilium vel præservativum, sed semper asseruere contrarium, cautiores & candidiores. Magis astu, quam fortitudine, seu audacia apprehendi promiscuè, capiuntur hæc bestiolæ; Unde opinio hæc orta sine dubio ab illo putativo experimento, quod serpentes ceperint innoxie, præsumpto serpentum pulvere. Ista verò vanissima est persuasio & fallacia, serpentum enim venenum respectu viperarum quasi nullum est, unde serpentum captor quæsitus, num reversa hoc fretus pulvere assumpto tractaret innoxie serpentes, an verò per se magis innoxii sint serpentes, accedente præsertim, per consuetudinem, habitu & audaciâ majore; falsus est, hoc ipsum posterius esse verissimum, & hanc in rem iussit tutò imitari hoc ipsum. Qui verò confundunt viperam cum serpente, na maximo cum suo periculo experiantur quantum dissent. Insignissima quædam persona cum serpentibus tractandis alicubi esset, offensam viperam cordatissimè prehendit, putans tutam se fore, quod perinde esset an serpens an vipera caperetur, sed inflicto vulnere gravissima post se symptomata trahens, cum metu gangrænæ ipsius, aliud docuit.

(4) Neque etiam magnetibus venenorum aliis tutò fidendum esse. Non solum *Galenus* dudum *lib. 1. de facultat. natur. cap. 14.* scripsit, dari medicamenta nonnulla, quæ venenum eadem ratione attrahant, quæ magnes ferrum; sed & recentiores non pauci id asserunt promtè & experimentis id demonstrare conantur. Imprimis laudandi sunt lapides serpentum Indiarum orientalis, quos Cobras de Cabelo dicunt Lusitani. Hos tanquam probatæ fidei experimentum inservire statuant, & securissimi antidoti loco, si imponantur morsui viperarum, aspidum & quorumcunque aliorum animalium morsu vel ictu interficientium, & vulnere sagittarum venenatarum. Adherere lapidem applicatum tali vulnere tenacissimè nec prius dimoveri, quam omne venenum sugendo imbibent, quo facto suâ sponte soluti in terram cadant, omni delecto veneni caractere. Describit hoc ipso cum didis laus & depictos exhibet

libet *Fr. Redi in experim. natural. pag. 5.* & contra *Kircherum* alioque experimentis certis demonstrat, tum nullum in istis lapidibus subsidium adversus venenum viperarum & scorpionum esse *p. 14. & 80.* tum eodem tenaciter vulneribus æque venenosis ac non venenosis adherere, *p. 86.* Hæc ipsa cum sint verissima, & à viro docto & peritissimo scrutatore rerum naturalium profecta, non dubitandum de eo amplius est, quicquid etiam alii in contrarium statuerint. Nullibi obscurior veritas, quam quæ ex longinquo adfertur.

Speciatim cantharidum antidotum præsentaneum præbet iac, nativum & artificiale. Si minori dosi dentur, bene est, neque effectus fuisse inde timendus, ut in rot. stimul. Myns. sio paulò majori dosi idem fiat, ardor urinæ, & miæus cruentus ipse promptè inde confurgit, quale exemplum *Largius lib. 1. epist. 47.* unà cum curatione recenset, ad quod ipsi quoque nos cum veritate respondere, experientia competimus.

Similium verò aliorum, ut & in quibusvis regnis, eadem est ratio, neque enim nostri instituti ratio patitur, ad omnia jam digrediamur amplius.

Denique Venena vegetabilia principaliter acida, adæquatè reliqua domant. Effectum puta venenosum præcipuum, vaporosum, & consequenter quoque inde producta alia, exceptis specialiori conjuncta qualitate gaudentibus. Acida quippe, maxime acrum simpl. & destillatum sulphur vaporosum dominant, mucilaginem peregrinam annihilant, & conjuncta symptomata alia tollunt.

De helleboro verò aliisque, speciali noxà alià instantibus, non attinet plura addere.

Hætenus Excellentissimus Ursinus; sequuntur Curationes, & Historie varie in variis venenorum speciebus.

De Allii præstantia insigni adversus Venena, & Vermes.

Allium inter Deos iurejurando habuisse olim Ægyptum refert *Cal. Rhodiginus Antiq. lib. 22. cap. 2.* ex quo Multi nonnulla encomia Allio tribuunt; *Galenus* autem Allium rusticorum theriacam appellat, & *Plinius* ad multa rusticorum medicamina aptum esse allium putat; Et ego jussè fateri possum solo allio manducato Rusticum ferè mortuum à fungorum Veneno liberatum fuisse, ac omnino sanatum hoc solo medicamine; imò ipse Rusticus postquam fuit sanatus mihi retulit, se olim Patrem suum ope Allii sanatum vidisse à Morsu vipere; Ex quo deducere fas est, Allium inter remedia, alexisfarmaca dicta, locum habere, & forsitan hinc ob causam inter cibos militares Allium referebant Antiqui, ne scilicet veneno milites perirent, undè in obsidionibus Urbium olim in magno præcio allium fuisse testatur *Suidas*, cui alludit illud. *Allia perdo in obsidione;* Sic miles mihi jam retulit, qui trium Annorum spatio militavit in castris Serenissimæ, ac semper Gloriose Venetorum Reipublicæ, se à veneno ab alio milite impio, propinato, liberasse ope succi Allii ad pondus unciarum duarum assumpti, ex quo multam nigricantem, & fetidam evomit materiam, inde superveniente Ictero, & Diarrhœa sanatus est; Allium quoque præstare adversus lumbricos plures notavi: Mulierculæ enim nostræ Ferrarienses filios suos ope aceti, ac succi Allii exhibiti à vermibus liberant, & unam præcisè nosco Adolescentulam annorum ætatis. 15. valde vermibus obnoxiam, quæ ex quò sæpè in cibis utitur allio, ac ex quo semper secum gerit allium, non amplius à lumbricis tentatur, atque ut solebat entèa torquetur; hinc Galliarum Populos allium pueris exhibere ad ventris animalia

pellenda monet *Clarissim. Johann. Bruyerinus De re Cibar. lib. 9. cap. 12. pag. mibi 415.* Siccat ergo *Horatii Musa*, quæ allium carmine suo mirè detestatur, quod hic appositum non erit alienum, eruditionis gratia.

*Parentis olim, si quis impia manu,
Senile guttur fregerit,
Edat excuis allium nocentius.
O dura messorum illia.*

Allium enim multoties humano corpori juvat, ac multis medetur morbis, imò in deliciis apud quosdam esse solet, maxime elixatum; elixatur enim, ut acrimoniam deponat, & succi sit melioris, undè *Allio* magnam in cibis autoritatem apud quosdam semper fuisse testatur *cit. Bruyerin. loc. cit.* ait enim, hodie Galliarum illam portionem, quæ a Pyrenem, Hispaniæque spectat, allio liberalissimè vesci, & inter pulmentaria natatum, atque navigantium eximè commendari; hinc ob suam salem volatilem acrem appetitum conciliat, atque cruditates acidas acrimonia sua alchulina corrigit; Egregium est diureticum, & in affectibus choliciis vitatum remedium, quod etiam commendat *summus Medicorum Antesignanus Galenus.* Umbilico illius hystericas etiam passiones sedare scribit *Clariss. Etmullerus in Schrod. dilucid. part. 1.* Lac in Stomacho coagulatum dissolvit vere allium notavi ego in *Miscellan. Acad. nostræ Leopold. natur. curios. decur. 2. Ann. 8. observ. 202. p. 505.* Quæ omnia breviter ad laudem Allii dicta sufficiant ad præsentem exornandam observationem; Plura verò de Allio optanti dabunt *Schroder. Hofmann. Traugotus, Paulli*, & alii plures tam antiqui, quam recentiores Botanici. Ex communicatione *Præclariss. Viri Dom. Josephi Lanzoni Medici Ferrariensis Celebr.*

Cicutæ aquaticæ Historia & noxæ. Ex Præclariss. Joh. Jacobo Wepfferò.

In Landgraviatu *Baar*, ditionis *Illustrissimorum Comitum Fürstenbergicorum*, ad pedes Montium Sylvæ Nigræ, seu Hercyniæ, Orientem versus, Planities longè latèque expanditur, Oppidis, Vicis, Pascuis, imprimis origine Danubii nobilis: in qua quoque situs est Pagus, Amanhofium dictum vix quadrante *Miliaris Germanici* *Doneschinga*, Arce splendida, *Illustrissimorum Dominorum Comitum* sede & Danubii fonte incluta, distans, huicque meridiem versus oppositus. Proximè pagum istum sub colliculo declivi, in prato latissimis pascuis abundantissimo, Fons undis largis exoritur, limpidissimo amoc, flexuoso itinere sub arce *Doneschingensi*, in *Bregam* fluvium, ubi cum *Briga* flumine & Danubii rivo jungitur, se exonerat & cum utroque Danubii nomen induit. Ad ripas hujus Amocis atque alibi in pratis vicinis, alias herbis salutiferis, sc. bistorta, pimpinella sanguisorba Italica capitulo rubro prædita, succisa, acetosa aliisque refertissimis, ubi aquarum vivarum scaturigines (quarum plures hic reperi) existunt, *Cicuta Aquatica* nascitur, quam ob locum nativitatis & affinitatem ac similitudinem maximam figuræ externæ & virtum cum *Cicuta vera*, hoc nomine insigniendam existimavi. In locis uliginosis planities hujus amplissimæ, quæ *Neidungam*, ubi *Monasterium Monialium* est, & ulterius in opposita Danubii ripa, ad arcem *Wartemberg* & *Guttmendingam* ultra *Miliare Germanicum* extenditur, *Cicutam* hanc nusquam quamvis sæpius hanc planitiem, quam ob uliginem *Das Riet* vocant, undique transierim, inveni, nec *Hortulanus* *Doneschingensis* horum locorum & plantæ rarissimus unquam observavit: ac si solum aquis purioribus & limpidis

dis gauderet, à flagrantibus verdè & putridis abhorreret. Cicutæ hujus aquaticæ radix alia facie primo verè, postquam soluto gela arva liquefcunt, alia æstate, cum lætius omnia virent, apparet; sub finem enim hyemis atque in veris principio Radix effoditur *separatè* seu tuberosa, nonnunquam palmam cum dimidia longa & uncias tres imò quatuor secundum diametrum crassa; quandoque brevior & gracilior: in superficie videntur circuli ipsam ambientes, quorum in una radice nunc quinque, nunc sex, nunc septem, aliquando plures, aliquando pauciores numeravi; his circulis scrobiculi lentis feminis millii, aut Capitelli acus capaces seriatim insculpti sunt, qui non pervii, sed superficialii existunt. Portio radicis hybernæ extra terram prominens atque ei vicinior virefcit, profundius terræ immersa albicans est. Hac secundum longitudinem diversa caro candida, pulposa, Tuberibus terræ similis conspiciuntur atque cellulæ quædam, inter circulos sitæ occurrunt, aqua limpida plene, quæ à membrana pulpæ simili, seu diaphragmate, invicem distinguuntur. Ex poris carnis pulpæ, maximè in ambitu, quæ corticis, licet non separabilis, ut in rapis aut raphano, aut similibus, exsudat liquor flavus, per noctem relictus rufescens & quasi resinofus evadens qui primum dulcis mihi videbatur, mox tamen linguam acrimonia quadam pupugit, sed non tam durabili, nec tam mordaci, qua Arum linguam, fauces & palatum imbuere solet: odorem spiræ similem pastinacæ silv. aut Hippofelini, sed ut ego putaram, jam virulentæ conscius, magis nauseabundum & horridum. Verè adultiore & æstate ad Autumnum usque ex radicis tuberosæ circulis seu Coronis, ut etiam ex reliquo Corpore hinc inde quædam radices oblongæ & geniculatæ, quædam rotundæ & glabræ prodeunt, similes radicibus Hyofciam; ambæ terræ profundius immerfæ, albæ, superficiali propiores, virides; Crassitie quædam parvi digiti, quædam graciliores; quædam duas Palmas longæ, quædam breviores. Insuper tum imprimis ex Circulis corporis tuberosi aliisque ejus partibus, tum ex radicibus glabris & geniculatis evadunt Filamenta duabus palmis longiora, Crassitie filii costorti, quandoque graciliora, pilis aut setis vix crassiora, quæ intermediis plurimis fibris, à se profectis mirè intertextuntur & intricantur atque elota herbam prolixam & densam albicantem, Venerandi canitie senis, referunt; horum filamentorum portio nuda omnique terræ expers in anem prope det, pars terræ vicinæ raræ & uliginosæ insigitur, ex qua nisi vicini graminis radicibus implexæ sint, sine magna vi integræ evelluntur: in umbra detentæ aliquandiu, candorem amittunt atque ad flavedinem quandam vergunt. Non autem solummodo Radices majores hæc tria radicem genera emittunt, sed etiam minores & vix nucem juglandem superantes. Caro radicis tuberosæ æstate densior & compactior est quam in vere, succulenta tamen plusque humoris ex poris sudans, sed aquei, qui repositus flavior evadit, non autem rubicundior, aut glutinosior, ut in vere quiete redditur. Eundem quoque liquorem stillant radices glabræ & geniculatæ, filamenta vero, seu corpuscula densiora, firmiora & aridiora, postquam omnis aqua excussa fuit, nulum in minuta frustula concisa liquorem præbent, quamvis acrius adverso odore, quam cæteræ hujus plantæ partes, pares seriant. Caules ex radicis tuberosæ summitate, & scrobiculis circularum plures oriuntur; quidam etiam ex radicibus geniculatis propullulant; per has enim non secus ac Arundines & Calamus Aromaticus, similesve plantæ, Cicutæ hæc se propagat.

Propè radices Caules & paulò altius emergentes
Tom. IV. Pars II.

aliquo usque albescunt & striis rubris decorantur; in progressu vero usque ad cacumina virefcunt; Excrescunt ad altitudinem duorum Cubitorum: imò æstate 1672. altiores vidi: propè radicem tuberosam crassiores sunt Infantis Brachio; Geniculati sunt & quasi corona circumdantur, Genculo uno ab altero plerunque dimidii cubiti longitudine, quandoque brevias distante. Ex quolibet Genculo, seu Corona, prodeunt Rami, qui circa ortum suum totum caulem ambiunt, sed quoad tunicam exteriorem finduntur, fistula ipsorum integra permanente; ut Cauli medio & alii Ramo in opposito letere emergenti transitum concedant; quod etiam in Branca ursina aliisque ferulaceis videtur. Ramorum cauliculi digito parvo quidam crassiores, quidam graciliores sunt: hi in alios minores subdividuntur, quorum quilibet septem Alis præditus est. Alarum quælibet tria, quinque vel septem Folia, obtinet, ut Cicutam hanc verè frondosam appellare liceat. Foliorum quædam duabus uncias longiora sunt, profunde incisa, in extremitate acuminata, non secus ac Cicutæ & petroselini, levia, virentia, minus tamen obscura Cicutæ Foliis, & magis tenera quam petroselini adultioris existunt. Flores in umbellam collecti in summitate caulium & Ramorum quorundam, jam mense Maio prodeunt & adhuc conspiciuntur tota æstate & circa finem autumnii: mirum in Cacumine caulium & Ramorum quorundam rectâ sursum scandunt pediculi palmares, duodecim, sedecim, etiam octodecim, quilibet illorum in petiolas graciles & vix unciales subdividitur, quos prope pediculum filamenta viridia herbacea cingunt & in illorum summitate excrescunt Flores albi, compositi ex Foliolis minutis albis cordis figuram habentibus & staminibus quatuor vel quinque, in apice globulum acus parvæ capitelli magnitudinem obtinentibus. Floribus decedentibus, in cujuslibet Floris loco Semina duo sibi opposita evadunt, magnitudine & figura semini petroselini non dissimilia; quæ hætenus semper viridia vidi. Caules & Rami rotundi & fistulosi usque ad pediculos existunt, exceptis locis ubi geniculati sunt: intus albi & tomentosi. Intra quorundam caulium cavitatem integram nullibique hiantem aliquando inveni alios Cauliculos jam Foliis, sed in glomerem coactis præditos. Caulibus & Ramis per medium sectis liquor aqueus quoque exsudat, qui postea in lentum & subflavum mutatur. In caulibus quibusdam majoribus, seu vento, seu alia causa violenta fractis, vidi ex vulnere glutem quoddam, instar gelatinæ pellucidum, purissimum & albicans, nucis juglandis magnitudine pendere, quod tenax & viscidum digitis adhaerebat, ut in sila trahi potuerit, gustu primum inspidum, & aqueum, at paulò post linguam, sed non diu mordebat. Cicutæ hujus caules hyeme circa Radices putrescunt ac decidunt, novique ex illa non profundè terræ raræ & uliginosæ ad ripas annis inhaerente, appropinquante Vere, regenerantur.

Cum circa finem Martii 1670. Jumenta aquatum è pago ad fontem ducerentur, Ripas annis calcando Radices Cicutæ hujus, cauliculis cum foliorum germine jam protuberantibus in apricum produserunt. Tunc temporis Pueri duo & sex Puellæ paulò ante meridiem ad fontem & pratam, per quod annis præteribatur, excurrerunt, & conspecta Radice non male suadæ famis jussu, sed petulantis luxuriæ imperio, rati pastinacæ luteam esse, de illa avidè comederunt, & quædam Puellæ ex illis Radicem cæteris à dulcedine & suavitate commendarunt, unde imprimis Pueri largius illam devorsunt, & læti domum properarunt: unaque ex Puellis Martij lachrymabunda querebatur sibi à
Nq focis

Secius avarius Radicem suppeditatam fuisse.

Jacobus Mader, puer sex annorum, capillis albis præditus, tener, vegetus tamen, domum rediit hilaris ac subridens, quasi re bene gesta, paulo post conquerebatur de præcordiorum dolore, & vix verbum effatus, humi prostratus urinam magno impetu ad Viri altitudinem emisit; mox terribili aspectu, cum omnium sensuum abolitione convulsus fuit, os arctissime clausit, ut nulla arte aperti valuerit, dentibus stridebat, oculos mire distorquebat, sanguis ex auribus promanabat: circa præcordia tumidum quoddam Corpus pugni virilis magnitudine Patris affixi manum & miserandi Pueri præcordia, maxime circa Cartilagem ensiformem, validissime feriebat: singuliebat crebro; Vomitus quandoque videbatur, nihil tamen ore arctissime clauso ejicere valuit: artus mire jactabat & torquebat, sæpius caput retrosum abripiebatur, totumque dorsum incurvabatur in arcum, ut puelus subius per spatium inter dorsum & statum inoffense reperere potuisset. Cessantibus convulsionibus per momentum matris opem imploravit: mox pari ferocia illis reddeuntibus nulla vellicatione, nulla acclamatione, nullove alio ingenio excitari poterat, donec viribus deficientibus expulit & manu pectori admota expiravit. Durarunt hæc symptomata vix ultra horam dimidiam. Post obitum imprimis abdomen & facies intumuerunt absque livore, nisi paucis circa oculos conspicuis. Ex ore cadaveris usque ad horam sepulture spuma viridis largissime emanavit & quamvis sæpius à Patre præfississimo deterfa fuisset, mox tamen nova succedebat.

Catharina Maderin, Jacobi Soror adultior postquam Frater convelli cœpit, ad Patrem non procul à pago arantem properavit fratrisque infortunium indicavit ac Patrem domum festinantem concitato cursu sequuta est. Post Fratris obitum post fornacem sedens & ipsa se male habere querebatur. Vix dimidiâ horâ elapsâ manipulum integrum radicum devoratum evomuit: mox Epilepsia verâ corripiebatur cum sensuum omnium abolitione & terrificâ capitis arthum & totius trunci successione & torsione. Pater ipsi os clave effregit & Theriacam Venet. aceto solutam infudit, unde iterum manipulum harum radicum evomuit. Postea horis 24. ceu mortua in lecto jacuit brachiis compositis & pedibus quietis; dentibus tamen subinde stridebat, subinde quoque in clamabat Matrem; quando verò Mater responsum dederat, aut ipsam alias alloquebatur. Puella continuè nec audire videbatur: Novem horis Puellam plane emortuam Parentes crediderant, facies enim cadaverosa & respiratio ipsorum opinione insensibilis erant, extremaque frigeabant: Imo Parentes adhuc dum illam vere mortuam opinantur & vitam se Voto nuncupato debere persuase sunt. Post horas 24. ad mentem rediit: at diu ob linguam morfa vulneratam commode nequit edere: diuque de præcordiorum dolore querebatur: obambulavit quidem sed per quadrimum delassata. Nunc bene valet; nullaque tabes in Visa, quamvis convulsionibus oculos graviter torserint & propemodum extra orbitam expulerint, nec in audita animadvertitur. Est Carnosa, vegeta nec quicquam imbecilitatis in hunc usque diem passa est: ac si nunquam de radicibus istis comedisset.

Maria Maderin, annorum duorum cum dimidio comedit quoque de radicibus, sed parciore manu: iidem Epilepsia corripiebatur, sed non tam atroci ac Frater & Soror. Pater ipsam ulnis gestans à tumore intra præcordia sensit magna vi, ceu à pugno, diaphragma percussit, unde singultus, ejulavit, facies erubuit; mox strinxit, artus jactavit sensusque amisit. Vi ore aperto & Theriaca aceto soluta in-

gesta, manipulum dimidium harum radicum evomuit. Intra horas octo penitus convaleuit: die sequente obambulavit, comeditque, Carnosa & robusta est, nec quicquam adversi hætenus passa est.

Matthias Graff, puer annorum octo, Jacobo Maderi ad extremum usque halitum adlitit ac se quoque radices comedisset jactavit, nec tamen quicquam incommodi inde se sentire gloriabatur. Postquam viâ defunctum secium vidit, domum suam abiit; antequam paternas aedes attigerat, super lapidem sedere præ quadam vertigine cogebatur: vix subsedit, pronus in faciem ruit: sine ullius ope surrexit & ceu temulentus domum properavit ac in scamnum prope fornacem decubuit; mox inde à motibus convulsivis in pavementum hypocauli, distantia passus, præcipitatus fuit. Iterum surrexit atque per aliquot passus vacillante gressu incedit & post mensam scamno incubuit, inde rursus subitus mensam dejectus fuit: protractus terribiliter convellebatur, cum arctissima dentium constrictione: Imprimis aspectu horribilis erat *brachia*; dum cultri manubrio quidam astantium dentes diducere conabatur, aliquot dentium fracti fuerunt: infusum Theriacam aceto solutam ob gulam pertinacissime oclusam deglutire nequit. Corpus intra præcordia tumidum vehementissime & validissime diaphragma percussit, ut à manu Viri robusti nec reprimi nec impediri poruerit, cum singultu quodam sonoro. Paroxysmus iste Epilepticus tantâ violentia ad dimidiam horam, sine ullis induciis continuabatur: nihil neque per vomitum, aut fecesum excrevit, neque emisit, donec viribus exhaustis expiravit. Post obitum abdomen & totus habitus intumuit ut vestibus exui nequirit: spuma viridis larga ex ore indefinenter emanavit, donec terræ credebatur. Facies circa oculos livescibat: in reliquo corpore, præter inflationem nihil observabatur.

Christina Graff Soror, annorum novem, de radice quoque, sed parca comedit; quod primum negaverat. Ad vespertam usque nihil mali passa est: nocte ingruente post fornacem sedens sibi ægre fieri & cadendum esse dicebat & radices se quoque devorasse fatebatur, indeque circa præcordia dolere cum sensu punctonis & ardoris ibidem: postea convellebatur. Pater harum calamitatum ignarus opportune vestigi domum rediens foliaque Tabacci minutim concisa in promptu habens, quantum duo acetabula fistulæ, qua ejus fumus hauritur, capiunt, aquæ fontanæ permiscuit ac dentibus vi deductis Puellæ infudit, unde liquorem infusum cum radicibus mox violentissime evomuit: in lectum reposita quievit, post brevissimam quietem esurivit, cibum petiit sibi que bene esse dixit: attamen pater radicum reliquias lupersese suspicatus, cibum denegavit: interea verò eandem dosin foliorum Tabacci aquæ fervidæ per horam dimidiam infudit & colatam liquorem ebibendum porrexit, unde iterum non sine violentia mucum & bilem sine ullis radicibus reliquiis evomuit, jejuna tota nocte dormivit, mane læta surrexit: obambulavit & hactenus sanissima vixit.

Martini Mülleri Filia & Georgii Maureri duæ Filie, gemellæ annorum quinque de his radicibus quoque comederant, sed parca manu. Tres istæ Epilepsiam, sed mitiorem passæ sunt. Data Theriaca in aceto soluta omnes vomuerant & brevi penitus convalescerunt.

Catharina Weberin & Georgii Maureri Filia vicedecim annorum die 29. Augusti. 1671. narravit mihi se quoque has radices degustasse, sed sine noxa, quæ alienus momenti esset. Incolæ Pagi istius retulerunt mihi nec Equos nec jumenta Cicutam aquaticam frontentem attingere, nec siccata vesci illamque illibatam in præsepi linquere, nisi summa fame ad comedendum adigantur. Ante aliquot annos magnam porcum

porcorum jacturam fecerunt, causæ ignari; nunc omnem culpam huic radici deferunt, quamobrem postquam ipsis virulentia ejus ex puerorum pernicie innotuit, undiquaque illam exstirpant, ut jam rarior occurrat.

Cicutæ Aquaticæ data Historia.

1. Cani molosso robusto, cujusmodi laniones ad urgenda jumenta, pecora & vitulos in itineribus adhibent, d. 1. Sept. 1676. horâ 2. pomeridianâ objecti cicutam aquaticam minutè concisam & confusam, carni vitulinæ assæ involutam; verùm statim subodorato veneno bolam hunc gustare noluit: aliam buccellam carnis solius mox devoravit. Itaque ligatis pedibus, ore bacillo diducto, radicem istarum confusarum ʒi. circiter intrudi, nares digitis compressi, unde dimidiam circiter unciam deglutivit. Post dimidiam horam salivavit & subinde eructavit: capite tremuit: aliquantulum pedibus vacillavit: nullum aliud symptoma notatu dignum supervenit. Circa 7. vesperti catenam, quâ arbori in horto alligatus erat, sæpius momordit. Per noctem in horto relictus vinculum coriaceum morlu tandem perossit ac cum catena ferrea aufugit, danubiam tranavit: d. 3. Sept. alacris hinc inde per vicum cursitavit, ac si nec vel minimum à cicuta passus fuisset.

2. Dominus *Job. Christophorus Simonius Tubingensis*, chirurgus præstant d. 8. Sept. 1676. cani juvenulo famelico, cui cibus 24. horis denegabatur, radicem à me relictarum, minutim concisam, citra additamentum, ultra unciam intrudit. Post elapsam horam dimidiam salivavit, vomuit, spuma pugni magnitudine ex ore pependit: mox miserè ipsum torfit, varie convulsus fuit, nunc opisthorico, nunc emprostotono, nunc tetano; nunc oculos pervertebat, quandoque jactabatur: convulsionibus aliquantum remittentibus angebatur, ut in nullo loco manere posset; in gressu titubavit, & paulò post rursus in laterum latus præcipitatus ruit: duravit afflictio duabus horis. Postea vires recuperavit, alacrior evasit. Hinc deinceps aliam radicem portionem ingestit, salivam statim movit, non vomuit, semel alvum solvit. Convulsionibus per vices affligebatur: surgens protinus in latus præcipitabatur: omnem cibum, etiam carnes, & potum fastidiit: supervixit ad diem tertium usque: ad secundam usque horam ante obitum subinde agitabatur, angebatur, ut nullo in loco permanere posset: incedens brevi in latus cecidit. Ultimis vitæ horis, ceu fessus, jacuit, solummodo respiravit, donec exspiravit.

Cadavere aperto ventriculum plane constrictum & corrugatum invenit: continuit ille radices integras, non comminutas nec emollitas, quales se intruserat; cætera profusæ vacuus: & exsuccus fuit: deteriso paucò mucò, vidit internam superficiem rubicundior em debito, & in fundo, ubi præcipuè jacebant frustula radices, maculæ rubræ livescentes apparuerunt, foris ampliores quam in superficie interna ventriculi. Intestina profusæ erant vacua, contracta, & intus veluti sicca: in fine recti mucum viridem reperit. Vesica parva, corrugata, vacua. Ventriculi cordis pleni erant sanguine nigro concreto.

3. Eodem tempore lenionis molosso eandem radicem minutim concisam cum lacte ingestit; salivam movit, vomitam excitavit, quo radicem aliaque contenta ventriculi largè ejecit; non convellebatur; nec quicquam sinistri postea passus est.

4. Cicutæ aquaticæ virus experiendi otinim & occasionem nactus *Doneshinga* d. 15. Sept. 1676. canem vetulum, mediocri magnitudinis, coloris fusci, cætera vulpi similem, à tempore vespertino ad horam 10. antimeridianam d. 16. Sept. ab omni

Tom. IV. Pars II.

cibo & potu jejunum detinuit: tum cicutæ aquaticæ recentis radices confusas, unciarum quatuor pondere, pedibus ligato & ore pistillo diducto, intrudi; ægerrimè radices in ventriculum admisit, & iteratis vicibus diu in gula detinuit, ut partim naribus occlusis, partim foris, gulam deorsum tritando, illuc promovendæ fuerint. Cum ligabatur ac radicis infusione vexabatur, largissimè alvum & vesicam exoneravit. Vinculis solutus, aliquandiu angustè videbatur ac celerius respiravit, sed inde nec vomuit nec alvum solvit; paulò post vegetus iterum evasit, ac si nihil adversi profus pateretur. Itaque horâ primâ pomeridianâ radices in taleolos & majora frusta concisas, mediante bacillo, linteò obvoluto & oleo imbuto, ultra quatuor uncias intrudimus. Vinculis solutus aliquandiu celerius respiravit, quod potius torturæ quàm radicis virulentie tribuendum erat, nam in aliud conclave ultra quinquaginta passus deductus, nunquam nutavit, neque ullum visceris alicujus affecti signum edidit ad 10. usque vespertinam: circa illud tempus crebro ad vomitum stimulabatur, atque liquor aliquis usque ad fauces trudebatur, quem tamen protinus rursus deglutit: tota nocte quietus fuit. d. 17. Septemb. mane vegetus erat, nunc surrexit, nunc rursus decubuit, appositam aquam bibere noluit. Hora 9. matutinâ rursus ad vomitum urgebatur, liquorque usque ad fauces pertingebat, quem statim iterum deglutit: postea crebro pedes lingere cœpit: Horâ 12. carnes & frustum panis cum ossibus avidè comedit & paulò post bibit: quod idem fecerat horâ 7. vespertinâ noctu inquietus erat, & vinculis, quibus ne aufugeret, constrictus erat, se liberare conabatur, aut quiritabatur. d. 18. Sept. vividus erat ac validus, ac si ne micam radicis accepisset: siticulosus multum aquæ bibit, & comedisset, si cibus datus fuisset. Itaque horâ 10. antimeridianâ consilium locum ex herba & radicibus confusis, & aqua fervida aliquandiu maceratis, fortiter expressum infundere: dum pedes vinculis stringuntur, pistillum ori transversim inditur, magnâ vim ligamenta rompit, venatorum morlu graviter vulnerat, ac faeces atro virescentes in cylindros compactas, copiose egerit & largissimè mihgit. Tanto robore recuperato, post aliquot dierum famem, & superatâ cicutæ virulentia, vix & non nisi post multos labores ligando, ad infusionem aptari potuit. Infusi tandem ante undecimam horam hujus liquoris plus quàm libras duas. A liquore infuso abdomen valdè intumuit. Postquam vincula maximam partem ablata fuerunt, largissimè vomuit mucum tenacissimum, subnigrum, alium redolentem cum aliquot radicem cicutæ taleolis emollitis, sed non dissolutis, quos ultra septuaginta duas horas intra ventriculum continuit. Circa duodecimam crebro præ anxietate situm mutavit, nunc sedit, nunc in ventrem, non in latus decubuit, nonnunquam prono capite diu attentus stetit: paulò post saliva spumea copiosè ex ore manare cœpit, non secus ac si mercurius vel illitus vel ingestus fuisset.

Ante primam pomeridianam mucum album, penitus spumæum, similem salivæ ex ore stillanti, copiosum, magno nixu evomit: ab illo tempore salivatio parcius eveniebat: valdè angebatur; sæpe ad vomitum stimulabatur; respiravit celeriter cum sono quodam trilli & querulo: sitem sæpe mutavit, ut quo se venteret, nesciret. Post 3. pomerid. rursus mucum copiosum, spumæum, atro-virescentem, cum aliquot taleolis Radicis Cicutæ 16. Sept. intrusit, magno nixu evomit. Ab illo tempore ad 10. noctis sæpissimè ad movendum urgebatur, at liquorem & quicquid ad fauces usque protrudebatur, nunquam amplius egressit, plerunque gemebundus exspiravit, ferè decubuit, omnibus tamen sensibus

Na 2 sibus

sibus valuit, & irritatus baculum morſu petiit: accedentes fixis oculis intuebatur, & ad quemlibet ſtrepitum attendebat: rictus & crepitus foetidiffimos; alium redolentes, crebro emiit. Cibum ſc. Bobulam elixam, & fruſtulum pelis cervinae, in quo receptaculum lachrymae continebatur, circa ſeptimam deguſtare noluit, & naribus propius admotum, averſabatur. Totã nocte ſerè inquietus fuit: audivi aliquoties vinculum ferream, quo pedi mentae alligatus fuit & totum corpus ſuccutere: an aliquid convulſivi paſſus fuerit? praeter deniffimis tenebris videre nequit: mane tamen d. 19. Sept. circa quintam ipſum ſorum, ubi coriaceum erat, avulſiſſe & cibum in coena appoſitum devoraffe, competi. Valdè tam languidus erat, mtaulque alacris, unde facile paſſus eſt ſe denuo mentae alligari. Vomituriebat ſæpius, nihil tamen excrevit; reſpiravit adhuc ſono querulo. Circa 7. matutinam ulterioris morae impatientes, funiculo collo circum poſito, ipſum ſtrangularunt: vix ſuſfocari potuit, & ſtatim in principio funiculum, vehementiffimè corpus agitando diſrupit, parùm mixxit: per alvum praeter ſtatus nihil emiit. In cadavere ſequentia obſervatu digniora notavi. Primum abdomine aperto, omnia intus verè ſervebant, imprimis epar actu admodum calidum erat; ventriculus non admodum diſtenſus fuit, dum adhuc calebat, poſtquam frigeſcere coepit, magis intumuerat: inteſtina maximam partem gracilia, contracta & corrugata, etiam rectum, videbantur: Coecum turgidius fuit: ſuperficies ventriculi externa ex albo ruſcebat: inteſtina albicantiſſima fuerunt: epar erat atro ruſcens: pancreas ſolito rubicundius: lien longe pallidior hepate. Renes à ſolita facie non deſceverunt: veſica diſtentiſſima & lotio flavo impleta fuit. Vaſa ejaculatoria abſciſa inſtar vernium corrugabantur. Pectore reſerato omnia quoque intus aſtuabant: pulmones in ſiniſtro latere utrinque non penitus ſubſiderunt, ſed aère adhuc aliquantum turgebant, adeo ut veſiculae in lobis ſiniſtri lateris videri poſſent; non tamen ita inflati ut vel tertiam cavitatis partem vix adimplerent: in ſiniſtro latere ex albo ruſcebant; in dextro intenſè rubri fuerunt. Cor ſanguine admodum turgebat. Gula valdè inflata & foris admodum rubicunda fuit. Dum in chyli receptaculo ſerè inani & non niſi paucã lymphã praedito occupor, ac inteſtina cum ventriculo & gula eximo, cor petſiguit: incifo dextro ventriculo omnis ſanguis in illo, & auricula in grannum magnum, atrum potius quam rubicundum, ſed facile diſſolubilem concrevit, ſimilem in ſiniſtro, ſed multo minorem inveni. In vena caſa deſcendente & deſcendente ſanguis maximam partem fluidus, & non niſi ille grumofus fuit qui cum cordis grumis continuus erat: alibi ex vaſis ſanguiferis ſauciaſ emanavit ſanguis fluidus, intenſè rubicundus & ad nigredinem aliquam vergens. Veſicula Biliaria plena erat Bile valde flavã, viſcidiffimã. Inchiã gulã erupit foetor, terrum alii foetorem ſpirans: intus profuſa alba fuit, mucopellucida oblita: ſulci recti. Ventriculo à ſtomacho ad duodenum ſecundum longitudinem incifo, circa ſtomachum occurrat aqua turbida; in fundo inveni aliquot Radicum taleolos; quam plurimos pilos, quorum quidam jam in pilam nucle jaglande majorem compaſſi fuerunt, plures per univerſam ſuperficiem ventriculi ſpargebantur, atque intra anfractus abſcondabantur; omnes ſimiles erant illis quibus canis tegebatur; fruſtulum pellis cervinae pilis adhuc conſtat; fruſtulum pinguedinis condentatae magnitudine avellanae, denique plurimum mucu, cui etiam pili involvebantur & reliqua ejus contenta: mucus iſte qui in ejus cavitate fluctuabat,

turbidus erat, albus potius quàm flavus, aut atro viſcens, nec ſpumeus fumit. Circa pylorum in antro ad unciae unius latitudinem muſcus croceus, ſed paucus hærebat. His omnibus ſublatis anfractus compaſerunt, mucopellucido tenui obducti; qui deterſus protinus, ceu è poris pulſus, novus repullulabat, etiam citra compreſſionem forinſecus factam. Intus anfractus omnes, maximè in fundo, tum in parte prominente, tum intra interſtitia ruſcebant; alicubi, imprimis in interſitiis apparuerunt maculae intenſius rubrae, quàm ipſi anfractus erant, quae ſerè in locis tribus exulceratae fuerant. In principio antro pylori prominuit tuberculum valdè rubrum, piſi magnitudinis, in cacumine propè exulceratum: Reliqua pars antri, ipſeque pylorus non ruſcebant, ſed albicantes manſerunt poſt clotam flavedinem. Inteſtina ſex ulnas longa omnia craſſiora ſolito erant, ſoſte quia vacua ſerè erant, nec ullum diſcrimen obſervavi, niſi quod portio illorum amplior eſſet, tum imprimis ſub pyloro ad ulnae dimidia longitudinem, tum ulterius ad ulnam unam cum dimidia: reliqua vero ad coecum uſque gracilior. A pyloro ultra duas ulnas illorum cavitatis mucopellucido, viſcido, pellucido obducta erat; poſtea ultra ulnam cavitatis magis coarctata, omniſque mucu flavo exſpers erat, ſolummodo mucopellucido, pellucido, tenaciſſimo obducebantur, nihilque profuſo continebant, quàm aliquot vermes cucurbitinos, ſpithamã longiores, quaſi ex ſeminibus cucurbitinis ſecundum longitudinem apicibus conglutinati. Ab hac inteſtini portione reliqua, uſque ad valvulam in fine ilei, mucopellucido flavo plena erant, cui videbatur aliquid cruoris permixtum: propè illius finem hinc inde excrementa atroviſcentia, ſed pauca quantitate apparuerunt, profuſa digeſta, ut cujus rei reliquiae fuerint vix dignoſci poſſet. Coecum quod in duos quaſi ſinus contortum erat, quoque multum hujus mucu continuit, cum excrementis paucis, ſuperioribus ſimillimis. Ejuſdem generis mucus inteſtinum rectum increuſtabat, & ſub ſinem illius aliquid excrementorum atroviteſcentium detinebatur, ſed omnino paucum. In toto inteſtinorum ductu, nec minimam fruſtulum, vel oſſis, vel radicis in taleolos concife apparuit, quamvis longè majore quantitate radix ingeſta fuerit quàm vel evomit binis vicibus, vel in cavo ventriculi reperi. Deterſo mucopellucido inteſtinorum ubique flavus erat, ibi inteſtina intus inflammata erant; maximè ſub pyloro, & ibi, ubi intenſius flavoſcebat in illa portione ad valvulam uſque, etiam rectum ruſcebat magis quàm ſolet: obſervavi plerofque ambitus areolarum, quibus glandulae circum ſcribuntur, quoque robuiſſe, ipſas glandulas verò non niſi in paucis locis. Ruſcebat quoque inteſtinum coecum intus, Gulam, ventriculum & inteſtina aquã fontanã ſæpius mutata per triduum maceravi, ut fibras diſcernere & ſeparare, aliaque obſervare poſſem. In gulã macerata ſulci recti pauciores, plures verò tranſverſi inaequales apparuerunt: foris erant fibrae rectae: ablata membranã internã nerveã, fibrae carneae obliquae aſcendentes & glandulae quàm plurimae miliares occurrunt, quibus foras preſſis, interna gulae ſuperficies, glutinoſa & valdè lubrica evaſit, ac in parte externa nihilominus glutinoſa manſit. Detrahta membranã nerveã, à ſtomacho ad pylorum, obſervavi plurimos nervos, imprimis circa ſtomachum & pylorum, eoſque non adeo parvos, validos, non paucos etiam in aliis locis, maximè circa fundum in illam inferi, atque in illa obliterari & in membranã degenerare: deinde plurima vaſa ſanguifera inter illam & fibras carneas ferri: Insuper avulſã hac membranã nerveã à fibris, protinus omnes anfractus cyaneſcere. Praeterea dum hæc

hæc membrana cum fibrosa cohæsit, compresso inter separandum ventriculo, semper interna superficies admodum lubrica permansit, ac mucosissimo pellucido, imò etiam circa compressionem, aquæ immerita, protinus iterum copiosè obducebatur, quamvis nullas glandulas inter hanc & corpus fibrosum observarim, quales, in gulâ, membranæ nerveæ foris copiosissimè accumbebant: Imò postquam illum penitus à fibrosa separassem, nihilominus lubrica manebat; quamvis illam iteratis vicibus fontanâ eluerim, cum facillè corpus fibrosum ab omni lubricitate hæc ratione vindicaretur. Hinc membranam nerveam in plurimis locis inflammatam manifestè vidi: aliquot in locis inveni ulcuscula superficialia, mitioribus aphthis similia: tuberculum in antro pylori in hac quoque persistit, non ulterius progressum: videbatur in cacumine exulceratum esse. In fibroso corpore foris per membranam communem transparebant fibræ rectæ, à stomacho ad pylorum protensæ, intus ablata membranâ nerveâ, apparuerunt fibræ circulares carneæ, illæque validæ maximè circa medium ventriculi, ut & in antro pylori: à stomacho oblique primum ferebantur, antequam planè circulares evaserunt: aliud fibrarum genus nullum observavi. Inflammationem membranæ nerveæ ad corpus fibrosum pertigisse nullibi vidi. In toto intestinorum ductu observavi triginta areolas glandularum tubulosarum, à pyloro ad valvulam antè intestinum rectum, valvulæ colî vices agentis, sitam: areolarum circulus extremus limbus, altior est, & prominulus magis quàm fundus, in quo conspicua sunt minuta capitella, acuum similia, ex quorum osculis, foris intestinis compressis, exsudat humor albus, turbidus, viscidiosculus, qualis ex tubulis in gulâ volatilium, compressione prodit. In prima portione ulnari à bilarii ductus insertione, octo numeravi, dimidii basi amplitudine, nullam vidi à pyloro ad insertionem ductus usque, sed infra illam demum: In 2. ulna, duas parvas, adeo ut in una quatuor tantum capitella comparuerint: in ulna 3. quatuor majores ovals. In 4. & 5. decem rotundas & ovals: circa finem quintæ ulnæ, inveni tuberculum verrucæ simile, in ambitu inflammatum, superne excoriatum. In reliqua portione usque ad valvulam, numeravi sex areolas, cæteris ferè ampliores, quarum una quinque uncias longa erat, verum angustior aliis, maximè circa principium. In portione intestini valvulæ propiore, aliquot areolarum oblongarum limbi, dimidiam partem inflammatae erant; glandulæ verò ipsæ nullibi. Ibi ubi areolæ in intestinis sitæ erant; intestina luci obversa, magis perspicua seu pellucida erant, quàm in aliis locis. Intestinorum membrana externa, fibris rectis tenuissimis prædita erat; secunda fibris carnosissimis robustis circularibus: tertia profus nervea, ad quam pertingebant plurimi nervuli, validi satis & robusti, & vasa sanguifera, quæ tenuissimorum capillamentorum instar, seu reticulâ areolas ambabant; quarta villosa seu mucosa, quæ totam internam cavitatem incrustabat, exceptis areolarum spatiosis, unde ibi intestina pellucida. Dum villosam tunicam abradi obgusto cultello, à nervea plurimum liquoris candidi, turbidi, chylo persimilis simul expressi, quamvis per triduum sæpissimè intestina eluerim, etiam propè valvulam intestini recti. Postquam tunicas fibrosas intestinorum sustuli, Valvulæ Kerkringianæ profus oblitterabantur, quæ adhuc conspicuæ erant, quamvis mesenterium abstulerim. Abrasâ fortius tunicâ villosâ, simul abripiebantur in areolis glandularum capitella prominula, & loco illorum apparebant oscula minuta, s. papav. alb. capacia: si verò nullam vim adhibui, persisterunt capitella integra. Intestinum cæcum in duas quasi cellas diremptum, & rectum instar ventriculi, intus anfractuosa erant, præter

Tom. IV. Pars II.

communem, etiam quatuor tunicas habuerunt, quarum externa fibris rectis, secunda circularibus prædita erant: In recto fibræ rectæ insigniores erant, quàm in reliquis, circulares quoque robustæ & carnosæ fuerunt: Membranæ nerveæ insignia vasa sanguifera accumbebant: In cæco & recto crustacea, seu mucosa, minus villosa erat quàm in reliquis intestinis: in cæco nullas quidem areolas inveni, verùm aliquot oscula glandularum vices præstantia: in recto nullum neque osculum, neque areolam observare potui, quamvis hoc quoque intestinum admodum lubricum esset.

5. Circa idem tempus caniculo semestri, admodum famelico, apposuit jusculum carnis, cui Radices cicutæ minutim concisæ immixtæ erant, Clariss. Dom. D. Johan. Conrad. Stenzelius, Medic. Villinganus; jusculum avidè devoravit, verùm nec vomitum movit nec alvum: debilior quidem inde evasit, ac internæ afflictionis indicia præbuit, verùm post aliquot horas superatas integrè convaluit, nec quicquam deterius passus est, ut narravit Doneschingæ d. 21. Sept. 1676.

6. *Cicuta aquatica Lupo intrusa Doneschingæ.*

Die 4. Junii 1677. lupo, qui octo circiter septimanarum credebatur, ante horam octavam mane, Radicis cicutæ aquaticæ uncias circiter duas contusas vi digito intradi; humi positus ululavit vagientis instar, continuo: exiguam portionem vomitu rejecit absque magno nizu. Post horæ quadrantem magno conamine Radicum portionem evomit, sed vix decimam ingestarum partem; postea cæcis non amplius nec vomuit, nec ad vomitum stimulari videbatur, verùm prodit solum ex ore spuma alba copiosè. Ab illo tempore nutare in dextram laetum coepit, ac illuc sæpè caput inclinavit, ac si motu convulsivo traheretur. Ante nonam vehementer ad vomitum stimulabatur, nihil tamen excrevit, quamvis per gulam ad laryngem Bolus ascendere & remeare, Brevibus intervallis crebrò videretur: contempante aliquandiu hoc nixu linguam, hiantè plurimum ore, longè exseruit, mox convellebatur, caput retrorsum retrahebatur iteratò, pedes extendebat, ac in hæc lucta alvum exoneravit, non autem minxit: paulò post totus rigidus sine omni motu & sensu, respiratione penitus cessante, jacuit, ut mortuum putarim. Tetanus iste duravit, ad horæ partem circiter duodecimam. Cum jam in cultrum admoturus eram, cor rursus se movere, moxque unum alterumque suspirium edere coepit, paulatimque respiratio, sensus motusque redierunt, atque rursus vagiit, verùm submissa & fractâ voce & oculos aperuit. Post nonam conatus vomendi rediit, in quo Bolus iteratis & creberrimis ad laryngem pertingere vicibus vidi, descendente & remeante brevissimis intervallis, denuo longè exerta linguâ, epilepsia corripiebatur. In ipso paroxysmo abdomen incidi, nullo sensus indicio primò lupo dante: dilatato vulnere, & aliquoties musculus abdominis & peritonæi fauciatis, tandem sensus indicia præbere motu & vagitu coepit, ac concitatius respiravit.

Penitus denudatis visceribus imi ventris, ventriculus apparuit valdè distentus, tum à Radicibus; tum à Flatibus, subinde se constrinxit ferè in medio, proximè antrum pylori, ut sulcus ibi videretur & totus angustior, minusque globosus & æqualis, sed rugosior appareret. In collo tunc videbam Bolum versus laryngem ascendere, moxque relabi, nihil tamen prodibat ex ore, quamvis linguam non raro longè exserverit; ac si ad summas fauces jam aliquid pervenisset. Quando ab anplexu contentorum

N n 3 torum

torum ventriculus cessavit, à levi contactu, stylo facto, subinde illum repetiit. Intestina propè vacua & contracta erant, nisi sub finem ilei, ubi distentiora. Diaphragmatis centrum nervum in inspiratione convexum reddebatur, ambitus verò illius carneus, costis adherens, coarctabatur: In expiratione totum diaphragma planum evadere: Exciso ventriculo & leviculè diaphragmate in centro fauciatò, in inspiratione unicà vice valde expandebatur centrum, in expiratione, spuma per vulnus copiosè cum Radicum frustulis in abdomen eropit, ac postea diaphragma aequaliter tensum manet: subinde ore acrem captavit, linguam exseroit, costis unà alteraque vice attollebantur & descendebant: quod fortiter adhuc pulsavit, postquam respiratio cessavit. Omnisque motus animalis substitit.

Post mortem inveni gulam, Radicibus in cylindram coactis, à stomacho ad median ejus partem plenam, reliquam ad fauces usque, implebatur & distendebatur mucò spumoso, subflavo, cum Radicum frustulis: circa fauces inflammata erat, fortè à violenta intrusione: in fine una alteraque macula rubra apparuit.

Ventriculus ovi gallinacei amplitudine, plenus erat Radicum, quæ multo mucò pellucido involuebantur; sublatis contentis & detergo mucò anfractus, maximè in fundo & ad latera, robebant, antrum pylori album fuit, ita tamen ut non procul à pyloro appareret macula rubra.

Intestina sub pyloro ferè vacua erant, contenta unam atque alterum frustulum Radicis, oblita erant mucò flavo, qui ultra ulnam, nunc magis nunc minus obducebat intestina, circa ullum aliud corpus.

In reliquo ductu, ad quadrantis distantiam à valvula ilei, mucus copiosior aderat, atro flavescens: in portione ad valvulam mucus adhuc copiosior, cumcrementis subnigris. Cecum & rectum prorsus vacua fuerunt. In hepate, renibus & liene nihil dignum occurrit. Vesicula Biliaria turgebat felle flavo. Pulmones albicabant. Sanguis ex cava ascendente emissus, pulchrè rutilus fuit, qui brevi in grumos concreviserat: inflatà cavà ambæ auriculæ cordis movere se coeperunt, & aliquandiu rythmos continuarunt. Cordis ventriculi sanguine vacui fuerunt, fortè ob prægressas hæmorrhagias & inflationem. Thoracis ductus lymphæ plenus fuit, cum paucillo chyli: Cerebri ventriculi omnes vacui erant: at quatuor sinus implebantur sanguine atto in grumos concreto: similis continebatur in basi cranii, eo loci ubi rete mirabile reconditur.

7. Die 5. Jan. 1677. Lupa prioris forori uterine, magis vegetæ & robustiori, ventriculo jam lacte pleno, dedi horà 8. matutinâ succi ex Rad. & herba cicuta terrestris contusis, paucilloque aquæ maceratis, eliciti 3vi. circiter. In omnibus planta hæc cicutam referebat, sc. figurâ, caule in sculofo cavo, foliorum colore obscure virescente; nisi quod folia averfa, splendida essent. Hæc puellis venatoris cujusdam Doneschingani, non ita pridem, comesta, pene lethum attulit, vomitum, delirium & convulsiones excitando. Post epotum succum incedebat instar temulenti: latebras quæsit, multum dormivit: subinde ad vomitum stimulabatur, nunquam tamen evomuit, nam ad fauces protinâ deglutit, aliquoties alvum exoneravit, ejecitque cum vi quadam liquorem viridam succo persimilem. Crebro & multum minxit: semper æqualiter caluit: nunquam vagiit, aut doleoris aut sitiensis, aut esuriensis signa præbuit. Horâ 1. pomeridianâ lac calefactum, digito ori indito, sugendum præbui, quod avidè haurit; vellicata instat canis ludentis murre-

ravit, & blandiens latravit. Multum minxit. Dormivit ferè continuè ad 5. vespertinam: expergefacta multum oscitavit, ac si somnum nondum absolvisset. Item lac mediante digito sorbendum dedi: digitem transversim, aut recta inditum, tam fortiter linguâ & faucibus undique corripuit, ac si digitem deglutitum esset. Post 6. vesp. t nam rursus iteratis vicibus, viridia & flava cum lacte coagulato excrevit, ac si purgans sumpsisset. Totâ nocte, se post vel in parietis abicondenti dormivit. die 6. Junii mane horâ 4. famelica me quæsit, ac carelli instar famelici sequebatur, quorsum cumque gressus moveram: lactis paucillo dato se rursus ad quietem composuit.

Die igitur 6. Jun. manè horâ 6. succi radic. cicuta aquaticæ, per noctem in aqua macerata, primùm unciam, & paulò post ultra uncias duas cum labore infudi: vix quadrante horæ elapso, succum penè omnem cum mucò copioso & lacte coagulato evomuit, & paulò post rursus mucum turbidum bis. Aliquoties ad 10. horam nigra seu atro virescentia, pultacea & viscida alvo dejecit. Ad vomitum sæpe urgebatur ac ore hiabat, nihil tamen prodiit, nam ad fauces ascendentem holum deglutit. Diu spuma, aut mucus copiosus ab ore pendeat: Tandem solummodo salivavit multum, salivâ tenui, pellucidâ largè exsillante. Primum vagit multum, sed voce submissâ & querulâ: irritata murmuravit. Autè & aliquandiu post vomitum temulenti instar incedebat, circa 9. verò firmius: latebras quæsit, Hora 10. a timorid. lac rursus avidè, mediante digito ex patina suxit, Horâ 11. & horâ 1. pomerid. cum viridi & vegeta esset, qualibet vice ultra unciam radice cicut. aq. maceratae in fauces trudi: post horam dimidiam plusquam dimidiam unciam evomuit: per alvum quoque bis egressit plurimâ frustula radice emollitæ, cum mucò turbido, fusco. Mansit hætenus satis adhuc valida, incedebat, solito more latebras quærens: æqualiter calida. Horâ 2. pomerid. dedi radice cicut. aquaticæ non maceratae parùm in umbra siccatæ & minutim concisæ, unciam circiter paulò post ad vomitum urgebatur, solâ spumâ succedente, quàm sæpius os lambendo rursus deglutit: crebrius urgente vomitu, tandem frustulum unum alterumque protudit. Alvum aliquoties exoneravit, ac cum mucò fusco, turbido radicum maceratarum plurimâ frustula excrevit. Hætenus rarissime vagi, sæpius se quasi ad somnum composuit, ut dormire videretur: æqualiter caluit, oculos splendidos huc usque retinuit.

Circa horam 4. vesp. res ipsius in deterium labi coeperunt. Abdomen intumuit, instar temulenti incessit: ad vomitum stimulabatur: antequam vomeret, abdomen iterato valdè contrahebatur, subitum & validum clamorem edidit, os amplissimo rictu dilatavit ac si oscitaret; mentum ad capulum sterni propè accessit; in hoc nixu primùm spuma prodiit, postea sequebantur frustula radice non maceratae, parùm immutata & solummodo emollita, mucus item pellucidus. Usque ad horam septimam aliquoties alvum solvit, sæces erant maximam partem radices maceratae, mucus fuscus, viscidissimus, turbidus, cui aliquid cruoris immixtum erat. Copiosè minxit, quod toto hoc die nunquam factum fuisse non observavi: incessus erat languidior. Lac ori illitum deglutivit quidem, sed mox vomitus sequebatur. Interea multum quievit, somnum simulans, adhuc æqualiter calida: atrectata protinus evigilavit, ac ad latebras suas quantum potuit properavit. Ad septimam aliquoties alvum exoneravit, sæces erant nunc solummodo mucus turbidus, subfuscus, aliquando flavus, nunc radices, quantum observare potui, adhuc ex illis, quæ aquæ prius infuderam. Minxit largiter: Urina clara erat, sed flava. Post septimam rursus es magno rictu dilatavit & vomere conabatur, nox minxit, largè emanante urinâ

urina ac itatim emisso valido clamore, humi vi quadam prostrata & à parete cui ianuebatur, ultra duos pedes in pavementum projecta, vehementissimè convulsa fuit: Paroxysmus verè epilepticus erat; caput retrorsum traheretur, dorsum incurvabatur, artus validè non succutiebantur, nunc rigidi evadebant, abdomen nunc intumescerebat, nunc contraheretur, respiratio nunc inæqualis, nunc cum stertore peragebatur; oculos pervertebat; labra variè deducebantur, cauda mire agitabatur; in ipso paroxysmo per alvum radices excrevit: tandem respiratio penitus intercipiebatur, insirque mortuæ rigida jacebat, spuma copiosa os obtegebat: duravit paroxysmus ferè ad sextam horæ partem. Superato paroxysmo in pedes surrexit, per aliquot passus incessit cauda pede calcata murmur, cœa latratum, edidit & morsum intentavit: aliquoties stertavit.

Vegeta satis adhuc subinde pedibus insistebat, os & pedes lambebat; aliquoties faeces pultraces, mucosas, atro virentes excrevit: subinde quoque canis instat, capite pedibusque anterioribus ad latera inclinat, ad somnum se composuit, raro vagiit. Post 11. noctis paroxysmos diuturnior & vehementior rediit, quem præcessit conatus vomendi, cum amplissimo & diuturno oris rictu, abdominis contractione, eructatione sonora; item clamor validissimus: in ipso paroxysmo sæpius caput validè pavimento allisit, per os mucum fuscum, cum portunculæ radices non maceratæ protrudit & alvum exoneravit, radices fuscæ particulis excretis: semel validum quoque ejulatum edidit: respiratio inæqualior fuit cum stertore, tandem prorsus cessare videbatur ac mortuæ similis, copiosa spuma ab ore pendente. Verùm & hoc paroxysmo finito vires recuperavit, ac in pedes surgere & incedere valuit. Ab illo tempore usque ad 2. matutinam, propè quilibet hora dimidiâ supervenit paroxysmus: omnes præcesserunt oris rictus: sonus quidam, ac si aliquid avidè lamberet, linguâ palatam fortiter ferente & creberrimè, brevibus intervallis: nostri *Schmerzen* vocant: Clamor validus nunc latratu, nunc vagitu catellorum à matre desertorum, aut percussorum, nunc ululatu, lupis peculiari simili, qui sæpè tam sonorus erat, ut aures impensè feriret & me dormientem excitaret: Aliquando singultus; sæpè etiam eructatio sonora; abdominis contractio. In ipso paroxysmo urinam & alvum faeces egressit: nonnunquam vomuit: spumavit copiosè: tandem instar mortuæ jacuit sine respiratio: finito paroxysmo, omnes sensus & motum recuperavit, at languida evasit & frequentius respiravit, subinde vagiit pedes lambit, seque ad somnum adhuc componere valuit: Habitus calebat, at nasus & lingua frigidissimi cœperunt.

Post horam 2. non amplius surgere valuit, semper aliterotri lateri incubuit, artus continuè motu convulsivo succutiebantur; aliquando rigebant, caput quassabatur, totus truncus curvabatur retrorsum, non raro antorsum, cum oculorum perversione, labiorum torsione: respiratio aliquandiu intermittebatur ac propè mortua videbatur, mox tamen oculos aperire & respirare cœpit, caput, quietum tenuit, manente motu artuum convulsivo. Hos paroxysmos præcesserunt quoque vagitus aliqui, sed voce submissa, oris rictus, vibratio linguæ versus cœlum palati, singultus, eructationes sonore: Videbatur extra paroxysmos istos bolus quidam in colli parte anteriore, à capulo sterni ad laryngem, brevibus intervallis pelli & rursus suo pondere descendere. Inter respirandum crebra suspiria edidit: ipsa respiratio nunc tardior nunc frequentior evasit. Paroxysmos non raro præcessit rugitus ventris satis sonorus. Tum in his paroxysmis, tum extra illos, aliquoties per alvum radicum frustula excrevit cum mucò turbido fusco; subinde

minxit, sed parum admodum: ex ore prodiit vel spuma vel mucus. Oculi splendidi manserunt: extrema frigere cum lingua cœperunt, habitu reliquo calido manente. Extra paroxysmos distentum fuit abdomen; quàm primum verò contrahi cœpit, doloris signa edidit, ad vomitum irritabatur ac ore haviit, protinus novus aderat. Circa horam 5. d. 7. Jun. mane ante insultum & in ipso insultu, frustula aliquot radices non maceratæ evomit. Paulò post cum à capulo sterni ad os pubis & transversim ad ilia incidi, nulla doloris gravioris perpassi signa præbuit, donec masculos abdominis & peritonæum discidisset, tunc enim caput motavit, artus tetano afficiebantur, vagiit parùm & respiratio contentior reddebatur: nihil per alvum aut ex vesica excrevit. Sanguis ex vasis subcutaneis & musculis abdominis splendide rubescens, satis copiosus emanavit, statim concretens.

Visceribus ventris in apricum productis, vidi ventriculum valdè distentum, ovum gallinaceum magnitudine superantem, antèrius æqualem glabrum & propè pellucidum, ita se sum ut reaneret. Aliquoties ejus pylorus se ita constrinxit ut ejus regio minor multum apparet, durusque admodum instar cartilaginei globuli evasit: aliquando circa principium antèri pylori constringebat se ventriculus, unde minor, rugosus & carnosior reddebatur; quàm primum verò se explicuit, primam amplitudinem cum tensione acquisivit: pylorus, constrictione cessante, mollis & amplus evasit. Ventriculo magis in apricum deducto, vidi partem sinistram; digiti distantia à stomacho pertinaciter constrictam, unde ventriculus quasi ex duobus compositus apparuit: Portio hæc trans constrictionem angustior, carnosior, & rugosior erat: ibi quoque foris inflammationis vestigia videbantur: relaxata hac constrictione parem cum dextra parte amplitudinem & superficiem acquisivit. Intestina statum plena erant, ac imprimis in Ileo radicum frustula per tunicas transucebant: corrugabantur subinde, minora evadebant ac valde lente movebantur. Cœcum amplum incurvum, tensum à contractione non advertenter facta minus & durissimum, instar cartilaginei, evasit: In illo vidi maculas & istrias minutas albas, ac si venis lacteis præditum esset. In omnibus apparuerunt foris vestigia inflammationis. Hinc inde quoque in illorum superficie, maculas quasdam latiusculas albas aliquantulum prominentes, sub quibus glandulæ intestinales, reperi. Hepar splendide rubuit: Vesicula fellis bile plena erat ac si ne guttulam bilis effudisset: erat vitellina. Lien saturatè rubicundus videbatur. In mesenterio nullam vitium observavi. Renes pro animalis magnitudine majores. Carunculae papillares rubræ. In pelvi partem urinæ aderat. Vesica vacua fuit.

Diaphragma in inspiratione corrugabatur in ambitu carnosio, & fibræ crassæ carnosæ veluti musculi lumbicales protuberabant; centrum verò nervum convexum reddebatur; in expiratione planum totum evaderebat. Ad latera rejecto ventriculo, in crure diaphragmatis, dum inspirationem auspicabatur, vidi illud rugosius fieri, nec ad modum intestinorum se movere, quod in animalibus vegetioribus accuratius observandum. Post denudationem viscerum imi ventris ferè ad septimam horam matutinam respiratio perduravit, cum cordis motu, ita tamen ut respiratio sæpè diu intermitteret, ac demum rediret post plures cordis pulsationes sua sponte, quandoque puncto centro nerveo. Sæpè magno rictu os aperuit ac aërem captavit. Vibrationem diaphragmatis in hac lupa non observavi. Emortua illa pectus aperta: Pulmones albicantes erant, & aëre pleni. Cordis ventriculi ambo sanguine turgidi, ut & vena cava: ex faucibus venæ cavæ & ambobus ventriculis emanavit

navit sanguis copiosè veluti liquor aqueus, qui brevi in grumos splendide rubescens concrevit sibi profusus similes: neque in cordis ventriculis, neque in vasis majoribus vel minimum grumulum inveni. Os spumâ albâ plenum fuit. Gula longior quadrante unguis, indice latior multum mucis sufflavi & spumosi continuit; prope laryngem hæsit frustulum radicis non macerata: deteris mucos & spumâ sub larynge plurimæ glandulæ minutissimis osculis hiantes, ceu ab acu insiditæ, apparuerunt: similes in reliquo ductu observavi usque ad stomachum: quæ magis conspicuæ evaserunt, nisi per biduum in aqua macerata. Inflammationis vestigium apparuit luculentum in principio, ubi larynx incumbit & sub larynge, quam portionem inter introduendum radices digito atrecta veram: præterea etiam in reliquo ejus ductu hinc inde rubor aliquis sparsim occurrit.

Gulâ separatâ ventriculus statim subsidit, ac dimidia propè parte minor seu angustior evasit. Continuit præter radicem non maceratarum frustula pauca, sc. vix sextam ingestorum partem, mucum flavum turbidum, & in antro pylori flaviolem fereque clarum & pellucidum. Ablatis contentis totus anfractuosus erat, inflammatus maximè in fundo; ad latera minus; circa stomachum magis quàm in latere & magis in sinistra parte inferius, quàm in dextra. Antrum pylori non inflammatum erat, excepto limbo veris ventriculum spectante, qui levicule quoque inflammatus erat. Intestina duas ulnas longa erant, a pyloro ad 4 ulnæ mucus flavus apparuit, eo deterso, minus inflammatum vidi: postea ad 4 ulnæ chylus mucosus, crassus, turbidus, minus, flavus cum aliquot vermibus brevibus & latis continebatur, cum pauculis radicem frustulis: hinc ultra unam dimidiam continebantur plura frustula radicem, tum maceratarum, tum non maceratarum, cum mucos atro rubescens: in his majora, ampliora & conspectiora signa inflammationis apparuerunt. In reliquo ductu usque ad valvulam in extremo ilei, hujus mucis atro virentis major copia, ut & radicem, aderat. Intestina summopere inflammata fuerunt, imo jam atro rubescens erant, maximè area glandulosa, 3. digitos longa & digito latior; hoc quoque intestinum etiam dissectum & per biduum aquâ maceratum, retinuit suas plicas transversas, ac si fortissime contractum fuisset: Ubicumque major copia radicem continebatur, ibi intensior & amplior inflammatio in conspectum venit, quod imprimis circa ilei finem ad ulnæ dimidiæ longitudinem conspiciebatur.

A pyloro ad valvulam in fine ilei, quindecim rotundas & duas oblongas areolas glandulosas numeravi, quæ per biduum aquâ intestinis maceratis omnique mucos & tunica crustacea sublatis, tum foris tum intus admodum conspicuæ erant: quædam illarum atro rubescens erant maxime in portione inferiorum, ubi plura radicem frustula & diutius detenta fuerunt: ob ilei ibidem contractionem.

Cæcum continuit mucum turbidum, album, chylolum: intus quoque inflammatum apparuit. Rectum continuit adhuc aliquid de radicibus cum mucos atro virentis, copioso, turbido: Anfractuolum inflammatum intensè usque ad extremum podicem.

Cerebri sinus omnes sanguine atro rubescens grumoso impleti erant: talem sanguinem quoque reperi in basi cranii, ibi ubi rete mirabile detinetur.

Ventriculi omnes mundissimi erant. Abscisâ medullâ spinali in superficie apparuerunt maculæ rubræ.

Abrasâ tunica crustacea intestinum; manifestè videre potui glandulas, non illi sed nerveæ membranæ insculptas esse.

Ductus thoracicus lymphâ plenus erat, absque ulla chyli mixtura, fortè quia nimis tardè in illum inquisivi.

Tum temporis Donefchingæ; ob commissionem quandam, ut vocant; plures viri illustres ac literati aderant, sermoque de cicutæ viribus non semel fiebat. Cum ex Cl. Bodæi à Stapel ad lib. 3. Histor. Plant. Theophr. cap. 17. commentario retulisset, Cicutam in Batavia non adeò lethalem esse; quia crescat sub Zona frigida & ventis diffusetur, sequentia subnectere volui; eoque magis, cum clima, cicutæ virus non tollere putaverim, & plantæ virulentissimæ in locis frigidissimis, ex. gr. Thora, Napellus, aliaque crescant, non minus damnosa illis, quæ in calidis regionibus nascuntur.

Generosus Dominus Baro *Blitterstorph*, Donefchingæ 6. Junii 1677. narravit mihi, in agro seu ducatu Juliacensi magnum proventum esse Cicutæ aquaticæ, crescentis ad margines lacuum & fossarum artem; cujus frondes, si anseres juniores decerpant, protinus illos in gyrum cicutumagi & brevi emori: atque hujus causâ illam ab agricolis diligenter extirpari.

De Curatione post Cicutam assumptam.

Prolixus fui inquirendo in vires Cicutæ tum aquaticæ tum terrestri, ut invenirem indicationes certas & utiles ad debellandum hostem intra corpus admittam propè internecinum, nisi maturo auxilio succurratur. Rationibus & experimentis existimo me deprehendisse, Cicutam calidam & acrem esse, suisque aculeis membranam nerveam potissimum ventriculi ferisse, ac fibras ejus circulares, membranæ arctissime fibrillis nerveis conjunctas, ad violentam constrictionem irritasse; tum ob vellicationis vehementiam, tum ob constrictionis atrocitatem, maximè circa officia ventriculi, ubi nervi insigniores apparent, & Pæsidem systematis nervosi in furorem actum, unde convulsiones; & cor in consensum raptum fuisse; unde plurima mortis imago apparuerit, imò pueri enecati fuerint, & puellæ expulso hoste imminuentem mortem vix evaserint. Ut hac de re certius, aut saltem verisimilius aliquid statuere possem aliorum venenorum tum vegetabilium experimenta & observationes, tum Amicorum, tum proprias adjunxi, & quasi in subsidium vocavi, ex quibus didici propè eadem rationem ventriculum afflixisse, ac ferè eodem ordine symptomata produxisse. Retinui generale nomen acrimonie, cum scirem & Alkalina, ut vocant, & acida tam volatilia quàm fixa, irritandi & vellicandi membranam nerveam vi valere, ac hos tumultus instituere posse, atque sufficere ratus sum, obtusâ cujuslibet veneni acrimonie & sublato hoste symptomata cessitura, ac hominem è præsentis vitæ periculo vindicatum iri. Tum cicutam tum alia ipsi similia rubificantiibus, vesicatoriis, erodentibus & putrefaciendis affinia per me dici possunt; à quibus quoque non multum differre puto, quamvis in ventriculo & intestinis nunquam vesicas, rarè ulcera & crustas, rarissimè integrum sphacelum, ut in cute, producant; nam ita cum tunica crustacea comparatum est, ut non facile, utcumque nervea impensè vellicetur, ab illa abscedat atque in vesicam attollatur; deinde semper humida est, ut etiam ferocissimorum venenorum aculeos aliquo modo obtundat, & continuè magna copia, maximè nervea valde irritata, novum humorem è maffa sanguinea recipit, ut non rarè illa, imprimis si in minore quantitate assumpta fuerint, aut imbecilliora sint, superet.

Indicationes igitur erunt cicutam quanto citius ex ventriculo educendam, ejus acrimoniam infringendam, spiritus vitales consumptos à vehementia symptomatum instaurandos, aut ob motum sanguinis varum, vel interceptum oppressos excitandos, labem ventriculo vel intestinis impressam sive inflammatio, sive denu-

imitato non nisi magno conatu, diaphragmatis vibratione in subsidium veniente, evenire solet. Ad vomitum citandum in hoc casu valent juscula pinguis, decoctum hordel cum oleo simplici, ut non opus sit oleum irinum permiscere, aqua tepida cum butyro, lac cum oleo & butyro, sincerum aut aqua dilutum: Cerevisia cum ol. & butyro. Oleum amygd. d. rec. sine igne expressum haustus suaviores reddit: ol. lini & nucis per se nauseabunda sunt, commodius ad vomitum facilitandum aqua tepida, decocto lacti hordel, ce evisiae aut jusculis ejuscunq[ue] generis permiscerentur: quæ unò operâ cicuta acrimoniam demulceat & obtundunt.

Haustibus istis tam diu pergendum donec omnis cicuta è ventriculo pulsa sit: admisceri possunt scilicet singulis libris oxym. l. ʒij. Oxymell. squill. ʒβ. aut El. Diar. Fern. ʒj. vel ʒij. si tempus concedatur, nec ob symptomatum ferociam festinandum sit, cum aqua aut cerevisia coqui possunt rad. asar. beton. cucumer. summitas. aut cortic. virides sambuc. aneth. flor. genist. persicor. sem. aneth. atripl. aliisque hujus generis. Fortiora non necessaria quoque sunt propterea, quia vomitus prompte sequitur, si modo opera deatur, ut fibræ circulares gulse & stomachi motui fibrarum circularium ventriculi inverso non resistent: quod facile impetratur, si solummodo aliquid deglutendum infundatur, unde theriaca aceto soluta, quinque puellis vomitum movit, quæ aliàs enormem vomitum compescere solet: idem fecissent quævis alia potulenta, dum fibræ gulæ & stomachi aliquo modo relaxant, libentiusque impulsui motuique ventriculi inverso cedunt, adeo ut non necessum fuerit Patri Christianæ Infusum tabacci arripere: ea tamen laus tabacco debetur quod appetitum huic puellæ, reparavit omnesque molestias sustulerit, tota nocte dormiverit & mane lacta sanaque surrexit. Si verò ventriculus his in expellendo adjutus voto non respondeat, & vomitus tardetur, ad fortiora vomitoria recurandum esset ac præmissis liquoribus supra dictis tunc demum stimulari posset ulterius, Oxymell. Helleborat. Geln. ʒj. vel ʒij. Oxyfchar. Emet. ʒβ. vel ʒvi. Gilla Theoph. ʒj. aut simili cum jusculo aut alto liquore. Exc. D. König. in Hist. 3. de Mercur. Oxyfchar. emet. puella cum fructu dedit, cum aliàs mercur. sublim. per se fortissimum irritans sit: Fabrit. Hildan. antimoniatâ profuisse memorat. Cl. Beverovic. in Theaur. de Sanit. conserv. l. 3. c. 20. scribit Feliâ à devorato arsenico pessime habentem frustulum tabacci cum cibo intrusum fuisse, unde vomitu excitato viva manserit.

Si verò propter Epilepsiam à cicuta excitatam diutius continuantem, aut brevissimis intervallis paroxysmis increbescens evacuationem seu expulsionem ex ventriculo moliri non liceat, Præses systematis nervosi à tumultibus istis avertendus & aberrans in viam reducendus erit, illis quæ in paroxysmis epilepticis & hysterica suffocatione vulgo dicta adhiberi solent: quæ sunt quæ seclus veluti sopitos expergefaciunt. Naribus admoveantur acrimoniam aliquam spirantia, ex herb. sativæ, puleg. rutæ, majoran. hyssop. flor. lavend. rutâ, sem. angelic. levistic. sinap. bacc. Laur. Juniper. piper. caryophyll. Atta foetid. castor. & similibus parata, in nodulum ligata ac aceto aut vino madefacta: Balsam. & ol. succin. rut. Præstans ad hæc expergefactionem est spir. salis Armon. Urinos. quem Exc. Dom. D. Sylv. semper secum gestasse aiunt, ut in repentinis hujusmodi casibus ad manum esset. Hujusmodi topica naribus quidem propè admoveo, ne utiqueam verò illis nares intungi, aut profundius indo, cum cessante paroxysmo illata, aut intrusa diu postea illis molestissima didicerim. Ancilla

quædam ante aliquot annos ab hysterica convulsione rigida instar ichthi humi prostrata jacet, absque ullo respirationis superfluo indicio, arctissime dentibus constrictis, artubus prorsus inflexibilibus: frustra pila historica in pharmacopolio nostro proflans ex alia foet. castor. sem. rut. angel. ol. succin. & tereb. pomp. confecta, naribus admovebatur; frustra corii & succini fumus naribus immittebatur; à frictionibus, vellicationibus, compressione digitorum fortissima non magis movebatur, quàm sine vita truncus: tandem incendi cremas sulphuratas, & dum fumum in nares adigo atque levicule labium ardente cremas attingo, suspirium edidit ac paulò post respirationem ac mentem recuperavit, & congruis medicamentis assumptis plene convaleuit. Aliàs quoque comperi paroxysmos epilepticos brevi finiri vel mitigari, ut aquæ anti-epilepticæ intundi possent, explicatis digitis, imprimis pollicibus, à robusto & cordato, sive Præses sua sponte ad saniora consilia jam proclivis, sive hac ratione invitatus fuerit. Dum hæc tentantur, ano suppositoria acra intrudantur ex sale gemmæ, alumine fuso, sapone, aut si tantum temporis concedatur ex spec. Logad. el. Hier. picr. Gasen. sale cum mell. coct. Paretur quoque Clyster acris, quales Scribon. Larg. de compos. Med. cap. 47. adhibendos cicuta comesta monet; properè parari possent ex aqua, melle, paucillo olei vel butyri & sale copiosiore quàm vulgaribus clysteribus immisceri solet: non semel experientia didici, sal, citra ullum purgans, liquoribus permixtum tam potenter alvum movisse, quàm ullum aliud purgans, exceptis colocynthide, quæ tormina sæva, & croco metallorum, qui diras convulsiones simul pepererunt. Si cicuta virulentia moram permittat, in aqua herb. cephalicæ cum herb. & sem. status discutientibus coqui ac colaturæ Bened. laxat. pro Clystere addi posset, cum aliis, quæ utilia censentur. Suppositoria & clysteres motum peristalticum intestinorum sursum vergentem, deorsum proliciunt, unaque opera efficiunt ut minus arcte ventriculi fibræ circulares constringantur: non semel observavi in vivorum sectione & in scemina cui ab annis intestini portio extra abdomen nuda propendebat, intestinorum motum sursum deorsumque tendisse, prone vel in parte suprema, vel inferna, etiam levicule illa pupugi stilo quodam, citra vulneris inflectionem. Dum hæc peraguntur opera danda quoque est, ut dentes à se invicem diducantur, tum ut facilius spirent, tum ne suffocentur ab illis quæ à ventriculo ad fauces trusa fuerunt, quod ebrioso cuidam evenisse novi, qui in rheda mortuus repertus fuit ore & faucibus sordium plenissimis. Id manibus facile paroxysmo declinante fieri potest, ut non opus sit clavibus, aliisve ferramentis os effringere: apertum teneatur dentibus ligno tenaci, aut bacillo glycyrrhizæ interposito, aut instrumento dilatatorio cum cochleâ Clar. Dom. D. Johan. Scultet. depicto in Armament. Chirurg. Tab. 9. Fig. 9. aut speculo oris delineato Tab. 11. Fig. 4. Utroque utendi modum ante oculos ponit Tab. 36. Fig. 6. & 7. Specillo lingua & maxilla inferior depressuntur in furiosis & aconitatis, donec cibum & potum faucibus inditum sufficienter deglutiverint. Si inaque vomituriant, ut Jacobus Mæderus, nihil tamen ejiciant, aut si deglutire nequeant, ut Matthias Graff, propter arctissimam gulæ constrictionem dilatato ore Clar. Sculteti instrumento, aut depressa lingua & maxilla inferiore Hydrelæum tepidum siphone, cui cannula incurva adaptata sit, quæque ultra epiglottidem intrudi possit, injiciatur; quod hoc impulsu gulam, fibris circularibus laxatis, & stomachum perumpet, ac cicuta exitum quem jam ventriculus

tr. culus molitur, parabit & facilitabit. Ad hoc opus commodum deprehendi siphonem æneum à Clar. Dom. Dom. Graef post l. de Pancreat. depictum: flannei & argentei, maxime si lamina tenuior sit, facile atteruntur à dentibus, remotis instrumentis dilatatoriis, ut postea inutiles sint, ut evenit injectionibus istis in canibus tentatis. Vomitorius supradictis pergendum, donec cicuta omnis aut maximam partem ejecta sit, nullaque ejus in ventriculo superstitis signa supersint: si nullo ructu allii tetrum foetorem spirent, non angantur circa præcordia, nec valde doleant; si esoriant ut Cristina Grafu, ad Alexipharmaca à Veteribus laudata progrediendum erit. Antequam tamen hoc fiat Dioscorid. de Alexipharm. cap. 11. dejectiones faciendas monet, ut & illa quæ ad intestina descenderint, excernantur. Idem repetit Æt. Tetr. 4. Serm. 1. cap. 23. Verùm Puellæ sex non opus habebant amplius purgantibus postquam vomuerunt; nec forte necessarium est, cum aut pylorus cicutæ transitum non concedat, aut si forte aliquid cicutæ elapsum sit, clysteribus & suppositoriis supra dictis ad excretionem maturam dispositum sit: Si verò ex torminibus, ardore & inflatione ventris aliquid in intestinis de cicuta hæsitet, isdem suppositoriis & Clysteribus mitioribus & potius emollientibus ad exclusionem alliciendum erit. Si omnino purgentia exigantur, solummodo mitiora convenient, scilicet syrup. ros. f. f. syrup. viol. f. f. syrup. de cichor. cum Rh. Elect. lenit. El. cathol. El. de tamarind. nullo modo autem danda potentius stimulantia ex Gialapp. scammon. & similibus, neque usque adeo bene fiderem aloeticis.

Educta è ventriculo & intestinis Cicuta omni vel maximam partem, Dioscorid. de Alexipharm. cap. 11. tum demum à *ἐν τῷ στήθει* *καὶ ἐν τῷ ἰσχυρῷ* *ἀπαρτοῦ* *κεῖ* ad maximum & præstantissimum auxilium vini generosi potum deveniendum esse monet. Eadem verbotenus Ætius l. c. in sua transtulit. Plinius H. N. l. 25. c. 13. Vini naturam excalescentiam, priusquam perveniatur aut, ut alia M. S. habeat perveniat ad vitalia, remedio esse dicit, præteritis evacuantiis. Scribonius Larg. de Compos. Med. c. 34. quoque vult adjuvari debere in initiis vino mero, subinde quàm plurimo, calido & per se & cum pipere & cum styrace potu, ac clysteres demum vini mei & lactis interpositi potui subjungit. Plinius vinum excalescentiam commendat procul dubio, quia Cicutam cum plurimis aliis frigefacientem credidit, idque non obscure dum sanguinem spissando succum ex semine paratum necare asserit. In eodem errore magna turba huc usque versata est, quæ calida eo solo nomine cum vino sumenda deprædicat. Verùm cum multis tationibus & experimentis demonstratum sit Cicutam calidam esse, vinum alio modo quam calefaciendo juvabit: & credibilius mihi videtur vinum eliminatà cicutà ex ventriculo ideo auxilium præstantissimum esse, quia citissime spiritus ex afflictione vehementissima deperditos reparat, oppressos ob circulationem sanguinis, nunc impeditam, nunc confusissimam, suscitât atque hac ratione præ aliis vires instaurat. Vinum hæc efficacius præstabit admixtis ex Dioscorid. traditione l. c. absinthio, pipere item castoreo, ruta, mentha, amomo, styrace, sem. urticæ, rutæ, foliis lauri, succ. aserpitii: & si quæ alia sint hujus fortis à Dioscoridis sequacibus superaddita. Antidotum magnæ Theriacæ, Mithridatum, El. Orvietanum proderunt quatenus dissolvunt sanguinem & lympham ob consuetum post cicutam sumptam, circulari motu intercepto, alicubi stagnantes, ac propterea virium aliquam oppressionem & lassitudinem aliasve molestias post se relinquentes. Huc pertinent aquæ cordiales ex aq. borrag. bugloss. scabios. card. bened. angelic.

cinamom. aliisque paratæ, add. conf. alk. conf. de hyacinth. ol. citr. d. lap. bez. margarit. oculis cancr. tab. man. Chr. perlat. similibusque paratæ. Item Tincturæ Bezoard. Cl. Joan. Dan. Ludov. Cl. Joh. Michael. aliæque; sic duas Viduas comesta in cœna Cicutaria, altero die juvit circa meridiem hæc potio propinata.

℞. Aq. chærefol. card. ben. an. ℥iſs. aq. Antid. Math. ℥ss. Theriac. Andr. vet. ℥ij. sal. C. C. volat. ℥ss. Mixt. simpl. ℥ss. syr. de scord. q. s. ad dulced. in Digestione Febr. Exc. D. Sim. Paul. Cl. Fr. Joel. aq. juniper. per descens. ℥v. cõmendat & postea Antidotus, aut pulv. gentian. ℥j. aut ol. angelic. d. gr. vii. cum vino.

Hic non prætereundum videtur Consilium Santorrell. Antipraz. l. 21. c. 16. qui postquam in prægressa sudorifera non improbat, si venenum ad partes penitiosas sese insinuavit; & prætulit veneno recenter sumpto pinguis lac, oleum, butyrum & pinguis quaque assumpta, subjungit demum juvare aquam calidam potam & lac, quid habeant vim exstinguendi calorem, quem ut plurimum venena solent inferre. Et huc quoque Dioscor. l. c. de Alexiph. collimare videtur; nam Vinum, ceu præstantissimum auxilium, *μὲν δὲ ἀδύνατον* intervalla dare jubet ac inter hæc interstitia lac asinum aut vaccinum quod Cl. Saracen. in not. ex Paulo addit, potui datum profuturum ait. Eadem Æt. l. c. suis inseruit. Scribon. l. c. verbaæque consideratu digna sunt; postquam enim in initiis subinde vino mero quam plurimum calido adjuvandos dixit, protinus huic tententiæ hæc adjungit. Atqui maxime prodest lac asinum datum: si minus, sc. in promptu sit, vaccinum, aut quodlibet. Dioscoridi alii quoque consentiunt, quos omnes his inferere non libet: quicumque demum sint, si Dioscoridis & Scribonii sententiæ ipsique veritati accedere velint, si unquam cicutæ virus probe expenderint, aut si unquam ægro qui cicutam inglutierit, adlitterint, deprehendent illa vomitu rejectâ, & viribus à vino mero solo, aut aliis admixtis potentiore reddito, vel ab aquis cordialibus restauratis, labem seu ardorem quandoque inflammatorium ventriculi demulcendum & emendandum esse, quod lac optime præstat, quod ratione substantiæ butyroscæ demulcet ratione seri abstergit & ratione caseosæ refrigerat & roborat. Lactis posteriores laudes ad hos effectus præstandos accommodas ejusque differentias ex Gal. Dioscor. Arist. aliisque collectas atque rationibus confirmatas si quis planius noscere aveat, consulat Nob. D. Melch. Sebiz. de Aliment. Facult. l. 3. c. 7. p. 751. & seq.

Illud tamen diligenter observandum puto, Lac non statim post vinum haustum bibendum, nec lacti potu protinus vinum super ingerendum, tum hunc ob errorem protinus lac grumesceret, unde novæ turbæ metuendæ forent, quas experiuntur illi, qui lactis potu podagram extirpare, aut mitigare anntuntur. Ad ardorem ventriculi à cicuta impressa prodesse quoque juscula alterata herbis recentibus borrag. bugloss. portulac. endiv. flor. bellid. min. acetos. hispan. & similibus. Bibant mane & vespere duabus horis ante cœnam haustum ℥iv. vel ℥v. calide. Commodè addi possent crem. hordei, quo nunc contra aff. hypochondriacam utuntur: paratur ex hordei mundati M. iv. cum sufficiente quantitate aquæ fontane lento calore, donec in pulvem hordeum profus dissolvatur, colatur & exprimitur fortiter: quantum v. vel vi. cochlearia capiunt, jusculi alterari dosi permiscetur: quandoque butyri recentis drachmæ duæ vel tres admiscetur. Alia artemperantia & demulcentia ad ardorem & superficialiam inflammationem ventriculi aufferendam suaderi possent, scilicet decocta, julepi, electuaria, pulveres, tabellæ, aut si alia forma placeret aliter coniecta medicamenta: Verum

Verum quoniam præcipue hic ventriculus à cicuta malè multatus tractandus sit, atque omnia ferè medicamenta stomachum lædant & mali, certè stomacho non usque adedò grati succi sint, ut Asclepiades apud Cels. in præfat. l. v. de medic. loquitur, mallem potius omnem curam ad victus rationem, seu ad alimenta medicamentosa, ut nunc vocant, curam transferre quàm medicamentis labem hanc emesculae, maxime apud illos quorum valetudinem antea neque desidia neque luxuria vitavit, eoque magis quia multiplex ista medicina neque olim neque apud alias gentes necessaria, vix aliquot senectutis principia perducit, ut idem Cels. in præfat. l. i. de Medic. benè iudicat. Certè postquam sex istæ Puellæ omnem radicis cicutæ saburrâ evomuerunt, de medicamentis nec quidem cogitatum fuit: convalescunt autem integrè postquam ad consuetam victus rationem redierunt, viscebantur nimirum jusculis & poltibus ex lacte jusculis avenaceis, hordeaceis pipiforum, ex pane primum in butyro friso & aqua cocta; pastis farinaceis, rarò pane aut ovis admixtis & in aqua elixis, rariùs butyro conditis; brassica capitata & radicibus raparum muria conditis: Vix semel in septimana carnis illisque suis sale conditis & fumo conditis potiebantur: Potus erat aqua: vinum ab illarum mensis exulavit: delicias enim istas sibi Patres & subinde matres servabant. Cupedias æstivassent poma & pyra siccata, præ omnibus siccharatis, si illorum compotes aliquando fieri potuissent. Post demulcentis & attemperantia, si ardor ventriculi permaneret, ægri una atque altera hora à palatu angerentur, neque ab anxietate ullæ induciæ darentur donec assumpta evomissent, vix dubitandum esset de denudatione nimia antri pylori, imò non levis suspicio obortiretur ulcerationis alicujus, quæ neglecta in pessimæ notæ ulcus degeneraret; ut plerunque sit partibus nervosis exesis maxime si continuè ab humore superfluo madefiant. In hoc casu sine acrimonia siccantia salutaria præ aliis competi: Ante aliquot annos Amicus quidam aphthis faucium, gulæ ipsiusque ventriculi aliquandiu alligebatur: vix alimenta mitissima ore ferelat, ægerrimè deglutiebat, videbaturque bolo inglutito quasi ferrum candens per guttem traduci atque cibo intra ventriculum admisso ardor quem alias continuè sentiebat summoperè augebatur. Suaseram tunc pulverem ex bolo armen. terr. sig. unic. foss. C. C. ust. sem. portul. cum æquali pondere sacchar. penid. mixtum, de quo sepius linguebat: portionem hujus pulveris cum duab. partibus butyri permiscuit, & subinde frustulum nucis avellane magnitudine in ore liquatum deglutiit: quibus aliquandiu continuatis, ab aphthis liberatus fuit. Similia quoque ira afflicto ventriculo prodesse: addi illis insuper posset Pulv. Antihætic. Poterii probè à nitro mundatos. In magno ardore subindè lumbrere posset macilaginem sem. cydon. malv. arborese. rad. alth. consolid. major. cum aq. nymphae. lactuc. borrag. aut simili extractam, addito sax. sacchar. alb. Victus ratio sit ex cibis boni succi & facili digestionis, quibus cum coqui possent herbae recentes astum attemperantes, quales sunt borrago, buglossa, acetosa Hisp. portulaca, sempervivum maj. fl. nymphae, aut sanguinem depurantes, quales sunt chærefolium, pimpinell. flor. bellid. min. nollem dum suspicio ulcers adesset cibos condere aromaribus, multò minus aceto, succ. citr. aut similibus acidioribus. Neque etiam vinum concederem: magis prodesse Decoct. hord. cum passul. sem. anis. aut Decoct. rad. Chin. assafr. lign. visc. quern. Post comestam cicutam quidam motum commendant, verum quia hoc consilium falsa hypothese nititur, nempe à cicuta sanguinem congelatum motu incallescere ac dissolvi, unde Crito Socratem à loquutione fortiore prohibuit, ne mortem tarda-

ret motum non imperarem, eoque minus quia dum cicuta adhuc intra ventriculum hospitat ita plerunque alliguntur, ut vix admotum persuaderi possint, quia denique manifestè vires optime reparantur: quiete, hoc præceptum dieteticum non magis faciendum, nec ægros etiam à somno arcendos existimo: eoque magis quia omnibus puellis profuit: sola Catharina Maderin 24. horis in magno vitæ discrimine versabatur, quod tamen ipsum non plene somno adscribendum est, sed fortè aliquibus medicis reliquiis in ventriculo tribuendum videtur; nam illis elapsis, cicuta subacta, postea optime habuit, nulla vigiliarum aut motus habita ratione.

Quomodo dyspnœa diuturna cicutæ virulentia producta, prout ab Exc. D. Timæo l. 7. cap. 4. aut dementia itidem chronica à Dalechampsio not. ad Plin. H. N. l. 25. c. 13. observata, aliive morbi diuturni curandi sint nolui his inferere, quia animus erat subitaneis affectibus à cicuta illatis medelam ostendere. Et affectus illi chronici peculiarem inquisitionem dispositionum prævisarum, causæ proximæ & locorum affectorum postulant atque plerunque nullum commercium cum cicuta amplius habent. Morbi diuturnitas Medico Practico tempus & otium suppeditabant accuratius omnia pensandi, auxiliumque opportunum inveniendi. Curationem methodicam propriam exempla his generalibus subjicere decubisset & libenter id fecissem, si, præter memoratos casus, ullus unquam hæcenus obveneret: nullæ his in oris sunt Anus Athenienses, aut Fœminæ Batavæ quas libido cicuta vescendi titillaret, sive fœm. compescendæ, sive somni conciliandi causâ. Rarissimè & non nisi per errorem cicuta ingeritur & plerunque non nisi à prole rustica, adhuc rariùs hic in casibus opem medicam postulare, maxime in locis ab urbibus distitis, cujusmodi sunt ubi cicutæ aliquis proventus est. Jam ab aliquo tempore captavi occasionem in brutis periculum faciendi: prout avus sum ipsis cicutam, virulentia ejus indagandæ causâ, ingerere, verum hæcenus votis meis excidi: interea commodam non negligam & si quid memorabile comperero illud publico non invidebo. Interea hæc de Cicuta Aquatica scripta sufficiant. *Hallæni Clariss. Joh. Jac. Wepferus, Doctissimè de Cicuta aquatica tractat.*

De Noxis Cicuta terrestris. Ex Epistola ad Virum Celebratissimum Joh. Jac. Wepferum, Archiatrum Scafusianum.

Quotiescunque tua in me merita rumino, rumino autem sepiùs, nihil cordi solet esse ac quæ ac grati animi tellera, qua favorem tuum potè mihi promittere ausim: hujus vices si sustinere jubebis præsentem de cicutæ terrestris noxiâ historiam, hem quantum non menti meæ gaudii accederet & solatii, cum notim tibi probatam, nec aliis valdoperè displicitoram: Anam autem meditationi illi, tua suggestit cicuta, eruditorum ore jam decantatissima, cui levicola, quæ tum ex succo terrestris vulpeculis, & porcellis Indicis exhibitò notaram, addi voluisti: his proin ulterius illustrandis, cum experimenta deinceps necessaria viderem elapsa hæc tempestate, ad herbas vires noviter explorandas me accinxi: De effectibus ipsis, ubi singula enarravero. Excellent. T. judicium feret faciliè, subjungam & ego ratiocinia aliquot, quæ autem prodromi loco tantisper haberi velim, dum iteratis, ubi Deus vitam anno imminente concesserit experimentis plenius de plantæ hujus forsan & aliarum genio disserere possim.

Die 15. Octobr. Cani vetulæ mediocris magnitudinis horâ 2. antimeridianâ, succi Cicutæ ʒss. præter propter insudimus, à quo mox salivare, toto corpore

pore contremiscere, tandemque vomere cepit: Hora primâ pomeridianâ languescens denuo 3j. circiter infadimus. unde mox ejulabat, & circa præcordia vehementer opprimebatur, diaphragmatis iteratâ succussione, ad attractum evidenti, cum respiratione rarâ & anhelâ: salivavit insuper & tremuit vehementius: sesquihorâ post evomit macum viridem spississimum satis copiosè, isthinc tamen melius non habuit, oppressione graviter persistente, mixxit inde, & sub vesperam languidus omninò, pedibus insistere nequit: caput cum erigeretur; instar temulenti jactavit, moxque concidit, insultibus spasmodicis in utroque pede anteriore & posteriore, ut & aure sinistra, conspicuis, tandem noctu interiit. Instructâ sectione in abdomine inflati nihil comparuit, præter vesicam urinariam & felleam, quarum suo humore utraque turfit, vascula intestinorum tenuium seriem, duodenum præprimis perreptantia rutilo suo colore intensè oculos refecerunt: Venterculus parvulus, fibrarum validè corrogatarum faciem exterius jam ostendit, quæ fundi parte superiore incisâ rubicundæ insuper videbantur, mucoco viscido hic illic hærente, cum succi viridis coagulati reliquiis, inter ipsarum interstitia detentis: Intestini duodenifacies interna, spithmæ longitudine tota inflammata & cruore ferè perfusa, jejuni verò & ilei externa livescens, intus mucum sanguinolentum copiosissimè exhibuit: in quo vermiculi exigui numerosè stabulabantur, ceu in nido ipsis destinato, crassis ab ista libe liberis magis existentibus. Pulmonum lobus dexter maculis ex rubro livescens, arie inquinatus fuit, discissus verò vesiculas sanguine tenui effuso rubentes exhibuit, sinistro in columi: cordis thalamus dexter cum auriculâ ad attractum molleculas sanguinem fluidum subatrum, cujusmodi ex aliis etiam vasis effluit, continuit. Cerebri facies elegans, glandulæ præprimis pinealis subrobentis, quam vasa sanguifera artificiosè amplectebantur: In ventriculis anterioribus feri copia idonea deprehensa fuit; sanguinis verò extravasati nihil.

Die 25. ejusdem. D. Licent. Scherkopff Hildesienf. & D. Nabel Heidelberg. alii Cani sacci ejusdem recenter expressi 3ij. præter propter exhibuerunt, post horæ quadrantem murmura & rugitus vehementiores audiverunt, certos fermentescentiæ indices: Hinc abdomen inflari & distendi cœpit, perque intervalla spasmodici insultus leviores suboriri, ejulavit juxta & frequenter mixxit, ex uno loco in alium migrando, succedente motu cordis palpitante & diaphragmatis forti succussione: Sub vesperam cum accederem ei languenti 3ij. circiter propinavi, à quibus contremiscere, angri & vehementer succuti incepit, cum insigni cordis palpitatione & abdominis rugitibus, inde copiosè mixxit, non tamen vomuit nec dejecit. Die insequente adhuc vixit sed languidus, nec qui diebus antè vehementer, latravit amplius: Hora 1. pomeridiana, ejusdem sacci ad 3ij. ferè infadimus, à quibus eadem symptomata passus est, nisi quod vomituriit juxta: Die altero abhinc sacci ejusdem 3ib. præter propter venæ jugulari siphone blandè immiscuimus, unde cor palpitare vehementissimè: canis totum corpus convelli, maxillas retrahere, totusque obrigescere cepit, horæ autem circiter quadrante paulatim se recollegit, & qui ante crebro & anhele, jam liberius respiravit, sibi que redditis tantisper obambulavit: cum deinceps 3j. circiter blandè injiceremus machina confestim corruit & obriquit.

Cultro injecto cura præcipua fuit mediis & imi ventris, in hoc ventriculi & intestinorum vasa egregiè robebant, ipseque tantisper distensus, quum osticium superius incidere, spumam foeculentam fermentescentem copiosè exhibuit, qualem cum mucoco

Tom. IV. Pars 11.

leato & succi particulis, fundum etiam continuit, plicis ejus corrugatis & aliquantum rubentibus: In duodeni ductu pariter aliqualis inflammatio, at non tanta uti in priore: Vesicula fellis brie distenta, & uterque ductus cum cysticus tum pancreaticus patuli: Tubuli bilarii ad vesicæ collum pergentes evidentes erant: cordis auriculam dextram, aere per cavam ascendentem infra hepar injecto, pulsus sæpius ingeminare vidimus ipsummet verò, quamvis inde tumuerat, sanguine prorsus vacuum fuit, non nisi in auriculâ & thalamo dextris, succi concreti reliquiis conspicuis: in pulmonum lobis maculæ rubræ hic illic conspiciebantur, præprimis verò lobi dextri majoris superficies inferior 3 duas in longum latumque inflammata fuit, reliquis terè singulis, ubi incidebantur, virescentibus, imò & succi particulas ostendentibus.

Die 28. ejusdem Cani Molosso 3ib. circiter in venam jugularem injecimus, à quibus ejulare, cor palpitare & convelli cepit, inde aliquandiam defatigatus, semimortuus jacuit, respiracione nunc rarâ nunc crebrâ & anhele existente: Inde ad se paulatim rediit, caputque erectum huc illuc jactavit: semihorâ post lateris sinistri venæ pariter succi aliquid immiscuimus, & cor palpitavit vehementissimè, misereque ejulavit, & abdomen succussus fuit, motibus spasmodicis in faucibus & colli musculis conspicuis: Tandem verò 3b. circiter adhuc injectâ cum stertore & anhelatione respiravit ad mortis impetum; spumam sanguinolentam per os copiosè reddidit, cordis pulsu longis intervallis recurrente: Abdomen iacisum, ventriculorum cum intestinis inflammatum exhibuit, imprimis verò sub finem cœci & initium intestini crassi portio 3ij. circiter longitudine distenta fuit, ut & vasa transparenter, maximè, & ob tenuitatem glandulæ solitaræ elegantissimè conspici possent: in utroque thoracis latere serum suberuentum fluctuavit: Pulmones flaccidi erant, eorumque facies exterior præsertim in lobis majoribus satis inflammata: ex asperâ arteriâ spuma priori similis multa adhuc effluxit, cujusmodi etiam in ipsis pulmonum vesiculis quum incidere, idonea copiâ stillavit: Venterculus sanguinis dexter, cum auriculâ suâ admodum turfit, ex utrisque sanguis fluidus profluit: Remoto cranio & durâ meninge, prope cerebellum ad sinuam latera, sanguis similis copiosissimè quâ datâ portâ protrepit.

Die eodem, horâ quintâ pomeridianâ caniculae sacci recentis 3ij. præter propter exhibuimus, à quibus abdomen succuti, crebroque vomiturite incepit, donec horâ post materiam satis copiosè excerneret: hinc tamen melius non habuit, quin urgentibus oppressionibus tremula incederet, tandemque pedibus insistere nequiret, vomuit inde iterum, mixxit, tandemque temulenta corruit. In hujus interaneis, ventriculo & intestinis succum cicutæ pariter spumantem, & utrobique inflammationis mucique cruenti hinc inde adherentis certissima vestigia vidimus: Pulmones quoque in diversis locis inflammationibus & sanguine extravasato foedabantur, cordis verò ventriculus uterque omni sanguine erat destitutus.

Die 29. ejusdem Porcello Indico femellæ sacci ejusdem 3j. circiter injecimus, à quâ præcedentibus tantisper motibus convulsivis illic spirare desit: In causam repentini interitus cum inquirere, reperimus in asperâ arteriâ sacci reliquias cum sanguine extravasato in pulmonibus hic illic comparente: In abdomine mali nihil, grvida hæc erat binis foetibus, & partui quantum colligere licuit proxima.

Sub vesperam Porcello mari 3j. præter propter propinavimus, à quâ primùm malè non habuit, horâ autem circiter post corrogabatur, & tremulus pedibus

Oo

dibus

dibus amplius insistere non valuit, vomuit quoque sed minus copiosè: die inseq. rigidum invenimus cum abdomine inflato, vesiculâ fellis & urinariâ admodum distentis: Ventriculus dissectus spumam fermentescentem, cum mucosâ sanguinolenta copiosè exhibuit, conspicua circa pylorum & duodeni initium inflammatione, cujusmodi sanguinis extravasationes in tenuibus hic illic quoque animadvertimus, pariter etiam pulmonum lobi infestabantur: intestinum cœcum amplissimum cellulatum: Atque his experiundi finem fecimus herbâ recenti nos deficiente: Ne verò nostræ fidei unice subscribere teneantur artis curiosi, singulorum testes, qui nobis tum adfuerunt appello Viros Nobilissimos D. Schorkopff Hildesienf. D. Lehenheer Augustan. Medicin. Licentiatos. D. Nâbel Heidelberg. D. Facio Vivianenf. D. Kartfcher Brigâ - Siles. D. Astorium Italo-Consentin. *φιλία τρωε.*

Scholium. De nocivâ Cicutæ vi pleni sunt Medicorum Veterum libri, nec opus esse arbitror ea prolixè hic reperere, quorum Tu ipse in Cicutæ aquaticæ historiâ eruditam mentionem iniecisti: Apud nos frequenter illa crescit in pago Monchenstein & Michelfeldæ: odoris acris & præprimis ubi conteritur nauseabundi, succi particulæ linguam potenter feriunt, eum nec digitorum apicibus pepercerint; herbæ & radicis in bolos coactæ efficaciam non exploravimus ob tempestatem anni declinantem, & materiæ, si ita loqui fas sit, solaris decreascentiam, unde forsitan ipsius etiam succi in enecando torpiditas in canibus deducenda venit, dubium enim non est, quin vigente Solis influxu, planta decerpta non succulenta magis sit, particulisque activis copiosioribus & magis erectis instructa, ceu istud opera iterata docebit: Suum tamen genium nobis probavit abundè, ei quadantenus similem, quem in lupâ p. 157. animadvertisti, in canibus etiam binis temulentia manifesta fuit, & frequens mingendi necessitas, certo caliditatis, quâ sanguinem fundebat & attenuabat, sicque parti aquosæ facilius & copiosius abscedendi ansam suppeditabat, indicio: possem quoque de sarcofi massæ humorali attenuatiōni sæpe numero succedente verba facere, ni plenius de illâ agere alibi consultum foret; Nec verò hic substitit cicuta, quin salinæ suæ acrimoniar, aculeorumque igneorum, quibus non parùm stipata est, evidentiora edidit ac reliquit vestigia, sibi verò ubique consona: in cane vetulo & caniculâ, totius tremor, cum vomitu & oppressione circa præcordia, diaphragmatique succussione, fibrarum nervearum, tum stomachicarum tum phreniticarum, intinam cum iis consinitatem habeatiam irritationem satis arguunt, quæ ceu prodromus Salivatio præcessit, non tam ex continuata succussione, vel constrictione musculorum oris, vomitu imminente aliàs conspicua, quam apicularum linguæ nervearum, ut & partium vicinarum à particulis succi exhibitæ residuâ agitatione: in ventriculo verò suam *ἐπιπέρας* adedè vehementer non exercuit, usquedum mucosâ obmuniente soluto, spicula sua insigere potuit fortius, quibus semel impactis, etiam si evomuerint materiam idoneam, motus spasmodici nihilominus subsisterunt, spirituumque ulteriores dissipationem, quam corporis languescencia necessariò exceperit promovenerunt: Adjumento his accessit vasorum ab hoste rodente denudatio & erosio aliqua, quam sanguinis extravasatio non potuit non subsequi, cujus utique cum in tenuibus intestinis duodeno maximè, tum in ventriculo inflammatio & mucus sanguinolentus certissima sunt signa: & fortè sufficiens hæc pro machinæ destructione illatæ noxæ, si intra ista potuerit delituisse, aut ulterius perrexit, particulisque subtilioribus sanguinis oceano immisit eum insigniter rarefecit & fudit, unde cordis thala-

mi, non modò sanguine vel nullo vel fluido admodum gaudebant, sed in pulmonibus etiam à sanguine tenui hic illic extra vasa profliente & stagnante, vesiculæ rubore & maculis insolitis decoloratæ fuerunt, quibus faciliorem ansam pertinaces diaphragmatis succussiones & oppressiones haud dubiè suppeditarunt, donec hinc labe aliquâ ipsi cerebro (si non potius spiritibus illatâ, elanguescente fluidi utriusque influxu præcedaneâ temulentia corruerunt, de quibus in secundis curis plenius, nec enim de cerebri cortice, in quo spirituum expansionis in affectibus soporosis impeditæ causam quærunt eruditi, jam dicere vacat; de ovis verminosis addenda pauca, quæ ex pituitâ vel seminio certo modo putrescente deducunt Galeni filii, fortè quod purgante exhibitio, vel talem nudam, vel cum illa lumbricos excerni animadvertentur, pariter uti ex fimo equino, aliove fœtus ejusmodi derivarunt alii, de ovulis inibi depositis parùm cogitantes: Est sane mucus cùm ventriculi, tum intestinorum, commodus vermiculorum utriculus, cui dum adherentes & involuti, accedente etiam huc materia motum vitalem suscitante (calorem dicunt aliqui, ego verò subtilis præsentiam insuper arguo, exigui vaicæ prodierunt, nutrimenti sui partem aliqualem dempsisse debere videntur, indeque est, quòd soluto & exco mucosâ temporis tractu ipsam intestinorum substantiam erossisse ac perforasse quandoque deprehensum sunt, ceu in observationibus infra exempla suggeremus: scæpidis tamen hospites isti in uno alterove corpore stabulantur, præter practicoorum opinionem & suspicionem, unde vulgus pro suâ imperitiâ, labem ipsa afficere consuevit, quòd exhibitio purgante anthelmintico effectus non respondit: Verum cum verò materia graveolens adinstar spermatis ranarum, vel ovi putrilaginosi, quid fœtus subsuerit satis edocet: Quis enim nescit, vermes sive enectos sive seminum collectum, nec tamen eductum, ita corrumpi aut putrescere posse? pariter uti pituitam in dictis locis ad saturationem aggestam, putredinem concipere, communis vitiosis massæ humorali miasmatis motum hujus variè pervertere aliaque symptomata inducere experientiâ comprobatum est: Spuma fermentescens, cujus vehementes rugitus, cum abdominis distensione in cane altero prælagium erant, cum mucosâ sanguinolenta satis ostenderunt, quam in isto succi exhibitio particulæ luctam inflituerint, à quâ agitata tantisper Helmontii Archeo angi & succuti cepit: cani tamen exitiales istæ æque non fuerunt, ac porcello indico mari, cæus animantis ventriculus tenerior videtur utique, nec mucosâ oblinente caninorum instar instructus, ossa aliaque citra noxam disfringentiam ac concoquentium, unde etiam distæ succi particulæ pariter infringi non poterant, quin labe ventriculo & intestinis tenuibus gravi semel illatâ, qualis etiam in pulmonibus vitali organo conspiciantur, vitæ animalis dispendio afficerent: Mucus certè viscidior, & copiosior à particularum enormitate aliquâ ipsum præmunivit, cui, ceu supra meminimus, plantæ utpote dicto demum mensse collectæ, virtus fatiscere incipiens jungenda est, profus tamen sospitem non præstitit, quin symptomatum vehementi iteratione languesceret, concurrente internâ aliquâ ventriculi & intestini labe: Interitum verò intulit succi ejusdem sanguini propior facta immisio, unde ipsius corpage solutâ, præcedaneis convulsivis motibus, cordis thalami liquore vitali profus exhausti fuerunt, motum infuso pabulo nitro-aëreo per intervalla ingeminante auriculâ dextrâ, de quibus videlicet erudita Pythagoræ nostri parerga. Neque funestam hujus vim effugit canis Molossus, viatoribus aliàs formidabilis, quin à succi immisione sanguis supra modum rarefactus, vehementissimis in corde arteriisque motibus occasionem daret, effusaque

ab impetu vesicularum pulmonalium structura, non modo istæ collabescerent, sed facta insuper sanguinis ferosi tenuis, extra vasa profluentis, cum aere agitato & rarefacto confusa *vaporibus*, ipsa sanguinolenta per os copiose efflueret, qualis etiam postquam spirare desinit, frequenter erupit, reliquis aliquibus in ipso thoracis cavo stagnantibus, pulmonumque flacciditate, quæ aërem injicere tentantibus magis patuit, & inflammatione evidentibus; utrum verò sanguis fluidus aeris, ad sinum latera visibilis, (cui, si venæ jugularis utriusque lateris ligatio ortum suggessit, pulsus arteriarum impetuosus augmentum non exiguum subministravit) motu convulsivorum in faucibus præcipue & colli musculis mater extiterit, cum potius apoplectici quid inducere valuisset, principii nervorum compressione: an verò fibræ motricis à sanguine vehementer irruente, aut cardiacarum ab eodem impetuoso insultu facta irritatio, humoris ipsius acrimonia non rejecta in causa fuerit, decidere non vacat, nec opus est: Sufficit ab ejusmodi motibus in machinæ animalis destructionem sæpiusculè tendentibus, & partium musculolarum, præcipue verò spiritus vitalis, cui animalis, utpote à cruore saltem liberatus, affinis, successione, valida spasmodica *spasmi* libenter subsequi, ceu istud etiam animi pathemata inopina, terrore aliisque testantur: olim verò cani molosso venam jugularem externam pariter utrinque ligavimus, soporem cum ista epileptico præstolantes, ex sanguine liberâ commotione inhibita, ast sefellit spem eventus, inque dissecti cerebro sanguinis extravasati parum omnino reperimus, nec in sinibus grumosi vestigia, si missimo argumento, viâ hac præclusâ, aliam per venas maximè jugulares internas naturam sibi parasse: in Porcelli femellæ mortem subitam inquirere supervacaneum est, succo irruente labem deleteriam ipsi; vitalibus organis proximè inferrent: de istius autem animalis utero & foetibus, quæ memoranda sunt in scholis superius expeditimus. Vale his Artis Asclepiadeæ columen, & mihi, ut soles, favere perge.

Dibam è Museo Basil. d. 17. Decembr. 1684.

Anno proximè subsequente, ejusdem Cicutæ succo alia adhuc experimenta in canibus institimus, plura verò symptomata, præter supradicta, nauseam nempe, vomitionem: somnolentiam & paulatimam machinæ corruptionem nos observavimus, de aëris verò per venam jugularem, siphonis ope injectione quædam hic addenda habemus, quæ succi Cicutæ infusionem illustrabunt potius quam turbabunt enim verò fortior vis omnino absuit, licet tantillum quoque in officinando adjumento esse potuisse pertinaciter non inficiemur: Mens. Octobr. labentis anni 1686. presentibus D. Casp. Burgovvero, Scaf. D. M. Stehelin & D. M. Tonjola, cani mediocri magnitudinis, aërem fortiori inspiratione in venam jugularem infudimus, hic postquam tantisper ejulasset, respirare cessavit desinit: Abdomine & thorace mox cultro apertis, præter ductum thoracicum, vasque venosâ turgida, motum item intestinorum peristalticum elegantem, cor profus distentum comparuit, cujus tamen parietes vulnere inflicto, illico conciderunt flaccidi & enervati, præterque tantillum crooris spumosi nihil exhibuerunt, ut inde ad fibrarum cardiacarum enervationem, ab aëris vi injecti expansione s. elasi, fortè non incongruè argumentari liceat, unde ad pristinum tonum illis non redeuntibus, cor in motu suo fatiscere necesse habuit, profus tamen non rejecta sanguinis ab aëre permixto rarefactione, quam bullulæ spumose ubique profusa videntur. Decem circiter diebus post arinum subit liqueores diversi generis alcaliorum & acidum, sanguini successive immiscere, qui

Tom. IV, Pars II

negotio operam unâ præstiterunt Viri Præstantissimi D. Mejerus & D. Meisterus Scaf. Medic. iidem Licent. solutâ hinc utrinque vena jugulari ex uno quidem latere spir. urin. sal. arm. ex altero verò spir. vitrioli tubulo permiscere studuimus: Et quidem post illius miscelam, vehementes ejulatus cordisque impulsus aliquando animadvertimus, qui autem cum diu non subsisterent, nec ab hoc injecto pejora symptomata subsequi videremur, aëris forti infusione, scœzæ sive nem pariter fecimus, atque præter ea, quorum superius meminimus, cruoris effervescencia, vas sanguiferis incisus, satis conspicua, animos præcipue refecit, cum sanguinis grumosi portionibus hic illic palpabilibus, quam diversæ naturæ liquorum concursui adscribere, nihil forte est, quod vetat, imprimis si alcali & acido pattocinari velimus. *Clar. Joh. Jac. Harderus in Observationibus Anatomico - Practicis.*

Dissertatio Medico - Philologica de Cicutæ ejulque Veneno.

Ad Clarissimum Virum Dn. Joh. Jacobum Mangetum Medicum apud Genevenses Excellentissimum, ac Doctorem sapientissimum.

Cicutam venenum esse naturæ humanæ insensissimum, & Antiqui, & recentes referunt scriptores; Sic de Cicutæ malignitate plena sunt historicorum volumina; hinc ope cicutæ occisi fuerunt Demosthenes, & Seneca, teste *Sim. Paulli in Quadrip. botanic. clas. 3.* & Socrates, cujus mortis historiam *Plato in Phæd.* exponit, quam non sine lacrimis legebat *Jul. Casp. Scaliger* necnon veneno cicutæ, præter alios multos, necatus fuit Francisc. Trapolinus præceptor Pomponatii, ut monet *J. C. Scaliger. de subtilit. ad Cardan. exercit. 152.* Unde Athenienses maleficos homines cicutâ negare soliti erant, ut passim testantur historici, & *Plinius histor. natur. lib. 25.* hanc insivam Atheniensium pœnam fuisse ait. Cicutâ variè à Variis appellatur, undè à multis *Ægyptos*, alii *Eihula*, *Apolegusa*, *Dolia*, *Amatrosia*, *Aphron*, *Caten*, *Abioton*, *Timoron* dicitur, aliisque plura etiam habet nomina ut videre est apud *Tragum histor. Stirp. lib. 1.* Nascitur ipsa herba sponte incultis: atque umbrosis locis, caulibus quandoque tricubitalis est, *Fœniculum* imitatur, geniculatus, ac nodosus, è cujus sinibus furculi prædeunt, florem album facit, semen aniso respondet, infesto tamen odore, & Myrrhidi admodum similis est Cicutâ, & ab ea tantum differt viroso, ac maligno suo odore; Floret autem Julio, & semen habet Augusto. Duplex est, nimirum Cicutâ major, atque Cicutâ vulgaris; prima apud nos Ferrarienses haud nascitur, altera passim adinventur, eamque mendocantem *Afinos* inebriare credit *Vulgus noster*; De hujus plantæ descriptione, ac differentiis plura tradunt *Bauhin. Dioscorid. Matthioli. Trag. Hofman. Fuchs. Ruell. Ckabreus, & alii Botanici.* Frigidâ hanc herbam esse temperiei narrant multi; *Cardanus* autem, eam calidâ esse inbutam temperaturâ ait *l. 1. de Venen.* Primi ex ejus frigiditate venenatam qualitatem deducunt, qui tamen refelluntur à *Semereto*, nam aqua, & nix ea longe frigidiora sunt, & tamen non sunt Venenata; Ex eo verò quod sit amara, deducit citatus *Cardanus l. c.* cicutam esse calidam; *Sennerius Pract. lib. 6. part. 7. cap. 6.* ait, totam illam actionem, qua ut venenum agit, esse ab occulta proprietate, ego verò cum *Sim. Paulli Q. Bot. Vossio de Idololat. lib. 3.* & *Frider. Hofmann. clav. in Schroder. assero*, Cicutam meritò inter venena referri à tota substantia *egœis*; De cicutæ frigiditate tractat *Matthioli in Dioscor. Fuchsius in histor. Plantar. Caspar, Hofmannus*

de medicam. officinal. lib. 2. aliique plures; de Cicutæ caliditate *Cardanus lib. 1. de Venen. Ermol. Barbarus in corolar. cap. 694.* Cicutam aquaticam frigidam esse, terrestrem verò calidam ait; Quidquid verò sit de ejus primis qualitatibus, de quibus penes Autores, certum est eam esse Venenum, & corpori humano inimicum, & qui ab hac herba venenati moriuntur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis, quemadmodum accidit *Socrati* monente *Platone*; & hic notandum, quod quando hæc planta in Vino est pota irremediabilis putatur. Potentissimam eam esse cicutam, ait *Plinius cum Matthiolo*, quæ oritur in Partha, Laconia, Creta, Asia, Megara, & Acheois in Græcia; in Italia vero non apparet tam venenata, innocens tamen non est; hausta cicutæ oculorum caliginem inducit, cum Vertigine, furore, ac amentia, difficultate respirationis, strangulatione, singultu, corporis tumore, frigidityte, atque virium exsolutione, tandemque morte tanquam *ultima linea rerum*. Ob salvandum Virum, qui fuisset venenatus à Cicutæ, præmissis prius vomitorio, ut in omnibus sit Venenis, vel etiam purgante aut clystere, statim alexipharmaca adhibenda sunt, V. G. Dictamnus, ruta, gentiana, Urticæ semen, absinthium, & 3j. Theriacæ, vel mitridati. Vinum generosum valde commendo, debile enim tanquam vehiculum veneni agnoscit *Sennertus*; undè Athenienses, dum aliquos cicutæ veneno occidere volebant, paucillum Vini debili ei admiscebant, ut sua tenuitate venenum ad cor citò deduceret; Totum corpus venenati calefaciendum est, ægrotulque ad motum cogendus; idcirco *Scaliger. exercit. ad Cardan. 152.* ait Athenienses monuisse Critonem, ne Socratem permitteret, attentius disputare, propterea quod ex ea mentis agitatione calor aliquid contrahi poterat; qui calor veneno cicutæ obflaret; Sicuti verò homini venenum est cicutæ, ita cicutæ vinum, de quo egregius ille eraditionis *Theophrastus Celsus Rhodiginus lect. antiqu. lib. 28. cap. 35.* hinc valde miratur *Job. Bruerinus de re cib. lib. 8. cap. 71. Plinium*, alioquin Gravem virum, tradidisse caules Cicutæ plerumque edi in patinis, cum certò constet cicutam noxiam esse; quam maximè à Toxicò differre scribit *cas. Rodigin.* hanc servabant Athenienses ad publicam pœnam, quod & *Juvenalis* notavit canendo.

Nil præter gelidas causa conferre cicutas.

Quam pœnam subivit olim Socrates, ut supra monui, cujus morris historiam fusè scribit *Eilard. Lubinus com. in A. Pers. Satyr. 4. pag. mibi 757.* quæ quidem digna est, ut legatur. Certò igitur constat, Cicutam venenatam plantam esse; notandum tamen cum *Luciano in Ermotimo* cicutam non in omni quantitate occidere; refert eam *Galenus* historiam de quadam Atheniensi, quæ à minima cicutæ portione auspicata nullo detrimento ad magnam progressa est copiam, simileque observationes notavit *Pontanus in respons. Med. Sext. Empiric. Marc. Donatus, Mercurialis, & alii;* imò Anum quandam 30. drachmas cicutæ innoxie devorasse scripsit *Casp. à Reies Camp. Elys. quest. 63.* qui auctor concludit cicutam quandoque nutrire posse; Externus autem cicutæ usus non rejiciendus est à Praxi Medica; ex hac enim, uti & ab aliis Venenis, morbi liqui edomari queunt; Sic doctiss. *Etmullerus in Schrod. dilucid. Emplastr. de Cicuta* commendat pro splenis obstructione; imò, & strumis cum gummi Ammoniaco in aceto solut. adhibetur. Ad mammas induratas à lacte coagulato facillime emplastrizatur Cicutæ, quod hic ego expertus fui; hanc herbam *Dioscorides* tritam, & testibus circumlitam applicari jubet ad Venerem extinguendam; hinc est postea, quod succo Cicutæ, aliquo modo nobis adhuc

incognito, præparato Sacerdotes Athenis libidinem extinguebant, ut legitur apud *D. Hieronym. contr. Jovinian. Alexandr. ab Alexandr. 4. genial. dies. & à Reies l. cit.* Ad omnes inflammationes, & tumores externè cicutam prodesse docet *Tragus hist. Stirp. Sc. cum Cicutæ, & ejus aquam destillatam juvare in Erysipelate* docent multi; Ex hac fieri ad refrigerandum maligna, ait in *hist. Plantar. Leonard. Fuchsius cap. 155.* multi usus, ad cohibendas epiphoras æstivas, oculorumque dolores sedandos; undè optimè postea *Plinius* ait, eam misceri colliriis, & omnes rheumatismos cohibere; Podagram refrigerare cicutam cum lithargiria in primo ejus impetu docet idem *Plinius hist. nat. lib. 26. cap. 10. & cap. 12.* ejusdem libri, membris luxatis apponit; In narium hæmorrhagia cicutæ semen tritum ex aqua, naribusque inditum, efficacis multæ esse ait *cas. Plinius*; qui etiam ulcera curare vult cicutam cum siligine mixtam meris; Ego tandem expertus scribo, Cicutam nostram contusam & appositam tumori- bus valde prodesse.

Si A fini Cicutam depascantur somno profundo corripiantur, ut sepe à Rusticis tanquam mortui excoriatifuerint; ut monet *Ant. Miraldus, & Matthiol. com. in Dioscorid.*

Stornos impune vesci Cicutis, quæ tamen hominibus sunt venena, asserit cum multis Auctoribus *Clar. Dn. Jul. Casar Scaliger comment. in l. 4. Theophrast. de Plantis*; ita pariter me legisse memini Gallinus vesci scorpis, Anates domesticas Buffonibus, Feles laceratis, absque ulla noxa; hic autem pro epilogo notandum Cicutam venenum esse acerbis particulis præditam, linguam enim acrimonia quadam pungit, & vellicat, homini tam insensam, ut qui sumperint brevi moriantur; nec ulla prorsus ope medica salvari possint; Pura de Cicutæ veneno cupienti dabit *insignis, ac nunquam satis laudatus Dnus. Theophilus Bonetus in suo Mercur. compitali, lib. 18. & Job. Jacob. Wepferus Illustris Academia nostra Curiosorum Socius semper astimandus, atque colendus, hæc breviter à me scripta sufficiant de Cicuta.*

Raptim scribebam, & currenti calamo in museo meo die 7. Decembris 1695. ego Joseph. Lanzoni Med. Doct. Ferrariensis in Patria Universitate ordinarius Lector, & Academia Leopoldina Socius dilectus Epicarmus.

De Napello.

Historia. Catello trium circiter septimanarum cum Nob. D. D. Heinricho Sceta à Zavorziz. 14. Juli 1676. radicis Napelli recentis bene contusæ drachmam dimidiam cum lacte, horâ 2. pomeridianâ, intrudi; aliquandiu incessit ac si nihil deleterii accepisset, subinde vagiit, quandoque caput succussit, quasi nausearet. Præteritâ propè horâ dimidiâ pedes posteriore itaxit, paulò post ingressu ad latus sinistrum inclinavit, atque sæpius in illud lapsus est; subinde totum corpus motu convulsivo concutiebatur, Non diu post evomuit lac spumeum & aliquomodo grumosum. Motus convulsivi aliquandiu continuerunt; hinc in latus decubuit; non obruit à tetano; decubuit instar moribundi ultra duas horas ab accepto napello & quasi suspitiosè vagiit. Abdumem intumuit; illo inciso fortius vagiit & validè artus movit. Venterculus valde distentus erat; integrum excidi; movit se motu vermiculari; stomachus seu orificium sinistrum arctissimè semet constrinxit, ut ne guttula quidem excideret: quando verò circa medium se contraxerat, motus lentè versus pylorum procedebat, illeque erigebatur, liquorque subpallidus, nunc spumeus nunc viscidus quandoque sensim, aliquando cum impetu protrudebatur; Constricto pyloro venterculus rursus intumuit

totus, moxque rursus circa medium se constrinxerat, novusque liquor per pyloram ejiciebatur: Hæc constrictionis in medio & inflationis alternatio continuavit per octavam partem horæ, stomacho semper artiffime clauso permanente. Postquam ventriculus se movere desit, illum supernè à stomacho ad pylorum incidi: continuit radicis *Napelli* reliquias, lac grumofum, frustula straminea, mucum & liquorem spumeum: his sublatiis interna superficies alba erat, nec ullibi vel minimè inflammationis signum apparuit. Diaphragma post ablatum ventriculolum aliquandiu movebatur, castellusque aërem ore hiantè captavit. Sanguis ex venis & arteriis promanans admodum fluidus fuit. In cordis ventriculis nihil omnino sanguinis supererat. Vesica ab urina valdè distenta erat.

Hist. 2. Reverendissimus Dom. D. Romanus Abbas St. Blasii ex benevolentia, qua erga studium Medicum fertur singulari, 1676, die 17. August. concessit lupum, ad experimentum Napello faciendum. In nido paucarum septimanarum adhuc captus nutrebat, lacte; adolevit & aliquomodo cieur factus quoddam ferebat, cum cane ludebat, illumque hinc inde sequebatur, non tamen penitus lupinam naturam exiit, quosdam ferre nequit, erga illos ringebat & propius accedentes motu petiit: tuncque præ timore statim alvum & vesicam exoneravit, fugaturus hæc turpitudine inimicos suos. Jam semestris erat, ac robustus. Ab hora 6. matutina ad 2. pomeridiam nihil cibi dabatur: per hortum & aream bacillo abactus valde incaluit; carnem objectam comedere noluit, serum verò appositum avidè lambit & postea carnem devoravit.

Postea aliud frustulum carnis, in quo drachma dimidia radicis *Napelli* abscondita erat, objectum fuit quod venenum subodoratus attingere noluit. Itaque illum auribus apprehendit, os bacillo diduxit ac duo frustula carnis quibus *Napelli* drachmæ duæ circiter involutæ erant, introduxit. Vix octava horæ pars præterit, quum ad vomitum stimuletur, & paulò post mucum viscidissimum crassum, spumeum cum uno frustulo carnis evomit: ulterius ad vomitum concitatus alia duo cum *Napello* & mucu viscidissimo, crasso, spumeo & flavo ejecit. Interea abdomen mirè attollebat, valde angebatur: robustus tamen mansit, pedibus non nutavit, erga ignotos rictum edidit, baculum protensum motu petiit: Subinde mucosa & viscida evomit. Postquam ambo frustula carnis cum radice *Napelli* egressit, adhucque vegetus esset, verius me experimento frustratum iri, paulò post ultra drachmas duas radicis contusa sero lactis immiscui ac ore diducto denuo infudi. Brevi post frequenter ad vomitum irritabatur, multis nixibus frustrans, tandem ter mucum viscidum crassum, spumeum, quartaque vice ejecit mucum gryseum, turbidum, cui radices *Napelli* & fæces subnigræ immixtæ erant: postea evomit iteratis vicibus liquorem tenuem, flavum, pellucidum, nonnunquam nullo colore tinctum, mirè angebatur: huc illuc ivit, corpus quandoque ad parietem inclinavit; huc usque nondum decubuit: abdomen crebro contrahabatur, ut propè venter evanesceret, dorsoque accedere videretur: diaphragmatis tensio & relaxatio frequenter alternabant: nunquam vel alvum vel vesicam exoneravit, quod antea facillè ex solo metu fiebat. His ultra dimidiam horam perduratis, subito ambobus pedibus anterioribus fortiter terram fodit brevique amplam foveam, ceu sibi sequelchrum paratus, excavavit, ab opere avulsus sane quo ligabatur subsedit, moxque in larus decubuit: extractus è fovea aliquot gressus fecit: rursus fodere incepit, profundè os nasumque foveæ immisit, evomens mucum pellucidum, visci-

Tom. IV. Pars II.

dum, coloris expertem: stans aut sedens subinde toto corpore tremuit: rursusque fodit: retractus & compulsus aliquot gressus peregit, non nutante corpore. Paulo post in larus decubuit: celerrimè & cum suspiriis respiravit: ad vomitum adhuc simulabatur: os spuma implebatur: nunquam convellebatur. Cùm expiraturum præviderem, duabus horis à primo bolo intruso, vivum sed profus enervatum alferi pedibus & capite alligavi, ita tamen ut os apertum maneret: abdomen incidi; nulla doloris signa dedit: inter secandum expiravit, licet parum sanguinis profusum fuerit. Quamvis diaphragma non amplius moveretur, ventriculus tamen nunc in antro pylori, nunc in medio se contrahabat, ibique gracilior, imò quandoque angustissimus evasit, versus stomachum verò intumuit; mox constrictus iterum relaxabatur & in amplam molem distendebatur; mox iterum nunc circa antrum pylori, nunc in medio coarctabatur, atque crebris vicibus istæ ventriculi constrictiones & dilationes alternabant. Intestina motu peristaltico se movebant, nec tamen post constrictiones ventriculi dilatari videbantur, imò post iteratos motus suos peristalticos angustiora manebant, quamvis nihil per alvum quoque excreverit. Remoto sternò gula summopere, distenta occurrit, quovis brachio pueri annui amplior ac si à statu è ventriculo pullo & circa pharyngem detento in hanc molem excrevisset. At larus inclinatis pulmonibus receptaculum chyli nuce moscata majus, oblongum, subpallidum vidi. Pulmones erant ex albo rubescentes, molles, penitus collapsi. Ventriculo propè stomachum inciso gula concidit, & protinus ad pristinam magnitudinem pervenit; nulla inflammationis vestigia in illa aderant. Ventriculo à stomacho ad pylorum inciso ultra duodenum, vix grana decem radicis *Napelli* inveni: continuit mucum valdè spumeum flavum: illo absterfo tota interna superficies in fundo & in parietibus inflammata, & anfractus atro rubescentes, nullibi exulcerati, apparuerunt: stomachus verò & pylorus ab inflammatione immunes fuerunt. Tota interna superficies duodeni & maxima pars jejuni & ilei quædam portiones, nunc uncia unius nunc duarum longitudine, imprimis propè valvulam in ejus fine, admodum rubebant; etiam limbus hujus valvulæ. Duodeni & jejuni superficiem incrustabat substantia coagulo lactis similis, alba viscida, alibi flava. In ileo continebantur cucurbitini vermes solitarii, semen cucurbitæ figura & magnitudine referentes, coherentes duas spithamas longi, desinentes in filamentum propè spithamæ longitudine, in cujus extremo globulus, caput acus referens; Item tenuis seu lumbrici lasi; omnes adhuc viventes.

In recti extremo fæces virides, mucosæ paucissimæ aderant. Cæcum statibus distentum & incurvum continuit mucum viridem, sabuli aliquid & frustulum unum alterumque radicis minutim concisæ. Intestina ultra quinque superarunt; Cæcum palmare. In jejuno & ileo quam plurimas areolas glandularum inveni, plures rotundas, quasdam oblongas, dimidii barii latitudine, quasdam ampliores: areola in fine ilei palmæ longior erat: illarum ambitus prominulus: præterque in centro etiam inflammata. Vasa sanguinea mesenterica ampla & sanguine nigro plena; hepaticæ atro rubescentes fuit. Vesica biliaris bile valdè turgebat; Lien pallidior longè hepate; in dorso se corrugare videbatur: longus sed gracilis. Renes caninis similes: nulli in illis vermes. Vesica profus contracta: vix nucem moscatam magnitudine æquavit, quamvis glandem filo constrinxerim. Vena cava ascendens & descendens valdè sanguine turgebat. Pancreas *Ajellii* venæ lacteæ plures transcenderunt

Oo 3 &

& perceptarunt. Receptaculum chyli incidi, effluxit multum chyli lactei, candidissimi, multa lymphadiluti, sine vel minimo granulato. Ductum thoracicum ibi inflavi, inde vena cava propè auriculam dextram primùm micare, hinc systolen & diastolen edere cepit, mox auricula dextra ex parte, non tota aliquot systoles & diastoles motus peregit. Cor ante inflationem amplum, ab illis magis distendebatur, ut & vena axillaris. In paricardio multum seri pallidi, turbidi continebatur. Incisis cordis auriculâ dextrâ & ventriculo, aliquid sanguinis spumosi emanavit, plurimum verò in auricula & ventriculo granulati permansit, extracto grano sequentur appendices spithamâ longiores ex cava & arteria pulmonica. In ventriculo si intra summitate granulorum parvum, nullum in fundo reperit. Aqua post mortem floccidi & flexilis erant. Oculi diu lucidi permanserunt. Dura vivebat natus ad oculos ut & pedes, ubi debiles erant, admodum quasi à sudore mudebant. *Clar. Job. Jacob. Weisperus Tract. de Cicuta aquat.*

De Cocculis.

Hist. 1. Feli masculo adulto d. 28. Decembr. 1677. hora 9. antimeridiana jejuno dedit, prælectibus *Exc. D. D. Henrico Sereto* & aliquot Gandidatis & studiois Medicinæ, Cocculorum confusuram & cum jusculo permixturam drachmas duas. Cochlearum intachimus jusculum, cuius magna portio antequam deglueret ex ore effluebat, protinus tamen mucosum lactum vidimus, nihilominus prope drachmam in ventriculum admisit. A viculis liberior os lambit. Statim post introsum jusculum, inflat canis, ocula longè defatigati, celerime lingua exserta & hante ore respirare cepit & paulò post quasi exterrita succutiebatur. Vix octante horæ elapso convelli cepit & primùm convulsa jactabatur ad pedis unius & duorum distantiam: tum inter convulsionas, tum ab illis libera sæpius lamentabilem vocem edidit: spuma satis copiose ex ore stillavit: semel manifeste vomere conabatur: nunquam alvum solvit: nec multum emixisse observatum fuit, quamvis permissiodes importunè ipsam ad cocculas damnarint. Paulò post convulsionas invaluerunt creberrimè paroxysmi & omnis generis, imprimis *trigemini* & tetano; non rarè sollemniter pedibus tremebant. Post paroxysmos aliquoties ceu motus jacuit. In ipsa paroxysmi & dum à convulsionibus liber erat, sæpius nullum motum cordis, nullamque respirationem animadvertere potuimus: ambo motus nunc sponte, nunc compresso & constricto atque etiam succulso pectore redierunt, statimque rursus convulsionas ordiebantur pari vehementia: inter convellendum cauda milè intumuit & arecta fuit. Fere ad extremum vitæ oculi splendidi fuerant: circa finem vitæ retrahi videbantur: tunc quoque jam diu mortuus credebatur: post succussiones tamen de novo iterato convellebatur atque vocem querulam, sed submissam, edidit.

Ante 10. antimeridiam vivere desit. Aperto abdomine ventriculus rogosus & anfractuofus quasi conspiciebatur, ac circa principium antri pylori aliquantulum contrahatur & coarctabatur, sed motu lentissimo: paulò post amplior & superficies planior evasit, diuque talis mansit & non nisi levicula se subinde contrahendo & corrugando mutabatur. Intestina à pyloro ad finem recti diu motu peristaltico movebantur, qui motus nunc à pyloro supernè, nunc infernè, nunc circa medium incipiebat, & nunc sursum nunc deorsum vergere videbatur, idque diu, quamdiu se, intestina calebant.

Venæ gastricæ, epiploicæ, mesentericæ & portæ admodum sanguine tumebant. Intestina motu pe-

ristaltico contracta durissima & quasi cartilaginea videbantur: foris conspicui erant, præter rugas circulares, etiam sulci recti. Cavum hepatis rubicundius erat parte convexâ, atque ibi manifeste apparuit illud ex minutis glandulis compositum. Vesicula B. laria Bile virescente turgebat. Pancreas mollis mansit. Lien saturatè rubescebat: Renes pallidabant. Aperto thorace, pulmones sinistri lateris subalbi cum aliquo rubore permixti, in dextro latere rubicundiores erant: in utroque latere lobi inflati erant, adeo ut pulchre in ipsorum extremitatibus Vesiculae Malpighianæ conspicerentur; Vena cava ascendens & descendens, item azygos & intercostales sanguine valde distentæ erant. Cor ejusque auricula sanguine admodum turgebat; dextro ventriculo inciso copiosus & fluidissimus emanavit; ex sinistro verò, supernè presso corde, cum impetu profusus: in neutro ventriculo vel auriculis ne minimus quidem granulatus observari poterat, cum tamen extrinsecus brevi grumesceret.

Ventriculo à golâ ad pylori finem supernè inciso, ipsum plenum mucos vitæ cum jusculo & coccularum pulvere mixtis invenimus; quibus detentis anfractus albitabant, & alicubi paulum magis quam aliis observatur, rubebant, non tamen manifeste inflammati erant. Intestinis à pyloro ad finem recti incisis, sub pyloro in duodeno parvulum de jusculo mucos permixto ostendimus. In reliquo ductu ad finem ilei ne minimum vestigium horum apparuit: imò omnia vacua & exsiccata erant, mucique ipsi paucus & condensissimus fuerat: reperimus verem unam latam, adhuc vivam & plures lumbricos teretes. Circa insertionem ductus Biliarii & pancreatici, nec Bile vel alius liquoris guttula visa fuit. Intestinum Cecum & principium recti, plena erant substantiâ pulsatâ pallidè flavescente: in fine recti aliquot scibula sicca & indurata deincebantur. Rectum à sordibus mundatum intus rubicundius cum suis anfractibus fuerat ventriculo.

Inclinatis pulmonibus ad latus vidimus per ductum thoracicum, lympham omnis inquinamenti expertem transperere.

Hist. 2. Ab *Exc. D. D. Christophoro Hartero*, communicata.

Die 8. Novemb. 1678. Canis venatico, novem fere annorum, carnoso tamen, valido & robusto Cocculorum in pulverem redictarum drachmas circiter duas exhibuit. Elapso vix dum medice horæ spatio, toto corpore, ac si frigeret, tremuit: in hortulum traductus gramin lambrere, subinde devorare cepit: brevi ventriculus ad vomitum urgebatur, qui & paulò post sequebatur: unâ atque alterâ vice stomacho per vomitum à Cibis evacuato, tremor ortuum in motus Convulsivos mutabatur: rictum sæpidus deducebat verò spasmo Cynico stans eructabat plurimum salivæ tenuissimæ, ab ore pendula; motus ventriculi nauseabundus identidem rediit: tandem humi prostratus, horrendas Convulsionas universales ad quartam fere horæ partem passus est. Tandem remittente sensim violenta ista artuum extensione & Convulsione, (non tamen ventriculi, qui perpetuo ad vomitum irritabatur & sine intermissione spumam eructabat) paulatim canis se recollegit, caput erigere, fargere & pedibus insistere conabatur: quod tamen effectum dare minime potuit, sæpius enim recidit, pedesque posteriores corporis onus ferre recusarunt; vacillavit instar temulentij, oculi caligine suffusi, ut oblata & accedentes non videret, nec acclamantes audivit. In hoc statu fere per horam mansit. Postea in secundum paroxysmum epilepticum delapsus est, priore tamen mitiore & breviorè, quo cessante

cessante sensim reviviscere cepit, robur artibus rediit, firmo talo stetit, torpor, oculosque caligo & temulentia discutiebantur, stomachus quievit, itaque sponte convaluit. Globus scilicet per caput tractus vitam sustulit. Canis evulsioni subjectus ostendit in ventriculo magnam spumæ copiam & in fundo cibos; detersâ spumâ ventriculus non usque adeo alteratus vel inflammatus, ut rubicundior de-
bitus erat: ut & intestinorum interna superficies: glandulæ verò nec prominentiores nec rubentiores erant: Nihil Coccularum in intestinis occurrat.

Hist. 3. A Doctissimo D. Melchiore Hurtero, Med. Lic. communicata.

Die 8. Januar. 1678. horâ 1. pomeridianâ caniculae viginti horis jejune, coccularum contrusurum drachmas tres cum pane in Bolos redactas exhibuit. Post quadrantem horæ oculis frequenter, ceu obdormitura nictavit, mox, ceu ab insomniis terra & expergescens, caput succulsi iteratis vicibus, os lambit, semel atque iterum obstitavit; sequebantur vomitus; primum evomit cibi reliquias crassas & Bolos ex cocculis fere integros, hinc materiam pulcherrimam crassiusculam, postea tenuiorem flavescens, tandem mucum tenacem album, cujus partem dimidiam ab ore pendente resorsit. Ab illo tempore valde inquietus fuit, surrexit, mox rursus decubuit, frequenter os nunc lambit, nunc aperuit, nunc clausit & maxillas ac si manderet, veravit: exporrecto capite torvè circumspexit: parietes delingebat: celerimè ceu à longo cursu defatigata, exserta & vanti commota lingua, respiravit, subinde mutmuravit caput succulsi, pedes tremuerunt: semel voce submissâ & ore propè clauso latravit. Nondum horâ elapsâ adhuc semel evomit mucum tenacem spumæum, sublavum: pedibus anterioribus insistent caput erexit, tremebundè caput succuliebatur: subinde totum corpus motu convulsivo tentabatur: aliquandiu oculos unico objecto obversos immotisque tenuit. Post horam elapsam saliva copiosissimè ex ore ultra horæ quadrantem emanavit: stupida, ceu omni sensu privata, jacuit, nec baculo percussa ictus percepit: interdum totum corpus concutiebatur, quandoque solum pedes posteriores tremebant, erecta stare nequit: semel, instar canis ad iram concitati, mutmuravit: tandem capite in terram extenso, clausis oculis, ceu somno obruta jacuit & paulisper quievit: somno finito surrexit, sensus omnes recuperavit, hinc inde cursavit: & secundâ à cocculis devoratis horâ, nihil adversi amplius passa est. Vegetè post dimidiam horam coccularum drachmæ duæ cum jusculo carnis ingestæ fuerunt, quas post horæ quadrantem evomit, nullo subsequente alio symptomate, quàm iterata capitis succulsi. Die 9. Januar. ter cocculæ non parva dosi datæ fuerunt: Primum ante meridiem, unde per alvum egressit faeces atro flavescens. Post meridiem bis exhibitæ nihil nisi vomitum excitarunt. Die 10. Januar. ante meridiem rursus drachmæ tres coccularum intrusæ fuerunt, nullo subsequente symptomate notato digno, quin potius usâ atque altera horâ elapsâ ipsi appetitus rediit, objectos cibos avidè devoravit atque integrè convaluisset, nisi ad nucem vomicam damosa & hujus vim expertura aliter ejus curiositatè interservire coacta fuisset. *Idem ibidem.*

De Nucis Vomica.

Historia 1. Castello projectio trium circiter septimanarum, 16. Juij 1676. limaturæ Nucis Vomicae

drachmam dimidiam, hora secunda pomeridiana, cum *Nob. D. D. Henrico Scretis à Z. vorzæ* lecti permixtam infudi. Aliquandiu nihil p. n. observatum fuit, nisi quòd vagiret: elapso horæ quadrante caput subinde succuliebatur, aut in laus trahebatur, aliquando tremuit ac si rigorem pateretur: interea vagit continuò, evomit lac sincerum, non coagulatum: paulè post nunc pronus, nunc supinus, exporrectis pedibus inflexibilibus, vero tetano extensus, jacuit, quandoque totum corpus motibus convulsivis concutiebatur & multivariè jectabatur, mox toto corpore & collo instar schidii rigidus protensis pedibus evasit, atque ab illo tempore vagire desit, exserta continuè lingua: abdomen valde intumuit. Postquam duabus horis convulsionibus afflictus jam semimortuus esset, abdomen incidi, inter secundum rursus vagire & motu convulsivo agitari cepit, qui protinus in tetanum vertebatur. Ventriculus, utroque orificio arctissimè clauso, supra modum distensus erat: Illo exsecto vidimus diaphragmatis crura, antequam illud in inspiratione ad plenam distensionem & expansionem perveniret, motu convulsivo, ut in singultu, succuti. In ventriculo invenimus lac grumescum cum mucositate multo & frustulis straminis: illo à contentis mandato, nulla inflammationis signa observare potuimus, anfractuum tamen superficies minus alba erat ac aliis conspicitur. Ventriculo exsecto nihilominus artus & collum à tetano rigebant: diaphragma d. u. & sæpius brevibus intervallis motu convulsivo succuliebatur: ex venis & arteriis sanguis largè splendide rubescens emanavit nullibique concretus, aut grumosus à nobis visus fuit. Aperto pectore cor veluti emortuum, cunctis apice irritatum, movebatur subinde. Tertia hora post exhibitam nucem Vomicae incisus cordis ventriculus & Venâ cavâ prodiit sanguis fluxilis, grumorum prorsus expertus.

Hist. 2. Caniculae provecitioris ætatis, mediocris magitudinis, pilis nigris præditæ circa principium Septembris 1677. Clar. D. D. Johan. Conrad. Brunnerus dedit Tartari Emetici grana aliquot, nullo subsequente effecta memorabili, imò quasi nihil h. jus modi assumpsisset, sana vixit, permanente urina incontinentia, ob quam cætera fidelis cullos hero suo evitavit. Die 18. Octobr. 1677. cum Domino D. Brunnero, præfente Clar. D. Mathæo Scherpsio Durlac. Med. Licent. tum ex Italia reduce, dedi nucis Vomicae limaturæ drachmam dimidiam circiter; quam cum mica panis in bolum redegimus. Præ timore mox alvum & vesicam exoneravit. Ultra dimidiam horam nullum symptoma observavimus, nisi quòd latebris quaesierit & subinde fugam tentavit: nunquam vomuit, nunquam eructavit, aut spumam profudit: ac crebrò os lingebar. Ante decimam antimeridianam stans, aut lumbis insidens erectis tranco, collo & capite at pedibus anterioribus, subinde oculis connivendo caput antrorsum inclinavit, mox caput ceu ab insomnio perterrita, ut & pedes anteriores in altum attollebat, subinde caput retrorsum trahebatur nunc fortius, nunc mitius, nunc brevioribus, nunc longioribus intervallis: interea crebrò mingebar; semel egressit scibala alba concreta, non tamen indurata: frequentes subsultus, seu *vad. p. u.* in partibus carnosis trunci & artuum visi sunt. Circa decimam fortè Epilepsia correpta fuit: in hoc paroxysmo, qui fere per horæ duodecimam partem duravit, caput retrahebatur, oculi fixi manserunt, pedes nunc extensi obriguerunt, nunc succuliebantur & tremebant: respiratio aliquandiu penitus cessare videbatur; Cor celeriter, frequenter & validissimè pulsabat manum attingentis: nec excrementa per alvum aut urethram, nec salivam aut spumam ore egressit: nulla ullius sensus indicia animadvertentur.

Finis paroxysmo immobilis, seu paralytica, jacuit, respiravit celerissime & frequentissime ceu à cursu licentia, cor frequentius celerius, at debilius quàm in paroxysmo movebatur: brevi tamen vires recuperavit, in pedes surrexit, leviculo baculi attactu cucurrit & soltas latebras quaesivit. Verùm non longè indicia concedebantur, stanti enim caput & pedes anteriores subito & vehementius in altum abripiebantur; plerumque primùm oculis clausis, postea etiam aperti, ac si in somno territa fuisset ipsaque coma vigil pateretur: quandoque etiam caput retrorsum trahebatur. Hi Epilepsiae prodromi crebriores & vehementiores erant, quàm primùm paroxysmum præcedentes; mansere tamen hæc sensus integri: crebrò minxit, alvo semper oclusa, Vix horæ quadrante elapso rediit Epilepsia, in qua stans projiciebatur cum impetu quodam in pavimentum; in principio artus, truncus & caput validè quassabantur, mox artus & truncus, capite retracto, rigebant, pedes posteriores mire elongabantur tenisque manebant: Os claudebatur, oculi figebantur: respiratio erat intercepta; nulla spuma ex ore prodit, cor vehementer, citissime, seu æqualiter movebatur: paroxysmus iste citius primo & sua sponte remisit. Cessante paroxysmo oculos movit, hinc inde circumspexit, celerissime, ceu post cursum, respiravit, sicca lingua longè exserta, ceu valde defatigata & debilitata diu sinistro lateri incubuit: decubiti pedes nunc tremebant, nunc succutiebantur. Compulsa ægrè tandem surrexit, aliquot passibus incessit, aliquandiu parieti innixa stetit, torvè circumspiciens, quandoque ringens. Paulò post denuo imminens Epilepsiae prodromi apparuerunt, brevibus intervallis interbrevescentes, vehementiores prioribus; nihilominus oculis nitidis & veluti flammæ circumspexit. Vix horæ decimæ signum personavit, tertia vice correpta fuit epilepsia vehementissima; at nec in hoc paroxysmo spumavit. Cessante paroxysmo primùm oculos movit, mox citissime respiravit, linguam aridam longè exseruit, & quamvis sensibus valeret, nihilominus artus nunc rigebant, nunc succutiebantur, nunc veluti tremebant: post aliquam quietem compulsa surrexit, lento gressu pedibus veluti rigidis incessit, postlicos pedes quasi trahendo; parieti rursus innitenti caput motu convulsivo retrorsum trahebatur & quamvis scami humilioris asseri caput validè crebrò fortiterque allisisset, simul in altum sublatis pedibus anterioribus, locum tamen non mutavit, torvè semper circumspiciens & baculo monstrato ringens. Dimidiâ ante undecimam matutinam forti paroxysmo omnibus sensibus abolitis prostrata fuit, omni genere moruum convulsivorum exagitabatur, cum respiratione intercepta, citra ullius excrementi sensibilem excretionem: duratio hujus paroxysmi cæteris non longior fuit. Finis paroxysmo instat mortuae jacuit, mox celerissime & frequentissime respirare & oculos movere incepit: sensibus integris nihilominus manifestam artus motibus convulsivis afficiebantur; vidit, vellicatis aut compressis auribus signa perceptionis desit; dum pulvis tabaci naribus inieceratur, reniti conabatur, mox caput succussit absque sternutatione, nasam lambit & aliquandiu vegetior videbatur: nunquam tamen etiam compulsa surrexit; oculi turbidiores fiebant: motus convulsivi subinde invalescebant, manentibus respiratione & sensibus; labia tremebant & quandoque motu cynico torquebantur: paulò post cor magis magisque in motu elanguit brevique citra paroxysmum Epilepticum planè substint & canicula vivere desit. Pectus statim fractis costis aperuimus: Cordis dextrum ventriculum sanguine turgidissimum forfice discidimus, cum impetu sanguis rutilus ad ulnæ dimidiæ altitudinem pro-

fluit, licet nec vel minimi motus vestigium in corde apparuerit: neque in hoc ventriculo neque in illius auricula neque in Vena Cava vicina vel minimum granulum, aut granulum coagulati sanguinis invenimus: indito digito insignem calorem in hoc ventriculo percepimus: Iaciso sinistro ventriculo prodit sanguis copiosus, splendidus rutilans, at citra impletum: & iste erat grumulorum expers: Indito digito nullam calorem dextri ventriculi majorem, tactu judice, deprehendimus. Sanguis extravasatus protinus in grumos concrevit, ut & subclaviæ sinistrae, jam aliquomodo cadavere refrigerato. Palmones erant molles, non inflati, sed aliquantulum collapsi, subrabri, alicubi maculis rubris quasi conspersi. Imo ventre apertè primò manifestè vidimus ventriculum secundum longitudinem corrugari, sulcis rectis & profundis planè conspicuis; postea etiam, fibris circularibus motis, circa antrum pylori, circa medium & versùs stomachum, contrahebatur: à contractione ventriculus minor & angustior evadebat: relaxata contractione magis distendebatur & amplior, quàm contentorum fluidorum & crassiorum moles postulabat, manifestè reddebatur; repetita contractione rursus minor & angustior fiebat idque sæpius alternante contractione & relaxatione. Intestina omnia, etiam rectum motu peristaltico sursum deorsumque movebantur. Hanc intestinorum & ventriculi motam, diu continuantem vidimus, pridem emortuo corde & sanguine propè omni effuso, quandiu scilicet hæc partes calebant. Dum intestina movebantur, observavimus contenta motu peristaltico propelli ulterius; alicubi portio intestini inter duas constrictiones flatus pertinaciter retinuit, ut nec vi sursum deorsumve adigi possent, quod fortè in colica & affectu hysterico credito frequenter fieri solet. In spatio vacuo hypochondrii sinistri inter ventriculum & lienem ac crura diaphragmatis & ream sinistram calorem contactu comperimus, cordis calori profus non imparem. Ventriculo à portione gulæ in dorso, seu summitate secundum longitudinem ad duodenum inciso, occurrit in ipsius fundo bolus nondum penitus dissolutus, muco turbido immeritus & obvolutus: aderat quoque aliquid pulverei, junculo avenaceo, quod manè devoraverat, non ab simile; ossium & cartilaginum fragmenta; quibus remotis nihilominus superficies muco oblinebatur: omnium contentorum pondus vix ℥ij. vel ad summum ℥iij. erat, quamvis ventriculus non distentus ℥viii. capax esset. Interna superficie ab omnibus contentis mandata anfractus rubebant, ceu inflammati, magis superne & ad latera, quàm in fundo, minus circa stomachum: totum antrum pylori album permansit: foris nulla inflammatio apparuit; at vasa dorsum separantia à sanguine turgidiora debito erant. Separatâ tunica fibrosa forfice, quod celerius quàm cultro, aut lancetta succedebat, circa stomachum & sub pyloro in duodeno glandulas sporadicas plures tunice nervæ adherentes conspexi, in tota reliqua superficie hujus tunice nullas, at plurimos vasorum sanguiferorum & nervorum ramulos illam perrepentes eique se immergentes. Ablatâ tunica fibrosa solam nervæam inflammatam vidi; omnes anfractus oblitterati erant, plana profus apparuit ac solummodo muco pellucido oblita videbatur primùm, postquam verò aquâ tepidâ macerata fuerat, interna nervæ superficies granulata & quasi glandulosa evasit, multo muco pellucido nihilominus oblecta; muco deterfo plures aphitæ in conspectum venerunt. Superficies granulata facilè abscellit à nervæ; in illam nullum vas sanguiferum desit & manifestè confluit, nihil nisi tunicam crustaceam esse, quæ pelluciditatem assuâ tepidâ amisit, crassiorque facta facilè abscellit à nervæ, non secus atque illa, quæ

linguam

linguam obtegit, fervidæ infusa.

In externa parte tunicæ fibrosæ vidi centrum quoddam fibrarum rectarum non procul à stomacho, à quo fibræ rectæ sursum & hinc per dorsum, ad latera & deorsum per fundum ad pylorum usque, ceu radii, diffundebantur: sub his latebant Circulares nerveam tunicam immediatè obvolventes: hæc circa stomachum carnosæ, hinc ad antrum pylori magis albæ & graciliores, circa antrum pylori crassiores, densiores & planè nerveæ erant: illis circa antri pylori finem remotis, limbus in duodenum prominens evanuit. Intestina foris albicabant, quamvis vasa sanguifera turgere: aliquot in locis vasa lactifera ad latera, non in convexa parte nec ubi mesenterio annectuntur, manifestè emergere vidimus. Illis incisus in duodeno & jejunio aliquotusque mucus turbidus continebatur, in ileo aliquid pulsatæ & portunculæ nuci Vomiceæ similes, item excrementa liquidiora, circa ejus finem compactiora, in cæco & recto in scibalas coacta. Contentis sublatis duodenum & maxima pars jejuni inflammata, in ileo hinc inde maculæ rubræ nunc ampliores nunc angustiores apparuerunt: rectum duodeni & jejuni instar inflammatum fuerat. Agmina glandularum intestinalium non magis quàm aliæ partes inflammatæ erant: uso alteroque foris presso manifestè prodit mucus turbidus: glandulæ solitariae cæci manifesto osculo patebant: omnes tunicæ nerveæ insculptas esse clarè videre potuimus. Vesicula biliaris, ductus communis & tres hepatici soli & seorsim aliquotusque incedentes, antequam communi infererentur, scil. major sinister, minor dexter, minimus medius, superne ex cavo hepatis emergens, omnes bile admodum turgebant. Plura quoque vasa lymphatica distentissima in cavo hepatis occurrerunt. Hepar erat molle, rubicundum, naturali simillimum: Lien lividus, major debito & durusculus: Pancreas naturale duplici ductu præditum fuit, quorum quilibet peculiari ostio, dimidii digiti distantia scil. habet in cavum intestinorum. Ren dexter sanus fuit, sinister foris lividus & inæqualis. Vesica erat vacua, contracta, inferius, præsertim circa urethræ insertionem in vaginam, inflammationis indicia ostendit: Collum vesicæ & uteri laxa erant. Testiculis seu ovaris destituebatur, nam cæstrata fuerat, relictâ maximâ parte uteri.

Receptaculum Chyli amplum fuit, continuit Chylum multum Lymphâ dilutum: eo inflato sc̄r celeritè ad auriculam dextram pervenit. *Clar. D. D. Brunner.* præter ordinarium ductum thoracicum invenit vas quoddam insignè, quod Lymphaticum credidit; hoc in latere sinistro per thoracis carinam, juxta aortam supra ramulos intercostales ascendit, & ductum thoracicum ascendit eo loci, ubi versus latus sinistram declinare & ad suam insertionem properare consuevit; hinc perrexit ad glandulam quandam supra gulam positam, ubi visum subterfugit: inflato ductu thoracico observavit quoque hoc vas inflari atque indito mercurio vivo sursumque truso vidit mercurium sub cava à capite descendente, facto circulo, propè insertionem ductui thoracico inferi ac contenta cum ipso in subclaviam fundere. *D. D. Brunnerus* die seq. carniem rostro corvino confregit: in sinu longitudinali nullum sanguinem grumosum invenit. Ventriculi scatebant lymphâ: cerebri mole vols manu pressa ex infundibulo circa glandulam pituitariam absciso lymphâ stillabat, minime verò ex processibus mammillaribus etiam resectis, quos manifestè impervios deprehendit: minimeque in coryza per os cribriforme in narium cavernas mucum exstillare didicit. Nec in hoc nec in aliis canibus glandulam pinealem hæctenus invenit.

Hist. 3. Cani nondum ætatis annum supergreisso, mediocri magnitudinis, *Cl. D. D. Job. Conrad. Brunnerus* d. 1. Nov. 1677. vulnus in dextro Epigastrio oblongum, in cavum abdominis penetrans infixit, duodenum cum pancreate & portione omenti extra vulnus protraxit, filum sericeum cum acu prope insertionem ductus pancreatici traduxit, fortiter constrinxit ac trans vinculum Pancreatis ductum penitus cum ejus & omenti portione ascidit; vulnus consuit, quod citra traumatica coaluit, cane frequenti linctu præcipuam opem præstante. Canis paucis diebus elapsis edit, cucurrit, sanissimi instar se habuit, atque ad Januar. d. 2. 1678. sospes & incolomis vixit, nec in illo vel minimum vitium in actionibus naturalibus, vitalibus & animalibus animadversum fuit, canes majores etiam adoriens victor recessit; famelicus hero suo Lanioni non semel frustra carnis, vitulinæ imprimis, surripuit, ut propter tot furta ad mortem damnatus fuerit, quamvis magni ipsam contiterit; nam illo debitum centum florenorum à pauperulo ad incitias redacto expungebatur. Cùm vagabundus esset, ne experimenti certitudo de ductu pancreatico absciso nobis periret, d. 2. Januar. 1678. Disenhesi in prædio meo, hora 2. pomerid. præsentè *Clar. D. D. Heinricho Secreta, Clar. D. D. Brunnero & D. Mattheo Scherpsio Durlac. Med. Licent.* pulv. Coccularum Ind. ʒb. cum jusculo infudimus, vix quadrante horæ elapso bis cocculas copiosissimo mucu immixtas evomuit; incessit aliquandiu vegetè, postea ceu vertiginosus nutabat, semel atque iterum convulsionum prousiones supervenerunt, stanti ceu exterrito caput retrahebatur & pedes anteriores attollebantur: verùm ante tertiam pomeridianam omnia convulsionem aut graviora minitanti evahuerunt; hinc inde cucurrit & sibi fugâ consulere tentavit. Post 3m. pomer. cocculas contusarum ʒij. cum mica panis in bolum coactas intrusimus: at nec hic bolus illum multum affixit: circa quintam Vespertinam quievit: circa 6. Vesp. bolum cum multo mucu & frustulum ossis evomuit. Post 7. panis frustula & ossicula objecta avidè devoravit. Circa 9. noctis multum aquæ ingurgitavit: totâ nocte quietus fuit. die 3. Jan. mane vegetus erat, ac si nihil adversi expertus esset, cum importunitate cibum sollicitavit. Circa 8m. cum pane in bolum redactum: nullum symptoma observatum ad decimam usque, tum latebras quæsit, fugam meditatus est, sub fornace aut scamnis delituit quietus: paulò post validè ceu vomiturus eructavit, quamvis nihil egresserit. Post 10. ex limaturæ Nucis Vomiceæ ʒj. & pane duos bolos confectos intrusimus, primum statim evomuit, alterum retinuit; aliquandiu sani instar hinc inde cucurrit, scibalom durum, magnum, sicissimum egressit: brevi postea stans sobriò exterebatur, incessit cruribus divaricatis & pedibus anterioribus protensis, omnibus pedibus quasi rigidis nec amplius flexibilibus: quiescenti ab ingressu caput & reliquos truncus retrahebatur iteratis vicibus, ac si quis ipsam manu circa cervicem & lumbos prehensum vi quadam invitum retrorsum ageret. Vix horæ quadrante præterito januæ limiti insistent, cum impetu quodam à paroxysmo Epileptico vehementissimo retrorsum, ultra duos pedes à sua statione, projectus fuit, in quo artus & caput nunc succutiebantur, nunc retracito capite extensi & rigidi manserant, cum omnium sensuum abolitione. Paroxysmo gravissimo superato aliquandiu, ceu à longo cursu fessus jacuit, & anhelesè respiravit: mox tamen surrexit & aliquot passibus cucurrit. Brevi secundus paroxysmus successit priori vehementior & diuturnior, quo exantlato rursus pedibus insistit & aliquo usque progressus est; verùm brevioribus intervallis tertius & quartus

quartus paroxysmus gravis ipsum affligerant, nam præter abolitionem sensuum manifestè respiratio intercipiebatur; pulsationem cordis inaequalem, scilicet debilem, nunc totam, aliquando per plura momenta intermittentem, maximè in quarto paroxysmo deprehendimus: paroxysmis cessantibus, ceu mortuus jacuit & artus ac caput motibus convulsivis, sensibus integris, continuè succutiebatur, anhelosè in primis finibus paroxysmi respiravit. Ante 11. antemerid. 5. paroxysmo correptus fuit, nec prioribus motibus convulsivis ferociore, nec diuturniore, at pulsus cordis inaequalior erat, sæpeque intermisit aliquandiu rediitque, tandem profus subsistit artubus & trunco flaccidis & profus flexibilibus sique ita vivere desit. Statim aperimus pectus; pulmones quasi minati erant, rubicundiores tamen in dextro quàm in sinistro latere, in quorum extremis ramuli sanguiferi turgidi ad motum fuerant; manibus cavo pectore inmissis mirè omnia fervere experti sumus. Disciso pericardio cor amplissimum in conspectum venit. Ventriculus dexter ejusque auricula, venæ pulmonicæ, cava ascendens & descendens, azygos omnesque intercostales summopere à sanguine distendebantur; minis auricula sinistra. Inciso dextro ventriculo sanguis largiter emanavit isque fluidissimus; nullus grumulus vel in ventriculis, vel in auriculis, vel in venis etiam minoribus repertus fuit: Vase autem terreo vitreato exceptus mox in grumum coaluit, ac aliquandiu repositus tertia pars in serum solvebatur: quod prius suppositis in gelatinam, instar feri humani, concrevit. Imum ventrem, *D. D. Brunnerus* cautissimè aperuit, vulnere perfectissimè consolidato incus in epigastrio dextro omenti portio & duodenum, mediantibus fibris oblongis, ut & peritoneo vicino, acceverant; lobus dexter hepatis convexi interme liis fibris oblongis diaphragmati p.n. annexus fuerat. Ventriculus amplus fuit, in superficie à rugis & monticulis veluti asperiusculus, ob venas sanguine turgidissimas aliquomodo variegatus; antrum pylori album; pylorus & stomachus satis atetè constringebantur. Omentum sanum fuit: Lien foris quasi granulatus, instar glandulæ conglomeratæ: Duodenum amplum & plura ex tenuibus stribus turgebant; rectum & cæcum etiam debito ampliora apparebant: pleraque intestinorum hinc inde contracta status detinebant, non tamen aded pertinaciter: in sulcis ubi constringebantur, circuli rubri videbantur. Venæ mesentericæ aliarum venarum more à sanguine valdè distendebantur.

Pancreatis pars superior & major satis florida & molliuscula, naturali tamen gracilior & durior erat; inferior gracilior, pallidior, lacera & veluti exsucca fuit: ut de experimento planè certus esset *D. D. Brunner*, duodenum & jejuni portionem cum pancreate & ductu hepatico exemit: osculum pancreatis duabus uncis infra biliarium intus prominulum durum & hians fuit, non tamen pervium esse inflatione aut stylo gracilimo deprehendere potuit: foris ubi ductus pancreaticus inferebatur atque abscessus fuit, solum sciriceum adhuc constrictum reperit, cui atenuæ albæ accreverant: ductum abscessorum extrema ab illo fore ad usciam abscedebant, & quasi retrocedebant: ductus inflati in extremo, ubi detruncati fuerant, ne minimum saram transmittent, aded perfectè coaluerunt, quamvis neuter ante vel post detractionem ibi filo constrictus fuisset: ductum etiam mercur. vivo implevit, quem etiam pertinacissimè retinuit, quamvis vi quadam versis extremum adigeretur: aded ut nec *D. D. Brunnerus*, nec nos spectatores dubitare potuerimus, nec vel minimam guttulam succi pancreatici post abscessionem in cavum intestinorum stillasse: inferior ductus vacuus fuit: superior multum succi adhuc continuit, saporis

non acidi sed subsalsi, qualis sero sanguinis inest.

Vesica urinæ turgidissima fuit, nam intra triginta horas canem minxisse, nunquam observatum fuit. Ventriculo à stomacho ad pylorum inciso, circa stomachum circumquaque ad palmi ferè distantiam occurrit protinus mucus pellucidus, aliquantulum spumosus, cui bolus ex nucè Vomica & pane confectus involvebatur: hinc usque ad pylorum invenimus mucum crassissimum, viscidissimum, valdè spumum, turbidum & obscurè albicantem. Detergo mucum circa stomachum aliquotusque, ut & superne usque ad antrum pylori interna superficies non parum rubebat, minus fundus & lacera: antrum pylori planè album mansit. In duodeno & jejuno ultra sex spithamas reperimus mucum propè candore lacteum, viscidiosculum, turbidum profus mucum ventriculi dissimilem: ne guttula quidem bilis, etiam propè ostium ductus bilari, nihilque alieni aliis rei huic mæco chyloso huc usque admixtum vidimus: Inde quatuor spithamas mucum magis fluidum invenimus, cum aliquot Lumbicis latis, cucurbitinis & teretibus, quorum plures adhuc vivebant proboscides firmissime interæ intestinorum tunice insistentes, à qua etiam hirudinum instar pendebant, sublato intestino. A termino hujus portiois ferè ad finem ilei mucum flavam, fluidum, satis coactè, cui arsenici & auripigmenti scintillantes portiones immixtæ erant, invenimus: occurrit etiam frustulum nucis vomicæ limatæ simile, sed dubiè, cum bolus adhuc in ventriculo integer fuerit. Reliqua portio ilei vacua profus fuit: mucus illius paucus & valdè inspissatus erat. Cæcum continebat materiam pulveream flavam, cui frustulum ossis & pili permixti erant. Simile excrementum in principio recti occurrit, sed spissius. In fine recti scibala molliora continebantur, quam post nucem vomicam intrusam excreverat: in his scibalis adhuc reliquæ cocularum detinebantur. Omnibus contentis ventriculorum sublatis glandularum areolas, maximè illarum limites magis prominentes quàm in aliis conspeximus, in primis longissimæ in fine ilei. In una areolarum glandularum, ubi arsenicum & auripigmentum subliterunt, punctula duo rubra in medio existerunt: Ileum, ubi vacuum, & rectum solito quoque rubicundiora videbantur. In cæco & recto glandulas solitarias plures invenimus, elucescente clarè osculo in illarum medio, ceu ab acu inflato: detractâ tunica fibrosa majorem numerum glandularum solitariorum clarè conspeximus, quæ tunicæ nervæ manifestè insculptæ erant: similes variolis, quæ ubi fibrosam respiciunt convexæ, ubi intestina concavæ fuerunt. Sublato crasio vasa sanguifera, maximè ad sinum tertium tendentis ipsique sinus sanguine turgidissimi erant. Neque in ventriculis, neque sibi nullam guttulam sanguinis extravasati aut alios liquoris invenimus: nihilque tale in cerebro aut cerebello visum fuit. Glandula pinealis & hunc canem caruisse constat.

Hist. 4. Ex communicatione *Clar. D. D. Joh. Conradi Brunneri*.

Canis mediocris magnitudinis & ætatis, vegeto 1677. d. 5. Aug. hora 1. pomerid. nucis vomicæ 3ß. cum mica panis in Bolum coactæ intrusit: deglutito Bolo alacris aliquandiu mansit & canino more blandiebatur: post se ad quiescendum composuit. Vix dimidiâ horâ elapsâ surgens pedibus tremuit ac incessit ceu rigidis nulloque articulo præditis: decubuit convulsiones quasdam & simultaneos terrores expertus est ac contentius exsert à linguâ respiravit, surgens mox convulsus in terram prostratus fuit, denuo se erigens, ceu fulmine

ictus,

ictus, vix epilepticus corruit & aliquandiu jacuit: sub finem paroxysmi citissime respiravit exsertâ, linguâ, rursusque non usque adeo viribus exhaustis surrexit, nam paroxysmo, licet celeriter, respiravit. Hora 2. pomer. Tetano aliquandiu affligebatur rursusque anhelosus surrexit. Circa 3. Epilepticus factus rigidusque jacuit aliquandiu, ac copiosa saliva ex ore emanavit. Post dimidiam horam anxie respiravit, ac apertâ januâ aufugiturus per scalam descendens terribiliter convulsus deorsum præcipitatus fuit. Hac vice convulsiones diu ipsam infestabant, spiritumque intercipient, unde quoque vivere desit. Calentem adhuc incidit. Ventriculus tumidus & turgidus apparuit. Vasa lactea plena & ductus thoracicus à chylo niveo candore nitens in conspectum venit, plurimæque vasa Lymphatica. In ventriculo cum gula & portione duodeni exempto continebatur plurimum cibi &c. caro suilla, lardum aliique cibi, quibus pinguedo innatabat: sublatis contentis gula & pylorus albicans: tota verò ventriculi concameratio atro purpurea, inflammata & gangræne proxima apparuit: etiam intestini cum ventriculo repleti portio rarisbat, reliquis intestinorum tractus superioribus rubicundus, inferioribus albicans erat: continebant materiam chylosam, tæniis longissimas: prope Cæcum folium graminis integrum & prout demorsum fuit à Canè, illibatam occurrat. Glandularum areolæ plures accuratè in conspectum venerunt.

Canis iste, dum in vivis erat, tumorem in regione lumbari gestavit, qui nunc augebatur, nunc rursus minuebatur, brevi tamen rursus incrementa sumens, sicculo dorso imposito similis videbatur: injuriæ externæ repullulanti tumori ansam dedisse credebantur. Apertus tumor continuit substantiam polyposam subcruentam: Rèn dexter huic tumori vicinus atrophis consumptus apparuit, in pelvi continuit substantiam granulosa coagulata & officulum quoddam mollius: pelvis prope nuda erat, parenchymate renis fere omni consumpto.

Hist. 5. Ex communicatione ejusdem Clariss. D. D. Brunneri.

Feli nondum Bimestri, 1677. d. 18. Octobris circa 9. antimeridianam, Bolus ex nucis vomicæ scrupulo dimidio, & panis micæ factum intravit; non integrum deglutit, prope tertiam partem rejecit: dimissa statim multum salivavit, hinc inde per cameram vagabunda vagitus crebros edidit: mox parieti innixa torvè circumspiciens pedibus titubavit: rursus currens pressis gressibus, instat lepisculi, in pedibus, maximè anterioribus, obri-gescere cæpit; hinc angulos ad se occultandam quæsit, verùm nullo in loco quietam manere potuit, atque paulò post, ceu fulmine tacta, derepente Convulsionibus prostrata fuit: jacuit aliquandiu convulsa: sensim ad se laceffita rediit, suspiriosè respirans: surrexit ac corpus ad parietem inclinavit capite nutante. Non longè induciæ concedebantur, nam rediit paroxysmus Epilepticus vehemens, qui statim post novam antimeridianam vitam sustulit. Aperuit Cadaver dum adhuc cordis motum, sed summe inæqualem & intermittentem deprehendit. Ablato ste-no ad cordis apertionem properavit, ut sanguinis conditionem perspiceret: erat ille fluxilis, fervidus & fumigans, nullus ei granululus permiscebatur: non erat floridus, sed saturatè rubens & ad nigrorem quandam vergens. Aperto abdomine vidit motum intestinorum tenuium & crassorum peristalticum sursum & deorsum; maximè recti, celeritimum, simulque quomodo

chylus & fæces propellerentur. Ab appulsu aeris frigidioris conspexit intestina valdè constringi. Ventriculus immotus, flaccidus subtumidus erat. Incisis gula, ventriculo & duodeno, sublatis contentis, observavit harum partium superficiem internam profus albicantem & omnis inflammationis expertem, fecus ac in cane vidit. Contenta erant bolus mucò turbido obvolutus & portio brassicæ in antro pylori. Idem ibidem.

De Helleboro Albo.

Catello trium circiter septimanarum die 14. Julii 1676. circa 2. pomerid. cum Clar. D. D. Heinricho Sereta à Zavorzic, Hellebori albi scrupulum lacti immixtum infudi, vix per momentum admissam maximam partem evomuit & paulò post flavam per alvum egressit: mox rursus aliquoties vomit simulque convulsivis motibus variè jactatus fuit. Vix quadrante horæ elapso motui instar in latum decubuit ac linguâ exsertâ mortuo similis jacuit, movente se solùm adhuc diaphragmate: peractâ horâ cum dimidia semimortui abdomen incidi, unde inter secundum pedes movere & vagire cæpit: aperto abdomine, ventriculum flaccidum & rugosum invenimus: illo exempto cor & diaphragma satis validè, sed per longiora intervalla, se moverunt. In inspiratione diaphragmatis motus à cruribus inceptus, ibique in tumorem abdomen spectantem attollebatur, supernam planitiem expandebatur, eamque tensam, ita tamen ut in ambitu viderentur sulci inter fibras carnosas, crassas & veloti tumidas: in expiratione laxius, æquale & omnibus rugis destitutum evadebat. Tum aliquoties linguam adhuc exseruit, sanguis ex venis & arteriis effluens rutilus, fluidus minimeque gumosus erat. Ventriculo à stomacho ad pylorum supernè discisso invenimus pulverem Hellebori lacti gumoso & mucò viscido immersum: contentis ejus sublatis circa stomachum intus ventriculus rubebat & aliquemodo inflammatus erat. Jam diu emortuo animale sanguis in ventriculis cordis partim fluidus partim granulosis & obscurior erat. Idem ibidem.

De Gialappa.

Historia 1. Catello propè mense d. 23. Dec. 1675. cum D. D. Heinricho Sereta Magisteri Gialappæ scrupulum dimidium sacchari drachmis duabus permixtum ori indidi, quem sensim abliguriit. Paulò post capite semper ad latus notavit atque incedens instar temulenti vacillavit: ultra dimidiam horam nec alvum movit, nec vomitum ciebat: ac infuso lacte frugido ter atro flavescencia & viscida per alvum excrevit; nunquam vomuit. Tormina vagitû prodidit crebro. Inciso pectore in latere sinistro inter inspirandum aliquoties pulmonum lobus turgidus percussit. Dissecto abdomine in hypochondrio sinistro ventriculus distentissimus prorupit. Denudatis omnibus imi ventris visceribus vidimus ventriculum se circa medium aliquoties contrahere ac coarctare; mox tamen rursus expandebatur ac sulci contractione factâ explanabantur: dum intestinis ad latus remotis insignem lacteam canalem prope renem succenturiatum inuecor, multum mucii spumei cum grumis evomuit, quamvis diaphragma ad gulam usque divisum & solummodo in dextro latere integrum esset, patuitque vomitum à ventriculo citra diaphragmatis opem peragi posse: tum quoq; corpus aliquod intra gulam sursum deorsumque moveri vidimus: alias gula amplior & plenior solito erat nec ventriculus circa orificium sinistrum constringebatur. A lobo hepatis imo, sub vesicula biliaria, ductus hepaticus

ticus peculiaris versus ductum cholidochum means, ei propè insertionem in intestinum iungebatur. Sterno maximam partem ablato & discisso, diaphragmate nihilominus in inspiratione costas attollebat & largissimo oris hiata aërem quasi captavit: tunc sibi relictus in ventrem se volutans pedibusque insistens fugere non semel annitebatur. Glandularum intestinalium regionem & minutissima vasa capillaria ad illam pertinentia, foris pulchrè vidimus in jejuno & ileo ac fibras rectas hanc regionem operientem. Ventriculo à fine gulæ ad duodenum secundum longitudinem superne inciso, cavitatem mucosissimam spumæ & frustulis lacteis coagulatis plenam invenimus: nullum vel sacchari vel magisterii Gialappæ vestigium apparuit: deterso mucosissimo in fundo ventriculi vidimus. Duodenum, jejunum & præcipua pars ilei vacua & prorsus munda erant, adeo ut nec bilis nec mucus in illis conspiceretur: in reliqua portione ilei reperimus vermes teretes admodum longos, mucum flavum pellucidum condensatum; propè valvulam spumæ; in cæco parum mucosissimi condensati continebatur: rectum mundissimum, attamen valdè rubicundum velutique inflammatum fuerat.

Hist. 2. Cani semestri Doctissimus Dominus Melchior Harter d. 22. Mart. 1677. Magist. Gialapp. ðj. dedit: ab assumpto nunquam vomuit; subinde singultit, nec post tertiam horam ab ingesto magisterio alvus solvebatur. Vivo abdomen aperuit: foris in ventriculo sub stomacho sinistrorsum macula rubra videbatur: ab uno orificio ad alterum superne discisso ventriculo, toto cavitatis infarcta reperta fuit pane, rapis, radice petroselinii, officulis ferme integris, omnibus aqua dilutis; de magisterio Gialappæ ne gry quidem occurrit: pylorus artificimè constringebatur, ut nec gravior quidem stylus transmitti posset: Omnibus contentis sublatis, superior pars ventriculi inter stomachum & antrum pylori insigniter rubuit; in fundo anfractus paulò rubicundiores erant: sub stomacho, ubi foris macula rubra apparuit, intus portio illa alba ut & totum pylori antrum manserunt: intra anfractus hinc inde oscula vidimus ex quibus aliquid mucosissimi transsudavit. Intestina propè quatuor ulnas longa, à pyloro ultra ulnam mucum album, turbidum, ne minima quidem flavedine tinctum continebant: inde ultra ulnam ingens copia vermium cucurbitinorum cum magisterii Gialappæ portunculis occurrit; Vermes isti ex particulis semini cucurbitæ figura & colore similibus, intermedio quodam filo connexis compositi apparebant; quidam propè dimidiam ulnam longi erant; quidam quoque se movebant adhuc: illorum extremum latum fuit, caput verò in filum tenuissimum duarum vel trium uariarum longum attenuabatur, quod intestinalium tunica internæ insigebant, atque à proboscide, hyrudinum instar cuti affixarum, pendebant, ac si hoc vermium genus non chylo aliisve intestinalium contentis videretur, sed liquorem ex tunica proboscide exfugeret: Inde ad finem ilei continebatur liquor flavus, pellucidus, viscidus, cum portionibus magisterii Gialappæ & sordibus gryseis, quamvis ultra duas ulnas nec guttulam quidem bilis observaverimus: nullus quoque hic vermis comparuit. A valvula ad extremum recti & in cæco excrementa liquida grysea, humore aqueo dilata detinebantur. Contentis remotis intestina à pyloro ultra ulnam rubebant, etiam ibi ubi vermes detinebantur; sed minus, minimè in reliquis portionibus usque ad podicem. Areolæ glandularum manifeste altiores erant reliqua intestinalium tunica; oscula verò glandularum quasi oblitterata & à copioso mucosissimo oppleta videbantur, nihilominus, intestinis foris pressis,

mucosus quidam instar minutarum guttularum productus quædam areolæ intensè rubebant. Intestinalium quædam portiones ante dissectionem contractæ, partibus intermediis inflatis, conspectæ unde proculdubio tormina passus est. Chyli receptaculum inflavimus, unde cor emortuum reviviscere cœpit, diuque movebatur: inflatis pulmonum bronchiis, ligatâ aortâ & auriculâ dextrâ, vidimus aërem ad ventriculum sinistram penetrare. *Idem ibidem.*

De Corona Imperiali.

Ex communicatione Excell. D. D. Elie Rudolphi Camerarii P. P. & Archiatri Serenissimorum Principum Wirtembergicorum, Collegæ gratissimi.

Autumno 1678. elapso bulbum *Coronæ Imperialis* drachmarum sex circiter pondere, *Clar. Joh. Rbodii*, observatione inductus, cani non magno intra di curavi. Horâ elapsâ lassus videbatur & morosus, post vomebat, sed non bulbi particulas, verum mucum flavum viscidum: subsequēbatur tremor membrorum & hunc convulsivi motus, mox huius presentibus vivum adhuc aperui canem: in ventriculo contracto & constricto reperimus bulbi particulas non plane integras, sed emollitas & in mucilaginem ferè redactas, quibus exemptis ipsas ventriculi tunicas singulas rubentes, imò liventes magis; intestina penitus vacua, sed levi inflammatione & leviori excoriatione infecta; Hepar cum Liene & Pancreate à naturali ac vivido colore versus livorem declinans; bilem justo viscidiorē, chylum in cisterna ipsi dicata paucum eumque flavum ac viscidum conspexi. Relinquens canem avocatus per negotium argentissimum, altero die, cum lastrare ulterius vellem cadaver, non ventriculus solum, verum & intestina cum visceribus, tam infimi quàm medii & supremi ventris livida putrilaginosa & corrupta penitus erant. *Idem ibidem.*

De Solano Vulgari.

Ex communicatione ejusdem Excellentiss. D. D. Camerarii.

Anno 1664. Mens. Septemb. sub vesperam advolat quidam Rusticus equo, à pago tribus horis *Tubinga* distante, obnixè & concitato anheliu rogans ut consilium suppeditarem, quomodo ex orci faucibus liberare & rationi pristinae restituere tres suos liberos posset. Sciscitanti mihi symptomatum speciem & alta Medico consultore necessaria recenset: Tres suos liberos, unum sex, alterum quatuor, tertium trium annorum à campo redeuntes die præcedente baccas quasdam juniperi similes secum apportasse, saporem earum laudantes; Minimum natu post cœnam de capitis dolore; Medium circa mediam noctem, de eodem; Majorem horâ post mediam noctem secundâ de cordis dolore (ita enim apud nos non rustici solum, sed & qui magis illis sapere sibi videntur ventriculi dolores describunt) conqueri cœnisse, ab exhibitio ol. oliv. majorem vomuisse, reliquos non: nunc verò omnes tres post prægressum torvum aspectum, jactitationemque membrorum, furibundos quasi delirare alta petere, vociferari, miras distorsionum pati figuras, per intervalla verò instar mortuorum prostratos jacere: præter illum vomitum, hætenus nullum illorum quicquam neque per superius neque per inferius guttur neque per velicam excrevisse. *Præscripti,*

scripsi, Solani vulgaris baccas suspicans, singulis mixturam ex pulv. rubr. pannon. lap. bez. Unicorn. V. quovis trihorio fumendam: & quavis nocte Theriacam cœlest. cum mixtura ex aq. alexipharm. herbar. & Syrup. simpl. quibus per triduum assumptis, tertio die idem Parens me cum submissa gratiarum actione revisit, filios suos ratione & valetudine iterum pristina gaudere, lassitudine excepta. Majorem & Medium copiosissimam & foetidissimam per alvum eiecisse, Minimum copiosissimè mixturam referens; talesque baccas cum tota planta, quam solanum esse mox cognovi, apportans. *Idem ibidem.*

De Solano furioso.

Ex communicatione ejusdem Excellentiss.
D. D. Camerarii.

Anno 1677. tempore vjndemisi in Urbe quadam Danubio proxima ad puerum quendam decem annorum dacebar, cujus pulsus celer & debilis, hypochondria valdè tensa, oculi aperti, licet Cœcus esset, exteriorum calor urens erat. Jacebat is modò, mirè membra torquebat, modò delirabat, modò ad interrogata rectè respondebat, modò & quærebatur; modò respirabat, sed difficulter, modò quasi mortuus nullum trahebat spiritum hæcque reciprocatio intra horæ quadrantem ter vel quater repetebatur, indagans mali causam & alia à parentibus sequentia audio: Puer ex sylva propinqua domum redux se cerasa sylvestris ibi inventa comedisse narrat, probè cenat nec de quaquam molestia conqueritur usque ad mediam noctem, eum à Fratre suo majore natu pro sui intensissima sedanda tanca valdè voce potum peteret, quem, aquæ nimirum frigidae, allatum cum magna difficultate nec omnem, licet valdè stibundus, assumit. Per duas ab hoc horis infomnis cum Fratre loqui sepius incipit, vix tamen contextum aut periodum absolvit, de cardialgia conqueritur; horâ tertiâ post mediam noctem vomit, somno sed valdè profundo à vomitu obrutus, appropinquante dei lumine, in oculis nullo apparente vitio; Cœcus erat, delirare incipiebat & in eum ad horam quartam pomeridianam, qua ipsum conveni, antea recensitum statum deveniebat. Ego illa Cerasa sylvestris nihil nisi Baccas Solani furiosi, Bella Dona Camerario: aliisque dictis suspicans, quia in illâ sylvâ copiosissimè crescere noveram, per vomitum inductum Baccas partim integras, partim emollitas, partim ad semen usque & pelliculas consumptas copiosas eduxi, refracto & immixto illo distortivo motu; mox alexipharmaca cum antiepilepticis exhibui, eadem post abitum meum qui altero die aliò maturandus erat; continuanda suadens! Mense elapso puerum satis bellè iterum valere; post anni verò spatium ulcere pedis omnem Chirurgorum Curationem respuente labore rescivi. *Idem ibidem.*

De Hyosciamo.

Ex communicatione R. D. P. Caroli Ryseri
Convent. Bened. Rhinoviensis.

Annis ab hic 30. scil. 25. Martii 1649. præparatum cum Collatione vespertina respuentibus aetiorum fuit, cujus materia debuissent esse Radices Cichoreæ eliquatæ. Creverant hæc, una in areola mixtim cum Hyosciamo; erutæ Utræque, separatim in manipulos Collectæ ab hortulano relictae, à puero horti postmodum in Culinam ferendæ,
Tom. IV. Pars II.

puer terum ignarus horti præfecto absente, Radices utraq; commiscens Coquina Magistro deferens, ille coctas Mesæ infert. Nemo penè edentium fuit, cui non orexin cierat oblectum ab aliquo insolitum, & maxime ob tam corpulentas ac pingues Radices & arca non multoties visas & idcirco alie quanto etiam avidius (salvo tamen jejunio quadragesimali) sonebantur; Et quia in magna satis quantitate apposita, & propterea (ne jejunium violaretur) manducantibus etiam supererant, quæ scholaribus & sartoribus exinde appositæ fuerunt. Quid multis? post hujusmodi Collationem suo tempore cubitum itum. Hic enim verò oriri symptomata coeperunt & vesicarum radicum paulatim diffundi toxicum, sentiri à quibusdam capitis vertigo; aliorum torteri linguæ ac labra, asperari fauces, torqueri nonnullorum ista, ac totis artibus malè haberi. Fuit, qui gargarismo palati ardorem compescere studuit, sed lingua velut in frixoris tosta omnem respuit medelam. Tesonante noctis duodecimâ, cum ad preces matutinas pro more excitarentur, miserabilem aliquorum metamorphosin spectare fuit. Unus tam delinutus mente ac debilis repertus fuit, ut pro vita desperato habitus, Sacro Sanctæ Ecclesiæ Sacramentis provideri debuerit; Alius quasi dentibus nuces frangeret, & exemptos nucleos fringilis domesticis projiceret, unè manu pavones abigens identidem murmurabat, *fort ihr Sebelmen, kommen schnelli, kom schnelli schnelli, &c.* alius in cellâ suâ fornacem prensabat, quasi arborem perrepturus; Alius, ansatis utrinque manibus, ac toto corpore incurvus illa sibi rumpenda clamitabat; Ex his, qui ad chorum venerant ad matutinum solvendum pensum, alicui oculos vix aperire, & litteras legere nequibant vel aliqua inter verba seu versiculos admiscebant, quæ ibi non continebantur, unde unus aut alter abire compulsus fuit. Non nemo privatim orare volens, dum librum aperit, Myrmidonum aciem aspicit, & litteras jam animatas, velut formicas in aggestu suo confusim discurrerent sibi videbatur intuari, ut ex inde ne syllabam quidem, ne dicam verbum aut verum integrum combinare ad aliquod tempus valuerit. Lepidum præterea fuit, manè Magistrum sartorem videre laboraturientem, minus jam sedili suo oculatum, quippe qui ne situm quidem armare acu nec à Tyrone, armato, tangere rem acu, ut sibi videbatur, jam tricalpide valens, quovis punctu, aut digito, aut poplitem cruentavit. In quorum quidem Censum, & ego, qui hæc scripsi, venissem, nisi gustu variante monitus, minoribus radiculis prælibatis à majoribus abstinissem. Et his quidem intemperis agitati aliqui usque manè, nec tamen scitum adhuc, quæ mali esset origo, quia tamen omnibus ferè commune fuit, judicatum rationabiliter est, è Culina promanasse. Quæ propter etiam scriber indagatum à Coco est, quid eduli refectorio hesterni vesperti intulisset; Qui asseveravit, præter radices quasdam à patre Hortulano sibi missas, & more solito coctas, nihil intulisse proinde indagine ad patrem Hortulanum devolutâ, falsus is est, quod erat: nimirum Bifarias radices Hyosciami, scilicet, & Cichoreæ unâ ex areâ erutas secrevisse, si fortè per errorem à puero Hortulani commixtæ ad Cocum venerint, se nescire: Interrogatus tunc etiam puer, respondit, omnia quæ invenisset eradicata Culinæ intulisse. Hinc, aiebat, P. Prior, illæ lachrymæ! Qui etiam summo manè, Schaffsio accersit Medicum fecit. Erat tunc temporis D. D. Joannes Sereva à Zavorzæ Nobilis Bohemius Republica Schaffsiana Archiater Excellentissimus. Adest is ex tempore, & Citationis causam edoctus, luctantes adhuc ali-

quot patres cum balluco suo reperit, & aqua è junipe is destillata ad potandum porrecta sævientem pestem aut mitigat, aut abstergit, tum ad circumstantes: domini mei, inquit, mihi hæc Hyoscyami, Radices Cichoreæ Radicibus oleo, sale, & aceto attemperatæ fuissent, fractæque omnihî earum vires jam effectis omnes orci Candidati; quibus verbis loquebatur, ut poëta Laureatus, & indicare volebat, omnes exinde morituros fuisse. Post abscessum ejus patres fere omnes melius habere cœperunt paulatim; unus tamen illorum, qui in edendis Radicibus largior fuerat, has sibi reliquias superesse conquestus est, oculos nimiram aërea acutissimos adeo obtusos redditos, ut perspicillis uti necesse fuerit. Habet igitur Excellentia Vestra Hyoscyami argumentum, vim solum in Monasterio nostro exercitia, heconice descriptum, quod medicè reddere, cum facultatis meæ non fuerit, potuerit id Excellentia Vestra ita stultare, ut curiosi habeatur, quod videant, aut admirentur, &c. Valeat mei semper memor. *Idem ibidem.*

De Amygdalis Amaris.

Historia 1. Ciconiæ femellæ die 6. Novembris 1678. hora 2. pomerid. presentibus Clar. & Excell. D. D. Christophoro Harnero, D. D. Hætorico Sereta, D. Joh. Henrico Hillero Stungardiano & Theodoro Zovingero Basil. bolum ex Amygdalis amaris contolis & parum aqua humectatis, magnitudine nucis molchæ, in gulam infra laryngem intrusi; mox aliam pari magnitudine, quem statim iterum excussit: in pavimento locata aliquo usque incessu nec nutans aut temulenti iactar vacillans: ad faciendam boli deglutitionem, boli forte in faucibus hærentis aquam insudimus, quæ tamen totæ inclinato collo rorsus emanavit. Igitur tertium bolum fortius compactum infra laryngem in gulam trusi, & blanda manu ventriculum versus promovi, quem ipsamet verbò deglutitionis motu quoque ulterius propulit. Dum quartum bolum præparato, caput ipsi subito & violenter retrosum trahitur, pes dexter succutitur, semel ore hiante aërem captavit; succutiendo semel adhuc pedem & caput retrahendo, brevissimo spatio & quo vix quispiam sexies orationem Dominicam enuntiare, sine motu & sensu jacuit: pulsus cordis nihilominus ad latera sterni presso pectore, per aliquot momenta adhuc tactu percepti. Nulli motus, nullæ corporis agitationes observabantur, similes illis quibus suffocatio impendit aut quibus collum illaqueatur: solummodo primum motus convulsivos animadvertimus, quibus tamen non rigeat, postea aliquid supervenit morbo potius attonito aut syncope cardiacæ simile, nam sine motu & sensu diu jacuit cum oculorum obtenebratione. Hora post obitum dum apertionem molior foris & intus insigniter caluit & sanguis ex vasis limpidior & fluidior emanavit, quam alias in avibus observavi. Gula à pharynge ad officium sinistram ventriculi incisa, intus aqua atrovirescente fluida madebat; pauca amygdalarum am. frustula aqua hac diluta in illa fluctabant: Ventriculus plenus erat terra & arenulis aqua ista diluta, absque carnibus & ossibus: Amygdalarum nihil distinctè ferè apparuit, confusæ erant cum terra & arenulis. Omentum pingue erat; ejus & totius habitus pinguedo plane crocea & prope minima & granulata erat. Corpus tubulosum à mucos profus denudatum solummodo aqua viridi perfusum fuit; intus habuit sulcos profundiores quam Ciconia pridie à me lecta, angustius quoque debito erat ac si hæc gulæ portio ab amygdalis irritata se fortiter contraxisset potius quam aliter corrugata fuisset: Intestina siccibus distenta

erant. Pulmones aëre turgidulis, eorumque veliculas conspicuas & membrana circa claviculas, ubi aspera arteria cum gula pectus intrat, tensa & quasi expansa fuit. Sanguis circa regionem renis dextri fluidus, circa pectus in eodem latere partim fluidus partim intra membranas clausus, coagulatio cum portionibus fluidis apparuit. Cordis ventriculi ambo vacui, paucis grumulis cum sanguine fluido intra anfractus & circa oscula vasorum superstitibus: reliquis sanguis, utpote dum calebat, adhuc fluidus, omnis emanavit abscessis vasis cordis magnis. In aspera arteria ne graum quidem amygdalarum inveni, at plurimos vermes ascaridibus similes, sed crassiores & longiores circa asperæ arteriæ primam divaricationem & in bronchiis vicinis; in glomerem coacti erant. Pylorus flavus, arte claudebatur. Duodenum uncias duas longum, admodum amplum, nucis juglandis capax, intus sulcis rectis præditum; videbatur quasi tertium additamentum ventriculi: Intestina reliqua minora parvo digito paræ magnitudinem & crassitiem ac cæca retinuerant: Foris nodos pisi dimidiati magnitudine plures visi 20. numeravi, erant alibi duri: plures in duodeno ad insertionem ductus bilarii & pancreatici, pauciores infra illam, nulli in fine ilei, in cæcis & in recto. Duodenum continuit chylum turbidum paucis arenulis permixtum: reliqua intestina ultra sex spithamas chylum puriorem mucosum alicubi albicantem, alicubi subcrenatum; inde ad cæca mucum crassum turbidum frustillatum: ex cæcis foris pressis prodit mucus chylosus turbidus: in recto parum mucii crassi apparuit. In toto intestinorum tractu ne mica amygdalarum amararum à nobis inventa fuit, quamvis nec vomerit, nec solum exoneravit: Cloaca plena erat urina cretacea. Absterfo mucos à duodeno ultra insertionem ductuum interna superficies rubebat. Ubi foris nodi in intestinis conspiciebantur, intus vidimus oscula aliquantulum prominula, labiis illorum quibusdam nigris & duris, quædam semen milii admittentia, quædam angustiora: foris pressis nodulis ex quibusdam prodierunt vermiculi vasis sanguiferis præditi, ex quibusdam mucus pellucidus: omnes cavernosi, lentis, etiam majoris corpusculi capaces: An glandule seu intestinorum tubuli, aut vermium niduli fuerint, certo dicere non ausim: & quamvis nulli vermes in tota intestinorum capacitate occurrerint, plures tamen in bronchiis morabantur non ibi post obitum geniti, cum brevi postquam vivere desit aperta fuerit, nec casu aliquo illuc dilati fuerint.

Hist. 2. Colombo adultiori die 23. Nov. 1678. paulò ante 2. Vespert. presentibus Clariss. D. D. Henrico Sereta, D. Hillero, & D. Zovingero, paulò minus quam drachmam amygdalarum amararum non excorticatarum, minutim contusarum & in bolum coactarum in fauces trusi. Alæ unius perni detonsis illum sivismus per conclave ingredi, quod aliquo usque citra titubationem peregit: interea ingluviæ & collum inflari videbantur; mox pennæ in dorso & hinc cauda surrigebantur; paulò post epileptici iactar in pavementum prosternebantur, alæ, pedes & collum motibus convulsivis exagitabantur ac imprimis caput, post aliquot contorsiones colli, retrorsum traheretur statimque sine motu & sensu iactar apoplectici prostratus mortuusque jacuit: quæ omnia tam celeriter peragebantur: ut vix aliquis ter vel ad summum quater orationem dominicam recitare potuisset. Asperæ arteriæ vulnusculum infixi, atque aërem inspiravi, sed frustraneâ operâ, nec enim vel minimum vitæ indicium rediit: Denudavi totum collum à pharynge usque ad sternum: Gula à pharynge ad ingluviem inflata & inflammata erat, prope pollicis capax, infarcta aliquot bolis amygdalarum; inglu-

vies tam à copiosis contentis, quam à flatu admodum distenta fuit: Contenta erant ientes, a vena & frustula amygdalarum, omnia profus exsucca & prope nec vel guttula liquoris imbuebantur: paulo rubicundior: reliqua portio gulæ, imprimis superficies interna corporis tubulosi irrigua erat ab humore fluido minus viscido, tenace minulque crasso, ac aliàs hoc in loco observatur, simul quoque colorator, ac si plus humoris ex tubulorum osculis prolectum, & operimentum osculorum corporis tubulosi plerumque crassum & glutinosum abste sum fuisset. Ventriculus artè contractus erat: continebat fursures, lapillos albos & pauca amygdalarum amararum frustula, humentiora omnia solito. In principio duodeni statim occurrit chylus crassus pulraceus, flavus; eo detruncato non procul à pyloro statim emerferunt lumbrici teretes, ascaridibus crassiores & firmiores. Abscessus vena & arteriis subaxillaribus, erupit sanguis copiosus fluidissimus & nitidissimus: apertis postea ventriculis cordis, in illis nec guttulas quidem sanguinis nec vel minimum granulam, aliadve coagulato sanguini simile videre potuimus. Tunc & aliquando post adhuc calebat. Intestina ultra tres spatias continuè chylam crassam viscidam, turbidam subflavum cum multis vermibus: bilis se nullibi effudit: in reliquis intestinis nulli vermes, pauca fæces aliquantulum coactæ, maximam verò partem vacua apparuerunt: à pyloro ad extremum intestinorum nec vel minimum amygdalarum amararum frustulum reperire potuimus. In faucibus plura amygdalarum frustula & prope integri boli hærebant: quædam mica illarum etiam palati rimam intrarunt. In occipite intra duplicaturam cranii spongiosam & quasi pumiceam, sanguis niger, grumofus detinebatur, eâ ratione, quâ in aviculis laqueo strangulatis his in locis semper reperitur. Ablato cranio medullæ spinalis principium, cerebellum & interstitium inter hoc & cerebrum omnia sanguine suffusa erant, exemplis cerebro & cerebello, tum interstitia tum basis humentiora videbantur. Remotis membranulis in locis sanguine suffusis, sanguinem extravasatum & grumofum cum ichore sanguineo reperi. In pulmonibus nihil vitiosi animadversum fuit.

Hist. 3. Columbae eadem horâ penas alæ detondendo vas sanguiferum in extremo apice fauciarum, protropit sanguis largiter nec ab imposito atramento sistebatur: tandem hæmorrhagiam ferramento candente adusto vale brevi suppressi: verebamur debiliorem fore, ac vegeta persistit. Igitur Amygdalarum amararum decorticatarum & contularum cum aqua in bolos coactarum drachmam circiter intrusi ultra octantem horæ partem absque ulla vacillatione incessit, uadefecundâ vice unum alterumve bolum ultra fauces in gulam adégi: vegeta nihilominus incessit, & nondum languidæ ingluvies non diu post hæc instabatur: tandem penas in dorso ferrigebantur & cauda potius deprimebatur: quàm attollebatur: mox paroxysmo epileptico prosternebatur: alæ, pedes & caput validè concutiebantur: caput subinde retrahabatur: imo totum corpus jactabatur. Paroxysmus brevi duravit, iterum se in pedes, aliquandiu incessit: postea sensim pedes ægrius loco movere, nec diu post is non amplius insistere valuit: semel alas adhuc succutit, subinde collum levicule toquebatur, tandem instat apoplectice aliquando jacuit, tardè & intercisis vicibus respiravit & ore hiante aërem quasi captavit aliquoties: oculi diu splendidi & nitidi permanferunt: paulo ante obitum denum obtenebrati fuerunt & post ferè elapsam horam dimidiam spirare desit.

Gulæ superior pars amplior erat & rubescens: ingluvies plena lentium, a vena & frustulis amygdalarum amararum eademem: omnia ut in columbo ex-

Tom. IV. Part II.

succa. Corpus tubulosum impletum erat humore turbido lacteo, ut primum abscesum bene maturum hic ruptum crediderim: ejus superficies ab operimento mucoso, deterio humore lacteo, profus denudata & rubicundior solito conspiciebatur. Ventriculi contenta erant fursures; lapilli albi & pauca frustula amygdalarum amararum, candida liquore aqueo & alicubi spumeo imbuta. In principio duodeci continebatur chylus crassus, viscidus, turbidus, subflavus cui lumbrici teretes immixti erant. Ex vasis axillaribus fauciatas profuit sanguis admodum fluidus, ut in columbo; inde quoque ventriculi cordis profus vacuabantur, nihilque sanguinis id illis reperiebatur. Pulmones rubicundi erant. Intestina magis corrugata videbantur quàm aliàs observatur: duodenum tamen rotundius & planius, cæa chylo impletum, mansit. Columbae hujus corpusculum citius quàm columbi perfrigit. Corpus spongiosum inter duplicaturam cranii & vasa sanguifera plena erant sanguine grumoso nigro: penitus ablato cranio medullæ spinalis principium, cerebellum, interstitium inter hoc & cerebrum etiam basis cerebelli, omnia sanguine suffusa erant, minus tamen quàm in columbo; attamen plus liquoris aquei hic detinebatur: forsitan minus sanguinis in columba extravasatum fuit, tardiusque apoplexia supervenit, quia ob hæmorrhagiam prægressam fauciatas vase multum ejus profusum fuit. Rima palati à frustulis amygdalarum amararum admodum infecta & quasi obturata erat: Pharynx quoque & gula ad ingluviem usque valde à flatu & amygdalis distenta erant. Asperæ arteriæ annuli cartilaginei integri sunt, ut etiam à gula valde impleta comprimi & coactati nequeat. In toto intestinorum cavo ne mica amygdalarum amararum apparuit: continebat, ut in columbo aliquotisque chylum crassum, viscidum subflavum, turbidum, cum plurimis vermibus teretibus, nullibi bilem; in reliqua portione fæces coactas, alicubi mucum condensatum; magna pars vacua erat. Ureteres urina cretacea transparente pleni erant. Oviductui inerat ovum figurâ nuclei pinei, sed duplo crassius: in ovario plurima ova lymphâ pellucidâ plena, pisi magnitudine, nulla lutea continebantur.

Hist. 4. Felis bimestrus ferè d. 14. Maii 1679. ex alto cecidit & imprimis os graviter læsit, ut ab illo tempore nec edere, nec fugere valuerit; die 17. Maii *Filius meus Job. Conrad. Med. Doll. præsent. Excell. D. D. Henrico Severt & D. Hillero* drachmam circiter amygdalarum amararum non excorticatarum in bolos coactarum introfit ante secundam pomeridianam, paulò post quasi semi paralytica pedes posteriores languide traxit, anterioribus verò vix reptare potuit: non diu postea sequebantur paroxysmi quatuor epileptici, qua mirè ortus & caput exagitabantur & tendebantur: inter unum alterumque paroxysmum induciæ concedebantur: post ultimum paroxysmum anhelose spiritum traxit; ante tertiam vespertinam spiritum sensim deficientem, respirare desit. Detracta pelle, in inguine dextro & circa costas, ejusdem lateris portiones, forte à casu sanguine suffusa erant; pinguis adhuc fuit quamvis parum intra triduum alimeati nactus fuerit vel proflus nihil. Aperto abdomine ventriculus satis amplus, sed foris rugosus & multis sulcis orbicularibus, seu transversim ventriculum interfecantibus præditus apparuit: incisus ab orificio ad pylorum nihil præter bolum ex amygdalis in unum bolum compactis & mucò pellucido involutis continuit: bolum cum mucò sublato superficies, imprimis in fundo & supernè inter duo orificia, rubuit. A pyloro duodenum & jejunum ultra palmam bile crocèa tingebantur, postea ultra aliquot palmas intestina erant alba vacua, nihilque præter paucos vermes continuerunt; hæc rursus portio palmaris

P p a flava;

flava, reliqua ad principium recti alba & vacua erat. Rectum impletum fuit fecibus nigris piceis, foetidissimis, forte à sanguine post casum inglutito & hoc è ventriculo & intestinis detrulso. Vesica ab urina admodum distenta erat. Ductus bilarius admodum bile turgens ac hepaticus supra insertionem ductus vesiculae nodosus fuerat. Cor sanguine plenum cum auriculis, faucium fudit sanguinem admodum fluidum & prope aqueum ratione consistentiae, caetera rutilum. Pulmones non erant inflammati; nisi in lobo dextro rubor apparuit, quem potius adscripsi casui.

Hist. 5. Eodem Clariss. D. D. Sereta & Dom. Hiller Gallo gallinaceo intruserunt bolos ex amygdalis amaris, unde ostia alvum exoneravit & post miras convulsiones iterato perpeffas mortuus est. Ventriculum examinandum transiferunt: foris ejus caro atro rubescens erat. Amygdalas in corpore tubuloso & atrio ventriculi subfuisse reperi: absterfo mucos minus viscido tota superficies interna corporis tubulosi admodum rubicunda erat, ut & atrium ventriculi. In fundo ventriculi farfures & lapilli liquore aqueo diluti continebantur, cum aliis contenta sicca & exsucca sint.

Hist. 6. Ex communicatione Clar. D. Joh. Henrici Hilleri Med. Licent.

Anno 1679. Die 9. April. faucibus bimulae felis amygdalarum amararum c. corticibus contusarum ℥iij. per vices intrusi, non multo post univrsam os faucisque copiosissimam primo tenuiore mox tenaciore ac viscidiorè lymphâ, distillabat quasi, insensibilis tremore totius quibus cessantibus, sopore seu somnolentiâ notabili prehensa, uni loco immobilis, oculis conniventibus, quasi affixa esset, inhaerebat, post autem horâ ferè dimidiâ decursam, caput ipsi aliquoties violenter satis concutitur, quo motu excitata oculos aperit, adstantes adspicit, clamat, fugamque tentat, frustra tamen, progredi enim neque loco se movere nesciebat, leviter autem non multo post ad progrediendum impulsâ, ægrè admodum vermis ad instar rependo, posteriorisque pedes penitus resolutos post se trahendo per pavementi longitudinem ad ejus ferè medium petrexit, ubi dextrum in latus decubens, violentissimis ventriculi subversionibus aliquoties tentatur, omneque prius devoratum per vomitum reddere cogitur, quo factò brevi post pristinas recollegit vires, solâ aliquandiu durante salivatione.

Hist. 7. Ex communicatione ejusdem D. Licent. Hilleri.

Subsequente die 12. April. sextæ ac grandiori felis ℥ss. amygdalarum amararum exhibui, aut sine ullo insequente effectu vel alteratione præter levissimum quendam ac vix notabilem soporem, quo tamen brevi discusso ac evanescente sanam dimisi.

Hist. 8. Ex communicatione ejusdem D. Licent. Hilleri.

Die 21. April. Cati juniori ℥v. Amygd. amar. intrusi, hic elapsâ semi-horâ immotus adhuc amygdal. per vomitus repetitos rursus rejecti, & nullo alio accedente symptomate citissimè convuluit, huic secunda vice ℥iij. Amygdal. amar. in fauces ingessi, et pari planè successu ac effectu, rejecti enim iterum uti prius devorat. amygdal. postquam per dimidiâ vel quod excurrit horam eas retinuerat & priorem recuperavit sanitatis statum quo & adhuc integro fruitur.

Hist. 9. Ex ejusdem D. Licent. communicatione.

Die 9. Maii Vulpeculo novem vel decem præter propter septimanarum, amygdalas amaras num. 5. minutim incisâs inque globulos duos mediante fauciâ concinnatas, devorandas exhibui, perextinguo debinc elapso temporis spatio, pusilla hæc vulpes toto corpore tremens, incerto talo vacillante gressu temulentorum in morem incedens, capite & pectore progrediendo, per vices in terram procumbere, mox etiam diris omnibus convulsionum speciebus tentari cœpit, cum pullu cordis celerissimo ac imbecilli, respiratione etiam quadantenus læsâ. Rebus sic constitutis cultro, durantibus semper convulsionibus subjicitur, ubi aperto abdomine ventriculum reperiebam cassaplum omnino, mollem ac flaccidum, ab omni convulsione immunem, pariter & intestina quiescebat, omnisque eorum motus ablatus fuit, maximâ interim in partibus externis ferocia perseverabant convulsiones, quæ tam diu durabant, donec thorax apertus erat, hoc enim dissecto sub atrocissimis convulsionibus, cordisque vehementissimis motuationibus expiravit. Dissectus ventriculus leviculas plicaturarum ejus exhibuit inflammationes, pylorus erctè clausus erat, œsophagus contra referatus patebat, intestinum duodenum conspurcatum deprehendi bile porracea copiosa, nullo modo autem inflammatum erat, in sine jejuni similis latitabat materia non a. in tanta copia, &c. *Idem, ibidem.*

De Antimonio.

Historia 1. Cati robustiori præsentibus D. D. Henrico Sereta D. D. Gmelino, D. Sibelio van Geor. & aliis Medicinæ operam dantibus, die 25. Nov. 1675. Flor. Antimonii alb. ℥ss. cati elixæ involutum objecit: cum à bolo devorato non vomeret; Croci metallorum ℥ss. similiter occultatum potrexi, at non omne inglutit, nihilominus postea vomere cœpit & quidem nihil nisi recenter devorata, nam jejuno antimoniatâ dare consilium erat. Quamprimum pedibus & capite scanno alligatus fuit; vomere desit: at largissime mixxit. Inciso abdomine ex vulnere nondum satis amplo ventriculus statibus distentissimus protapit: dilatato vulnere magis adhuc extendebatur: inter abdominis incisionem leviculæ fauciata fuit superficies ventriculi fibrosa, retrocessit ac crassior & carnosa evasit, nervæ interna profusè nuda apparente aliquo usque. In ventriculo in apicium ducto vidimus sulcos rectos, utrunque valde distentus esset: prope stomachum in sinistro latere macula palmo latior saturate rubicunda apparuit, quæ tandem atro rubescens evasit. Dum statibus tantopere distentus erat, fibræ circulares non nisi leviculæ, & quidem motu in duodeno occipiente se contraxerunt; ambo orificia arctissime clausa pertinaciter status inclusos retinebant: compresso ventriculo fortiter manibus flatus sursum per stomachum & gulam eruperunt, ceu ructus: postea ventriculus circa pylorum & in medio à fibris circularibus constrigebatur ac contenta evomebantur; observavimus semel in illa contractione diaphragma vomitum quasi adjecto vase, forti quadam succussione brevissimis intervalis repetitâ. Flatibus non semel expressis ventriculus de novo implebatur æque admodum distendebatur, quibus forti manu expressis, rursus quoque primum circa pylorum, postea etiam in medio contrahebatur. Per siphonem aquâ calidâ injectâ etiam se constrinxit & leviculæ etiam presso ventriculo copiose mucum bile permixtum evomit, ipsamet aqua

aqua mucosa facta. Venter distensus tenui tunica præditus putabatur, exoneratus & à flatibus vacuus crassior evasit. Presso ventriculo circa pylorum; aut circa medium, aut circa stomachum mirè vagit & capite à vinculis soluto obvia quæque morsu petuit. In vomituente seu sua sponte, seu irritato ventriculo semper ore hiabat & exordium motus erat in duodeno, hinc pergebat ad pylorum ejusque antrum & medium, tandemque ejecit vomitu mucum spumantem nunc pellucidum, nunc subflavum & bile tinctum.

Ventriculum dum adhuc vivebat excidimus: inciso stomacho & superna ventriculi parte ad pylorum, nihilominus fibræ circulares pylori se contraxerunt; vacuus prorsus erat, solummodo mucos pellucido interna superficies admodum anfractuosa, & circa pylorum bile tincto oblinebatur. In duodeno observavimus motum peristalticum promiscuè, nunc sursum nunc deorsum vergisse, qualem motum in lumbrico lato ulna longiore in hujus cruris intestino reperto, atque aliis in lumbricis, hirudinibus, intestinis ovium, canum & capræ vidi. Intestinum rectum sublatis musculis abdominis se exoneravit. Ubi foris macula atro rubescens foris in ventriculi latere sinistro visa fuit, intus leviculè rubuit. Vesica, postquam vinculis scamno affixus fuit, exonerata inter media tormenta rursus valde implebatur, quæ remotis musculis abdominis nihilominus omnem urinam largiter expulit, sentim se contrahendo, foris sulcis rectis apparentibus, ut tandem vix nuce juglandæ major apparuerit. Diaphragma in inspiratione planum fiebat & in ambitu caroso collis vicino, sulci recti conspiciebantur: inflicto vulnere ac indito digito sensu tunc digitum valde stringi; in expiratione relaxabatur & abdomen versus, instar veli à vento inflati utrinque protuberavit, non à pulmone deorsum labente, quod digito per vulnus immisso comperi, quo pulmones assequi nequit, sed ab aëre prius inspiratione attracto, nam digito facilius quam in inspiratione retracto aër cum sibilo prorupit: adeo ut aër omnino in pectoris cavum & pulmonibus penetraret unde pulmones inflati, utcumque artissime aspera arteria occludatur, sensu detumescunt, nisi statim juxta fornacem calentem suspendantur & celeriter extima tunica siccat. Quia canis iste diu famem toleravit, intestina vacua erant & ramulos lacteos paucos intestinorum superficiem perreptantes vidimus. In mesenterio arteriæ venis multò minores & graciliores diu egregiè pulsabant. Chyli receptaculum, ductus thoracicus, in cane hæc unicus, & vasa lymphatica die sequente valde à lymphâ turgebant. Utcunque vesicula biliaria post aliquot vomitus inanior & flaccidior evaserit, tamen noctu cum hepate in cadavere relicto, mane de novo plenior & turgidior apparuit. Glandularum areas, ut in aliorum canum intestinis, reperimus; in recto tamen majores videbantur atque aliæ, ex quibus foras presso intestino erupit mucus turbidus.

In sine gulæ prope stomachum fibræ circulares erant nervosæ & validæ, unde tam firmiter stomachum & gulam constrinxerunt, statumque egressum prohibuerunt, ut non nisi vi sursum adigi poterint. Externa tunica tota musculosa fuit. Suprema pars gulæ faucium partem obtegent crassior erat & multis glandulis ditata, unde foris illa compressa liqore quodam irrorabatur. Sphincter gulæ non solum à lateribus laryngis oritur, sed etiam pars superne obliquè descendit: fibræ à larynge oriundæ prope circulares, cæteræ obliquè sunt. Tonsillarum oscula manifesta admodum erant; nihil in illis pilosi, ut in alio cane, vidimus. In caverna ossis frontis unicum vermem hirudini similem, sed

Tom. IV. Pars II.

planiorem reperimus & acuminatum, acumine anteriore brevior, postico longior & quasi in filum angustum desinente. Reæ secundum longitudinem inciso canaliculi in parte carosa luculentius, in pallidior angustiores apparuerunt: transversim sectâ illius carne, porosa nistat canne Indicæ videbatur.

Hist. 2. Catello projectio die 14. Julii 1676. cum Clar. D. D. Henrico Sereta Vitri antimoniij. cum lacte infudit, avide deglutit & ne guttulam relinquere os lambebat. Vivacior cæteris catellis, quibus Helleborum album, nucem vomicam & nappellum ingestimus: mirè tamen ejulavit & vagit per integram horam post sumptum pharmacum, licet hætenus erectus inceserit. Post horam nutare incepit, pedes posteriores subinde traxit, elumbis instar, mox tamen rursus benè incesit, interea dolotis interni indicia clamore validiore continuè edidit. Post secundam horam ab assumpto vitro antimoniij demum vomit. Circa tertiam horam satia adhuc vegetus erat, nisi quod subinde nutaret, pedes posticos traheret & aliquando caput motu convulsivo quateretur, brevi tamen vires iterum recollectit. Post horam tertiam abdomen incidimus: inter secundam robur ostendit, vi sectionem eludere conabatur, morsu petebat obvia; vulnere amplo facto intestina & ventriculus cum impetu prorumpent: Venter supra modum distensus erat. Intestina prorsus denudatis & extra abdomen propendentibus nihilominus faeces flavas, consistentiæ prope naturalis per alvum exoneravit: videbatur motus intestinorum peristalticus egregiè. Vesica urinâ plena erat, quamvis iteratò murerit. Venter integrum excidimus, contenta largiter primum ex stomacho eruperunt, quoties se jam exemptus in medio constrinxerat, quod aliquoties fiebat, copiosius contenta expellebantur; tandem quoque motus peristalticus à medio versus pylorum contractis fibræ circularibus pergebat, sed leviculos atque tum nihil è stomacho elabebatur, causam invenimus mucum crassum & grumum officinum hoc obturantem. Contenta ventriculi erant liquor lenis, mucus viscidissimus, factis coagulatum, fragmenta straminea: omnia flaventine tincta. Sublatis contentis maffistâ inflammatis circa stomachum aliquotiesque intus extensis conspicebatur: nulla in fundo & circa pylorum. Duodenum bile plenum erat. Vesicula biliaria à bile valde distendebatur & pellocebat. In inspiratione diaphragmatis motus circa crura incepit, ibique versus abdomen in gibbum attollebatur, reliqua verò pars cum cerebro nerveo in planitiem exspandebatur, conspicuis nihilominus sulcis in ambitu ejus caroso: motus iste valde peragebatur. In expiratione tensio relaxabatur ac diaphragma versus abdomen protuberavit. Incisis arteriis epigastricis & plurimis vasis gastricis, multo profuso sanguine in motu animali vegetus mansit, imò aperto pectore vagire adhuc conabatur & objecta momordit. Cordis dextrum ventriculorum cum auricula abscidimus, nihilominus cordis reliqua substantia aliquoties, & quidem validè vera systole & diastole movebatur. Sanguis dextri ventriculi maximam partem fluxilis erat, portio quædam grumosa; obscurior fuit minusque rutilus quam ille quem profudit arteriis & vanis imi ventris faucibus.

Hist. 3. A. S. Sutoris uxor ex pago nobis vicino; staturæ justæ, carosa, ali quandiu cachectica, difficultos spirans cum cordis palpitatione, lassâ, ita tamen ut negotiis domesticis diligenter vacaret. Molestiarum cachecticæ familiarium pertæsa ex suavis Vetulæ ejusdam vere 1648. aliquot grana vitri Antimonij vino albo per noctem infudit; mane vinum cum pulvere ebibit: non statim virus suum exseruit, unde maritus domo egressus aliquandiu solam reliquit; interea antimonium enormes vomitus excitavit

PP 3 ipsam

ipsumque humi stravit: maritus domum rediens humi prostratum, rigidam & veluti emortuam reperit: variis modis eam excitare conatur & tandem faciem frigidam conspexit, unde respirare cepit. Postquam ad mentem rediit nondum tandem vomere & postea convelli desit, donec post iterato epota juscula, ferocia antimonii domita fuit: at tamen summe debilis permansit: postquam aliquantulum vires recuperavit, conquesta est de intolerabili pedis dextri dolore. Postridie *D. Job. Georg. Croner libatomus* noster vocatus fuit, invenit pedem ad mediam ferè tibiam nigrum & veluti atramento sutorio immersum non durum, non tumidum nec exulceratum: ad subitam hanc cutis pedis discolorationem oblitus nec ob atrocissimum dolorem urentem, pungentem & lacerantem, sphacelum adesse in animum inducere potuit: imposuit fomentum anodynum absque ulla doloris mitigatione: ipsemet postea accersitus clanculum aliquot in locis ini pedis etiam ad tendinem magnum acum profunde intrusi; puncturas iteratas non magis quam lignum aliudve sensu destitutum percepit: unde de sphacelo non amplius dubitatum fuit. Pedis abscisionem, ne malum ulterius serperet, maturandam suasi, quam *Excell. D. D. Johannes Sereta à Zavorziz*, tum temporis Archiater noster quoque non dissentandam statuit. Abscinditur pes palmi distantia à genu: in pede absciso, dissecto & diligenter examinato sphacelus non tibiam mediam superasse cognovimus: vulnus non urebatur Italo; sanguinem compescuit gossypium aqu. forti imbutum vasisque majoribus impositum: totum operiebant pulvilli albumini ovi, cui pulvis sanguinem siliens permixtus, immersi ac vesica tegebatur. Sic sanguis substituit brevi, remotis pulvillis, adhibitis congruis, cutis pulchre succrevit, ac spes erat brevi pedem cicatrice operatum iri. Die 15. à sectione subito à catarrho suffocativo obruta, frustraneis omnibus medicamentis brevi postea vivere desit. Aperto pectore pulmones arctissime maxime in dextro latere, pleuræ accreti; erant admodum maculosi, bronchia undiquaque mucos copioso spumoso adimpleta. In cavo pectoris aqua redundavit, ubi pulmones non adhaeserunt. In corde polypos inventi. Ventriculus admodum distentus & flaccidus erat: Hepar pallidum & quasi variegatum p. n. diaphragmatis aliquot in locis annectebatur. Lien naturali major fuit. *Idem ibidem.*

De Arsenico & Auripigmento.

Historia 1. Ampl. D. Clariss. W. Pr. Filiolus duorum circiter annorum Mense Augusto 1677. febris tertiana intermittente correptus fuit, in qua nihil periculosi animadversum fuit; aliquando aliquot diebus intermisit, mox rediit, nullos certos typos observavit. 30. Mens. Aug. cum locum habitationis transiret, febricitantem inveni cum inflatione ventris, non parum æstuantem & siticulosum: medicamentis congruis hibitis 14. Sept. satis bene habuit, atque illum à febre vindicatum parentes credebant. Paulò post inordinatos æstus sæpius passus cum siti, & licet subinde bene habere videbatur, nihilominus cadaver redoluisse matri videbatur: nunquam noctu nisi intra brachia *D. Parentis* dormivit. Febris quæ pridem periodos tertianæ intermittens exquisitè observavit & aliquot diebus planè intermisit; postea prorsus anomala erat, nec ulli typi animadverti poterant: nunc enim continua, nunc intermittens, sine ullo typo, videbatur. A die 1. Octobr. st. o. valde sitiit duravitque ad mortem usque d. 4. Octobr. mane catarrho cum magna anxietate & suffocationis metu corripitur, venter inflatur; dantur fyr. pector. cum aq. pro-

phylact. Barbett. à *D. Simone Schmid* Chirurg. præstantissimo unde vomuit, venter detumuit: vomitus continuavit. 5. & 6. Octobr. sudor subinde frigidus emanavit, signa torminum dedit, multum tussit, non convellebatur: aliquando diarrhœam patiebatur; unde venter detumuit amplius: tum quoque subinde singultiit, valde sitiit, æstuvit d. 7. Octobr. *D. Schmid* dedit lap. Bez. Hoc mane *D. Mater* parabat aq. cordial. ex Cinamom. in aq. coct. add. Saccharo: singulari Dei providentia *D. Maritus* aliam ob causam hypocaustum ingreditur & aquam hanc per colaturam *D. Conjugem* alloquens, observat in fundo vasis ænei frustula candida instar lapillorum, & mox quid lapilli isti sibi velint, querit? aiebat saccharum esse; pernegat ille, cum saccharum in calida statim solvatur: gustu acrimoniam percipit: *D. Chirurgus* vocatus protinus Arsenicum Crystallinum agnoscit: accersitur ancilla, puella 17. circiter annorum, minis terrena fatebatur se ante paucos dies frustulum Arsenici in vicino oppido W. precio à pharmacopœo redemisse; frustulum in atrio domus sub vase vinarario occultatum ultro attulit, & postea ulterius confessæ est se portionem Arsenici contusi unam pulciculæ permiscuisse, alteram in aquam hanc coniecisse: puellum parum & vix quantum duo Cochlearia capiebant, reliquum Filiam adultiorum & sororem natu minorem comedis: falsa quoque est se porco d. 6. Octobr. Vesperi aliquid Arsenici elosæ permiscuisse, qui mane mortuus in hata repertus fuerit, atque hac ratione didicisse venenum hoc vehementer esse: postea nec minis neque equuleo ab illa impetrari potuit num sæpius venenum hoc puello suggererit, præter illam vicem qua illud pulciculæ permiscuit. Antequam in vincula coniecta fuerat dicebat quoque puello aquam ex fungi & cobalti decoctione paratam ad muscas necandas, quandoque propinatam fuisse ab ancilla se adultiore, sed illam ad mortem inferendam, quod unice optarint, insufficientem fuisse, nam aliquando se ad misellum suffocandum manibus os occidisse: unde tandem de arsenico cogitavit. Assantes observarunt muscas gustantes aquam cordialem, qua à multis diebus puellus reficiendus erat, protinus mortuas fuisse, unde aquam hanc ex sanguis paratam cordiali admixtam indubie coniciebant. Puellus post meridiem à sumpta pulcicula valde æstuvabat, sitiiebat, singultiebat, angebatur; sudor frigidus emergebat: non vomuit: toto corpore rubicundus evasit & maduit, in ore apertæ obortæ sunt quæ primum albæ erant, postea nigricabant. Puella adultior & Media, sorores, quæ reliquum pulciculæ comederunt, statim vehementer vomuerunt amba; dedit ipsis *D. Schmid*. Theriacam andromachi, unde statim rursus & postea sæpius evomuerunt: Filia natu major simul vermem mortuum per os excrevit, suasi tuac cum *D. D. Sereta*, absens hunc pulv.

℞. Pulv. antihectic. pot. ʒij. Bez. min. C. C. phil. præp. an. ʒj. m. f. p. Hujus pulv. ʒj. m. cum aq. carb. biof. ʒij. Syrup. violac. ʒi. m. de hac mixtura tum puello tum puellis sæpe dabatur quantum cochl. j. capit.

Item ℞. Butyr. Rec. ʒij. Sach. alb. ʒi. pulv. memorati ʒj. m. sæpe portiunculam N. M. magnitudine deglutiant. Bibant emulsionem Amygd. d. cum decoct. C. C. paratam: vescantur hordeato: nihil vini concedebatur. Filia natu major diligenti horum usu d. 14. Octobr. st. n. extra periculum erat: minor nondum integre restituta erat, lingua adhuc tumuerat: sensim tamen postea his convalescit. Filiolus singularis horis pejus habuit, signaque lethalia invaluerunt sc. extremorum frigus cum sudore frigido,

frigido, anxietate, iudiciis torminum, singultu crebro: nunquam vomuit post sumptam 7. Octobr. puliculam, ut 5. Octobr. quo die *Sim. Schmidt* quoque venenum datum credidit; unde illum gravius a pulicula jejuno stomacho ingesta, puellas verò quæ evomuerunt minus afflictas putat. Puellus sensim viribus magis magisque evanescentibus d. 9. Octobr. vespere hora 7. exspiravit. Dorsum statim post obitum lividum reddebatur. D. Chirurgus aperto cadavere & dissecto ventriculo in ejus cavitate nihil nisi aq. cordiale reperit: ejus internæ tunicæ exulceratæ, hepatis pars die media grysea & quasi elixa: Pulmones inflati admodum atro livescentes; pectus aqua flava plenum: Colon totum & magna portio reliquorum intestinorum à gangræna atro rubentia erant: in corde, Liacæ & reatibus nihil p. n. observavit.

Postquam facinus ancillæ veneficæ innotuit, carceri inclusa fuit: interea disceptabatur, Num arsenicum causa mortis Puelli fuerit?

ICTus quidam persuasus potius ceatim nocentes dimittendos, quam unicum insontem vita mulcandum in dubium vocavit, quod omnes credebant & res ipsa loquebatur: Patavit ille necis causam fuisse febrim diurnam: verum demonstrabatur febrim tertianam simplicem deliisse aliquot diebus, rediisse autem febrim quandam nullos certos typos observantem & prorsus anomalam, atque hanc quoque intervalla sæpe aliquot dierum habuisse, quam adscribebant domesticæ aquæ muscas necanti, puello nequiter suggestæ; quod Venefica non negavit factam fuisse, non quidem à se, sed ab ancilla socia, idem confirmavit mors muscarum subita, aquam cordialem dulcem omnis acrimoniæ expertem degustantium, atque equuleo subjecta fidem meruit se hac in re innocentem esse. Verum cum hæc quoque febris nondum vires adeo exhausisset ut ipsi mors imputanda foret, D. *Simon. Schmidt* persuasus erat arsenicum à Venefica jam d. 4. Octobr. st. n. alimentis admixtum fuisse, cum illud ad manus haberet, virulentæ in porco fecisset periculum 6. Octobr. & 4. Octobr. symptomata Puellus pateretur tali veneno attribuenda.

Cum & hoc per tormenta iteratò tentata non facta esset, objiciebatur arsenicum causam mortis statui non posse, quoniam Puellus vix quantum duo cochlearia capiunt comederit, sorores vero omnem reliquam comederint & nihilominus evaserint. Itaque à Judice loci supremo, *Excell. D.D. Henrico Sereta à Zavorzic* & mihi proposita fuit.

An Puellus duorum annorum ab Arsenico pulicula permixto & in non magna quantitate scil. duorum cochlearium assumpto, antea valetudinarius enecatus fuerit?

Responsio.

Utcunque Febres tertianæ intermittentes tutæ credantur & rarissimè lethales comperiantur, tenelæ tamen ætati in autumno quandoque post errores, maxime in cibando, aut in medendo commissos, funestas fuisse observatum fuit. Puello isti diu febricitanti idem circa Arsenici culpam evenire potuisset, epota aqua muscas necante, cum plerumque hæc aquæ fiant fungis quibusdam & cobalto, utroque venenoso, in aqua decoctis: & forte non negabitur liquorem hunc febrim anomalam, carnem depascentem, sitim intensam excitantem ac respirationem difficilem reddentem effecisse, unde hepar semi-elixum & cavum pectoris ob copiosum potum aquâ plenum in cadavere repertum fuerit. Verum neutri mortis præpropere causam adscribendam sentimus, sed Arsenico quidem omnium funestissi-

mo, sc. Crystallino: idque ob sequentes rationes: nam utcumque prægressis diebus jam occulta malignitas in Puello, imprimis die 4. & mane d. 7. Octobr. à D. *Simon. Schmidt* animadversa fuerit, non tamen ita de vita actum esse persuasi erant, ut post meridiem, quæ certò constabat Puellum venenum arsenicale inglutuisse: portius enim aderant signa lethalia sc. extremorum frigus cum sudore frigido, continuus singultus, summa vitium prostratio & cætera non nisi supremum diem instare indicantia, frustraneis remediis deinde hæc singulis horis, imò momentis ita invaluerunt, ut illa d. 9. Octobr. hora 7. vespertina sc. hora quinquagesima quinta motaleu exceperit, seu aboleverit. Tum symptomatum vehementiam tum inexpectatam & præproperam mortem arsenico deferendam Anatome denique probavit: repertus enim fuit ventriculus erosus & excoriatus: totum colon & maxima pars reliquorum intestinorum gangrænâ affecta conspiciantur. Hæc non nisi arsenici effectus esse poterunt, nam arsenicum, vi septica præ multis aliis valet; & licet aqua muscas necans similem gangrænânam efficere valuisset, hanc tamen neutiquam produxisse vel inde constat, quis diu post illam imbitam evenit, atque impossibile fuisset Puellum tot diebus præsentem gangrænâ supervivere, cum robustissimos paucorum dierum intervallo perimat, ut observatur in herniis, si neglectis gangrænâ superveniat. Nec obstat quod puellus de pulicula parum delibaverit, sorores vero totum cacabum pulicula arsenico intoxicata plenum exhausserint citra vitæ jacturam: nam puellum vescebatur pulicula vacuo ventriculo, & inglutitum hac ultima vice detinuit ac ne micam quidem evomuit: sorores autem sanæ & robustæ puliculam arsenico adulteratam ventriculo cibus impleto comederunt. & paulò post & sua sponte & theriaca *Androm.* sumpta iteratis vomitibus puliculam cum arsenico ejecerunt, antequam roderet: si quid vero læsum fuisset, mitigari tamen à congruis medicamentis potuit. cum puello robustiores essent & arsenici spicula à cibo jam obtusa fuissent. Concludimus ergo & statuimus Arsenicum à scelerata manu porrectum misere Puellum interemisse, hisque bona fide attestamus. *Job. Jacob. Wepfer. M. D. Phys. Scaphus. Henric. Sereta à Zavorzic. Scaphusii d. 19. Octobr. 1677.*

Hist. 2. Ex communicatione Excell. D.D. Joh. Jodoci Cysati Physici Lucernensis optime morituri die 13. Januarii 1679.

*Franciscus Cysatus filius ipsius, puer vegetus & obesus 1671. d. 20. Maii, vespere horâ tertâ, in horto suburbano domini Avi postquam prius tria poma pro merenda comederat, vescebatur mixtura ex Arsenico Crystallino, farina avenacea & nucleis juglandium, muribus vites arrodentibus destinata; post horæ quadrantem vomuit, expalluit cum extremorum frigore, emanantè undique sudore frigido: cor fortiter palpitavit, artubus tremuit. Domum deportato statim crebro lac calidum infundebatur, quod protinus, sed grumosum, evomuit: sæpius lactis potus repetebatur, quod semper in grumos concretum rejecit. Post repetitas lactis propinationes demum dedit lap. bez. cum congruo vehiculo, item el. *Orvietan.* Circa medium noctis instar mortui per quadrantem horæ & immobilis jacuit: relictus aquis cordialibus & topicis sopitum excitantibus sensim convaluit. Ultra triennium postea, quotiescunque ventriculum paulo plus debito cibo oneravit, omnia assumpta evomere cogebatur: unde emaciatus & gracilior minusque agilis reddebatur: verum & hoc*

symptoma evanuit. Nunc optime valet & robustus est, litera delectus surgit in magnam spem Celebrissimi domini Patris.

Hist. 3. 4. & 5. Ex communicatione ejusdem Excell. D. Cysati.

Duae Puellae de Arsenico Crystallino butyro permixto comedentes statim vomuerunt. *Ex. D. D. Cysati* vocatus protinus lac iteratis vicibus propinavit & postea Lap. bez. & El. Orvietan: ambae convalescunt, nullo symptomate superflite hodieque sanae vivunt. Alia puella similiter incaute devorato arsenico, toto die vomuit: neglecta per triennium morbofa supervixit ac tabida ex febris, cujus indolem nemo agnoscere potuit, tandem obiit.

Hist. 6. Ex communicatione Excellent. D. D. Francisci Reinardi Physici & Senatoris Solodurensis gravissimi, d. 27. Maii 1679.

Filius ipsius trium circiter annorum, tempore autumnali post prandium improvide comedit de Arsenico Crystallino, nucibus minutim concisis mixto, ad mures enecandos in angulo conclavis seposito: quantum inglutierit, ignorabatur. Statim ab hac mixtura comesta de ardore linguae conquestus est, illamque longe exseruit: mater ad ignem hunc exstinguendum acinos uvarum recentium masticandos dedit, ignara mali & devorati veneni. Mox in lectam locabatur, statim indormivit atque expalluit; post 2. circiter horas ab assumpto veneno & somno into expergefactus, nigra evomuit: expalluit cum frigore totius intus & summo languore. *Excell. D. Parens* statim ori butyram recam bezoar. miner. gr. v. indidit, quod deglutit: crebroque repetit ad horam 10. vespertinam, adeo ut ultra drachmam bezoard. min. huc usque inglutierit: cum illud amplius deglutire non posset, aquam theriacalem. Post decimam noctis huc usque frigidissimus primum circa fontanelam, seu circa concursum futurae sagittalis & coronalis calore coepit; postea in toto corpore valde incaluit, imò aestuavit ad horam 12. diei sequentis, sine ullo tamen sudore. Integre convalescit, coloratior evasit, antea pallidus, optime habuit, vivitque adhuc sanus & vegetus.

Hist. 7. Ex communicatione ejusdem Excell. D. D. Reinardi.

Eodem mense Filiolus D. I. T. de simili mixtura arsenici & juglandium incaute comedit, aetate & viribus priori non impar. Parentes inconsultis Medicis theriacam Androm. iteratis vicibus suggererunt. Veram frustra & sine ullo levamine symptomata quae patiebatur; nam quarta hora à comesto veneno exspiravit.

Hist. 8. Ex communicatione Nob. D. D. Heinrichi Secretæ à Zavorzia.

Puellus undecim mensium matre natus ad iram pronus, quae quum propter abortum, difficilem partum ac fetus mortuos bis de vita periclitaretur, nuper nostram implorans opem hunc infantem debito tempore salvum Lucina favente enixa est: hic per totum &, quo aetatem exteriorem habebat, tempus satis sanus vegetusque vixit, nutrimenta tenellae huic aetati convenientia semper ac lac maternum aliquandiu cum appetitu sumit, unde justum corporis membrorumque incrementum ac robur acquisivit. At quum praeterlapsis aliquot diebus à ma-

tre culinam petente, ad fenestram supra scamnum in sedili poneretur, ibidemque forte fortuna allerculum pigmento librorum viridi, ex sandaracha ac giasio indico composito, infectum prehenderet, ac cum isto aliquandiu luderet, nescio quo facto infans puellus illud ori admovit, ejusdemque angulum colore tinctum linxit, unde fere tota facies una cum lingua virore conspurcabatur, quem quidem mater mox rediens, quoad potuit, abluibat; attamen quia aliqualem ejus partem infans jam deglutiebat, statim aestus ac sitis immanis cum appetitu omnino prostrato ac vomitibus frequentibus illum invasit: & quia haec symptomata à dentitione ortum habuisse credidere, ideo post quartum demum diem me, ut Medicam manum adhiberem, acceperunt; fere potuit remedium internum, & quae prius statim post commissum errorem, profuissent, lac rapidum ac oleum amygdalinum dulce, nunc vix deglutita rejiciebantur; mixturae etiam cardiacae ac antispasmodicae frustra datae sunt, convulsiones enim ingravescentes, omnem illi deglutionem interceperunt, à quibus & venter una cum stomachi regione & pectore quoque valde intumuerunt; per alvum glande prius solutam, copia foetidae ac bilis colorem emulantis materiae ejecta fuit; ex ore autem una cum ingestis, gurgus blennae tenacissimae decoloris, nullis quod observarim strigementis cruentis maculae, prodit; vomitus externis indem frustra, cum externa non succederent, compescere studui; spatio diei naturalis tres quatuorve aquae mensuras ebibit, quam mox iterum vomitu reject; convulsiones similiter omnes corporis partes magis magisque, nobilissima praesidia, eludendo, ita distorserunt, ut tandem sexto morbi hujus venenati die exspiravit, animaque tenella ac infans creatori suo reddita sit. Cadaver ob fonticas caussas non dissectum est.

Hist. 9. Nob. D. J. H. H. J. U. L. Pr. E. Filiola nondum quinque annos nata, 1679. d. 23. Januarii sanissima extra aedes paternae in aliena merendam sumpsit; ad seram vespertinam hilaris mansit & noctu petulantior, ut à Matre increpanda fuerit. Post septimam lectum petiit: circa undecimam noctis subito exclamare & ejulare coepit, ac imprimis de ardore intensissimo abdominis conquesta est, acceperunt tormina, abdomen intumuit, vomuit, singultit. d. 24. Januat. sursum deorsumque nigra foetidissima excrevit. Ardor, tormina & singultus continuarunt cum siti intensissima, solum aquam petiit: omnia alia potulenta, item cibum & medicamenta respuit. Eadem patebatur 25. Januat. supervenerunt convulsiones terribiles; quando cessarunt, vagiit & vermem mortuum evomuit; Perrexerunt convulsiones, vomitus & dejectiones foetivae nigrarum ad 27. Januat. quo summo mane exspiravit non sine suspitione clanculum suggesti venena.

Hist. 10. Fr. G. Filiolus quatuor annorum & filiola unum supergressa; utraque proles sanissima & facie roses. d. 3. Mart. 1679. mane ante octavam pro jeatculo comederunt jusculum ex lacte, de quo pridie in cena sine ullo documento vescebantur, nam tota nocte dormierunt maneque alacres erant. Circa decimam antimeridianam angri & vehementer vomere continuo cogebantur; Puella jam convalescebatur simulque aliquoties alvum solvit. Ante undecimam vocatus statim lac aqua tepida dilutum cum ol. amygdal. dulc. saepius propinavi: Puella avidè bibit, unde brevi vomitus, anxietas & convulsiones cessarunt ac quietior evasit: Puellus vix ad potum adigi poterat, unde vomitus vehementior ad primam pomeridianam continuavit: tandem precibus & pretio victus largiter bibit: evomuit mox lac coagulatum cum mucositate pellucida & coloris experto partim flavo. Anxietas multum remissa. Postea

Postea sumperunt subinde quantum cochlear capit de hac mixtura:

℞. Aq. borrag. scabios. Card. bened. ʒss. Bol. arm. or. T. S. or. an. ʒij. unicorn. fossil. ʒj. L. bezoard. occid. ʒss. tab. man. chr. pœl. ʒss. Puella hora 4. pom. subinde ridebat ac cum matre ludebat. Puellas adhuc quandoque vomuit; vegetior tamen erat: nunc erubuit. Puella post 6. vesp. rursus mucosa cum grumis lacteis evomuit: Puellas his grysea & spumea per alvum excrevit. Ante vomitum facies utriusque plumbea quasi & frigida erat, frons sudore frigido maduit: à vomitu facies rubicundo colore suffundebatur & toto corpore incluebat. Post septimam pulsem ex lacte comederunt. Nocte mediocriter dormiverunt. d. 4. Mart. bene se habuerunt. Postea indies amplius convalescerunt citra ulteriorem usum medicamentorum. Puellas diu postea lac & omnia lacticina averfabatur; minus quam solebat appetit, siticulosior erat ac macilentior reddebatur, alvinæque feces diu summopere scetebant. Puella extra lectum frequenter expalluit: suffulta nec stare nec incedere amplius voluit. Neglecto medicamentorum usu nihilominus convalescerunt vivuntque huc usque optime.

Hist. 11. Ex communicatione Nob. D. Joh. Conradi Pejeri.

Historia anatomica fœminæ, veneno, ut ferebat suspicio, peremptæ.

Die 17. Decembris 1676. in Xenotrophio cum D. D. Mauritio Hardero dissecti fœminam 25. ut existimavimus cuiciter annorum, pingui robustoque corporis habitu & magno præditam, capillis fuscis aut ad nigros vergeantibus & subcipis. Moriebatur repente cum antea putaretur sana. Postquam enim noctu cum aliquot Gallis in eodem conclavi decubivisset, ab usque potum quendam propinatum hausisset, postea diebus in Xenodochium rediens de maxima præcordiorum angustia querebatur, pauloque post cruorem ex ore fundens viam quasi suffocata finivit. Quoniam verò nec Medicus ad eam fuerat accessus, ut opem ferret; nec adstantes symptomata & quereles ejus accuratè observarent, idcirco de morbi aut mortis genere non certo definit quidquam possumus; id tamen relatam nobis fuit, ipsam cordis angustiam & concussionem, atque adeo mortis culpam, in potum à Gallis propinatum rejecisse. Ut autem viscerum constitutionem nosse daretur, cadaver ejus dissecaimus: a portoque abdomine notavimus ventriculi dorsum & pylorum universum extrinsecus admodum fuisse intectum Bile ex vesicula eò trans fodante, à qua etiam pylori fibræ jam corrodabantur. Idem ventriculus statu plurimum distensus tomebat, qui ex eo facta incisione cum impetu erupit: intus continebatur amurca nigra, cruenta & mucosa. Crusta ventriculi villosa alicubi detarsa & mucus interior omnis à parietibus detarsus erat. Pylorus exacte fibris se constringentibus claudebatur. Intestina tenuia, nempe duodenum & ileum quatuor in locis profusè rubicunda ac inflammata atque in grangrænam prope conversa reperimus: eodem se è modo, ut in dysenteria fieri assolet. Hepar pulchrè admodum rubebat, nec vitii quidquam in eo animadvertimus est; nisi quod Biliis in ejus vesicula valde actis & caustica videretur. Neque in reliquis abdominis visceribus lahes ulla apparuit.

In Thorace Pulmones adhuc aëre semi-pleni extu escabant, proinde ut ultimo halitu sèrem non omnem efflaverint. Idem à sanguine stagnante &

quasi sphacelato seu corrupto nigricabant. Invenimus quoque in sinistro pulmone lapillum seu calculum durum fabre magnitudine. Cordis ventriculo dextro inerat Polypus crassus ex albo rubescens: reliquam pectoris & pericardii cavitatem implevit aqua turbulenta & sanguinea carniom loturæ similis, quantitate unciarum circiter octo. Præter hæc nihil amplius investigare vacabat. Advertimus insuper cruorem in vasis sanguiferis plane atrum ac velut adustum fuisse. Partes generationi dicatas seorsim postero die in ædibus Excell. D. D. Harderi examinavimus, quas tamen nullo laborasse vitio comperimus. (Ovula in his manifestè conspicere potuerunt, quibus uterque Testiculus scatebat. Tubarum extremitates patebant laciniis plurimis ornata: Flatus immixtus per eas in uterum more penetravit eumque distendit. Cavitati uteri nil nisi mucæ paucillum inerat. Orificium internum hiabat.)

Hist. 12. Canis invito Domino vescebatur sebo, cui Arsenicum permixtum erat, d. 15. Jul. 1676. d. 16. Julii mortuus. Doct. D. Alexander Stokarus fœminæ cadaver aperuit. Circa stomachum in ventriculo superficiem rubram & inflammatam invenit, ibique ventriculi tunicas tenuiores debito: in fundo stagnavit amurca vappæ similis, foetida, cui sebi conglobati frustula immiscebantur. In fundo ventriculi & circa pylorum nullum inflammationis vestigium vidimus, intestina tenuia tribus in locis perforata erant, duobus in locis perforata ut facile faba transmitti posset: alibi ulcus pervium facile pollicem admisisset. Cavum abdominis continuit ichorem flavum, cruore tinctum cum amurca intestinorum contentis simili. Pectoris cavum implebatur sanguine grumoso obscuro, Ambo cordis ventriculi, Vasa majores & sicut tertius cerebri quoque infarciebantur sanguine nigro grumoso.

Clar. Joh. Faber Lynceus in Exposit. Animal. Belg. Hispan. p. m. 475. Cani drachmam Arsenici dedit, Antidoti probandæ gratiâ, confecta ex serpentum pulvere; multum tunc deprædicatæ. Antidotus nihil profuit. Canis post plurimas vomitiones mortuus contigit. Aperto abdomine ventriculus amplius admodum apparuit: intus rugæ & viles auro sanguine subducti. Existimat quod plus pinguis ad virus arsenici debellandum profuissent, quam antidotus ex serpentibus parata: Romæ enim juvenem robustum curavit, qui Risagalli pulverem in chartula repositum loco cinamomi pulmento insperit ac comedit, unde tormina & vomitus molestissimos passus est. Medebatur ipsi Phiseno Roman. & Mithridatis cum jusculis pinguibus & lacte eopiatæ exhibitis: his feliciter pristinae sanitati restituebatur.

Hist. 13. Ex communicatione Excell. D. D. Joh. Jacobi Harderi Basil. Prof. Publ. Celeberrimi d. 22. Febr. 1678.

Puellæ phthiriasi capitis affectæ 12. annorum circiter, arsenicum loco coccularum, baryo permixtum, per errorem capiti illinebatur: statim aborti sunt lævissimi dolores. Pharmacopæus, cujus famulos ob germanicorum vocabulorum assiduitatem delusus loco veneni contra pediculos, dedit mures necans, insidet caput squæ persuadendum esse. Verùm frustra, imò supervenerunt vigilie, totius capitis intumescencia, deliquia, inappetentia, febricula, delirium. Vocatus tardius Excell. D. D. Engelmannus suasit alexipharmaca, verùm & illa frustranea erant, fortè quia serios exhibebantur, venenatis atomis jam sanguini permixtis. Sexto die ab inunctione puella mortua est. Idem ibidem.

De Mercurio.

Historia. 1. Cani d. 16. Decemb. 1675. ante primam pomeridianam Mercurii sublimati serupulum dimidium carni involutum exhibui, quem avide devoravit; paulo post sursum deorsumque purgabatur; vomitu rejecta spuma & viscida mucosa erant: feces alvine pulvereæ & subflavæ. Alium bolum ex carne obiectum citra Mercurii inquinamentum odorabatur, attamen degustare noloit. Pedibus & ore ligatis, cane ad latus inclinato, abdomen in latere sinistro incidi, proripit statim ventriculus admodum inflatus cum intestinorum portione: diu intentus erant ad ventriculi contractionem: fiebat lentissime, incipiens ferè à pyloro, aut ejus antro: quandoque in medio à fibris circularibus contugabatur: contractis fibris rectis sulci superficiali secundum longitudinem, in fundo imprimis, exportecti conspiciabantur: presso ventriculo status per os elidebantur: mox tamen rursus statibus impletus fuit: Injecta aqua calida per gulam in ventriculum iteratis vicibus; semper illam cum mucosâ & spuma rursus evomit: in hoc actu ventriculus non admodum contrahatur: at diaphragma valde lucentiebatur ac si illud cum musculis abdominis vomitum plurimum promoveret. Intestinorum motus peristalticus itidem lentus fuit. Utrunque canis parum comederit diebus prægressis, nihilominus venæ lacteæ in conspectum venerunt, quibus circa pancreas *Astellii* pressis, noduli prominebant: Receptaculi quoque chyli portio trans diaphragma cum ductu thoracico chylo plena apparuit: eâ lauciatâ chylus promanavit, cujus superficies, oculi, ut loquuntur; pingues insatabant, ut jusculis carnis pinguisculis. Inflatum ductum prope insertionem bifurcarum inveni. Cane jam diu emotivo, reperitis inflationibus ductus thoracici, cor intumuit ac paulo post auricula dextra aliquandiu verè systole & diastole moveri incepit: similem motum observavi in crure diaphragmatis, musculo subclavio & in gula prope stomachum, qui nullo modo palpitans erat, sed ex vera contractione & relaxatione fibrarum compositus & alternans; ac si ab inflatione sanguis adhuc in vasis stagnans per arterias huc propulsus fuisset, & spiritus animales simul ulteriores perfisset, vel vegetasset: nam aer per ductum thoracicum inflatus non solum ad dextrum ventriculum, sed etiam ad sinistrum pertigit, unde totum cor intumuit, arteriæ coronariæ implebantur, imo pervenit ad cerebrum, cerebellum, meninges, ipsosque sinus durae meningis, quod aperte oculis usurpare licuit. Ventriculum cum portione gulæ & duodeni totum excisi: illo à stomacho ad pylorum inciso inveni unicum bolum carnis & mucum spumeum copiosum: eo detergo nihilominus superficies mirè anfractuosa protinus novo mucosâ pellucida oblinebatur: nullum ulcus observavi: stomachus amplius erat; pylorus multo angustior & contractior, vix parvam digitum admisit. Circa finem gulæ & circa illos chum aderant insignes fibræ carnosæ circulares, sub limbo pylori in duodeno rubro & quasi inflammato hastit mucosâ croceus. Ventriculum superne divisum maceravi fervida: tunicam fibrosam à nervea navigibus facile separare potui: nimirum fibras rectas & circulares se decussatim interfecantes; externæ rectæ, internæ circulares; utraque juncæ fibrillis obliquis & perpendicularibus: Circulares circa pylorum ejusque antrum & circa stomachum crassæ & robustæ. A tunica fibrosa ad nerveam proxima vasa sanguifera nervi emittentur, vasa sanguifera in plexum reticularem dirimebantur, nervi in tunicam nerveam expandebantur. Ablata tunica fibrosa anfractus omnes obliterabantur. Abrasa tunica

crustacea seu mucosa cultri manubrio, aliquot oscula rotunda apparuerunt, per quæ mucus transudasse arbitrabar; cæterum non similia erant osculis glandularum in ventriculo suo reperarum. Intestinis à duodeno ad finem rectis secundum longitudinem incisis in duodeno & principio jejunii continebatur mucus flavus concretus, hinc in toto jejunio & principio ilei mucus albus, in ileo mucus pellucidus concretus, similis gelatinæ, quæ ex amylo in aqua cocta paratur, in fine ilei similis mucus cum alio fluido & spumoso: Rectum prorsus vacuum & anfractuosum fuit. In toto intestinorum tractu arearum glandularum triginta & unam inveni: erant rotundæ & oblongæ: foris presso intestino & osculis glandularum rotundis prodit liquor pellucidus viscidiusculus; erant quædam magnitudine seminis mii, per microscopium conspectæ transparebant ac inflatæ margaritarum splendebant. Jejunum & portio ilei rubebant: in medio arearum glandularum maxiffesse aderat soperficiaria erofio. Venæ capillares intus conspiciuntur erant, ut & valvula *Kerkeringiana*. Mirum unde chylus in lacteis, cum intestina vacua essent, tum ob famem perpersem, tum ob mercurii vim purgantem? Ubi mucosâ à mercurio allecto? Inter tunicam fibrosam & nerveam in gula manifestæ conspiciuntur glandulæ. In vena cava à capite descendente & ab hepate ascendente ad cor sanguis in tenacem grumum coactus & splendide innigrescens erat, ut ceu culter ex vagina extrahi posset.

Hist. 2. Canem majorem, pellem, Tigris infar, pilis nigris gutturim conspersam habentem, cum *Excell. D. D. Henrico Sereia* plurimis diebus quotidie bis unguento ex pinguedine suilla & mercurio vivo parato, in capite, per totam dorsum, sub axillis & in inguinibus ubi depilis erat & ubi majora vasa sanguifera excurrunt, inopendendum curavimus; sc. à 3. Dec. 1677. ad 25. Dec. circa 11. Dec. aliquantulum salivare cepit, brevi tamen salivatio substitit: d. 15. Dec. in occipite non procul à vertice, tumor natæ similis emerfit, ab attactu dolens. Ubiunque locum inunctum attingere valuit litum mercuriale lambendo abligurivit. Toto hoc tempore nunc in aere aprico pluvio, nivoso aut gelido, nunc in hypocausto versabatur; semper vegetus mansit, hinc inde cucurrit: comedit: non magis quam ante inunctionem purgabatur: ultimis diebus ligna & ossa adhuc rodebat, non tamen tam diu ac antea consueverat: subinde tamen dentibus stridebat; aliquando ceu baculo percussus vociferabatur subito: abdomen quandoque tumidius apparebat. A 26. Dec. ad 2. Januar. 1678. postquam inunctiones intermittebantur, symptomata hæc cessarunt nisi quod adhuc dentibus strideret d. 2. Januar. mane mercurii vivi libram dimidiam cum quatuor uncis pinguedinis suillæ devoravit, acque ita lambendo patinam extersit, ut vix paucula granula mercurii suppetissent. Ab hoc mercurii vivi portione devorata nulla actio vel minimum laxa fuit: nec quicquam in excrementis p. n. animadvertendum fuit: Imo inde magis famelicus reddebatur.

D. 3. Januar. 1678. mane hora 8. mercurii sublimati drachmam cum micâ panis in bolum redactam dedimus, præsentibus *Excell. D. D. Sereia. D. D. Johan. Conrado Brunnero & D. Lic. Scherpho Durloccensi*. Vix quadrante horæ elapso magno nixu vomere cepit, primum mucum crassissimum tenacissimum, spumeum idque parvis intervallis novies. Prima vice frustulum panis crustaceum sine bolo ejecit, nec in tot vicibus ullum boli vestigium in vomitu rejectis animadvertere potuimus. Circa horam 9. decima vice mucum priori similem primo cruore tinclum, postea adhuc sexies, sed longioribus intervallis &

& magis magisque cruentum & ultima vice atro rubescens evomit: vomitu rejecta semper copiosa erant. Post quemlibet vomitum secessum, ubi cœca à magno labore feilus quiesceret, quiescit; inde non recessit nec pedibus conculcatus locum mutavit, donec ipsum irritamen internum denso sollicitaret & quasi expergeret: tunc enim in pedes surrexit, unum alterumve angulam elegit, ubi ventriculum vomituri exoneraret. Vomitum præcessit aliquoties pulsus quidam sonorus in hypochondriis, mox capite demisso, ridu amplo, os aperuit, & tanta vi, quasi omnibus nervis intensis, mucum egressit ac si ventriculum & omnia intestina eiecerat esset. Aliquoties quoque antequam cruentum vomuit, alvum solvit; primæ fæces erant pinguedo suilla pridie comesta, cui mercurius vivus permixtus conspici poterat, postea pultaceæ, etiam crassiores & in scibala coactæ, quibus quoque mercurius vivus & pills inserant. Circa 6. Vespertinam excrevit fæces cruentas, postea nigras & piccas: huius mercurio sublimato infarctus nispium comparuit. Post 6. horam per scalam tractus ultra stabulam perit, & pluribus passibus citra navigationem incellit: circa 9. placide decubuit ac si dormiret. Toto hoc temporis intervallo nunquam coarctabatur. Dum pransimus erupit, an è fonte biberit, referre non potuimus: repositus in stabulo stramine quietus iacubuit & compulsi ad primam stationem rediit. Omnia oblata fastidiit.

Die 4. Januar. mane hora 6. mortuum in stabulo adhuc calentem, artibus flaccidis, plane non rigidis, invenimus.

In cavitate pectoris nullum sanguinem extravasatum reperimus. Pulmones inflati erant, rubicundiores debito, maxime in latere dextro: in limbis illorum extremis ramoli sanguine turgidi conspiciunt: ibi quoque apparuit macula quædam nigra inæqualis, citra tumorem, aut duritiem, dimidio basio angustior. Cordis dexter ventriculus & auricula, vena cava ascendens, descendens, azygos & intercostales à sanguine distentissimæ erant: in sinistro quoque ventriculo & auricula multum sanguinis aderat, minus tamen quam in dextro: in aorta paucus sanguis occurrit. Sanguis neque in ventriculis neque in vasis majoribus & minoribus neque ullibi cohsit nec vel minimus grumulus inventus fuit. Ductus thoracicus & chyli receptaculum lymphæ cruentæ plena erant. Aperto abdomine plurimum sanguinis extravasati inter hepar & ventriculum in hypochondrio sinistro, ut & intra duplicaturam omenti circa ventriculum invenimus. Ventriculus & intestina plena & distenta, non tamen valde inflata erant: forte atrorubescens, in paucis locis minus rubicundo apparuerunt: cæcum solito non multum majus fuit: rectum verò valde turgidum & nihilominus sulcis rectis profundisque præditum. In reliquo cavo abdominis nullus cruor extravasatus videbatur. Venæ mesentericæ & porta sanguine admodum distentæ fuerunt. Vesica vacua & corrugata: Pancreas rubicundius solito: Lien atro rubescens: renes naturali colore tincti. Gula intus rubicunda & inflammata. Ventriculus, mucro cruento spumeo viscido plenus: similis mucus in toto reliquo intestinorum ductu conspicebatur: in cæco fæces pultaceæ flavæ cum pills: in recto fæces pice nigricantes & tenaces, nulla scibala, nulla vestigia mercurii vivi aut sublimati apparebant. Contentis sublatis ventriculus intus undique rubicundus & inflammatus, excepto antro pylori, videbatur: intestina à pyloro ad unum intestini recti itidem inflammata erant, minus tamen areolæ glandularum rubebant. Ablata juni-

ca fibrosa gulæ & ventriculi: inter illam & tunicam nerveam, sanguinem grumofum, extravasatum in plurimis locis reperi, ut & in plerisque intestinis inter has tunicas. In ventriculo & intestinis quoque crustacea rubebat, alicubi etiam abrasa, vel potius erosa, sed non penitus erat. Ventriculo & intestinis aliquandiu aquâ maceratis crustacea facile abscedebat: nervea, quamvis per totum ventriculum & in intestinis inflammata esset, nullibi tamen exulcerata, aut erosa conspici potuit. Antrum pylori & areolarum ambitus ab inflammatione immunes erant. Intra Cranium nihil p. n. aut insuetum visum fuit, nisi quod vasa sanguifera & sinus quodque sanguine turgent.

Hist. 3. Ex communicatione Excell. D. D. Sigismundi Konigs Physici Bernensis.

Non ita pridem Puer annos duos cum dimidio natus, hora quinta vespertina clanculum officinam Aurifabri subintrans, Mercurii sublimati grana circiter octo inglutiit, unde mox tormina sæva, ventris inflatio & salivatio excitabantur. Mox Excell. D. D. Konig vocatus protinus dedit Syrup. Emeticum cum succ. cydon. paratum: vomitu peractò, large ipsi lac caprinum cui mucilaginem sem. Pyllyi permiscuit, potandum propinavit. Inflatio & tormina brevi cessant ac noctu dormivit. Post 74. dies, Philis periculum imminens declinavit potu lactis caprini cum sem. cydon. & malvæ coctis nec hæcenus quicquam adversi passus est.

Historia 4. Castellæ nondum mensuræ d. 27. Dec. 1675. cum Exc. D. D. Heinricho Secreta hora 11. antimeridianâ dedi mercurii dulcis drachmam dimidiam: non diu postea fæces liquidas, pultaceas, pallide flavescens ex crevit. Hora 1. pomeridianâ siticulosa erat: lingebat manum admoventem lingua propè estucca; lac ori instillatum ayide deglutit: seu à mercurio dulci dolens voce admodum submissa vagiit: vegetior tamen perstiti castella illa cui nuper magister. Gialappa iuratus. Lac non evomit. Post 2. horâ pomeridianâ thoracem in sinistro latere incidit: pulmones exemplo vulnere, etiam costis digito diductis, aère pleni prorumpbant in inspiratione, nullo vacui metu, cum vulnus admodum parvum esset. Vulnere in abdomine sicto ventriculus distentissimus erupit, circa medium constringebatur, corrugabatur indeque anterius & in fundo inæqualis & quasi anfractuosa reddebatur sensimque parvus admodum evasit: gula distendebatur, nunquam tamen vomuit. Intestina lentissime movebantur. Dum pectus in dextro latere adhuc integrum erat, subinde adhuc vagiit fortiterque respiravit: ablato sierno nihilominus in inspiratione adhuc sursum costæ tollebantur: ubi verò diaphragma costis annectebatur illæ adducebantur & pectus inferius fiebat angustius. Diaphragma inspiratione planum, in expiratione convexum reddebatur. Cor subinde in motu subsistit: inflato ductu thoracico & hinc corde ventriculis, auriculis & vasis coronariis, valde rursus cor movebatur, imò ante quartam exemptis ventriculo, intestinis, hepate, liene non sine largissima hæmorrhagia & truncato capite cordis totius motus perstitit ad hor. 5. usque: auricula verò dextræ motus spontaneus fiebat adhuc hor. 8. noctis: ante 10. noctis irritata aliquoties rursus movebatur. Ventriculus prope omnino vacuus erat, nihilque præter mercurium dulcem grumulis involvum, aliosque grumulos lactis sinceris continuit: nulla prius inflammatio apparuit. Intestina quoque fere vacua erant; subinde in illis mucos paucus flavus, condensatus & aliquoties vena & pylori occurserunt: cæcum paucum humo-

humorem turbidum flavum, & rectum feces atro flavescens tenacissimas, quibus grumuli cum mercurio dulci permixtae erant, continerant: Nulibi nec circa areolas inflammata apparuerunt. Ex quibus conclusimus Mercurium dulcem minus ventriculo & intestinis insectum esse, quam Mag. Giapappae; minusque ferocissime quam illud in alia castella fecerat. *Idem ibidem.*

Erica baccifera usus an noxius?

Fructum *Ericae bacciferae* Matthioli largitus comestum capiti noxiam infert symptomata, atque deliras subsequi gesticulationes ratione nonnihil interurbata tradidit jam olim Johannes Thalius in descriptione *Hercyniae*, & ex eo Semertus L. de Venenis, sed cum planta haec in Cimbria nostra copiosissime nascatur, *Reffinger* incolis appellata (*Bauhino erica baccifera procumbens nigra*) & aestivo tempore baccarum ejus in alimenta plebeiorum cedant frequentissime, nullam cuiquam ab illis noxam illatam fuisse animadvertere haecenus licuit; imò ipse ego adhuc puer baccarum illarum sapore oppido delectatus plures aestivis diebus manipulos cupidissime quotidie vorare solitus sum, nullo sanitatis dispendio & juxta mecum alii propemodum infiniti. Aliquando memini me levem ex nimio illarum usu vertiginem sensisse, sed quae intra mediam horam desit, nullis comitata symptomatis aliis, ut necesse sit pro diversitate regionum baccarum harum vires admodum discrepare. *D. Olai Borrichii.*

Mors ex usu Hellebori albi.

Anno Domini 1670. in Autumno contigit Praefectam Domus Illustr. cujusdam hic Familiae adesse vetulam quandam, herbas venditantem eandem flagitans, quatenus illi purgans aliquod dare vellet, obedit illa, proque uno grosso aliquot frustula *Hellebori albi* extrahit, docet modum sumptionis, nempe infundendo radicibus per noctem vinum, idque vinum ebibendo. Sumit manè agra, vomit, purgat, nullo rei, quam sumit, conscio; Tandem praeter opinionem Apoplexiam tangitur, fit tumultus in domo, vocor ego, applicantur varia, nulla spes convalescentiae apparet, tandem venit in cognitionem rei, per ejusdem forem, quae agra, dum venenum emisit, adferat, & radicem in ollula demonstrationem, sicut omnia possibilia, ad excitandam agram, tandem spatio 24. horarum, nihil ullis Pharmacis proficientibus, cum conternatione omnium, moritur.

Scholion. Alexand. Benevenerius c. 51. de Abdit. narrat similiter Zesobium quendam quartana laborantem sumpto *helleboro albo* post 6. horarum spatium violenta morte sublatum fuisse, & cap. 52. alium sumpto *helleboro albo* sanguinem rejecisse, & tandem subsecuto vomitu frigido mortuum fuisse. Alium, qui ex ejusdem usu serè suffocatus fuerat, restituit *Forst.* l. 30. observ. 9. Ex vino rad. *helleb. albi* infuso liporhythmis & sudore frigido succedente mortem contigisse *Gabelhofer.* Cent. 2. Observ. 76. attestatur. Solent unguentarii & septifarii impudè vendere easdem radices, vocant *Niesacklein*, quas quia levissimo pretio vendunt, mortes à plebeis saepiusculè devorantur; sed non raro, si non ipsam mortem tamen symptomata enormia, inappetentiam, Cardialgias saepissime excitatas fuisse, in Praxi me observasse memini, ut severiore Magistratus scutica coercenda esset licentia dividendi remedia talia deleteria. Rarissimum namque an per consuetudinem, an per Idiosyn-

crasiam *Thrasiam Pharmacopolam*; & pastores in *Gracia*, integros manipulos *hellebori albi* absque noxa devorasse, memorante *Theophrasto lib. 9. Hist. plant. cap. 18.* Et de *Eudemio Chio Camerari.* Centur. 10. *Memorab. §. 24. pag. 31.* qui *Ellebori albi* 22. potiones una die accepit, nec tamen per vomitum & alvum purgatus fuit, quod ita se paraverat longa assuetudine crescente paulatim *Ellebori* mole. Quomodo *helleboro albo* tela olim venenata facta fuerint, cuius venenum ubi recenti sanguini in vulnere permixtum, lethale fiat, vide experimenta facta in praesentia S. Caes. Maj. *Ferdinandi I. ex Cratonis Epist.* 139. à *L. Scholtzio collecl. Camerari.* Centur. 10. *Observ. 79. memor.* & in causas cur sanguini non carni noceant, inquit *Cass.* à *Roies in Campo Elysi.* qu. 63. §. 65. 66. *D. Job. Jac. Wenz. ceslat Dobrzensky à Negroponte.*

Singulare symptoma à Veratro albo productum.

Quando Divinus noster *Cous* pronuntiat *mae-pair* à *Melopo Sardois*, non id vult, omnibus periode convulsiones ejusmodi lethiferas esse, quemadmodum sagaciores interpretes odorati sunt, sed periculosas, eoque Medico formidandas. Certum enim est, nec id *Hippocrates* ignorare potuit, post tristes ejusmodi symptomata plures, licet agra, *Libitinam* evadere. Quin nec omnia symptomata à *veratro albo*, utcumque funestiora esse soleant (nam *Hippocrati* nigrum fuit familiaris) mortem invehunt, sed aliquando subitam salutem, quam tamen ita periculosè mercari non suaserim. Solet vulgus *veratri albi* radicem cum cinere culinario, & momento aluminis, atque *Zingiberis* permiscere, atque mixturæ hujus (*Pharamundo Rhumelio*, ut video, etiam laudatae) drachmam febricitanti ingerere, unde praeter caetera, quae ab usu *veratri* nimio proficiscuntur symptomata, notavi miram oculorum convulsionem succedere, namque invertuntur planè oculi, & pars, qua videmus, retro fugit, bulbusque duntaxat albus inspicientibus apparet. Durat illa caecitas horam circiter unam, & tandem rejecto per crebras vomitiones *helleboro*, discutitur, febris cedit, & sanitas expectata revertitur. Hoc illi vocant, duro nodo durum querendum esse cuseum; sed nisi salva omnia sunt in pulmonibus agra, cuseus tandem esse potest, qui vitam ipsam è corpore tabido extrahat. *D. Olai Borrichii.*

De Hyoscyami noxis & virtutibus.

Nuperrimè d. 3. Jun. An. 1671. infans 2½. annorum in pago vicino à meridie accepit ab infante vicini globulum unum & alterum *Seminis Hyoscyami* recentis, quo assumpto & comesto statim somnolentia quadam correptus est, cumque parum dormivisset, facie rubuit, deliravit, & quasi stupidus, nec verba proferre coherentia, nec adstantes agnoscere potuit, cum maxima, quod ex gestibus apparuit, anxietate. Consultus eadem vespere, propinavi i. tart. emet. g. 1. 2. tinct. *Bezoard.* nostr. gtt. 18. singulis 5. horis exhibendis, hinc egesta parte noxia, & discussis vaporibus, sequenti die optime habuit, & penitus coavaluit.

Ante aliquot annos in vicino oppido similis casus contigit cum radicibus *Hyoscyami*. Colludentibus quippe 6. circiter pueris, fit, ut radices è terra evellant, gustent & comedant. Domum reversi decumbunt, unusque statim moritur, varia symptomata urgent, incassum adhibitis *Alexipharmacis*. Tandem Medico diligenter in causam inquirente, unus adhuc radicem talem monstrat, & rem

rem totam refert. Quo cognito, acida propinat, unde sensim deservit symptomata, & reliqui convalescerunt.

In vicino etiam pago alio, cum Semen Hyoscyami comestum esset, dato vomitorio, excreta sunt co-pus Hyoscyami mucilaginosum & tenax. Gemma hic est Observatio Helmontii, qui *l. jus duum vir. §. 22. p. 187.* vidit dementiam totalem à semine Hyoscyami ad 5ij. loco Sem. Anethi caustico Colico dato, & vomitivo intra semi horam curatam.

Ut verò patris quoque causam veneni Hyoscyami tangamus, quod à *φύσησιν αὐτῆς ἀποκαταστήσεται*, quo qui veniunt, apud se non sunt, teste Socrate apud Xenoph. de admin. domest. p. 648. Præsupponi tanquam notus potest 1. Hyoscyamum, maxime quoad Semen, plurima polere mucagine, quod ut alia taceam, probant Observationes tum Helmontii, tum aliorum, adsumptum illud mucagini totum involutum, dum adhuc in stomacho hæsit: per Emerita fuisse excreta, unde etiam est, quod ob conjunctam hanc oleosæ substantiæ mucagine, & profundius materiæ immeram, licet destillationi subiciatur, oleum exinde de destillari nullum possit. 2. Eundem Symplicibus tetrivaporibus ab excrementis & terrestri humido & mixtione ortis, abundare, quod vel solus virosus odor probat. 3. Ipsum denique si gidam esse in eminentiori gradu.

Cum itaque, proprie loquendo, in mundo non detur venenum, nisi respectu caloris nostri, confectarium est, Hyoscyamum ut alimentum eundem augere non posse, sed ut medicamentum quidem alterare, ob dictas verò partes heterogeneas, ut sic mixtum, eundem corrumpere & destruere aptum natum esse. Hinc quod in eo mucilaginosum est, ultra debitam quantitatem, præsertim recente herba adsumptum; sensum nervorum stomachicorum obtundit, poros obstruit, (quantus autem horum cum capite sit consensus, dicere non audeo.) & accedentibus vaporosis effluviis eos sem peregrinis atomis inquiat, quibus cum spiritibus animalibus remixtis, non potest non summè turbari Oeconomia animalis.

Contra ea, si prudenter & circumspectè in usum trahatur Hyoscyamus, tum internè, tum externè patetogica & sistente vim egregie exeret, v. g. ut paucissima solum h. l. feligam, Semen in Hæmoptysi datum probatissimum est experimentum, si in pulvere Hæmatis, vel alio modo propinetur, id quod præter nostram frequentem experientiam dudum Pergamenus, & ex receptibus Platæri lib. 3. Observ. pag. 741. adnotarunt.

Externè ut denique doloribus Sympatheticis est, dicente *Goelenio Comment. in Apollin.* ita à foliorum & seminis Hyoscyami ulu externo, scil. impositis illis. Podagricos incredibiliter adjuvos, re ipsa se comperisse dicit *Thomas Erastus Disput. de Nervos.*

Quantum opis adferat, cum dolorum Ventris Scorbuticorum fa. es accenduntur, videri potest *l. Travinus elegantissimo de Arthrit. Scorbut. sect. 8. pag. 315. seq.* Taceo jam selectissimum Oleum expressum, quod cum basis plurimorum externorum unguentorum voto vires tota die damnat, Sileo Emplastrum de Hyoscyamo summè proficuum, quod ex succo ejusdem & oleo cum basi Emplastrorum communi consistit, & nobis in familiari & felici usu est, viribus laudatissimum. Omitto, ne nimis excresecat hic discursus, Balsami sulphuris cum oleo hoc, & consequenter ex Emplastr. Di sulph. paratum, non minorum virtutum. Oleum Hyoscyami sibi utilissimum in penis & cervicis ulcere expertus est. *Saguer. Sch. in Pharm. Fernel. (D. Georgii Wolfg. Wedellii.)*

Tom. IV. Pars II.

De radicibus Hyoscyami per errorem coctis, infeliciter comestis, truculentaque symptomata producentibus.

Cum Dominus Basilius Czolnerus, p. m. Phil. Magister, & Medicinæ Baccalaureus Clarissim. Gymnasii nostri ultra novem lustra Phil. Profess. Corector & tandem Director longè meratissimus, Præceptorque meus æternum devenerandus, in ædibus suis multos commensales studiorum causâ ibidem commorantes aleret, accidit anno 1636. præterpropter, ut coqua domestica radices hyoscyami & pastinacæ factivæ per ignorantiam in horto ob radicem similitudinem una erutas, sibi que aliatas, cum carnibus bubulis elixaret; de quibus, quotquot comederunt (fuerunt autem quatuor juvenes studiosi & ipsa coqua) mox omnes magnam mentis perturbationem & emotionem passi sunt, & quasi furore perciti, primum jurgis, dein verberibus se exceperunt manifestis, & nisi vi abacti forent, forsitan ad interfectionem perventum fuisset; Postmodum miras in singulis observare licuit, secundum cujuslibet naturæ instinctum, gesticulationes: unus instar hysteronis semicaligatus, vocatus tamen, Dom. Hofpiem accessit: alteri omnia, quæ tantum in conspectum veniebant, ut Mida, aurea esse videbantur, etiam cibi mentæ apposuit: tertius homines porcos esse stavebat, quos pridè in horto confexerat, quasi à Circe in eos commutati essent, propterea ædibus expellendos jubebat: quartus instar alterius Martis tetricus & quasi furibundus cum depravata bombarda, quos ador ebatur, trucidare intendebat, eaque vi ablata, isdem oculos ertere volebat; coqua autem seo sim in lecto detinebatur, & sopore obrupta, quid cum ipsa & aliis agebatur, ignorabat, ac nisi eadem obsonium degustasset, suspicionem propinati veneni incurrit. Sed adhibitis ab excellentissimo p. m. Do. D. Georgio Mochingero, Antecellere & Collega nostro per ætatem honorando, idoneis remediis, pristinae sanitati restituti sunt. De hyoscyami generibus ita scribit *Dodonæus histor. stirp. pempt. 3. lib. 4. cap. 21.* Hyoscyami tres veteribus sunt; niger, luteus & albus; posterior ætas Peruvianum quartum adinvenit. *Dioscorides de mater. med. lib. 4. cap. 64. & lib. 6. c. 15.* testatur, hyoscyamum potum, & in cibo sumptum ebrietati similem amentiam facere. *Plinius lib. 35. natur. hist. cap. 4.* etiam follis mentem corrumpi ait, si plura quam quatuor bibantur: mitior autem habetur candidus, quem Medici, secundum Dioscoridem recipere, deinde luteus, niger ut deterrimus improbatur. *Galenus de simplicium medic. facult. lib. 8. edit. Venet. p. 63.* nigrum etiam insaniam ac soporem afferre affirmat: Hincque flavum sive luteum propinquam obtinere facultatem: fugiendum utrumque ut inutilem & venenosum, candidum ad sanationes maxime idoneum esse. Adde citatis doctissimos commentarios *Matthioli in Dioscor. de mat. med. lib. 4. cap. 64. & lib. 6. cap. 15.* prædicta clarius explicantes. Cujus autem generis noster fuerit, impossibile est indagare: Sed curiosus Lector credat velim certissima esse, quæ scribimus; vivunt enim adhuc historiæ hujus testes fide digni & coqua ipsa, quæ postea prædictorum sodalium uni nupsit, ac jam in vicinatis flatu vicinam nobis ædem inhabitat. *D. Simonis Schultzii.*

De Napello.

In Ephemeridibus II. Anni de Napello in Observ. Excell. D. D. Bernhardt à Berniz legi, quod innoxie sumptus fuerit. Certum est, herbas ex montibus

Qq

tibus

ibus Carpathi's allatas & domi inferas, mansuere plurimum: Interim memini, dum in Polonia versarer, & apud Gen. Dominum Joannem Bronki morarer, qui hortum speciosum habebat, quod cum eundem Napellum, ex montibus Carpathiis allatum & transplantatum, ex horto illius accepissem & famulo meo nobili Polono ad hospitium meum in agro Luclaviano in submontana Regione deportandum dedissem, illi manus sinistra, in qua portabat Napellum, tremere, primò paululum, postea vehementius inciperet, & ille in animi deliquium cadere coepit, ita ut Theriacâ acceptâ venenum hoc, quod per arterias cordi se insinuaverat, abigere opus haberet. Ille autem servus plicâ laborabat. Unde liquet, non ita facillè Napellum naturam exuere; etsi enim in his, quibus calor natus fortior erat, tam facillè veneni sui ex transplantatione reliquias expandere non permitteretur, nihilominus cum in debilibus, & à morbo contagioso pressum incidit subjectum, quantum vis veneni valeret, & adedò innocuum se non esse demonstravit. Fuit Kefmarkini civis, qui Carpathios montes frequentare solebat, qui radices Napelli in pulverem redactos drachmæ pondere Tertianâ & Quartanâ vexatis exhibuit cum commodo. Languerant autem ægri plurimum ab ejus fumione, quod tamen ille non curabat. Unde crediderim, Napellum Carpathii montis non adedò venenosum esse, uti ille, qui in Hercynia Sylva crescit, cujus scrupulus unus statim interimere dicitur. Imò idem ille Napellus nostras cani duarum drachmarum pondere exhibitus, ferè quidem ad internationem dedit animal, Theriacâ tamen exhibitâ evasit; quævis per totum diem lassum jaceret. *D. Joh. Patersonii Hain.*

Napellus in Polonia non venenosus.

Scribit *Ulyss. Aldrovandus in Historia Serpentum & Draconum lib. 1. pag. 41.* animalia in uno loco venenosiora, in alio omni proflus careere veneno. Id exemplo Plantarum, maximè Napello comprobatur, qui in jugis Alpium nutritus, vires admodum noxias excercet, delatus autem in hortos, parum suis venenis operatur. Et *Pet. Joh. Faber in Panth. lib. 1. cap. 43.* ita scribit: Cicuta etiâ & Napellus, quæ versus meridiem, in montibus scil. Pyrenæis, venenata sunt, si transplantentur versus loca Septentrionalia & humida, exuunt omnem malignitatem & comestibilia fiunt, mutato scil. transplantatione temperamento, quemadmodum (ut ego ipse vidi) in Britannia, & in hortis civium Rhedonensium, qui Napellum in hortis suis colunt, nullâ noxâ & incommodo. Quis nescit? Quod Mala Persica, quæ apud Persas & ferè per totam Asiam venenata sunt, & lethali plena succo, in Europam transplantata, vitali abundant Nectare, & nullam veneni sapiunt qualitatem. Hujus rei evidens & domesticâ comprobatur experientia adjungo exemplum.

Magnif. Dom. de Casar, piæ defunctæ Reginae Ludov. Mariae Thesaur., famulum habebat, qui aliquoties in septimana in horto, sub arce regia, pro domino suo diversa olera & species herbarum (inter quas & folia Napelli permixta) colligere solitus erat, ut ex illis jusculum, Gallicum (Potage dictum) fieri posset, quo jusculo postea non solum Dominus ejus, verum & alii commensales sine noxa vel aliquo subsecuta molestia, sæpissimè utebantur. Hoc factum est plusquam decies, Hortulanus interim ex caulibus nudis Napelli (quem anno elapso ex montibus Carpathiis Hungariæ, curiositatis causâ, in hortum Regi transportaverat) animadvertit, quod folia illius plantæ, semper fuerint decerpta, rescire volens authorem facti, socio suo mandavit, ut inten-

tenderet rei hujus, quod & factum, tandem servum prænominatum more solito folia Napelli cum aliis herbis pro jusculo parando colligentem invenit, quem Hortulanus advertens verbis durioribus admonuit, dicens, quod folia illa esse nociva, & sumum venenum, famulus verò subridendo respondit, vos Poloni & Germani nescitis, quid vobis sanum vel nocivum sit, & quid bene vel malè sapiat, interim colligere dicta folia continuavit. Hortulanus tandem videns, nullis se nec bonis, nec malis admonitionibus illum removere posse, adit ejus Dominum, ac illi, quæ facta fuerant, narravit, famulum accusando, Dominus perterritus *Severiff. Regina* totam historiam recensuit, quæ etiam tum curiositatis, tum veritatis causâ, ipsamet accuratius inquisivit, rem ita se habere experta est, postea alia Magnatibus & abstantibus eandem narravit, sic non solum à Medicis, sed & aliis personis conclusum est, Napellum ex loco sive solo suo nativo in hortum transplantatum, omnem indignitatem amisisse, & quod Napellus in locis Septentrionalibus frigidioribus non venenosus sit tam quàm in Italia & locis calidioribus, præstat tamen ut ab usu ejus abstineamus potius, quàm curiositate ducti, periculum aggrediamur.

Scholion. Quod Napellus à tota substantia sua summum sit venenum & perniciosum, ejus facultates & vires, in necanda hominibus & quadrupedibus, adedò immanes & perniciose sunt; ut vix etiam approbatissimis Antidotis succuri possit, nisi confessim, & sine ulla mora applicentur præsidia, ex sententia Medicorum ferè omnium est notum, hoc enim proprio experimento, & uno alterove exemplo, in personis aliis ad supplicium condemnatis, confirmat *Matthiol. lib. 4. Diosc. cap. 73. Dodonæus in Hist. Stirpium pemp. 3. lib. 14. pag. 443.* ejus malitiam miserabili exemplo Antverpiæ olim compertum, similiter approbare vult. Cum enim ab imperitis hujus inter acetaria illatæ essent radices, omnes, qui eas ederunt, mox sævissimis & horrendis correpti fuerunt symptomatibus & brevi vitam cum morte commutarunt. Radicem Napelli esse venenosam, confirmavit censura Clarissimorum Medicorum Hassiensum id *Cista Medica Cl. D. Bartholini pag. 609. Avicenna lib. 4.* scribit, quod tanta hujus veneni sit vis, ut eo telorum mucrones imbuti, lethalem vulneratis noxam adferant. *Rev. Pat. Athanas. Kircherus S. l. in Mundo Subterraneo Tom. 2. Sect. 2. cap. 2.* vult, quod plantæ ejus venenum adedò sit malitiosum, ut etiam umbra illius hominibus & animalibus nocere soleat. Exemplum adjicit de duobus pastoribus, qui Tibute non ita pridem sub Napello in Monte Januario mortui reperti sunt, non aliunde scribit, quàm ex veneni, quo dictus frutex turget, vapore extincti.

Symptomata ab assumpto Napello (ex relatione *Matthioli* & aliorum Authorum) sunt terribilia hæc sequentia: Nempè intumescencia labiorum, linguæ & totius faciei, prominentia oculorum, gravias pectoris, compressiones cordis, tremor partium, vertigines, syncopes, horror, mania & lethargus, quæ omnia accedunt, & si intoxicatus evaserit, febri Hæctica tamen miser corripitur.

Cæterum ad Napellum & ejus species accedunt & aliæ plantæ, maximè species Aconiti (quorum genera veteribus potissimum sunt duo, Pardalianches scil. & Lycostonum sive Luparis, de quibus vide *H. fl. Plant. Universal. Tom. 3. lib. 34. pag. 654.* quæ omnia sunt venena & intrò sumi non debent. Causæ hujus veneni in istis plantis volant Auth. esse, quod omnem venenosum succum, per terras vicinæ partis diffusum, attrahens in succum suæ naturæ confectaneum, videlicet veneniferum convertit. *Credi.*

Credatur herba hæc in fabalis ortu à spumis Cæteri, canis infestis, nempe ob præsentissimum, quod herba hæc transfusa sit, venenum omnium, scilicet ut loquitur *Plinius lib. 27. cap. 2.* Ocyssimum: Quod Aconito tactis generalibus, toemiaci sexus animalium, eodem die mortem eis inferat, qua arte dicitur Calphurnius dormientes uxores interemisse, ut earum frueretur hereditatibus divitiisque sic compararet, quod olim ei obicit exprobatique Marcus Cælius.

Necat Aconitum Scorpiones, Pantheras sive Pardas, unde *Pardalianebes* nominatur, perimit etiam Lupos, unde dictum est *Lycostomum*, id autem præstat malefica erosione, & putrefactione partium à calore malignissimo, ita ut etiam animantes, quæ devoraverint carnes Aconito tactas aut confectas, pereant ac emoliantur. Unde Poëta Satyricus eleganter.

---- Sed nulla, inquit, Aconita bibuntur
Fidilibus, tunc illa time, cum pocula sumes
Gemmata.

De Remedio adversus perniciosum hoc venenum, scilicet Napelli, Aconiti & similis speciei, recommendantur Rad. pulverisatæ Anthoæ & Contrajervæ à ʒj. usque ad ʒj. cum Theriaca, Mithridatio, Orvietano, seu Confect. Hyacinth. vel alio vehiculo seu Antidoto permixtum. Sunt qui succum Raphani intus assumptum, tanquam certissimum remedium decantare volunt. Plurimum prodesse aliqui volunt Lap. Bezoar. ver. Oriental. quod & *Matthiol.* exemplo singulari in duobus Reis comprobatum ostendit in *lib. 4. cap. 73. in Dioscor.*

A viceniam hic etiam adduco, qui cum aliis remediis (venenum ipsum prius vomitione redditum) murem Napello enutritum commendat, de quo hujus feculi Auctores minus conveniunt. Hi sunt enim qui murem, alii verò qui muscam cærulei coloris in floribus Napelli inventam esse contendunt, de quibus vide *Matthiolum* in loco superius annotato. *Lobel. in Advers. Scirp. p. 320. Dodon. in Hist. Scirp. sem. 3. l. 4. cap. 12. Historiam Plant. Univers. Tom. 3. lib. 34. pag. 654. & alios. D. Martini Bernhards à Berniz.*

De vomica & Arsenico cani innoxiiis.

Arsenicum primi subfellii esse venenum lippis & gonforibus notum. Hinc in quidam Officinis Pharmaceuticis capsula, quæ continet arsenicum, ita reperitur insignita: *Cove Arsenicum inest.* Noces etiam vomicæ (*die Kraben-Aenglein*) canibus felibusque paratissimo exitio sunt. Dabamus cum Barone cuidam cani venatico numero plures noces vomicæ in diversis cibis, & nihil nocebant. Amicos quidam à vicini cane molestabatur mille modis, erat autem molossus, jubebam, ut confugeret ad noces vomicæ, at canis sine noxa eas devorabat: spe nostra sic elusa, porreximus arsenicum, sed & innoxie tertia vice adsumsit, & ne culpa in arsenicum redundaret, è tribus diversis locis procuravimus. Veneficii suspectum cum haberent canis dominum, & hic aliquid veneficii subesse flagrabant, an autem naturaliter fieri potuerit veneni hujus adsumpti concocto innoxia, curiosorum judicio exponitur. Interim homini nocuit arsenicum exterius applicatum in ulcere, ut annotavit *Tenzelius in ternario becardior. pag. 276.* item famus arsenici Pharmacopole, annotante *Timæo von Guldenklee l. 7. cap. 2. D. Samuelis Ledelti.*

De veneno Bufonis feliciter curato.

Puer 16. annorum Bufonem lapide petens, sem.
Tom. IV. Pars II.

per eundem lapidem in manum reassumens, qui veneno Bufonis infectus, hinc & ille Puer contraxit sibi hoc malum, ut utraque manus intumuerit, & alter pedum ad naves retractus, totum corpus tumidum & magnum, asthma præcordiale. Dediti præter de nostra theraca ʒiʒ. cum liquore: hinc Dei auxilio plane restitutus: Tumidis manibus admovit Bufonem exsiccatum, hinc & illæ detumuerunt; Die 3. restitutus fuit, ut in publicum egredi potuerit.

Cantharides innoxie sumptæ.

In Superiore Hungaria, ultra fluvium Tibiscum sæpissime Hungari novo laborant morbo, subito ipsis intumescit collum, post ingens succedit calor in capite, tandem in totum corpus transiens: ii qui non statim remedium adhibent intra 4. dies pereunt, morbus ipse ad speciem hydrophobiæ accedit. Curam tali modo influunt: Assumunt pro una vice Cantharid. pulveris. anm. ʒo. in pulvis epotus ipsis interdum largam sudorem, interdum copiosum urinae fluxum excitat, citra ullum tamen dolorem. Hoc remedium in Germanis & aliis Nationibus vix esset imitandum Hungari verò ultra Tibiscani durissimæ & solidæ sunt naturæ, putant si si integræ sumantur Cantharides absque noxa fieri id posse, quod pedes Cantharidum corporis venenosi antidotum sint. *Dom. Spilenberg. Litt. è Leuschoy. ad D. Sachsum.*

Scholion.) Cantharides, vulgo Muscæ Hispanicæ dictæ, hæcenus apud Practicos male audiverunt, quod intra assumptæ facile urinas cruentas, dolores atrocissimos ventriculi, ventris, renum & totius corporis excitaverint. *v. Lang. lib. 1. Epist. 47. & Hildan. Cent. 6. observ. 99.* imo saltem externe copiose applicata eadem attulerint symptomata. *Hildan. l. 1. observ. 98.* Ad hydropem tamen easdem commendat *Zacut. l. 2. Hist. Med. dub. 67.* in pello ad expurgandum album fluxum. *Hippocr. de super. Ed. Lind. Tom. 2. pag. 660. 23.* ad Ischuriam cum ol. amygd. *d. Zacut. l. 1. pr. Adm. observ. 32.* in Infuso tutius exhiberi quam in pulvere censet *G. Hier. Welsch. schol. in observ. 89. Rumlero pag. 53.* In Gonorrhœa præprimis virulenta: Practicum quendam Lugduni Batavorum, solis cantharidibus multos feliciter curasse, quæ in vino fuerint maceratæ, addendo adhuc alpinum, infusionem temperatam refert *Matth. Jacobus Matthiades apud Bartholin. Cent. 4. Epist. 53. pag. 343.* Sic communicavit mihi ante aliquot annos ex India Orientali rediit Chirurgus noster *Job. Georg. Hanke Uraislav,* methodum curandæ Gonorrhœæ, in Provincia Donquien admodum familiarem, sumunt flor. hyperic. m. j. ocul. cancri. Unc. h. coq. in 2. pint. vini è cado exsillantis (*troffoder Leckvorn*) post sumunt Cantharid. ʒij. in pinta una Spiritus vni digerunt, post commiscunt, cum vino & parum de hac mistura internè exhibent cum aliquot cochlear. aq. plantag. Pariter Cantharides in lotii suppressione & Gonorrhœa virulenta laudat *D. Jacob. Fr. Kozbo* Medicus apud *Bartholin. Cent. 5. Hist. 82. pag. 491.* si in Spiritus vini infus. digerantur & per chartam bibulam filtrantur, ne quid de ipsa substantia simul transeat. Præprimis observanda est cautela de usâ Cantharidum, quom adducit *Excell. Bartholin. Cent. 4. Epist. 54. pag. 346.* Infusum inquit Cantharidum in Gonorrhœa virulenta & ischuria non semel cum felici successu expertus sum; notandum verò, ne noceant Cantharides (pro interno usu) integras esse sumendas, quia extrema quæ refecantur sunt alexipharmacum ventris. *Gal. lib. 2. de Antid. cap. 7.* si externa & ubi vesicis exulceranda cutis, tunc extrema adjiacienda, in quibus benignior facultas latet, & hæc servandæ sunt pro infuso vias urinae expurgaturo, quod

Qq 2 infusum

infusum legitimo modo mistum, nunquam vidi vel cruciatum vel vesicæ exulcerationem provocasse, ut nec pinguioribus abstergentibus opus fuerit.

Cum puer per malitiam 12. Cantharides devorasset, curatus fuit & mortem evadere visus est quod integras eas devoraverit, non verò in pulverem reductas. *Hildan. cap. 6. observ. 99.* qui quoque, *observ. 98.* eam ponit cautelam, ut Cantharides nunquam pondere sed numero præscribantur, adeo leves etenim esse, ut earum 50. vix drachm. j. ponderent.

Solent aliàs Cantharides pulchro colorum lenocinio esse spectabiles, quales Lipsiæ cum Museo Rariorum Naturalium transiens Gallus *D. de Forger* Anno 1652. mihi monstrabat ex quatuor mundi partibus collectas, ubi recorder Africanas pulchritudine reliquis palmam præcipuisse. Et laudat *Dn. de Monconny in itiner. Germ. Tom. 2. p. 3.* Cantharides, quas Ulissingæ viderit in Museo *Dn. Delcorné* cistulis asservato unà cum muscis variis, papilionibus, & aliis insectis aëtatibus. *D. Davidis Spilenbergeri.*

De Cantharidibus innoxie sumptis.

Refert *Excell. Dom. David. Spilenberger. Litt. & Leutschovia Hungar.* ab Ungaris ultra Tybiscanis Cantharides conquiri potissimum ex arbore Fraxini (unde in Hungarica lingua vocantur *Konrös feregh. Eschen-Würmer*) & quidem maxima in copia colliguntur mense Maio aut æstate contra venena rabidorum animalium, & asservant in aceto fortissimo. Si homo, equus, canis, vacca, aut sus à rabido animali demorsa, exhibent homini num. 1. 2. 3. vel 5. animalibus verò in maiori copia, integras quidem cum alis, pedibus & capite in Spiritu compropinquant, aut cum iheriaca vel pane. Relatum sibi ab iis qui 2. 3. assumpserunt, nec dysuriam, nec mictum sanguineum excitatum fuisse, solum urinam copiose integra die nocteque profluxisse, & hoc testantibus, qui easdem contra morsum canis rabidi sumperant. Sed miranda horum Hungarorum natura, quorum natura tam fortis, ut grana Cataputiæ vel Ricini 36. assumere possint absque noxa.

Scorpio coctus innoxie devoratus.

Venenata animalia sine ullo damno nonnunquam devorari, ex autoribus constat. Quidam devorant sine noxa serpentes. Galenus *de Theriæ. ad Pisonem* Plinius *lib. 6. cap. 29.* Borell. *Observat. Medic. Phys. pag. 134. & 350.* Sic viperæ multis in locis in deliciis habentur, & earam usus nonnullos morbos curat, ut videre licet apud Sennert. *De Febris pagina 445.* Thomam Bartholinum *Epist. Medic. pagina 134.* Bald. Anglum *Abbatium de Viperis pag. 24. 59. 62. 73. 87. 88. 95. 112. 114. 139. &c.* Aetium *lib. 2. cap. 170.* Paulum Æginetam *cap. 35. lib. 5.* Galenum *lib. 2. ad Glaucen. & de Aliment. lib. 3. cap. 3.* Aretæum *lib. 8. cap. 13.* Plinium *lib. 7. cap. 2.* Jacob. Wecker. *Antid. Spectal. lib. 1. cap. 19.* La selva di varie lettioni di Pietra Messa *pag. 252.* Matthioli. *Epist. nuncupat. Kitcher. Mund. subterr. pag. 2. pag. 132.* *Sachf. in seq. Gammarol. cur. part. 1. cap. 20. pag. 458. & ibidem in Epist. Excelent. Dn. D. Jol. Theod. Schenkii Prof. Jenens. ad Dom. Sachf. pæ. 943.* Balthaf. Bonifac. *lib. 27. cap. 6.* Quidam Scorpiones absque noxa deglutivit. Thom. Barth. *hister. 95. ee. v. 4. p. 418.* Sic rusticus quidam in valle Telina Anno 1663. mense Julio illis, qui vineam laborabant, præntium præparabat ex farina in aqua ebulliente coctâ, quod ferculi genus ab illis Polenta vocatur. Accidit autem, ut quidam Scorpio in farina latitans simul misceretur coquereturque, rusticus comesta illius polentæ particula percepit, se scorpionem per medium intercidisse,

& simul mediâ ejus partem devorasse. Hic improbus exinde sibi mortem certo curtius imaginabatur: ne vero solus moreretur, reliquis, nihil dicendo, alteram partem polentæ unâ cum altera medietate scorpionis dedit, qui ex inadvertentia illam simul ingesserunt, sed etiam absque ullo damno. Rusticus hoc videns, factum postea narravit. *Dom. Caspari Theophili Bierlingi.*

Salamandra cocta innoxie comesta.

A porcis sine omni detrimento Salamandram devorati, *Franc. Hist. Animal pag. 294.* meminit. Sic femina quædam levis animi in valle Telina Salamandram in pulmento coxit, quot deinde marito, ut eo citius ultimum obiret diem, ad comedendum apportavit, sed & ille pulmentum absque ullo superveniente malo vel symptomate manducavit. Hinc experientiâ constat animalia venenata non uno eodemque modo neque toto corpore, singulisque partibus noxam hominibus inferre. Viperæ & serpentis morsus Scorpiones icu, bufones mictione nocent. Si studium adhibeatur, ut ante dicto modo virus tuum communicare non possint, non ita damnosa & venata, *Ex eodem.*

De aculeo piscis Fosing.

Cum An. 1674. ad littus Abrahamstroppianum spatiarer, magno ululatu reboare omnem oram audivi, causa erat piscator, qui cum luce manus jacturam mox, ut putabat refecandæ ingemuit. Accedo, pulsum observo naturalem, manum utramque vegetam, nisi quod in apice digiti mediæ cutis cum rubore in tumorem elevata, magnisque dolor totam manum sensim invadaret. Querenti causam? refertur frequentem esse his littoribus piscem, quem incolæ Fosing vocant, lapidissimum quidem & saluberrimum ferculum sed ejus dorsum aliquot spinis acutissimis horreat, quibus tanta sit malignitas, ut si forte quem pupugerint, immanis primo tumor dolorque, dein aliquibus convulsiones epilepticæ, aliquibus phrenitides, plerisque partis læsæ gangræna suboritur, nec remedium aliud esse præsentius, quam ut cita manus, vel ad minimum digiti læsi amputatione lethalia symptomata præveniantur. Hunc ipsum piscem calamitatis suæ auctorem esse, Piscem vidi, comedi sæpius, spinas contempitatus sum, nil erat, quod tantæ malignitatis nomine infame videbatur, ut effectus maxime diri essent. Scilicet pro partium tenui punctura vulneratarum differentia, symptomata horrenda oriri posse non nesciebam, quam rem optimè ut omnia explicat Dacus ille Crato *D. D. Sim. Pauli Naq. de feb. malign.* Nec dubito quin hujus Viri methodo optime salvati membra queant, sed quis ubi consilium & auxilium in arena capiendum, præparationis moras ferre possit? At dum ille querulus vociferaretur, ego de esporisto cogito, en ultro se offert allium Ursinum, quod hic loci plurimum luxuriat, hujus contusam cum foliis radicem loco cum tumore dolenti imponi, fasciæ firmari jubeo. Vix gesserat morem, cum sensum cessare dolor incepit, eo successu, ut altera die piscator me convenerit, largissimisque pro servata manu egerit gratias. Quippe hanc tragediam excitari arbitrabar aut malignitate aculei, aut ejus & impactione vel in nervosam vel sanguiducam partem, & parvitate vulneris per quod mota & extravasata materia educi sponte non posset. Utcumque res sit, allium conducturum arbitrabar, & in malignis, & in aculeis extrahendis, & tumoribus discutendis, & partibus calore refocillandis, forte etiam sulphure suo nervis rusticorum recreandis, *alios*

aliss commendatissimum. Nobilitavit interpresatores & tota in Melibæi familiam successus medicamentum adeo, ut intrepidi jam piscem tractent, nec vulnere amplius terreantur, ad hoc tanquam specificum alexipharmacum recurrentes. Cum ego aliquando piscem cultro anatomico subicerem, ex improvise summum apicem digiti meo acu piscis pupugi, primo statim momento dolor exiguus erat, sed ubi sensim elata in tumorem cutis circa crucis stillationem esset, increvit & ille, tantâ quidem ferocia, ut amburi integer digitus videretur. Alium quo alius succurri Urinum ad manus non erat, ideo paratum quod habebam forte arripui Emplastrum diachylon cum gummis, digitoque circumposui, rarus hujus vim malacicam & cutim emollituram, & sensim materiam affluxam quocunque modo imminaturam, nec defuit successus. Itaque confirmatus ideo in hujus piscis aculeis suspicionem malignitatis, præsertim cum ii, quibus longius ab aculeo hoc tractum erat vulnus, velut ab unguibus felinis, & aliqua hæmorrhagia subsecuta; nil gravius fuerint passi, quam quibus ungues felini in cute paragraphos duxerunt.

Dum hic mentio amputationis manus facta est, non possum non recordari temerariæ Chirurgiæ naturæ alienas. Februario 1668. secundo flumine Colmaria Argentina, magnum gelu eo Novembri nos viserat, Nautarobassimus Mopsus, Benzæ nomine, multo labore cymbam rexit, cujus habum stirax hinc inde incultraverant. Cum aliquantulum gelidos madidos madidosque remos industrius tractasset, digitis inopinere dolore cepit, quos ubi pro discutendo frigore, caloreque reducendo varie jactasset, vulneravit digitum indicem sinistrae manus. Videns homo stillare digitum sanguine, & omnium atrocissime dolere, esseque sibi laboraturo magno impedimento, acturum corripit securim, impositumque ligno digitum celeri ictu articulo ultimo & dimidio medio truncat, tum mutilatum digitum filo arctissime constrinxit, & vulnere pannum lineum obduxit absque emplastro vel unguine. Post tres hebdomadas obviam mihi Argentinae factus truncam monstravit cute obductam satque probe sanatum, multum de Chirurgiæ suæ dexteritate gloriosus. Sequenti anno mirabilis hic homuncio cum vino se nimium onerasset in diversorio ad insignie Florum, fatali per scalam lapsu momento vivere desit, læpius autem à me & amicis spectatus. D. Job. Val. Willii.

*De insecto novo Czerkiesi, Hominiibus
Jamentisque lethifero.*

In Oppidulo Czerko, duobus abhinc miliaribus distans, territorioque adiacente elapsa æstate. Anni nimirum 1679. ignota quedam alata insecta visi sunt, quæ stimulis suis homines brutaque lethaltere vulnerant, insignemque eorum stragem ediderunt. Scilicet in dicta diecesse 35. homines, bonum verò equorumque magnus numerus, ab ipsis interfectus est. In homines, etiam non læcessit, cum impetu ferebantur; insuperque habitis membris veste tectis, aculeos suos facies, collo, (quo Poloni ob capillos præcisos, valde denudato in edere fuerunt,) manibus; verbo, nude cuti insigebant. Puncturam mox tumor durus excipiebat, & nisi primo statim tritorio vulnus curabatur, & venenum scarificatione aut alia ratione extraheretur, inanis postea erat omnis auxiliandi conatus, læsi quippe paucos intra dies moriebantur. Nemini horum locorum insecti hoc genus notum est, nemini hic ante visum. Divinitus non sine portento in æream immisissum esse, multis persuasum est.

Tom. IV, Pars II.

Sæpe non sine Numine factum videtur, quod intra fines Czerkieses se continerent, & missis Germanis totos Polonos, eosque viros tantum impetierint & læserint. Sub finem tamen Septembris aliqua horum insectorum vento impetiosiore huc ad nos etiam delata sunt, propter frigus tamen adeo infirma, ut, Deo sit grata, parum damni nobis intulerint. Præter bovem enim & equos duos, quos neci dederunt, non nisi Pannifex, brachium nudus, ab ipsis vulneratus est, qui tamen rursus convalescit. Oviduo hoc postremo apud nos penitus disparuerunt. Cepete quedam nostrates, quorum unum transmitto. Omnia quatuor alis instructa sunt, pedibus vero sex, & sub ventre aculeum longum gerunt, vagias bifida seque aperiente munimur atque ingenti cum stridore in homines irruunt. Quaedam eorum flavis circulis ornantur, qualibus præsens istud: alia verò per omnia isti similia sunt, nisi quod circulis flavis careant, & dorso penitus nigro sint, horumque puncturæ sunt venenosiores, ideoque masculos esse conjicio. Vivacissimæ sunt bestiolæ, nam licet sæpe penitus conquassentur, nihilominus aliquot adhuc diebus vivæ supersunt. Veremur, ne secunda progenie (siquidem parvæ junioresque aliquæ captæ sunt,) numerosiores factæ, nos, superata hyeme, inopiterum ulterius graviter infestent.

Scholium. Lethiferum hoc insecti genus, quemadmodum *Mouffeto* & *Aldrovando* ignotum fuit, ita neque à *Jonstano* descriptum invenimus, ut inde conjicere liceat, novum prorsus, ex putrescente bruti cujusdam cadavere progenitum esse, eo modo, quo ex hove apes *Columella*, ex equo & asino fucos, vespas & crabrones oriiri alii perhibent. Non abs re erit ejus iconem descriptionemque naturalis historiarum cultoribus hic tradere.

Est vero insectum hoc anelytrum quadripenne, membranaceum, pollicis articulum primam longitudine, calamus anteriorum mediocrem mole æquans, corpore tereti, æquali. Caput ei hemisphaericum, nigricans, flava lanugine tectum, oculi ad latera semilunares nigri, antennæ inter oculos geniculatæ, rari coloris. Pectus in tres quasi partes incisuris divisum, superne antica ferruginea, media & postica pullo colore apparet, itidem lanugine tristioris flavedinis ac rariore quam caput, vestitur. Laterebus ad incisuram primam alæ priores eæque majores annectuntur, fulvæ, pellucidæ, moxque ubi pectori venter contiguus est, duæ alæ, prioribus duplo minores apponuntur. Inferne pectus nigrum est: pedes sex, ejusdem cum antennis coloris, posteriori octantur; quorum anteriores duo breviores priorum pectoris articulo additi, antrosum inclinantur: reliqui quatuor, quorum ultimi longissimi, posteriorem pectoris articulum stipant, retrosum inclinant. Reliquum corpus pulchre variegatum flavis nigrisque circulis in dorso, ad latera desinentibus, vicissim eleganter pingitur. Venter superior buxi coloris, in quinque anulos dividitur, inferior in caputdam acutum desinens, integer sine circulis ravo colore squalet. Medius venter tanquam umbilicus quidam prominet, cui per articulationem quandam spiculum rigidum, piccum, resplendens, connectitur, feram porcinam duriorum plane referens, ad ventrem reclinatam, tertia ferè sui parte ultra caudam prominent: membrans duabus, ventri secundum longitudinem connexis, quasi vagina quadam conditur: atque hoc, dum fert, erigere, adeoque cum impetu profunde sansadigere credibile est. *Anonymus in Ephemeridibus Germanicis.*

De Basilisco.

Inter omnia animalia nullum obscurius magis ha-

Q 9 3

bes

bet natales, quam Unicornu & Basiliscus, malum in terris singulare. Frequens in ore hominum est nomen, rarissima vero bestia, adeo ut cum solo oculo radio, simplici sibilo aut halitu hominem interficere posse credatur, teste Galeno l. de Ther. ad Pison. multi cum Cardano lib. 1. de Venen. cap. 16. illa planè pro nugis & affanis habeant, effici inde credentes, neminem potuisse ejus faciem depingere. Huic vero dubio accurate satisfaciunt J. B. Sylvat. l. 6. de compos. Theriac.

Memorabilis Historia contigit Warsoviæ Anno 1587. ubi in cella subterranea vetusta aliquot desubito conciderunt homines, ob Basilisci talismodi presentiam, quam latè describit Job. Pincier. lib. 3. antigm. 23. Alius recentior in Gallia contigit casus, memoratus in Colleg. Curios. dialog. 24. pag. 548. seq. ubi cum columba in puteum decidisset, aliquot successive descendentes statim fuere mortui, cujus causam interlocutores arbitrantur fuisse presentiam Basilisci, ut loco citato pluribus legi potest.

Anilis quidem est vulgi fabula, quod nihilominus asserere, ut utrepidè, videtur Lemnius l. 4. de occult. Nat. mirac. cap. 12. ex Ovo galli gallinæ efficti, ab incubatu bufocis generari Basiliscum, cum ex Harvejanis principiis ovum fecundum fieri non possit citra gali & gallinæ operam, & absque gallina non fiat ovum, nec evadat fecundum sine gallo. Hinc quæ ex ovo perfecto nascuntur, non nisi à mare simul & femina proveniunt. Harv. Exerc. 28. pag. 108. & 109. Nec illi competit descriptio Ovi proposita & explicans latius Exc. 26. inde merito pro falsissimis habentur, quæ mulieres nostræ hodie (ut olim à gallo edita Ova & Basiliscos productura fabulantur, ut loquitur idem laudatus Vir Ex. 13. p. 51.

Dari autem revera Basiliscum, seu regiam se am, ut dicitur à Galeno lib. 10. de simpl. med. fac. cap. 1. sive quod Rex serpentum sit, ut vult Isidorus, sive quod coronatum habeat caput, autore Avicenna, seu denique, quod omnibus sit terrore animalibus, in omnia parem exercentis tyrannidem, consentaneum videtur tum veterum auctoritati, tum experientia.

Ita Solinus Polyhistor. cap. 40. pag. 131. scribit, Basilisci reliquias, (corium vocat Scaliger, evvias alii) amplo Sestertio Pergamenos comparasse : & ut ædem Apollinis manu insignem nec araneæ intexerint, nec alites involarent, cadaver ejus reticulo aureo suspensum ibidem locasse.

Tempore Leonis Pontificis Romæ sub fornice quodam stabulatum Basiliscum, precibus illius fuisse extinctum, memorat Scaliger. Exerc. 246. num. 4. id quod in vita Leonis IV. latius describit & confirmat Platina.

Maxime veto in Africa locus ejus natalis constituitur, sicuti Nubiæ ipsam tribuit laudatus jam Abualib. lib. 4. fen. 7. tract. 4. cap. 22. & Solinus loc. cit. solitudine inaccessa incultaque & igne Africæ eundem creati testatur, ut Plinium, Ælianum, pluresque alios jam non citemus.

Circumferebantur Basilisci talis exuviae hic loci 1681. mense Septembri, cui videbantur convenire notæ ab Autoribus, Galeno, Avicenna, Plinio, Solino &c. recensitæ. Hic itaque in icone exhibetur bestia, serpentibus cauda similis, reliquo corpore & pedibus gallo fere comparanda, longitudine semipedali, ad semipedem longitudinis esse Solinus, duorum palmorum Avicenna, alii trium, ut Grevius l. 1. de Venen. c. 18. p. 86. magnitudine draconali Ælian. l. 2. c. 5. sesquipedalem Lemnius l. c. scribunt, quæ varietas conciliari potest, prout cum caudæ flexura, vel sine ea magnitudo hæc consideratur. Hinc cum movetur, non multiplex flexu incedere ipsum, sed media parte corporis serpere, media ar-

duum esse & excelsum apparet. Alba quasi mitrula lineatum est, caput, in quo tres habet eminentias seu apices; oculi rutili & vibrantes; color corporis ad nigredinem & citrinitatem declivis: reliqua ex adspætu patent. Ferebatur hic Basiliscus impressa scheda ex Africa oriundus, eactus igne, aliisque mediis, & postmodum pro adervatione præparatus nisi insigniter mentitus fuerit ejus possessor. Adveharunt interim nobis amici non pauci, se similes exuvias vidisse in rarithecis Italiae.

Videtur & illud notatu dignum, primum, hyperbolice quædam dubio procul de animali hoc dici, v. g. quod dicti Auctores scribunt, si quod aliud animal illud etiam mortuum attingat, vel illi saltim appropinquet, statim emori, cum tamen hic valeat illud Italorum proverbium, *morta la bestia, morto il veneno*: Gemina huic sunt tum alia, quæ brevitate studio h. l. omittimus, tum hoc præcipue, quod solus Basilisci adspæctus necare communiter statuitur, cum tamen non tam visu & auditu interficere homines & cætera animalia certum sit, quam communicatione cum aëre veneni subtilissimi, cujus attracta solo principia vitalia subruuntur, unde ipse Avicenna negat, quod ille, cujus visus cadit super Basiliscum, seu, qui videt ipsum, moriatur, licet asserat prius, quod ille, super quem cadit visus ejus ex longinquo, moriatur. Quin passim Auctores plerique remedia contra morsum Basilisci describunt, ut ut quidam incurabilem esse illum penitus asserant, indicio manifesto, eum non solo visu, sed & more aliorum Serpentum morsu interimere. Coronidis loco non indignus videtur locus Aristotelicus ex l. 8. Hist. animal. qui hic reprobat, ubi: *ἔστι δὲ τι ἰφιδόν, ἢ κροτίς, ὃ καλεῖται τοῦ ἰφόν, ὃ οἱ πάλιν μεγάλοι ἔπεισθησιν. τίντα δὲ τὸ μέγιστον πνεύματι, καὶ δασύ ἰδίον: ὅτι δὲ ἀνδρῶν ἰδίον ὁπίσθω τῷ κέφαλι.* Serpens quidam minutus est, quem aliqui sacrum appellant, quem angues prægrandes fugiunt. Magnitudo huic pedis unitus & dimidii, species hirsuta: Quicquid momorderit, continuo circiter putrescit. &c.

Scholion.) Eiusdem Individui exuvias & hic Uratislaviæ mense Maio currentis anni à nobis visas esse nulli dubitamus, affabre latis & secundum Auctorum descriptiones erat formatum, verum eum vero possessorem mentita hac bestiola omnibus fucum fecisse nonnulli ipsi contradicentes (quos refutare non ausus est) nobis persuaserunt dicendo: Non esse Basiliscum sed ex certa Rajæ specie per artem sic formatum animalculum, pedes scilicet gallinæos & eminentias capiti adherentes inserendo, alias partes rescindendo, eo prorsus modo quo rustici nostri joci ergo galli castratis calcaria pedum rescindunt & vertici per incisionem prius factam cristæ loco inserunt sicque vere cornutos reddunt. Ad hæc majorem veritatis lucem dubio huic accendere videtur locus Costadi Gesneri in Nomenclatore Aquatiliu p. m. 139. Pharmacopœæ, inquit, & alij quidam Rajas exficcare, & sceleton earum in varias admirabilesque vulgo figuras effingere solent, cum alias tum quæ serpentem aut draconem verum præ se ferunt, corpus enim inflectunt, caput & os distorquent, aliaque incidunt & circumcidunt; laterum anteriorem partem aliquotusque rescindunt; reliquam erigunt, ut alas simulet, & alia pro arbitrio comminiscuntur. Similem Rajæ speciem pharmacopœia quodam Uratislaviensi proflare & curiosis monstrari posse certum est. Ita quoque alia res, quarum natales aut sunt obscuriores aut indagatu difficiliore sæpe nobis imponere solent. Quid mihi contigerit detegere non erubescam: Quidam aliquando dono mihi dedit Coronam serpentis, quam ob rariorum qualitatum virtutes de meliori mihi commendaverat, veramque &

& genuinam serpentis esse coronam & ipse falsus san-
cte asseveraverat: credidi hoc diu, cum autem inter
alia brutorum genera porcellum jam ablactatum
cultro anatomico subicerem, superior inferioris
maxillæ protuberantes dentes molares ejusmodi co-
ronam serpentum ementiam exacte referre, ut exin-
de & meæ coronæ putativæ natales satis clare
innoscerent. Dati eunt serpentes alatos, quos
dracones vocant, supra laudato Gesnero fidem ha-
beremus histor. animal. lib. 5. qui est de serpentibus
p. 55. & Petro Bellonio Observat. singularium &
memorabilium rerum lib. 2. c. 70. p. 132. quorum
curiosum lectorem remissum cupio.

Exavias istas artificio quodam conjunctas, & in
Basilicæ formam ad Autorum mentem & historiam
efficitas fuisse, Possessor illorum Hamburgi & alibi
sponte falsus est. Quæ cum Clariss. Dn. D. Wede-
lius in Itinere suo Curioso rescivisset, quod olim cum
aliis subole fecerat, ne falsa pro veris obtrudantur,
Amstledamo 1672. 8. Novemb. perscripsit & mo-
nuit ad D. Sal. Reiselium. D. Georgii Wolfg. Wedelii.

Ex tubis puerilibus periculum.

Johannis Træneri filius sex annorum, donatis à
sudula matre, ante festum Natalitiorum Christi, va-
rii generis crepundiis, ligæis equis, fistulis ligneis,
tubis ex eodem argento confectis, omnibus diverso
colore, præcipue rubra & flavo incrustatis. Inqui-
bus ventilandis, & usui puerili accomodandis dum
sollicite occupatur, rogatur forte in convivio à
Parentibus, ut hospites grato tubæ suæ clangore
exhilararet, Parete officiose, & dum strenuum
se in nova buccina animanda præstare labo-
rat, concidit ad mensam propemodum exanimis,
& convulsionibus diis atque vomitionibus excru-
ciatus totam excit familiam. Adsumt lipothymia,
livor faciei, & quicquid in propinquo mortem so-
let ostendere. Advocor propere, & misellum propemodum
enectum adverteo. Inquiro in causam sub-
biti infortunii; utque nuperrime lætum & ludibru-
dum addituisse mentæ referunt, jubeo instrumentum
lætitiæ in medium afferri. Mox, quod res erat,
deprehendo. Tuba affertur lignea recens, coloribus
expicta, præcipue flavo & rubro, auripigmen-
ti sobole, cujus illam partem, quæ ori inferi solet,
bucca calente pullus delingendo abraferat. hinc tri-
stia illa symptomata. Itaque cognita causâ ventum
mox ad emeticum blandum & pingue, hinc ad
alexipharmaca & præsertim nativam crystallum;
unde cessit tandem malum, sed cadaverosus faciei
pallor in tertium usque mensem perseveravit. D. Olaf
Borrichii.

Noxa ab incauto Antimonii usu.

Seremissimus Princeps, D. Ph. P. N. cum A.
1672. iter faceret, variis medicamentis pro casibus
subitanis à Medico Ordinario instructus, adjuncto
etiam alio Medico, in Oppidulo quodam altera-
tionem aliquam circa præcordia atque ventricu-
lum persequitur, & pulverem prophylacticum sum-
turus, ex pharmacopolio loci illius Syrupum vio-
larum afferri curavit, sed assumpto pulvere, sudorem
in lecto expectans inopinato angustiam circa
pectus insignem percipit, ardoremque gulæ ac pala-
ti, labia intumescunt, vultumque pallor invadit,
cum vomitionis inani conatu; quare Ipse & Medi-
cus adjunctus vitæ periculum metuentes. Docto-
rem N. Ordinarium celeriter evocant, qui perpen-
sis cum is circumstantiis, suspicionem sinistram de
violarum Syrupo habuit, quocirca Pharmacopæo
accesito & accurate examinato, culpa in ejus famu-

lum recidebat qui ex incuria in mortario, in quo, prius
antimonii quid contuderat, non mondato, flores
quoque violarum conquassaverat, Princeps verò
assomtis statim alexiteriis, brevi iterum convaluit,
D. Job. Helvvigii.

Scholium Schrockii.) Antimonium esse venenum
præstantissimum, esse etiam expert veneni & medici-
nam præstantissimam, cum Basilio Valentino in Curru
triumph. antim. merito statuitur, quod de crudo
ejusdem usu, legitimaque e contra præparatione;
& de circumspècta à prudenti Medico adhibiti-
one intelligendum. Crudum sane in substantia pro-
pinatum, homini nocere, nemini dubium habetur,
& præsens quoque historia confirmat; imo præ-
paratum etiam, inconsideratius tamen exhibitum;
tot tristes eventus testantur. Sic Illustr. D. Pau-
lus de Sorbait Ann. 3. Ephem. German. Cur. obi-
serv. 270. Cellariam quendam, sumtis à Circum-
foraneo antimonii floribus, in apoplexiam & vali-
dissimum pyralismum incidisse; & observ. 50.
Nobiliss. D. Jo. Georg. Greifelius virum quar-
tanarium à sexies propinato vino antimoniatò, ex ve-
hementibus insecutis vomitibus, factum fuisse ph-
thificum, refert. Excelentiss. D. Ebrinf. Hegendor-
nius Ann. 2. observ. 245. dd. Eph. Viduam à Medi-
catrice accepto purgante antimoniali cum melle re-
misso, præter modum purgatam, & convulsivis ar-
tuum motibus agitatum recenset. Geminum à vomito-
rio subiato protuberans in pectore aneurisma notæ
Cl. Joan. Rhodius cent. 2. observ. med. 36. In
hypercatharsin periculosam, ipsasque fere mor-
tis saccharo suo antimoniali aurifabrum pseudo-
chimista præcipitaverat apud Phil. Grulingium
curat. med. 4. Infelicem quoque successum in
duabus Matronis proponit Guil. Fabricius Hil-
danus cent. 5. observ. Chir. 12. quarum una ex
vino antimoniali sarda, altera fatua evasit. Imo hy-
percatharsin lethalem ex duodecim sibi granis Ele-
ctuario lenitivo admittis, & in febre continua à pseu-
domedico propinatis Diomed. Cornarius observ.
med. cap. 4. describit; qualem etiam cum tympani-
tate observavit Joh. Petr. Lotichius observ. med.
lib. 4. cap. 3. observ. 5. Sed hæc sufficiant, cum
plures ejusmodi casus quotidie Medicis obveniunt;
quales & non paucos ex Tartari, ut vocatur,
emetici, Spiritus vini purgantis &c. à Medicastrum
turba temerario nimis ac frequenti usu sapienti hic
nobis intueri & deplorare datur. Quos infelices suc-
cessus considerando, non mirum, tam exosum psu-
rimis Medicorum olim fuisse, & adhuc esse reme-
dium, ut etiam ante seculum à Celeberrimo Medico-
rum Parisiensium Collegio publice fuerit proscri-
ptum, quamvis salutari, à dextra adhibitione, usque
postea deprehensio, non adeo multis annis sententia
illa mitigata fuerit, de qua videndæ Ephemerides
Eruditorum Gallicæ Num. 23. A. 1666. 7. d.
Junii.

Mercurii dulcis usus lethalis.

A. B. trium Episcoporum & Principum B. Medi-
cus Aulicus, fere sexagenarius, & merus Galenicus,
cum medicamentis chemicis à Magnatibus & Nobili-
bus magnas laudes attribui sæpius audiret, iis
quoque in praxi sua uti persuasus; sed cum neque
ipsi, neque pharmacopæo aulico chemicarum rerum
præparatio ac usus satis nota essent, necesse habue-
runt, ejusmodi præparata ab ardelionibus & labo-
rantibus, uti vulgo nominatur, prece & pretio
mercari, quæ certè rarenter rite & purè præ-
parata ab ejusmodi circumforaneis, qui Cinga-
rorum more provincias percurrunt, & multos
defraudant, venduntur. Inter alia prædictus Medi-
cus

Q q 4 cur

cus capiebat in seipso experimentum facere atque sumta Mercurii dulcis purgantis dosi quidem legitima, post bihorium in gravissima symptomata, quæ plerumque venena acia excitare solent, utpote angustiam pectoris, grave asthma, anginam, tumorem linguæ & labiorum, jactationem corporis, insultus epilepticos incidit, & horis tertii post adsumtum pharmacum mortem insigni cruciatu obiit, corpore post mortem hinc & inde maculis lividis & nigris scatente. *D. Joh. Helwigii.*

Scholion Schroekii. Mercurium sublimatum admixto arsenico fucati; vulgo notissimum, judicat Nobil. Robertus Boyle in Tentamina. physiolog. At quantum, addens, inter hujusmodi sublimati & ejus, quod fideliter præparatur, operationes discriminis esse valeat, non tantum in metallis, sed etiam in humana corpora (nempe cum Mercurius aliæque medicamina ex eo conficiuntur) vix illi facile concipient, nisi quibus facultates arsenici hominibus æque ac metallis noxiæ innotescunt. Cui sine adferbit Clar. Christian. Langius Miscell. curios. med. 25. quod exhibitio Mercurio dulci gravissima sæpe succedant symptomata, ideoque prius accuratissime, insillatione olei tartari p. d. facti, explorandum esse sublimatum, urget, quam medicamenta ex illo parentur. Quod adulterium in hoc quoque Casu contingere potuit; nisi Medicus, retum istarum imperitus, in ipsa & præter necessitatem forte, aut indicationem facta adhibitione deliquerit, cum temere remediis istis valeatoribus, etiam ritè paratis uti, præsentissimo non careat periculo. Antimonium sacæ & Mercurius ritè præparata, morbi que convenienter & rectè exhibita, judicio Magni Daniel. Sennerti cap. 18. de Chemic. cum Arist. & Galen. cons. ac diss. ea efficiunt, quæ aliis medicamentis præstari vix possunt; fortiora tamen sunt, & cautius omnino, quam reliqua usurpanda. Mercurius etenim licet particulis suis unctis noxiæ parum aut nihil inferat, in tenuissima tamen corpuscula, vi ignis saltemque, divulsus, hisque corrosivis spiculis insuper armatus, magnam exserere in corpus humanum violentiam solet, nervolis cum primis in partes irruendo, humores serosos agitando & liquando, nec non ipsas solidiores substantias corrodoendo ac caecando. Unde etiam Mercurius dulcis, tam propter efficaciam suæ dulcedinem, uti Langio videtur, quam acridinis corrosivæ suavem correctionem; dulcis nominæ triumphans, non probe ab acridine ista saltem vindicatus, & saturatus, hæc quoque ex parte in amarissimum vitæ hollem evadere potest.

De noxa à vapore Plumbi.

Faber Stannarius, hic Luchovii vici habitat, facie subrumidus & lividi coloris, ante biennium multum in misceada cum plumbo marcescens laboravit; hinc in vehementissimos intestinorum incidit dolores, cum tussi sicca, præcordiorum angustia & respirandi difficultate, aderant insuper continuus alvi obstructio, membrorum totiusque corporis tremor & artuum debilitas. Sequebantur postmodum vehementes capitis dolores, dentium mobilitas & nigredo, mentisque stuporitas. Cùm me consulere, respondit, eosam malorum in vapores Saturnios rejiciendam esse, plumbum enim Stannarii horum locorum Stando miscens, quo leviori negotio fundi queat, cui, si forsitan nimium plumbi sumplerint, postmodum aliquid marcescit ad junctæ solent, ad consistantiam statim recuperandam, Hæc diffiditatem a rem cessetam potuisse fieri, ut atomi quædam Saturniæ, dum plumbum funditur, in pulmones tra-

hantur, quæ vi sua maligna cordi, cerebro, partibus nervosis & membranosis adversa prædicta Symptomata excitent. Recordabar hic quod ante aliquot annos Hannoveræ sigulæ cuidam accidisse videram, qui haur multum diversis corripiebatur Symptomatibus, quoties in incruentandis siccilibus occupabatur. Cogitabam sigulum Colbergensem, cujus meminit *Balthasar Thymæus à Geldenkle* lib. 7. Cap. Med. cal. 10. qui vehementissimos intestinorum dolores sentiebat, quoties in incruentandis siccilibus laborabat. Cum his conferebam symptomata quæ Metallurgi Sylvæ Hercintæ experiuntur, quoties in fundendo plumbo laborant, quæ ipsa accurate & elegantè explicata sunt à *Steeckhusio* Physico Goslarienti in eleganti de fumo lithargyrii libro, ut & quæ de fumo plumbi tradunt *Dioscorides* lib. 5. de re medica cap. 96. Edit. Saracenic. & *Fernelius* libro de Læe venerea cap. 7. Misero autem nostro agro hoc modo subveniebatur. Primo omnium sapa vomitoria Excellentissimi Domini *Fran. de le Boe*, alias *Sylvi* dicti, in aqua mulla tepida exhibebatur, hinc Clyster acris & carminans applicabatur. Per vomitum hinc simul & secessum egregiè purgatus, ad acrimoniam si qua reliqua esset, temperandum lac tepidum cum Sapone Hispanico & melle rosaceo pitissabat. Ex Bezoarticis ordiabant, pulverem Bezoarticum ex globulis, nostris officinis usitatum, cum vino Malvarico assumendum. Ex hiis curatur hac vice. Verùm insequenti anno cùm eidem labori vacaret. Chole à gravissima corripitur idem, concomitata istem ferme, quibus ante laborabat, symptomatibus. Tam per vomitum quam per secessum rejiciebat materiam albam & spuriosam cum dolore ventris gravissimo creberrimisque liq. o. thimis. Ego iterum consultus autor sum, ut ante omnia de Spermate Ceti ʒʒ. in oleo amygdalarum dulcium & vino Malvarico dissolutam tepidam assumeret, post verò usurparet lac capriam, cum Sapone Hispanico & melle rosaceo tepidum, horis maturis & jejuno ventriculo. Sub horam somni usurpabat misturam aromaticam, in qua aliquid de *Discordio* Fracassorii & *Laudano* Opiato dissolutum erat: hæc quarta autem pomeridiana assumebat ʒj. theriacæ de Citro. Hoc modo fluxus alvi, vomitus & ventris dolores intra octiduum cessarunt. Remansit tamen artuum tremor, qui istem aromaticis & cephalicis cessit. Mira huic viro visus læsio obtigit, manè & jejuno ventriculo omnia gemina, post passum perforata, inde horis pomeridianis villosa apparebant. Cessit tamen hoc symptoma intra octiduum continuato consueto remediorum usu. Ne autem iterum hæc ansam daret symptomatibus, suasi ut impostero munis semper ore & naribus solum tractaret metallum: si autem forte fortius contingeret, ipsum à noxiis plumbi vapore ledi, statim ʒi. vel olei amygdalarum dulcium, vel butyri non soliti, vel alterius pinguedinis assumeret. Paruit non sine successu, à molestis symptomatibus in posterum liber.

Quartos jam agitur annus, dùm ipsemet mihi gravissimum morbum contraherem. Etenim plumbum per se in calcem redigendum diutius in fusione tenebam, & ad observandum varias Colorum Metallii alterationes caput meum sæpius igni fusorio admovebam. Hinc mihi insignes præcordiorum angustias, hypochondriorum inflationes, cordis palpitatione, intestinorum dolores, cum vomitu crebro & alvi fluxu. Cessabant hæc symptomata à pinguium & Bezoarticorum usu. Similia mihi non tamen adeo vehementia obtinebant symptomata, cum Anno 1669. Stannum cum galemia in fusione tenerem, fumamque metalli incantius ore & naribus haurirem.

Hic mihi occurrit, quod tum mihi, tum hospiti

gum

tum temporis meo, Nicolao Laurentii, destillatori Amstelodamensi Anno 1666. obtigit. Pro regulo Antimonii metallum in fulione tenebamus, quo autem varias ipsius alterationes notaremus, caput nostrum aliquoties fulorium ad vas admovebamus. Hinc utriusque nostrum tam per vomitum, quam per fecellam egregia purgatio accidit.

Antequam finiam non possum non meminisse historiae memorabilis quam Cnutius in Compendio suo Medicinæ habet, nempe religiosas quaspiam personas in agro Mantuano gravissima incurrisse symptomata ex usu Oryzæ, quæ in vase noviter stanno obducto cocta fuerat, adeo ut illorum triginta morti existerent vicini. Huic addo, quod quidam apud *Borel-lum Cent. 4. Observ. 3.* qui Saturni Salem nimia quantitate hauserat, paralyticus exinde, & fere mortuus factus fuerit, ut tandem plane conolamaretur. Revocatus tamen est usu theriacæ, aliorumque cardiacorum cum vino, frictionibus calidis, & aliis remediis ejusmodi, cautiore in posterum factus est. *D. Alardi Hermanni Cummeni.*

Relatio de hominibus interemptis per Vapores subterraneos.

Hæc Relatio similiter communicata fuit Regiæ Societati per celebrem illum Virtuofum, Equitem R. Morajum, qui, ut desiderio Regiæ Societatis satisficeret, eandem scripto obtulit ut sequitur.

I. Fodina Carbonaria possessa è Domino *Simelario* in Scotia, in qua Carbo circiter 18. aut 20. pedes crassus est; quippe jam olim in magnam profunditatem defecit, operarii ab aliquot hebdomadibus, laborant quam profunde poterant, cumque vellent recedere in nova Spacia, (quæ *Rooms* vocant Anglice) accipientes in receptu frustum Carbonum, qui relicti fuerant quasi columna fulcientes trabes, & superius sitam Terram, ita infirmabant eos, ut non diu postquam exiverant ex Fodina, columnis confractis Terra superior impleret totum spacium rudibus suis, in quo non ita pridem laboraverant Operarii. Cum ita fossiles Carbonarii labore sunt destituti, aggressi sunt eorum quidam operari in veteribus reliquis vallorum, tam prope veteres fodinas, ut transverberantes tenuem partem valli Carbonarii, distinguentis eas à loco, in quo solebant operari, statim animadverterent errorem suum, & timentes ne suffocarentur insecto aëre, quem noverant inesse illis veteribus fodinis, habita ratione non tantum vaporum, quos istiusmodi fodinæ solent communiter gignere, sed & ignis, qui multos annos in fodinis illis extiterat, easque repleverat suffocativis exhalationibus & vaporibus, exemplo se reciperent, & liberarent ab eruptionibus vaporum. Sed postredie simul ac circiter septem octove illorum descendissent de scalis, ducentibus ad locum intentum, in quo pridie fuerant, & vestigium fixissent in loco, ubi aër erat infectus, procidebant mortui, perinde ac si Bombardâ icti fuissent. Et cum inter illos esset quidam, cujus uxor perceperat ipsum esse suffocatum in illo loco mulier ista eo usque descendebat sine damno ut videns prope se maritum suum, auderet proximè illum accedere, sed offensa Vaporibus simul atque ei appropinquasset, concidebat penes ipsum mortuus. *Ex Actis Anglicis Mens. Maii 1665.*

Ex vivo Argento carpi applicato mors.

Est argentum vivum equo indomito simile, quoties in manus imperitis incidit. Id apud nos ita pridem expertus est Vir quidam illustis, cum ex febre ardentissima, & simul maligna decumberet,

Enim vero, licet non deessent Medici, spe celerioris felicitatis, nescio cujus suasu, passus est agyrtam suas artes exprimere, Medicis scilicet ignotas. Hic musicus ille Roscius, postquam de suis experimentis magnificè perorasset, replet duos pulvinos liateos argento vivo currente, & pulvis utriusque carpi securè alligat, addito promisso, ore ut brevi calor ille febrilis extingueretur. Et vera prælagit, sed extinctus præternaturalis calor nativum etiam totius corporis calorem, ante exactas 24. horas improvise exstinxit, & ægrum in Libitinæ rationes transcripsit. Aliud exemplum hoc anno mihi spectatum usurpavi infeliciter Mercurii. Honestissimus in Urbe nostra mercator arthritide, & genuum debilitate diu cruciatus, promissis Chirurghi nautici inductus, tandem in pyralismo spem sanitatis reponit, hauritque doses aliquot liberales Mercurii vitæ, unde *ars & ars* violentissimè purgatus, simulque ad spurandum impulsus omnibus viribus suis exsultat, totusque rigens, & quavis glacie frigidior opem meam implorat. Ego adulto Julio, cum Sirius ustularet agros, ingressus agri cubiculum, observo non tantum luculentum in camino ignem, sed simul manus ægri quasi congelatas, pulsum nullum, asthma difficile, solam rationem sibi constantem: edoctus autem de Chirurghi medicaminibus, videntque rem in extremis esse, prognostico ægrotantem reliqui, qui & eadem nocte in vivis esse desit, magna utique Chirurghi ignominia, nisi motibus hodiernis etiam conveniret illud Hippocratis: *Adhæc 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.* Sed quia sermonem de Mercurio ingressus tum climate nostro non sufficere iis, qui lue Venerea lunt stultitiam suam, pyralismum ex Mercurio ad tres hebdomadas, & postea ad alias tres decoctum lignorum, sed si malum inveteravit, requiri pyralismum jam ad sex, jam ad octo integras hebdomadas, imò in quibusdam vel ad decem ante decoctorum usum, quod nisi obsetvet Ghiron, indubitabilem ante lapsum sex mensium instare recidivam. *D. Olai Borrichii.*

Ex haustis Mercurii fumis, cardialgia, scotomia & pulsus præmodum interceptio.

Peterfonius Teuto, ferreis æreisque laminis ingrandis vitam apud nos tolerans, dum superiori hyeme aliquandiu incautiùs lamellas suas amalgamatæ exercet, in conclavi spiraculis camini destituto, adcoque haurit liberaliter ore & naribus insausos argenti vivi fumos, sentit paulatim capitis vertiginem, & gravitatem, pectorisque angustias adeo crebras & enormes, ut actum de vita sua putaret, & remedia, si quasi liceret desperabundo succurrere, circumspiceret. Evocatus in auxilium observo vires, in corpore licet juvenili collapsas, faciem cadaverosam, oppressionem pulsus, tremorem membrorum, turbata omnia. Credibile, corpora cula illa fumantis Mercurii, quamvis minutissima, impacta nervis accessisse tremorem, admiffa in sanguinem, motum ejus naturalem impedisse. Restituerunt ægrum frequentes sudores ex alexipharmacis, & decoctum præcipuè radicis pimpinellæ saxifragæ crebriori usu malum penitus sustulit. Sed de carbonum fumo est, quod atroxam Mercatoris cujusdam Hafniensis filia: duæ prope modum nobiles, suspenderant in cubiculo suo ex chordis lineis cerata recentia, ut vento idurarentur. Quod cum segnitius procederet, interpellantibus diebus pluvii, infelici consilio carbones accensos hinc inde supponunt cubitum ituræ. Postredie manè, cum expectata altera videret sibi accubantem sororem interrisse, deliranti similis intra 24. horas sibi quoque instare mortem vociferat.

tur & miris gestibus atque ejulatu propemodum mente se motam ostendit. Rogatus, ut æies funestas summo mane deveniam, puellarum alteram video mortuam, contractis membris rigentem, ore patente, facie sublivida, sphinctere ani resolato, omnia enim in illis moris præiudici late conspurcaverat; alteram præ anxietate cordis & pulsus universali prope interceptione vix compotem sui. Creditam initio, cum de carbonum fumo nihil memoraret, puellas per imprudentiam cum cerasis avidè devoratis abhærescentes ex aliqua bestiola venenata reliquias unâ hausisse, idèoque ad theriacam, unicoruu Grolandicum, & alexipharmaca recurri, ut vivæ adhuc succurreretur; quæ etiam via percurata est, hodieque sana vivit. Tandem post redditam sanitatem rescivi venenum aliud non fuisse, quam fumum carbonum in clauso arèe cubiculo sæpe lethalem, & remedium ejus in alexipharmacis opportune inveniri, D. Olai Borrichii.

Ex epota aqua stygia membrorum contractio.

Fide dignus Chirurgus Parisiensis mihi retulit, se propriis oculis vidisse Chirurgum quendam urbis Sedanensis in consiliis Gallie sitæ, per errorem aquam fortem ebibisse, unde non mortuus est, sed tota membra ita contracta & corrugata fuerunt, ut qui antea jussi viri staturam habuerunt, non vix Pygmaei vel septennis pueri obtinuerit: etsi autem tendines, nervi & cartilagine in acido facillè corrugantur & inorquentur, mirum tamen durissima ossa, & in illa ætate solidissima, sic coarctari & nodosa evadere potuisse. D. Matthie Jacobi.

Aque fortis epote cura.

Quædam ancilla incidit in vitrum aquæ fortis plenum, arbitrata esse vinum adustum, haurit, dolores in ventre sentiens superinfundit aquam frigidam, & evasit. Cæteram contra ejusmodi haustum Medici commendant oleos, pinguia & mucilaginoso. Oleo amygdalarum largiter bibito quidam rusticus Lanæburgi apud Aurisabrum aquam fortem pro spiritu vini bibens, fuit restitutus: Celeberrimus Dn. D. Cornelius Stalpart van der Wiel, Medicus Batavus, & Hagæ Com. Practicus felicissimus, in sua Centuria oppidò rararum observationum obs. 44. multa curiosa congestit circa huic casum, & oleum primò, postea (eo vomitu rejecto) Syrupum violarum cum mucilagine seminis cydoniorum præscripsit, non sine insigni & optato successu; citat etiam Bald. Roussai epist. med. 9. qui commendat oleum raparum, & linctam ex mucilagine seminis cydonior. althææ & tragacanthi, cum aqua rosar. extracta, melle rosarum, & syrupo violaceo mixtum præscribit.

Scholium.) Johani. Bapt. Helmont. lib. de feb. c. 9. §. 20. dum palpitationi cordis Arristas, uti loquitur, diu multumque circa aquas fortes occupatos, esse obnoxios scribit, in aciditatem ejus, vaporalem, quam *iv. de libias. c. 9. §. 71.* poaticam vocat, corporis peatissima pervadentem, non immeritò causam rejicit. Unde etiam Clar. noster Collega D. Job. Nicol. Pechlinus in erudito tract. de Purgantib. cap. 23. aquas, seu vocant, fortes, quantum virtus lethalibus infamata sit exemplis, non veneni formâ, sed igneis solùm penetrantissimis salium spiculis agere, i. e. ventris erodere fibras, horrendaque excitare symptomata, ostendit, cum acrimonia hac per spiritus alicujus volatilis conjugium demigata, tolerari ea in corpore possint, vicemque sustinere medicaminis; qua ratione etiam nigri

spiritum, vix ab aqua forti diversum, si nitro fixo committatur, corrosivam vim deponere, & citra noxam intus adsumi posse. Ill. Rob. Boyle in Tentam. circa part. nitr. lect. 36. admonet, sive in nitram, sine corrosionis metu propinandum, abi e, *On. Tackenius Hippocrat. Chim. cap. 10. & Clav. cap. 6.* Scribit. Et jam olim magnus Dan. Sennertus lib. 6. *Medic. pract. part. 6. cap. 4.* Aquas stygias, quidquid præstant, corrosione facere, enunt. averat; ob hanc ipsam tamen, quia gravia inducunt symptomata, qua ratione sit occurrendum, ut ostendatur, necessum esse judicans, & lenientia eapropter ac viscida, quæ partes internas à corrosione muniant, simulque calori resistunt, commendans, quæ inter mucilago seminis cydonior. tragacanthi &c. magnam imprimis utilitatem præstant. Quam ipsam medendi rationem etiam felici cum successu observant Phil. Hochstetterus in simili, qui ipsi fuit oblatus, casu, *vid. decad. 3. cas. 3. Petrus Forestus libr. 15. observat. 30. & nuper D. Sim. Schulzins in Ephem. Curios. Decad. 1. Ann. 4. observat. 119.* Prout in præfenti quoque Calu aqua fontana, digregando corrosivos aquæ stygiæ particulas, & ita violentam earum actionem infringendo, prodesse potuit. D. Joh. Ludov. vici Hannemannii.

Aqua ex Mercurio sublimato pro Aqua C. C. ex incuria deglutita.

Asservatur in pharmacopoliis nostris Aqua C. C. comp. Wormii, cujus hæc est descriptio:

℞. Rassar. C. C. Pom. Citr. unâ cum Cort. Sem. & pulpa in frusta dissect. à ℥℥j. His affund. Aqu. Acetof. Scord. Meliss. Scabiol. Card. ben. à ℥ssj. Destill. l. a. in Balneo. quæ aqua ubique & undique in Civitate experitur pro usu domestico à Matribus familias: fortè fortuna in ædibus primarij cujusdam Civis ex domesticis quidam ad cutis vitia paraverat aquam ex mercurio sublimato; Ancilla Infanti puellæ Aquam C. C. ex lagenula infundere volens, arripuit ex incuria Vasculum ubi Aqua illa mercurialis asservabatur & Infanti haustulum dedit: illic sequuntur Symptomata. Vomitiones, Convulsiones, sitis & febris &c. curata tamen sui hæc puella, divino Numine aspirante, vulgaribus ex quotidiano Pharmacopæorum pene desumptis, usque methodicè adhibitis medicamentis, quæ hic recessere supervacaneum judico. Confessim enim advolvit Medicus, qui dum principiis oblitus, ocyus medicina parata fuit, antequam

----- mala per longas invalere moras.

Præcipuâ tamen ratione Veneni profuit hæc mixtura alexipharmaca, mihi in omnibus aliis etiam affectibus ubi suspicio est alicujus malignitatis usitatissima & Ægris salutaria.

℞. Aq. Galgæ l. rut. capr. Scordii. Card. ben. exsic. febrifug. Schroderi à ℥ij. Pulv. Pannon. rub. Elect. Orvietani à ℥iv. Syrup. flor. Tunicæ ℥j. M. d. in Viar. D. Caspari Koltichen.

Periculosus Mercurii usus Antimonio diaphoretico emendatus.

Fœmina quædam hujus urbis nostræ, Mercurii dulcis usu granorum 15. purgata variè agitari coepit symptomatis: Minus ritè præparatum eundem fuisse effectus docuit: decem quippe & octo annorum ætatis fuit; in ore ingratum metalli sporem instat sublimati retulit, vomitum excitavit & tormina ventris, exasperatis vade faucibus. Vespere eandem insulens, satis perturbatam inveni agram, cui Venetas

Venetas portexi pilulas, ut marmuramem sopirem ventrem. Noctē benè peracta ad consueta eandem dimisi rursus munia. Post quatuor revocatus ad illam dies, facie ostendo pallidam, dentibus nonnihil vacillantibus, foetente oris halitu, toto corpore imbecillum & quasi tremulam. Quod consiliū in arena eligerem dubius, cujusdam tandem in me ipso facti non inmemor experimenti, exhibeo cubitum ituræ pulveris Antimonii diaphoretici scrupulum unum; sudavit per noctem, quævit, manequè benè percursa nullius amplius medicamenti indiga ulteriori illorum usui valeclixit.

Scholium.) Quæ in averruocandis Mercurii assumpti non rite preparati vitii virtus insit Antimonio diaphoretico, ex sequenti patebit historia. Anno post Christum natum circiter quadragesimo, inter cæteros in Chymicis labores, ad Mercurium sublimandum me adiecit. Cæpi proinde illum in aqua solvere stygia, abstractum dein & siccatum cum colcothare & tale calcinato in lignea paropside bene miscui eum pistillo ligneo. Exhalans inde terra, me non advertente, mephitis per os & nates cerebrum subintravit, corpusque meum mitis per biduum divexavit symptomatibus, nil opis ex Theriaca, Mithridatio, aut cæteris comque alexipharmacis expertus, appetitus omnis ablatos, totius lassitudo corporis subsedit; nonnunquam artus convelli cæpere, nulla tamen subsequente salivatione. Aurum in ore detentum non fuit maculatum, nil sordor proficere valuit. Tandem sub noctem alterius diei ad Animonium, quod noviter præparatum habui diaphoreticum, confugi, ejusque scrupulum pondere aturus unum, drachmam integram immisi per noctem in aquam Cardui benedicti. Exortente sequenti die infusionem hancce epotavi, mox ad sudorem compositus ferè dillaxi madore. Lecto egressus in hypocausium murato indusio obambulare cæpi: vomitus ex improvise vehemens secutus est vel trinis vicibus: quo vix peracto sexies copiosa supervenit dejectio, citra ullum vitium lapsum, quin post exactam horæ vix unius spatium me mire restitutum, & ex singulari Dei gratia integrum fuisse restitutum, sensi.

Anno circa septuagesimum quartum aurisbro cuidam sexagenario idem id tulit auxilium, qui diebus octo in manendis cupreis lamina, quod sub die factum, fuit occupatus: Tremulas exinde acquisivit manus, cum frequenti capitis mutatione. Virum hunc bonum, ceu meum in mineralium *Magistra* magistram, deserere nolui: præse ipsis proinde pro triduo tribus animonii diaphot. scrupulis, in aqua scorz. m. montan. exhibitis, subsecuto sudore ad pristinum ætatem robur Deo favente reduxi, ut absque ulla suo iterum fungi officio potuerit remota, Divinas Animonii virtutes deprecatur Basilus Valentinus in suo curru triumphali. *D. Joh. Georg. Wolckameri.*

Venena Venenorum sunt alexiteria.

Venena venenatorum esse remedia etiam scorpio docet. Morsus enim à scorpione, oleo scorpionis inuncto curatur, quod idcirco lætis nostris semper in Italia appositum habuimus. Ipse quoque scorpio vivus comprehensus vulnerique afflictus pro medela est. Ita quoque observavit Celsus l. v. c. 26. Serenus Sammonicus & Dioscor. l. 2. c. 62. Hinc ejusdem nominis herba, cujus semen similitudinem candæ scorpionis habet, remedio est, si credimus Plinio l. 22 c. 15. In Orvietano scorpiones sicci pro alexipharmaco adhibentur. De Bufone similia annotavi in Diss. de Transplantatione Morborum, qui manu retentus læsam ab altero bufone

manum sanat. Semen Lumarie ceu toxicum jumenta morti dant, si eo vescantur; herbam verò seu folia contra restitueret, ex Gesnero annotat Camerarius. Herba mimotee folia venenata esse, nec ullum nisi in radice ejusdem remedium esse monet Guill. Piso. l. 4. de Medic. Basil. c. 96 Axungia serpentina tumorem discutit. Forsan ista axungia idem efficeret. Moisu enim magis serpentes illi, uti & scorpiones, quam vepeno nocent, punctis læsiisque nervulis in tumorem elatis, *D. Joh. Ludov. Hannemanni.*

Vis Alexipharmaca Lapidis Serpentis Pileati.

Non dubito quia ingeniosissimus Franc. Redi hæc de materia utramque paginam absolverit, in suis Experimentis circa diversa naturalia, & spectatim ex facia allata, per literas ad R. P. Athanas. Kircherum S. Jesu, exhibitis, quæ propediem videre exopto. Interea sequens habere Experimentum, quod hoc Lapide binis vicibus mecum tentavit. *Qu. D. Joach. Georg. Elser,* Amicus meus integerrimus, nunc Urbis vestrae Medicus, quamprimum ipsi ejusdem, nescio unde, copia facta. Examinavimus primo lapidem, qui in omnibus externis conveniebat cum descriptione Kircheri, quam habet in Magnetico suo Naturæ Regno sect. 2. cap. 5. & ut certiores essemus, detulimus ipsum ad prælaudatum Patrem, quem statim ac vicit, pro vero agnovit. Descendimus ergo in Officinam Pharmaceuticam, quæ in Collegio Romano habetur intratissima, & obtentis a Pharmacopœo viperis, unam ex illis elegimus grandiusculam, illamque naribus ligati cujusdam capis admovimus, quas ita mordendo vulneravit, ut sanguis inde laquer fuerit secutus. Lapis applicatus vulnere statim adhaesit per duas vel tres horas, tandem ex impetuosa canis agitatione decidit, nec amplius adhaesit, in hac projectus illud nec in substantia, nec qualitate mutavit. Solutus canis ansergit, benè valet, & vivens adhuc Romæ a nobis relictus est, prius tamen diebus, ut audivi, sanguinem mixit, an ab hoc vulnere, vel alia de causa, nescio. Latius de felici successu Experimenti gratulari Amico cæpi de invento thesauro, & obtento Lapide quavis gemma pretiosiore. Sed dum omnia diligentius annotarem, scribenti supervenit Magister meus Linguae Italicae, mihi que aliam historiam de morsu viperæ in cane suo recensuit. Expatiatum nempe se aliquando in campum, secum ducendo parvum canem venaticum, qui hinc inde odorando vagatus imprudens in viperam incidit, à qua demorsus vehementer exclamavit, accurrisse ipsum subito, & deprehensum vulnus in crure, facta ligatura superius, cultro dilataste, sanguinemque fortiter expressisse, sic quidem non extemplo canem mortuum sed biennium malè tamen valentem supervixisse. Movit mihi hæc relatio scrupulum, an quod canis ille noster servatus lapidi, vel potius lignitæ oris, ne canis scilicet morderet, factæ, quæ fortassis impeditum venenum, quo minus sanguini communicatum, sed potius cum illo, qui ex vulnere stillavit, iterum efflueret, tribuendum. Quare Paduæ denudò juncti reiteravimus experimentum. Exacerbatam viperam ventri admovimus cujusdam canis, quæ statim ipsam infra Diaphragma momordit, nullo effluente sanguine, sed gutta remanente limpidissima lutea, quæ statim intravit cutim. Admotus lapis loco demorso, qui lividus factus adhaesit, & tribus quatuorve horis elapsis decidit. Solutus canis vinculis benè valere visus, nihil tamen eâ vespere cibi sumpsit, multum contra bibit, & tertia die, ut audivi, nam mihi Venenitas concedendum erat, mortuus. Alium canem eadem

eadem momordit vipera, quæ priorem, nulla tamen post repetitos morsus apparuit gutta liquoris illius lactei. Hinc statim canis surgere, discurrere, edere, bibere coepit, & post duos dies aufugit. Cœpi dubitare de virtute Lapidis; cæteroquin in tribus confirmatus fui (1.) Si in talibus moribus statim fiat ligatura & incisio, sanguisque liberè fluat, posse servari vulneratos. (2.) Non dentes viperæ, ut multi credunt, esse venenatos, sed salivam, cum absque hujus effusione illius morsus sit innocui. (3.) Non quovis tempore viperam nocere morfu, sicut non semper scorpionem ictu, prout observavit ab initio laudatus Fr. Redi in suis *Observ. de Vip.*

(Videri hanc in rem etiam potest Paul. Rentalmus qui *Observ. 155. pag. 188. canes scribit*, à Vipera demorsos non interire, sed post 24. horas tumefactas eorum partes ad naturalem constitutionem reverti, venenum in illis sensim extingui, appetitumque cibi & potus reviviscere, quod contingat ob *instauracionem corporis*, &c.) *Dom. Caroli Raygeri.*

De Telis deleterio veneno infectis in Macassar & aliis Regnis Insulae Celebes, ex Diario D. Cornelii Spielman, Præillustri & Bellicos Ducis Belgarum in Ind. Oriental. extracta.

Non possum hic non exhibere historiam de venenatis telis in Regno *Macassar*, quibus adversus nostrum militem Incolæ Regni usi, subitanea morte eum peremerunt. Extracta hæc est ex Diario Illustris & fortissimi Admiralis D. Cornelii Spielman, jam defuncti Generalis omnium Indiæ Orientalis locorum, quæ Belgis parent. Hoc Diarium confecit præfatus Dux, victor subegerat Reges in *Macassar*. Incolæ Regni hujus singulari arte norunt hostibus suis in sufflari per arundines tela corporibus insigere, adeo ut cum eis cutim saltem leviter sauciaverint, dictum factum moriantur vulnerati.

Contra hoc venenum, si recens est, nihil quiddam valet, cum autem id inveterascit aut aëri diu exponitur, vires suas amittit, unde ab aëris injuria custodiendum. Optimum remedium est excrementum humanum alvinum, quod internè sumptum vomitu hominem liberat: licet etiam hoc alexipharmacum contra validissima venena non pugnet, cum id sanguini immixtum circuitu ejus velocissime cor petat & sic interimat. Gestant Incolæ pugiones hoc veneno infectos, quos *Kvissen* vocant, quibus vulnera inflicta subito sphacelum concipiunt, nulla arte extirpandum.

Sequitur ex Diario excerpta historia.

De Regulis in *Macassar* visis notatu dignum est, quod referunt de ligno, ex quibus eorum sunt tela, & de veneno deletio, quibus tela insciunt; illud venit ipsis ex *Passer*, hoc vero ex *Koete*, remotiore à littore matris terra. Reguli in *Macassar* ob avitam consanguinitatem sese vel juramento obstrinxerant, nemini de telis aut venenis aliquid exhibituros, nisi solis in *Macass.* primatibus. Venum istud inter se multum differt ratione virium vel remissiorum, vel intensiorum, vel maximarum. Selectissimum venenum multo præsentius est, quàm id, quod *Macassarii* in *Insula Celebes* à monticulis *Loradia* accipiunt; non ideo quod apud *Macassarios* id tantarum virium non reperatur; sed quod, juxta multorum, opinionem. *Loradienses* selectissimum secum retineant. Præterea pauci inter *Macassarios* & *Bugios* sunt, qui veram seligendi veneni cognitionem habent, ut vilius à præstantiore distinguere possint. Ex nostris

Regulis in hac cognovimus excellentiores percepi esse Regulam ex *Soping*, Regulam ex *Lometa* inter *Macassarios*, *Cruca*, *Crain*, *Po po* & *Dayenriolo*, duos Regulos ex *Gos*, qui id admodum stant.

Conservatur venenum plurimum calore mediocri, cum nimius calor nocent, nimium vero frigus multo damnosius sit, propterea ut conservetur, decies velamine circumligatur, ac die quolibet septimo rursus linteamina auferuntur, capsula mundificatur, renovantur, & venenum ut prius velaminibus circumdatis optime custoditur. Ex Regulis intellexi, quod terra, in qua arbores creiscunt, ex quibus venenum extrahitur, magno circumcirca spacio, nec gramen, nec quodvis vegetabile ferat, & quod venenum proprie sit aqua sive liquor, qui promanat ex læsione vel sectione, quæ fit in cortice illarum arborum, quemadmodum lac emanans & collectum ex vegetabilibus vel arboribus lactescentibus; verum liquor hic est brunni sive obscure rubri coloris. Liquor cum subsidet, obriget in lapideam quandam duritiem, servato eodem colore. Cum liquor cortice arboris sauciato excipitur, neminem facile appropinquare oportet ad arborem, quo manibus liquorem attingat, quoniam tactu liquoris omnes artus rigidi redduntur & contrahuntur: propterea adhibent collectores longiores arundines ex *Bambus*, quibus præfigunt ex ferro cuspides acutissimos, his summa vi cortices vulnerant, dissolvunt, & ita liquorem in arundines emanare permittunt, in quibus is collectus simul indurescit. Collectum ita ab incolis venenum, deferunt ad Regulos formâ granorum vel globulorum nunc minorum nunc majorum. In *Macassar* cum particulae istæ separantur, & eliguntur, omnes unus valoris vel earundem virium colliguntur & in unam massam contunduntur. In hac massa solo visu excellentiam veneni non possunt distinguere, sed cum massas induratas radunt, & rasuras aquâ subigunt, possunt id fecernere. Experimentiores hujus rei mittunt saltè massas istas in aquâ & ex aquæ ebullitione vel altiore vel remissiore vires veneni statim videre & distinguere possunt. Cum id ad usum præparatur, & cuspidibus telorum, quæ plurimum parantur, ex dentibus *Lamiarum piscium*; illinitur, tunc ab adunt aliquid ex massis, quod aquâ subactum in glutinosam abis consistentiam, ut telis illiniri possit; verum illi aquæ prius admiscetur herba quædam *Malau* dicta *Lampogang*, *Macassarii* vero *Layapaya*, quod idem sonat ac *Zingiber* amarum, eo quod planta formam exteram *Zingiberis*, sed loco actionis *Zingiberinæ* amaritiam obtineat. Aqua igitur ista, cum ab hac planta fuit reddita amara, atque aliquam glutinositatem acquisivit, per linteam colatur, & hac mixtura telum quodvis illinitur, & in pharetris suis & arundinibus ex *Bambus* exacte clausis, ab injuria aëris custoditur. Tela ita toxico præparata per biennium durare possunt viribus suis integris. Sunt, quæ saltem per unum aut alterum mensem vires servant. Aliquando tota massa venenosa, nisi optime servetur, corrumpi & viribus orbari potest.

Cum venenum subigitur, aqua validissime commovetur, præsertim cum venenum est præstans. Et si autem hæc operatio manibus fieri possit tanquam res innoxia; nihilominus cum toxicum summum sic tractatur, sentitur calor aliquis in corpore. Malum quod ex his venenis homini accidit, ex sanguine, cum quo miscetur in corpore humano, æstimandum. Nam licet à *Macassarii* & *Bugios* multa Alexipharmaca contra hoc venenum adhibeantur, sicuti pluries vidimus, etiam vulgatum remedium ab excrementis humanis sumptum; tamen ea omnia nihil efficiunt contra validissimum veneni genus, quod sine mora operatur mortem, simul ac corpus humanum percutit; & (ut multi referunt) licet aliquis quodam Alexi-

Alexipharmaco toxicam veneni in subitanam mortem effegeris; tamen post unum, duos aut tres annos eum, qui telo illo sauciatus fuit, ex eo mori oportet. Insuper periculum maximum subeant, qui cum mulieribus sese miscent ac conversantur, fungosque & tubera terræ comedunt, antea laesi hoc veneno: his enim certa inde mors. Tantum de his venenis & venenatis telis. *D. Andrie Cleyeri.*

Vermes rari lucentes & venefici.

In plerisque Insulis [Coromandel, Ceylon, Java aliisque permultis locis, inveniuntur vermes & muscae, quæ vespere & noctu turmatim hinc inde obversantur; Earum vero saltem mentionem facere mihi placuit, quæ in Coromandel una saltem vice sui contemplatus. In Sylvestribus sæpius ad rariora perveſtiganda commoratus locis, quin & venationibus nonnunquam delectatus fui, sed dum obscura in nocte luminosi quidpiam observavi, cujus adſpectu mirum delectatus fui in modum; propius accedens quendam illius notavi motum, ideoque immotum illud reliqui, quoad dies appropinquare coepit; tunc intuius inveni vermes lucem talem præſentasse, conglomeratos coloris Scarlatini ferici in rotundam formam convolutos, in quibus nec oculi, nec alæ, nec pedes animadvertentur. Aliquot talium vermium cum modico, cui incumbebant, terræ mecum domum deportavi, ex eorundem lustræ porro delectationem capturus, & inditis in phiolam vitream iſdem per measſuum spatium tantum splendorem aſſectus sum, cujus beneficio & literas exarare & legere potuerim; ab eo autem tempore cum vita & lux eorundem defecit. Quæritur non immerito, unde tandem conceperint illuminationem; me arbitro provenire eandem crediderim ex subtilissimis & maximè volatilibus sulphureis & nitrosis particulis æris ab iſdem ad se attractis & concentratis originem docere. Conſimilem ferè splendorem in Insula Ceylon observavi apud Scorpiones leviter compressos, quoad liquidi quid ex iis effluat, qui deinde liquor sulphureum lumen exhibet, veneni sui ardentis sulphurei indicium, ut quis ab iis ictus, tanquam ab aqua forti, vel oleo sulphuris aut vitrioli, vel cauterio actuali fuisse læsum se putet. Hujus porro naturæ tale esse venenum demonstrat illius alexiterium, quod ex volatilibus Alcalibus salibus acquiritur, cum modico scilicet Sal. Corn. Cervi theriacæ admixto, & scarificato vulnerato loco adplicito: non neglecto sudorifero.

℞. Theriacæ ℥j. Sal. C. C. ꝑ℔. Volst. oleosi rad. Cinnam. Sylvest. Zerumbeth, an. g. v. Aqu. Zedar. ℥ij. M℔.

Offero hæc indagatoribus curiosis penitus hæcce perſcrutantibus. Figura & magnitudo talis est, quam damus. *D. Verm. Nicol. Grimm.*

Mucus cadaveris exſilans innoxie potus ob inficia.

Quanta - quanta imaginat onis sit efficacia, quantoque ejusdem vires in sensus nostros, quotidiana quidem exemplis confirmat experientia; Raram tamen heic proponere libet historiam; Nobilis corpulentus mortuus aliquot septimanis ante sepulturam fervatur in camera aliqua; (uti aliquando diversas ob causas fieri apud Magnates solet) Ut autem metuendus, isque noxius cadaveris putrefacti præcaveatur fœtor, liquori fermentativè corrupto inde exſilanti per aliquod loculi foramen in fundo factum effluxus monstratur atque conceditur. Serum hocce putridum in vase sapposito collectum aliquando effundere in locum lectetum servus in man-

Tom. IV. Pars II.

dati habet; dum autem una vice hoc expedire occupatus est, ab alio ad alia negotia subito peraganda avocatur; promde vasculum illud mucum continens interea reponit in domus atrio. Accidit autem, ut improvise advenerit paupercola, stomacho famelico ac sitienti ostiatim solatium queritans, & cum crediderit, ac sibi persuaserit illud esse serum lactis ab Oeconoma caseificæ illuc repositum, siti æstivum ob calorem intensa fiducia in hunc potum sibi incogitum extorquente, plenis avidisque buccis, & quidem copiose bibit dictum serum putridum inficia; nullo planè succedente sanitatis dispendio. Si verò ipsi consliterit, quale hauserit veſtar, sanè vel solo auditu abominabile, si non mortem ipsam, morbum tamen violentum sibi eandem concipiavisse, nemo negabit, nisi qui cucurbitam pro cerebro habet. *D. Gabrielis Claudi.*

De Oleo Peti Veneno funestissimo, quadam præclarissimi Viri Dom. Francisci Redi Experimentis Naturalibus exscripta.

Non omne animal oleo peti infectum moritur; aut certè non æque citò, si vulnus aliquam ex minoribus venis vel arteriis attingat. Præterea non omne oleum peti mortiferum est; sed dantur ejusmodi species quæ nullum quasi detrimentum adferunt; cujus rei me certissimam experientia reddidit. Maximam differentiam invenio inter petum Brasilianum, & illud quod ex insula Sancti Christophori advectitur. Varinense & Brasilianum effectu parum inter se differunt, Terravanum, & quod ex insula Nivis, Sancti Martini & Anguillæ advectur, eisdem ferè cum Sancti Christophori peto facultates obtinet. Diversos ab aliis speciebus effectus nostrum producit, utur omnes ejusdem species in eo conveniant, quòd oleum reddunt empyreumaticum, putridissimum & fœtoris non ferendi. Non ignoro me forsitan nimis obscure de tot speciebus peti egisse, sed cum materia sit periculosa, intelligat qui potest, ego memet intelligo.

Sed audi quæſo miras rerum vicissitudines. Hoc oleum in vulnera immisum, brevi momentò necat, aut certè fastidiosissima symptomata excitat: & ego novi homines, qui solò pulvere peti incisuras & vulnera, à Chirurgis simplicia dicta, curant. Et Reyes rend. Pater Antonius Veira, Jesuita, qui per annos triginta duos in Brasilia vixit, mihi retulit, illis in Regionibus nullum aliud medicamentum in curandis vulneribus magis in usu esse, quàm succum recentem & folia peti. Quod plus est, Nicolaus Monardes narrat, Indos, dum vulnera curant, à Cannibalis inſſicta, mediantibus sagittis veneno infectis; nonnisi hõc succo, ut qui non solùm veneno resistit, sed etiam celeriter cicatricem ducit, & fluxum sanguinis prohibet. Nec desunt alii, qui singulis diebus maturinò tempore jejuni non exiguam quantitatem peti dentibus conterunt & deglutunt, nullò, ac ne minimò quidem quod appareat, præjudicio, cum quævis olei ejusdem gutta, per os assumpta, vel in stomachum demissa, exitiosorum & lethalium malorum radix & origo sit: haud aliter ac pulvis ille peti, quem per momenta nemo ferè non per nasum attrahit, si in os bestiolæ cujusdam, & specialiter lacertæ mittatur, momentanò illam deliquit & distentis membris morte afficit. Idem ab eodem peti pulvere serpentibus accidere dicerem: Sed de his nihil dicam, utur per integrum biennium mihi de illius experimenti veritate constet: etenim hõc currente anno, ob casum quæ me later, ne unum quidem ejusdem generis serpentem hõc pulvere interimere potui. Id affirmare possum, hirudines

Rf

pul-

pulveri peti involutas post paucas aliquot horas mori, idque non vi pulveris quā pulvis est, sed virtute peti.

His, qui verum modum præparandi oleum peti non igitant, majoris momenti videbitur, his temporibus apud exteros ubivis, atque etiam apud nos, multos homines securè, & citra periculum peti fumum per os assumere, quo palatum omnesque vicinas partes ita imbuunt, ut magistraliter eundem per oculos, aures, & nares emittere possint: & eò usque progressus est luxus, ut ingeniosam facillimamque rationem invenerint, deducendi hunc fumum per canaliculos sub nive sepultos, ex quibus usque ad cœgelidus prodit, ut nihil causæ sit cur frigidiori aëri non invadeat. Et multi non contenti hunc fumum assumpsisse per os, eòdem, sed calido, novâ arte, & recens invento instrumento intestina replent, idque loco clysteris, eundemque contra multos contumaciores morbos, maximè verò contra colicam passionem, prodesse deprehendunt.

Quæres mihi videris, an artificium præparandi oleum peti per se ita comparatum sit, ut violentissimam illam necandi virulentiam producat, vel an venenosum aliquod ingrediens recipiat, sine quò id perfici non possit? Et hæc tua instantia mihi illis in hiri videtur, quæ circa hanc materiam ab eruditò quodam homine Gallo, in curiosissimò suò & elegantissimò tractatu de peto affirmativè scripta, & optimò jure nobilissimò, doctissimoque Abbati Burdeto, Condei & S. Legeri Domino, &c. Verba Autoris hæc sunt. Eò non obstante, nonnulli, ut venenosum illud esse probent, obijciunt experientiam eujusdam quæsitæ essentia: peti non ita pridem Florentiâ Lutetiam Parisiorum allatæ, cujus unica gutta, in porcellanulam missa, eà ipsâ horâ mortem inducit. At verò, cum petum naturâ suâ nihil istiusmodi producat, quoniam hæc essentia debet esse suspecta mixturæ alicujus, aut certe venenosa alicujus qualitatis, à diversis præparationibus chemicis acceptæ.

Hic nihil aliud quò tibi respondeam habeo, quàm eòdem, quò oleum peti sit, magisteriò, etiam diversa alia fieri, quæ in usu Medicò evadunt innocentiissima, & sive ore assumpta, sive extrinsecus vulneri applicata, nonnulli eximia & salutifera medicamenta esse deprehenduntur: ideoque certò affirmare non ausim, hoc oleum tali magisteriò converti in naturam veneni: id liberè affirmare possum, nihil ei, dum præparatur, admisceri, quò infici venenosâ qualitate possit: & hinc est, quod nonnulli subdubitantes crediderunt petum à mercatoribus in regionibus Americæ, Elleborò & Euphorbiò corrupti: quare proptio motu, simul oleum Euphorbi, & Ellebori extrahi curavi, & experimento in diverso genere vulnerum capto, utramque semper veneni expertus esse deprehendi.

Arque hæc Vir Præclarissimus de olei peti actionibus. Nos illud etiam aliquando vidimus nullo labore paratum ab iis qui incensa Nicotianæ folia è fistula artificiosius fugere norant, ad guttas enim commodè colligitur mediante gossypii particula ad imas fistulae partes collocatâ. Jam autem non tantùm observavimus enecta animalia dum per eorum cutem superficialiter traheretur sicut ipso hoc oleo inibitum, sed etiam feles occisas quibus eodem tantùm exteriùs levitè perfricabantur labia. Fumum tabaci quod attinet, quem plures volunt viperis esse funestum, si in earum œsophagum insufflaretur; experimentum pluries de eò sumpsimus, & vidimus quidem hæc animalia pro tempore inde convulsa ac rigida, nullum tamen mortuum, omniaque potius brevi per se, nullâ adhibita aliâ operâ, in integrum restituta.

Radici lupariae & Olei Nicotianæ effectus in Ciconia majore.

Mense Septembri Anno 1680. Ciconiæ majori amygdal. dulc. ʒiij. in bolo exhibuimus: hinc coccularum contusarum ʒj. sed citra ullam noxam: Postridie Radic. Lupariæ lutæ contusæ ʒj. circiter intrusimus, quæ illic vomendi desiderium induxit; tantisper subsistens, usque dum radices evomeret, quas cum in boles coactas, tantillo spatio interjecto, denuò exhiberemus, iterum sed mucosâ brevi post eiecit, atque hoc itidem tertiâ vice contingere, quamvis majori cum mucositate vidimus. Ut propterea genus radici istius patesceret magis, bolam aliam ex illâ merâ paratam, deglutendum obtulimus, post quem cum capite valde inciperet nutare, alios duos adhuc, eodem modo paratos intrusimus, qui vomendi conatum vehementem ac pertinacem excitârunt, cum subitâ alæ utriusque volutatione, pedum vacillatione & totius corporis delatione, citra tamen pejora symptomata. Postridie solum ol. Nicotian. per retort. destillato madidam, per partem aîz dextræ carnosam superius trajecimus, mox alis volutare & tremere incepit, hinc humi prostrata, rostrum & caput convelli, tandem ingenti vomendi conatu; quem ejectione materiae cujusdam, solidæ, fluidæ & subilavæ insequeretur prehensa fuit: Semiquadrante post ʒi. præter propter ejusdem olei, quâ in substantia, quâ in bolo infudimus, à quibus convellebatur illic, pedibusque & capite retrotractis, motu omni, vitæque privata cecidit.

Calentem adhuc cum secaremus, motus convulsivos undulantes, in musculis pectori incumbentibus, ex residuis spiritibus animalibus agitatâ vidimus, hinc costis discissis & sterno elevato, in melio ventre ramus subclavius insignis se obtulit, & membranae quibus pulmones infimo ventri hinc inde circa initia annectuntur plures, diaphragmatis vices suppleentes comparuerunt: foramen quo infimo ventri æt communicatur, in utroque pulmonum lobo unum: Pulmones ipsi egregie vesiculosi micabant: Pericardium humore seroso plenum, ut & vasa pulmonalia insignia: Auriculæ cordis binæ cum totidem ventriculis, sanguinem fluidum continebant, & quasi ipsomet illo oleo tinctam: qualem etiam in arteriâ magnâ deprehendimus, in quam cum ærem siphonè injiceremus, auricula cordis ter palpitare cepit: Hæc ipsa dum ex corde egreditur, aliquot ʒ. distantia in subaxillares & carotidas dividitur: Sternum musculos suspensores duos obtinet, & aspera arteria circa suis in pulmones insertionem, in utroque trunco foramine donatur: Venter imus omentum exhibuit pinguisculum & hepar duobus lobis constans, cujus parti cavæ vesiculam felleam annecti, parvum eum ductu bilario notavimus: Reues erant grævis discolori, oblongi & quasi ex variis lobis conflati, vasisque emulgentibus à cavâ & aortâ oriundis stipati, quoad interiorem verò substantiam, omnino fibrosi: Ureteres ex horum medio circiter prodibant, oblongi & albicantes, versus finem intestini recti terminantes: Oesophagus summe fibrosus & orificium ventriculi superius glandulosum omnino & crassum. (vid. sis fig.) glandulæ hæc parte posteriore incisæ, tubulosam faciem monstrarunt: Pancreas secundum longitudinem intestini duodeci protendebatur: Intestina tandem cum suis glandulis quod concernit, de iis videri poterunt, quæ tum Clar. D. D. Pejerus enteradenographiæ suæ, tum etiam Exercitationibus nostris familiarib. p. 212. inferuimus.

Scholium.) Lycopodium hæc est Tragi. l. 1. de stirp. h. fl. cap. 82. Aconitum flore luteo Bauhin. hist. plant. l. 34. pag. 652. Græc. *Δακτυλίων* dictum, quod lupos exhibitu enecat, unde etiam Antverpienses in acetariis radice hujus gulam oblectantes incii, funestas pœnas dederunt, adurentia enim est facultas si Trago, calida & sicca in quarto gradu, si Dodonæo credimus: Napello sanè vires tatis affines obtineat, ex irritatione & vellicatione, quam particularum fibrillarum nociva acrimonia produxit constat: etenim vix dum ingesta, nauseam peperit perniciosem, usque dum egesta rursus fuerit, inde vicibus aliquot iterata, cum ulteriori morâ, tum partium aculeatarum, à fermento ventriculi spirituoso majori solutione, spicula in fibras nerveas adigit vehementius, adeo ut mucum multum primum excerneret, inde archæo atrocibus concitato vomeret, motuumque spasmodicorum, cum spiritus animalis manifestâ destructione, quam vomitatio crebra dubio procul adjuvit, haud obscura ederet indicia: Equidem ciconiis ad vomendum naturâ quaedam propensio inest, nam pullos suos re hortante, ea quam ante deglutiverunt, alimonia cibant, quod opus ruminationi quadantenus est analogum, ceu Nobiliss. Peyrus Metycolog. l. 1. cap. 4. ostendit: hoc tamen negari nequit aconitum lycodionum ingentem stimulum addidisse fibris ac tunis oris & gulæ, quas ingestum proxime attingit, comque fieri non possit vellicatio, citra spiritum in nervis excubantium commotionem, manifestam oppido est, spiritus animales per fibras nerveas à veneno affici, atque ad rei molestæ expulsionem, vi ordinis naturæ impelli: Id animo veritatis avido obitare posset magis, cujus præfatus Excellentiss. Pythagoras amicè nos monuit, quod cathartides Sale acerrimo præditas, ceu effectus testantur, sine noxâ devorent ciconiæ, nec tamen plantæ istius spicula queant eludere. Verùm si quod integras ferme deglutiant, nec manducando resolvant, considerare libuerit, multa amplius difficultas non erit. Sal enim nisi debite solutum effectum pariri non potest, uti quoque in aliis volucibus, venenata quandoque devorantibus notamus: Ventriculo autem vim inferre nequeunt, crustâ callosâ adversus ejusmodi injurias obsumto, cui accedit copiosus è glandulis tubulatis mucus, qui particulas aculeatas irripiendo obtundit, dictæque crustæ fomentum præbet: Nihilominus ex radice istâ penitus non concidit, quod rejectis vomitu, radice intrusæ reliquis, maximâ saltem ex parte, spirituum motus explosivi paulatim cesarunt, hinc alterâ die viribus tantisper resumptis, nicotianæ demum enormibus insultibus perit: de herbæ autem istius oleo in subsequ. prolixioribus esse licebit, additari jam pauca ad volatilis hujus interanea: de gula & ventriculo Ciconiæ Ann. 2. Ephemer. quadam insertit Celeberr. Wepferus, in accuratissimâ Castoris Anatome, acinorum autem glandulosorum corone instar officium superius stipantium necessitatem ac utilitatem Nobiliss. Pythagoras in Anatome Ventriculi gallinacei detexit, usque adeo ut volatilis nullum esse arbitremur, quod hisce theculis defraudetur, bene tamen quod ingluvie careat: habent hujus loco *επίμαχοι ὄζον ἐξήλαστον*, uti quidem eum in anserum tum anatomi sylvestrium Anatome vidimus: Pariter etiam è foraminibus asperæ arteriæ, (fortè & pulmonum) hincis aër in vesiculas membranæas ruit, sicque respirationis negotium adjuvat: alias mirum esset utcuoque, qui pulmones costularum inter interstitia hærentes, nec uti in aliis animantibus liberi, commodum expandi queant, nisi elastica èris vis, cui experientia suffragatur, musculique validi pectori motum largientes,

rem omnem satis explicat. Contenta præterea albicantia, de Renum (quos pennatis malè dicitur Aristot. cap. 9. l. 3. de partib. Anim.) dicitur, quâ crassiores partes, calque in gallinaceorum genere perquam salinas unde in calculos concreverunt lapides, cum tantillo humoris serosi sequestrant, abundè resistunt: In aquilis tamen fæces habentibus liquidissimas, & ne gty quidem, uti propriâ expansione compertum tenemus, bibentibus, unde seum istud suppeditari queat, inferius in ejusdem Anatome apertum dabimus Clariss. Job. Jacob. Harderus in *Observationibus Anatomico Practicis*.

Olei ejusdem effectus in Ciconiâ femellâ juvenula.

Die 24. Maii Ann. 1681. Ciconiæ femellæ juvenula, holor aliquot ex pane, ol. nicotian. madidas intrusimus quos autem vomitu ilico eiecit. Hinc guttulas quatuor ejusdem olei infudimus, post quas vomiturire, caput varie motitare & aliquid per angu cepit, nullo tamen graviore symptomate ulterius insequente, sibi relicta fuit: Die postero 26. citra ter olei ejusdem rursus infudimus, unde mox collabescere, caput retrahere, convelli, tandemque penitus corruere visa fuit, morbus convulsivus adhuc in quibusdam musculis, quos cultro incidimus, satis conspicuis: Interanea hujus, uti in præcedente habebant: Præsertim ve è hinc notare licuit sanguinem grumolim, in lobo pulmonum utroque, dextro potissimum, forte quod aliquot de dicto oleo per asperam arteriam hausit: Egregius quoque fuit ureterum materiam gypseam continentium, è renibus glandulosis exotos.

Scholium.) Nicotiana herba est, non solum ubi vis decantata, sed præcipuè hominum parti, cujuscunque dignitatis aut scitis illi fuerint, varie usitata, sunt enim qui folia masticant innoxie, aliis fumo gulam reficientibus, sunt qui Medicinam parant, quovis antidoto præstantiorem. Authores ferè entis in senam producere, nec proderit, nec opus est. Sufficit Neandro & post hunc Magnero Viri. Clariss. aliam hinc succereville, in plantæ hujus naturam ac vires indolite inquirendi. Et quidem ille folia sicca, calida & sicca in gradu tertio asserit, vid. Tabacolog. p. 17. hic verò pag. 47. Exercit. 3. Sale suo pituitam crassam fundere, acrimonia incidere, & excretioni præparare ait: Hinc tamen ipsis particulis, quibus oleosa pauciores junctæ sunt, phlegmatis adest plurimum, à quo illæ non parum obtunduntur, adeo ut nisi vel beneficio ignis tantisper, vel destillatione eliciantur ac concentrentur, ac vitæ vestigia, minus evidenter relinquunt, fieri quin etiam potest, ut pro diversitate aëris, victus, loci, consuetudinis, &c. in aliquibus minus, in aliis maxime nociva sint. Ita cum ratio tum experientia confirmat, fumum nicotianæ horrenda symptomata pluribus accersere, nauseam, vomitum, extremum frigus & tremorem, quatenus particulae ejus subtiliores, salinæ volatiles, cum oleosis conjunctæ acerrimæ, unâ cum aëre inspirando haustæ, fibrisque vel cesophagi vel ventriculi irritatæ, irritatione sua motus spasmodicos in hisce partibus cieat, spiritumque animale miserè agitant, eò magis quo obramositatem suam oleosa pertinaciter adherere solent, quin imò missæ sanguinæ communicatæ, ejus motum sommopere insistant: In sequentibus verò pyralismum enormem à sale fundente abortum fuisse demonstrabimus, unde etiam a quo hlegmatizantibus à sui præconibus Nicotiana acensetur: Foliis vino infusa & altero mane à melenteris quibusdam hausta, per superiora & inferiora purgasse, imò hypercatharsin produxisse alii nobiscum notant: mansio

fello acrimoniæ vehementis indicio : inprimis autem oleum destillatum, quod paucillum exhibet, nocivam obtinet vim, utpote in quo particulæ activæ concentratæ, sui que juris magis existunt. Animadvertit istud ante nos Nobiliss. Redi in suis experimentis natural. pariaque experiendi ansam subministravit, imprimis cum Magnenum, ol. Nicot. quod per infusionem præparat, in arthriticis, Reum, coli aliisque doloribus valdopere commendare videremus, Exercit. xi. p. 105. Quam funesti fuerint nostri olei effectus, ex modo recensitis historiis palam fit, ulteriusque patebit deinceps. In ciconia majore non acut, sed particulæ oleosæ filo adhaerentes, fibrillasque nerveas dehinc adorientes, aë volutationem, motus tremulos & convulsivos, cum vomitione accerserunt, quam ex spirituum agitatione & motu impetuoso continuato magis, quam ipsius olei ad ventericulum usque accursu provenisse existimamus : motus hi crebriores evaserunt, quam internè propinaretur, tum enim fibras nerveas mox ferociter aggredi, sanguinemque sui communicatione fundere admodum & machinam penitus destruere cepit. In semellâ parlem atrociam non modo in fibras ventriculi ac musculorum sed & asperæ exercuit, unde respirationis motu intercepto, sanguis in pulmonum lobulis grumuit. Mirabitur hinc nonnemo, peti usum internè, cum ejusmodi acris particulis scateat, à pluribus tantopere commendari : est alia ratio est herbæ suo adhuc constantis phlegmate, alia ejusdem ab hoc deputatæ, quamvis & internè, nisi ab aliis salium acrimonia vel inhibeatur vel corrigatur, usque ita semper non sit, inprimis ubi fibræ teneriores ac deudatæ jacent, in quas etiam blandiora medicamenta non raro fortius agunt ; neque etiam oleum, quod Magnenus parat, idem planè est cum nostro, licet & istud externè sine periculo partibus corporis forsitan applicari possit, ni fibrillaram subcutanearam, cui partium vicinarum sæpè illud respondet, subsecuturam irritationem metuere velimus, interno usu ceu periculoso penitus rejecto. Quod verò succum Nicotianæ toxicis adversari ex Aegidio Everhardo refert Neander p. 34. Exemplo felis cujusdam furacioris, cui bolum toxico mixtum aliquis propinavit, quem dehinc globulo è succo Nicotianæ, folio butyro compacto evomuerit feliciter, magnopere nos non vexat, cum vel inde particularum delitescentium insperata pateat, inprimis quòd felis ante bolum, sursum deorsumque cursitando venenum haustum, frustra evomere conata fuit, nec dubitamus, quòd in iis, qui fumo Nicotianæ admodum delectantur, ex crebriore usu, linguæ & nervulorum pori ita immutentur, ut re ingrata, & quæ intaminatos alios lædit, alexipharmaci & sustentationis quasi loco fruuntur, unde etiam ad alis, quæ de Nicotianæ utilitate multijugâ Authores deprædicant, differenti modo respondere possemus. Sed in immensum ista excrecere nolumus, olei deleteriam virtutem ulterius probaturi. *Idem ibidem.*

Olei Nicotianæ effectus in Ranis.

Die 8. Mæij 1681, præsentibus D. Cand. Speckero & D. Andrea Kcelio Curiens. ranas binas gutt. aliquo olei peti in dorso inunximus : mox istud inflari, oculi mirè intorqueri, artus obrigere, & motus tremuli, citra convulsiones graviores, in toto corpore observari ceperunt, Ventrem harum cum aperiremus, cor diu adhuc pulsavit motu systoles ac diastoles admodum conspicuis. Vena cava ex hepate, in cujus substantiam ramos aliquot distribuit, in illud rectè perrexit, in illaque cum altero pulmonum lobo simul intumescere fecit adeo, ut vesiculosum prorsus, non tamen citra fibrarum indicium appareret : Pul-

monares vesiculæ manifestissimæ cum vasis ipsas perreptantibus (vid. sis. Malpig. de struct. pulmon.) Sub his Oesophagus pergit amplius satis, vasisque conspicuus, quem ventriculus membraneus & validus excipit, à quo protenditur intestinum duodenum cum reliquis tenuibus, in quibus ad stuporem usque vasorum sanguineorum circumgyrationes videre licuit : Sub duodeno progreditur pancreas oblongiusculum, cum quo in progressu ductus choledochus è vesiculâ felis, in hepate subatro & trilobulari sita egrediens, arctius uniri videtur : Mesenterium vasis admodum superbit : Renes quoque oblongi ad spinam utrinque siti, vasa emulgentia, ex cava & arteriâ magnâ, quæ evidentia erant, turgida oculis objecerunt : pergit ex his ductus limpidus versus vesicam, quæ intestino recto fortius adhaeret, quem ureterem dixerimus : E sinistra ventriculo subjacet lien parvulus, glandulam ovalem referens : Adjacet ex utroque latere ovarium nigricans, vasis & ductibus donatum : Oviductuum, qui instar sarciminis multifariam intorquentur, ex utero bicorni prodeuntium, arcens est facies : alterutro uteri cornu inserto, alteruter quoque inflabatur ; nec tamen penitiorum horum cum ovario communionem colligere licuit, quamvis pone illud aërem injiceremus, secus ac in aliis animalibus fieri notavimus. Clar. Jacobæus Tubam superius intra regionem cordis, hepatis & pulmonum se abscondere ait, nec scire quo posse pergat, & Syamerdamius Mirac. Natur. pag. 24. In Ranis, quæ unâ vice undecies centena ova ponunt, & in quibus ova singula sese mutuo per infundibulum subsequuntur, officium tubarum duorum circiter digitorum latitudine ab ovario distare inquit, & non modo valdè angustum, sed etiam immobile esse, nec sese ad ovarium applicare, ut obcurum sit, qui ovorum susceptio contingat : Nos de hisce in secundis Cochlearum curis quædam distinctius dicere studebimus : Quoad partes exteriores, præter artus musculosos, manuumque digitos quatuor, & pedum anatifformes ; notavimus foraminula duo prope os, quæ nares constituunt, hinc oculos micantes, quos membranulâ palpebræ loco obducere norunt. Post hos ad latus utrumque maculam rotundam subalbidam, quæ aures supplet, nec cerebrum parvulum ipsis deest, cum nervulorum propaginibus, de quibus qui volet plura, adeat Batrachographiam præfat. Clar. Jacobæi.

Scholium. Oleum commune esse insectorum hostem, ex Veteribus plurimi tradiderunt : docuit tamen Recentiores experientia, non omnibus perinde illitum necem intulisse : Etenim ante nos Celeberr. Malpighius, in Bombycibus aliisque notavit, ni officia trachearum oleo aspergantur, gravius damnum inde non ferre, verba ipsissima heic apposuisse, non erit abs re. Ut autem intimius (inquit Dissert. de Bombyc. p. 31.) rem hanc perspectam haberem ventrem, caput, os & dorsum, elæsis tamen tracheæ officijs, sæpius oleo aspersi, nec unquam extinctos vidi vermes, nec etiam sæva inde suborta symptomata ; Nec obstat quod Nobiliss. Redi lib. de generat. insector. p. 153. meminit, se vermes omnium maximos, & inter eos aliquos thunno natos, variis liquoribus, cum primis autem plures in oleum immerfisse, nullo tamen eorundem mortuo, quin omnes stato tempore in ova nigra mutarentur, siquidem culices ex his prodire soliti, in ipso prodire actu maximam partem succubuerint, indicio manifesto, olei insensam vim vermes non penitus eluisse. Fortè etiam singulâ tracheæ hiatus oleo non fuere oppleti, quia parentibus aliquibus, pabulum nitro aëreum subingredi, sicque vita protrahi tantisper potuerit, quam concidente, licet ex oleo animali illud, per aliquod tempus subsi-

Clariff. Dom. Martino Johanne Haëbscërt Clivenf. Medic. D. D. Phil. Jacobo Speckero Medic. Cand. & D. Andrea Koltio Curienf. Cuni molisso ante meridiam 9j. præter propter dict. ol. infudimus, unde salivationem moleftam ilico fenfit, cum ejulatus vehementibus, hypochondriorum succuffione, refpiratione frequenti, oculorum nictatione & vomitu enormi: faeces quoque flavescens cum impetu deiecit: tandemque fatigatus humi decubuit: Vespero nuac per femoris, nunc abdominis musculos, acum ol. latis madidam aliquoties trajecimus, quam exceperere autum lassitudo, salivatio crebra, motus imi ventris per intervalia tremuli, tandemque vomitus, citra tamen convulsionum crebriorem impetam. Postridie horâ circiter primâ pomeridianâ in venam brachiam, inferius ligatam, superius verò secundum longitudinem lauceitâ incisam, turandulam oleo hoc madefactam blandè intrusimus, & non diu post valdè ejulare, cor motibus convulsivis, palpitatione imprimis vehementissimâ prehendi cepit, unâ cum arteriis, adeo ut fortissima isthac pulsatio, instar aquarum undulantium & per diversa loca subito irruentium, non sine admiratione, ab assistantibus commodè fuerit audita: Sed vix dum ad visceris vitalis pathemata stupuimus, & ecce omnes artus cum capite quam validissimè convellabantur aliquoties, usque dum machina plane fuerit destructa.

Sectionem in corpore adhuc calente instituimus, in quo qua intestinorum plexus glandulosi, qua ductus renales, cum serpentina vasorum circa papillulas corticales seu glandulas circumgyratione, qua etiam vascula lactea cum glandulis stomachicis, ductibus item pancreaticis & choledochis egregiè comparuerunt, vesicâ urinariâ ob sui distensionem, præ aliis protuberante: Interiora ventriculi laudabiliter habebant, ut & intestinorum, nisi quod in tenuibus lumbricos duos, ulnos duos & tres longos, sive fasciales teretes, exiguo capitello, & circumis instar annulorum asperæ arteriæ formati donatos reperimus: (de quibus vid. sis hist. de fascia lata) Venter medius cor exhibuit amplum, sanguine plenum imprimis quoad auriculam dextram, quæ sanguine spumofo & florido, qualem etiam dexter ventriculus contigit, fuit distentissima, sinistra contra naturaliter habuit: & ventriculus ei subiens sanguine rubicundissimo, tenui, turguit, aliquam equidem, haud dubie ex palpitatione pertinaci, portionem coagulata reperimus, sed & pauca erant, & coloris saturati. Cæterum vasa hæmagoga per totum corpus micuerunt.

Scorium. In Cane isto, animali robustiori, effectus eidem notatu dignissimos, Nicotiana edidit, dum quâ in fibris oesophagi particule aliquæ hærescentes, quâ ventriculi serocius fervientes, musculorum oris & nervorum splanchnicorum continuatâ succussione & agitatione, quin usq. constrictione glandularum & sublingualium aliarumve nauseam, vomitum, salivationem, fecum item per alvum dejectionem pepererunt, cum hypochondriorum motibus spasmodicis, unde organa spiritalia, diaphragma præsertim in motu suo magis concitata fuerant, non sine multâ spirituum pactorâ: eorundem serè symptomatum mater extitit, vulnusculum femori infictum, à quo vicissim salivabat, non tam communicatione particularum quarundam massæ humorali factâ, quam continuatâ spirituum aguatorum contentione, versus glandulas maxillares usque, eò facilius quoddam aliquot horis ante, labem evidentem jam acceperant: vitam tamen, nonnisi sanguini ipsi illatæ partes olei aliquæ abstulerunt, acrimoniæ suæ alkaline manifestissimo teomerio: etenim rarefactus inde supra modum humoralis massa (ut quidem cordis thal-

lami adaperiti confirmarant) motus fervidiores edere, cordis auriculæ & ventriculi, dexter præprimis, copiosius impleti, palpitare vehementer, & ex continuato per aortæ propagines impetu, undulatio fortis per univèrsum corpus obaudiri cepit, usque dum ex enormi isto sanguinis motu, spiritus animalis itidem impetuosior factus, convulsionem terribilem suscitavit, quibus tragœdiæ coronis imposta fuit: an particule aciores, tunicam arteriarum interioriorem, quæ nervea est, adortendo motus ejusmodi adauxerint, vel etiam hinc inde in artuum musculis, spiritui animali post associatæ, horrendam hanc elasiâ produxerint, alii divinent, quibus facilius est aliorum sententias sagillare quam corrigere. *Idem ibidem.*

Veneri incogniti variae ac horrendæ noxæ.

Anno 1596. septuagenariam aperui quæ veneficio tacta dicebatur, quod ipsum confirmavit autopsia: Etenim huic cor triplo quam pro consuetudine & proportione subjecti majus, adeo enim intumuerat parte sui dextra, ut univèrsum thoracis latus dextrum repletet, distentum unâ pericardium: Ea parte qua auricula cordis dextra venam excipit cavam, ingens aneurysma in cava vena conspiciebatur: Dissectâ auriculâ dextrâ, reperta in ea materia concreta coloris flavi, condensata admodum, Apertâ verò venâ cavâ, ipsoque corde, magna copia concretæ plane sanguinis nigerrimi se effundebat: Nec solum illa cavæ parte qua cordi se jungit, sed & omnes corporis venæ concreto sanguine plene erant, Quod nobis suspicionem fecit venenum frigidissimum ei fuisse exhibitum, quod adeo extinxerit calorem ut sanguis congelatus fuerit: præterquam quod cordi adeo fuerit inimicum ut naturalem ejus conformationem perverterit: Aperuit venam cavam in lumborum vertebra, ubi bifurcata petit etora, ut qui exhibat sanguis, concretus erat: Mirum in vivente corpore sanguinem concretum posse: Dissecta fuit horâ pomeridianâ secundâ, cum eodem die horâ 7. matutinâ obiisset: At caput non fuit apertum, licet videremus univèrsam venæ vim in agone mortis ad caput translata: Etenim facies mirum in modum inturguerat, labia tumida, palpebræ ita distentæ ut bulbi oculorum omni ex parte retracti intra orbitas essent: Tanta autem malignitas ac acrimonia veneni erat ut vana locis cutis faciei exela esset, emanaretque sanies fulva. *P. Pavvius Observat. Anatom. 31.*

Hydrargyri noxæ.

1. Conciliator in libro de venenis narrat Pharmacopolam æstate, cum sit et noctu, hausisse urceolum hydrargyri: Cùm mane mortuus esset inventus, dissecto corpore apparuit quod erat, sanguinem quoque in corde coagulatum, tum ipsum cor, ideoque frigidum viderat. Addit Conciliator, Invenitque in stomacho fere libram unam argenti vivi. &c. *Cardanus lib. 1. cap. 20. de Venenis: Palmarius de morb. contag. lib. de Hydrarg. cap. 5.*

2. Helvetius 26. annorum ex militia rediens, plane extenuatus ac defessus Lausannam venit; ac quia de dolore juncturarum & lassitudine conquerebatur, Chirurgi hospitio est usus; qui nulla neque morbi neque vitium ratione habita, statim juncturas omnes, corpore impurgato, unguento ex hydrargyro innoxio, quasi lue venerea graviter infectus fuisset: unde viribus omnino prostratis, in gravissimum lienteriam incidens, paulo post obiit.

Cadavere aperto Pulmones lividos, & humoribus

R 5 4

pituitos

pituitosis instar spongiæ madefactæ repletos; Cor vero molle, flaccidum & exanguè deprehendi. *Fabrius Hildanus Centur. 3. Observat. 92.*

Arsenici varii effectus.

Accidit Leodii cùm in convivio multi arsenicum, vice oryzae farinae edulio mixtum, edissent in ultima mensa, mulieres æque & viri qui minimum ederant biberantque, statim à veneno sublatis sunt: qui ventriculos patrio more laborarant, à vomitu curati, cùm multis post annis satis concessissent, eorumque aperirentur cadavera, invenimus in illis latus & profundas erosiones; *Henr. ab Heers Observat. Spadan. 16.*

Lapis Bezaar insufficientia contra Mercurium sublimatum.

Regi nuper mortuo (Carolo IX.) Claromontii in Arvenia tunc temporis degenti, à Nobili quodam ex Hispania allatus est lapis Bezaar, quem omnis generis venena debellare asserbat: Accersit à Rege, quæsit à me Num simplex aliquid & certum reperiretur alexiterium, quodcumque venenum expugnare potens? Negavi ob diversitatem venenarum, è quibus alia intus assumpta erant adversa, alia admota: Vario præterea modo lædere, nec eadem ad quodvis sequi accidentia; alia enim primis qualitatibus, è quibus conflata sunt nocere; alia vi specifica, occulta, rationique impervia infecta esse, quorum cuique proprium alexipharmacum esset opponendum: Quod Nobilis acriter tueretur sui lapidis efficaciam, facile esse experiri dixi, propinato veneno cuiquam furcifero: Cùm die sequenti Coqus quidam, ob furum dazarum patinarum argentearum, cruci esset adjudicatus, ab eo quæsitum an venenum aliquid assumere vellet, propinata illico antidoto? Sin mortem effugeret delicti veniam sic impetraturum: Annuit Coqus, satis ducens in carceribus veneno necari quam coram populo suspendio vitam finire: Statim à Pharmacopeo propinatum est venenum quoddam dilutum, nec interjectâ morâ, dictum lapidem Bezaar: Ab utroque in ventriculum ingesto subsequitur vomitus, & paulo post delidendi eum tenelms cupiditas; de incendio interno conquerebatur, aquam potendam petens, quæ nec denegata; Horâ unâ post adeundi carceres impetratâ licentiâ, Coquam miserum reperi, pedibus & manibus, bruti ritu incedentem, lingua extra os exserta, rubentibus oculis & facie flammea, inani vomendi desiderio semper læcessit, accedentibus multis sadoribus frigidis, sanguinem per os, nares, aures, penem & anum emittens: Exhibui olei circiter semisextarium, fugientem sic animam revocare satagens, sed incassum, ferus enim exhibitum, misere eam interiit, exclamans potiorē sibi fuisse furcam, supervixit horas circiter septem.

Eò mortuò cadaver aperui coram Dom. de la Teouffe capitali Tribuno, & quatuor licitoribus, in quo inventi fundum stomachi nigrum: aridum & exsuccum, non secus ac si candente ferro inustum fuisset, unde conseq. licuit exhibitum illi mercurium sublimatum: Eo pacto lapidis Hispani inefficacia deprehensi, quomobrem Rex in ignem conjici jussit. *Pareus operum lib. 21. cap. 44.*

Veneri caustici vis.

Anno 1594. aperui virile cadaver: hic curandus à lue venerea traditus fuerat N. jamque sanitati, uti videbatur, reliquus de abitu cogitaret, subito

exclamare cœpit venentum sibi propinatum fuisse, postmodum phrenitide correptus aliquot post horas obiit.

Jussu magistratus dissectus œsophagus cum ventriculo: vidimus oris ventriculi superioris internam substantiam erosam ac exesam: præterea universam internam ventriculi membranam ita exesam, erosam ac putridam, ut ligneo cultello, imo simulac tangeretur, facillime disrumperetur: colore tinctus ventriculus intus ex purpureo nigro erat. Proculdubio causticum corrosivum aliquid pharmacum per os hauserat. *Petrus Pavvius in observat. Anatomicis.*

Venenum falso accusatum in morte à morbillis joras non erumpentibus.

Quidam laborabat morbo Medicis incognito: suspicio nonnulla fuit poculi venefici, argumenta adderant: Præscripto Judicis res ad Medicos delata: Aperto cadavere, exanthematis obitus ventriculus reperitur: Judicarunt toxicum præbitum, sed male quidem: Chirurgus oculatus quæsit num antequam è vivis excessisset, aliquid in cute apparuisset, Cognito quod aliquid tale contigisset, tentantiam retractant, ac judicarunt à morbillis occultis, vi naturæ non erumpentibus id tale evenisse; hinc corpus internam contaminatum: Notandum hoc, ut falsa de potione venefica suspicio potius blanda, & placida ratione in simili exemplo fundata elevetur, quàm acerba apud Judicis contentione frangat ac oppugnetur. *Gul. Ballonius Paradigm. 107.*

Mors Fungorum esum consequuta, à veneno illis commixto.

Illustr. Matrona annorum 57. integra alioquin valetudine cum fungos comedisset elixos sub tempus Paschatis sine noxa, ex eorundem repetito usu, & quidem fixorum, sequenti die in prandio, subortus illi fuit vomitus eadem nocte, à quo tamen convalluit circa vespertinas horas tertie diei, usu theriacæ & confectionis hyacinthinae, sine ulla profus offensa, atque bene habuit duobus sequentibus diebus, ita ut non solum è lecto surrexerit sed & sacra frequentaverit: Paschatis verò festo die gravissimis conflata symptomatis, 19. vel 20. horâ circiter ejusdem diei extincta est.

In cadavere deprehensa ventriculi ad partem dextram erosio & nigredo, veneni erodentis signa, cum livore renum & lumborum: cujus & luculentissimum præbuit indicium pulvisculus coloris cineritii ulceratæ ventriculi parti adhærens; vermis quoque in intestinis deprehensus.

Quæritur utrum repentinae hujus mortis causa Fungis venenatis sit imputanda, vel potius corruptis in corpore humoribus veneni æmulis, vel alteri cuiquam veneno assumpto, cum potissimum apoplexiæ, aut alterius hujusmodi gravis capitis affectus nulla sese prodant indicia. Quod autem fungorum usus mortis author fuerit, non levis est suspicio, 1. quod hi non raro venenata qualitate sint infecti, si potissimum locis nascantur ubi ferrum rubigine infectum, vel pannus potrefactus læreat, vel in radicibus arborum & ex arboribus ipsis noxiis, vel quæ innata quadam facultate fungos corrumpunt, quod de olivis & nucibus proditum, vel tandem prope serpentum latebras: qua suspicione non vacant præsentis in pratris collecti, vel hoc potissimum nomine quod ab ipsorum usu male habere cœpit, prout ipsius ancilla ab ipsorum noxa non fuit immunis eadem nocte: Accedit quod hi fungi primum erumpentes, licet non fuerint deleterii, veneficam tamen qualitatem ducere potuerunt à vase æneo,

æneo, rubiginè forte obfuso, nec stanno obfuso, in quo frigi fuerit: hoc indicio quod secundo, non primo appofiti, fuerunt noxii: Postremo quo fungorum omne genus, licet veneni expe's, adeo frigidum humidum & viscidum fit, ut ejus perniciem proxime æmuletur, Galeni testimonio 8. de S. Med. fac. Unde facile contingere potuit ut copia assumpti duos dies continuos. nec omnino vomitu rejecti, tridui spatio vires suas exferuerint, & calidum innatum extinguere potuerint, cum venena frigida tardius longe se prodant quam calida: Quæ potissimæ sunt rationes quibus evinci videtur materiem hæc fungorum usu extinctam fuisse: Quæ tamen tanti apud me non sunt ut id mihi suaderi patiar: quod enim fungi non fuerint venenati, patet 1. ex eorum densitate & colore, quippe albi, rubri, parvi, & solidi in fungorum genere minus noxii habentur: Accedit quod ab assis maxima eorum pars in suæ familiæ usum emptæ fuit, quibus innocui profus fuerant prout & quos comedit primo defuncta, & quamplures alii, quod citra ullam offensam, neque à terra emundati ullam ex buere colorem, nec ulla veneni pernicies panem cum ipsis cocto impressa: cum potissimum nulla evincat ratio quod virulentia in ipsis tandem delitescere potuerit, ut duos integros dies bene habuerit patiens à vomitu, & usu bezoarticorum, atque triduo post è vita discesserit: Quanquam enim venenum in corpore aliquandiu sopitum & iners possit latere nec vires exferat, fieri tamen ulla ratione potest ut in actum erumpens, & vomitum ciens, bezoarticorum usu coercetur adeo & obtundatur, ut exiguum ejus in corpore superstes mortem aliquot post dies inferat, quod à fungorum natura maxime alienum, qui lethales cum sunt, enecant suffocando, cum sopore, epilepsia, paralyfi vel repentina lyncope, atque dolorem in pectine, urinae difficultatem vel integram suppressionem inferunt: cujus rei causa Galenus curaturus male affectos ab usu fungorum, etiam venenatorum, semper præscripsit attentantia, incidentia detergentia & vomitum concitantia, hæc de consensu omnium Græcorum, Arabum & Latinorum, horum remedium usu ægri plerumque sanantur: Non alio referenda itaque causa hujus repentiæ mortis quam vel in humorum corruptionem veneni æmulam, vel in aliquod aliud venenum assumptum: Quod autem in corpore humano in veneni naturam facessant quandoque humores, ex Galeno constat, 3. de loc. afficiturque id experientia compertum in hysteriis passionibus, epilepsia, febribus pestilentibus, invadentibus pestilentia non grassante, aliisque lethalius affectibus derepente enecantibus absque ulla causa externa: Cujus perniciose humorum corruptionis in hac muliere indicium præbere potest vermis in intestinis deprehensus, corruptionis humorum soboles. Cæterum neque hoc pro comperto habendum, hæc in primis ratione quod hujusmodi humoribus venenatis, in ventriculo potissimum redundantibus, gravius affecto quam qualibet alia corporis partium, cum fungis usa est, & symptomata primo se præbuerunt, tandem delitescere non potuisset perniciose hæc qualitas, ut biduo incoluntis fuerit absque ulla operationum noxa, quanquam verò inficias non imos quin aora quædam venenata stas temporibus ab humore corrupto elevari possit, semine scilicet aut sanguine menstruo in utero conclusis, parte longius à corde summotæ. Verum alia plane est ratio materiæ in ventriculo coæservatæ, quæ cordi propior cum sit, ab hac continuo illud affici est necesse: Neque vermis in intestinis hoc evincit, cum vermes producantur non ope tantum caloris p. n. sed naturalis potissimum, materiam autrescentem foventis, & animal ex ea suscitantis, quo humor venenatus profus caret, nec ab eo fovetur, quia potius illum corrumpit:

statuendum censeo, quantum conjectura assequi licet, nullis suppetentibus firmis argumentis, extinctam esse præsentem ægram à veneno assumpto, hæc potissimum rationibus adductus 1.º quidem quod biduo bene habuerit, ac deinceps novis accidentibus subortis è medio sublata sit. 2.º. Quod ex quamplurimis qui fungos illos comederunt nullas præter eam mortuus sit, cum tamen magna copia eos non assumpserit, neque extincta sit cum ventriculo graves esse debuissent, sed his vomitu rejectis: Quibus accedit unguinum livor, labiorum siccitas & erosio, menti mollieties & flavus color, veneni symptomata, nativum calorem extinguentis, Et quæ in cadavere reperta: Quod autem hæc mulier à Fungorum esu male habuerit, ut & leviter ipsius ancilla, suspicionem auget illis immixtum fuisse venenum, quod tamen mortem inferre non potuerit quia vomitu rejectum est. & quidem facilius ob cibi copiam, à qua & illud obtundi potuit, quod postmodum cum paucis cibo exhibitum, majori forte dozi, nec vomitu exturbatum, facilius vim suam exferere & enecare potuit. *Ben. Silvanicus consil. 79. cent. 4.*

Canum, & aliorum animalium, à vipera morfu enecatorum anatome.

§. 1. Canis à vipera laceratus in libro inferiore commotus fuit, qui non illico admodum inde commotus, sed non diu post morsu evasit, cum maxillæ tumore: Vomitus postea subsequutus alimenti ultimo exhibitum, sequuta excretionè paucarum fecum: oblatum insuper panis, caro, aqua, quæ omnia respuit: decumbebat absque planctibus, pars demorfa livida facta est, livore infra colum se diffundente, imo ad pectus usque, non secus ac tumore: Tandem obiit, sed quadragesima à morfu hora: Venter non intumuit, nec exterius quicquam extraordinarii apparuit, præter tumorem & lividitatem partium commotarum & vicinarum.

Cadaver apertum fuit: In trunco venæ nonnihil sanguinis concreti reperimus; reliquum sanguinem, ibi loci, in corde & ubique, fuscum & obicuri coloris observavimus, vitiosæque consistentiæ, qualis sanguis ex parte dissolutus & corruptus: Ventriculi color quodammodo obscurus fuit, sed manifestus in mesenterio & intestinis: Nulla in corde alteratio fuit conspicua: nulla in hepate, pulmonibus, liene, nativus enim & optimus fuit earum partium color.

§. 2. Alius canis in auricula commotus fuit, qui illico ululavit, atque ex intervallis ululatus per semihoram renovavit, deinceps sine ullo planctu tacitus: locus commotus lividus evasit & intumuit cum partibus circumstitis: Vomitus nullus sequutus, sed dejectio paucarum excrementorum, eorumque naturalium: cibum & potum, non secus ac prior canis recusavit, morte post vicesimam quartam à morfu horam subsequente. Nihil exterius infœtum præter livorem & tumorem partis affectæ & vicinarum apparuit.

En dissecto, omnia eadem quæ in præcedente interiorius conspicua se exhibuerunt: nullus hic repertus sanguis coagulatus, neque in corde, neque venâ cavâ aut ullibi, coloris vero erat obscuri vitiosæque consistentiæ, cum manifesta ad concretionem propensione.

§. 3. Rostri extremitas alterius canis irritatæ viperae dentibus objecta fuit: Commotus canis illico ululavit, sed non diu, locum commotum lambere satagens, aut ex intervallis, pedibus scalpere: nequam decubuit, totum in æterno eo exercitio occupatus, cubiculum per ambulans: Locus morfu impetitus levi livore correptus fuit: paulo post objectum cibum & potum accipit, non secus ac si nihil passus

passus esset: livore non diu post evanescente, neque ullo alio damno subsequuto.

§. 4. Cællus septem aut octo dies natus, in tibia commorsus fuit à vipera irata: qui illico ululavit, & usque ad obitum: horâ unâ post contingentem: pars livida & tumida sicut in cæteris erat.

Loque aperto nihil insolens in cadavere repertum præter livoris quondam in ventriculo speciem, & in intestinis, cum fuscæ & prava sanguinis consistentiâ, sicut in cæteris: omnes enim partes internæ rite constitutæ appa vere.

§. 5. Alterius canis linguam morfu impetiit vipera, qui nobis multum laboris peperit, quo ad exerendam cogere, diu enim & strenue obstiit, Ictus tamen altus fuit, vipera quippe admodum irritata; Ululatus illico maximi fuere procul pertingentes, qui ad mortem usque, quæ semihora post contigit cum summa agitatione, continu fuere:

Neque apertionem negleximus, & quanquam cor, hepar, pulmones, splen, optime essent constituta, lingua nihilominus admodum livida evaserat, totum mesenterium maculis lividis conspersum, quarum plurimæ lentium magnitudinem excedebant, sub quibus sanguis concretus delitescerebat, Ventriculi quoque & intestinorum color magis quàm cæterorum omnium obscurus erat: sanguis admodum niger, cum coagulationi initio in corde & vena cava, cæterum consistentiâ dissolutus & corruptus.

§. 6. Alium præterea canem in imo ventre morderi curavimus, ab alia irata vipera: qui illico vehementer, ac non diu ululavit: Locus affectus admodum intumuit cum livore; hoc cum tumore circum circa partes naturales se diffundente: Crebro potabat hic canis, sed cibum adversabatur, atque in eo statu diu, citra priora accidentia, perstitit: Biduo post, quo de re certius constaret, iterata vice, juxta priorem locum illum morfu impeti curavimus qui iterum alte ululavit, cum tumore, per totum pene abdomen expansi, necnon livoris augmento, qui tamen intra eos limites constitit, quia canis vulnera crebro adlabebat, interea potans, ac tandem comedens; adeo ut circa aliud quàm à lingua petiit remedium spatio quinque aut sex dierum, omnis intumescentiâ & lividitas disparuerint, cane ad priorem omnino statum redeunte.

§. 7. Experimenta supra adducta insignis usus fuisse ad rectam notitiam effectuum viperæ, inter quos multa adfuit affinitas: Columbum & pullum Gallinaceum viperæ in iram concitæ exposuimus, successive & pene eodem tempore: Ictus parti maxime carnosæ inflicus fuit, pectoris scilicet ima parti: In utroque illico observare licuit crebram cordis palpitationem, eamque extraordinariam, amplius semper procedentem, adeo ut ambo semihoræ spatio occubuerint.

Uterque statim adaperitus fuit, ac sanguinis in corde & vena cava concreti nonnihil repertum est, reliquo cruore nigricante, ac ad coagulationem vergente, & dissolutioni & corruptioni proximo: cæterum cor & hepar, sicut & cæteræ partes internæ externæque, coloris floridi riteque constitutæ: exiguum tamen livorem demorsa pars præ se ferebat.

§. 8. Uterius experiri libuit an eadem vipera, morfu uno eodemque tempore diversa successive animalia interimere valeret, ac num ejus venenum exhauriri posset, adeo ut ultimo ictu immunia esse possent, Rem exploraturi, quinque ex ordine columbas uni eidemque viperæ objecimus, quam toties lacessivimus, quoties dentes impressit, quæ omnes paulo post mortuæ sunt, atque omnia prima quæ ultima commorsa fuit: Quoad sanguinem reliquasque partes internas, idem prope status fuit qui primæ columbæ. *Moses Charraz. Tractatu de Viperâ.*

De Viperarum moribus ac Veneno Observationes propriae.

Anno 1683. capram majorem viperis irritatis mordendam exhibuimus, atque ab earum unâ vilius in nares est inflicum; unde ipso momento necesse ac tremula facta est panemque aquâ imbutum & sale multo conspersum respuit; imò vix ab unâ parte domus in aliam, præ debilitate, commigrare valuit. Ab hinc humi cubuit tremulosque per totum corpus motus cum abdominis distentione passa est. Post horæ circiter quadrantem, salivatio, eaque admodum viscosa, atque spumosa, oborta est, & ad aliquot minuta talis perduravit. Inde in dyspnœam incidit; quæ paululum diminuta, somno corripiebatur, quem rursus subsequiebatur salivatio, sed tenuis & minus quàm prius spumosa: somnus hinc cum intensiori dyspnœa comiteque stertore, ingenti partium corporis omnium tremore, & musculorum colli convulsivâ tensione, eam corripuit. Sic per momenta affectæ, cum canis objectus fuisset, caput quidem in eum extulit, sed reliquum corpus nullatenus movit. Salivatio interim non ita copiosa subsistebat, dyspnœa ut & tremor sensim remittebant, ac oculos ideatidem aperiebant, donec post duas, cum unius quadrante, à morfu horas, pedibus insistenti, rigida & quasi cataleptica fiebat, non ita tamen pertinaciter immobilis, quin excitata, vique aliquatenus adacta, horæ quadrantem per cameram obambulare; donec veneni vi rursus prostrata, & vehementioribus motibus, convulsivis succussa, toto tandem corpore resoluta perierit. Aperto corpore, præter alia de quibus in sequentibus, reperiebamus sanguinem non tantum in grumos coactum, sed ejusdem particulas sibi invicem ita coherentes, ut in cordis ventriculis polypos admodum tenaces, valvularum tum sigmoidalium, tum tricuspidalium variarumque cavernularum in prædictis ventriculis excavatarum, imaginem apprimè per externa referentes, efformaret. Idem præterea sanguis è majoribus ac minoribus venis, in ramos ac ramules distributus, sine disruptione extrahi poterat, valvularum itidem omnium, tum jugularium venarum, tum aliarum, figuram non minus accuratam exhibens, quàm à cerâ præparatâ ac eadem infusâ, illud effectum fuisset. Prædictus autem sanguis nullam proors nigrorem contraxerat, sed vividus omnino ac rutilus visebatur. Canes quos in experimentum sæpius adhibuimus, ut & feles, cuniculi, porcelli Brasiliæ, columbæ, picæ, pulli gallinæ aliaque animalia; iisdem prope prehenis symptomatis, alia citius, alia tardius veneno fuere eneata; super quo adnotavimus quod illa in quibus sanguis varique succi fuerint naturâ suâ aciores, imò particulis volatilibus magis saturati; veluti feles, columbæ, picæ &c. citius, nec etiâ intra pauca horæ minuta sint occisa: alia verò in quibus & sanguis & alii succi aquosiores viscidiores ac lentioris fuerint motus, vitam longius protraxerint: quodque etiam aliqua inter ipsa, quamvis pluries ac profundius commorsa, sine remediis evaserint, nec à veneno lethaliter affici potuerint: cujus census nobis præcipue fuit Mus Alpinus, Marmota vulgò dictus, qui etiam si tumores multos in labiis vulneratis, os prope per tempus occludentes foetoremque gangrenosum spargentes, gesserit; convaluit tamen tandem, nec aliquo medicamento in illud eguit, nisi inde medellam sibi assumpsisse crediderimus, quod eo ipso momento quo se commorsum persentiebat, dentibus viperæ caput arripere illudque contereret, verum non usque adeò ut ipsum confringeret, aut

lethaliter

letaliter violat; (nulla siquidem vipera sic mortua est) ac potius ut conterendo ac conquassando sugeret succum è vipera rostro per compressionem exeuntem. Ut autem è diverticulo (forfan non adeò ingrato) ad viam jam redeamus, observavimus, ni nos memoria fallit, in iis omnibus animalibus quæ venenò perire viperinò, intestina distenta, aliquatenus inflammata, maculisque lividis hinc inde leviter picta, sed eò loci quò bilis canalem suum habet apertum, livore, seu potius nigrore gangrenosò infecta; unde conicere licet venenum non tantum vim suam in nervos exerere, illicoque tot turbas, tremores convulsivos ac fibrarum contractiones parere, quotum ex parte factus sunt contractiones glandularum salivalium, totiusque palati ac faucium, quas salivatio necessariò consequitur; item ventriculi & intestinorum convulsiones, comitesque contentorum dejectiones: Verum etiam in omnes alios permeare succos iisdemque deleterium quid imminere. Eà ratione sanguinem letaliter coagulat, dum serum ejusdem à parte fibrosa secretum, per vias urinarias, & intestinales copiosius amandat; proventumque biliosum eò fermentationis & acrimoniae evêhit, ut non tantum vellicandis intestinis, eorundemque motui pro deturbandis promptius excrementis accelerando, sed etiam illis ipsi ad instar lapidis caustici è salibus lixivialibus confecti, corrodendis, aptos sit; eoque præcipuè loci, ubi tota vi agit: & antequam aliis succis in flexuosum intestinorum tubum effusis, immixtus, illa retusa fuerit. Hic exquirendam veniret à quò demum principio tot funestos pronascantur effectus, quid hinc coagulationes, hinc fusiones, ac fluorem salium pariat; quid spiritus animales, nervosumque succum, quid fibras undique proritet? Verùm hic fatemur ignorantiam, malum usque altam silere quàm conjecturas minus ad rem facientes protrudendo tempus terere. Adjicimus tantum venenum hoc esse admodum subtile & paucum, quòd magis mirum esset, ni divisio corporum in infinitum à recentioribus Philosophis validis rationibus comprobata, imò experimentis super capri particula flammam à lampade accensâ ascendentem colore viridiusculo plures dies tingentem, peractis, à Nobiliss. ac Præclariss. D. Boyle, quasi demonstrata foret. Non tamen conclusum volumus hoc venenum tam paucum esse ac asserit Clariss. Dominus Charaz, dum illud totum in spiritibus ex animali irato evolutibus, minimaque sui portione vulnus à dente inflictum subeuntibus, repositum opinatur: Agnoscamus enim hic præterea succum quempiam pinguem & oleosum sacculis propriis per gingivæ longitudinem expansis conclusum, cui princeps hoc in negotio ministerium debetur, cujusque præterea naturam ac effusionis modum conveniens fuerit ut explicemus. De memoratis sacculis & liquore contento sic habet Illustriss. Franc. Redi in suis observationibus super viperis. In fundo vaginalium intra quas viperæ dentes habent repositos, humor stagnat colore & sapore similimus oleo amygdalarum dulcium. Unde apparet ipsum pro uno & eodem sacculo habere tum quod vaginalam, conficit denti dum supra maxillam recubat, tum quod succum oleosum, gingivalem non absurdè dicendum, concludit. Clariss. Dom. Charaz idem in sua viperæ anatomia sentit, ac proin scribit. Vidi majorem dentem ad duas suæ longitudinis tertias, tunicâ, seu vesiculâ cinctum, quam vesiculam complet succus subflavus, pellucidus ac mediocriter fluidus; addit præterea succum hunc in hæc vesiculâ à glandulis salivalibus per canaliculos amandari, & nullatenus à folliculo bilis assurgere, ut malè

crediderant quidam super Naturâ stœj, præcisi Auctores non contenti colorem, consistentiam, ac saporem in examen adhibuisse, illum etiam animalibus hominibusque propinarunt, nec multum acrimoniae aut ex gustu, aut ex effectis in ventriculo, in ipso pervidete potuerunt: At verò illud ita ipsis apparuisse, quia insensitæ, ut ita dicam, ab oleosis admixtis veneni particulae, in linguæ cavernulas illicoque conclusas papillulas nerveas spicula sua inferre non valebant, & quia postea succis ventriculo iniquis immergæ præcipuâ suâ vi spoliabantur, fas est opinari. Nam ille succus proculdubio, non tantum vivente animali, ac per ejusdem irritationem commotus, venenosus est; sed etiam postquam ab animalis capite expressus fuit, dummodo immediatè in venas pertingat; idque non semel experti sumus in canibus, in quorum vasa sanguifera cum succum prædictum è capiti tibus viperinis paucâ aquâ calidâ inter exprimendum ablatis, extractum infudissemus, brevi illi perire. Nec valet contra experientiam objectio, quòd innocuè ebibatur, quòdque plaris cultro confectis innocuè afficeretur; siquidem multa stomacho non sunt nociva quæ in sanguinem immediatè excepta letam inferunt, sic ego ipse sæpius largissimas volatilium doses haurire vidi, quarum in venas injectionem animalibus omnis generis letales observavi; & præterea quod plagas spectat ejusmodi succo inundas, quis non videt, non ita liberam succo illi vasa per plagas aperta subire, quia potius à sanguine elabente diluit, & in terram, aut lintea applicata effandi? At etiam deficientibus hæc rationibus, quid objectio contra experimentum certum & indubitatum. Non itaque hesitantè proavntio, venenum viperinum totum in succo gingivali residere; superest tantum ut exquiramus quomodo in venas protrudatur dum animal quodpiam à vipera commorretur. Illud autem demonstrationis non erit multum difficultis, si primò assimaverimus cum Illustriss. Dom. Redi, viperarum dentes majores esse cavos ac per longitudinem suam, excepto extremo tantum apice, tubulatos, sed etiam non longe infra illud extremum, lateraliter ita esse perforatos, ut commodissimè liquorem per vesiculas, tum compressiones in ipsos, non alias quam enematum materia è vesicis bubulis manu contractis in fistulas in id illis aptatas, momento transicientem vulnere infundant. Hoc autem eò consuetudinis asserimus, quòd ex non propria nostra observatione addamus, obstant foraminis exiguitate, succum ex compressione longè quasi per syringam ejectum sæpius viderimus. Hic itaque idem præstant tubulati dentes, quod in urticâ urente villi illi crassiores ac tubulati, è pluribus vesiculis hinc inde folium plantæ contegentibus, ac humorem corrosivum continentibus, assurgentes; nam dum à villis rigidioribus tubulatis & per sui extremitatem acuatoribus vulneratur pars aliqua, eo ipso infunditur in vulnus liquor subjectus fermentationes dolorificas producere paratos. Atque jam de veneno ac de modo quo in vulnus transmittitur satis, operæ nunc pretium fuerit si aliquid de antidotis adjecerimus, idque per experimenta in animalibus ac etiam hominibus peracta. Nobilissimum sanè ac præsentissimum hoc in casu medicamentum, (ut ubi reticem) est ipsum sal viperinum, totaque viperæ substantia; super quo minimè ingratum fuerit quod in juvene annos circiter octodecim natò observavimus adferre: Ille scilicet cum in medelam affectionis cujusdam faciei crustosæ joscua viperina, viperarumque sal volatile, adhereret; aliquando à vipera forcipe

Corcipe comprehensa altam inter pollicem ad digi-
tum indicem commotus fuit, nec inde tamen quid-
plam noxæ retulit, quod longò jam prædictorum
fusculorum ac salis usu præmunus quasi fuisset in
fucci virulentissimi & perniciosissimi, expulsionem
ac extinctionem. In aliis verò quibus non conti-
git ita beatis esse ut antidotum propriò sanguini
conclusam gerent, non difficile fuit symptomatis
à veneno enascentibus occurrere, tum per fuctio-
nem partis vulneratæ, continuoque institutam ejus
scarificationem, ac lotionem ex aceto theriacali,
tum per propinatum præterea sal volatile viperinum
in largiori dosi. Sic providimus adolescenti qui pro-
pe talam super tendine, Hippocrati chorda die-
tò, vulneratus fuerat; ut & ancillæ quæ dum vi-
peram è caprà sese protipientem, cauda arreptâ,
retrahere tentat, in brachiò profundius fauciatâ
fuit. Sic etiam varios canes commotos cura-
vimus. Verum non est quòd plura addamus de
remediò satis omnibus notò: Itaque hæc suffi-
ciant.

*De Aconitò Pardalianche, falso Matth. Aco-
nito. 1. Dioscoridi; Thora foliò Galaminis
Joh. Bauh. Thora Valdensium aliis dictò.*

De hac planta scribit Clariss. Johan. Bauhinus ex
aliorum sententiâ, napelli excedere maluriam, il-
lamque tantam esse, ut homo quidem præcipue, de-
inde & quadrupes, ac aliud quodlibet ferarum
vulneratam aut æctum telò hujus succò imbutò il-
litòve intra semè horam pereat ac moriatur. Nega-
tamen mortiferum si bibatur aut devoretur, tamen
si absque noxâ id non fiat. Nos magnam hujus
plantæ quantitatem in monte vicinò *Thury* didò
sepius colligi curavimus, succòque ipsius vulne-
ra animalibus inflicta pluries fovimus, nec tamen
aliquid funesti inde ortum vidimus, unde conclu-
dimus virulentiam, plantæ nimium tragicâ à Ges-
nerò & aliis explicari, propterea quòd iis que
sui relata sue aut fidentes, propriam experien-
tiam non consuluerant. Radix exsiccata saporis est
sabdulis ac parum ingrati, quæ canibus aliisque
animalibus exhibitâ noxæ nihil aut parum admo-
dum intulit. De Aconitò Pardalianche vero *Dal-*
echampii, quòd in jugis monti vicini locò die-
tò, *les Faveilles*, reperiebat, quòdque eradica-
re non audebat propter pelliferam venenositatem,
quam etiam iis qui tantum illud attingunt, insect;
hic aliquid dicendum haberemus, nimirum quòd
prædictò Botanistæ tantum timorem incuriebat,
aliud prorsus non fuisse quàm *Petasitidem* ipsum,
ut ex descriptione folii, & loci ubi enascitur, ab-
sentiaque omnis alijs plantæ figuræ congeneris
facile nobis constiterit. Verum de his, ut & alijs
ad rem Herbariam pertinentibus, commodius
alibi.

*Solanum melanocephali seu sylvatici vis soporifera
ac deleteria.*

Cùm anno 1690. die 29. Julii ad Seebachum, vi-
cum diocesis Tigurinæ, unâ leucâ ab urbe distan-
tem, mulieres aliquot rusticæ in evellenda cannabi occu-
patæ essent, circa vesperam muliercula quædam ex
eodem vico *Regula Meyerna*, uxor *Rudolphi Ka-*
chii, inter eundem per vicinum saltum, dictum
Bubholz, in fraticem per elegantem, baccas atras,
splendidas atque visu amœnas præferentem, *Solanum*
melanocephali, sylvaticum & manicum appellatum
sinistro lato, incidit: cùm verò antehac auditu non-
nulla percepisset de baccis *Ebuli*, sibi persuasit

has ipsas *Ebuli* baccas esse; itaque magnum earum
vim in ventrale suum collegit, quo domi *Rob. Ebuli*
conficeret. Postquam verò ad prædictas mulieres rus-
ticas, circa cannabi occupatas pervenisset, ex *Bar-*
bara Küßera, vidua *Henrici Sileri*, annor. 62. quæ
ipsa ante aliquot annos *Rob. Sambuci* atque *Ebuli*
conficere solita fuit, quæsitivè numquid hæc baccæ
Ebuli baccæ essent, nec ne? Illa imprudens, maximo
suo & aliorum infortunio affirmando respondit, at-
que de iis ipsis baccis comedere incepit, unde & cæ-
teræ mulieres eas degustarunt, verum ex his minis
gratæ visæ fuere: ipsa quoque *Regula Meyerna*,
sex baccas devoravit, verum cum & ipsius quoque
palato esse haud acceptæ fuissent, nonnullas denuò
exspuit. Cùm autem *Socrus* hujus *Regulæ Anna*
Meyerna, vidua *Johannis Kochii* annorum 61. &
supra dicta *Barbara Küßera*, cupiditate ingenti
de his baccis comedendi corripentur, proculdu-
bio fame pressæ, libenti animo à *Regula* earum
ejus illis concessus, imò ut de iis commanduca-
rent, siquidem ita luberet, eas urfit: hæc itaque
pro libitu libituque de illis comederunt, paulo-
que post ad labores suos, evulsionem nempe can-
nabis, se se receperunt; mox autem ad baccas
has advolarunt iterum, usque se se iogurgiarunt.
Sed nondum elapsâ horâ baccæ hæc virulentiam
suam occultam, narcoticam atque deleteriam exere-
re cœperunt, proinde binæ hæc vetulæ viribus de-
ficere de magnâ anxietate circa præcordia, atque
cardialgiâ conqueri, ac somno corripri cœpere,
quapropter domum contendunt; sed jam inter eun-
dum, lethargus incrementa sumit, stupida at-
que æstiva fieri incipiunt. Interea verò temporis
mutercula illa *Regula* reliquas suas baccas do-
mum deportavit, in hypocausto reposuit, &
mox inde in vicinâ cujusdam domum, negotio-
rum quorundam causâ, se se contulit: in absentia
ejus nonnulli infantes, tum in eadem domo cum ea
habitantes, tum etiam vicinorum aliquot, hypo-
caustum ingressi, in baccas has irruerunt: ex do-
mesticis alijs, cetera eas esse arbitrati, comede-
runt; alii verò eas tantum degustarunt, & tan-
quam insipidas denuò exspuerunt: vicinorum au-
tem infantes, cùm de iis comedisset, è domo
mox sese subduxerunt, timentes ne à muliercula il-
la malè tractarentur, si ea redux nil amplius bac-
carum offenderet. Inter infantes hos erat Puella
11. annorum, quæ quinque baccas assumpsit, ne-
que quidquam adverti inde percepit: Puer autem
novennis etiam decem devoravit; atque hic stupo-
rem saltem quendam & tormina ventris sensit; ma-
gnam autem earum copiam sequentes pueri devora-
runt, nempe *Joannes Conradus Brunnerus*, *A-*
brahami filius, septennis, *Conradus Kochius*,
quadriennis, muliercula illius *Regulæ* proprius
filius, & *Johannis Klein Peter Schmid*, filiolus,
bimus & octimestris. Pueruli hi paucis ab hinc
horis penes suos animo atque corpore, languere
cœperunt, diuque cruciatibus circa præcordia,
stupore, quinetiam ac convulsionibus epilep-
ticis lævissimis corripiebantur; unde & bini mi-
noremnes pueruli apoplecticorum instar, alter
circa mediam noctem, alter verò sequenti lu-
ce, extincti, & miseram suam vitam finire:
ignari erant Parentes, undenam hoc mali infan-
tes hi sibi contraxissent, prout sunt innumeræ in-
fortunij viæ. Cùm verò Pater majorennis pueri
Johann. Conrad. Brunneri, in rem præsentem ivis-
set, atque exploratum haberet quid cum filio suo
actum esset, subito ad vicinam quendam Medicin-
trum se se contulit, qui suavit ut aquam tepidam
puero per os infunderet, quò baccas ingestas re-
gurgitaret; sed cùm hoc minus succederet, post
infusam

inulsam Theriacam in aqua quadam stitacita baccas revomuit, simulque per nares ac os sanguinem reddidit, ac brevi sanitate pristina recuperavit. Sed binæ jam supra commemoratæ vetulae domi jam lethargo correptæ, velut apoplecticæ sine ullo motu membrorum jacebant; sique ab adstantibus velicabantur, oculos quidem aperiebant, sed ne gry quidem proferebant, atque in eodem statu sequenti etiam die permanebant, circa horam autem octavam vespertinam, *Barbara Küssler*, cum prius comelas baccas revomisset, vitam cum morte commutavit; altera verò *Anna Mayerna*, subsequenti demum die 35. Julii, summo mane, in libitinæ rationes adscripta fuit: cum autem baccas ingestas in ventriculo retinisset, post obitum corpus ejus mirum in modum intumuit. Eodem autem die quartana hæc cadavera in eodem sepulchro recondita fuerunt. *D. Johannis Jacobi Wagneri Miscell. curios. Dec. Ann. 10.*

De Ictu Scorpionum.

Quam hic siso observationem, Excellent. Dom. Dom. Francisc. Evangelisti, ut Nobilissimis nostris Dom. Collegis innotesceret, communicavit, quam etiam propriis ejus verbis exhibeo: Elizabetha de Turanis sub fine mensis Julii 1692. cum se se ad latrinam in loco præhumido sitam contulisset, à Scorpione ibidem latente icta fuit circa ultimas recti intestini plicas. A re inopinata præterita me accessit voluit, ut prædicta narraret. Perit ab eadem, num esset certa quod verè Ictus Scorpionis fuisset, quem statim mortuum mihi ostendit; quia ab insulso vulnere illum calcamentis contriverat. Interea ut mortem, quem imminentem arbitratur, evaderet medica poscebat præcidia; Unde præcepi ut locum fauciatum cum eodem scorpione optimè trito fricaret, quod non permisit. Quapropter sub fumigium cum eodem animali perficiendum commendavi, quod factum fuit; quamvis pudibunda dilationem puncturæ opera Chirurgi peragendam tenuisset. Interea nulla sæviora symptomata apparebant. Post duas horas à maximâ viscerum commotione, vomendi stimulo sudore frigidò; & quâdam veluti lipothymia festata, denudò ad visitationem Adstantes me vocant. Ego indicatione sumpta à veneno repente ad superiora hirudines ad locum fauciatum, unam post aliam, apponendas præscripsi, quæ omnia integrè peracta fuerunt. Post sex horas incidit in adeò perversum intestinorum motum, ut omnia quæ per os assûmebat, statim evomeret, Undè cum per superiora non posset dari medelæ locus, Clysteribus, fomentis & unctionibus alexipharmicis, & spiritibus refocillantibus usi fuimus. Primus clyster vix injectus fuit, cum jam per superiora redderetur, de certitudine Volvuli nos certiores faciens. Interea pluries animi deliquia ipsam apprehenderunt, & post horas aliquot convulsa obiit.

Venenam Scorpionis esse minimum mole, sed facultate & immanitate maximum & potentissimum, Galenus ab experientia edoctus pronuntiavit. Et quamvis in Italia lethale virus non emittere, Plinius testatus sit, attamen summa rerum magistra experientia contrarium confirmat. Cur verò tam citò, & tot tantorumque morborum syndromes evenerit, non assequor, ni fortè credam, quod per venas & artenas non solum virus ipsi cordi communicatum fuerit, spiritusque vitales infecerit, sed etiam pro certo habeam, quod in humoribus centuplicata fuerit quantitas vene-

Tom. IV. Pars II.

ni, non secus ac Chimici auri argenticque multiplicationem invenerunt: Nam; Apponense distante, venenum perniciosam ac destruentem vim cordis habet, & quidquid attingit in humano corpore, hoc convertit in suam speciem venenosam, & se ipsum ita multiplicat, inficiendo humiditates corporis nostri in venenosam naturam; quâ multiplicatâ, augetur virtus veneni. Geometricum est axioma; Geminata quantitas exauget virtutem. Mihi insuper persuadeo, nostram patientem tam cito obiisse, quod Chlorosi laboraret, & per consequens valetudinaria esset, hinc facillè credo, quod veneno in suo corpore genito scaturerit, idque adventitio, & forsitan sibi analogo adjunctum deleteriam vim exciterit, ac etiam mortem attulerit. Nam ubi abundat venenosus spiritus, venenum deo in ingruens est magis perniciosum, ut probat Castrensis Lusitanus in suis Meteoris Microcosmi.

Iliaca passio, quæ successit, magis miranda videtur; cum alias ex oclusionione intestinorum, & præcipuè gracilium ortum ducat, quæ tamen in Casu nostro supponenda non erat, quia novissimè feces ejecerat, quando à scorpione icta fuit; neque ab inflammatione circa rectum intestinum premebatur, ex quâ clausum officium supponendum fuisset, tum quia ex febris absentia, imò ex autopsia absuit inflammatio, tum etiam quia clyster summa cum facilitate injectus fuerat: Ergo omnis causa ad pravam veneni qualitatem referenda videtur, quæ annulosis intestinorum fibris communicata, & spiritibus in ipsa animi commotione versus principem suæ originis locum remanentibus, associata, secum fluida vasorum ad superiora per motum antiperistalticum stimulavit, & convolvulum prædictum excitavit. Hinc duo fatenda videntur: Primum, quod detur motus convulsivus, præter causam inanitionis & repletionis, ut plurimum ex causa venifica, & hæc calida vellicante, quia ex frigida aut humida potius resolutio, non convulsio succedit, Alterum quod scorpionis virus, calidum, urens, & nervos mordens credendum sit, ut cum Celsalpio plurimis placuit; non verò frigidum, ut multis aliis medicinz Principibus arrisit. *Dom. Dom. Josephi Lanzoni Miscell. Cur. Decur. 3. Ann. 1.*

De Stramonie semine per errorem sumpto, ejusque symptomatibus & curatione.

Senator hujus urbis sæpius calculo cruciatus, suavis uxoris sumpsit pulverem ex semine stramonie, quod semen ex errore pro semine bardanæ collegerat, deglutito hoc medicamento, mox faucibus constrictis vertigine corripiebatur, ut quasi temulentus hinc inde vacillaret, mox mens vacillabat, & vatizæ plantasæ objiciebantur, & quasi in *lucis* sibi videbatur, ordinatum est gargariisma ex decocto caricarum, passularum & glycyrrhizæ; Caricæ enim veneno resistunt, hoc modo constrictio colli remisit, tunc exhibita Theriaca ad ℥ij. cum cerevisiâ calidâ & opertus sudavit, quod remedium iteratum & per vices Bolus Armen. & terra sigillata exhibita, sic intra aliquot dies plenasie restitutus, nisi quod vertigo aliquando urgeret. *Dom. D. Danielis Grugeri Miscell. Curios. Decur. 3. Ann. 2.*

Non ita bene cessit Viro præter propter quod dragenario, qui ab exhibitio, ut creditum, stramonie semine Anno 1682. ægotavit, siquidem post vertigines, sopores, faucium dolorem, nauseam imò vomitus, in alvi fluxum incidebat; quò suppressò horrendum in modum per 28. horas

Si mapenq

manente tamen integrâ ratione, convulsus obiit. Cadavere apertò vidimus Cylidem felleam bile porraceâ distentam, eoque loco ubi duodenum canali suo perforat, intestinum ita ulceratum ac quasi putrefactum ut minimâ digitorum vi laceraretur. Venter in fundo suo erat excortatus, & punctulis variis à totidem procalcibus feminis vorati particulis, ibidem inustis, notatum. Integro corpore suo non parum erat ille dimidatus, & multò infra amplitudinem coli subiecti se nobis exhibebat. Sanguis ita erat colliguatus, ut etiam si corpus decem ad minimum post obitum horarum cultro subiceretur, ne illius quidem guttulam allicubi coagularam observaverimus; quin potius ille ex omnibus suis vasis & vasculis statim ac vulnerabatur exillibat nigro colore infectus, admodum fusus & parum spumofus.

De esu fungi saligni lethali.

Mulomedicus in pago Thuringia puer castra fecutus & servitiis Chirurgi castrensis addictus, animum applicat ad medicinam, dumque mulum vel equum aegritudine quadam laborantem restituit, & hominum curam aggreditur, à baculo ad angulum, hoc est, à bruis & equis ad homines argumentatus, ratusque, se à Magistro suo, Chirurgo videlicet castrensi, cui, à pedibus & calcis purgandis fuit, omnis arcana medico primo saltem intuitu haussisse.

In praxi sua, ut ita loquat, vulgi facile acquirit applausum, dum similes simili gaudet, nec fautores, Imperiti tamen, ejusdem respuunt consilia ac medicamenta; Cumque aeditus quidam in pago Bercka ex commendatione singulari per pastorem quendam pagnum facta persuaderetur, ut de respiratione difficili cum summa virium imbecillitate per aliquot menses conquestus, hujus Mulomedici impleret operam per literas & fratrem suum de malo suo eundem fecit certiorum ejusque petit consilium ac medicamenta. Hic ad quævis paratus transmittit eidem potionem ad ℥vi. ex pectoralibus herbis & radicibus confectam cui addit pulverem ex fungo saligno præparatum ad ʒ. cultri cuspides pro dosi, jubetque ut stragulis bene cooperitus sudet. (*den er müssen ihn die Schlimkeiten auf den magen, verba sunt Medicastri durch den Schweis austreiben, rillum tentatis amici? und ob gleich dieses pulver ihn sehr angreiffen wurde, so voll er sich doch daran nicht kehren, den NB. so er es überstunde, so habe er nicht gewonnen, und er wolle dem Herren Cantori schon helfen, summo igitur appetitu assumitur hic pulvis, sed dum sudor expectatur, in vomitus accedunt enormes cum summa cordis anxietate, lipothymis continuis, extremorum frigore, singulta & tandem convulsionibus, quæ omnia aegrum ita exeruciant, ut paucis ab exhibitione jam dicti pulveris horis, vitam cum morte cogatur commutare.*

Illustrissimus Comes demandat Medicis sectionem, quam D. 27. Februar. anni 1694. instituit & observant, 1. Cadaver per os & nares valde fermentescens, 2. Maculas nigropurpureas externè circa regionem ventriculi. 3. Aperto Abdomine lymphæ extravasatæ quantitatem ad 2. ℥ in Abdominis cavitate 4. Maculas biliolas in superficie ventriculi externa & circâ pylorum ut & partem coli ac duodeni, quæ à nimis compressione & irritatione creberrimis vomitibus dum bilis per *duodenum* fortasse transfunderet (vesiculis enim fellis integra erat) fuere deductæ. 5. Ventruculi orificium superius & inferius, ut & ejusdem fun-

dum & partes collaterales undique fugillatione insigni apparentes ut & membranam internam atroscam ob summam assumpti medicamenti acrimoniam. 6. Cumque demortuus de diuturna respirationis difficultate esset conquestus, thoracem aperimus, ibique offendimus lymphæ extravasatæ quantitatem ad ℥v. vel vi. ut sic Hydrops pectoris verus ejus fuerit affectus, quo laboravit, dumque diaphragma & pulmones onere hujus lymphæ gravati liberum non obtinere potuerunt motum, hinc difficultas respirationis oborta est. Accedit insuper, quod 7. observatum fuerit Parenchyma pulmonum magnitudinem naturalem valde superans, sicut & pulmones ipsi maximè erant inflati, à nimis itidem irritationibus & vomendi conatibus & tamen lobi eorundem, excepto unico majori dextro innoxio, exangues & ad exulcerationem dispositi videbantur, ut sic ad phthisin quoque demortuus inclinaverit. 8. Tandem pulmones modo naturali non apparebant distincti, sed membranâ satis validâ & crassâ conjuncti, cujus etiam ope sterni & costis adnati erant, ut proinde ob denegatam liberam pulmonis expansionem à tot causis excitatam mirum non fuerit demortuum tantam sensisse respirationis difficultatem, utpote quam vix curabilem judicaverim.

Rogatus sententiam meam de hoc casu ita respondi; Fungorum usum in genere apud plerisque Medicos male audire, utpote qui tanquam ulcera terre difficilissimæ sint concoctionis nullisque nutrimenti laudabilis, ori & gulæ etiam optime placuerint, sint participes, nec deesse exempla de interitu integrarum familiarum usu fungorum extindarum, notandumque insuper esse ex Bauhino fungum salignum in Pinac. lect. 5. p. m. 372. inter fungos noxios referri, & Clusii autoritate confirmari. Et quamvis B. Ludovici in sua pharmacæ, & quidem differt. 1. p. m. 552. ita de his fungis differat; Fungos salignos ad gran. v. vel viii. bibonibus præcipuè, nonnunquam cum effectu, de cætero sine noxa, dari vidimus, dosis tamen in hoc casu nimis enormis fuit ad ʒ. videlicet cultri cuspides, ita ut non dubitem asserere pulveris hujus fungi saligni quantitatem ad gran. xv. vel ultra (*dann drey Baver Messer spitzen vermögen erwas*) ascendisse, aut superasse, ut proinde non mirum, tantam tamque lethalem operationem esse subsecutam.

Nec excusabit Medicastrum Jovem jurantem lapidem, se medicamentum hoc omni labe carens autumasse, illudque in quamplurimis innoxium observasse, quoniam non sequitur Empyricorum regula; hoc vel illud medicamentum Petro fuit salutare, Ergo etiam Paulo, cum diversitas temperamentorum, constitutionis viscerum, morborum itidem & symptomatum, summam etiam pariat medicamentorum diversitatem, diversumque operationis modum, ita ut idem medicamentum, quod Petro fuit salutare, Paulo possit esse deleterium, sicutque una circumstantia totum variat jus, ita unum interdum symptoma, aut accidens quoddam totam variat medicinam. Imo multa dantur venena, quæ quosdam citò perimunt, quibusdam verò cibi aut medicamenti loco inserviunt. Sic Passifloræ Græci, teste Theophrasto ℥. 9. hist. plant. c. 18. integros hellebori manipulos devorare assueti sunt, ne ignotum est ex Cardani l. 2. contradict. tract. 2. c. 7. Exemplum illius Rei ad mortem damnati, qui unciam integram Arsenici, jussu Leonis X. Pontificis Romani absque noxa absumpsit operæque venena prætium hinc fore putamus, ut ex Scriptoribus rerum Orientalium, adducamus, in India Occidentali & Insulis Americanis bufones pro cibo ordinario & delicato incolis venire; Ast quisquam

sanæ mentis hæc omnia imiteret?

Posito tandem sed non concessio, fungam hunc ab omni venenositate mortifera esse immunem, & saltem ad numerum sanumque purgantium vehementiorum pertinere; Iniquum tamen fuisset & absurdum. Subjecto ejusmodi, debili morbo, emaciato, adque phthisin prono, acriora exlubere purgantia, ob suffocationis & convulsionis metum, ita ut optime dixerit Poterius Cent. 1. Curat. 22. Debilia corpora cathartica minimè obruenda, cum quo consentit Fuchsius in Instit. lib. 2. Sect. 5. cap. 38. inquit; Si gracile admodum fuerit corpus, aut Atrophia laboraverit; nutrimentis potius resciciendum, quam vacationibus exhaustum; Et Martinus Wend. lib. 3. axiomat. medic. axiomate 1166. Medicos ita instruit; Tabidi & Aridi propter atrophiam & alimenti privationem nullam profus evacuationem ferunt, Ad hæc accedit summus suffocationis & convulsionum metus, dum ægri hydrope pectoris, morbo licet rariori, laborantes, ut plurimum vel convulsionibus vel suffocatione perimuntur; Videatur de hoc malo observatio 53. & 54. Nobiliss. Dom. Dom. Gribelii Decuria 3. Anni 1. Ephemeridum Germanicar. Natur. curios. inserta.

Sed penes Medicos de his omnibus altam est silentium, utpote qui per mortes hominum & vulgi fraudes, sua sibi comparant experimenta, suasque divitias, sique impune occidunt; & tamen à multis maghi sunt, sapientique eruditissimi & bonæ notæ medicis (ô tempora! ô mores!) præferuntur, dum artem medicam circa cognitionem saltem, præparationem & usum medicamentorum occupatam plurimi, etiam qui supra vulgus sapere se putant, imaginantur, & per traducem quasi eam addisci posse firmiter sunt persuasi, quorum tamen iudicia quamvis in foro solis ipsorum voluntas sit pro ratione, in foro tamen poli in die illo magno pænoctitico pessimè audient, dum permulti ob tolerantiam ejusmodi pseudo medicorum iusto citius mortem cum vita coguntur permutare. Dom. Lie. Benjamini Scharffii. Miscel. Curios. Decur. 3. Anno 2.

De Rifu Sardonio à comesta Ranunculi venenati palustris radice excitato.

Si quid unquam veritati consonum est; versus est Græcorum ita se habens.

Ῥίσις ἀκαρπία ἐκέρχεται θανάτου κακῶν

Rifus intempesivus in hominibus grave malum.

Dum ejusmodi rifus vel mentis stoliditatem alienationemque, vel imminens quoddam periculum, imò mortis futuræ accessum non raro indicat, ut proinde de ejusmodi rifu intempesivo ortum sit proverbium, quod Rifus audit Sardonius, & per brevem quendam indicat gaudii usum cum summa brevi pernitie aut totali exitio commutandum.

Et quamvis variis proverbium hoc obnoxium sit explicationibus, quas fufius collegit Erasmus Chiliad. 3. Cent. v. Adagior. sub titulo; Rifus Sardonius, optima tamen illa videtur, quæ ab Herba (vel radice) Sardonii Ranunculus palustris, Apiastrum, & hodiernum Herba Sardonos nostratibus dicta proficitur, quæ si assumatur, aut comedatur, Spasmodum ori conciliat, ridentibus ut usum ejus experiri per similes appareant, brevi tamen emoriantur, cujus explicationis origo, tam ex vetustissimorum Auctorum monumentis, quam Excellentiss. Medicorum & Botanicorum sententiis potest comprobari.

Tom. IV. Pars II.

Sic extat apud Erasmum cit. loc. Epigramma ex vetustissimis in Hesiodum commentariis desumptum, quod Rifum Sardonium, eodem ut diximus, modo explicat, quod tale est.

*Quadam Insula est vocata Sardo, Hiberia;
In qua herba perniciofa surgit è solo.
Cui Sardoniana nomen. apiastrum præferens
Figuram; at ea comesta ab imprudentibus
Mox ora contrahit, atque rifus exhibet
Speciem deinde Protinus mors occupat
Imitaturifum &c.*

Cum hoc consentiunt antiquissima Eustachii Scholia, sic sonantia; Rivere solis labris, nec hiatu oris, vel tota facie, neque quasi placidè ridere, sed labia solùm distorquere, more canum ringentium, subindicat Sardonium rifum, qui movetur è moria cordis graviter affecti.

His itaque brevitate ergo contenti Testimoniis Medicorum & Botanicorum nolumus adducere sententias, cum & nostrâ memoriâ lethalis ejusmodi rifus Sardonii casus acciderit, ut ex sequentibus ulterius patebit.

Paucis adhuc annis Studiosus quidam joris, simulque rei botanicæ cultor amicissimus, in vicino lacu piscium capture deditus, incidit circa ripam in Ranunculi palustris speciem, quam plantam una cum radice sua evellit, cumque videt, hanc radicem æmulari radices apii palustris, satis largam ejusdem, abjectis foliis, colligit copiam, eamque provisorio Pharmacopolii nostratis transmittit, rogans, ut ille nomen hujus radice, ejusque plantæ, indicet, simulque aperiat, num usus ejus sit innoxius? Hic visâ hac radice intrepidè asseverat, innoxiam eam esse, imò esculentiam *Es wære diese Wurtzel eine art von wilder Angelica, er solte sie entweder mit einnem Hahn kochen, oder daraus einnem Sallat, wære aus der Selleri Wurtzell machen, er woltte zu ihm kommen, und sein Gast darauf seyn.*

Approbato igitur consilio hoc mastatur gallina; cujus jusculo radix hæc ranunculi in talesas concisita; cumque eadem probè cocta, adjicitur, & additis optimis aromatibus, lautum paratur ferculum, sicuti & reliquæ non coctæ radice acetarium præbere coguntur demandatum; Negotiis autem impletus Provisor non comparet, proinde Studiosus supra laudatus, convocatis domesticis ad cenam se accingit, cumque 2. sororibus, 2. fratribus, matre atque affine paratis hisce, ut putat, deliciis fruatur, quatum sapor haud ingratus hospitem Studiosum movet, ut omne jusculum gallinæ adhibito cochleari bono appetitu & animo eibat; nemoque est qui aliquid mali ex cenæ hujus fruitione pertimeat.

Paucis autem præterlapsis horulis omnes & singuli singulaque, qui & quæcunque de prædicta radice comederunt ingentem supra orificium superius ventriculi ardorem, cum summo cordis angore sentiunt; imprimis verò Studiosus, qui ubi sit, ignorat, ulique certo in hære loco nescit, sed errabundus per omnes ædium angulos transcurrit, ollam, in qua paravit hanc escam mortiferam, iratas confringit, & de atrocissimo cordis angore & ventriculi dolore conqueritur.

Accersitur Medicos, qui Amicum ægrotantem visitans domi non offenditur ut sic integra ferè elabatur hora, donec inveniatur & compareat, qui viâ hæc Tragediâ & ægriâ radice noxiâ, omnibus & singulis eadem usis exhibet vomitorium è Dij. salis vitrioli ex capite mortuo paratum, (antimoniata enim offerre dissuadebat eo-

S { 2 eundem

runcem operatio minus cita) quod etiam matri, fratribus, sororibus & affini presentaneum affert levamen, ejectionis videlicet per vomitum radicis hujus nondum concoctæ particulis, remotæque sic materiâ peccante & adhibito oleo amygdalarum dulcium, lacte, quibus solis omnes restituti & restitotæ sunt: Studiosus autem nullam exhibitæ salis vitrioli sentit operationem, quamvis ejusdem usus ad ʒj. post dimidium horæ repetatur, unde Medicus perterritus non imperitè prognosi seminat, quam de ventriculi jam abolitâ operatione victâ vi naturæ minus gratiosè aperit, quæ etiam illum hæc fefellit, dum angores cordis de momento in momentum augentur, accedente insuper singultu convulsivo, sudore fugido, oculorum contorsione, & tandem spasmus labiorum satis manifesto, Risumque Sardonium & mortiferum referente, quem paulò post convulsiones epilepticæ (labiis nihilominus ad risum quasi compositis) subsequuntur & mors præmatura.

Cum enim Ranunculus hic palustris tantâ acrimoniâ sit præditus, ut præinde in usum pharmaceuticum internâ nonquam trahatur, nec Schroderus in suis pharmacopœis eiusdem mentionem faciat, & ad caustica atque erodentia pertineat, mirum non fuit, ejusdem usu, seu potius abusu, tunicam ventriculi fuisse erosam, & sui ejus summè acre & volatile non spiritus solam vitales, sed & animales perturbasse, nervisque spasmus illum Sardonium, risui similem conciliasse, mortemque ipsam maximæ spei adolescenti huic intulisse, sicuti hoc fuitis, si actum agere vellemus, posset declarari.

Cur autem solus Studiosus mortuus sit hæc videtur ratio, quod ille solus omnem jusculi seu adicis hujus decocti, quantitatem assumpserit, comedentes verò solas particulas quasdam ejusdem radicis deglutiverint, quas per vomitum autem nondum planè concoctas & in actum deductas rejecerunt; Hic autem quoniam nullam vomitorii sentit operationem, ipsamque radicis mortiferæ essentiam coctione ex eadem extractam ventriculo ingessit, quæ sub liquido latitans vehiculo per totam ventriculi regionem dispersa, omnes ejus partes acrimoniâ suâ atrosit, & factâ ibidem summè p. n. fermentatione spiritus ipsos, & nervosum genus irritavit, & convulsiones disposuit, unde non mirum hunc solum è viventium numero esse sublatum. *Idem ibidem.*

De Perniciali philtorum vi maturè devicta.

Philtora libidinosa dantur à feminis, mentes ut vexent juvenum amoremque concubent falsâ persuasione. Quid enim herbarum, lapides, animalia quidve desumpta ex illis hic valeant? Cacodæmon, ejusque mancipia sunt immanes que faciunt, permissione Dei, morbos. Scuti, obliuosi, paralytici, epileptici, maniaci, ipsique id sæpe testificantur *ad ʒij. Consolis servus Arnstadii*, Tempore Pascualis, acceptam ab auxilla placentiæ confidenter comedit frustulum, & mox deterrimum inde saporem, sicut cornu combustum odor est, perceptum in ore, doluit ventriculus, pectoris adfuit angustia, vertigine, stupore, motibusque convulsivis tentatus, heri sui obire nequivit opera. Itur ad me consultum. Exhibeo statim eò die servo gran. ʒ. Tartari emetici, soluti in aqua fontana, & globulos aliquot piceos vomit odoris pessimi, postea ex usu tincturæ alexipharmacæ Rolfincii, in aqua cardui sancti propinatæ, à glificente liberatur perniciæ. Altera pellex, Juveni Mercato-

ri præbebat diamygdalum; & ab hoc ingesto statim horruit, tremuit, paluit, insolitè caluit, & absurdè loqui cœpit. Illâ autem re cognitâ, emeticum supra dictum fuit administratum, & passim resolutam cum semine minutissimo varioque vegetabili excrevit, superato scelere clandestino. Juvenis alius, studio addictus Isotheo, virginum accedit societatem, unaque harum ipsi poculum infundit insidiosum, quod porrectum non abnegat, sed totum exhaurit & gratè & honorifice à conventu discedit. Vix autem terga vertit, tumultum potus fert Stomacho, bisque evomitur alba tenaxque materia spontè: Altero die cruciatus sentitur in abdomine, ac si vitrorum fragmenta inhaerent intestinis, noctu verò corripitur juvenis epilepsiâ gravissimè. Optimis pugnatum est contra paroxysmum talem antepilepticis, eoque cum ægrotante deventum, ut sensibus iterum uti, & ad mea, quamvis ægerrimè poterit respondere quaesita. De potione inimica per emeticum pariter eliminanda non nemo me monuit, sed tempus illud porrigendi jam inconveniens, & vires nimium resolutas esse, novumque præterea, ex emetici usu facilè paroxysmum excitari dixi.

Cum verò patiens intolerabilis in abdomine, & acicularum veluti punctiones sentiet, clysterem foasi emollientem & abstergentem, qui eduxit materiam viridem cum levamine. Post hæc rossiones in intestinis superfuere cum frigoris sensu; sed vix attendit has molestias ægrotus, præ dolore excito in totius corporis integumento, cui regulum antimonii medicinalem cum radice valerianæ & sale cardui sancti maritatum opposui, eoque cum sudore maculas atque pustulas tubentes expulsi in cutem. Disperentibus his sensum, alvum constipatam relaxavi, & pulvere ex gyalapio, eduxi viridissimam iterum mucaginem. Recuperatis denuo somno ciboque viribus, nosser hic posse didicit venærem. *Dom. Lic. Jacobi Augustini Hu Ner Wolffii Miscell. cur. Dec. 3. Ann. 2.*

De Noxa radicum hyoscyami nigri comertarum à natura sponte repulsa.

Annontæ difficultas Arnstadii Anno 1694. annasam commovit mulierem viduam sub paupere tecto, ut radices hyoscyami nigri primo vere effosæ coqueret, & passinacæ loco comederet. Post verò stupida hæc obmutuit, obvius torvo vultu intuita est mox occæcata amenisque passim erravit in urbe, domum tandem reversa insolitum evomit esculentum, & tres dies noctesque contrivit somno, indeque nullâ adhibitâ medicinâ, exitiale hoc aliis subterfugit periculum. Ex eadem olla liberi civis nostratis, unâ cohabitantes in domo, comedebant, filioque tredecim annorum constringebantur hinc fauces, caligabant oculi, acidebant motus convulsivi, delirium, diarrhoea, immodicus somnus, & tandem sine medico salus. Una illius soror octo annorum, etiam capiebat hunc cibum, & pectoris afficiebatur angustia, vertigine, prosternebatur humi, delirabat, invertebat oculos intra manus imprimebat pollices, vomebat, alte dormiebat, & postea spontè senescebat. Altera soror annorum sex, ex ejusdem cibi esu fiebat anxia, corripiebatur lipothymiâ rigeabat tota veluti tetano vexata desipiebat, vomebat, duos dormiebat dies, & medicamentis neglectis se recolligebat. Mater horum cupiens experiri, quid suos deceperit liberos, istam denique recipiebat ollam insidique lambebat cibi reliquias, & mox inde nauseam percipiebat

scam percipiebat, difficilem respirationem, in verbis ejus & factis stupor aderat; sed quia parum de istis radicibus tantum gustaverat; plura hæc non patiebatur incommoda, & citius opinione dicta per se disperebant omnia.

Cur verò ejusmodi homines famelicos non æquè interceperint, fata; ac alios, præsertim rusticos illos Rossiochenses, quorum mentio fit in Quadrupartito Botanico Simon. Pauli, cap. 347. forsitan ratio est, quòd spuma crassa & foetida, in qua ex mente Claudenti Observation. 178. Ann. 6. Decembris 2. Ephem. med. Phys. sulphurea maligna, & quasi venenata residet sylvestreitas inter coctionem ex Fictili maxima emanavit parte vel quia esculentum peregrinum & inconvenienti Naturæ, temporibus eliminavit ventriculus. *Idem ibidem.*

De gravioribus subsecutis symptomatibus ab usu Pomorum calcis vivæ atomis insectorum.

Com Anno 1693. die 8. Novembris Anna Barbara W. uxor Henrici N. prope Tigurum habitans, loco *Under Untern Strass* dicto, bina comeditet poma, ab amica ipsi dono data, quæ ex incuria in sacculo reposita erant, in quo antea calx viva asservabatur, adeo hujus igneis atque aculeatis atomis, et adhuc adherentibus inquinata fuissent, repente insignem ardorem guttoris, œsophagi, ventriculi ac præcordiorum angustiam, cum siti ingenti sensit; inde ventris tumor, sudor universi corporis, atque convulsiones subsequæbantur: unde statim suspicio oriebatur, poma hæc intoxicata fuisse. Hujus rei monita amica, erroris memor, quòd in sacculo commemorato, calcis vivæ misuribus adhuc reposito, poma asservata fuerint, liberè eundem est facta, nec quicquam malitiosè, aut de industria, hic peractum fuisse, sanctè asseverabat. Acutum malo huic abs me obviam itum oblatione, ol. Amygdal. dulc. rec. quo & fauces & œsophagus mulcebantur, simulque causticum hoc venenum in ventriculo detentum, per vomitum rejectum, eoque postea quoque aliquandiu usa fuit: per antidota simul acres maligni veneni hujus particule infringebantur; atque discutiebantur; tandem confortantia, vulgò sic dicta, succenturiata erant: atque his, Deo benedicente, prillimam recuperavit valetudinem; & ex orci faucibus erepta fuit. *Dom. Johannis Jacobi Wagneri Misset. Cur. Dec. 3. An. 2.*

De Arsenicò sine noxâ deglutitò.

Probatum jam esse ait Clariss. & nunquam satis laudatus Dom. Lucas Tozzi, Archiater Pontificus & Amicus meus semper recolendus in Comment. Aphorism. Hippocrat. 16. lib. 4. pag. m. 209. gravius affici eos qui jejuni arsenicum assumpserunt, levius verò qui à pastu; idque verissimum notavi nuper in circumforaneo quodam arcanorum jectatore, qui ut eundem illuderet plebem, arsenicum elapsâ die, horâ 22. publicè manducavit absque ullâ noxâ: Hoc autem accidit, ut ipse candidè mihi fassus fuit, quia ante prædicti arsenici assumptionem cibus oleosis ac pinguis usus fuit, quibus ventriculi interior tunica ad veneni particulas retundendas, fuerat oblinita.

Hæc ex communicatione Præclariss. Viri Domin. Josephi Lanzoni; quibus addimus, nos aliquoties observasse ejusmodi agyras non tantum assum-

Tom. IV. Pars II.

ptis oleosis ventriculum suum contra venenorum motum præmunitis, sed illis etiam materias plurimum viscosas adjuvante, quibus quasi infasciaretur ac hebetaretur vis particularum corrodentium earumque actio prorsus reprimeretur, ut videmus motum globuli plumbei è sclopeto emissi, momento ab argilla oppositâ cohiberi. Viscosa autem quibus præcipuè utuntur illi, sunt animalium interanea, in putrilagine propè cocta, indeque etiam apparata juscula crassiora ac viscidiora. Hoc mihi in memoriam revocat historiam cujusdam viri, qui apud nos horrendâ cephalæa diu tortus, in istiusmodi circulatorum manus præ desperatione tandem se coniecit, quique experundis venenis in theatrum productus; (facta spe nihil ab iis commotionis funestæ excitari posse in ventriculo satis superque oleosis pinguis præmunitò, sed à super assumptis antidotis quicquid ad rebellioris mali eradicationem necessarium foret, abundè suffectum in) eorum periculum in se ipso fecit, atque ex eo convulsus, varieque vexatus per quatuor septimanas orci vestigia premeus, nescio quo facto tandem ad vitam rediit, ac revera per concussionem à venenis oppositisque largius antidotis suscitatis, pro tempore liber à cephalæa suâ evasit, at tandem ab eâ de novo post aliquot annos recrudescente, brevi, nihil proficientibus auxiliis, è vivis ablatus est. Itaque in illo vis viscidiorum ac oleosorum non satis oblinitis ventriculi parietes, quin aliquid inde sensum veneno patuerit, ubi letiferam actionem suam exercuerit. Credo equidem apud alios, qui talia sæpius experti sunt, ventriculum per omnes sui partes facilis posse defendi, sicque eos minus lædi, quia scilicet præterquam quòd eorum stomachus à reliquis viscosorum prius assumptorum continuo prope oblinitus, facilis à super adjectis integrè defenditur, non absensum etiam videtur addere, membranam internam visceris in istud minus fieri sensibilem ac lacerabilem, velut equus calcari assuetus, non ita ejus punctiones præ callo cuti indacto perferit. Hocque novum non apparebit iis quibus de historia Mithridatis Regis Ponti, ac præcipuè illius Mulieris quæ Alexandro Magno fuit oblata conflabit.

De Fungorum Veneno.

Mulier honesta, bonis parentibus nata Annorum 31. eiu frequenti fungorum delectabatur; cum elapso mense postquam fungorum non exiguam quantitatem comidisset, paucis transactis horis, dolore, tormineque magno ventris, necnon cardialgia, cum sudore frigido, ac convulsione correpta fuit, imò totum corpus flavedine conspersum videbatur; Me statim vocant Domestici & fungos manducatos, tanquam, hujus affectionis causam accusant, ego statim vomitorium medicamentum exhibeo, à quo non exiguam quantitatem materie corruptæ, ac frigidæ evomit; mox per alvum nigra quadam, veluti piceam materiam excrevit, unâ cum urina aquosa, ac omninò crudâ; inde Theriacem ad pondus ʒj. cum vino albo generoso propinavi, atque stomachi, & cordis regionem oleo nostro contra pest. ac venena inungi jussi; sic tota nocte dormivit; mane expergefacta assumpsit uncias quinque Vini Malvatici, cum ʒj. pulv. salis Absinthii; sicque Divino favente numine sana evasit. *Ex communicatione Præclariss. Viri D. Josephi Lanzoni.*

*De Laudano opiato ad pondus, 3v. sine
noxa assumpto.*

De Antimonii vitro ad pondus triginta granorum sumpto sine noxa narrat observationem Clariss. Dom. Joh. Schenckius observat. medic. lib. 7. & ego observavi quendam militem sine ullo profuso nocimento assumentem laudanum opiatum ad pondus 3v. & de rustico quodam recordor qui cinerem, arenam, lapillos, cretam, gypsum, nitrum, & calcem, abique noxa vorabat, etiam pluries in die ob lucrum patuæ pecuniæ, ex quo exclamandum cum Poëta

..... quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames

De opio autem inoffense sumpto vid. sext. empiric. Mercurial. de Venen. Wierus, Garzias ab Horto, Monardes, Heurnius, Schenckius, & alii, plures tum Antiqui, tum recentiores scriptores. *Ex eodem.*

*Vini & Veneris nimium usum venenatum esse
probat exemplis.*

Vini, ac Veneris nimium usum semper fuisse nocivum agnovit quoque antiquitus Poëta dum cecinit in epigram.

*Nec Veneris, nec tu vini copiaris amore
Uno namque modo, vina venusque nocent,
Ut Venus enervat Vires, sic copia Bacchi
Debilitat gressus, debilitatque pedes.*

Attamen, licet immodicus vini, venerisque usus afferre valeat salutem ab hominibus, nonnulli qui non ut vivant, nati sunt sed ut bibant, & coeant; tam bibaces sunt, ac salaces, ut nil nisi vini Doliæ, nil nisi meretricis in mente, in corde, ac præ manibus habeant; hinc cum Vir 39. Annorum temperiei calidæ ac humidæ vini magnam quantitatem: die prima Augusti hujus Anni 1695. ingargitasset, ut inde ebrietate maxima fuerit correptus, circa vesperam Apoplecticus mortuus est; Aliumque mercatorem alioquin sanum cæcum factum vidi ab immodico vini usu, & à frequenti Bacchi delitia, immò sacerdos mihi asseveravit se Mantuæ olim vidisse Adolescentem Annorum 15. maniacum factum ex immoderato vini usu, à quâ mania nunquam usque ad mortem liberatus fuit; Circa Venerem verò, Juvenis adest hic Ferrariæ Ann. ætatis 26. biliosæ temperiei, qui Paralyticus factus est à nimia Venere, & de alio Juvene. 28. Annorum, è nobili stirpe orto recordor qui sæpè in Chinopali se exercebat, & in Veneris castris strenuus miles factus erat, at in coitus actu epilepticus factus est, cujus morbi insultus quavis hebdomada invadebat, ac spatio duarum horarum perdurabat, fonticus iste affectus menses vidit, & annos, donec Juvenis in trigesimo constitutus ætatis suæ anno, ipsa magis, magisque insæviente epilepsia mortuus est; alios edocens Venerem Libitinam dici, ac natalium non solum sed & mortis quoque Præsidem esse, de quo vid. Tiraquellus in leg. connubial. Plutarc. in Numa; & meus Tractatus de balsamatione cadaver. cap. 5. *Ex eodem.*

De morte à Gypso sumpto.

Gypsum esse venenatam materiam, & multos occidisse narrat Plinius, & Sabellicus lib. 4. enead. 9. ego Anno 1691. duos Adolescentes observavi, quibus cum polenta exhibitum fuit gypsum; supervenit

statim Tussis, ariditas linguæ, ac singulus, cum febrî, ac delirio, & sincope. Theriaca fuit à domesticis exhibita, & 3j. pulv. stercoris muris, quod esse anthidotum proprium gypsi docet Sennertus; verùm die quarta ab assumptione gypsi minor adolescens mortuus est; majorque sanus evasit, solummodò tremore ferè de continuo affectus. *Ex eodem.*

De Vesparum ictu.

Remedium facile ad citò sanandos Vesparum ictus tradit Clariss. D. Joh. Michaëlis in Prax. clinic. general. Append. de Venen. cap. 3. nempe urinam propriam, quod sæpè in rusticis expertus feliciter evenit; imò nuper Ancilla quædam delicatula deambulans in hortulo nostro ictu vespæ affecta, solâ urinâ propriâ parti affectæ appositâ, nulloque alio remedio à dolore illicò liberata est, & ab ictu, Amicumque habeo, qui mihi justè fatetur, se pluries expertum esse, contra ictus Vesparum maximè facere salivam hominis jejuni. *Ex eodem.*

De Morte ex Aqua forti.

Asservabat domi suæ quidam mercator vas vitreum in quo non exigua quantitas aq. fortis erat conservata ad usum separationis metallorum cum Puella Annorum sex sita capta, eam bibit, indeque diris cruciatibus spatio quatuor horarum periit. *Ex eodem.*

*De Citri ac limonum succo optimo remedio
contra Venenum Aquetta dictum.*

Multi assumpserunt sequentem liquorem Aquettam vulgò à multis dictam;
℞. Pulv. Arsenic. Stibii crud. herbæ hyoscismi. fermenti an. p. æq. Ebulliant. omnia in aq. com. donec tertia pars consumpta sit, inde coletur, & serva; hæc aqua epota mortem afferret, nisi celeriter opem portaret succus Citri, vel limonum; sic enim multi quibus data fuit dicta aqua sanati sunt, & necem fugerunt. *Ex eodem.*

De Collyrio Lanfranci.

N. Juris utriusque doctor, quadragenarius melancholicus, febre continua cum levi pectoris inflammatione correptus est; ex qua vulgariarum remediorum ope intra septem dies convalescere visus & purgatus, in mentis alienationem, nullo precedente delirii præcursoris symptomate, incidit. Missus ex tempore ex saphæa, mox è jugulari venâ sanguis; exhibita narcotica, vomitoria propinata, omnia frustra per triduum, noctesque diesque indefinenter vociferans, cunctosque adstantes impetens, vinculis constrictus fuit, accensâ iterum febre & exanthematis per totum corpus efflorescentibus, in balneum frigidum coniectus est, quo, bis terve repetito, placatus fuit furor, delirioque finis factus est, post hæc omnia conquestus est de oris & linguæ gutturisque inflammatione, quam continua & molesta sputatio comitabatur; toto igitur, post imperatam dietam, negotio naturæ commisso, linguæ & faucium ulcera collyrio Lanfranci detergebantur. Verùm incauta uxor, vice syrupi quo aqua potus ordinarii condebatur prædicti collyrii, unciam semissem, ad minimum, cum aquæ cyatho agitatum ægroto conjugii potandam præbuit. Ex tertâ portione tam incuriosè haustâ, ignem inferiora pervadentem frigidæ copia confestim restinxit; & hæc vaccinum, vice jusculi, per totam subsequentem noctem assumpsit illis omnibus superveniens

diarrhæa sanitatem confirmavit. Ex communicatione
Præclariss. Viri Dom. Rivalier.

*Petroleum Napelli certum Antidotum; Ex
Clariss. Matthæo Blaw, Ephemer.
Germanic. Centur. 1. & 2.*

Refero, quod experientia certa rerum magistra
commonstrat, ex quâ tanquam ab effectu, in
notitiam rationis & causarum devenire, haud erit dif-
ficile. De Napello notum est, & apud omnes Bo-
tanicos in confessio, plantam esse noxiam, & vene-
natam tamque malignæ indolis, ut illi antidotum
esse à nonnullis negetur, ejusque usus, tam internus,
quàm externus, tam pro hominibus, quàm pro pec-
coribus, summè nocivus censetur, ac propterea
prohibeatur. Quo super videri possunt varii Au-
tores Botanici, & observatio à Dn. Lenucio des-
cripta in Miscellan. Medico-Pract. Lib. 2. pag. 381.
Quamvis autem Napellus tantam habeat in se viru-
lentiam, provida tamen & mirabilis natura sollicita
est contrarium ipsi jungere antidotum, anthoram
nempe, seu thoræ (quo nomine & Napellus audit,
quamvis quidam differentiam faciunt inter thoram,
& Napellum flore phœniceo) inimicam, quæ prop-
terea vulgò *Giffreit* appellatur, & ordinariò ad Na-
pellum solet excrecere, & quoad flores convenire.
Naturalis huic & virtutis innatæ antidoto multi la-
borarunt simile, & æqualium in effectu virium in-
venire Alexipharmacum, quod Napelli virulentia
resistat, & qualitates ejus noxias emendare valeat.
Sic Augustani in Pharmacopœiæ suæ prolegome-
nâ Isagogicâ, cap. 8. de venenis, eorumque an-
tidotis scribunt: Napello præter acetum, species
diamosch. dulc. diamb. lapis Bezoar resistunt. Et
ambram quidem Napelli vim frangere multi refe-
runt; inter quos vid. Heurnius &c. Sic Prævo-
tius in lib. de venenis & eorum Alexipharmacis in-
ter antidota contra Napellum refert primò ambram
gryseam, & anthoræ radicem: item rad. cappar. pu-
tamina glandium, moschum odoratum, lap. Bezoar,
& muscas Napelli flores depascentes, quas singula-
riter, & alii deprædicant. Alii lapidem Bezoar &
snaragd. Napelli veneno resistere asserunt &c.

De muscis Napelli floribus insidentibus, eosque
depascentibus casualiter inventis, & à Principe
quodam tam contra Napellum, quàm alia venena
mirò effectû approbatis, mira scribunt Botanici,
quorum fides experientia relinquatur; quid autem
de taipâ illâ seu mure subterraneo Napelli radices
devorante (quam in montibus vallis Ananiæ prop-
pè Tridentum magna industria & labore se cepisse
gloriatur Matthiolus) censendum sit? Judicium
suspenditur. Quamvis autem præfati Auctores hæc
& alia contra Napellum referant antidota, rationes
tamen specialiter assignant nullas, in quo Napelli
consistat virulentia, aut in quo Antidotorum qua-
litates fundatæ sint; sed ex Veterum hypothesi, oc-
cultas supponere videntur; nam proprietates, seu qua-
litates manifestas quod attinet, multi ex mente Avi-
cennæ referunt Botanici, Napellum calidam, & sic-
cum esse, & quidem in quarto gradu, anthoram au-
tem pariter calidam & siccam esse designant: eum
verò simile non agere soleat in simile, idcirco ve-
nenositatem Napelli, & virtutem Alexipharmacam
anthoræ à prædictis qualitibus dependere, nemo
prudenter judicabit. Utrum autem Napellus herba
calida, & sicca dici possit, hoc non immeritò in
dubium vocari potest; nam effectus (à quibus hæc

qualitates emanant, & herbæ tantum effective ca-
lidæ aut frigidæ, siccæ vel humidæ nominantur)
hoc planè non comprobant; nam in iis, qui Na-
pellum assumpserunt, legimus, quod sequentia hor-
renda fuerint observata symptomata: lassitudo nimi-
rum in toto corpore, debilitas, & compressio cor-
dis, sudor frigidus in fronte, motus convulsivi, fri-
gus extremorum, lethargus, Asphyxia, & color
faciei sublividus &c. Sed isti effectus omnes certè
ex calore non producuntur, nam venena calida &
acria potius inflammationes, erosiones, resolutio-
nes, & humorum diffusiones, sanguinis fluxus, æs-
tuationes, dysenterias, Agrypnias, deliria, &c.
Procreant; & è contra verò symptomata supra recen-
sita, ex assumpto Napello observata, potius ex hu-
morum & spirituum fixatione ac sanguinis coagu-
latione proveniunt; ita ut ab effectu verosimilius
judicare liceat, venenum napellicum, hoc ipso,
quòd effective non calefaciat, sed summè refrigeret,
inter frigidissima venena locum habere, & ab aci-
do summè fixo ac coagulativo dependere &c. La-
borarunt propterea artifices, ut contra ejusmodi fri-
gida & coagulativa venena vegetabilium, & spe-
cialiter contra Napellum, ope artis chymicæ adap-
tatum invenire possent remedium, seu antidotum,
ut potè cujus virtus effectus producat effectibus Na-
pelli contrarios, quod consequenter calefacere, aci-
dum corrigere, fixationem volatilifare, & coagu-
lationes resolvete posse aptum natum sit, ac naturæ
alcalicæ volatilis esse debeat; in quem finem (uti
expertissimus Boyle ex alio annotavit, phil. experi-
ment. exercit. 5. §. 16. p. m. 208.) per Sal Tart.
vitriolat. plerorumque vegetabilium venena, nomina-
tim Napellum, levi digestionem corrigi, & innoxium
reddi recommendatur, & (quamvis in eo loco ex-
perientia tunc sumi non potuerat) ex dictis ratio-
nibus non impugnatur. Sed ut ad Petroleum de-
veniam, de quo in titulo observationis fuit facta
mentio, notæ sunt ejus vires pro usu tam externò
quàm internò. Est nimirum Petroleum utrumque
tam album quàm rubrum (inter quæ tamen album,
& clarum præferendum) notabile, penetrans, fer-
vidumque resolutivum, hinc naphtham vocarunt ve-
teres, quia flammam facile concipit, nam subtilissi-
mam bituminis continet substantiam: & propterea est
naturæ calidæ, resolutivæ, ac penetrativæ, & tam-
per se, quàm cum oleo succini destillato junctum, in
affectibus nervorum frigidis paralyticis ac spasmodi-
cis egregium est remedium, prout in mensum ob-
structionibus & calculo &c. Quod autem Napelli vi-
rulentiaè validè resistendi vim habeat Petroleum, præ-
ter rationes supra ab effectu utriusque allatas, sequens
comprobat experimentum. Succus è napello ex-
pressus si commiscetur cum aqua, eam nigro colore
tingit; si idem succus commiscetur sanguini calen-
ti, eundem mox coagulat & condensat; si verò
sanguini à succo Napelli coagulato affunditur Petro-
leum, tunc coagulatio statim resolvitur; quod cer-
to argumento est, Petroleum contra Napelli vene-
num verum esse Antidotum &c. Et quamvis oc-
casio ulteriorem sustinendi probam defuerit, dubium
tamen non est, in animalibus securè id tentari posse
se, & certiore fieri experientiam, si modò post
assumptum toxicum non nimis serò exhibeatur an-
tidotum, quæ causa est, quod multorum Alexiphar-
macorum, etsi in se satis validorum, activitas im-
pediatur aut retardetur.

[*Friburgo Brisg. Augustani
Vind. d. 27. Decembr.
Ann. 1705. missa.*]

Noxa ex interno Cerussæ usu. Ex Clarissim. Christiano de Helwich, Ephemerid. Germanic. Centur. I. & 2.

Felici partu die 10. Novembris anni præterlapsi ediderat alteram filiam mater in ipso ætatis flore constituta: Tametsi verò secundò ac tertio à partu die ritè fluere locchia; ex pravò tamen cujusdam matronæ, quæ in puerpe in suis uberiorem hunc fluxum fuerat experta, consilio, eam credidit esse promovendum. Quò sine usâ erat setis familiari Uatylavie multerculis pulvere, ex zingib. cinnamomò, crocò, cardamomò, grais parad. pipere longo, castoreo, myrrha, & semine sceniculi. (Vulgò vocant *die neum Gevütze*.) Cùm verò die Dominicâ domestici omnes sacris interessent, excepta, cui puerperæ & infantis cura erat demandata, muliere; error accidit; hæc enim scemina, cum iussa esset prælaudatum asferre pulverem, præ nimia festinatione, loco ejus, cerussam, quæ fortè ad manus erat puerperæ, omnia aliàs medicamenta, & præcipuè hoc, propter admissum castoreum vehementer averfanti, & ne adspiceret quidem, vultum averfenti incautè obradit. Et ab ipsa puerpera, & aliis illicò erratum hoc fuit agnatum, quod in quintum usque diem non magnum videbatur minari periculum, si excipias quod subinde de *Sensu frigoris in Ventriculo* conquereretur. Enim verò ab hoc die & lochia parcius fluere, lingua & fauces magis, magisque arefcere, respirationis difficultas cum sensu strangulationis in dies augeri, totam corpus vehementer torpere, mens distrahi ex anxio cogitationibus atque delirio; extrema subinde figere, & ne quid malorum deesset, spasmodicos motus hinc inde in corpore emicare. Omnium symptomatum molestissimum & gravissimum erat Cardialgia, quam singultus comitabatur. Pulsus serè naturalis erat, nisi quod esset aliquantò debilior & tardior, nec etiam in urina, rebus quoque summopere exacerbatis, quicquam vitii erat. Periclitanti per venæsectionem consultum iri oblitricum primariâ stultè non tantùm crediderat, sed & ex consilio ejus in pede sine ullo malorum levamine celebrata fuit. Mollitabatur etiam quicquam de oleo amygdalarum dulcium offerendo, sed præterquam quòd aliis de causis assumptò venenò, oleosa, gelatinosa, mucilaginosâ &c. exhibeantur, quam quæ in cerussa locum ullum prudenter habere possunt; in recenti erat memoriâ, quòd in superiori Silesia puerulus unguento albo Cerussæ devorato perisset, ac iustus utique erat metus, ne oculos ingurgitato oleo amygdalarum, quædam Cerussæ partes invoiveretur, & magni quoddam unguento cerussæ aliqua ex parte simile, quòd tantò tenacius villis ventriculi inhaereret, emittetur. Emeticum etiam à Medicis quibusdam propositum fuisse certum est. Enim verò eorum sententiam nullatenus approbare licuit.

1. Quòd vires per partus labores & lactationem vehementer fractæ, nec ob temporis brevitatem essent reparatæ.

2. Ægra ad plurius inclinaret.

3. Difficillimus vomitori successus ob exiguum pulveris quantitatem, & ejusdem gravitatem ventriculo per aliquot dierum inediatam exinanito ob oculos versaretur, ut vel artis rudes facillè caperent, quam magna vacui ventriculi contractione, contentione, ac subversione ad excussivum pulverem exiguum & gravem villis ac plicis profundius immertam opus esset.

4. Ob evidens perversionis motus peristaltici periculum.

5. Quòd iustissimus suppressionis lochiorum metus esset, cum experientie fide constet, quid vomitoria in supprimendo præfenti fluxu mensum in foeminis, & hæmorrhoidum in viris possint; Nec placebat purgantibus, quæ sæpissimè puerperis infesta ac funesta fuerunt reliquis atterere vires, & ancipiti alex vitæ chari, & marito, & parentibus, & proli, capitis exponere.

Non incognita erat expertissimi Viri Franc. Joëlis Antidotus Tom. 1. op. p. m. 110. *Oleum*, inquam, *Angelicæ ad 36. aut vitrioli ad guttas 1111. & Theriac. Andromachi 3ij. cum vino generoso*, sed quæ multis de causis hic locum non inveniebat. Nec me latebant quæ in Ducatu Wurtembergico ac vicinia sub sæculi superioris finem, Medici egissent, cùm à *Nefariis hominibus per acetum lithargyr. Vinum Nicarinum* cœdè corruptum, ac hoc ipso grave damnum sanitati multorum mortalium esset allatum. In Dec. 3. *Ephemerid. Germanic.* quæ omnium Medicorum manibus meritò teruntur, *Anno 4. Observatio 30.* Autoris qui & ipse ex usu vini tali mangonio adulterati morbum incurrit ac feliciter superavit, lectu digna est. Ad manus etiam erant formulæ à celebrioribus Wurtembergicis Medicis in eò malo præscriptæ, quarum aliquas hic addere nobis, credo, erit integrum. Præter Tartarum solubilem, ut narrabatur frequens pulvis fuit ordinatus:

℞. Pulv. Epileptic. Manh. anæleptici frigid. Mindereri ana ʒij. Theriac. cœlest. gr. iij. M. F. pulv. pro 2. dosib.

℞. C. C. ussi ʒj. cinnamom. acuti ʒij. ligni sassa. ʒ6. Mastich. elect. ʒij. semin. scenicul. dulc. ʒj. M. ligu. *Species pro decocto ordinario.* ʒ. Ad noxam à visceribus avertendam, aptus judicatus fuit seq. pulv.

℞. Pulv. radic. Valerian. scori ana ʒj. ocul. cancr. pp. Corall. rubr. pp. C. C. ussi ana ʒij. Marr. Perl. ʒij. Spec. aromat. rosat. ʒvj. Diarrhod. Abbat. ʒij. ol. anisi scenic. caryoph. ana gutt. vi. sacch. alb. ʒiiij. M. f. p. 4. Arrisit ipsis hæc potiuncula:

℞. Aq. ceras. nigr. chamomill. equiset. ana ʒij. tiliæ ʒij. cinnam. C. v. ʒj. Extract. bez. Camer. laudan. opiat. ana gr. iij. syrup. papav. errat. ʒvj. M. & tandem ʒ. *Mistura ex essent. cast. Sale volat. oleoso sylv. ana ʒij. Tinctur. Alexiph. ex fuligine ʒj. anodyn. Lentil. ʒ6. M. D. in v.*

Enim verò nullum propemodum ex illis remedium in usus nostros convertere placuit, quamvis negotium hoc perpendendi uberiorem subministravit occasionem; quòd & dicendum de plerisque. Cl. Stocckus in tract. de *Litharg. fumo noxio & morbifico*. Nos verò in nostrâ ægrâ quantum potuimus ante omnia enixè laboravimus, ut animam redderemus tranquillorem, & vires generosis confortantibus debui, quantum licebat, resiceremus, motus maximè verò omnium inter hos peristalticum, à quo ritè habente præcipuum in propellenda materia peccante subsidium nobis pollicebamur, conservaremus, cerussam ventriculo molestam deorsum versus blandè duceremus, ac tandem ex corpore eliminaremus. Non sefellit me spes mea. Et ipsa puerpera multoties narrabat ex sensu frigoris sese percipere, quòd pristinum cerussa mutet locum. Undè etiam postea de dolore intestinorum per aliquot dies eam conquerentem audivimus. Temporibus partui propioribus enemata eximium præstabant effectum, sed tribus præterlapsis septimanis, blanda laxantia bis in hebdomadâ exhibita fuerunt cum levamine. Ad dolorem mitigandum externo quidem fuerunt præscripta, sed sine fructu. Ab anodynis internis consultò abstinuit, nisi quòd dimidium aut unum theriacæ

riacæ coelest. granum bis aut ter pulveribus admiscuerimus. Conticuerunt symptomata in ventriculo intestinis post quinque propemodum septimanarum intervallum, sed in artubus dolores arthritici affines molestiam adhuc per tempus faciebant, at non æquæ diuturnam.

Venena hausta feliciter curata. Ex Clarissim. Maximiliano Preussio, Ephemerid. Germanic. Centur. 3. & 4.

AN. 1706. Januar. d. 30. Insectoris cujusdam, N. A. Fiholus 9. annos natus, frustam Arsenici inter supellecilia patris demortui casu improvido repertum, ignorans tale quid esse, contudit in pulverem, lulu puerili medicinam inde facturus ac distributurus, cojus deinde, quantum cultelli capit culpis, fratri ætatis 6. annorum propinat, & ipse quoque talem dosin in vehiculo aquæ communis accipiens.

Vix deglutit hocce venenò, insignem mox faucium, pectorisque constrictionem incurrunt, cum siti, rosionibus, ardoribus, & tormimbus circa stomachi ventrisque regionem, sedibusque brevi post pariter ac vomitibus enormissimis. Matre hoc animadvertente, inquit in causam hujus mali, & ecce indicant materiam, de qua gustarunt, agnosciturque mox esse arsenicum. Auxii hinc circa vesperam auxilium à me requirunt. Propino mox ad temperandum, eluendumque iterum venenum, lac hubulum cum oleo amygdal. dulc. bihorio deinde elapso, Ess. stomach. & Alexipharm. ac pro nocte deinde lap. bezoard. oriental. crystal. montan. Matr. Perl. & Caryoph. in aqua menthæ; potiunculas itidem Stomachicocordiales, ac cydoniatis. Externa itidem fomenta stomachica, & aromatica, nec non clysmata lactea, & discordiata &c. applicata sunt; sed frustra ferè omnia, quæ vomitus, sedes reliquaque symptomata prædicta unà cum febre ardente biliosa continuarent aut repeterent sæpius per aliquot adhuc dies. Tandem tamen remittebant citius quidem apud natu minorem, cum apud majorem natu longius adhuc perseverarent, in primis quoad sitim, ardorem, æstumque febrilem continuum ferè, apud quem quinimò d. 5. Februarii etiam accessit insignis rubor & intumescencia faucium, totiusque vultus, anginoso-erysipelaceus quasi, quibus obviam itum est per gargarismata diluentia, discutientia, æstumque contemperantia, ac per frequentem usum potiuncularum ex aquis Card. Bened. Scorzon. Scord. Rabi Idæi, cinnamom. bugloss. syrup. è toto citro & Discord. Fracastor. pulveremque è lapid. Crystal. mineral. Bezoard. Oriental. ac Nitro, usque dum per sudorem, & per Diapnoëa tumor ille & symptomata reliqua & successivè evanescerent, ut die 9. Februarii. melius longè se haberet, lætumque desereret, postmodumque usu abstergentium, stomachicorum, & traumaticorum ex integro successivè per Dei gratiam convalesceret.

Parili ferè ratione G. K. Insectoris conjux suavissima, 1711. d. 29. Octob. succum araneæ, dum jusculum peraretur, cochleari improvidè expressum, jusculoque sic commixtum, mediante hoc per incuriam hauserat, ruderibusque insecti hujus in fundo vasis animadversis, nauseam mox & anxietatem præcordiorum insignem contraxerat, virus se hinc accepisse certò sibi persuadens: quod animalculum alii tamen, cum Listero, de Aran. cap. 1. & 6.

per mortuum, sive puncturam, vulnusque hinc infectum saltem nocere, non autem per os in stomachum receptum potius asserunt. Facto hoc, in consilium statim vocatus, mox ipsi in vehiculo consueto propino ʒi emet. gr. iij. cumque trihorio inde elapso nulla adhuc evacuatio nec *aræ*, nec *aræ* sequeretur, copiosam porro ∇ butyratam probè salitam, tepidamque desuper biberet, suadeo: unde brevi vomitus quinque cum euphoria subsecuti sunt. Ne tamen vel imaginatio sola, pejor sæpius venenò noceret, curavi insuper, assumere vesperi dimidiam partem potiuncule sequentis ex ∇ Scorzon. & scord. aa ʒij. ∇ cinnamom. bugloss. ʒb. syrup. è toto citri ʒj. Theriac. Androm. ʒij. ac Boliarmen. ʒij. Misc. pro nocte verò pulv. bezoardico-alexipharmacum, & matutino die 30. Octobr. tempore, alteram partem potiuncule prædictæ consumeret jussi; quo factò sudor egregius cum euphoria successit. Sequenti tamen die propino Ess. Alexipharm. ʒtam, & ob torsiones, obstructionsque ventris unà cum capitis dolore adhuc urgentes, clysmata domesticum circa vesperam applicavit, sicque per gratiam divinam convaleuit, integræque sanitati restituta fuit.

Huic subjungere fortè non nocebit sequens recentissimum exemplum. Cum sub extrusione cryptæ cujusdam subterraneæ in Templo nostro Mariæ Magdalene, ad areas ferales cum corporibus demortuorum ibi condendas, filius Murarii ibidem Primarii, C. R. ætatis 12. annorum, audacia & curiositate indoctus d. 15. April. anni currentis 1712. manum capulo cuidam semiputrefacto ibidem reperto, immitteret fœtore, horrore, & icu quasi mox percussus inde fuit, hincque sursum in aërem liberio em deductus, sopore ac insensibilitate, palloreque ac frigore emortuali ferè corripitur. Domum deinde deportatum variis foventibus & confortantibus excitant tandem pulveremque mox domesticum Alexipharmacum quemdam ipsi propinant, quem tamen vomitu mox rejicit, iterum ac reddit. Interea temporis ego in auxilium vocatus, ordino ipsi Misluram itidem superius adductæ analogam, ex Aq. Scorzon. ʒi. Aqu. cinnamom. bugloss. ʒj. Discord. Fracast. ʒij. syrup. è toto citro ʒj. M. cujus medietatem circa meridiem cum accepisset, vomitus equidem aliquos adhuc habuit, postea verò egregiè, cumque euphoria insigni sudavit. Pro nocte alteram partem illius potiuncule hausit, beneque hinc dormivit ac sudavit iterum. Postero hinc die cum adhuc nausearet, propinavi Tartari emetici gr. iij. cum pauxillò sacchari, unde brevi post sexies evomuit viscida multa, biliosa & fœtida valdè: quibus autem è corpore eliminatis, planè plenèque restitutum se sentit, hincque reliquis diebus ipsi porrigo adhuc Essentiam Alexipharmacico-stomachico Nitratam, eaque curam omnem, per Dei gratiam feliciter abfolvo.

Venenum Bufonum metuendum. Ex Clarissim. Udalrico Staudilegio, Ephemerid. Germanic. Centur. 3. & 4.

NON levem mihi peperit admirationem lectio observationis, quam Excell. D. D. Matthæus Blauw curiosorum Ephemeridibus inseri curavit, Dec. 3. An. 8. p. 97. vel encomii potius, quod lotio Bufonum tribuit; nempe, quòd oculo receptum dextro, non tantum visui nullum attulerit detrimentum; sed velut egregium Collyrium, eundem notabiliter acuerit. Absit à me procul, ut tanti viri fidem

fidem trahere velim in dubium. Dissimulare tamen non possum, quod admodum agrè adduci poterim ad assensum; experientiâ retardante. Nam & mihi bis contigit experiri veneni bufonum atrocitatem; & semel in oculo, & semel in toto corpore; semper non cum modicò periculò. Levabatur propè Monasterii nostri portam incile ligneum (anni sunt ab hinc novem circiter) putridum jam in finem, ut novum supponeretur. Amotum à loco, undecim detexit bufones, quatuor egregiæ; reliquos mediæ magnitudinis. Jussi quantociùs ut trucidarentur. Contentibus id cum lapidibus Operis, bufones cubile suum relinquere, saltare, quaquaversum fugere, abditâ quærere. Certatur egregiè cum lapidibus. Sed sufficientes non erant ad manus, ut omnes possent occupari. Hinc arreptò, quod fors obtulerat bacillò, duos & ipse persecutus sum è grandioribus. Verùm dum occupo saltus, dum ferio, dum lentius pro exigentis, unus liquorem ejaculatus est in oculum meum sinistrum; quantitate, unius, ut arbitrabar guttæ majoris; & sensu frigidum. Exterges quantociùs, partim aversâ manû, partim strophio diligenter. Quid sit? Vix recitari poterat *Plalmus De profundis*, tum oculum urgere prurigo, paulò post ardor, rubedo, inflammatio, intumescens, caliginis quædam similitudo, & dolor non modicè lancinans. Territo vehementer remedium incidit, lectum antehac in Agricolæ Chirurgia. Curro proin in hortum, aliquot folia sedi majoris, aliquot & plantaginis cum latâ foliis decerpo, conquasso simul, succum exprimo, oculo instillo & palpebrarum interiores extremitates imbuo. Remisere post primam succorum instillationem prurigo & ardor: Post alteram & tertiam inflammatio, tumiditas & lancinatio doloris. Rubedo tamen, & gravitas quædam, quasi plumbea per aliquot adhuc duraverunt dies: diutiùs vermiculatio subinde momentanea, cum quadam caligatione. Quæ tamen ipse, repetitis instillationibus succorum (supremo Sospitatori infinitæ sint laudes & gratiæ dicte) cessaverunt. Ex enarratis autem conjectura perfacilis est, in quam grave periculum fuisse præcipitandus, si venenositati non fuisset obviam itum; & ne profundius in massam sanguinis reciperetur, præoccupatum. Sequitur

Casus alter.

Assigebat annis abhinc quatuor, quadam renum obstructione, & urinae difficultate, cum ardore quoque. Tentatis aliquot, sed frustra, remediis domesticis, jubeo mihi præparari balneum, cum incodis herbis & radicibus, hos affectus præcipuè respicientibus. Et hem! vix dum insederam in aquam, statim à solo vapore, caput rotari vertigine, aperiri largius oculi, vacillare tamen, & ventriculus quodam horrore percelli. Post parvam in balneo moram, omnia devertebant in deterias. Caput, veluti plumbum insulum fuisse grave. Oculos mixtura quædam obverlabatur ex globulis constans, pisa minorâ sermè æquantibus, & mirè quoad colores variegatis. Ventriculus ipse jam vehementius indignatus, ad vomitionem identidem simulabatur. Relictò proinde balneo, ante quadrantem horæ in eodem consumptum, in lectum me recepi. Perstabant adhuc ad vomendum stimuli, utgebantque vehementer: accedente paulatim etiam in viribus alteratione.

Miratus, unde tanta potuisset in œconomia corporis, tamque subito subsici turbatio (etenim præter paxillum de Rob juniperi, nihil penitus sumpseram ante ingressam in balneum;) Villicam advocatam interrogo, ubinam aquam sumpserit, ad præparandum balneum. Tum illa piscinam accusabat, Mo-

nasterio propè adjacentem. Fons enim ordinatius turbatus tum fuerat à vehementi pluviarum inundatione. Hæc genuina confessio omnem statim mihi ademirationem. Nam in piscina, de qua sumpta fuerat aqua ad balneum, plurima semper bufonum copia stabulabatur. Unde non poterat non esse vehementer venenata, propter lotium, quod venenosissimum est in eadem emissum. Hinc conversus ad Alexipharmaca, statim sumpsi portionem de Orvietano, cum aqua stillata ex succo cardui benedicti, compositus ad sudorem: dein spatii interpolatis, sæpius particulam de Theriacâ Venetâ. Quibus, intra quatrimum, Deo benedicente, rursus mihi restitutus fui: manente tantum parvâ, per aliquot adhuc dies, sed non continuâ cordis palpitatiunculâ. Et hæc sunt quæ, prout supra dixi, diu meum suspendebant assensum, præbendam encomio, quod Excell. D.D. Blaw tribuit bufonum lotio.

Hoc aliâ inter diriora numerandum venena, nequæ erit rerum naturalium non ignarus, qui dubitare velit. Non sinet certè dubitare, nisi penitus induratum, communicata modò observatio. Nam si tantam potuit, tamque vehementem, utique periculosam, in corporis, œconomiam inducere alterationem, aquæ tantummodò vapor, attractus cum halitu, quid putandum futurum tum, si lotium ipsum intra corpus assumeretur? Formidabiles sanè sunt historiae, quæ de bufonum vel lotio, vel madore, vel effluvio corpusculari, passim circumferuntur. Malè non accipiat curiositatum amatores, unicam tantum referam, Venetiis mihi narratam. Erant ibi quondam, nostrâ adhuc memoriâ duo Empirici famæ celebres propter antidota quæ possidebant. Summis uterque laudibus extollebat suum; unice solertes ut deprimerent, contemptumque redderent alterius: passim & in publicis, in quibus mercatum faciebant, pugnatis. Hinc æmulatio, invidia, odium, inimicitia, & ab æmulo se liberandi desiderium est studium ingens. Jactatis hinc inde diu probris invicem, tandem ad experientia periculum provocatum est, impetratâ priùs, à quibus oportuit licentiâ. Periculum factum est in publico pugnare; spectante hominum ingenti multitudine; & ab uno quidem cum certo liquore, quem credebat venenosissimum, ab alterò cum lotio bufonis. Ille igitur hunc liquorem suum propinat; & hauritor ab hoc intrepidè; superingesto tamen statim, quò gloriabatur antidotò. Hic autem alteri vice versa, quid? Admotum ad os latè patulum bufonem tandiu vellicat, donec in fauces suam mingeret lotium. Ausus est ille excipere cum risu paucas, quibus inspersus erat, tamen fatales guttulas. Sumpsit equidem & ipse, sed quasi per contemptum, suum à se tam laudatum antidotum, sed eventum luctuoso; intra horæ spatium extinctus; ubi prior è contra feliciter evaserat. Hæc narrata mihi fuerunt Venetiis; & occasione quidem ejusmodi Empirici vociferantis tum ad modum duorum jam enarratorum, & auditoribus persuadere conantis, non tantum efficacia majus & certius nullum suo, sed ne par quidem ullum in mundo reperiendum esse antidotum. Quid quid sit, tragica sanè sunt, quæ traduntur de bufonum venenositate. Quædam, delibata quasi reperire licet in sureo libello, Chirurgia nempe Agricolæ; plura passim alibi: apta satis omnia, quibus admonemur cautè se foveandæ ab omnibus, qui cum hoc animali negotium suscipere cupiunt.

Cæteram observationi D.D. Blaw supra memoratæ fidem & nunc libentius adhibeo, quod recorder, me legisse quondam, quod in Insulâ nominata, &c. id est, Angiâ divite ut plurimum veneno careant animalis, aliâ summè venenata. Quod & ipsemet fatetur Excell. Autor præfate observationis, asserens inge-

ingenue, earentiam hanc venenositatis in animalibus, referendam esse in acceptis precibus Primini, Vni quondam vitæ sanctitate, valde clari, & primi ejusdem Insule habitatoris. Gaudet igitur hæc insula Augiæ divitis eodem, quo totum Hyberniæ regnum privilegiò, in quò, venenis prædita non sunt animalia: illata, statim moriuntur. Sic in Episcopatu Tridentino, Scorpionum ictus narratur innoxii. Quò suppositò concipi facillè potest, quomodo receptum in oculo bufonis lotium, visum, ut perhibetur, acuerit. Cum enim acre valde sit, adeoque partibus conflet aculeatis, & hamatis, à vero non multum aberat, vel tunicam à fordibus per lotium fuisse purgatam; vel ipsam nonnihil levigatam; vel liquores intra tunicam contentos, in motum proportionatum concitatos; quò, veluti fermentatione quãdam, particule crassiores, à reliquis porioribus recesserint, & quasi præcipitate commercium luminis, tum recipiendi, tum rursus, characterisati tamen, emittendi, expeditius reliquerint.

Unica superest, digna tamen severiori scrutiniò, quæstio; num liquorem, quo cum hominibus nocere contendunt bufones, ex postico tantùm emittant; quomodo lotii nomen habet; vel etiam ex oculis ejaculentur. Non nescio pleròque persuasos esse, ejusmodi liquoris emissionem fieri tantum ex posterioribus. Videitur tamen, tum ipsius corporis bufonis situm hinc persuasioni refragari, tum experientiam quoque. Cum enim locus ex quo organum lotii emittitur à bufone, depressus sit, & terram versus vergat, lotium evibratum terram quoque petet; & non partes hominis altiores, uti sunt facies, & in facie oculi. Quamquam observatum à me sæpe fuerit, emissionem lotii sine notabili fieri evibratione. Erit igitur competentius appellanda dimissio lotii, quam emissio, cum quadam evibratione. Constat autem experientia, liquoris evibratione faciem hominum peti à bufonibus; uti mihi contigit, modicè tamen inclinato.

Distabat à me bufo, plus fermè, passu geometrico, mea verò facies à terra tantuadem ad minus. Verò proinde simile non est, posteriora sua tam altè bufonem erigere potuisse, ut liquor evibratus ad oculos meos pertingere poterit, & quidem cum sensibili allusione. Fuit igitur ejaculatus ex oculis. Quod eò majori possum asserere cum confidentia, quò reflexiùs recordor, bufonem à me verberibus exagitatum, caput suum erga me convertisse, & non posteriora sua.

Diu non admodum est, quod hac de re, liquoris nimirum ex oculis ejaculatione, sermo mihi multus fuerit cum virò quòdam, tam natalium nobilitate, quàm rerum naturalium notitià insigniter conspicuò; censente penitè, dubitandum non esse, quòd bufones, seu lapidibus, seu quoquomodò hostiliter impetiti, vindicem liquorem in impetitores ejaculentur ex oculis. Idque se sæpiùs à patre suo percepisse, multos affirmabat. Erat ejusdem pater natus in Italià, ubi nempe majorem ad molem proveniunt bufones, quàm in partibus nostris frigidioribus. Cum casu quodam in prægraudem offendisset secus viam, perisset lapidibus aliquoties; perspicuè se vidisse perhibebat, (stabat enim in sole, & versus arboris cuiusdam umbram) quòd bufo guttulas aliquot liquoris erga se fuerit ejaculatus ex oculis, & ad distantiam quinque fermè pedum. Unde monitos enixè semper volebat filios suos, ut, quomodolibet exigituri bufones, frontem eorum declinarent, ejaculationem nocentissimi liquoris, eò certius evitari.

(Paringa in Bavaria Augustam Vind. d. 2. Jun. Ann. 1713. missa.)

Arsenici vis citò infracta. Ex Clariss. Joh. Matthià Müllero, Ephemerid. Germanic. Centur. 5. & 6.

ANno 1707. Pueruli hujus loci quadrimi, (qui puerotam more saccharo admodum delectabatur) ex hypocausti quòdam angulò, quorsum antea nunquam pervenit, conspectum subit pulvis albus, (nimirum Arsenicum cum farina triticea permixtum ad necandos mures illuc collocatum:) hinc saccharum ibidem inveniendi spe allectus, magno illuc repit labore, testulam cum pulvere portans, quod cum faciebat, maxima ejus pars dissipabatur, ac reliquum de testula lambendo hauriebat: post statim de doloribus ventris apud patrem in alio conclavi degentem conqueritur, qui ipsum adventu matris ex orto rediturae conatur erigere, crescentibus interim cum anxietate doloribus, mater adventans ex veneni dissipatione doloris statim advertit causam, meumque anxioè implorat consilium, sine mora igitur ol. amygdal. dulc. rect. ʒv. postea hac calidum copiosum cum cult. culp. 2. theriac. Andr. propinavi, sicque præfens, quod imminabat periculum fuit sublaturum.

Scholium.

Simile ferè proprii filii exemplum communicavit Franc. Reinard. in *Manget. addit. ad Bonet. sepulchr. l. 4. sect. 11. obs. 13. hist. 6. p. m. 513.*

Ante plures annos tota familia ex incuria ferè perisset loco calcis vivæ pulverisate, quæ aselli albitates antea coquebantur, pulverem arsenici sumendo, hinc uxor & liberi pauca degustando frustula statim *ais ʒss* rursus purgabantur, maritus verò totam ferè aselli portionem comedens, ex insequente illico abdominis intumescencia, doloribus anxietatibus & errore commisso cognosceat, & sibi & familie pinguibus aliisque in tempore succurrit, ex cujus adhuc in vivis existentis ore hancce historiam plus vice simplici audivi.

De felici Arsenici hauritus curatione observationes memorie prodiderunt D. Max. Preuss. *Ephem. Nat. Cur. Cent. 3. obs. 15. p. 33. Job. Jod. Cysat. in Manget. l. c. hist. 2. p. m. 512. &c.*

Ægyptiæ sæpiùs Arsenicum sine noxa deglutunt, sed cibus oleosis, & plurimum viscosis ventriculum præmunt, quibus vis particularum corrodenium reprimitur & hebetatur. *Id. 4. l. cit. hist. 13. in feb. p. m. 515. qualia jam dum olim commendata sunt, & Paul. Æginet. de re med. l. 5. c. 60. p. m. 550. d. e. Aët. teor. 4. f. 1. c. 48. p. m. 639. &c.*

Archibald. Pitarcius sæpiùs Arsenicum dedit non sine successu iis qui doloribus ventris ferocissimis cruciati nullis auxiliis liberari poterant, in *opusc. med. ex Act. Erud. Lips. ann. 1714. mense Octob. p. 482.*

De Arsenico sine inflammatione necante, ob assumptam prius viscidam, & oleosam, temperamentamque phlegmaticam, *Vid. Ephem. alleg. cent. 4. obs. 26. D. Mich. Ernest. Eumüller. p. 283. sqq. & de arsenici assumpti lentæ præter solitum operatione Frid. Wilb. Clauder. Ib. dec. 2. ann. 8. p. 540. &c.*

In Scholio *Obs. meæ 4. supra allegata* decadis prima p. 11. uxoris cuiusdam rusticanae veneno mortuæ mentionem quidem feci, quia verò ob brevitas studium, observata ibidem reticui, hac idcirco lubet apponere. Hujus inquisitio per cadaveris apertionem à Ma-

à Magistrato Anno 1705. in pagò quodam vicinò *Büchelbronn* mihi fuerat demandata: apertò nunc per incisionem corpore superiorem hepatis partem ad imperialis circumferentiam inveni quasi elixam, friabilem, membranamque exelam, idem etiam erat hepatis vitium ab assumpto arsenico ortum in *Manges. l. c. hist. 1. p. m. 511.* Præter hæc sequentia etiam videbantur mihi notari non indigna nimirum quod 1. tota cutis variis fuerit maculis notata; 2. in ventriculi fundo veneni rudimenta apparuerint; 3. Oesophagi, ventriculi intestinorum tenuium & crassorum ductus vesiculis refertus, in pluribus locis tunica inferior, in quibusdam etiam tunica media, cum rubescens stigmatibus quasi inflammatis, & hinc inde quoque omnes tunicae planè subtiliter fuerint perforatae; 4. pulmonum membrana externa maculis foeta conspiceretur; 5. hujus parenchyma esset sanguine, picis fluidæ instar nigricante coagulato tumidum; & denique 6. cordis auriculæ ac ventriculi eodem sanguine repleti, reliqua verò viscera sana reperta sunt. Ex quibus observationibus symptomatibusque, e. g. doloribus abdominis inestimabilibus, vomitibus, diarrhœa, anxietatibus, palpitationibus cordis, animi deliquiis, siti intensâ &c. 16. vel 20. horas ante mortem sustentis, conjunctim sumtis, veneni corrosivi non modicam portionem fuisse haustam, non immeritò argumentatus sum.

VENEREA LUES

Vid.

LUES VENEREA.

VENTRICULI MORBI.

Super iis vide quæ Capitibus de Digestione læsa, de Anorexia, Bulimo, Cardialgiâ, Cholera morbo, Vomitu &c. abundè satis allata fuere: in quibus subsistentes, ab omni alia hujus partis morborum enumeratione ac tractatione meritò jam supersedebimus.

VERMES.

De Vermibus videri possunt quæ habet *Clariss. Michaël Ettmullerus, sub Titulo Intestinor. Morbi.*

Curationes.

Curatio *Clariss. Lucae Tozzi.*

Tamet si ubique locorum in dissectis cadaveribus Lumbrici inventi sint, & passim ab Authoribus historiæ referantur, quas recollectas habes in Ephemeridibus Germanicis; frequentius tamen Intestina occupant, ex quibus præterea à plerisque putatur in alias partes permeasse. At quomodo in Cor; ejusque Pericardium, in Cerebrum, Pulmones, venas, cyllim felleam, vesicam inde discesserint, haud facitè capti. Quocunque autem modò se res habeat, aliud semper iniquum dignissimam, perardum tamen habitum est, unde ortum illi recognoscerent. Qui à putrescentibus humoribus genitor credunt, ac potissimum à phlegmate in vermem degenerato, sicuti facillimè ab hac difficultate

se expediunt, ita longè nimis à veritate aberrato deprehensi sunt: cum viventia quæcumque suis seminibus natalia debeant. In quam rem pulcherrima planè, & scitu dignissima à pluribus nosti sæculi accuratissimis Naturæ Scrutatoribus congesta sunt; præsertim verò ab industriò, & per quam diligentem viro Francisco Redio peculiari opusculo de Insectis.

De speciebus Vermium, non convenit inter Auctores: Nam aliqui duas: communius tres, alii quatuor species constituunt; unde Teretes, seu rotundos, Alcarides, latos, & cucurbitinos nominant. At frequentiores sunt teretes, & rotondi, qui nonnunquam visum sunt hirsuti, capitati bicipites.

Ab ipsis autem omnes propemodum ægritudines provenire putantur, Epilepsia, Vertigines, sopores, deliria, convulsiones, dolores capitis, syncope, palpitationes, mæiores, pavores, tusses, vomitus, nausæ, diarrhœa, singultus, punctiones, tormina ventris, inquietationes, erosiones, tabes, febres acutæ, & chronicæ, aliæque innumeræ affectiones, de quibus passim referantur exempla. Ex enarratis verò speciebus, lati vermes peiores creduntur, quod universa intestina plerumque occupent, & difficiliter egerantur. Pessimi etiam sunt teretes, cum loco moventur, & superas partes petunt. At verò Alcarides, quia ultimum intestinum inhabitant, ac promptissimè desiciuntur, minus mali esse solent. In febribus autem malum adaugent, atque eo potissimum si per os excernantur, aut vivi prodeant, ut vult *Ætius* vel contra mortui, & ut suspicatur *Rhasis* & *Avicenna*. Si verò, declinantibus febribus, cum alvi excrementis deponantur, bonum ex Hippocrate 2. Prognost. 18.

Hi vomitu, aut dejectione se prodere solent. Sont tamen qui à morsu, vellicatione, pavore, oculorum squalore, oris foetore, narium pruritu, genarum nunc rubore, nunc pallore, tussi sicca, dentium stridore, nausæ, vomitu, sopore, motibus cori vulsivis, aliisque symptomatis illos suspicentur. At conjecturæ illæ non rarò fallunt: quamquam sæpius in pueris fideliores sunt, quibus vermes familiares esse consueverunt. Cæterum in nonnullis symptomata planè insueta, & his longè admodum disparia excitare visum sunt.

Statim verò necandi, & expellendi sunt. Distinquit autem *Sennertus*, nùm febris adsit, vel absit, & nùm alvus fluida sit, vel adstricta: timet enim usum medicamentorum acrium, & amarorum febre præsentem, sicut etiam evacuantium in alvo lubriciori. Verum timor omnis aberit, si ea speciatim exhibeantur, quæ vermibus sunt inimica: enim verò sæpenumerò accidit, enectis vermibus propulsisque, sponte sua desuisse febres, & alvi fluxus, qui ab ipsis tum ventriculorum, tum intestina vellicantibus, atque cibos assumptos, humoresque eò confluentes turbantibus, agitantibusque proficiscerentur.

Lumbricis adversa multa recensentur: ex simplicibus quidem angelica, absinthium, abrotanum, dictamnium, centaureum minus contrayerva, gentiana, gramen, folia persici, filix, marrubium, scordium, tanacetum, tormentilla, semen citrii, zedoaria, rasura eboris, & C.C. cortex ovorum, Aloë, Rhabarbarum, myrrha, semen santonici, muscus marinus vulgò corallina. Ex compositis Theriaca, Mithridaticum, Orvietanum, discordium, aqua & spiritus theriacalis, aqua alexipharmaca & alia hujus generis plura; unde formulæ medicamentorum variaz à Practicis præscribuntur.

At primum, & præcipuum contra vermes remedium creditur Amato Lusitano semen santonici siccharo incrustatum, quo scilicet lumbrici alliciantur: Licet non desint qui exinde potius oriri vermes augument,

autument. Sennertus Corallinam præfert. Borcellus pulvere corticum malorum aureorum ad ʒj. per tres vices quendam innumeros vermes eiecisse, atque ita à tabe liberum evasisse refert. Ibidem etiam commendat, essentiam seminis fantonici umbilico applicitam. Apud Schenchium efficacissimum dicitur Weckero semen tanacetii ex syrupo violarum: addendam autem consilii Hoëferus radicem primulae veris. Comprobatum remedium adversum vermes testatur Baricellus aquam oleo sulphuris, vel vitrioli acidulam redditam, atque in potum datam. Laudat pariter ex Arnaldo de Villanov. aquam portulacae stillatitiam, ejusque semen ad ʒss. cum lacte in puerulis. Forestus ex succi punicorum ʒj. & olei olivarum ʒss. conficit haustum, quo alvum laxari, simulque vermes educi memorat: quippe oleum antidotum est ex Petrarco; necdum enim illos non admittit, sed suffocat; Hinc sagaciores foeminae cibos infantibus multo oleo condire solent, adjectis allio, & foliis lauri simul unâ incoctis. At Bartholinus nihil vino, & spiritu vini ad lumbricos enecandos præstantius esse ait; quod experimento confirmatum vidit eruditissimus Redius. At omnibus palmam præripit Mercurius, tum crudus, tum diversimodè præparatus. Crudus exhibetur ab Hartmanno ʒj. alteratus tamen, domitus, ac coercitus cum succo mali limonii, postmodum commistos cum semuncia conditurae rosarum persicorum, & modico flor. benzoini. Et Baricellus cum saccharo rubro illum præp. in mortario vitreo, commiscetque ol. amygdalarum dulcium guttas aliquot, & ex saccharo viol. vel ros. exhibet à ʒj. ad ʒj. Riverius verò cutatōs multos narrat usu mercur. dulcis ad grana vi. viii. & xii. cum pari, vel subdupla dosi diagridii vapore sulphuris co. recti: confirmatque ipsam Simeon Jacoz, & Cardilucius in Hartm. Helmontio autem satis est potendam dare aquam, quæ cum Mercurio crudo ebullierit; efficacius tamen erit si in aqua radicum graminis, vel acetosellæ is incoquatur. Hinc Mercurii aquam se quoque fuisse usum pro puerulis fatetur Baricellus; atque non nostrates etiam sine ullo metu indiscriminatim exhibent, ubi suspicio vermium est. Utuntur alii aquâ, in qua stannum ignitum pluries extinctum sit. De pulvere eorumdem lumbricorum valde dubitat Henricus ab Heers: nam inquit, materiam vermium generandis ab illo potius suppeditari. Quamquam Fridericus Hofmannus vanum ejus metum dicat.

Speciatim verò ad lumbricos latos efficaciter valere plerique consentunt radicem filicis in pulverem redactam ad ʒi. præsertim si cum aqua rutæ capraræ exhibeatur. Ab aliis commendatur succus Nasturtii, & decoctum radicis bryoniae, & graminis, addito spiritu vitrioli, vel sulphuris. Efficax quoque est elixir proprietatis, extractum aloës, & rhubarbari, vel mechoacæ, aut trochiscorum alhandal, & hieræ picræ; quæ sanè cum simul lumbricos interficiant, expellant, & alvum moveant, locum in adultioribus habebunt.

Ventri, & umbilico admota profunt etiam oleum gauris stillatitium, essentia absinthii, oleum diacolocynthidis, ligni corylini, nucleorum persicorum. Apud Monachos Cassinenses præparatur oleum viridè ex diversis herbis medicatum quo passim uti solent nostrates foeminae. Paratur item malum aureum succo absinthii, menthae utriusque foliorum persici, & portulacæ repletum, adjecto pulvere aloës & seminum colocynthidis, cum felle Tauri, fuligine camini, & theriacæ; mox ad ignem excalescendum ventri & lumbis adhibetur.

Cæteram Ascarides jumentis potius familiares, si aliquando in hominibus gignantur, facile pelluntur Aloë succo absinthii inspissato excepta atque ad

Tom. IV, Pars II.

ʒj. exhibita. Aqua ardente irroretur venter, & umbilicus, mox pulvere myrtæ inspergatur, demò supinus jaceat puer, videbis vermes mortuos exire, inquit Alexius Theriaca etiam vino veteri, vel ejusdem spiritu dissoluta, & umbilico imposta idem præstat; & si adjiciatur modicum unguenti de Arthanita, alvus quoque laxabitur; Postremò lumbricos cum febre mali moris, alexipharmaca alibi tradenda opportuna erunt.

At de his quæ hætenus credita sunt adversus lumbricos antidota efficacissima dubitandi ansam præbuit diligentissimus Redius, eo quod illis non adeò adversari nuperrimè expertus est; saccharum verò, & mel, quæ unanimi Medicorum consensu vermibus amica putantur, deprehendit eisdem summè nocua, & mortifera: Quamobrem Therapiam hucusque Medicis usitatam in hac parte, vehementer exagitare, & evertere videtur. Verùm an ab his, quæ extra Corpus humanum ex affusis liquoribus, cæterisque medicamentis adhibitis, vermibus accidunt, jure liceat idipsum deducere futurum intra corpus, haud ausim determinare: quippe assumpta medicamenta plurimum in illo immutantur ex mixtura innumerabilium succorum, qui in ventriculum, & adjuncta intestina confluunt, undè haudquaquam constat qualem mutationem illa sint ibidem subitura, cum & non rarè experiamur dulcia palato, in ventriculo postmodum acescere, aut amara fieri. *Hætenus Clar. Lucas Tozzi Medic. Practic. part. 2.*

Curatio Clariff. Theod. de Mayerne.

Purgantia cum lumbricos enecantibus optimè permiscetur; illa saltem hæc debent excipere.

Pulvis usualis minor. ʒ. C. C. cum sp. vitrioli præparati, coralline, sem. contra, an. part. æqual. Mss. Dosis ʒss. ad ʒj. Sumitur ex vino, vel jusculo, vel aqua appropriata, vel cum pomo sub cineribus cocto. 2. hor. antequam eatur cubitum; Si purgantem hunc velis reddere pulverem, adde jalap. pulver. zat. circiter quintam partem, exhibeatur manè.

Pulv. major. ʒ. Corallin. sem. contra, C. C. vitriolat. vermium terrestrium (vel si habeantur, humanorum) præparat. carnis viperinae cum ossibus debite siccata. jalap. an. Div. f. pulvis subtilissimus. Dosis ʒj. ad ʒss. ʒj. ʒj. ex aqua portulac. aut hyperic.

Hæc pulveribus helminthagogis usis tempore pro ratione mali & dispositionis virum subjecti, poterunt addi Mercurius dulcis, manna Mercurii, Mercurius lunaris qui datur ad grana pauciora, 4. 5. 6. Æthiops mineralis, Manna Saturni, cinnab. vulgaris aut antimonii. Exhib. ex pulve farinacea, vel ex pulpa pomi.

N. B. Perplacet mihi Æthiops compositus ex mercurio & sulphure, quæ duo vermes potenter enecant.

In robustis poterunt addi grana aliquot scammonii correcti per fumam sulphuris, vel per insillationem guttarum aliquot olei sulphuris vel vitrioli testendo in mortario vitreo.

Mercurius dulcis quocunque modo exhibitus sive in conserva (v.g. flor. Persic.) sive in tabellis mira facit à gr. vi. ad xii. xv. xx.

ʒ. Conserv. ros. rub. ʒss. cortic. citr. saccharo condit. cort. aurant. an. ʒj. antimon. diaphoret. vel flor. antimon. reverberat. & fixat. gr. v. mss. f. bolus. Detur per 4. dies consequentes mane, post purgationem.

ʒ. Conf. flor. hyperic. & flor. persicor. an. ʒss. sem. hyperic. & caulium an. ʒij. magister. C. C. acidul. corallis. an. ʒv. cinnab. subtiliss. lævigat. cum aq. portulac. & siccata. ʒj. Trita omnia diligentissime miscantur, & cum paucis syrupo ex flor. persic. vel

T t si desit,

si dicitur, rasur. pat. id. s. Electuarium inlat. Opia-
tes, de quo cap. tribus diebus consecratorib. 3m.
superhito postea preparat. cum portulac. rad.
gram. & rasur. C. C. crudi. D. fiat prandium ad
minus ad tres horas & superambulet.

℞. Aq. font. aut graminis, extinctionis plumbi
aut ebullitionis mercurii, cum sp. vitrioli acidulat.
℞. s. flor. veron. rad. p. ij. viol. p. ij. fol. rub. p.
i. s. sem. hyperic. ʒi. rasur. C. C. ʒij. extrahit tin-
cturam, per chartam filtra, unde sume ℞i. in qua
dissolv. lyr. è flor. persic. ʒij. acetosel. ʒj. vin.
alb. Rhenan. ʒiv. m̄. pro 4. dof. bis in die sumen-
dis longè à partibus, per biduum. In prima doſi
infundit potest fol. sem. ʒi. vel ʒii.

N. B. Mercurius crudus aq. fontatâ coctus; ut
quoque plumbum liquefactum & aqua portulacæ ex-
tractum ad septem aut octo vices remedium efficax
constituit, si scilicet aqua cum saccharo edulco-
retur, & sola, jalapii instar, bibatur.

Aliquando dieta optimo consilio instituitur, quæ
hujusmodi esse potest.

℞. Rad. chin. ʒii. gram. silic. femin. an. ʒij.
ligo. lassif. ʒi. rasur. eb. ʒv. ʒi. sem. hyperic. ʒi.
rasur. C. C. primar. rec. ʒvi. f. sacculus pro cong.
ii. cerevis. In quaque libra infunde thabar. ʒb. Su-
matur pro potu ordinario.

Externè abdomini applicari possunt epithemata,
linimenta, & emplastra.

℞. Fol. menth. absinth. hyperic. an. m. j. flor.
chamemel. m. ij. frigrantur in tartagine irrorat, vin.
alb. odorat. & f. Epithema ventri applicand. cum
fasciâ idoneâ.

Illini quoque potest abdomen linimento sequent.

℞. Ol. hyper. ʒi. aneth. chamem. an. ʒi. ol.
nuc. mosch. ʒb. m. f. liniment.

Emplastrum quoque seq. umbilico applicetur.

℞. Fell. bubul. ʒb. aloës ʒi. pulp. colocynth.
ʒj. sem. aneth. caul. hyper. pulverif. an. ʒib. M. f.
emplastrum.

Vel. ℞. Aloës ʒi. myrrh. ʒb. centaur. minor.
sem. nigell. Rom. & hyper. an. ʒi. ol. still. absinth.
ʒb. fell. bubul. cocturâ inspissatâ ad consistentiam sac-
ci glycyrrhiz. ʒiij. Omnia, ut decet, præparata
excipiatur f. q. bals. Peruvian. f. massa emplastri pro
umbilicò. *Theod. de Mayerne Prax. Med. lib. 3.*

*Vermium intestinalium curatio, ex Clariss. Joh.
Nicol. Pechino.*

In vermibus, ut symptomatum, ita & sanatio-
nis vatis est fortuna; neque enim semper unò eodem-
que remedio, nec omnibus aut quantumvis exquisi-
tis, sæpe etiam nec vilius nec quotidianis prosligan-
tur; jam etiam Lunæ phasium non magis sunt obser-
vantes quàm Solis aut aliorum Planetarum. Vidi-
mus, qui ad Lunæ deliquia frustra exagitati ad novam
aut plenam lucem vel spontè, certè sine magno adeo
labore, prodirent. Non potest satis dici, quàm iis
etiam formulis quatum usus longo tempore frustra
fuit, tandem ad nescio cuius sideris conspectum ab
alvo deturbentur; imò & hoc tralatitium est fatiga-
tis jam post exquisitorum remediorum doses Medi-
cis, muliebri consilio aut protervis illis vulgaribusque
subdolos pridem vermes domari, quasi non una est
omnium natura, & prout fermentum est ex quo con-
sistunt, ita & Specifica variari. Quid quod per-
suaasum habeam non tam medicaminum, quàm situs
aut figuræ culpa tam tediosam sæpe esse Vermium
sanationem & eâ indigestam animalculotum molem ef-
se caliditate, ut ad halitus aureque intellæ vidorem;
pituitæ se immergant intestinali, & quod Ventri-
gulæ; destinamus Antidotum tergo inhiatque in pitui-
tæ viscum osculis eludant; non aliter ac piscium non

nulli, Carpiones imprimis & id genus, qui impen-
dentem sagenam, cum aliter nequeant, fixo in li-
mum capite effugiant. Equidem mira obstinatio sic
oportet, quòd eorum aliqui tam arctè cum pituitâ
intestinali membranisque coalescant, ut non ante
excuti se patiantur quàm in rameata frustillata & in
speciem tabi saniosi redacti fuerint. Et verò pro anni
conditione est sæpe ille morbus Epidemius in Por-
cis quorum exenterata intestina Vermium longiorum
agminibus obsita curam non admittunt, quando ita
membranz inhiærent, ut non nisi vi & cum offensâ
membranz avelli possint. Purimum verò etiam in-
terest, quibus locis hæreant; tot enim in istis Intes-
tinarum flexibus sunt cellulæ, tor anguli, & remoti
& abditæ atque insidiæ oportuni, ut non facile cre-
dam quævis medicamenta integris eò viribus perve-
nire posse, & plus sæpe temporis & maturitatis oc-
casione, medicamentis, effici. Non autem de nihilo
est illud Petri Borelli consilium. Lactis, inquit,
Clyster injiciatur, ut ejus dulcedine vermes inferius
attractantur, deinde per os semen contra capiatur cum
malo coctio; sic è superioribus partibus fugati & ad
inferiora allecti foras faciliè evacuantur. Curavi
puerum tredecim annorum ex Vermibus cum febre
symptomata duplici tertianâ, ardente, leviculò
interposito frigore laborantem. Hunc puerò os
semper erat sicissimum & lingua nigra strigosaque
scabritie suspecta, sitis, ut fieri debebat, intensa
quidem, sed ob pueri *ἀρετή* neglectâ, imprimis
ubi calor invalesceret plurimumque alias ægra sicunt.
Hic autem, cum siciebat, non blanda, non aquæ,
non acida, non Jalapia, non Emulsiones, sed ama-
rissima quæque ad fallendam sitim unice appetebat, nec
vel prece aut pretio induci poterat, ut ad alia transi-
ret. Mater; ut erat indulgentissima, etiam contra
monitiones meas vinum habebat in promptu essentia
absynthii saturatissimum; hoc ingruente Paroxysmo
copiosius bibendum dabat, etiam cum calor esset, len-
tè tamen deficiente ad *ἀρετή* siti, quando nos infes-
tissimam fore credebamus. Hunc vivendi ordinem
non admisso alio potu, ne cerevisiâ quidem, tres sep-
timanas continuaverat; sed neque hisce nec purgatio-
ne unâ & alterâ aliud quàm quinque vermes educere
potuimus, ipsâ demum saburâ & nido verminoso
ad lactis Clysteres procedente, pueroque ob intem-
perantiam lentè, & non nisi post octo septimanarum spa-
tium, restituro. De Amaris autem si sola usurpentur
hoc videor notasse, ea quidem cum tempore fer-
mentum immutata seu materiam verminosam, at non
semper æquo successu vermes jam factos excludere,
sive quòd tandem fetendo nidori assuescant, seu quòd
longius à foco in angulum se conjiciant tutiorem
tempori relinquendi, aut dulcium singulariumque
speciosis illicebat. Reperi Matres familias, quæ
solo lacte totum negotium consiciunt, eoque alliato;
Plurimis autem magno compendio, etiam post alia
frustra adhibita, Aloë usurpatur puerisque ingeritur
melli & semini Zedoariæ permista; aliis ipsa illa Con-
fectio quotidiana est, inescaris dulcedine illâ super-
ficiali & pueris vermibus. Nonnullis quoque in re-
medium cessit Passiæ tenoi foliæ radix tum cocti
tum cruda, faciliè sequentibus eam ab alvo lum-
bricis, Extus interea prodesse solet oleum Tanacetii,
Absinthii, C. C. foetidum, Unguentum Arthanitæ
& alia. Id verò nolim quisquam existimet, ubi ver-
mes etiam post remediorum exquisitorum usum non
prodeunt, nullos ibi esse, cum ut ante dixi, leato
pituitæ visco se involvant, & non nisi in speciem
phlegmatis redacti pro illa texture fluiditate ab
alvo secedant. Adolescens erat, cui multis Indi-
cis lumbricos inesse conjectabamus, nullus tamen
vermis toto curationis tempore etiam post severiorum
vermis medelarum usum apparuit; sed strigmenta in-
testinalis

testinalis pituitæ examinantibus, quæ copiosa purgatio deralerat, lineamenta quædam & frutilla attritarum membranularum latis docuere fuisse ea indumenta phlegmatis animati, id verò est, molis verminosa. Tandem cum puerum illum vehementiore Diagrydii dosi Mercurii dulcis accessione modificata urgeremus, unâ cum copioso phlegmate Hydatis sive Vesiculam aquæ plenam deturbavimus, cujus hæc erat forma. Ut verò omnis generis insidiosa symptomata Vermium affectum comitantur, periculossima tamen sunt illa, quæ in Cerebri nervorumque Systema incumbant; hinc enim palpitaciones membrorum, vitia intellectus, & in omni mali complementum Epilepsia: & verò tam mirabilia sunt, quæ à clandestino lumbricorum fermento redundant accidentia, ut è Sagarum scholis magis, quam nullo principio naturali profecta videantur, quæ tamen à phlegmatis tum stasiosi tum verminosi halitusosâ cerebrique & nervorum inimicâ putredine pululasse ulus edocuit, cujus ecce hic exemplum. *Job. Nicolaus Pecblinus in Observationibus Medico-Physicis.*

Morbi verminosi subdala species.

Ante hos septem annos ad Adolescentulum videntum vocabatur: erat is celeberrimi Viri filius, quindecim annos, phlegmatici temperamenti, & quem, si de facie agnovisses, jurasses ex vermibus laborare, adeo omnia non tantum lineamenta, ora pallida, oculi concavi orbeque livido cinchi, sed & nasus acutus & alia bene multa vulgatis Notis respondebant; mira adhæc ventristentio, præcordiorum dolor, suspiria altè tracta suspensionem confirmare videbantur. Id verò singulare, quòd magna cum Urinæ inconvenientia divexaret, ita ut vel decies intra horam de die mittere eam cogeretur, sed vicissitudine mutabili inque dies aliâ atque aliâ. Aliquando enim manè, aliquando de meridie, plerumque autem sub vespèram & ingravescente nocte ad horam usque undecimam Urina erat & copiosior & molestior, ita ut nec in Paroxysmo, quem vespèr spasmodicum adferebat, remitteret, sæpe etiam magis, quàm antè feviret, nunc quoque in totum, sed rarius, cessaret. Post intempèstam demum noctem somnus obrepebat equalis nec ullo incommodo, præterquam suspiriis interpolatus; horâ circiter octavâ matutinâ evigilabat, post quam sive surgeret seu jaceret, recrudescere Urinæ incontinentia & in feram rursus noctem proferri coepit, non diætam parciorè, quàm in perditâ fame agrè tolerabat, non abstinentiam à potu morata. Color Urinæ a què instabilis ac mittendi ordo; modò enim alba & turbida, nunc spicea, nunc citrina, nunc cærulea, nunc porracea, nunc aquæa & diaphana uno die per omnes colorum gradus ibat redibatque. Levibus primùm indicis se prodiderat hæc Urinæ incontinentia ante tres septimanas, cum accessione suspiriorum & invalescentis sub vespèram febriculosi calor. Hæc mihi antè sollicita Mater enarrabat, quàm ad filium introduceret; introductus reperio pleraque omnia, quæ enumeraverat, symptomata, sed calor vespèrtinus erat levior uniusque horæ durans intervallum, suspiria verò tam copiosa atque ex imis deducta, ut non de nihilo gravius malum suppositum cineri dolofo pertimescerem. Rogatus causam, animam se repetere vel fugientem aut altius oppressam respondebat. Ego autem, quòd corpus videretur planè Cachochymum, non vermibus statim, sed sanguini & ipsi cum primis Ventriculo medicinam facere constitui. Præcepi itaque Electuarium ex Conservis Menthæ Absynthii, Diacoro Mesnæ, conditis Cort. Arant. Rad. Cichorii, Mastiche, pulv. &c. inde etiam ad

Tom. IV. Pars II.

compescendum ventrem nimium quantum intumescentem, exterius Unguentum de Althæa, Arthanitâ, additis oleis Absynthii & Tanacetii &c. Verùm non tantum nihil hisce effectum, sed contra ingravescere morbus ceepit periculumque nuper formidatum sese ostendere. Quid enim? Vix quartus dies præterierat, cum hora sextâ vespèrtinâ valentem ladentemque cum paribus velut fulmine istum, violentæ corporis palpitaciones, & ut ita dicam conglobationes invaderent, hoc graviore, quòd profundissimis & citissimis suspiriis intensissimaque Thoracis elevatione comitata essent jamque defectura anima videretur, semper tamen & usque sui potens sciensque quid ageret Matri se proximæ commendabat; ipse autem, quantis poterat viribus coeuntes in se pedum manuumque digitos explanabat, quò descendentes spasmos anteverteret; quòd si vis elateris spasmodici fortior esset, quàm ut obsidere posset, vicinis imperabat membra validius comprehenderent, ne in se conglobata mox iterum impotuosius laxata damnum acciperent. Inter hæc nulla frequentior & imperiosior vox, quàm de Cibus, quos magno ejulatum petebat: etsi enim aliàs semper eluriret, nunquam tamen magis, quàm in Paroxysmo. Durabat insultus horam unam, nec remissior altero aut tertio die, imo nec post duas septimanas redibat. Id tamen etiam notatu dignum, quòd, ut Paroxysmus inscium atque aliud agentem deprehendebat, ita etiam repentè & oculi istu citius desereret, & sinem risu ludicroque schemate, imo hoc ipso verbo, acta est fabula, ipse indicaret, mox etiam vel ad alimenta, aut negatis iis ad stadia, in quæ iusto propensius ferebatur, aut, si sodales suspeterent, ad ludum reverteretur antè actorum minime curiosus. Plerumque tamen post Paroxysmum nihil magis in votis, quàm ut famem sic satis diu toleratam iusculis & pane butyrato compesceret. Incontinentia Urinæ vel redibat statim; si in Paroxysmo cessasset aut continuabatur in horam usque undecimam. Inde iterum quies & causa symptomatum ad horam usque octavam matutinam, quando omnia redibant exceptis convulsionibus. In Paroxysmo convulsivo non erat calor adedò insensus & pulsus paulo quidem celerior, verùm etiam ad concussionem impetus aut detonationes exilior atque inæqualior. Post Paroxysmum illa quoque omnia rursus pacata. Cum autem experientiâ didicissem, nullum tam peregrinum esse Symptomata tamque *Sappho*, quòd vermes excitare non possint, in amolendis illis omniem ponere operam constitui; comque adolecentulus nulla adspèraretur quantumvis amara remedia, brevibus negotium confectum iri sperabam, sed irritò conatu. Etsi enim Semice contra Vermes, Pilulisque ex Aleo, Myrrhâ, Trochiscis Albandal, resina Jalappæ, Mercurio dulci, extracto Absynthii, inde & pulvere ex radice Jalappæ, tanquam Specifico, & Corallinâ, quæ & ipsa nitrosâ salugine vermibus accommodata est, aliquoties uteretur, tandem etiam potionem ex Radicibus Cichorii, Graminis, Scorzonæræ. Herbis, Fumariâ, Agrimonâ, Floribus Hyperici, Seminibus Zedoariæ, Portulacæ, Rasurâ C. Cervi cum aqua Tanacetii decoctam & syrupo Diacoreo Anderinaci contemperatam sæpiuscule biberet, nihil aliud effeci, quàm ut post quatuordecim dies tribus Paroxysmis continuis jam in gulam aliquid irrepere, mox relabi, jam dentibus admoveri & in extremis labris fluctuare nescio quid corporis verminosi clamaret urgeretque Matrem, digitis prehenderet atque evocaret volabile animal. Sed hisce iterum iterumque frustratus alia agitavi consilia; num forte acidum aliquod fermenti verminosi comes tam dira excitaret symptomata, eoque delinito melior quoque

T t 2 esset

esset symptomatum conditio; Itaque Pulverem adhibui ex Conchis preparatis, Lapidibus Cancræ, Cinnabari Antimoniatum quoque propter motus convulsivos ex sale volatili C. Cervi, Succini & Elaëofaccaro Citri compositum, adjeci misturam ex aquis Graminis. Fl. Acaciæ, Spiritu Mastichino, C. Cervi essentia, & ad domandam humorem, si qui in intestinis effervescent, ebullitionem. Laudani opiatum grano uno confectam. Duos dies hoc pulvere usus erat Adolescens, cum nihil ex eo videretur melior, sed Paroxysmus statim temporibus iisdemque symptomatis rediret. Quare hujus etiam consilii peritus ad simpliciora magisque nota transiit, semper convulsionum habens rationem. Ergo iussi misturam repeteret, sed prius Olei Succini duabus guttulis & Mithridatii scrupulis duobus animatam; hanc dum duabus vicibus absorberet, ecce sub vesperam post duas dejectiones vermes binos longos & teretes, & quod beneficium de decrepitate quidem Lunæ obtinere unquam potuimus, nunc tertio à Novilunio die obtinebamus. Hoc rursus eventu ad pristinam vermiumque suspicionem relapsus suasi Pulveres Pilulasque in eam rem confectas repeteret; sed neque nunc alius successus quam pridem; quamvis enim alvus fieret, tamen nec voia nec vestigium vermium. Post hæc Analepticis, Stomachicis Cephalicisque, Succini Oleo, Mithridatio & Discordio Fracastorii rescindendum corpus fuit. Tandem ergo symptomatum facies aliquantum mutare cepit; nam qui Paroxysmus nuper vehemens vespere redibat, nunc de die diviso impetu bis invadebat, seu lenior: primum ipsa hora meridiana & secunda post, deinde quarta & sexta. Neque jam palpitationes illæ aut convulsiones tam infestæ quæ in unam alteramque conglobationem corporis desinebant, quam vertigo & torvus oculorum in omnes partes aspectus, quam suspiria & ille infirmitatis sensus. Pulsus quidem tenuior minorque, sed tamen constans atque æquus. Vidi, dum cum hisce conflaretur paroxysmi mollioribus, nec vi nec præcibus induci potuisse, ut ab alimentis abstineret, donec in totum tempestas desceisset. Igitur nova de fermento aliquo esuino, quod cum paroxysmo emergeret, suspicio oborta; nam si præcibus & importunis gestibus non poterat, lacrymis cibos extorquebat. Sic transactæ sunt quinque septimanæ, cum nec incontinentia Urinæ nec Suspiria cessarent, Paroxysmus autem unus aliquibus partibus esset levior, at demum post vires artritæ, Quare denuo, ut fieri solet in casibus dubiis, ad ligentia & absorbentia pedem retuli, indicante hoc potissimum magnâ appetentiâ. Pulverem commendavi simplicem & vulgatum ex Lapidibus Cancræ & Cretæ albæ Drachmis singulis cum momento Elaëofaccari, Menthæ usurpandum, cujus dimidium unum sex horis ante paroxysmum, alterum sub ipso sumeret. Paruit & statim paroxysmi apparuit multo benignior, fames etiam minus importuna quam pridem: altero die sumto eodem Pulvere occulta tantum paroxysmi vestigia tertio die nulla admodum. Unica tum querela de Urinæ incontinentiâ, quæ etiam vehementius affligere videbatur quam pridem. Sitis equidem nulla & non nisi ab alimentis invitata, Urina tamen de die facillè tres Libras æquabat longè intra proportionem assumti liquidi, magis enim sicca appetebat. Et ab hac quidem Urinæ copia non parum infringi vires videbantur. Itaque cum omnia ista à communi quodam fermento, qualecunque demum id esset, oriri crederem, post usum Pulveris absorbentis octiduanum Electuarium rursus præcepi Stomachicum mistis pulveribus absorbentibus, nunc etiam portione Mastiches Agallochique. Atque ad illius statim usum lentè convalescere cepit, Urina modicè & ex æquo misâ, post-

quam vitium hoc septem hebdomadas tolerasset. Nondum tamen omni periculo defunctum agrum existimavi, quod facies colorem recipere nollet lætiores, subinde etiam murmura vomitusque ventrem exercerent, imo & Suspiria illa sub vesperam aliquoties redirent. Tandem post quatuordecim dies, si fortè Natura verminosa quippiam huic tempori referret, aquam Mercurialem ex duabus Unciis Mercurii vivi triginta aquæ Graminis Unciis incocti usque ad dimidias confici jussi. Tres Uncias imperavi pro dosi, quas bis sumit; Et cum Diarrhœa nescio unde oborta malè haberet, discernere medicamenti hujus operationem non potui; & quamvis post quoque illa aqua usus esset, nullus tamen prodiit vermis. Itaque religio erat magis urgere Adolescentulum jam plus satis malè à medicamentis vexatum, satius videbatur, quod reliquum erat mali; tempori committere, aut suspectam usque Vermium saburram ad singula Lunæ deliquia semine Zedoariæ sollicitare. Interea continuato Electuarii antememorati usu aëreque verno invalescente Suspiria penitus fuere extincta, ægerque ad se rediit. Id unum duntaxat, dolebat à nimia Urinæ acrimoniâ erolam Priapi glandem ulcus minari; & sanè corrugatus coles monstrum alere videbatur, cum deleta Urinæ acrimonia lituque ex oleo Amygdalino & saccharo Thomæo tandem convaleuit, neque mora, cum hoc quoque vitio funditus sanato omni tandem sollicitudine felix me eventus liberaret. In Commentariis B. Affinis mei D. D. Langelotti persimilem casum reperio; ibi enim Puer 6. annorum de lumborum ventris & imprimis penis dolore conqueritur, & suspicionem Calculi excitat; at aliquot post diebus, cum frustra tentata essent Antiepileptica, oborta Epilepsia gravissima alia remedia provocabat, quibus utrunque delinirentur Paroxysmi, & tandem etiam cessarent, atque in hunc finem exhibitus Spiritus sanguinis humani multum præstitisse videbatur; perpetua tamen de penis dolore querela, qui cum decimo die exasperaretur, & metu morbi caduci Spiritus sanguinis humani denuo usurparetur, vermem alvo emisit 5. quadrantes. Urinæ longum, & ex illo Epilepsia colisque dolores cessavere, vindicatusque Stomacho & visceribus, tonus per Abstinentiæ & Proprietatis. Elixir. Idem ibidem.

Ascaridum incommoda.

Accidit certo Adolescenti fratribusque ejus penè omnibus, ut ab octavo ad sextum decimum annum podicis affectu laborarent. Rogati exprimere doloris genus non satis poterant, contenti vocasse dolorem pruriginosum. Is quidem de die erat nullus, circa vesperam autem peractis operis diurnis ingravescerebat, ubi tum animo lentus quidam mœror subrepebat & ad alia omnia, etiam coenam, fastidium, Alvus, ut in Tenesino, secessum minabatur, sed frustra; quando tamen illa fluida erat, levare & hoc dolorem videbatur. Hoc incommodum ad mediam sæpe noctem extendebatur, nec facile ante somnos, qui tamen & ipsi retardabantur, desinebat. Autumno & hyeme familiarior erat affectus, quam æstate. Parens, cum studiis moram imponi ab hoc incommodo videret Medicorum opem sollicitabat quorum aliqui vix conjecturâ assequi posse videbantur, quidquid hoc esset noxæ. Unus autem inter illos exercitator, paucisque exemplis eâ de re monitus totum hoc, quantum esset, alvi tinea, aut ascaridibus impuabat; nec sefellit opinio, namque examinata vespertina scybala agmen vermiculorum prodidere; consilium itaque dedit inclinante die recentis & succulentæ carnis molem podici admovebant, &, si hoc non prodesset, vapore lactis tepidi & alvum & lateates ibi tinea provocarent.

Quo

quidem remediò, fateor, dolor maturè suppressis & vermes pausam dedere: verùm in totum extingui nec purgantibus neq̄ aliis, affectus potuit ætati relictus. Ego autem, qui & ipse ex patili affectu laboravi, tum à scybacolorum & pituitæ intestinalis putredine, tum à vagâ & molesta vermiculorum in parte tam sensibili mobilitate malum hoc originem trahere expertus sum. Nimirum credibile est vermiculos istos, quando fermenti acrioris empureumate excitantur, lenti aliàs ac fixi, volubili motu extremisque acutis pituitam penetrare intestinorum, fibrisque membranis vexatis dolorificæ pruriginis speciem, ad quam animos quoque fatiscat & veluti contristetur, toties inferre, quoties ciborum reliquæ aliquò fermenti vitio aciores ad intestina, quod in iis circa vesperam fieri solet, prolabantur nunc quoque verminosò seminiò imbutæ. Equidem expurgata alvus, quòd serò & non nisi post varios conatus, sæpe etiam non fiebat, aliquantum solatii dedit, at demùm intempellâ nocte, lassatis jam à fodicatione illâ vermibus, fortè etiam morientibus, adeoque ephemeris, somnus lentè obrepebat, & matutina aut diurna post quietem excretio alvum tum ab excrementis tum vermibus jam mortuis aut paralyticis liberabat, succedentibus rursus aliis, & ad putredinis vesperinæ gradum revicturis, animalculis. Tenesmus autem inde oriebatur, quòd in sphincterem prolapsi vermes tam volubili corpusculorum jectigatione contractionem sollicitarem fibrarum & conantis jam alvi excretionem intempellivè reprimerent. *Idem ibidem.*

Observationes.

℞. Rhei, agar, trochl. an. ʒʒ. oxymel simpl. aq. gram. an. ʒvi. M. F. potio parva. Vel

℞. Agar, præp. rei el. an. ʒʒ. oxymel. s. syr. de endiv. aq. gram. an. ʒʒ. M. F. potio, quantum ad evacuationem non credo aliud esse præstantius remedium quam agaticum & rhab. Utilis etiam est hiera. Clysters non facerem nisi ex lacte & saccharo. *Joan. Baptista Montanus conf. 221. & 22.*

Si Lumbrici molesti sunt, neque ulla febris urget, detur puero ʒi. vel ʒʒ. ex sequenti pulvere in vino dilutissimo: vel lacte, vel sero ipsius, vel jure carniū mediocriter salutarum, vel julepo aliquo & differat cibum in horas duas vel tres.

℞. Sem. Santonic, corallin. an. ʒii. dictamn. alb. rhei bistort. tormentill. an. ʒi. F. M. pulv. qui aceto acerrimo irroratus paulatim in umbra siccat serveturque in usus. Remedium est probatissimum, etiam in lenta aliqua febre haud culpandum: Lumbricos interficit, atque ad eos expellendos excreticem facultatem commovet, uno eodemque tempore quod etiam sine hujus pulveris utiliter poterit applicetur ventri hoc emplastrum.

℞. Fas. lupin. pulv. ceat. min. pulv. flor. stæchad. an. ʒʒ. aloës, fellis tauri, an. ʒiʒ. M. cum ol. absynth. F. Emplastrum, ventri applicetur. Ego sæpenumero feliciter usus sum hac arte; à xyphoide cartilagine ad umbilicum usque abluto sat tigo totum ventrem aqua vitæ in qua maduerit absynthium madentem locum inspeigo pulvisculo myrrhæ, & applicatum duplex calens liatenum fascia obligo. Puerum primum in ventrem decumbere aliquandiu permitto Lumbricos iste fetus non infeliciter sine incommodo, & non magno negotio excludit, experimento constat optimum esse lapidem bufonis appensum puero. *Reinerus Solenander. conf. 30. sect. 3.*

Pro Lumbricis.

Ad enecandos Lumbricos utatur Vir Cenetosus
Tom. IV. Part II.

per biduum vel quadruidum hoc pulvere:

℞. Coriandr. præp. ʒiʒ. sem. portulac. citri liq̄ mon. an. ʒii. zedoar. ʒi. C. C. usti ʒi. M. F. pulvis. dosis ʒʒ. ut mortui educantur utendum hic pilulis.

℞. Aloes rosat. ʒi. myrrh. el. ʒi. cum syr. ros. F. pilulæ mediocres, dosis ʒʒ. vel potione hac.

℞. Decocti sebest ʒiv. rhei el. ʒi. maceretur in eo prius aqua cinnamom. humectata; & expressum detur. *Johann. Crato Consil. 13. libro primo.*

Pæculus quidam unum annorum per multos dies vexatus est alvi fluxu & nausea ferè perpetua, cum febre acutissima quæ à Lumbricis in ventriculo & intestinis contentis, exoriri videbantur. Post varia frustra tentata remedia, cum jam æger in summo vitæ periculo versaretur, ipsi exhibui calomelan, turqueti gr. xii. statim cessavit nausea, & toto fere die dormivit; at noctu vomitus & alvi fluxus multo graviores excitati sunt; in excrementis inveniebantur frustula vermium putrefacta in maximo copia, mane dormivit & toto die sequenti; neque amplius vomuit, & intra 24. horas febris exars apparuit, atque ita curatus, ut aliis remediis non indigeret. *Lazarus Riverius obs. 28. cent. 1.*

Puer quidam quatuor annorum Lumbricis ita laborabat, ut gravi ventris dolore torqueretur, cum summa virium dejectione, ita ut pulsus non perciperetur. Tertio die quatuor Lumbricos mortuos per os excrevit, cum vomitu humoris nigri, præscribo ipsi potentia ad Lumbricos remedia, tum interna, tum externa, qua nihil profuerunt, tandem jubeo ut exhibeantur calomelan. gran. viii. cum diagrid. gran. vi. quo medicamento alvus soluta est, excrevitque materiam viscidam, glutinosam, putridam, cum duobus Lumbricis, ter alvum deposuit, & maxime levatus est, & inter paucos dies omnino convaluit. *Lazarus Riverius obs. 5. cent. 2.*

Puella trium annorum laborabat febre acutissima cum magna anxietate, & virium prostratione. Vocatus ad eam circa vesperam, judico eam ex Lumbricis laborare, & præscribo potiunculam ex hieræ ʒʒ. syr. rosac. ʒʒ. cum aq. portulac. q. s. quæ nocte cum purgavit, & inde plurimum levata est post die præscribo julepos sequentes.

℞. Fol. acetos. portulac. & endiv. an. M. i. summat. hyper. & scordii an. p. i. coq. ad ʒʒi. in colat. dissolv. syr. limon. ʒiʒ. F. julepus, capiat ʒiʒ. mane, meridie, & vesperi intra biduum omnino curata est. *Lazarus Riverius. obs. 16. cent. 2.*

Nostros mulierculæ putant omnes pueros vermibus laborare: sed cum nullus rejicitur vermis, eos dicunt in humore putridos fuisse conversos nec male, nam ut vermes in phiala conclusi, & fimo calente obruti, brevi convertuntur in passam, cur in corpore nostro, cujus calor fimo calori responder, non idem fiet, vermibus enecatis ab amaris medicamentis; certè hoc videtur mihi rationi consentaneum *Petrus Pachegous obs. 57.*

Puellus quatuor annorum Lumbricis valdè obnoxius, laborabat inappetentia, nausea, pruritu narium, siti, inflatione ventris, cum ejusdem torminibus & febre quam cum verminosam esse ex præcedentibus signis esset manifestum, exhibui merc. dulc. gran. xii. diagrid. gran. v. Post duas horas ab assumpto remedio, viginti circiter Lumbricos simul glomerates per alvum rejecit, & prædicta omnia symptomata evanuerunt, ægerque convaluit. *Simeon Jacq. obs. 11.*

Nisi magnis experimentis præstantissimum remedium ad puerorum Lumbricos comprobassem, haud auderem hic inter arcana selecta reponere; quippe tanta est ejus virtus & potentiam ut mortuos ferè pueros è vermibus ad vitam trahat, hac indus-

tria paratur in libris singulis aq. fontis, ol. sulphur. vel vitrioli aliquot guttulæ addendæ sunt; ita ut aqua acidula fiat, quæ pueris, natuque majoribus danda est, diu noctuque ad placitum est enim præstantissimæ Virtutis. *Jul. Cesar. Baricellus Hortul. Genial. 44.*

In Lumbricis necandis non modo portulacæ aqua stillaticia aptissima judicatur, verum etiam illius semen. Narrat enim Arnoldus de Villa-Nova quendam puerum, dum esset in mortis periculo constitutus propter Lumbricorum multitudinem, 38. sem. portulacæ cum lacte sumpsisse, atque Lumbricos multos emisisse, sicque fuisse liberatum. *Jul. Cesar. Baricellus Hortul. Genial. p. 89.*

Hydrargyrum, quod à multis venenum existimatur, felicissimo successu contra vermes exhibetur: tantæque certitudinis illud in *Hispania* reputatur, ut mulieres tenellis pueris, qui lactis vomitu laborant ad quantitatem granorum iii. in substantia propinare audeant, hæc enim via morbus cessare videtur frequentatis experimentis. Ego quidem viduam mulierem curavi, quæ novem diem spatio vomitibus continuis ex vermibus laboraverat, & ferè triduo non comederat, nec cibum retinere voluerat, huic cum ʒi. hydrargyri mortificati cum tantillo cydonii propinabilem absque ulla molestia per alvum centum & plures emisit vermes, & eadem die liberata est, & solita exercuit domi & foris negotia magna omnium admiratione, cum prius debilis & emaciata esset: aliis etiam exhibui & bono semper eventu: domique continuo aquam habeo, in qua hydrargyrum infusam retineo, illamque puerulis pro vermibus libentissimè concedo, nec adhuc quempiam ex illa noxam recepisse expertus sum. Usus est hoc remedio ad vermes necandos Matthiolus, Horatius Augenius, & plerique alii celebres viri, qui omnes hujus auxilii maxime extollunt beneficium: datur pueris substantiæ ʒi. grandioribus ʒii. vel ʒi. corrigitur & mortificatur in mortario vitreo cum sacch. rubro, ubi tam diu continetur, donec in partes invisibiles dissolvatur: ne autem in pristinam formam iterum redeat ol. amygdal. d. granis addere oportet, & cum sacch. violato, rosato, vel cydoniato jejuno stomacho languentibus propinatur. *Jul. Cesar. Baricellus. Hortul. Genial. pag. 212.*

Aqua communis bullita cum argento vivo pacto & innoxio potu omnes interimit vermes, tam in intestinis, quam alibi: in ulceribus autem si aqua ista affundatur. *Jul. Helmontius, tractat. cui titulus. Sextuplex Digestio Alimentii Humani.*

Vidi quendam pro tabido habitum & quasi clamatum qui potu pulveris corticum aurantium ad ʒi. per tres sices, in vino curatus fuit, ejectione innumerorum vermium. *Petrus Borellus cent. 1. obs. 90.*

Puer quidam quatuor annos natus in febrem incidit gravem & inordinatam cum capitis dolore, tussi, siti, tremore in somno, & vociferatione; ex quibus verminationi eum obnoxium esse coniechimus, quæ de causa tacetæ semen cum syr. viol. tribus martiis exhibuimus; unde plures quam centum pedalis longitudinis, Lumbricos excrevit, & subito à febre tussi, reliquisque symptomatis fuit liberatus. *Jac. Weckerus. De observationibus propriis referente Sebentio, lib. 3. observat. medicin.*

ʒ. Pomum aurantium aut citrium parvum, excava tantam partem, quæ capiat theriac. ʒii. aloës ʒi. croci gr. vi. assa pomum, & succum exprime, quo regio ventris incingatur. Utilis est & theriaca aceto vel limonum succo dissoluta illita.

Ascarides quia sunt in intestino recto, supposito-riis rectissimè edacantur, quibus admisceatur resina, illis enim vermes adhaerent & educantur, *Daniel Sen-*

nerius pract. lib. 3. part. 2. sect. 1. cap. 5.

Ad consumendam omnem Ascaridum materiam, nec non delendam intestinorum ad hæc animalcula procreanda proprietatem, vix quicquam utilius excogitari potest, quam si aloes succotinae ʒi. singula quaque hebdomada devoret.

Aloen enim extremas intestinorum partes arcana quadam facultate eluere atque expurgare longo usu probatum est. Sic etiam non parum conferet, si singula hebdomada clyster ex decocto absynth. lupin. hord. & corallin. injiciatur, ac frequenter anus lupinorum decocto foveatur. Laudo quoque ut ex lintheo tenue collyrium fiat atque ano imponatur hocce linimento inunctum.

ʒ. Fell. taurin. ʒi. pulv. lupin. ʒi. ol. absynth. ʒi. vini albi ʒiij. M. ad ignem. *Hier. Mercurialis. tom. 1. consult. 13.*

Unguentum ex argento vivo, resina, & axungia factum, si podici illinatur, vel illud illi imprimatur, aut suppositivis illitum intrudatur, præ omnibus remediis ad vermes Ascarides dictos delendos efficacissimum est. *Felix Platerus prax. med. tom. 3. cap. 13. pag. 891.*

Mulier quædam viginti annorum, sæpissimè dolore ac torminibus ventris imbecillitate ventriculi nausea, item erestationibus & cibi fastidio vexata, me in consilium adhibuit, tum pulvere quodam laxativo (qui recipit rheum turbith & senam) & syr. ros. solut. compos. cum rheo, agar. & sena exhibitio, Lumbricum latum per secessum una cum excrementis excrevit: quem cum mihi monstrasset; attonitus fui. Est enim Spithamas viginti longus, latus grana sex, crassus vero grana duo. Post excretionem hujus Lumbrici, iterum expurgato corpore & quæ partes principes roborant, per dies aliquot exhibitis convalevit scemina illa, & huc usque bellè se habet. *Guil. Fabricius Hildanus, obs. 70. cent. 2.*

Puer quidam trium annorum vermibus laborabat, febricitabat, caput dolebat, tremebat, nares scalpebat, in os digitos immittebat; hunc Deo auxiliante ita sanitati restitui.

ʒ. Farin. lupin. amaror. aloes an. ʒii. sacci absynth. ʒii. commissa omnia bene extendebantur supra petiam, & applicabantur post applicationem emplastri, exhibui sequentem haustulum.

ʒ. Diarubith. cum rheo. ʒi. feri lactis ʒi. F. potus, quem cum valde exhaustisset manè jejuno stomacho, vermes omnes per secessum emisit; & laus Deo convaleuit, pro siti sedanda per tres dies durante, bibit aquam fontatam in cujus ʒiij. infundebatur per noctem ʒi. caparum incisatam, quæ in abigendis vermibus maxime proficiebant. *Marinus Ruland. curat. 21. cent. 2.*

Exhibuimus hier. pie. Galen. ʒij. quo remedio plus quam viginti vermes excrevit. Iterum hoc dedimus Medicamentum.

ʒ. Spec. hier. ʒi. sem. fantic. pulv. scord. cent. min. corallin. an. ʒi. cum sacch. F. boli, sumpsit quotidie ʒi. & plusquam quingentos vermes excrevit. *Roder. à Fonseca.*

Puerum vidimus qui septimum agens annum triduo ex omnia lumbricorum vi fere mortuus jacuit, solo potu ex gramine aceto & saccharo vivens. Quarto autem die cum Medicamentum ex aloë, myrrha & croco ei propinaretur, duodequingenta, supra centum, vermibus albo depositis, statim convaleuit. *Antonius Benivenius cap. 35. lib. De mirandis morborum & sanationum causis.*

Nota & mihi mulier fuit supra quadraginta annos nata, quæ gravissimis ventriculi doloribus & nausea subinde correpta, ab assumpta hiera picra, quadraginta (plus minus) vermes excrevit. *Rombertus Dodo-*

Dodonæus. annot. ad cap. 85. libri *Beneventi*. De *mi-*
rand. morb. causis, &c.

Pro Adultis sæpe hoc pulvere sum usus.

℞. Sem. fantonic. ℥j. tol. sem. ℥ss. cent. min. ℥ij.
rhei opt. ℥j. C. cervi ossi, rad. dictamn. sem. lupin.
an. ℥j. sem. cinæ ʒiv. fol. Athanasie, (1. e. tana-
ceti) ʒj. F. pulvis: dosis in adultis ʒss. cum aq.
gram. vel acetos. manè & hora tertia pomeridiana.

Pulvis pro pueris.

℞. Sem. cinæ, corallin. an. ʒss. rhei el. ʒss. F. pul-
vis; dosis, ʒss. vel ʒj. pro ætate pueri cum jure pul-
li vel aqua acetos. & quoniam pueri ob amato rem
medicamentata fastidire solent, facio tales placentulas.

℞. Sem. cinæ ʒij. C. cervi ossi ʒj. sacch. alb. in
aqu. absynth. solut. ʒij. l. confectio in placentas. Se-
quent. unguento inunge Umbilicum.

℞. Ol. petrol. nigr. ʒss. ceræ novæ ʒss. M. F. un-
guentum. Adjunge sequens emplastrum, quo sæpis-
simè in pueris utor.

℞. Pulver. lumbri. ʒj. colocynthid. absynth. pe-
trol. nigr. aloes hepatic. ana ʒj. myrrh. ʒss. ol. absyn-
th. fell. taurin. an. p. s. F. emplastrum. l. a. de quo
accipe pro una vice ʒvi. vel ʒj. extendatur supra co-
rium & applicetur ventri. *Jo. Nafus. consil. 23. lib. 3.*
consil. Cratonis, &c.

Pro vermibus in adolescente octodecim annorum
summa cum laude exhibui cochleari, sacchi granat. &
cochlearis dimidium olei oli var. simul commixta, eo
(dicta miram) quinque sedes habuit, multosque
vermes simul deiecit. Nobilis quidam Gallus hoc ar-
cane utebatur, dicebatque reginam Gallie solitam
esse hoc remedio uti in pueris suis. *Elidæus præcep-
tor meus pueris dabat pulverem corallin. rhab. el. an.
ʒj. cum aq. gramin. syr. viol. exiguo adjecto. Petrus Fore-
sius. obs. 27. lib. 21. De mesenterii & intestinorum affectibus.*

Confectio illa quæ discarthamum dicitur potentis-
simum est remedium datum pueris ad vermes desi-
ciendos & ad pituitam vel chylum corruptum ex
quo generantur & nutriuntur: sed in exigua quantitate,
quia fortiter solvit. *Petrus Forestus observ. 33. lib. 21.*

Puerpera quædam febre maligna laborans & ventris
torminibus, una cum fluxu vermes teretes deiecit,
huic pulverem hunc sequentem cum cerevisia exhibui.

℞. Pulv. c. cervi. ossi ʒss. sem. portulac. & zedoar.
an. ʒss. M. statim à pulvere exhibito, dolor ventris,
qui vehementissimus erat, ilico mitigatus est, &
quinque vermibus ejectionis, una cum excrementis li-
quidis, sana evasit febre & fluxu desinentibus *Idem obs.
34. lib. 21.*

Infans quidam duorum annorum vermibus labora-
bat, post alia remedia tandem pulverem c. cervi
ossi pulvis excimatis impositum continuo devorabat;
atque ita dulcedine pastularum alleciti vermes, hoc
solo remedio, dicta miram, continuo, ultra cen-
tum vermes per alvum deiecit: & ventre mundo
oleo cotoneor. & absynth. c. cervi ossi immixto, &
exigua cera adjecta; a vermibus modo vivi modo mo-
tus exantibus, tum à fluxu alvi & febre liberatus
est, & magna cum nostro honore perfecte conva-
luit. In omnibus vermibus sive latis sive rotundis
(præcipue etiam ubi fluxus ventris adest) pro com-
peto habemus nullum præstantius remedium esse
quam c. cervi ossum, vi quadam occulta, pueris
tum infantibus ac adultis exhibitum, memini enim
quod soror mea cum adhuc, juvenula existeret ver-
miculatione laboraret, exhibito hoc solo medica-
mento simplicissimo; nescio quot vermes ultra ex
ano eiecit qui decidebant in terram vivi & sic curata
fuit. *Petrus Forestus. obs. 35. Et scilicet. lib. 21.*

Sal deglutitum ascendentes vermes ad stomachum
deorsum pellit. *Idem scilicet. observat. 36. lib. 21.*

Adolescens quidam vermibus laborans, purgatus
primum fuit infuso rhab. deinde jussu ut noctu applica-
ret emplastrum paratum ex farinæ filiginis scutella j.
pincta cum felle bovis, addendo cochlear. pulv. ab-
sint. & duo cochlearia olei absynth. cum pauco aq.
ceto; gestat noctu supra umbilicum. Si vermes pro-
deant, continuet adhuc aliquandiu, ut & alii excant, pi-
lulis frequenter utatur.

℞. Aloës ʒss. rad. gentian. ʒss. diagrid. ʒss. cum
succo absynth. F. pilulæ, capiat ʒss. pro vice. *Fe lix
Platerus obs. lib. 3. pag. 884.*

℞. Sem. contra ʒi. passul. liquir. conserv. viol.
an. ʒij. absynth. rom. p. s. F. decoctio in colat. ʒiv.
infund. rhei; ʒj. corallin. gr. v. in express. dissolv.
rhei. ʒss. F. potio. *Guil. Ballonius cons. 30. lib. 1.*

In febribus ubi maxima adest gravitas, qualitas
occulta & venenata, aut copia vermium, sæpe
aqu. ex citrio malo destillatam utilissimam inveni, de-
stillatur per balneum M. prius citrio malo in minutis-
simas partes, redacto; hoc factò, ponitur totum
malum citrium ad destillandum, nempe cortex, pulpa,
femina & aciditas simul confusa habebimus, aquam
pretiosissimam omni hyacinthina confectio nobilio-
rum, dosis sit hora ante cibum, ab ʒij. ad ʒiv. v.
atque etiam vi. vermes necat, putredini resistit, cor-
mificæ tuetur & vires fovet, potest vel sola, vel cum
jure, aut aliis aquis misceri. *Dominicus Panarolus,
obs. 3. penecolæ 5.*

De Verminoso homine.

Oppido raram historiam de Viro verminosò à Pasto-
re quodam mihi per Epistolam communicatam mitto:

De Verminoso homine, cujus præterita ætate
presens memini, hæc quæ desideras, verissima;
procur mihi 22. Februar. ad uxore ejus relata sunt res-
fero. Hic vicinæ, in Parochia mea, in pago S. ren-
sen, opilio quidam, nomine *Hans Tyeman*, decen-
nium & ultra, mutatione aëris, & quidem advrsa
turbidaque imminente ac instante tempestate, tanto
sustinuit cruciatus, ut vix dici possit. Et ecce,
deinde maxima vermium cæterva, ipso vel in strato
decumbente vel sedente, vel ambulante, vel aliud
quid agente, ordinaria via, non admixtis aliis excre-
mentis, ex corpore ejus prodit. Et hi vermes parvi
admodum, toti albi fuerunt, magnitudine aciculam
æquant, ultro exitum querentes; Sed & postea,
sumpta catharsi quadam vermes, rubro nigroque
capite, majores tamen, quam modo dicti, una cum
urina exierunt. Hæc successu temporis sequenti om-
nium maximi, instar magnæ & oblongæ admodum
leucicæ, qui cætervati, numero 14. 15. & plures,
intricati, & quasi concatenati usu pulveris cathartici,
interdum etiam alii, & lactis equini, magis vi quam
arte eieci. His singulari Divina gratia & frequentis
medicamentorum usu liberatus nunc bene valet. *Fri-
dericus Ernestus Mebesius Pastor.*

Hic Buxtehudæ scemina ægrotat. Hæc per vomitum
vermes adhuc vivos rejicit. Quod addo. *J. L.
Hannemant.*

De Verminatione continua ab ipsa infantia in senectutem usque durante.

Degit hic Vidua quædam honesta ferè quinquage-
naria, A. K. quæ à prima infantia semper cum excre-
mentis alvini vermiculos parvos instar ascaridum;
& quales secundi Ephem. Germ. Curios. meminit,
apud nos Thoruni itidem in usu est. Quæ de imprimis
notandum esse duco, quod semper vel pierum-
que illi ipsi infantes, qui vel ipsi, vel per alios
emunt ab insectis, licet paucas patiantur variolas,
gravius reliquis decumbant, quod etiam, ut
plures

plures reticeam; fratri meo germano juniori p. m. Johanni accidisse recorder. Cæterum celeberrimo Bartholino ac B. Sachso observ. citat, & Scholio annexo subscribens, in fortem imagitationem cum meta quodam conjunctam, quam in morbis æque ac in prægnantibus, multum posse in confesso est, rem omnem refero. *Simon. Schulzii.*

De Lumbricis mira symptomata excitantibus.

Post facta hominem in vermes abire, & à vermibus quoque consami communiter creditur; Ex cerebro namque Bufonem gigni ferunt; ex Renibus serpentes, ex Ventre Lumbricos, ex Carne vermes, & ex Pelle tineas: Hinc Lilius Vicentinus orator quendam disceptissimus, in orat. de Fugac. & mil. vit. nam. hæreditatem hominis post mortem serpentes & vermes esse ait: At vero recitati & experientie hoc non consentire videtur: Siquidem, hac teste, cadavera humana etiam ultra decem & plures annos adhuc integra, vel apparenter talia, in sepulchris observantur.

Quod autem vivi adhuc homines in vermes abeant, & varia in semetipsis vermiculorum genera progignant: variolque miserabilisque cruciatus tormina atque dolores ab intestinis huic hostibus experiantur, quotidiana prohi dolor! experientia testatur, adeo ut verum dixerit, qui scripsit: *ἡ γυνὴ ἡ δὲ θυγάτηρ βασιλῆος νεκρῶν.* Quantos, quam multos, quamque longos naturæ nonnunquam lumbricos in corpore humano progenerare soleat, non est, ut tibi, Vir, lectione & experientia celeberrime, prolixioribus exemplis ostendam, utpote rem quidem miram, sed non novam: unum vel alterum mihi observatum hic adduxisse sufficiat.

Memorable & observatu dignissimum exemplum præterito Mense Novembri hic observatum est nimirum Mulier per seduos ferme annos miris & capitis & brachiorum, imò totius corporis convulsionibus, seu potius gesticulationibus in stuporem & scandalum fere omnium spectantium tentata: alii enim veneficis oribus illam adeo miserè tractari judicabant: alii illam ipsam veneficam esse, artemque non rectè didicisse, ideoque à veneficatum Patrono, Diabolo, ita affigi pessimè exclamabant; (nam sæpè numero in versis atque erectis pedibus nolens volens in capite stare visa fuit) Ego verò solus, cognitis morbis circumstantiis, signisque pathogoomonicis Medice ponderatis affectum vermicularem suspicabat, & curam etiam spondebam, sed hanc propter opinionem incantationis semel atque iterum impressam, ut fit, frustra & incassum. Cum autem proximè à viris excederet misera mulier, tres ipsi lumbrici per gutture grediebantur. Confirmatus itaque ego prima opinione mea, cadaver, conniventibus agnatis, & ministrantibus hic loci Chirurgo & balneatoribus, sectione speriebam, & ecce totum abdomen fecibus & undequaque lumbricis scatebat: dum verò ulterius viam & egressionem horum vermium inquireremus, foramen in intestino jejuno, ultra unius lumbrici egressum vix amplius apparebat, ex quo tota & scæcum & lumbricorum (quorum numerus 41. erat) collavies, præter quatuor in intestinis hinc inde resistentes, in abdominis cavitate prospuerat: Præterea intestina undique velut pedibus conculcata, putrilaginosa & gangræosa videbantur: Omeatum itidem totum putridum, & ut videbatur, à vermibus propter denegatum in intestina regressum, nutrimentique defectum, penitus consumptum: quanquam dubius adhuc hæream, num foramen hoc diutius fuerit muliere adhuc vivente, an verò eadem illa fissura propter impetuofam scæcum

in cavum abdominis eruptionem subitæ mortis causa fuerit, insigniter enim venter post mortem intumuit? En miserabilem ab hisce lumbricis tragediam, curiositati tuæ non celandam, injuria Diabolo imputatam

Si rectè memini, similem aliquando de puella historiam ante septennium fortè fortuna communicavi, quæ itidem miris corporis atque membrorum concussionibus spasmoticis ultra 3. Menses indesinenter agitabatur, in incantationis suspitionem usque. Hæc post frustraneum tot medicamentorum usum repetito vomitorio tartari emet. ad gr. ij. pro dosi (nam 11. annorum erat) binis vicibus ultra manipulum granorum triticeorum, & ut videbatur germinascentium, cum multa stercoreum albicantium saburra *ἡ δὲ θυγάτηρ* rejecit, & sic solo hoc medicamento ab istiusmodi convulsionibus, Deo sit laus, penitus liberata evasit, pedibus tamen ultra quadrantem anni ad gressum invalidis. Post annum verò cum iisdem symptomatibus vexari inciperet, adhibito iterum jam dicto vomitorio, longissimam tæniam, cujus frustum duarum ulnarum in carta extensum adhuc mecum servo, excrevit, cessante sic iterum affectu, & superstite adhuc integræ sanitatis virgine, sponso suo haud ingrata. Dubitare hoc me postea fecit, annon eadem tæniæ primi hujus mali causa fuerit, & tandem in ventre delituerit, an verò tunc temporis similis tæniarum progenies cum reliquis excrementis, adstantibus id non observantibus, simul rejecta fuerit, & posthac de novo progenerata?

Tertiam non tam propter raritatem historiarum, quam continuationem materiarum, observationem addere lubet. Nimirum retulit mihi pronuper civis hujus loci frequenter syncopicus, se aliquando in rus abiisse, segetes suas visurum, ante recarsum antem frequentioribus sedibus necessitatum, n. 36. lumbricos excrevisse. Idem ille civis, instante hac luna, eodem malo cum nausea vomendique cupidine, tandem ingenti lipothymia, & copioso sudore frigido &c. delubito affectus, suavis meo, sem. Santon. cum pulv. jalap. an. ʒb. in melle sumebat, & 8. grandes lubricos *ἡ δὲ θυγάτηρ* secernebat, non sine maximo sanitatis impendio. In memoriam jam mihi venit & *ἡ δὲ θυγάτηρ* illud Hippocratis: Profecto sæpenumero in morbis intricatissimis & *ἡ δὲ θυγάτηρ* hariolamur: at si rem apertioribus oculis pensitamus, vermes sæpè sunt atque lubrici. Adeo peritissimos etiam deludere novit scæcum hoc atque ignobile animalium genus. Ego saltem miror, unde tanti, tamque mirabiles, imò sæpè stupendi effectus, membrorum corporis & omnium artuum concussioniones, conquassationes, convulsionis alique symptomata orientur? genuinam causam lubens ignoro; in musculis eam quærendam esse, certum est; sed quid habent commune intestina cum musculis, proprio atque peculiari motu dotata; Tuam, Vir eruditissime, informationem implorarem, nisi gravioribus negotiis Te occupatum scirem. Pro Tua in me benevolentia facies, ut vel saltem pristinam Te mei memoriam, amoremque tenere cognoscam, *Philippi Marci.*

Vermes intestina perforantes, restituito egro.

Quædam hic loci, Chemnitii. pannificis Conjug, sub umbilico in regione pubis, anno præterito, abscessum sensit magnitudine juglandis, quem cum emollientibus per duas septimanas tractaverat Chirurgus, tumebatur & illico excrementa, paulò post quinque egerebantur teretes Lumbrici. Sequuntur singulis horis plures. Advocatus intestinum aliquod exesum à Lumbricis perforatum pronuntio, prout plures ejusmodi historiarum collegit Schenck. l. 3. obs. Med.

Med. de verm. p. 373. Adhibitis per os amaricantibus medicamentis intra 4. dies ultra 100. spiritus longitudine, prodierunt Lumbrici, prægresso semper aliquali in vulnere doloris mordicantis sensu. Injectionibus consolidantibus per anum intra tres septimanas curata, jam optime valet. Similem abscessum in rusticæ fœminæ inguine prope Heburgam in Misnia ante aliquot annos me vidisse recordor, è quo saltem tres Lumbricos tetetes exiisse memini. *Ch. Frid. Garmann.*

Vermes intestina perforantes Pereunte ægra.

Præterito Anno 1669. Mense Maio, è Uratislaviæ vicino pago *Schmolze*, venit ad me Vir quidam, qui pro Uxore sua consilium petebat referens, ipsam circiter duobus adhuc annis doloribus acerbissimè Abdomen rodentibus & lancinantibus, variisque aliis afflictam fuisse Symptomatibus, quæ agyrtæ, mulomedici, & mulieris medicastri ex Morbo Uterino illi accide e exitum illent; & ob id plurimis diversissimisque medicamentis, quæ uterò compescendo essent, illam defatigassent, quamvis effectu plane frustraneo. Interalia quæ ægræ acciderant plurimæ quoque, cæque gravissimæ Anxietates & inquietudines recessabantur, quas tum aliàs, tum modico licet motu se exerceret perpeteretur, una cum frequenti Nausea & nonnullo Vomitu, quo aliquando unum alterumve Vermem grandioremem excrevisset.

Tandem denique accidit ut ægra, melius sibi valere visa, dum in superiore ædium parte, brachio extenso aliquid sive in altum collocare, sive ex alto deponere conaretur, sentiret ex improvise, quasi umbilicatenus, in Abdomine aliquid rumpi & in imam inguinis regionem cum pondere decidere. Conseruata hoc calu misera, descendit, pejusque se habens in lectum decumbere coacta est, ubi post non multam moram in inguine Tumorem percepit, paulatim ita incrementem, ut validiorem pugnam facile æquaverit.

In hoc intensissimos cruciatus, tanquam roderetur, una cum motu non obscuro viventis cujusdam, dies aliquot) tres aut quatuor) passa est, donec Tumore rupto hospes luitans, Vermis inquam grandior, Lumbrici subreuli æmulus spiritum ad minimum longus, ac rostratos sese proriperet: Ex foramine hoc plurima materia parulenta & foetida effluxit, unde quidem tumor nonnihil subsidit, ipsumque foramen coalescere visum est, veramtamen mox, parvo spatio supra illud, duo alia foramina sponte sua facta sunt, è quibus primo parum puris, deinde materia, inllat feroli lactis tenuis & alba, quasi guttatim emanavit, quam equidem materiam statim pro chyli parte ex intestino, ubi dubio procul vermis stibulum extiterat, destillante habui; ægræque mortem viciniam prædixi; Quod prognosticum etiam tertia abhinc die, septimane ab ultimo decubitu, tertia, funestus eventus ratum fecit. *Dom. Henric Wollgnadi.*

Lumbricus vomitu ejectus post symptomata gravia.

Filiarum mesurum quedam, ætatis circiter annorum tredecim, faciei colore subcitrino, dolore capitis, anorexia, vomitione, ructibus continuis, ventriculi ac intestinorum tenuium costosione, membrorum insigni languore, & atrophia per multos annos afflicta, post usam denique plurium medicinalium, intus & extrinsecus, per vomitum cum materia plurima ferosa, acida, lumbricum simul, spiritum longitudine, sed convolutum, capite rubicundo, ac ro-

stro acuto, ejecit, posthinc symptomate omni cessante, optimè se habuit. *Helevigii.*

Scholion Schrockii. Lumbricos ore rejeptos, quos in ventriculo genitos fuisse, vel ex intestinis in eum irrepsisse, credunt, plures testantur, quos inter unicum, ob magnam Casus adfinitatem, producere liber Exc. D. Simon. Scholizium; qui in Miscell. Germ. Curios. An. 3. obs. 258. vermis spiritum longi, colore albi, capite rubicundi mentionem facit, à puella duodecim annorum, post perpellam cardialgiam, alvi constipationem, nauseam, vomitum, & vocis interceptionem, rejepti, subsequuta mox omnium symptomatum cessatione; quem in ventriculo fuisse genitum, statuit. Quamvis enim multi Medicorum locum hunc generationis non admittant, & vermes vomitu expulsos illuc potius ex intestinis irrepsisse, judicent, verosimiliori tamen, contrarium qui sentiunt, ratione nituntur. Sic Jo. Jac. Grassius idem probare conatur in epist. ad Hildan. scripta, quæ in ejus cent. 2. obs. chir. 71. exstat, nec contrariatur ipse Hildanus, raro ex intestinis provenire, qui vomitu rejiciuntur, arbitratus obs. 72. argumento à bilis amaritie in primis desumpto, cum amara animalculis his maximè adversari, ideoque rarissimè insensum hunc locum eos ingredi, credibile sit; unde si qui ex intestinis ad stomachum adscendant, in his, qui maxima aliqua pori cholodochi obstructione laborant, fieri existimat. Quæ amarorum aversatio licet negari omnino nequeat; non semper tamen habere locum, vermium in rebus insigni amare pollentibus generatio & deprehensio evincit, Cur verò locum aliquando mutant, alimenti defectum aliqui, alii verò copiam vermium & loci angustiam arguunt: Alimentum quidem deficere posse in intestinis, haud credibile videtur, cum ciborum quidquid ventriculus continet, non sibi reserret, sed in connatam intestinorum cavitatem sensim exoneret; nisi interdum diuturna in uocorexia & à cibo abstinentia, ipsi quoque vermes esurientes, & quo nutriuntur, naturali instinctu edulium investigantes, reptando in stomachum usque pervenire dicantur. Nec copiam vermium aut loci angustiam transmigrationis istius necessitatem inferre, observatio Theod. Kerckringii persuadere valet, qui in cane intestina, nulla ventriculi facta mentione, à duodeno usque ad rectum vermibus vidit oppleta, ut excrementis nullus esset relictus locus; qui vel fortuito sursum quandoque repere, vel exitum querere ab aliis insectatis, liberioresque auram captantes, vel etiam enematibus adversi infusione, ut remotiora ad loca fugiant, interdum compelli, dicemus. Similem adverse rei fugam proponit Joh. Bapt. Helmontius tract. Sextupl. digest. alim. hum. §. 52. lumbricum vix extra vitalem nidum sive intestina sursum eraptare, scribens, nisi ob sibi horridum ac malæ contagionis obstaculum, adeoque vix aliquid boni prælagire, addens, qui sponte sursum ejiciuntur; quod equidem verum esse nonnunquam conceditur in quibusdam ægrotantibus, ubi potentior malignitas corporis periculum minatur; ast saltem etiam, præfens Observatio, & quam supra in principio Scholii hujus adduxi; pluresque aliæ probant, dum à prægressis morbis expulsionem istam liberasse, demonstratur. Cæterum stomachum generationis verminose subjectum esse posse, nihil omnino obstat; sive ex hausto cum alimentis, liquidis solidisque, aut etiam medicamentis, eorum semine & ovulis, sive ex corrupta putrescente materia (quam tamen à latente & subjugato antea vermis spiritu, atque per corruptionem in libertatem restituito, animari, Excell. D. Sebaff. Wirdig. lib. 1. Medic. spirit. cap. 21. §. 11. existimat) producentur; cum non tantum hujus materię in eo presentis dari queat, sed & calor blandior hospitetur, à quo eadem fovetur, suscitetur atque animetur.

Lum:

Lumbricus post morbillos ex ore prorepens.

Puella novennis, post absolutum morbum morbil-
lorum sine dubio ex errore diætetico in febrem syno-
chalem cum delirio incidit, ast cessante iterum fe-
bre, coma atque linguæ paralysis subsequuta, inde
mulieres circumstantes apoplecticam putabant. Ve-
rùm cum ego caput vapore dumtaxat narcotico op-
pleri è residuo materiæ morbosæ censerem, & cly-
sticem revellentem, & alexiteria interna præscripsis-
sem, ex vermibus teres binorum penè dodrantem lon-
gitudine, colore pallidus, biceps, uno videlicet ca-
pite in anteriori, altero in posteriori sui corporis par-
te existente, & utroque tubicundo, ex puellæ ore
spontè prodit, ac subinde loquela rediit, cætera si-
mul ac symptomata desierunt, puellaque revaluit.

Helwigii.

Scholion Schronckii.) Frequens in variolis vermium
generatio multorum hæcenus exercuit ingenium, post-
quam Exc. D. Christiano Langio in Disput. de Mor-
bill. Lipsiæ habita, illas animatorum ac innumero-
rum minutissimorumque, velatomorum adinstar in-
sensibilium vermiculorum pullulaginem esse, adstrue-
re placuit, cum experimento aliquoties iterato co-
gnovisset, sanguinem corruptum ex naribus, nec
non humorem puridum apertis pustulis exsiliantem,
ut & excrementa verminosa progeniæ confectim sca-
tere. Vermium etiam in variolis præsentiam depre-
henderunt præter alios Excel. Dom. Ehrnsfr. Fiagen-
dornius Ephem. Curios. Ann. 3. obs. 28. Nob. D.
Christian. Franc. Paulinus An. 6. obs. 3. Exc. D.
Joh. Schmidius Ann. 8. obs. 85. Cl. Joh. Rhodius
cent. 3. observ. med. 64. Zacutus Lusit. Prax.
med. admir. lib. 3. obs. 46. Horatus Augenus Comm.
lib. 1. art. cor. ad Glaucl. apud Rhodium inedit. Pe-
tr. Borellus centur. 2. obs. 72. & obs. microscop. 31.
Ipsam pestem ab excellenti putredine oriundam ver-
minosam tradit Celeb. Athanas. Kircherus in Scrutin.
pest. à qua exclusa effluvia pestifera immunerabilem in-
sensibilium vermiculorum sobolem esse, demonstrare
conatur. Quin & febrientium sanguinem vermicibus
tameñ oculo crystallinis artificis non armato insen-
sibilibus, plenum statuit; quod propria experientia in
malignis aliquoties se expertum fatetur. Petrus à Ca-
stro sect. 1. de febre maligna. puncticul. aph. 15. & sect.
4. aph. 13. Sed non immerito ad rarè contingentia
foeturam hanc verminosam cum Cl. D. Joh. Chris-
tiano Fromanno discurs. medic. de V. S. in morbill.
declinat. §. 30. pluribus contra novam istam hypo-
thesin disputante, referimus, ut ita, quamvis interdum
malignæ febricitantium sanguinem vermiculis
scatere concedatur, vel idem ex sero extravasato sub
cute in variolis testagnante & putrescente demum pro-
ducantur, non tamen semper omnibus in variolis lo-
cum inveniunt. Qua ratione ipse Borellus consentire
videtur, scribens; Vidi & vermiculos in puero-
rum variolis, qui cum adsunt, magnam denotant
humorum corruptionem, & non parvam mortis in-
ducunt periculum. Incomparabilis etiam Dam. Sen-
nert. part. 2. de infant. morb. c. 2. variolas interdum
penè pestilentem esse, & tantam in eis humorum
corruptionem compertam fuisse, monet, ut sub cru-
stis vermes reperti fuerint. Non secus ac in aliis quo-
que febribus vermes quandoque occurrere observa-
mus; quorum exempla apud Exc. D. Sebastianum
Schæfferum in Analect. ad dd. Eph. Ann. 3. obs. 258. D.
Thom. Bartholinum tom. 2. hist. anat. 53. Joh. Petr. Lo-
tichium lib. 1. Consil. & obs. med. c. 3. obs. 1. Henr. Sal-
muth. cent. 3. obs. med. 34. & Laz. River. cent. 1. obs.
med. 16. 28. 75. & 91. alioque viseri possunt. Sic & ul-
cera fordida, ad quæ commodè variolas illas reduce-
mus, nonnunquam verminosa, hæc tamen semper eva-

tum est. Ut adeo prælaudatus Fromannus hypothe-
sin istam firmo stare talo, merito dubitaverit in An.
6. cit. Epit. obs. 186. quia hic productum & quod
concomitanter se habet, cum causa confundatur; &
Barthol. l. c. vermiculos in sanguine malignitatis potius
productum, quam causam esse crediderit. Ut taceam,
quòd, cum minutissimi perhibeantur illi vermiculi,
facile oculum, vitrea imprimis interjecta lamina,
fallere possint; hinc Nob. D. D. Joh. Jacob. Bec-
cherus lib. 1. Phys. subterr. sect. 5. c. 2. nu. 103. san-
guinem in fermentatione febrili spumofum fieri, & ob-
longas, tenuissimas, atque vix visibiles bullulas eji-
cere considerans, strias has vermium specie quoddam
microscopiis utentes fallere potuisse, suspicatur; &
venerandus D. Simon Pauli Clais. 3. Quadripart. ho-
tan. cap. de heliotrop. pag. 343. edit. ult. sal volati-
le in sanguine refrigerato efflorescens minutulos ver-
miculos falso representare statuit; nec non Dom.
Franc. Ignat. Thiermaius lib. 1. Consil. med. cap.
7. in Schol. cum plura de materia hac profert, mi-
nutas ac distinctas sanguinis fibras sero suo innatantes,
& aëri expositas, sese naturaliter dilatando & contra-
hendo curiosis & credulis inspectoribus levi negotio
illudere posse existimat videntur etiam de Diemer-
broeck l. 1. de Peste cap. 8. annot. 3. contra il-
lud ingenuofum ut vocat, de Peste verminosa com-
mentum disputans.

*De Vermibus vivis è Bubone inguinali
excurrentibus.*

Puella quædam inter plebeias undecim annorum à
prima statim ætate de dolore inguinis conquebatur,
donec tandem anno undecimo ætatis post gravissim-
um dolorem aperto per se inguine: vel etiam
perupto, duo vermes vivi exierint, quartam ulnæ
communis partem longi, similes iis, sint in intestinis;
ad inguen pervenisse; ac illud quoque perforasse, in-
de liquet, cum & liquidus cibus post ea aliquoties
per foramen illud foras prodierit, puellaque illa et-
iam aliquot lumbricos cum sæcibus egresserit. Sed
jam consolidatus bubo nullum tumorem exhibet, do-
lore tamen aliquando ingravescente, puellaque sem-
per valetudinaria existente. De lumbricis nonnun-
quam ventriculum, intestina, umbilicum, ventrem,
hypochondria atque inguina perforantibus vide Schen-
ckium lib. 3. obs. Med. & præsertim Nicolaum Tul-
pium lib. 3. observ. cap. 12. de verma ex inguine
prodeunte similia exempla videantur in Miscell. Cu-
rios. Germ. anni 1. obs. 145. 146. & in Append. p.
35. *Simonis Schultzei.*

Vermis ex inguine prodiens.

Ex pago Cubisch A. 1607. venit ad me rufficus, si-
gnificans uxorem jam per annos 8. fuisse valetudina-
riam: Et ventrem modo hoc, modo illuc asslatibus at-
toli cum murmure. Ante 3. septimanarum spatium sub
dextro hypochondrio foramine satis magno se abd-
men aperuisse, & exivisse vermem hæc parvum,
nunc verò effluere materiam purulentam.

Scholion.) Fuit Apostema in inguine fortassis, &
in illo putredine generatus fuit vermis. Observa-
tionem hujus fatinæ recenset Tulpus l. 3. c. 12. Sed
de hac materia actum est in Sholio ad Observat. 12. ita-
que crabem bis coctam non afferam, qui brevitati
studeo & verborum ambages & lenocinia studio de-
vito. Hoc saltem monere volui, hunc abscessum per
Congestum factum, valetudinaria enim fuit ista foe-
mina, detrusit itaque natura materiam molestantem in
locum ignobilem sensim & paulatim, ut sic totum à
sarcina pravotum humorum sabelvare. *Got. Ch. Wins-
cleri.*

Vermis

Vermes per Penem, Alonm & os excreti.

Post atrocissimos pubis & penis Dolores puer tri-annor. civis Thoranensis Filius, excrevit cum urina fasciculatum oblongum vermiculorum, vesiculæ singulari inclusum; dein aliam per os: Tandem lumbricum intestinalem ulnam longam, quam sequutus est alter Tænia dictus, Puer hinc optimæ nunc valet, curatus tunc temporis à D. D. Segero Vermem per meatum urinarium rejectum, detexit *Ronsaus Epistol. med. 10.*

De Vermibus è stomacho rejectis.

Vidua conquesta est de summo dolore stomachi, menstrua erant retenta, appetitus dejectus, aliquid vermis majoris instar, sæpè ad fauces ascendere dicebat, statim tamen ad stomachum redire. Excellentiss. Dom. Dom. Schoenlin exhibuit illi Mercurium dulcem dulcem aliquoties, sed de eodem verme conquerebatur. Exhibita est postea infusio vitri antimoniij, sed nihil præter phlegmata & bilem ejecit. Verme isto, ut dicebat, ascendente quidem ad fauces, sed qui egeri non poterat. Bibit aquam Thermalem, sulphur valde redolentem, at nihil opis sensit, nisi quod vermis ille non tamopere moveretur. Exhibitu Merc. vitæ ad gr. iij. movit iterum phlegmata, & quatuor globos inspissatos, in quibus discissis aliqua materia nigra apparuit, ejecit, una cum vermibus duobus, quos mitto reliqui per inferiora exire. Menstrua interim apparere ipsaque credit, vermem magnum adhuc latere in stomacho. Ipsi ventriculi non bene dignoscuntur valde arefacti, etiam per microscopium, quis, ut auguror, alimentum, quo prægnantes erant, illis extinctis transsudavit, & quasi candilatum est, imò translucet, ac si saccharo conditi essent: si ulterius de majori rejecto rescivero, significabo. *Job. Paterson Hain.*

An visus sit unquam lumbricus lumbrico fatus.

Mihi quidem parum verisimile apparet ob varias causas, nihil tamen desinare ausim. Constat Amatam Lusitanam hæc prodidisse: Puella unum permagnum egressit vermem rotundum, cuius cum pater pede caput calcasset, ex eo prodire alij vermes. Vidit fortasse quiddam vermibus simile prodidisse; & ego nonnunquam in exenteratis lumbricis visus sum mihi videre plures vermiculos, sed re accuratius examinata deprehendi omnia alia. Inter cætera, cum ante annum ex puero tricorni lumbricum rotundum pedalem exegissem, utraque extremitate acutum sine ulla certa capitis nota (nam tres verrucule in extremitate una per microscopium conspexit non tam caput designabant, quàm cotyledones, quibus adhaerent intestinis) credidi me videre per ventrem bestiolæ translucentem alios sed minores vermes. Cæterum aperto ejus corpore notavi fila illa alba non vermes, sed intestina esse, eaque alia alijs crassiora, sed sibi coherentia, licet variè intorta. Et quidem, præter intestina illa alba, deprehensus est ductus secundum longitudinem bestiolæ portectus, reliquis crassior, & colore subilavo, in quo excrementa reperta bili non admodum dissimilia. *Olai Borrichii.*

Lumbricus teres longissimus.

Tertiana superioribus annis corripiebatur Restio juvenis, post sumptam placentæ à furno calentis adhuc partem. Remedium tolerato secundo paroxysmo potenti, dedi primo Tartari nostri Emerici sim-

plicissimi (Dissert. 1. Pharmac. descripti) gr. ij. Inter vomitus excrevit simul per inferiora Lumbricum teretem, tres ulnas nostrates longum, semivivum, Febrisque postmodum exhibitis conchis simplicibus pulveratis, & Cinnabari nativa aliquantum sociatis integre disparuit. *Daniel. Ludovici.*

De Verme Bicipiti.

Ridiculum ferè est quod refero. Rusticus è Ducatu Crofensi plures consuluerat Medicos ob Cardialgiam & dolorem lacinantem circa umbilicum tandem meos salutat lares, malumque suum cum Medicorum consiliis ordine recenset. Præscribo evacuans in forma potulenta, quod ex Pharmacopio illico secum aufert, cumque altero lapide à civitate distaret, moræ impatiens arripit vitrum, probeque liquorem exhaurit, putans operationem differri eò usque dum iter hocce esset emetitus acriter inveni insillit: vires Medicamenti motu excitate, operatione viatore interurbant. In isthac evacuatione exclusit simul vermem bicipitem, digiti longitudinis, horridioris aspectus, quem dum conspicit in excrementis, pedem promovet, hospitemque hunc dolorum suorum autorem lassior quidem, sed omnimodè sanus reliquit. *Samuelis Ledelii.*

De Lumbrico Lato.

Jacobus Henricus Maccovius (Jacobi Maccovij Joris - Consulti doctissimi, & Notarii Judiciorum Thorunensium optimæ spei filius) puer undecim annorum, Gymasii nostri alumnus diligentissimus, constitutionis tenerioris facieque subpalidus Anno 1667. tempore Autumnali de doloribus infimi ventris maximis, antea verò sæpè de levioribus, conquerabatur, mox locum secretum intrans, & feces alvina deponere volens, inter egerendum sensit aliquid ex ano flaccidi pendere, quod ille manibus atrectans & lacerans ad dimidiæ ulnæ longitudinem cum fletu & metu portionis intestinalis abruptæ matris monstravit, quæ & ipsa cum parente perterrita, me statim, ut ipsius ædes inviserem, per famulum rogavit: tum advenienti mihi, quid filio in dejectione alvina acciderit, retulit, & frustum illud, quod puer intestini portionem falsò credebat, exposuit, ego subridens, eum per jocum interrogavi, cur tu frustum tæniæ istius comedisti? statimque ut bono esset animo, dixi, id enim non esse intestini portionem, sed speciem vermis lumbrici lati, seu ad similitudinem Tæniæ ita dicti, cuius major & longior adhuc pars in intestinis lateret; vix autem latitudinem minimi digiti æquabat, & ab externa nura contrahabatur, sed in aquam tepidam impositus, iterum extendebatur, prioremque longitudinem adeptus est, Præscripsi ei itaque in sequentem diem sequens Lenitivum.

℞. Elect. laxativ. extract. fol. Senn. nostr. ʒvi. D. pro dosi: quo die 16. Septembr. usus, aliquoties blandè evacuatus est, succedentibus etiam lumbricis lati septem ulnis, continuè quidem egredientibus, sed in egerendo obtenuitatem distruptis. Tum ei ordinavi pulverem istum pro aliquot dosibus, singulis matutinis sumendum.

℞. Corallinæ ʒj. rhei elect. sem. santonic. an. ʒiij. Spir. vitrioli coagulati gr. iij. M. F. pulvis. D. e 18. Septembr. iterum hoc pulvere purgatus est:

℞. Pulv. Rad. jalapp. gr. xvi. Resin. Scammon. gr. ij. cremoris Tartar. gr. v. à quo iterum lumbricis istius duo ulnæ non perfecte ejectæ sunt: continuo sequentis pulveris quotidiano usu.

℞. C. C. ussi præpar. Cotallinæ, sem. Santonic.

ana ℞ij. rhei el. ℞j. Spir. vitriol. coagulat. gr. iv. M. Die 7. Octobr. pulverem præcedentem purgantem repetuit, & ad longitudinem ferè ulnæ de Tænia excrevit. Et quoniam sæpè de doloribus abdominis conquestus est, suasi ei, ut continuaret usum pulveris sequentis contra vermes:

℞. Corallinæ, sem. Santonic. tanacet. C. C. usli præp. ana gr. xv. rhei el. ℞ij. pulv. rad. mechoacan. gr. xvi. Spir. vitriol. coagul. gr. i v. M. F. pulvis. Inde partitus vicibus ad semulæ longitudinem, & frustulatum per longum tempus de Tænia semper aliquid exiit. Hinc liber fuit puer ille per integrum ferè annum, tam a doloribus, quàm à verminatione colorem quoque faciei vegetiorem acquisivit, usque ad finem Julii Anni 1668. Conquerenti iterum de torminibus ventris & recidivam metuenti ordinavi elect. laxat. mei extr. fol. fen. ʒvj. Sed ab istius usu tantùm exiguæ particulæ de Tænia comparuerunt: nihilominus tamen ʒ. Augusti præservativis gratia eidem illas Rotulas commendavi.

℞. Pulv. Corallior. ℞iv. sem. Santonic. C. C. usli præp. ana ʒj. Sacchar. Canar. lib. in f. q. aq. plantaginis dissol. ʒiv. F. l. a. Rotulæ, de quibus 9. 11. & 13. pro una vice assumebat, Hisce per Dei gratiam restitutus puer ille jam optimè valet, & studis gnaviter invigilat hoc Anno 1672. die 28. Maii dum istam observationem in ordinem redigerem: tibi observandum, quòd in isto lumbrico nullum unquam indicium sive capitis, sive caudæ apparuerit, & quoties puer panem similagineum comedisset, toties frustum Tænie excreverit. Similem casum mihi dum viveret, narravit Excellentissimus noster Antecessor Beatus D. Meisnerus, qui Lanioni & Civi Thorunensi novo oppidano Johanni Koolle per medicamenta purgantia & appropriata ante aliquot annos expulit lumbricum latum longitudine novem ulnarum, capiteque rubicundo præditum: mortuus est hic Lanio sexagenario major apoplexia tactus Ann. 1669. mense April. De generatione & signis lumbrici lati vid. Hippocrati de morbis lib. 4. edit. Foes. sect. 5. pag. 70. 71. Galenus verò Commentario in Aph. Hipp. sect. 3. apb. 26. ita de eo scribit: Rarior est lumbrici lati generatio, qui & longissimus est, & sæpè per tota extenditur intestina. Adde hisce Paulum Æginetam lib. 4. cap. 57. Aëtium lib. 9. cap. 40. Aristotelem lib. 5. Histor. Animal. cap. 19. Plinium lib. 11. Histor. Natural. cap. 33. Talis etiam vermis videtur ille fuisse, quem annotavit Anton. Benivenus de abditis morborum causis & curationibus cap. 87. sub titulo vermium cucurbitinorum. Et Excellentissimus Thom. Bartholinus Cent. 3. hist. 14. mentionem aliquam facit Lumbrici lati. Postquam observationem hanc ad finem perduxissem, accessit me pro consilio præfatus puer, cum iterum de Tænia frustulatum per sedes exeunte conqueretur: Præscripsi itaque ei cum Pulverem purgantem pro una dozi tum alium contra vermes in majori quantitate, ad seminium illud vermium extirpandum. Simon Schultzius.

De Lumbrico lato V. Ulnarum longitudine.

Vetula honesta & paupercola, quæ sæpius in civium ædibus, etiam nostris, domesticos labores obire solebat, conquesta est, se multo jam tempore vermiculos plures sede dejicere, cum torminibus & pruritu partium permolesto. Purgandum corpus monuimus, & pulverem dedimus ex mechoacanna utraque cum Crem. Tartar. & pulv. Cariophyllorum: quo sumpto pituitam plurimam cum ingenti vermium minorum copia excrevit, & præterea lumbricum vallis ferè latitudine, quinque ulnas longitudine superantem, album omninò & viventem, quem aquæ puræ in vitro impositum ad nos detulit. Ne

quid restaret, exhibiti pulveres anthelmintici, quibus nihil deinceps ultra mali apparuit. Georgii Hieronymi Welschii.

De Lumbricis latis, & cucurbitinis.

Urbanus Carelius, Juvenis 26. annorum, sed bulimos, de vagis dorso, & intestinorum doloribus conquestus, imprimis de frigore nasi, quem proximo triduo sideratum iri, calorumque asseveranter juravit, ut erat tristis & melancholici spiritus, epota, jussu meo, jussa dosi diacatholici ex diaphœnici aquis convenientibus remissa, lumbrici lati frustra excrevit duo, longa pedes 24. viventia, ut ille testabatur, cum prodirent, sed ad me delata sine ullis vitæ indicii; quæ dum accuratius intueor, nonnulla deprehendo, minùs forsàn aliis observata. Incisuræ lumbrici, quæ creberrimæ, non rectam lineam constituebant, quales ferè Sennerto & Tulpio delineantur, sed crenis innumeris sindebantur denticulatae. Per medium dorso non decurrebat fascia neque dis contiguis distincta, ut glyptes Sennerti figuravit, sed in singularum incisurarum medio puncta quædam apparebant, jam tria, ut Tulpii figuræ placet, jam plura, nonnunquam eadem sexangula, & semper liquore crassiusculo plena, qui primo quidem die albicans lactis instar, postea in colorem sanguinis æmulum mutabatur. Corpus ipsum lumbrici jam latus, & non tantùm medio dorso punctis ejusmodi intestinatum, sed & ad latera minoribus; jam angustis & omnibus punctis destitutum; verbo, totum cucurbitinum, ut suspicari forsàn non alienum sit, cucurbitinos illos vermes partes esse lumbrici lati, viderique tantum genus aliud, quod è reliquo lumbrici lati corpore abrupti faciem aliam intuentibus præbeant. Sed quod in hoc juvene mirum, non illa tantùm vice similia frusta per secessum rejecit, sed toto anno jam longiora, jam breviora, quoties idem pharmacum propinabatur (propinatum verò fuit propemodum quadragies) nec adhuc finis est, ut adeoque ad hodiernum diem excreverit octingentorum & ultra pedum lumbricum, si omnia frusta (quorum apud me vel ducenti pedes asservantur) numerentur sollicitè, nullo adhuc capite spectato. Nec prodixisse hætenus argumento est, quòd æger semper abrupti sibi extrema ejus fateatur, nec unquam finem senserit. Tentavi mercurio dulci, aliisque, quæ rotundis & ascaridibus fructuosè opponimus, hostem expellere, sed frustra, nullis enim hætenus obediit, nisi purgantibus. Idem mihi observatum in cerevisiarii uxore, idem in generosa fœmina Holsatica, cujus tamen lumbrici lati frusta ejusdem ubique latitudinis visa sunt, sed puncta lateralia hic alterna tantùm internodia distinguebant, nec amplius puncta erant, ut in juvene, sed curtæ lineolæ, ita ludit etiam natura in erubescendis humanorum viscerum abortibus. Novissimè post amarorum usum liberalem cessavit bulimia, nec amplius vestigia lumbricorum apparent. Olai Borrichii.

Lumbricus latus.

Fœmina quædam de ciborum fastidio, ventriculi ac intestinorum corrosione sæpius quærens assumpto aliquando cathartico, lumbricum latum, trium plurimumque ulnarum longitudine, sed frustulatum per secessum in unico die excreverat, quo inde symptomata etiam priora cessarunt, nec ultra hætenus simile quid passa est. Lumbrici forma erat quasi cucurbitæ semina plana, subflava, & invicem coherentia.

Scholion Schrückerii.) Variæ sunt de Lumbricis latis Medi-

Medicorum sententiæ, quas ex parte exposuit *Dan. Sennertus lib. 3. Medic. pract. part. 2. sect. 1. cap. 5.* ubi tamen duorum imprimis esse generum monet, quorum unum coherentia cacurbitis vel cucumeris semina exactius referat, alterum ex multis particulis geniculatim coagmentis componatur, delineata eorum simul figura; quam etiam dederunt *Adrian. Spigelius lib. de lumbr. lato, Guil. Fabricius Hildanus cent. 2. observat. Chirurg. 70. Nicol. Tulpus lib. 2. observ. Medic. cap. 42. & imprimis D. Olaus Borrichius Volum. 2. Al. medic. Hafn. observat. 47.* Licet & in illis aliqua notentur differentia, ut adeo cum *Borrichio* merito dicendum sit: Ludit etiam natura in erubescendis humanorum viscerum abortibus. Illos verò sine capite notos, bene monuit *D. Thom. Bartholinus cent. 3. histor. anat. 14.* addens tamen: Certe plerique lumbrici, nisi in intestinis detraherentur, caput habent, quanquam non ita manifestum, ut à reliquo corpore distingui accuratè possit. Hinc enim dolores vellicantes & tormina pueros miserè torquentia. Imò nulli unquam caput defuisse, merito statuitur; quod tamen ob incuriam in inspectionibus haud semper adparet, præcipuè si illud contrahendo quasi abscondant. Esse autem vermibus istis cucurbitinis caput, testes adfunt præfatus *Tulpus*, qui breve, planum, latum, & corutum instar limacum, sine oris hiatu imposuit; *Illustr. Dom. Præses noster tract. de absinth. p. 125.* minutissimum, atrum & verrucosum, trium papaveris seminum aptè conjunctorum formam exprimens; *Dom. Simon. Schultzius Ann. 3. Ephem. Cur. observ. 229.* rubicundum, *Bald. Timæus lib. 3. Cas. medic. 9.* oblongum, nigrum, villosum & binis cornibus armatum; *Job. Rübingerus lib. 3. observ. Schenck.* quod instar cæciliæ novum quoddam serpentis corpus in ore gestare videbatur, sive cæciliam referens; *Hieronym. Gabucinus cap. 13. Comment. de lumbr. rostro veluti quodam acuto, acutis piscis more præditum: Guil. Rondeletius lib. de dignosc. morb. cap. 17.* parvum & longum, nec non sine oculis; & *Amarus Lusitanus cent. 6.* curat. medic. 74. verrucosum & album, describunt. Sunt & qui cavitatem in lumbrici lati corpore nullam agnoscunt, imprimis qui non animal, aut vermem, sed nescio quam intestinorum membranam esse autumant; quorum fundamenta proponens *Fel. Platerus lib. 3. observat. p. m. 891.* viva non esse animalia, exin conjecturam sumit, quod non tantum cavitatem destituantur, sed motum quoque nullum edant, nec teretium modo titillationes rosionesve moveant, ligulas fasciæve membraneas ex chylo genitas adferens, quales in aliis etiam animalibus, carnibus, cancris, &c. certo tempore observentur. *Ast Henr. Salmuth. cent. 1. observ. med. 45.* quidpiam instar lactis emittentem vidit, subjungens: Multi quidem lumbricos latis membranas esse putant; atqui hi quid lactis obtinent. Qui sanè lacteus exstillans succus cavitatem aliquam necessariò præsupponit. *Timæus* ipsum corpus in medio quidem latum esse, sed ab utraque parte in rotunditatem quandam, veluti ventrem adfingere, scribit, cum exigua cavitatem. Immobilia esse corpora, antropia haud admittit, unde quoque *Philibert. Saracenus* in epist. ad *Hildanum (cent. 2. observ. Chir. 71.)* in muliere quadam tæniarum verminosorum sobolem tantoperè increvisse, refert, ut non modo per alvum, sed aliquoties per os natesque prodierint, ac tum, scribens, in abdomine primùm conspicuus fiebat illorum motus, intumescere enim mulieri venter hinc inde, non aliter quam fieri solet, cum se foetus in eo quoque versum commoveret, mox inde in os obrepebant, eosque ipsa digitis comprehensa longa serie educabat. Si itaque in nonnullis motus omninò nullus deprehendatur; ii vel medicamentorum virtute, vel

Tom. IV. Pars II.

aliam ob causam evocati erunt dicendi. Sic nullum doloris sensum eorum præsentia adesse, præter complures alios, vel ille *Timæus* agrotus l. c. contradicit, qui jejunos dolorem morsum in ventre plerunque sentiens, excretis in magna copia cucurbitinis corpusculis, convuluit. Quod verò ligulas illas gamatorum, ut reliquorum taceam, attinet, quibus tæniæ has similes judicat *Platerus*, nullam hic valere similitudinem, ceteri vult, cum corpora illa teretia albicania, nec corpora sint præter naturam intensionem genita, nec etiam anatomica sive vermes (quocunque jam apelles nomine,) sed partes tantum in astucis maribus conspicuæ, & certis temporibus succo seminali candido turgidæ, qui levi pressione per penes ex utroque latere in pedunculis penultimis latentes, exire animadvertitur. Rectius itaque cum *B. Georg. Hier. Welschi cap. 4. de Vena Med. p. 131.* præclarissimorum Medicorum iudiciis acquiescendo, lumbricum latum, tam cucurbitinum, quam fasciatum, è proprio seminio quodam in humoribus alimentariis seu chyli portione, & sanguine aut lactice nutritio latente, caloris aut simplicis aut putredinalis ope, primò quidem exiguum, & intestinis adfixum gigni statuitur, qui postea usdem aut vitiosis etiam humoribus nutritus paulatim in magnam illam molem excreseat. Non tamen opus est ut ejusdem primordia ex ipso utero semper deducamus, quod quidem voluit *Hippocrates*, vel potius si quis alius illum de lumbrico lato discorsum *lib. 4. de morbis inferis (cui Job Marinellus Comment. 10. existimat, cum ab Hippocratis dignitate alienus videatur, & ab aliquo rerum ad rem Medicam pertinentium imperito additus fuerit; imò omnes illos de Morbis libros alium quàm Hippocratem auctorem agnoscere sunt qui statuunt, vid. Fosii Comment. pag. 690.)* scribens: *Eos in puero, dum adhuc in utero est, gigni assero. Neque enim ubi semel utero egressus est, tanto tempore stercus in alvo manet, ut ex eo putrefacto & diutius permanente, tanta magnitudinis animal in ea concretere possit.* Neque enim tantum ex stercore ortum deducere, rationi congruum, neque excrementum illud diu sæpè in corpore post partum, etiam in provectæ ætatis hominibus latere posse, negandum est. Sed cum totus ille discorsus revera multa contineat absona, Hippocratica sapientia utique indigna, & faciliè à quovis perspicienda, insistere his prolixius nolo. Num vera *Borelli* opinio locum mereri queat, non minus dubito, dum *cent. 3. observ. 4.* balanomorpha animalia in sanguine humano producta, & ad prævum, quod in ipso est, hauriendum nata, si sedem mutent, cucurbitinos esse vermes, in stomacho quandoque repletos, credit; cum non videam, qua ratione sola illa loci mutatione, insecta, antea balanarum forma conspicua, brevi in diversam adeò figuram transire queant; quinimò conjectura hæc incertissime vermium similitum per naturam in hepate præsentia innititur; qualem quidem etiam in viscerum parenchymatibus agnovit *Theodor. Kerckringius observ. anat. 93.* impugnata tamen à *Nob. Dom. Thiermairio lib. 1. Consil. med. casu 7. in febol.*

Lumbricus latus in infante bimulo.

Lumbricos latus in omni ætate generari posse Medicorum historiæ testantur. In senæ octogenario vidit *Gabucinus*, in juvæ *Tulpus*. Ita memini dum adhuc *Hildesæ* praxin medicam exercebam virum præter propter quadragenarium, *Gebhardum Mejer*, postquam per longum tempus malè habuisset, & plurimis medicamentis ipsisque ededè *Pymontanis acidulis* incassum usus fuisset, de improvviso sanitati restitutum fuisse postquam tæniam in rotundum

Vu

glo-

glomum convolutam per posticum emisisset, quæ in chartam explicata septem ulnas longitudine superabat. Sed nec infantes ab his monstris prorsus immunes esse docuit me filia bimula scribæ præfecturæ Alholmenfis in Lalandia, quæ anno 1674. post usum essentia hypericonis aliquandiu continuatum particulam de lumbrico lato spithamam longam per alvum rejecit, & hoc ipso ab omni qua antea affligebatur molestia liberata est. *Joh. Henr. Brechfeld,*

De Lumbrico lato.

In Annum 3. *Ephemerid. Observat. 229. Dn. D. Sebaltius* inscribit exemplum egregium de lumbricis latis, non unicuique in praxi obvium. Præter Auctores, quos ille introducit de hac materia scribentes, invenio *Dravvitzium*, qui pag. 126. Chalapium pro peculiari antidoto summopere commendat. Quid mihi acciderit, & quidem ex improvise, enarrare animus est.

Puella 15. circiter annorum laboravit duplici tertiana, quæ ipsius vires valde dejiciebat. Dedi purgans: ℞. Spec. diaturb. c. rh. ʒij. Cryst. Tartar. gr. vii. i. pulv. chalap. ʒb. M. F. Pulv. Dejecit sæpius & tandem cum facibus lumbricos latis ad 12. ulnas coherentes; febris statim cessabat: Dedi, si quid reliquum, sequentem pulverem quotidie ad ʒb.

℞. Semin. santon. ʒj. Hyper. citri. an. ʒj. Radic. filic. flor. tanacet. an. ʒj. Vitrioli calc. c. c. usti præparat. an. ʒb. M. F. Pulvis. Et in integrum restituta est. Alia vice Pastor quidam exal attulit mihi in vitro lumbricum unum circiter vi. longum, quem uxor ipsius excrevit. Sed cum male se non haberet ordinavi, si quid superellet, allium in lacte coctum, Et amplius nihil animadvertibat. *Gottfr. Christiani Wincleri.*

Vermiculi circa sphincterem ani.

Observavi per sæpe infantes intra septennium querulantes de ciborum fastidio, siti, titillatione narium, ac in sphinctere ani, cum irrisu conatu excernendi; infantibus verò super alterius gremium inclinatis, & diducto podice, vel ab infansu infantium super lasano, atque lactis calefacti vaporem excipientium, vermiculi parvi, veluti in caseis veteratis inveniuntur, acervatim desiliabant, mundatoque deinde s. h. podice detergentibus & exsiccantibus, malum hoc prorsus evelebat. *Helvigi.*

Scholion Schröckii.) Ascaridum nomen latinum nonnullis extensum, ita ut cucurbitinum etiam lumbricum sub se comprehendat, ceu idem videre est apud *Benedict. Silvaticum cent. 3. Conf. & respon. Med. 10.* ut plurimum tamen parvulos illos, tenues ac teretes vermiculos, iis qui in caseo inveniuntur, non ab similes denotat; quos nempe ab *ἀσκαρίδων*, sive quod idem, *ασκαρίων*, salire, saltitare, sic dictos communiter volunt, cum assidue se moveant, perpetuoque quem inferunt, pruritu & stimulatione hominem quiescere haud permittant, vel etiam quòd ipsi saliendo movere se quandoque conspiciantur; qua sane ratione latis lumbricis etymon hoc quadrare minus potest; nisi fortè *ῥὸ α* sit *εσκαρίων*, & privandi vim obtineat, sicque vox illa lato potius lumbrico, tardiori motu prædito, & minori cum dolore intestina incolenti, competat. Cæterum ipsa ascaridum apud Medicos notior appellatio (missa illa, qua aliis etiam insectis tribuitur, uti *Caspar. Schwenckfeldius lib. 6. Theriotroph. Siles. ascarides* caseorum, terrenos, militares & palustres exhibet; necnon qua vermiculi insigniuntur, in phthisicis nonnunquam occurrentes, descripti à *Bald.*

Timæo lib. 2. Epist. medic. 5. nec non *Thom. Barthol. cent. 1. hist. anat. 46.* vel in utero ac pudendo muliebri subsistentes, quorum mentio occurrit apud *Hippocras. lib. 4. de morb. pag. 666. Cod. Voss. 3. 1. Nicol. Guil. Beckers Ann. 8. Ephem. Cur. observat. 75. Timæum lib. 4. cas. med. 6. & Garciam Lopium com. 13. de var. rei med. lect.)* vermiculos notat, qui circa intestinorum extremitatem, vel intestini recti spiciterem præcipue latitant; ex corruptis, crassis, & pituitosis humoribus, ab accedente proprio seminali spiritu animalis, producti; quos quidem ipsosdem alios generare subinde posse, non est improbabile; prout de lumbricis aliis idem certius constat; tales enim prolificos *D. Georg. Wolff. Wedelius Vol. 3. Act. med. Hafn. observ. 58. Theod. Kerckringius observ. anat. 43. Henric. Salmuth. cent. 3. observ. med. 24. Petrus Borellus cent. 1. hist. med. 89. Dom. Panarolus pentecost. 5. obs. 15. & Amatus Lusitanus cent. 5. cur. med. 46. exhibent. Et J. Bapt. Helmontius*, licet lumbricos in nobis absque prolifectione adstruat tr. Sext. digest. alim. hum. Ascarides tamen ʒ. 28. cadaverosos vocat, ex putridis quibuslibet provenientes, & ʒ. 83. sua parere ova adfirmat. Tales fortè Vidua illa ventre aluit, cujus observ. 13. dd. Eph. mentio fit, quæ à prima infantia usque in senectutem semper cum excrementis alvinis vermiculos ejusmodi parvos in magna quantitate excreverat, sine tamen aliquo sanitatis incommodo. Ut plurimum quidem pruritu, accedente nonnunquam tenesmo, molesti evadunt, minorem tamen periculi metum incutiunt, utpote in parte ignobiliori hærentes, & ob vicinitatem facilius medicamentis extirbandi; cum tamen & anime deflectiones & cruciatus, aliaque mala inferant, jure ab omnibus formidandos monuit *Hieron. Mercurialis Tom. 1. Consult. medic. 13.* Scilicet, ut *Ebn Sina lib. 3. fen. 16. aralk. 5. cap. 3.* habet, pruritus quandoque tantum inducant, ut ipsa syncope insequatur; à frequenti etiam ratiōne ulcus in ano excitatum epilepsiam provocasse *Joh. Jessenius à Jessen apud Sebnickium lib. 3. observ. testatur.* Contrarium quidem hic se præbet *Ebn Sina Commentator, Petrus Salius Diversus*, illum syncopes metum Avicennæ puram imaginationem vocans, & nec ratione symptomatis, i. e. pruritus, nec ratione loci, qui nullam consensum cum corde habet, nec ratione adfectus, cum vermes sint pusilli, nec pravi habitus, syncopen excitare posse, judicans; adducta etiam propria experientia, qua taliter per 10. & 12. annos infestatos, præter pruritus & commotionis in ano molestiam, nihil perferensile compertum habebat. Paulò tamen iniquius prolato hæc videntur: Si enim pruritus ille molestissimus sæpe ac quasi intolerabilis adfectio evadat, prout ipse *Salius Comm. in cap. 2. scripsit*, quis eo ipso animi deflectiones exiri oriri posse, neget, cum à vehementi dolore animi deliquia accideret sæpius observetur? Uri verò omnium partium mutuus consensus est, sic & ignobilioris illius cum corde haud est negandus, præcipue cum vasis diversis sit non parçè donatus; unde in pruritu pulsam naturali paulò concitatorem, urinamque conturbatorem evadere verisimile est, quod notat *Samuel Hasenofferus lib. 1. de cutis adfect. cap. 14.* Nec parvitas & pravitate absentis in ascaridibus obstat, sufficit enim, ratiōne sua esse molestissimos; atque res parvas maximam sæpe agendi vim obtinere. Experientia etiam particularis in uno alteroque casu deprehensa, impossibilitatem syacopis in aliis non eviacit.

Vermium copiosa excretio.

Varia præternaturaliter in corpore nostro progenerari, præprimis autem visceribus ac intestinis, indices solertissimi observant Anatomici, inter quos principatum obtinuit accuratissimus animatum

lium dissector Bartholinus: ita calculos in hepate, liene, pulmonibus &c. repperunt Forestus, Columbus, Crato, imo Rhafes: quandoque autem foetus ejusmodi extra corpus eliminat natura, vel quantitate obruta, vel alio instinctu laudabili, uti quidem calculosæ mictiones, imò sputationes istud testantur: præprimis autem vermium excretio frequens esse solet æque ac ipsorum in intestinis generatio, eo minus inter rara haberi solita, quo frequentior: Nihilominus haud injucunda fore confido, si quæ circa verminosam defectionem haud ita pridem contigerunt recenscam: Infans erat quatuor annorum, cui pulverem meum an thelminticum exhibui, iste alvum exoneraturus, tantam materiae copiam uno sctu dejecit, ut moriendum sibi alta voce ingemiret: Accersitis, Parentes de viscerum singulorum excretionem sollicitos, bono animo esse jussi: certus non nisi mali sentinam vacuam esse, id quod excrementa inspicienti palam evasit, præter enim innumeram vermium copiam, qui materiae viscidæ copiosæ implicabantur, nihil animadvertere licuit. Ut tamen, quo resciretur, infansulus haberet, mixturam cordialem præscripsi, qua vires sensim redierunt.

Omnia medicamenta, quæ vermes necant, constant partibus durioribus, atque inter hæc familiam facile ducunt, quæ preparantur ex Vitriolo: idque præstant amaritudine, aciditate aut faldedine, cujusmodi est sequens:

℞. Semin. Santonic. ꝑj. Vitrioli calcinat. gr. v. trochisc. anthelm. m. gr. x. F. pulv. detur ex conventi vehiculo infanti 4. annor.

Silentio hic præterire non possum, vermes duos oblongos, digito minori crassiores, colore rubeo, hospitantur hi in rene canis sinistro, qui inde totus excavatus & rugosus erat: in dissectis autem intestina decuplo longiora ipsi vermium conspiciantur &c. *D. Joh. Martini Haesbress.*

De Lumbico tereti.

Vir quadragenarius ferè summe tabidus, postquam per quinque hebdomadas decubisset, ac denique morti succubisset, suspicio inter ejus amicos orta, veneno illum à muliere quadam dato, extinctum esse; quare jussus è Superioribus cadaver illud secarem, accurate inspicerem, quidque indicii hac de re obveniret, diligenter adverterem: Quamprimum itaque abdomen aperuissem, statim in ejus cavitate supra ventriculum, ubi cartilago est ensiformis ac connexio hepatis, per membranam latam cum peritoneo, annexum lumbricum teretem peritoneum perforantem, indeque per duo peritonei foramina instar nodi ligati pendentem, omnes mecum cum admiratione adspiciebant: *Es war ein rechter Knode mit dem Wurm geknüpffet, anzusehen, als ob ein Stücklein Schnur dabın geknüpffet ware.*

Præterea omentum tumefactum ad duorum digitorum latitudinem, instar materiae viscidæ, pituitosæ atque pellucidæ, in situ tamen naturali, apparebat simulque in medio ejus, sub umbilici regione, exulceratio rotunda magnitudinis imperialis, non adeo profunda, pure tamen albicante replata, conspiciantur. Hoc remoto; intestina in pelvi materiae albicanti, purulentæ, putridæ ac foetenti, sphacelata & valde corrupta instantis cernebantur. Aperto ventriculo nullibi veneni vestigium adverti poterat, sed morte naturali ob maximam illam viscerum & partium corruptionem, hominem istum mortuum esse judicabam. Cumque de lumbrico tali maximè curiosus essem, anne ventriculum, aut intestina perrebrando perrebrasset, sedulus inquirerem, in ven-

Tom. IV. Pars II.

triculo quidem similem lumbricum inveni; sed neque in illo, neque intestinis viæ aut foraminuli vestigium invenire poteram; ita ut hærerem, an in cavitate abdominis, in materia illa purulenta ac corrupta, tanquam nido aptissimo genitus; an verò foraminulum istud coeundo iterum evanuerit. Interim, quis doloris acerbissimi circa ventriculi regionem, causam, lumbricum talem in peritoneo perforato ligatum ac pendentem cogitasset; quamvis calor & ardor continuus & torrens intestinorum sphacelationem prodidissent. *D. Joh. Daniel Dorstenii.*

De vermibus admirandis pedum, lumborum ac Scroti in America.

Cum postea venire in Guineam; videbam, quod incolæ ligni particulae quædam pedibus appenæ, quibus aliquid involutum erat, gestarent. Percontanti mihi, quid hoc sibi vellet, interpretes respondebat, vermes esse, qui ejus loci incolarum in pedibus, lumbis, imò & in Scroto nascerentur, hujusmodi particulis ligni, aiebat, extrahendi sunt hi vermes, qui sæpè tres quatuor vel quinque ulnas longi sunt. Cum venissem in Castellum Mourre, ubi nostri milites in præsidis erant collocati, ulterius perquirebam, quænam natura & conditio esset horum vermium, respondebant: Non parere magnos dolores, nisi cum jam jam perforare vellet cutem, tum enim frigus quoddam præcedere & rubescere partem infestam, instar erysipelatis, & tum eos prodire: antea verò aliquantulum materiae aquosæ effluere: Facto hoc, duo quædam cornua imminere, pili instar: tenuia, parvi digiti latitudinem æquantia longitudine: deinde caput extare, quod aliquo modo compressum esset; hoc sequi corpus, tam rotundum, tam tenue, ac chorda quarta in pandura, quam vocant Discantus, tum pedetentim & particulatim ex corpore humano extrahi, & illo ligno circumvolvi, & quidem longitudine tantum unius digiti, una vice, tunc enim substituendum esse; & hoc quolibet die, ter tantum debere fieri: imprimis autem hic accurata opus esse cautione, ne in extrahendo nimia vehementia utaris, & vermem abrupas; tunc enim acrem quandam aquam seu humorem effluere, quod in ulceribus exquisitorum dolorum causa foret, & reliquias per ulcerationem expellendas esse, quod tantà caloris vehementiâ fiat, ut opera danda esset opere maximo, quo pars à gangræna liberetur. Observavi deinceps, quod milites, qui in Batavorum servitiis, erant, cum biennium vel triennium ibi exegissent, simili modo ab ejusmodi vermium sicut infestati & flagellati. *D. Frederici Lachmund.*

De Cruro à Verme eroso.

Dominus Heugel, Cancellarius, expertus est in mendico quodam, cui vermis ubique crus erosit, qui frustra multis usus erat remediis. Applicavit particulam Allii rubricum Ol. lini contusum foramini nuperime facto, ea nocte benè & tranquillè dormivit. Repetit ter, Et repertus est vermis longitudine alicuius li digiti.

Scholion.) De eadem materia sermo nobis erat Observat. 12. Aliud verò recensitum experimentum: Allium lumbricorum interitum promoveri certo certius, præcipue si in lacte coquantur: Lac enim appetunt Lumbrici, & sic per stratagemam mortis laqueis capiuntur. Extrinsecus Allium idem posse in Vermibus ex observatione hac luculentum evadit. Ita ut credam Allium vermium venenum jure meritoque vocari posse. *D. Chr. Wincleri.*

Vu 2 Df

De Vermo cruis erodente.

Vermis mulieri cuidam cruis totam modò huc, modò illuc perforavit, sumit è ventriculo sullo pelliculam internam nigricantem, & eam imposuit foramini. Eximit Vermis, qui statim vinculo alligatus, est ne regrederetur. Deinde excisus, & brevi tempore vulnus sanatum est. Vermis erat crassus & albus cum rostro rubro.

Scholion.) Vulgus putat si quis multis ac profundis ulceribus scateat, illum vermem aere, præcipuè cum quis *æspatroporant* laboret. Quod tamen, ut sæpius fallum, ita interdum verum esse potest; ut *Sennertus Iulit. lib. 2. P. 3. S. 1. C. 11.* innuit his verbis: ita ex ulceribus vermes ejici novum non est. Imò *Maxcell. Donatus Histor. mirab. lib. 4. cap. 26.* Vermiculum albam & pilosam natum & extractum ex apostemate medii digiti manus annotavit. An verò ulcus vermem, vel vermis ulcus præcedat, inquisitione dignum. In carne hominis viventis vermem nasci posse, absque ulla præcedente putredine & corruptione, non credo, imò *Dracunculos* sive *Crinones*, Germanicè *die Mitesser* non absque putredine materie viscosæ in venis capillaribus generari puto. Itaque semper, si non ulcus, tamen apostema vermem præcedere, & è putredine ipsius originem trahere, existimo. Vermem verò conglutinationem ulceris impedire & ad plura occasionem præbere, non repugno. Experimenti rationem reddere difficile est, nisi quis diceret Saem esse animal admodum vorax, idèò ventriculum ipsius abusu are hamore acido appetitum excitante, & propterea tunicam internam eò imbutam, allicere vermem. *Ex eodem.*

De Lumbrico, Fascia lata dicto.

Petrus Ritter duodecim & quot excurrit annorum Ann. 1681, sub initium Maii, cùm antè satis bene haberet, victuque parili cum cæteris in orphanotrophio uteretur, citra evidentem causam, insignia ventris tormina ilico perferens cepit, cum vehementi hypochondriorum distensione, quæ nunc remittebant, nunc fortius ingruerant: Biduo post per alvum excrevit corpus albicans, teres, ulnarum trium longitudine, non sine animi consternatione & solatium qui adstant admiratione, unà cum missello intestinum excretum esse arbitrantium, usque dum examine à nobis instituto fasciam lutam esse audirent: Noltrates vocant *ein Bandelworm. Joh. Jacob. Harderus in Observationibus Anatomico-Præclisis.*

Lumbrici per urinam & nares excreti.

Pæter undecennis Ann. 1681. Mens. Novembr. gravissimis in hypogastrio doloribus divexari incepit, quibus Excellent. D. D. Barcardus Prof. heic Celebr. vario medicamentorum genere occurrere studuit, illas tamen prorsus compescere non potuit, quia missellus animalculum vivum, corporeculo summopere infestum, delitescere (ob ingentissima tormina) aliquoties ingeminaret, nec ineptè, licet fortè minus ex arte, siquidem postea vermem cum lotio excrevit, antennis pedibusque horridum.

Aliter figurati fuerunt illi, quos malè feriata quedam per nares excrevit, quorumque mentionem aliquam iniecit Excellent. Cellus noster An. 1. Decur. 2. Ephemer. Rem omnem uti ad Nobiliss. Pythagoram d. 7. Jan. 1682. perscripsimus, heic enarrabimus: Naperà septimanà, (ita ferè orsi sumus) Mulier impudica, quæ pridem lue Venerea laboravit, ab eadem seuciter liberata, Vermes aliquot præce-

dentibus atrocissimis doloribus capitis & fœtore narium insigni, per nares citra sternutationem, vel præviam nauseam aut vomitum excrevit, albos, oblongos, pedibusque asperis minus horribiles: ubi isti deliuerint, & an à capite prodierint certò divinare non possumus, cùm longiores videantur: & aliquando similes vomitu ejecerit: Id tamen adstantes confirmarunt, vidisse se in narium cavernis vermes fluctuantes, sensimque ex iis prorepentes, quos dehinc facili negotio ipsa extraxerit, &c. unde de antro ipsorum super narium cavernas magis suspicari aliqua incipimus, facile tamen meliora docenti obtemperabimus. *Idem ibidem.*

Vermiculi in urinis.

Postquam Augustus Hauptmannus ex compositò vivæ mortis ideam latius deduxisset, eumque novò argumentorum genere secutus esset ille diffusissimæ *æspatroporant* Kircherus, plurimi quoque nostrum in eam sententiam prolapsi sunt, esse morborum species, quæ se animatæ putredini in totum debeant, & volubili per auras motu contagium in corpora transferant. Sed verò hanc doctrinam, novam planè atque iniustitiam, peculiari experimentorum genere ornavit curiosissimi Vir ingenii, *Levvenhoekius* Belga, merito nuper suo in Regiam Angliæ Societatem allebas. Notat ille ubique ferè corporis esse, quod vivam putredinem animatæque referat particular. Id verò prodigiosum, quod tamen oculatæ fidei præsidio defendit, flamma nostri atque inita ex semine esse virili eoque verminoso. Nempe descripsit ille & numerum & quantitatem & formam & ingenium seminarii animati. Sed an ipsi illi vermiculi, qui fluido innatant spermarico, sint unici collodes & promi condi generis humani, non facile quis dixerit, in illà conjectantium audacià natà errorum occasione. Dent um ille mucus tartareus, qui albedine sua radices eorum incrustat, totus quantus animatus est & verminosus, norante id quoque vulgari oculo. Videntur ciborum reliquiæ, aut quisquis est ille alvearium sudor, in illà morà & foci novitate alio aditari Spiritu Archeove vitali. Jam & perspicua oculis nostris corpora, quis credat, animalculis ejusmodi perfusa, facile ostendunt nihil interesse ad Liqueoris naturam, globuli eam an exporrecta in longum animalcula, illique vivida & mobilia, componant. Oculis sane, nisi novo microscopii genere armatus, discrimen non agnoscit inter Piperis solotionem vivam & verminosam, & eam, quæ aceti guttulam recepit, exanimatis jam inque longiusculas strias seu filamenta mutatis ob acidi misturam mobilibus animalculis. Ad eò fieri potest, ut latent in fluido animatæ & novæ mortis, non nisi sub iusto distantie angulo conspicuæ, quem tamen ipsum tandem quoque assequantur, & vulgaribus pateant oculis. Quare existimo plurima esse corporis nostri excreta fluida, quæ sub specie uniformi oculo imponant, & non tantum fixis solidis, sed & mobilibus animatisque corpusculis sint referia, quod ut omnibus humoribus, ita maxime Urinæ familiaris esse credo, rarissimas autem esse ea de te Observationes, quod plerique perfunctoris tantum & nudis oculis *Phosphora* medica intueri soleant. Evenit tamen, ut, ubi magnitudine suâ motuque oculos curiosos afficiunt ejusmodi contenta, in commentaria referantur, atque hinc etiam una alteraque observatio sit nata de Urinarum vermiculis. Quibus necesse est ut hanc quoque addam. Causidicus erat apud nos non inglorius; laborabat ille ex febre ardente, & ut videbatur colligativa. De salute hominis ipsas tres Septimanas dubitavit.

dubitatur, adeo omnia ad ultimum spectabant. Tandem copiosæ per duos dies urinæ multo comitata sedimento albo & æquali, in cæterâ quoque Symptomatum maliciâ bonum ominari exitum videbatur. Jam verò & æger post tam frequentes urinas easque bonas novos animos receperat, & ut erat curiosus, copiam illam & sedimenti ingenium attentius lustrabat. Ibi ergo, ut urinæ subsidere incipiebant, admotis propius oculis notat ille subultim euntes particulas mobilique petulantia per urinarum spatia vagatas; agnoscit tandem animalculorum species, & non sine trepidatione B. Socero meo, D. Joëli Langelotto, Chemiastro celeberrimo, qui valetudinem ejus curabat, rem indicat. Ille ergo, cum fortè tùm Slesvici agerem, ad spectaculum hoc me invitat. Accedimus uterque & ægri & urinarum ingenium exploraturi; offendimus autem cum ob symptomatum calorisque remissionem erectiore animo, urinas autem ipsas adhuc dum rubicundulas at sedimento cineritii coloris eoque longè copiosissimo comitatas: in ipso verò sedimento multa vitalium salientiumque particularum indicia: sanè sollicitè inventibus vermiculos esse apparuit annulatos, & molli rubore in illa sedimenti albedine infectos. Innumerabilis erat illorum numerus, qui cum tempore & post horæ quadrantem penitus deficere cœpit, involvente exanimis jam protensusque filorum glomos sedimenti copiâ. Durabat adhuc diem vermiculo. um lentè evanescentium conspectus, post quem nulli fere, aut insensibiliter fluido permisti. Quod si hic conspiciolorum Leavvenhoeckianorum copia fuisset, hæud dubiè plura & elegantiora apparuissent. Æger interim se ò demùm & lentè convaluit. *Johann. Nicol. Pechlinus in observat. Physico-Medicis.*

VERSUCA.

Vide in *BIBLIOTH. CHIRURGICA.*

VERTIGO.

I. Vertigo est affectio cerebrum seu spiritus ita exagrans, ut objecta circumstantia propriumque corpus in gyrum agi, exaltari ac subverti videantur, unde laborans sæpè corrumpit nisi propinquè niatur admodum.

II. Hanc affectionem in cerebro fieri manifestum est, cum visionis illa læsio, quæ motum circula-rem in objectis quiescentibus observat, non procedat à vitio aut oculi, aut medii, aut objecti, sed à spiritibus cerebri incolis, volutarum & circulariter, non verò directè nervos percurrentibus, sicque motus & sensationis munia ritè non perficientibus.

III. Causa proxima creditur Fermeo tenuis calidusque vapor per arterias in cerebri ventriculos irrepsit, qui in plexu choroide spiritus & humores exagrans & variè impellens, turbulentos sensus motusque reddit, qui vapor non assiduè, sed circuitibus, & quoties causarum evidentium vi cietur, efflari consuevit, & interdum in cerebro, sæpius in ventriculo & præcordiis aliisve partibus subsidet. Verùm præterquam quod vaporum doctrina jam explosa à multis est, demonstratione anatomica constat cerebri ventriculos potius hujusce visceris esse cloacas, quàm spirituum animalium officinas aut emporia, plexumque choroideum per multiplices sibi intertextas glandulas in ventriculorum cavum homorem excrementitium potius amandare, quam spiritibus (si ita loqui fas est) pelicanandis inservire. Præstabit itaque obstructionem in cerebro, aut saltem iis quæ ab interioribus ad oculos tendunt viis, agnoscere,

Tom. IV. Pars II.

unde spiritus in obicem sibi positum quasi allidentes variè reflectantur, tumultuque agunt. Causæ evidentes sunt austrinus mador, repentinus è domicilio conclusio & angustiore in apertum locum transitus, lux splendidior, soni ingentes & acuti, acres oculos, longior & rigidior inedia, vapida omnia dicta, qualia sunt legumina, lolium, cicuta, ac præsertim vinum, hypercatharsis, profusa hæmorrhagia, tussis vehemens, fixus oculorum obtutus, vectio, navigatio, balneum, ira vehementior, atque timor; quibus adde capitis collisionem, ejusdem continuatam inclinationem, corporis cyclophoriam celeriore ac cenitro propiore, & rerum impetuosis circumgritarum, aquarumve vorticolarum aspectum.

IV. E supra dictis facillimum est elicere in quibus & quomodo vertigo differat ab aliis capitis morbis; Ipsam verò affectionem quod spectat alia est simplex, alia tenebricosa, alia nihil præter girationem objecti realiter existentis, alia verò provolantes culices, salientes pulices, innumeraque sibi minimè objecta, quasi obversantia, videt, alia præterea est idiopathica id qua cerebrum est affectum per obstructionem in causa vertiginis proxima recensitam, alia sympathica à quibusdam ex causis evidentibus enarratis, aliisque id genus oria.

V. Idiopathicam vertiginem arguunt prævious capitis dolor, sensuum variorum injuria, & præcipuè aurium tinnitus, ægrotudinis aut perennitas, aut contumacia, atque paroxysmorum levi de causa & ex mentis v.g. tantum cogitationibus invasio. Sympathicam verò significat & intermissio morbi, & accessionum raritas atque brevitatis; & morbi atque causæ ipsius productivæ extra adventitium consideratio.

VI. Vertigo ex satis est tutus morbus, sed timendum vel à calu ipsi vehementiori familiari, vel ab epilepsia in quam aliquando degenerat. Quæ à causa evidenti oritur multo minus est periculosa, quàm quæ proprio cerebri vitio sit, illa enim cito evanescit, hæc verò in carum & apoplexiam quorum præ-nuncia est aliquando definit. Vertiginem cephalalgia solvit.

VII. Indicationes sunt 1. Causæ antecedentis procatartica & continentis ablatio 2. Cerebri & spirituum corroboratio.

VIII. In curatione itaque dum attenditur ad omnes causas morbum producentes videndum si deficient spiritus ut ipsi reparentur, si laboret ventriculus vel præ debilitate, vel præ onere, vel præ acrimonia ei impacta, ut ab hisce liberetur; si tabaci fumus in solatio, plethora, aliisque id genus accusanda veniant, eadem tollantur. Si verò ex ipsius cerebri vitio sc. ex obstructione & aliquando meatuum & canaliculorum in nervis excavatorum angustia, enascatur, tum expurgandum venit caput, spiritibusque vires addendæ, expurgabitur autem per pilulas & pulveres multiplices, ut & alia medicamenta, item per vesicatoria, masticatoria, apophlegmatismos, erthina; spiritus recreabuntur & acuentur volatilibus sæpius assumptis quorum tantam in omnibus propè capitis morbis energiam vidi, ut hisce in casibus mihi ad instar panacea sint, sed illis diutius insistendum, nec cura ab una aut altera dosi expectanda; laudo præterea remedia chalybeata melioris notæ, & præcipuè crocum martis per volatilia confectum, ut & plura remedia, tum in epilepsia, tum in comate & caro, aliisque cerebri affectionibus allata.

Medicamenta pro vertigine.

Fol. auricul. ursi, meliss. mentæ, pulegii, roris-mar. saliv. serpill. Flor. lilior. convall. matricar. saliv. V u 3 floechad.

fiæhad. tiliaë, Rad. cyperi, doronic. galangæ, elebor. nigr. Sem. aquileg. carvi, cumini. Fruct. granator. cerafor. nigr. Gumm. galban. succinum, tacamahac. Castor. testic. columbæ simus, pavon. sterc. bombyces. Aq. anhaltina, epileptic. cephal. arom. elixyr antepilepticum, elixyr vitæ Quercet. emplastrum cephal. Schoderi, pulv. stomachic. Quercet. cinnabar. nat. & antimon. magisterium vitrioli &c. è pharmacopœis, chymicisque voluminibus depre-menda.

Curationes.

Curatio Clariff. Thomæ Willis.

Methodus Therapeutica, ad vertiginem symptomaticam haud propriè spectat. Tantum opus est indicatis primariis remedia quædam cephalica, ad cerebri nubila discutienda, & spirituum inordinationes sedendas adjungi; seu potius, ut captum vulgi (quod interdum quamvis simulatè oportet) loquamur, medicamenta quædam contra vapores adjiciantur.

Vertigo accidentalis, aut alia quævis recens, phlebotomiâ, ac leni catharsi aliquoties iteratâ plerumque sanatur: veruntamen quo certius morbus extirpari possit, remedia insuper cephalicâ, qualia mox describentur, sedulo administrantur.

Pro curatione vertiginis habitualis, & inveteratæ factæ, similis fere methodus ac contra plerisque alios morbos cephalicos institui debet, quæ tres has præcipuas medendi intentiones suggerit; scilicet primo enitendum erit, ut morbi fomite omni præcillo, cerebrum à materiæ morbificæ novis affluxibus immune perferat; in quem suam recta victus ratione imperata, interdum phlebotomia, & sæpissimè blanda ex intervallis catharsis convenient. Eligatur aer siccus, & perflatus, vitentur somni, ac studia immodica & intempestiva; abstineatur omnino à poculis maturinis, aut vesperinis; loco prioris, haustus Tea vel Coffee cum foliis salviae incoctis exhibeantur; Fontanella in crure aut brachio excutitur; & nonnunquam vasa hæmorrhoidalisa per hirudines aperiantur; affectus semper diluculo surgens quoque mane tempora, & sinciput aquâ frigidâ perluat, & cum panno aspero fricet.

2. Intentio Therapeutica erit, vertiginis causas procatarticas tollere; quamobrem opera navetur, tum ut sanguinis dyscrasia cacochymia auferatur, tum ut cerebri constitutio debilis, & laxa nimis emendetur. Prioris gratia remedia potenter alterantia, prout Antiscorbutica temperata, chalybeata, & nonnunquam acidula, aut ferum lactis conveniunt. Quibus semper ob posterius indicatum, medicamenta cephalica, nempe è corallio, succino, cranio humano, radice Pœoniæ maris, visco arboreo, stercore pavonis, & similibus parata, quorum formulas mox adjiciemus, addantur.

3. Intentio, quæ & propriè curatoria est, morbi hujus causam conjunctam auferre, satagit, quæ tamen procatarticas remotis, ut plurimum sponte cessat: nam si materiæ cujusque extraneæ aditus in cerebrum præcinditur, nihil restabit quin spiritus puri, putique, ac intra corpus callosum spatia libera, & aperta nacti, inde quaquaversus emittent: utcumque propter hunc medendi scopum, unâ cum prioribus prosequendum, medicamenta insuper sale volatili prædita, quorum particule valdè subtiles, & activæ spiritus animales recreant, intercalare oportet, cujusmodi imprimis sunt sp. C.C. fuliginis, salis Armoniaci, cum succino, cranio huma-

no, &c. impregnatus. Tinctura corallii, succini, Antimonii, Elixir Pœoniæ, &c.

His ita præmissis de vertigine in genere, insuper ex re fore videtur, methodum Therapeutica particula-rius adumbrare, ejuisque velut filium acuerè & 1. ostendatur, quid in paroxysmo curationis, & dein quid extra ipsam, præservationis gratiâ agendum sit.

1. Quoad prius, etsi vertiginis invasio ut immanior vita, plerumque vacat periculo, & sponte sæpius facile pertransit; quoniam vero laborantes, se moribundos veriti, auxilia medica expetunt; in tali casu, si pulsus indicat, euenire præmissis, phlebotomia instituat deinde vesicatorio cervici applicato, graveolentia, ut Castoreum, spiritus, aut sal. volatile C. C. Urinæ, aut sal. Armoniaci naribus subinde admoveantur. Insuper spiritus isti bis aut ter in die cum Julapii cephalici dosi convenienti exhibeantur: horâ somni sumatur bolus ex Mithridatio cum pulvere castorei: sumat die sequenti, si affectio nondum evanuerit, lenè Catharticum; vel si laborans ad vomendum aut proclivis, aut facilius sit, Emeticum, quod vix aliud præstantius remedium est, capiatur.

2. Pilul. de succino gr. 24. resinæ Jalapiæ gr. vj. Tartari vitriolati gr. vj. balsami Peruv. q. s. f. pil. xv. sumenda horâ somni vel primò mane: Vel

3. Sulphuris Antimonii gr. v. cremoris Tart. ʒss. castorei gr. j. f. pulvis capiatur cum regimine; expectando vomitionem.

Vomitiva in vertigine sæpius prodesse, præter Auctorum testimonia, etiam ex observatione vulgari satis constat; cumque insuper Vertiginosi non raro sponte vomant, hinc opinio apud plurimos inolevit, morbi hujus causam fere semper in stomacho latere, veruntamen hoc secus habere, & ob spiritus in cerebro perturbatos vomitionem cerebro succedere alibi ostendimus: quod autem emetica in hoc morbo juvant, ratio est, quoniam hoc pharmacie genere & maxima humorum à cerebro fiat revulsio, & spiritus in eo tumultuantes quamprimum coercentur. Quando ventriculi & viscerum juxta confistorum membranæ, & fibræ vellicantur, in eas partes varij humores, sc. nervus, ferrosus, lymphicus, pancreaticus, & biliosus, attrahuntur, adeoque emulgenter, ut *ἕρσιπαι* eorum affluxibus immunit perferat, quia & plurimos jamjam ipsi impactos facile excutiet: dein quoad spiritus animales, alibi ostendimus, inter eos stomachi, aliosque cerebri incolas, maxima semper commercia, ac intimam consensum intercedere; proinde nimirum, ut ventriculi ab assumptis affectio grata, vel ingesta, spirituum in cerebro degentium ovationes, aut dejectiones inferat. Opiatæ dum adhuc in stomacho commorantur, soporum accersunt; pariter in Vertigine, aliisque morbis cephalicis, quo spiritus cerebri susque deque aberrantes, & enormiter agitati reprimantur, ac in ordines redeant, non parum conducet, si consorcii ipsorum sive affines intra ventriculum à pharmaco irritante consternantur; quippe dum in horum subsidia, plurimi à cerebro evocantur: alii superflites inordinationes suas remittentes, munia pristina refectant: proculdubio ob hanc præcipuè rationem est, quod emetica in affectibus maniacis opem sæpe egregiam conferant; usque adeo ut empirici quidam his fere solis utantur.

2. Verùm è diverticulo hoc regressi; quid pro vertigine inveterata & fere continuâ, extra paroxysmum curandâ, agendum sit, perpendamus. Itaque methodo imprimis circa phlebotomiam & catharsin juxta patientis constitutionem, & vires, celebrandas, & ex intervallo repetendas, insuper

Vertigo.

insuper ut vomitivum (si nihil contra indicat) semel in mente assumatur consilere soleo, in quem finem imbecillioribus, post stomachum cibis lubricis saginatum, deatur vinum & oxymel scilicet ad ℥ij. vel iij. postea liquor posteticus cum foliis Cardui incoctis, in magna copia ebibatur, & vomitu mox, aut spontaneo, aut provocato reddatur. Aliis emeticum ex sale vitrioli aut sulphure Antimonii, vel ex infusione croci metallorum exhibeatur: de fontanellis, vesicatoriis, hæmorrhoidum apertione, nec non de emplastro, aut Cucupha super caput gestanda, item de topicis aliis pedum plantis, aut carpis, revulsionis, aut derivationis gratia applicandis Medicis deliberet.

℞. Conservæ flor. Pœoniæ maris ℥vj. pul. radicum ejus ℥ij. sem. pœoniæ, pulv. ℥ij. succini, coralli, Margar. pul. an. ℥iij. salis coralli ℥j. Syrupi è corallis q. s. f. Elect. dosis ℥iij. vel ℥ij. vesperi, & primo mane, superbibendo aq. destillatæ sequentis ℥ij.

℞. ℥. Folior. visci arborei recentis m. vj. Rad. Pœoniæ maris, Angelicæ an. ℥ss. Stercoris Pavonis albilissimi liq. ij. Cardamomi contusi ℥ij. Castorei ℥ij. omnibus minutim conficissis, & simul mixtis affunde aut vini albi, aut feri lactis ex eo parati ℥vii. destillentur organis commodis liquor totus misceatur.

℞. Pul. rad. Pœoniæ maris ℥ss. Coralli rub. præpar. specie. Diambæ an. ℥ss. pul. flor. Pœoniæ maris recens contus. & in sole exsiccat. ℥j. f. pul. cui add. sacchari albil. & in aq. Pœoniæ solut. & ad tabulat. cocti ℥x. f. a. f. Tabulæ pond. ℥ss. comedat. i. vel ij. sæpius in die.

Quoniam omnia non omnibus conveniunt, quin Medicus medicamenta diversa experiri, & methodo varia insilita, nunc hæc, nunc illa tentare debet, idcirco hic quasdam, alias aliis generis formulas subjiciemus.

℞. Syrupi nostri de Chalybe ℥vj. sumat cochlear. mane, & hora 5. ves. cum aq. destillatæ modo descript. aut alterius cephalicæ ℥ij. vel sumat Tincturæ nosl. chalybis got. xv. ad. xx. cum haustu ejusdem aq. destillat. bis in die hæc multis insigne levamen contulisse novi.

Interdum spirit. fuliginis, C. C. aut salis Armon. cum succino, corallio, aut cranio humano impægnat. vel Tinct. succini, Antimonii, aut Coralli, doses eodem ritu quotidie exhibeantur.

℞. Pul. radicum Pœoniæ maris ℥iij. sem. pœoniæ, coralli præp. succini albilian. ℥ij. Marg. præp. pul. flor. pœoniæ maris recens contus. & in sole exsiccat. an. ℥ij. sacch. candid. ℥j. f. pul. sumatur ℥j. bis in die, cum haustu Tea vel Coffee, aut decocto salviæ, vel Rosismarini.

Pauperibus præscribatur pul. è foliis visci pom. in sole exsiccati & pulverisati ad ℥j. bis in die sumend. Vel ℞. Stercoris Pavonis albil. ℥vj. pul. flor. Pœon. maris ℥j. Sacchari ℥ij. f. pul. sumat cochlear. bis in die convenienti liquore.

Vertiginosi pro potu ordinario bibant aliam tenuem cum foliis visci pomor. loco flor. lupuli incoctis, & in dolio lo. Congiorum capaci, suspendatur facculus, qui indantur Stercoris Pavonis lib. ss. & Caryophyllatum contus. ℥ij.

Vertigine laborantium exempla ita crebra, & quotidiana occurrunt, ut parum opus videatur ulla quæpiam hic adjicere; utonque morbi hujus Typi innotescant, casus quosdam paucos, & rariores hic referre libet.

Theologus sexagenarius postquam per tres circiter menses vertigine leviori, sive spirituum in sincipite crebra velut corrufatione laborasset, tandem morbo ingravescente, exortidit, insuper ac caducus evasit; in tantum ut vir egregius inter deambulandum, quandoque pronus in humum corrueret. Ad

curationem vocatus Phlebotomiam, cum catharsi leni ex intervallis repetendâ præscripsi, insuper electuaria, & mixturas, cujusmodi supra notavimus, sedulo exhibui, vesicatoriis, itemque aliis administrationibus minime neglectis: post duas septimanas, nullo ex his levamine insequuto vomitivum ex sale vitrioli, & infusione croci Metallorum propinavi, à quo cum decies, & facillè evomeret, exinde statim melius habuit, & cephalicis alterantibus per duas circiter septimanas adhuc amplius usus perfectè convaluit, & ab eo tempore, per sexennium verè atque autumnò vomitivum, cum pharmacis quibusdam aliis quotannis cepit, & etiamnum integrè valet.

Generosus quidam 66. annos natus, cum à longo tempore vertigine leviori, & ferè tantum occasionabiter excitari solitæ, obnoxius degisset, circa finem novissimi Autumni, affectu illo gravius laborans, etiam obliviosus fiebat. Hunc postquam per tres circiter hebdomadas ægrotasset invicem, vultu, & aspectu, utriusque vigore diminuto, valdè immutatum reperi. Huic, cum quotidie ad vesperam febriculâ, cum pulsu alto, & vehementius vibrante afficeretur, sanguinem imprimis è brachio, & post 6. vel 7. dies è venis hæmorrhoidalibus detrahendum præcepi, insuper vesicatoria statim cervici, & subinde pone aures, etiam cauteria pro duabus amplis fontanellis inter homoplasas excitandis applicanda curavi, intus remedia cephalica cujusque ferè generis, horis medicinalibus quotidie sumebat. Intra mensis spatium recuperari visus, foras obambulare, & res domesticas, atque alia negotia curare cepit: ineunte verò hyeme à frigore, dum quotidie foras prodiret, suscepto, in febriculam cum majori spirituum intra hæmorrhoidum perturbatione incidit: nam vesperi quotidie delirus, quid ageret, aut diceret, parum conscivit. Veruntamen intra septem vel octo dies, febre post sanguinis missionem, & victum tenuem evanescente, cerebri affectio à pristino statu immutabatur. Nam vertigine profus cessante, obliviosus valde, simulque in toto latere dextro paralyticus evasit. De capite sæpius interrogatus, num clarum illud, scotomia & phantasmatis confusus immane esset, respondit quoad ista nunquam melius fuisse: nam benè intellexit infirmitatem suam, amicos, affines, aliosque salutatum venientes cognovit, vix ullorum verò nomina recordari potuit; cumque de rebus quibusvis colloquia iniret, verba decurrant quibus animi sui sensa exprimeret: dein quoad latus affectum in brachio, & crure dextro, non modo resolutio totalis, & acriora, verum in utroque insuper tumor œdematosus ingens accreverat, in tantum ut non modo curationis, sed & vitæ diu prorogandæ spes ferè omnis deponeretur: imò magistratus officium, & munia quæ tenebat, jam jam alii efflagitabant.

Utcunque ab opera Therapeutica, (subsidio insuper Medici peritissimi & Doctissimi D. D. Whartoni fretus) non desistebam. Ægrotanti junctis consiliis sedulo ministrantes, pilulis solutivas ex intervallis sumendas, atque aliis diebus remedia cephalica, antiscorbotica, antiparalytica, horis medicinalibus capiendâ præscribimus: capiti raso emplastrum è Gummi & Balsamo imponendum, partes resolutas oleis & balsamis illinendas, & fortiter perscrificandas præcipimus. Dum hæc aguntur cum aliquo quoad majorem intellectus claritatem successu, nescio qua de causa, media Hyeme in febrem incidit, qua de causa, media Hyeme in febrem incidit, aded ut singulis noctibus, cum calore, & siti ingenti, somnoque interrupto valdè æstualet; lingua torrefacta, & scabra, pulsu altus, urina rugosa torrefacta, & contentis saturata exit. Phlebotomiâ bicunda, & contentis saturata exit. Phlebotomiâ

abstinuimus propter senium, & paralyfin, & præcipue ob hydropem in latere affecto inchoatum: attamen victu tenui è iusculis hordeaceis & avenaceis imperato, Julapia, Apozemata, aliaque remedia sudores, & urinas moventis, de die in diem adhibemus, cumque hoc tempore fontanellæ juxta homoplatis excitatæ copiose fluerent, ægrotus quoad memoriam, & paralyfin melius habere cœpit, & deinceps ab utrisque his affectibus, simulque à febre sensim convalescens, & quotidie proficiens, intra seque mensem integræ sanitati restituitur, & etiamnum sanus vivit.

In hoc Ægrotante materiæ morbificæ motus, & varia metastasis notabilis fuit; nam quæ primo cerebri medullio, scil. corpori calloso insidens Vertiginem immanem excitabat, eadem postea ad aucta, ac (uti probabile est) ulterius in cerebri anfractus diffusa, priori affectui oblivionem superinduxit: dein quatenus materies eadem, à febre commota, & paulatim discussa, partim in corpus unum striatam decidens hemiplegiam intulit, partimque in cerebri ambitum expulsa memoriam pene sustulit, corpore calloso interea sudum obtinente; denique non sine alterius febris adminiculo fuit, quod materies morbificæ, ab utrisque his ultimis focus discussa, penitus eliminaretur, Ægrotante ad salutem restituro.

Nuper Vertiginosi cujusdam importuni querelis febre assiduis defatigatus, post alia multa remedia incassum tentata, præscripsi tandem ut mensis spatium, pulveris sequentis circiter cochlear bis in die quotidie assumat: superbibendo haustum decocti Salviæ aut rotis marini Coffeo tincturâ imprægnati.

℞. Pul. rad. Pœoniæ maris ℥ij. flor. ejusdem confus. & sole exsiccat. ℥j. stercoreis Pavonis albis. ℥ss. sacchar. albis. ℥ij. f. pulvis.

Vix credibile est quantum ab hoc remedio juvamen recepit; post mensem me denuo invisens, novus & alter homo visus est, Vertigine immunis non modo confidenter ambulabat, sed res domesticas curare, & negotia quævis ardua (ad quæ prius omnino inhabilis fuit) tractare poterat. *Haltenus Thomas Willis. de Morbis ad animam corpoream.*

Curatio Clariff. Theod. de Mayerne.

Si plethora adsit, sanguis mittendus; si nausea, ventriculus per vomitum everrendus: dein purgatio per sedem instituenda: postea specifica exhibenda; denique externa in usum ducenda.

Post venæsectionem, (si necessaria sit) præsentibus nausæ vel appetitu prostrato, vel aliis ventriculi affecti indicibus, ægro Emeticum propinandum, e.g.

℞. Oxymel. simpl. & Julianizantis an. ℥j. m℥. pro 2. dosibus sumend. bis in die è cochleari sensim deglutendo, longè à passibus, pridie Emetici.

℞. Infus. croc. metall. ℥ij. oxymel. simplicis ℥ss. aq. Card. benedict. ℥j. m℥. f. haustus exhibendus cum debito regimine. Die ipso Vomitorii sumatur bolus seq. horâ somni.

℞. Mithridatii, Confect. Alkerm. an. ℥j. pulver. subtiliss. menthæ ℥ss. lap. bezoar. Orientalis gr. 8. m℥. f. bolus.

Purga bis in septimana cum pilulis Macri: & diebus intermediis alvus sit semper laxa clysteribus injectis, vel lenitivis per os exhibitis.

Vel ℞. Pil. de chamæpit. (quas descriptas habes supra ℥j. Extract. calam. aromatic. ℥ss. Diagrid. gr. ij. olei thymi gutt. ij. f. pil. v. Vel purgetur extracto nostro seu Panacæa vegetab.

Bona sit victus lex: Abstineat à vaporosis, & ab omni generoso aut multo potu.

Electuarium seq. ad vertiginem specificum est.

℞. Omnium siccorum, viz. rad. pœon. mar. valerian. sylv. collect. antequam caulem emiserit, quando incipit pullulare, vinetoxicæ an. ℥j. Calam. aromatic. ℥ij. visc. querc. fol. hyperic. rutæ, chamæpit. betonic. summit. rorismarin. flor. sal. sem. pœon. mar. an. ℥ss. C. C. crani humani calcinat. ad summam albed. succin. alb. præpar. an. ℥v. Asæ foetid. castor. an. ℥ij. sal. succini volatilis, sal. absinth. an. ℥j. sal. artemis. & Card. benedict. an. ℥ss. sterc. pavon. alb. debite collecti & siccati ℥vi. f. omnium pulv. subtiliss. excip. f. q. syrupi ex professo parati ex flor. pœon. tiliæ, liliorum convallium & keyri, qui redditus fuerit acidus f. q. spiritus vitrioli Antiepilept. & f. Electuarium: cujus dosis sit à ℥iv. ad ℥vi. & ℥i. superhausto aq. flor. til. & lil. convall. momento, ad singulas Lunæ mutationes bis, vel pridie & postridie novilunii & plenilunii.

℞. Calam. aromatic. ℥ij. cort. rad. laur. & rad. lassifr. an. ℥ij. cort. Winteran. arant. citr. an. ℥ij. Rad. enul. ℥ss. omnia coquantur in aq. stillatit. betonic. majoran. sal. & quartâ parte vini de Malagâ, ad tincturæ extractionem, quæ coaguletur ad syrupi consistentiam.

Tunc ℞. Rad. valerian. sylvestr. cyperi fragrantiss. an. ℥j. succin. præpar. ℥ss. castor. macis an. ℥j. flor. lavendul. ℥j. calam. aromatic. ad pondus omnium, f. pulvis subtilissimus, excipiend. f. q. ecchylomatis præscripi: f. massa pilularum, cui addantur pro singulis uncis guttæ i v. ol. rorismar. vel bacchar. junip. Capiat vertiginosus (post universalia) quotidie mane ℥j. deinde paulatim ascendat ad ℥ss. ℥j. ℥iib. & ℥j. pro gradu affectionis & activitate causæ morbificæ.

NB. Calamus Aromaticus quocunque modo sumptus valet ad vertiginem: imò secretum curandi vertiginem in eo consistit. De infusum ejus in vino albo vel cerevis. omni aurorâ.

Purgationis diebus sum vesperi, & deinceps singulis auroris sequent. extract. ad instar minoris avelsanæ.

℞. Theriac. & mithridat. an. ℥j. Rad. valerian. sylvest. suo tempore collect. sterc. pavon. mar. an. ℥ij. Rad. pœon. mar. visc. quercin. an. ℥ij. Rasur. cran. human. recent. spong. bedeguar. an. ℥iib. Bacc. juniper. recent. ℥x. lign. Rhod. rasur. interior. guajac. an. ℥iib. macis, Cariophyll. cinam. an. ℥j. Circulenter in balneo cum parte una aq. meliss. proprio sale prægnante, & partibus duabus spir. Vini per ostidium: f. coagulatio f. a. addendo ol. cinam. ol. cran. hum. & succin. & rectif. sup. a colcoth. an. ℥ss. sal. volatilis. succin. ℥j. m℥. Utatur ut dictum est.

Medicus quidam Germanus Londini dat quotidie per plures dies consequentes pil. unam ad summum granorum quatuor. Ego unam ponderavi vix pendentem gr. iv. sine ulla manifesta operatione cessat vertigo, id quod existimo fieri ratione coagulationis vaporum vertiginem committentium. Usus est Eques Franciscus Bloodi feliciter & alii multi: salutem nulla inde percipitur noxa. Ego unam degustavi, & diu attrivi dentibus; nihil percepi præter saporem terebinth. & sacchari Saturni, à quo dealbata fuerunt lingua, labia interna & sputum. Credo ita parari, ut saccharum dictum excipiat ea terebinthicæ Venetæ vel Cypriæ quantitate, quæ sufficiat ad formandam massam ex qua fiunt pilulæ singulæ ponderis gr. iv.

D. Glisson Cantabrigiensis Medicinæ Professor gravi vertigine per tres sep. imanas confictatus, appoluit, irritabilis remediis, vertici (teti capiti) raso emplastrum ex sulphuris floribus & album. ovorum, à quo sanatus est, ut ipse retulit D. Bue.

Fiat ex sebo cervino & oleis salviæ, majoranæ, rorif-

rorismarini & succini balsammum quo quotidie mane nares interiores præsertim linantur: nuchaitem & capitis sutura.

Pyroticum vel setum applicetur posteriori collo: Cauterium bregmati post omnia. *Hallenus Theod. de Mayerne Prax. Medic. lib. 1.*

Curatio Clariff. Lucae Tozzi.

Vertiginem præsentem curare conantur Medici iisdem terè remediis, quæ adversus Epilepsiam, & Apoplexiam memorata sunt, non neglectâ interim causâ, quæ potuerit paroxysmum excitare. Verùm si à causa externa fiat, sicut nullius periculi esse solet, ita neque medicamentis egebit, cum satis sit ejusmodi causam devitare. Fertur autem à quibusdam vertiginem citissimè desinere illis temporibus succo bethe nigre, assumptoque pulvere abrotani in vino tepido, vel cum oxymelle. Admovent alii ad frontem serpillum; Tempora vero, & cervicem perficiant aquâ rorismarini.

At imminuentem vertiginem à suis causis antevertere aggrediuntur, vitato aëre crasso & nebuloso, itemque vino, nisi stomachus obstitat, iisque omnibus, undè vertiginem æger ipse pau expertus sit. Si præterea à flatibus illa progigni putetur, evacuationis medicamenta tum totum, tum caput ipsum, adhibent; mox verò quæ status discutunt, & cerebrum roborare creduntur. Consentientia viscera, & præcipue ventriculum pari modo repurgare fatagunt, atque tum internis, tum externis, remediis confovere.

Verùm Willisius pro more, Accidentalem, quam vocat vertiginem, curandam censet per phlebotomiam, lenem cathartim, & cephalica medicamenta. Habitalem, & inveteratam, abscesso primùm fomite, usu cujusvis evacuantis remediis; deinde repurgato sanguine ope antiscorbuticorum, & chalybe constantium medicaminum, roboratoque cerebro cephalicis specialioribus. Postremò amotâ causâ conjunctâ, per medicamenta sale volatili prædita, cujusmodi sunt spiritus C. C. fuliginis, solis ammoniaci, tinctura coralliorum, succini, antim. elixir pæoniæ, &c.

In ipso autem paroxysmo peculiariter commendat grave olentia, ut Calloræum, spiritum, aut sal volatile C. C. urine, & salis ammoniaci, nares subindè admovenda, atque etiam intrinsecis usurpanda cum julapiis cephalicis: horâ somni bolus ex mithridatio cum pulvere calloræi. Extra paroxysmum verò emeticum semel in mense gratiâ præcautionis consultit, sicut pariter catharticum, & phlebotomiam, fonticulos, phœnigmos, emplastra aliæque hujus generis multa.

Hartmanno præcipuus dicitur pulvis ex cinnabari nativa, cujus beneficio plures, unica hebdomade, vertigine liberasse testatur Quercetanus ad grana x. vel xx. in aqua liliorum convallium. Substituitor ab aliis cinnabaris antimoni. Efficaciorẽ prædicat Cardilucius suum præcipitatum aureum à gr. iv. ad vi. Stercus pavonis in pulverem redactum, & cum saccharo mistum ad ʒi. alii exhibent ex Crætone, etiam ad inveteratam vertiginem. Vult tamen Borellus solvendum illud esse cum sufficienti quantitate spiritus vini, deindeque ter assumendam in potu tempore matutino. Et Schroderus per noctem in vino macerandum consultit, mox trajectum per linteum exhibendum, à novilunio ad plenilunium, & ultra. Præsentaneum remedium aliis dicitur electarium ex cerebro passerum; itemque essentia ciconiarum cum spiritu vini elicta ad guttas aliquot. Pulverem sciuri pro Arcano antiscorbutico san. mbulum quendam habuisse referit

Joh. Michaëlis. Semina aquilegiæ, & carvi, chartæ folium, flores anthos, carpobalsamum, si ex his pulveres, essentia, extracta aut aquæ eliciantur, valde prodesse creduntur. Conficit Platerus vinum, quo usus senex quidam vertigini obnoxius, non amplius de illa conquestus fuit. Infundit autem hic Author in mensura una vini, sennæ ʒij. turbith. ʒss. agarici ʒij. piperis ʒss. Zingiberis, seminum coriandrorum, sommitatum centaurei minoris, & amaraci singul. ʒi. absinthii ʒij. ac deinde bibendum illud offert. Hunc aliosque graviore morbos curasse fatetur Solenander sequenti electario, quod constat succ. absinth. succ. marrub. succ. stæchad. mastich. rhei, chamædr. chamæpit. singul. ʒij. hyslop. ʒi. agar. opt. ad pondus omnium: Hæc in pulverem subtilissimum redigantur, & excipiantur melle cocto. Dosis à ʒi. ad ʒiv. in decocto stæchad. mane.

Approbat Riverius condituram florum calendulæ; & Rodericus à Fonseca, quæ ex floribus rorismarini cum oleis buxi, nucis odoratæ, & menthæ stillatitiis. Sylvius Leboe anodyna, & narcotica, parçtamen, & per intervalla cum aquis antiepilepticis exhibet. Mirabiliter contulisse testatur Willisius hujus pulveris usum, bis in die ad cochlear sumpti cum haustu decocti salviæ, aut rorismarini in tinctura Coffeæ. Is autem fit ex radic. pæoniæ maris, & sacch. albiss. singul. ʒij. flor. ejusd. pæoniæ ʒj. stercor. pavon. alb. ʒss.

Oleum buxi efficacissimum dicitur, si eo pulsus, tempora, palleum, cervix, & planta pedum inungantur; sicut pariter pinguedo ciconiarum, & serpentum: necnon semen urticæ conusum, & cum aceto permistum fronti sæpius applicatum. Commendatur etiam lotio capitis pluries iterata ex lixivio calido in quo summitates amaraci sint infusæ, inperfo postmodum supra verticem pulvere bombycum. Cæterum Amuleta Antiscorbutica perhibentur Corallia robra, grana succi albi, Crytalli, *Hallenus Clariff. Lucas Tozzi. Medicin. Practicæ Parte 1.*

Consultationes.

De Vertigine, & Stupore. Pro Perillustri Patiente.

Perillustri Patiens temperamenti quoad totum corpus, & principalia viscera, calidi & humidus, non tamen valde excedentis; quoad ventriculum autem, frigidioris & humidioris, ætate florida, de duabus præcipuis affectionibus præter naturam conquisitæ cepit paucis abhinc annis, nempe de vertiginoso quodam affectu sibi contingente, ratione cujus, omnia in gyrum videbantur moveri & de oblivione quadam, ac ingenii tarditate, & veluti fatuitate post sedatam primam affectionem, quæ parum durabat; nunc verò de iisdem, sed gravioribus querelæ perseverant; ita ut imminet quandoque periculum lapsus in terram, nisi sedeat, vel, alicui fulcimento statim adhaereat, perseveratque insignis capitis gravitas cessante accessione, etiam per dies, cujus ratione, neque commodè caput ad inferiora flectere potest. Accessit alia nova affectio, & quidam veluti torpor in brachio, & coxa sinistra, quæ omnia supervenere post quadragesimale tempus. His juncta est inappetentia cibi & potus, tarda concoctio, necnon & ventriculi evidens inflatio, quæ non prius remittit, quàm status eruperint per superiora, inferiora, vel per utramque partem. Propterea consultit quæ ratione ab his affectionibus possit liberari.

Quod ut ex methodo proponatur, horum affectionum essentia, & causæ sunt inquirendæ. Quare si de verti-

vertiginosa affectione sermo fiat, aliud non est, quam apparet quaedam rerum immobilium circumvolutio, proveniens à spiritibus animalibus visoribus in gyrum motis, à vaporibus in capite existentibus, qui quidem vapores cum illo impetu moveant etiam humores, potissimum pituitosos prædominantes, in substantia cerebri contentos, causa sunt oblivionis, & illius veluti fatuitatis observatæ post vertigines; cum habeamus ex Gal. 3. de La. aff. 7. contingere læsionem in operationibus principibus tunc præcipue, quando materia morbifica est in substantia cerebri quam mentem appellat. Eadem, verò materia pituitosa transmissa ad ramos nervorum spinalis medullæ ortos à sexto nervorum pari, eos semiobstruens qui ad brachium, & crurum perveniunt, torporem quandam efficit, non absolutam sensus, & motus privationem; quia neque perfectam efficit obstructionem: quæ quidem affectiones etiam sint cerebri per se affecti, & continentis causam morbificam scilicet hanc materiam pituitosam, cum sanguinæ subdominio, cum præsertim superflua sit aliquot dies gravitas capitis, & impotentia ipsum stectendi, sine evidenti molestia; non tamen contingant, ut censemus, cerebro primigenio affectu laborante, sed potius consentiente cum ventriculo ipso, quem in casu præsentis præcipue & primario affectum esse censemus, affectionem que morbosam ipsius intemperiem frigidam & humidam constituendam esse judicamus, ut diximus superius, cum ejus appareant signa evidentiæ. Frigiditatem enim indicant coctionis tarditas, ventriculi inflatio ab alimentis non perfecte concoctis, sed in crudiorum chylo conversis; quæ tamen frigiditas non est intensa, utpote inepta statuum generationi, humiditatem verò commonstrant inappetentia cibi & potus expulso frequens, & alvus humecta quam antea siccissimam habebat. Quare intemperies hæc in causa est, ut in ventriculo generetur multa materię pituitosæ copia, & statuum, qui quamdiu in eo morantur, inappetentiam cibi, & potus, inflationemque inducunt. Cum autem vapores caput petunt, quod cum sit calidum, est etiam opportunum receptioni excrementorum, non solum à ventriculo, sed à toto corpore, efficiunt vertigines in capite contenti, converſique in humores frigidos, & pituitosos à membranarum frigiditate invehunt gravitatem capitis, oblivionem, & quandam veluti fatuitatem. Quemadmodum enim siccitas facit ad actionum animalium promptitudinem, ita humiditas, tarditatem inducit, tandemque eadem materia nervorum principia occupans, & afficiens, torporis est causa in brachio, & crure sinistro. Verum quidem est quod naturali ventriculi intemperiei accedit inordinata victus ratio, in qualitate, & quantitate ciborum, cum tempore quadragesimali pisces, & alios cibos crudioris succi & pituitosi in multa copia comederit, saltem usque ad medium illud tempus, quo supervenit inappetentia, ob multam pituitosæ materię copiam, quæ propterea in dies magis est aucta, exacerbataque sunt omnes affectiones, ut diximus. Et hæc de essentia, & causis harum affectionum.

Quapropter ipsæ sunt graves ratione partium affectionum, quæ sunt principales, & maxime necessariæ, quia imminet periculum graviorum affectionum, nempe paralysis illius brachii, & cruris, si perfecta fiat obstructio; & epilepsie, cum vertigo sit via ad epilepsiam. Speramus nihilominus facili negotio patientem Illustrissimum ab affectibus præsentibus immunem fore, & ab imminentibus præservatum iri, si rectam victus rationem voluerit instituire, & illa usurpare præsidia, quæ præscribentur à nobis: etiam facilius quinetiam si us us fuerit, quæ à Viris Clarissimis proponantur, qui ipsius curæ præerunt: cum

quia affectiones istæ non sunt valde confirmatæ, neque cerebrum est, affectu læsum primigenio, quoniam susceperant incrementum ab erroribus in victu, & vires sunt valde robustæ; tum temperamentum optimum; neque adhuc expertus est generosa præsidia.

Quod ut ad vota sequatur, necessarium est discutere vapores, & humores evacuare in ventriculo, & in cerebro contentos; prohibere eorundem regenerationem exsiccantibus caput, & ventriculum calefacientibus, & exsiccantibus. Quod si omnino consequi non possumus, saltem tentando materię diversio à capite ad partes ignobiles & remotiores: sed ante omnia corpus univertum est expurgandum.

Chirurgiam quod attinet, & quidem venæ sectionem, laudo sanguinis educationem ratione totius corporis pro refrigeratione jecoris, quod sua caliditate augere potest ventriculi frigiditatem per consumptionem humidi substantifici, & refrigerationem capitis. Ideo eligi potest mediana dextri brachii, & educantur octo uncie sanguinis. Postea vero interpositis multis diebus cogitabunt Viri Clar. an conveniat medicam educere sanguinis copiam ex venis sædalis, pro majori revulsione à capite: cum præsertim calidioribus medicamentis utendum sit. Ex hoc eodem fonte eligi potest alia præsidii materia, nempe cauterium quod in os coxæ dextræ usui erit, ad divertendam fluxionem, sub finem æstatis, vel etiam autumnis: nisi fuerit omnino immunis ab usu aliorum præsidiorum.

Pharmaciam quod spectat, Hiera cum cassia, vel mel ros. solut. & manna, erunt ex usu. Humores præparentur syr. sine diluto, quò diutius maneat in ventriculo, videl. syr. de mentha, de corticibus citri, & oxymel. simplici cum potiuncula syr. de cichorio; postea pungentur elect. diacath. cum hiera, vel agarico, & potiuncula rhab. infusione decoctione ex sem. citri, cum melle ros. sol. & manna. Præparabuntur humores syr. de Betonica composito, de stœchade, & oxymele composito, addita decoctione Beton. cichorii, menthæ, & seminum citri; ac deinde validioribus purgantibus uti poterit nempe pilulis de hiera cum agarico, vel etiam diacolocynthis, cum mastichinis, & alephanginis. Attrahent enim à partibus magis distantibus. His peractis, ad perfectiorem detersionem ventriculi, utatur tres aut quatuor dies aqua Tetutiana ad tres & quatuor libras; quæ status discutiet, & corriget ventriculi intemperiem. Erchinis postmodum, ac masticatoris caput est expurgandum: deinde præscribendum decoctum ex radice chinæ, & ligno ad unc. ij. singulis vicibus. Conferret quidem sassafras, nisi plus satis exhalaret in caput, additis herbis proportionatis. Extrinsecus quinetiam conferre poterit inunctio ex oleo de massiche, de spica, de caryophyllis, applicatâ lanâ succidâ; vel stillicidium ex iisdem cum oleo de mentha, & de absinthio, applicando geratum stomachicum. Quod si præsens esset æger, nil præstantius censerem aquis nostris, primò quidem Aponitanis, intus & extra, postea temporibus calidioribus Aquis Divi Petri: ratione verò capitis, juvabit stillicidium ex Aquis B. Virginis, vel Lasterensibus, & lixivium paratum ex rosis santalis, betonica, rose marino, & salvia, Et hæc de pharmaceuticis.

Victus ratio his omnibus respondeat sit tenuis attenuans, & quoquo pacto calefaciens. Et hæc proponenda duxi, committenda iudicio Clariss. Virorum, quò mandatis Viri Præclariss. & Nobilissim. motem geram. Bened. Silvaticus Consil. & Responf. Medic. Cent. 1.

Vertigo tenebriosa.

Nob. Adolescens ex Parentibus lue gallica infectis natus, vigesimum secundum annum aegens, temperamenti totius calidi, & humidum, jecoris vero calidioris, atque excedentis humiditatis ipsius capitis, habitus moderatè carnosus, destillationibus obnoxius, præsertim in nares & in gingivas, easdem erodentibus, unde sanguinis exustiones, semper tamen sine tussi. Quoniam pulmonum phlogosum Romæ fuit passus, ob quam ad maciem insignem redactus fuerat, ideo & sanguinem fervidum & cor præcælidum habere creditus est, à macie tamen Medicis auxiliis ad pristinum habitum mediocriter carnosum restitutus. Verùm tandem spatio quadraginta dierum, ter extempore prostratus in terram cecidit, prægressa objectorum circumvolutione, quinimo & ipsius proprii capitis, nulla tamen observata principum actionum læsione, sed tantummodo post casum conquestus, quod omnia objecta circumagi sibi visa sint, simulque totum caput, adeo ut stare nequeat, sed in faciem procidere coactus fuerit. Jam dictorum verò affectuum causam in liberam vitam, & præsertim in ætatem nocturnam, & multo magis in propriam capitis naturalem intemperiem retulit ipse Patientis. Qui præsentem statum magnificens, & pejora timens, de ægendis pro maiori præsentis ablatione, & imminentis præservacione consulit.

Multa in relatione adducta sunt à nobis consideranda, aliqua verò curanda, & quidem casus ille repentinus, qui ter jam Nob. Patienti spatio quadraginta dierum contigit. Secundò Perpetua & antiqua capitis destillatio. Tertio Latens gallica lues, à Parentibus in utero contracta; Quæram omnium eum unica ferè causa sit, unquam quoque Curacionem esse posse exillimo.

Prior igitur & præcipua affectio est Vertigo, ita dicta à vertendo; incipit enim ab objectorum apparente circumvolutione, quæ quoniam ultro procedit ob causam vehementiam, plures acquirendus, sit in imperfectione propria, perfecta; adeo ut non solum simplex Dinos, in qua Patientis stare pedibus potest; sed completa & Scotodinos evadat, in qua caput ipsum quoque & totum corpus in gyrum moveri videtur, sicque procidere cogitur. Symptomata in actione visiva primò depravate, sed mox etiam abolite, & præterea abolite quoque motrice facultate læsa, quod ab alio symptomate pendet, nimirum ab imaginatrice circa objecta visa decepta. Horum autem symptomatum causa immediata est inordinatus motus spirituum animalium, & præsertim visoriorum, qui dum rectè ad opticeos nervos ferri debent, à vaporibus iisdem commissis agitati inordinato & irregulari motu moventur, qui motus meteorizantium ad iustar, necessario circularis evadit, cum neque sursum, neque deorsum vapor moveri possit; non deorsum, quia vapor; non sursum, quia crassus, nec in medio quiescere, ideo meteorizans, neutro vincente motu, ut considerabat Arist. circulariter moveri cogitur: quo circulari motu receptæ ab oculo species visivæ, & ipse circumaguntur, quamvis objecta visa revera stent, nec moveantur, falso tamen imaginationi circumducta offerantur. Quod si contingat (ut in casu præsentis) quod vapores jam dicti crassioris subtilitatis vehementiori motu unà cum spiritibus visoriorum rapide in gyrum moventur, primò obtenebratur visio, & præterea etiam à nervorum principio, rapido illo motu circulari divertuntur, sicque tenebræ oculis observantur, & in terram motu privatus cadere cogitur, unde Vertigo simplex, Dinos dicta, tenebriosa, & Scotodinos evadit. Vap. f. s. a. autem jam dicta materia, licet

à sola capitis imbecillitate ac humida intemperie produci possit, attamen hæc raro datur sine materie præsentia, maxime verò in præsentis, dum copiosus semper materie catarrhalis proventus ad nares & os decumbentis fuit observatus, quæ forsitan crassior reddita, nec ad motum adeo apta, in cerebro fuit detenta, & à calore continuo resolvente in halitus atque vapores conversa: adeo ut flant atque vigente humida capitis intemperie, vigere quoque catarrhalis materie generationem necesse sit, eoque magis si sit addita gallica lues. Quare retentrice facultate imbecilli reddita, simulque à copia nonnihil expultrice irritata, necessario sequitur rheumaticus affectus, sive ad nares, sive ad os; & nisi tota defluat materia, retenta vertiginosum jam dictum affectum, ut causa remota atque mediata conservare potest. Ex quibus elicitur caput essentialiter non solum, sed & primariò affectum esse, cum causa in eodem non modo reperitur, verùm & producat ob ipsius calidam & humidam intemperiem, naturalem quidem, sed mox etiam ab ætate nocturno non parum adauctam: licet negandum non sit aliquis quoque consensus à visceribus faciliè lue gallica à nativitate infectis, & intemperie calida unà cum sanguine affectis, si quæ Romæ contigerunt, considerentur.

Est affectus quidam ille periculi plenus, cum ex improvviso procidens, vel caput sibi contundere ac frangere, vel etiam prope aquam suffocari possit; præterquam quod Epilepsie in hoc Juvene proximus sit. Destillatio verò ad varias corporis partes decumbens, varia quoque mala atque symptomata parere solet; & si fortasse ad pulmones, quod Deus avertat, cum jam gingivas corroderit, Phthisim quoque excitare possit, ut propterea ab Hipp. malignissima, & à Celso pestifera dicta fuerit; cuius malignitas à Gallici suspitione fovetur; ideo eradenda. Curatio proximo Vere omnino erit instituenda, aliquibus tamen interim administratis præsiidiis, ne morbus usque ad illud tempus firmetur & invalescat.

Primò igitur bis aut ter in mense assumat tale evacuans.

℞. Elect. lenis. ℥vi. pil. massic. ℥ss. magist. mechoc. gr. x. m. f. b. duabus horis ante cibum assuamendi.

Secundò Quotidie manè, antequam è lecto surgat, frictions exerceantur à nuca per dorsum usque ad nares, panno calido; Vespere verò ante coenam sicut pedibus lotiones aqua calente per horæ dimidium.

Tertio Prima mensa hauriat jus carnis tenuis, boragine & endivia, aut salvia alterarum.

Quarto Sub ingestum lecti familiarem habent conservam è floribus, aut beton. aut salvia, aut ros. marini, & capite æstuante, etiam ex rosæ, vel noctu dormiens in ore detineat rotulam confessionis, ex quinta essentia rotis marini & saccharo paratæ.

Vere autem proximo pro legitima ac regulari curacione primæ viæ erunt expiandæ, Secundò Totum venosum genus depurandum. Tertio Caput purgandum. Quarto Intemperies ejusdem humida corrigenda, & Celtica qualitas expugnanda. Quintò Caput idem roborandum; atque tandem viscerum & sanguinis calor contemperandus.

Quibus ut facisfaciamus, ex fonte Chirurgico duplex erit depromenda sanguinis massa, ex brachio prima pro curacione, quam vertigine correptis convenire docebat Gal. altera ex pede pro præservacione, & hanc vertiginis obnoxius conferre dicebat. Cauteris si gesserit, custodiantur: sin minus, ad graviores ætatem differantur, cum curatio eradicativa modo sit tentanda, nisi tamen affectus contumacia

tumacia eadem citius expossulet. Reliquæ omnes revulsiones, & præsertim jam dictæ frictiones & lotiones in usum familiarem ducendæ.

Reliqua ex Pharmaceutico fonte desumenda; Quare leniens esse poterit.

℞. Pot. ex manna clarif. cum crem. tart. ℥vi. aq. flo. citri par. m. f. pot.

Vel ℞. Elect. lenit. ℥vi. crem. tart. ℥ij. m. f. boli. Primum præparans sine diluto sit.

℞. Julip. acet. oxymel. simpl. syr. de cortic. citri, aut aq. tot. citri an. ℥j. m. pro syr. & sic pro aliis quinque. Deinde alterum ex præscriptis medicamentis lenientibus repetatur. Inde ad ulteriorem præparationem est deveniendum.

℞. Succu depur. & per arenam trajecti; cich. borag. beton. an. ℥j. decoct. cichor. borag. melissæ, salvizæ, beton. rutæ capr. card. sancti unc. v. m. pro syr. & sic pro aliis septem; quibus succedat humorum præparatorum expurgatio, ita

℞. Rhab. opt. ℥j. agar. troch. fol. senæ electæ an. ℥ij. cinnam. integri ℥j. aq. beton. q. l. m. f. inf. per hor. 12. deinde facta forti expressione adde syr. ros. solut. unc. iij. mel. ros. sol. unc. ij. m. f. potio; tribus horis ab assumpta potione superbibat mulsæ dilutzæ, aquæ hord. paratæ, aut simplicis aq. hord. corticib. citri alteratæ ℥ij. & duabus horis ab assumpta aqua prandeat.

Vel ℞. Elect. lenit. ℥vi. elect. de sacco ros. diaphenic. an. ℥ss. m. f. Boli; quibus post horam superbibat mulsam, vel aquam præscriptam, & tribus horis ab assumpta aqua prandeat.

Toto expurgato, caput quoque expurgandum erit ita

℞. Pil. de hiera cum agar. cochiar. aur. an. ℥ss. mercurii dulcis. gr. vi. m. ref. pil. & aur. quæ bis aut ter quarto quoque die erant repetendæ, superpræbendo post duas horas aquæ Nocer. lib. ii. & tribus horis ab assumpta aqua prandeat. Diebus verò intermediis sumat syrupos capitales ita parandos.

℞. Succu depur. per arenam trajecti. cich. Beton. salvizæ, aut majoranzæ an. unc. j. tart. vitriol. gr. x. decoct. stechad. majoranzæ, hysopi unc. v. m. pro syrupo. & sic pro aliis. Interim ad nares quoque errhino aliquo, sed levissimo (ne spiritus ad motum irregularem concitentur) materia pituitosa est revocanda; sat sit igitur per nares attrahere pulverem majoranzæ, aut subdere radicem Betæ, aut cyclamin. corticem quoque arantiorum, aut citri. Tutiora autem essent Masticatoria, nisi ab erosione gingivarum inhiberetur materiz catharralis attractio.

Toto, & capite expurgatis, quartæ intentioni erit satisfaciendum, humidam capitis intemperiem exiccando, & latentem gallicam virulentiam alexipharmacis extirpando; quæ omnia præstari poterunt sudorifico Decocto ita parando.

℞. Salfæ parillæ electæ, ligni visci querc. ligni Buxi an. unc. j. pulpæ guajaci, radic. imperat. an. unc. ss. aq. stillat. cich. lib. ij. Beton. ℥ij. rutæ capr. card. sancti an. ℥ss. m. f. inf. per hor. 24. deinde Bull. ad consumpt. dimidii, & colat. fervetur pro tribus vicibus, summo mane hora una ante ingressum hypocausti præbenda, cui affundantur quintæ essentiz rotis marini gutt. iij. & si sudor non adeo facile primis diebus provocetur, omittatur quinta essentia rot. mar. & præbeantur gr. xv. pulv. Vipertini. Perseveret autem in hoc sudorifico Decocto triginta aut quadraginta diebus semel in die, ad summum per horæ dimidium; & decimo quoque die assumat leniens ex manna clarif. ad unc. vi. Nec hoc tempore victus ratio sit valde tenuis, sed saltem tertio quoque die pullus junior assus, vel palumbus ex turre concedatur; sicuti interdum quoque concedi potest ptisana hordeacea. Pro potu vero consueto.

℞. Residuum, aq. comm. lib. xv. m. Bull. ad consumpt. tertiz in sine addendo cinnam. integri ℥ij. Bull. parum, & colaturæ adhuc ferventi dissolve sacchari albi unc. i v. & adde frustula citri rec. ut agitando fiat aqua vulgo dicta Cedrata.

Terminato sudore, caput roborandum intrinsicis & extrinsicis. Intrinsicis sub ingressum lecti sumat cochlear conservæ hujusmodi.

℞. Conservæ è flor. beton. unc. iij. ros. mar. unc. ij. tinct. coral. chymicæ, quintæ essentiz ros. an. gutt. x. specierum aromat. ros. ℥ij. m. & cum aq. florum citri q. l. reform. Electuarium. Roborandi quoque non levi facultatem obtinet confectio ex quinta essentia ros. mar. ita paranda.

℞. Sacchari albi, dissoluti cum aq. Cinnam. unc. ij. quintæ essentiz ros. mar. ℥j. m. ref. rotulæ ad ignem, noctu in ore detinendæ. Extrinsecus verò illiniantur futura coronalis, tempora & nares eadem quinta essentia rosifmarini, vel oleo majoranzæ chymico.

Tandem viscerum calor erit contemperandus, in quem finem opportunissimus erit usus aquæ Nocerizæ ut quæ caput non petat, sicut reliquæ mineralles facere solent. Et si corporis habitus gracilior fuerit redditus, conveniens erit quoque Bañeum aquæ dulcis.

Quibus omnibus congrua erit addenda victus ratio, Caput ab æris inclementiis tum calidis, tum frigidis custodiendo; Cavendo summopere à quolibet præcipiti loco; Ab infectione objecti in gyrum commoti, ut rotarum & fluminum: pariter ab aspectu locorum profundorum, & cautè vitam degat in quocunque vel brevi itinere peragendo, à vaporosis omnibus abstineat, præsertim à lacticiis & vinis generosis. Somnum pomeridianum evitet: saltem sit brevis & elato capite; Exercitium fiat semper jejuno ventriculo. A venere prorsus per annum abstineat, & alvus, si ipone non respondeat, sollicitetur; atque tandem alacri & confidenti animo vivat: ætas enim nobis omnia bona promittit, ut propterea Hipp. gratiosam Juventutem appellaverit. *Raym. Job. Fortis Consultat. & Resp. Medicar. Tom. 2. Cent. 1.*

Observationes.

Pro Vertigine.

Hoc vinum cuidam feri ita profuit, ut postea nunquam amplius de vertigine admodum conquere-retur.

℞. Senn. ℥ij. turbith. ℥ss. agar. ℥ij. zinzib. ℥j. piper. ℥ss. sem. coriandr. ℥j. absynth. ℥ij. summit. cent. min. majoran. an. ℥j. in lund. in mesura i. vini; bibat diebus aliquot. Vixit diu postea incolumis. *Felix Plate-rus. observ. lib. 1. pag. 100.*

* Pilulæ nunc describendæ ex intervallis frequentibus devorentur; quippe quæ efficacissimæ sunt ad affectum hunc demendum, simulque ad caput & omnes sensus confirmandum.

℞. Agar. el. ℥ij. colocynth. ℥ss. myrobal. cheb. ℥j. sem. major. rutæ, pæon. an. ℥j. zinzib. asar. piper. an. ℥j. nuc. mosch. cubeb. ca. yophyll. xyloalcès, mastich. cardamom. spic. narc. an. ℥ss. hellebor. ℥ij. sal. gemm. nitri, an. gr. v. aloès hepat. pondus duplum. F. pilulæ cum benedicta, quarum ℥j. bis terque in mense, vel ℥j. tertio quoque die exhibeantur. *D. Zecchius, consult. 96.*

Inter alia placeret mihi aliquando usus sequentis Electuarii, quod quidam Hippocratis Theriacen vocant. Ego non semel ejus usu similes, & eo graviores morbos curavi.

℞. Sac.

℞. Succī absynth. succ. marthub. succi stæch. mastich. rhei, chamædr. chamæpit. an. ʒij. hyilop. ʒj. agar. boni, ad pondus omnium, pulverizentur omnia subtilissimè, & excipiantur melle cocto; detur manè à ʒj. ad ʒvj. in decocto stæchad. Hujus loci si placet.

℞. Theriac. bonæ antiq. vel mithridat. confet. v. fl. beton. vel salviæ, vel anthos. an. partem 1. conserv. rosar. part. ij. cum melle anthosato. F. Electuarium. *Reynerus Solenander. conf. 2. sect. 1.*

Præmissis venæsectione & purgatione, mihi placet per triginta dies sarsæ & ligni decoctum cum cichoraceis paratum sumat. *Hieron. Mercurialis. consult. 3. Tom. 1.*

Præ cæteris oleum buxi sicut in Epilepsia ita in vertigine optimum judicatur remedium intus & extra; mungendo eo quotidie pulvis & carpum, & plantas pedum: intus verò in hunc modum.

℞. Conserv. fl. rosismar. ʒij. ol. buxi. nuc. mosch. menth. chymico modo extract. an. ʒ6. M. cum syr. cort. citri. F. Electuar. cujus sumat manè ʒ6. Est remedium præstantissimum corroborans ventriculum & cor. Quamvis si per os guttæ viii. aut x. olei buxi cum ʒij. aqu. pæon. exhibeantur nullum sentiet hoc, mea sententia, præstantius auxilium. *Kodericus à Fonseca. Tom. 1. consult. 16.*

Vertigo per consensum periodica.

Vir temperamenti biliosi, per viginti & plures annos stomachi dolore, vomitu frequenti, ac aurium tinnitu, simulque vertigine periodica molestratus, ut vix sibi fideret ædibus exire, cum sæpè in publico deambulans, vel sedens, vel stans improvise assilgebatur: post unum & alterum Medicum, multorumque medicamentorum usum, venæsectionem ac fonticulorum in brachiis & crure dextro excitationem, suasi ego, ut præmissis universalibus, semper pridie ante novilunium & plenilunium Pilulis certis cholagogis, vel clystere uteretur, quo bilis excrementitia per epicalia educeretur, & vapo es bilis acres revellerentur, bisque in anno hirudines venis hæmorrhoidalibus applicarentur, non posthabitis interim caput roborantibus, ac hepatis bilisque fervorem reslinguentibus; ex quibus symptomata graviora desierunt, & vertigo rariùs rediit. Denique verò Ann. Chr. 1671. ætatis anno sexagesimo secundo, apoplexia fortè super prandium tactus, intra horæ spatium mortem obiit. *Helvigius.*

Scholium Helvigiæ. Vertigo Latinis à vertendo nomen habet, qui enim hoc malo corripuntur imaginantur sibi omnia verti & in gyrum agi; inde & imaginatio falsa dicitur. Ab authoribus Græcis variis, secundum vehementiæ gradus & causarum essentias, appellationes adeptæ est. Vertigo autem propriè est affectio, qua omnia circumagi videntur, orta ex calido, tenui, & acri vapore, per arterias in cerebri sinus vel ventriculos irreptentè, qui in plexu choroidæ spiritus & humores exagitans & variè impellens, turbulentos sensus, motusque causat. Sicuti ferè iisdem verbis Petrus in Nosolog. suæ dissert. 6. in append. affectum hunc delineavit. Vertigo potè duplex est: Primaria, quæ primariò cerebrum afficit: vel per consensum, quæ ventriculi aliarumque partium consortio fit. Hac nostrum ægrum laborasse, manifestum est, & ut specialius edicam, fuisse affectum per consensum à vaporibus hepatis calidi, & bilis in stomachum effusæ originem habentem. Et cum omnis humoris vapor calidus vel frigidus caput petere, & vertiginem excitare possit, docente Galeno lib. 3. de loc. affect. cap. 3. itemque lib. 3. aphorism. 23. vapor hic calidus è ventriculo bile infusato, ut Heurnius loquitur

Tom. IV. Pars II.

in tract. de morb. capit. in sing. part. cap. 10. spiritus visorios inficit, & occurrit humori vaporique cerebri frigido, unde agitatio cum circumgyratione, simulque vel ventriculorum cerebri repletio & occlusio causatur, ex qua caligo oritur, qualis in aère purissimo cernitur, quando fumida aura nigraque suffunditur. Qua via autem bilis in ventriculum feratur, à variis disputatur, & multi putant ex intestino jejunò in ventriculum bilem regurgitare. Sed P. Severinus vult bilem in ventriculum deferri per partem meatas biliaris, quæ in fundo ventriculi inseritur, de quo Bartholin. lib. 1. Anatom. refer. cap. 9. & 15. dubitat, scribens, non naturalem hunc ductum esse, sed errorem saliem naturæ, & quidem petrarò inveniri, ac picrocholis plerumque contingere, qui idcirco bilis evomitica obnoxii sunt. Galenus, vel qui author est lib. 6. de admistr. anatom. cap. 12. meminit canalis fellei exigui, qui supra pylorum in ventriculum feratur, & hujus canalis biliaris in ventriculum Riolanus lib. 2. anthropograph. cap. 22. adducit oculos testes, Nicolaum Massam, Andream Vesalium, & Bartholomæum Cabrolium, cujus observatione cum non sub omnium manu versentur, placuit ex iis sextam de verbo ad verbum huc apponere. Secundo, inquit, Comitum Aufumundianum, raritate commendabile quid offendimus, potum scilicet choledochum, alias in ecphylin se exonerantem, proximè pylorum expressum habuisse, ita ut non minus ventriculo, quam intestino bilem transmitteret. Quæ causa illi fuit, cui sæpiùs nausearet, vomeretque, & quod hinc sequitur, alvo esset duriori. Natura enim nativo suo clymate seu rhabarbaro orba, cum nihil expultricem irritaret, desidebat, unde subito cholera diem finit. Signa vertiginis per consensum plerumque habentur inappetentia, nausea, oris amaritudo, cardialgia: & quod maximè notandum, referente Galeno lib. 2. aphorism. 17. Vertigo gravis & diuturna via quasi sit ad apoplexiam.

Anatomicæ Inspecciones.

Vertigo à seroso humore cerebri anfractus alluente, ejusque ventriculos replente & Arterias venisque coalitis, cum glandulis plurimis & duris adstis.

Italus quidam mercator, bene coloratus & bene habitus, in virili ætate sensim cæpit vertigine laborare, quæ ætatis decursu adeo invaluit ut nec ambulare, nec in lecto se erigere quin corrueret, posset: Sic autem otiosus decumbens dies noctesque in lectulo, cibum nihilominus capiens & bibens sanorum instar & dormiens mirè factus est obæsus, atque eo modo multos annos, scabie interim quandoque infestatus, perdaravit, tandem vero *Cato* correptus in somnum profundum incidit, quo diebus aliquot elapsis expiravit.

Causam indagaturi, antequam calvarie scutella detraheretur, à sectione vulnerata illa crassa meningæ aqueus humor copiosè per faciem in corporis, quod erectum nonnihil erat, humeros pectusque defluens linteamina admodum madefaciebat. Calvarie dein pars separata, cum tenaciter duræ matri connata esset, agrè ab ea, & non citra illius dilacerationem avelli potuit. Intrinsicus omnes cerebri anfractus & ventriculi aqua madebant: Vas venosum, omnesque arterie induratae callosæque factæ occaluerant, distinctisque globulis toto ductu undique in capite, ad ipsorum juxta infundibulum insertionem usque protuberabant.

Ex quibus & aquam, longo tempore in capite collectam

X x

collectam

collectam fluctuantemque & vertiginis & cari subsequens causam fuisse, ubi & arteriarum illam obstructionem vertiginisprehendimus: *Baubinus Theat. Anat. cap. ultim. de Similibus partibus: Platerus obfero. l. i. p. 101.*

Repletionem cerebri ab humore aqueo, tam seroso quam pituitoso factam, vertiginem causare certum est, Quod ex ipsorum relatione constat, qui de fluctuatione in capite conqueruntur: Et aperta calvaria hanc humoris immensam copiam sæpe invenimus: In eoque cui arterias quoque occuluisse diximus, tantam illius copiamprehendimus, ut aperto cranio undatim defluerit: Quæ & una cum arteriarum illa obstructione, geminam causam vertiginis profereos, eam tam diuturnam & incurabilem effecerat. *Idem Præseos lib. 1. cap. 7.*

Vertigo ab abscessu in cerebro aquâ limpida repleto.

Anno 1674. narravit mihi Nicol. Reutten Chirurgus de suis ovculis, quarum una laboravit Vertigine, Ex relatione pecoris magistri, hoc malum pulchrioribus sere esse commune, ipsaque, toto cerebro in aquam converso, tandem subita morte perire: Dicitur Chirurgus ovculam vertigine & longa circumgyratione debilitatam mactari iussit: mactata caput aperui: detectis meningibus cerebri substantiam, ejusque anteriores ventriculos perlustrans, ne guttulam aquæ reperi: hinc, tertium & quartum inspexi, in quibus pariter nullam aquæ vestigium invenire licuit, sed tertius concreto sanguine repletus comparuit: postea olfactus origana manubrio scalpelli anatomici osse elevavi, & in sinistro latere, inter cerebrum nempe & piam matrem, inveni abscessum instar vesicæ piscium, aquâ limpidiSSimâ repletum, propeque oculum sinistrum substantiam cerebri subnigram: Ego miratus fui, cum in hoc malo ipsissimum cerebrum afficeretur, ceu ovcula non potius convulsionibus aut paralyti, quam vertigine laboraret.

Anno 1675. una ex meis ovculis simili vertigine interit: quare secui caput, & ablato cranio, substantiam cerebri cum omnibus integumentis examinavi, statimque in sinistro occipitis quasi latere, sub dura matre folliculum, instar piscium vesicæ, crassum, aquaque & vermiculis, quales in caseis generantur, repleum, incipiebat enim ad fundum putrescere: Hic autem tumor tunicatus, magnitudine ovum gallinæ superans, in cerebri substantiam ita se insinuavit, ut tertium ejus ventriculum nonnihil comprimeret: hæc ovcula, opilionè teste, tota sui interitus die in dextram sese partem circumgyravit.

Quod accidit superioribus ovculis, illud etiam hominibus evenire potest: observavi namque similem affectum in Maria N. quæ post contusionem syn-
cipitis à me curatam, integrum annum de sola vertigine gravissimas querelas habuit, remediisque frustra usurpatis Apoplexiâ fortissimâ subito obiit.

Apertâ calvariâ, inspectoque cerebro, in sinistro latere tumorem, quoad folliculum & materiam contentam, superiorum duorum postremo non absimilem, qui magnitudinem ovi gallinæ medioeris adæquant tertium cerebri ventriculum ex parte compressit:

Quærentibus quænam hujus tumoris tunicati causa extiterit? Respondi, nec forsitan adeo male, quod cerebrum ea parte vehementer percussum, debilitatem quandam contraxerit, ob quam affluens alimentum non in cerebri, sed in descripti tumoris substantiam fuit conversum, *J. Scultetus Chirurg. Armentar. Observat. 10. & 11.*

Vertigo à vesiculis aqueo humore repletis, in cerebri ventriculis.

Vertiginum gravissimarum causam nonnunquam esse vesiculas, aqueo & seroso humore plenas, in tertio ventriculo conspicabiles, plus vice simplici in ovcibus, & semel in homine animadverti. *Roslinkius Dissert. Anat. lib. 1. cap. 13.*

Anno 1650. cum juvenca in pascuis crebrius vertigine corripereetur, mactata fuit: capite aperto, ac cerebro denudato, sinistrum latus sub sincipite tumidius & mollius reperi, quod cum durius attrectassem, profiliit aqua limpidiSSima, faciemque mihi conspurcavit, tumor subsidit: divulso cerebro ad corpus usque callosum, ventriculum sinistrum aperui, inveni vesicam tenerissimam totam ejus anteriorem partem occupantem, quam citra ulteriorem lacerationem integram extraxi, superantem ovum galinaceum magnitudine: In ventriculo, tam verticem versus superius, & infra, asperitas leviuscula, ubi vesica annata erat, apparuit, ac si feminibus papaveris albi aspersa fuisset: ventriculus iste sinistret duplo major erat dextro in anteriore parte: superior ejus pars & lateralis tempora versus, propter extensionem, tenuis & vix cultelli dorsum crassitie æquavit: cætera sana erant.

Retulit mihi N. frequentem esse morbum boum apud Subsylvanos in Helvetia, se Vertigine prodentem, ac bubulcos esse qui ipsi medeantur hac ratione, primum malleolo cranium post cornua pulsant, ubi ex sono aliud vacuum spatium, ac ordinarie sunt in craniis bubulis, percipiunt: statim in pulsato loco perterebrant, ac foramini pennam iudant, & attracto spiritu vesicas hujusmodi extrahunt; Si in superficie existat, prompte suctioni cedit: Si autem profundior & cerebro immersa sit, successu eos frustrari dixit, ac proinde semper lanuis huic operæ adflat, ut si de animalis valetudine desperetur, ipse curationis telam absolvat. Exemplum cæstorum se vidisse adseverat. *Wepferus de Apopl. pag. 69.*

Vertigo à magnis juxta cerebri dextrum ventriculum Hydatidibus, &c.

Hydatides majores intra ventriculos Jumentorum Vertiginis causa vulgo creduntur, atque hujus causa ad eximendos folliculos aquâ plenos trypano cranium perforatur, & vesiculæ sectione per pennam facta proluciantur, ut supra, Observ. 9. memini: Id à rustico Berovicensi, hujus artis perito, Gurtvivilæ 1664. præstitum, atque aliquot hydatides extractas fuisse vidi: Verùm cum pluribus hydatidibus; quarum quædam nuce moschata non minores erant; edoctis verrigo non cessaret, Jumentum necessariò protinus mactandum judicavit, quod plures in profundioribus cerebri partibus laterent eæque lethifere: In mactati animalis ventriculis cerebri, præcipuè sinistro, & pariete intergerino, cerebrum à cerebello distinguente, ubi cerebrum respicit, plurimas inveni, plerasque instar ovorum serpentinorum, aut laceratarum coherentes, & tum internæ ventriculorum membranæ medullam operienti, tum parieti dicto accretas.

Amicus quidam meus vidit in prædio suo vitulum anniculum inter armenta sua, ob Vertiginem semper ad latus inclinare ab aliquot septimanis: noluit illum veterinarii dubio experimento exponere, sed protinus mactandum curavit, & capite integro me donavit: Ablata olla & dura meninge, cerebri pars anterior quasi fumo denigrata apparuit, quamvis nunquam in fumoso stabulo commoratus fuisset: *Detracta*

Vertigo:

Detracta tenui meninge, cerebri superficies sanorum instar albebat: In dextro ventriculo nihil p. n. nisi hydatidis in plexu choroideo, ubi ejus ala cum sinistra jungitur, prope glandulam pinealem, apparuit: Aperto sinistro ventriculo, mox grumus sanguinis, longior & major ovo gallinaceo secundum longitudinem dimidiato, durus, tenax & granulis minutis, rotundis, albicantibus, seminis papav. albi aliquomodo similibus conspersus occurrit: Ventriculus ad methodum *Excell. Dom. Sylvii* undique dilatatus triplo amplior, ejusque tabulatum superius tenue, verum multò tenuior & quasi membranæa erat pars ejus posterior cranio incumbens, ibidemque superficies interna sordido vulæri similis, inæqualis & viridis apparuit: deterfis blandè sordibus, secedebant corpuscula lentis magnitudine, viridia, caeco Glaronensi colore & consistentiâ similia: Plexus choroidei ala sinistra amplior, crassior & densior erat naturali, aliquot centenis granulis, magnitudine seminis papaveris albi conspersa, ea serie composita qua semina bombycum aut araneorum conspiciuntur: In nullo ventriculorum lymphæ aut serum redundavit: Processus mammillares ambo cavi erant & sinistro dexter amplior, aqua limpidi-ssimâ pleus: Grumus sanguinis non demum post mortem concretum existimo, nam citra percussione[m] capitis necabatur: Sinister ventriculus ita distensus erat, ut foris anfractus oblitterati essent: grumus compactior erat quam ut talem firmitatem statim à mactatione nancisci potuisset, ut taceam granula quibus aspersus erat: Granula ista, quæ ad manus, exsiccata, subflava sunt & pellucida instar succini.

Vertigo excitata à repletione cerebri ab humore aqueo, tum seroso, tum pituitoso.

Repletionem cerebri ab humore aqueo, tam seroso quam pituitoso factam, Vertiginem illam causare quæ Apoplexiam & Carum præcedere aut minari solet, certum est. Quæ frequens & diuturna, & nisi præcaveatur, in hosce morbos terminari cum vitæ summo discrimine solet: Verum hoc refrigerando & humectando cerebrum non facit, cum agitatio hæc spirituum quæ in Vertigine fit, sic potius impeditur quam promoveretur: Sed fit hoc cum cerebri anfractus spatiaque adimplens, maximâ copiâ calvariam replendo, & statuum simul copiam generando (qui ex aqueis humoribus sæpius quam vapores generantur) in ea fluctuat: Tunc enim sicuti in cordis involuero aqua redundans, cum agitur, palpitationem cordis facit, ita & hic cerebrum undique opplens, cum caput movetur, agitur humor & capitis motum sequutus, talem sensum capiti præbet: Quod ex ipsorum relatione qui de tali fluctuatione conqueruntur, satis patet: Et apertâ calvariâ hanc humoris immensam copiam sæpe numero invenimus, sicuti in apoplexia dictum. *Platerus Præc. Tom. 1. p. m. 183.*

Vertigo à Sphacela cerebri in Bove genita.

Vermes capita brutorum infestare creduntur, cum præter consuetudinem delirare solent: Tales subinde in cerebro Equorum visi: De quibus observat *Laurentius Rustus* Equum semel vermibus infestatum nunquam impotenter ex solito agilem, tametsi integra valetudine appareat: In Bove Jani Johannis, Cauponarii Hagestedani, aliter observatum, in quo Vertigine laborante, cum mactaretur, Univerfa cerebri compages nigricans visa instar atramenti, & sicut aqua disfluens præsertim sinistra parte, ad quam plerumque vivus caput flectebat; Homidæ æstatis vitio id contraxisse existimandum; *Hippocr. Tom. IV. Pars II.*

oraculo Coaca 187. Sideratos septem dies evadentes perire scimus si os disparatum apparuerit. *Bartholinus Act. med. anni 1671. Observ. 33.*

VESICÆ URINARIÆ MORBI.

DE iis vide sigillatim capitibus de Calculo vesicæ, de Urinarum morbis, &c.

VIGILIE

Vid.

PERVIGILIUM.

VIRIUM IMBECILLITAS.

Virium imbecillitatem peculiarem morbi speciem constituunt Medici, quam cordi quidem tribuunt; asserunt tamen, in hoc morbi genere non vitales solum vires lædi, & imminui, sed etiam animales semper affici. Quia verò etiam in qualibet impotentia motus, de quibus in morbis capitis, datur virium imbecillitas, quoties scilicet illa à debilitate provenit, vident quidem illa, atque asserunt, hanc virium imbecillitatem cordi tributam esse impotentiam motus, sed hanc pendere ab affectione cordis, caloris insiti, & spirituum influentium tanquam à causa primaria, illam verò à cerebro primariò affecto: quæ sanè hunc in modum explicata verissima esse possunt. Sed illud minus aptè factum videtur, virium imbecillitatem à corde primariò affecto provenientem constituere suam morbi speciem diversam ab aliqua ex iis, quæ continentur ab Eclysi usque ad Asphyxiam; nihil enim illæ sunt aliud, quam variæ imbecillitates virium decrecentes per gradus, indicatæque à minori semper validitate pulsus, quousque hic prorsus aboleatur; & prout imbecillitas hæc major est, aut minor, habet conjunctum pulsum parvum, languidum, tardum, rarum, intermittentem, obscurum, mirum, formicantem, vermiculantem. Apertis igitur ad eorum morborum aliquem redigetur, cum insuper conjunctam habeat difficultatem motus, & ægritudinem in obeundis actionibus, quæ semper cum eorum morborum singulis conjuncta est, & æger ejusmodi imbecillitate laborans de hac una virium imbecillitate conqueritur. Itaque hujus morbi causæ, & suarum affectionum necessitas ex causis intermissionis pulsus, & syncopes abundè linquent. Et eadem hunc antecedunt, quæ syncopem. Sed illud admonendum, in imbecillitate virium, etiamsi cerebrum primariò affectum non sit, non esse necessarium, ut semper primariò sit affectum cor; quælibet enim causa intermissionem pulsus producere potens, si sit tanto remissior, ut solum diminutionem pulsus, non autem intermissionem excitare valeat, imbecillitatem virium illa profectò pariet: patet autem ex superioribus; quot modis hæc diminutio pulsus haberi possit, etiamsi nec primariò cerebrum, nec primariò cor afficiatur. Insuper omnino naturaliter se habeat cor, nempe neque primariò, neque secundariò ejus corpus, calor insitus, aut influens patitur, sed solum vitio aliarum partium parum sanguinis generetur: igitur pulsus parvus &c. debilitas, & virium imbecillitas, & motuum

X x 2

diffi.

difficultas, & actionum ægrotudo inde succedunt. Adde his obstructions in summis canaliculis per extrema corporis repentibus sanguinem reflueri non permittentes, & quæ his similia plurima addi possent sanguinem sistentia, cujus solius quietis ratione nulla affectione cordis virium imbecillitas oriatur. Sed hæc ulterius non urgeamus, cum semper vulgares Medici tueri se possint asserendo, nomine imbecillitatis virium, quam morbis Cordis annumerant, intelligendam esse illam imbecillitatem, quæ provenit à Corde primario affecto: inde tamen non evadunt, cur nempe hæc virium imbecillitas non sit habendus aliquis morbus ex iis, qui ab Eclysi usque ad Asphyxiam continentur, vel saltem non sit primum genus eorum omnium, atque supra Eclysim ponendam, ita ut etiam Eclysis cum cæteris sit species ejus. Nos itaque hæc pauca seorsim de imbecillitate virium notavimus memorie gratiâ ad morem Medicorum, cum cæteroquin morbis superioribus annumerari debeat, & nihil habeat ab iis diversum præter causas levius operantes: Medici autem necessitatem hujus morbi potius excogitasse videantur, suum peculiarem morbum in diminutione, & læsione actionibus etiam vitalibus tribuerent, quam quia re ipsa detur saltem eo modo genitus, quo ab ipsis fingitur, per læsionem scilicet caloris insiti, & spirituum influentium, ut patet ex Anatomicis, & circuitu sanguinis. De hac igitur satis. *Laurentius Bellini Tractatu de Morbis Pectoris.*

Pro imbecillitate virium à nimia sanguinis profusione post partum.

Ex vervecum cordibus extrahi succum jussi, qui in hujusmodi virium defectibus instaurandis miras profectû & excellentes vires habet: extrahendi autem hujusmodi succum hæc est ratio: accepto vervecis corde finditur medium, & probe aqua eluitur, ut qui intro conclusus est sanguis detergeatur, & quicquid fordidum in eo est auferatur, ultimo loco aq. rosac. probe confovetur, & in taleolas oblongas dissecatur, inque vitreato vase testaceo cum caryophyllis aliquot imponitur, sine ullo liquore, probeque operculato vase lato sapientia, in calentem furnum extracto pane inditur, quoad calore contabescens in succum eliquetur ac dissolvatur, inde post extrahitur, & aperto vase, sumitur inventus succus, & ægræ propinatur: mirum profectû quantoperè reficiendis ex inanitione viribus valeat: prout & quæ ex ovorum vitellis, vino, sacch. & cinnamomo sorbitio paratur, quam *Italarum* vulgus *Sambaion* vocat (& *Solenander ovum Lombardicum*) qua & ipse uti ægram moribundam, & viribus exhaustam jussi, unde mirificam sensit opem; spiritibus utique & nativo calore sanguineque auctis ac instaurans. Vitelli namque ovorum nullo negotio in sanguinem vertuntur, multoque amplius vinum, omnium enim Authore *Galeno*, velociter & maxime nutrientium præcipuum est vinum, saccharum verò dulcedine sua à natura facile complectitur, & gratum est; prout cinnamomum aromaticitate sua cor & membra omnia confirmat. *Franciscus Valeriola. observat. 6. lib. 6.*

Pro imbecillitate virium dignoscenda per oppressionem facta ab ea quæ per dissolutionem fit.

Ubi virium imbecillitas ob resolutionem facta est, tunc pulsus continuus est, parvus, languidus, ac valde frequens; ubi verò ob oppressionem sive gravationem contingit, tunc pulsus varius est, ac confusus, aliquando funditus perit, aliquando interci-

dit, aliquando sublevatur; nec minus illi evenit, quam bajulo onus ferenti, qui cum plus à pondere, quam pro virium suarum ratione gravatur, aliquando opprimitur, aliquando intercidit, aliquando sublevatur, interdum in varios torquetur motus: & secundum *Galenum* lib. *De introd. in pulsus*. Inæqualitates hæc oppressarum virium maxime propriæ exsunt. *Amatus Lusitanus. cent. 2. curat. 8.*

VIRGÆ MORBI

Vid.

PENIS MORBI

VIRILITAS EXTINGTA

Vid.

IMPOTENTIA VIRILIS

VIRORUM, Seu VIRILIS SEXUS MORBI SPECIALES.

De iis jam sub Titulis *Impotentia Virilis &c.* Hic tamen rursus quædam de illis ipsis morbis in genere ex *Clariss. Michael Etmullerò.*

Michael Etmullerus. De Morbis Sexui Virili Propriis.

SECTIO I.

De Seminis Virilis Læsa Generatione.

Læditur generatio feminis seu genitura tribus modis:

1. Quando deficit, aut imminuitur.
2. Quando abundat.
3. Quando depravatur, aut vitiosa redditur, dum nempe non tale semen, quale generatione aptum, sc. aut acre, nimis, aut aquosius, aut parulentius producit, aut alio peregrino colore est insignitum.

CAPUT I.

Articul. I. *De Seminis Defectu aut Insufficiencia.*

Cum autem posteriores modi rarò occurrant, in hac sectione primariam considerationem meretur deficiens & insufficientis seminis generatio.

Causa duplex est: aut fit

1. Ex vitio & defectu materiæ, ex qua genitura elaboranda est; aut
2. Vitio testium, qui istam elaborare debent.

In priori causa, quibus genitura planè deficit, præter hoc, quod careant stimulo Venereo, sunt etiam effæminati, torpidi, languidi, minus alacres, & eunuchos omnibus moribus imitantur.

Quod attinet materiam feminalem, seu ex qua genitura elaboranda venit, est hæc pars sanguinis chylosi, subdulcis & pinguior, adeoque plus minus viscosa seu mucilaginosa. Jam ergò, quicquid hanc materiam sanguinis chylosam absorbere potest, illud etiam omne geniturae defectum inducit, uti fit in vita nimis laboriosa, inedia, pravo victu, læsa chylifi-

chylificatione, & aliis vehementioribus animi affectibus, evacuationibus immodicis, vigiliis, &c. quod etiam fonticulorum abusus spectat. In specie vita laboriosa, exercitia, & alii graviores animi affectus, quæ acuendo quasi sanguinis fermentationem, & consequenter sanguinem nimis rarefaciendo, attenuando & acrem reddendo, eo ipso citam chyli assimilationem producunt, & sic materiam feminalem exhauriunt. Unde etiam est, quod pingues & corpulenti non semper geniturâ abundant, sed sæpè defectum illius patiuntur, utur lacte chyloso sanguis eorum scateat. Penitio est, quia iste chyli subdialis nondum sanguini assimilatus in progredinem facillit: Facit hæc appositè tritum istud proverbium: Sine Cerere & Libero friget Venus.

Pergo ad alteram causam, dum testium vitio deficit seminis generatio, quod multiplex est, & vel in defectu fermenti seminalis, vel in conformatione, in specie testium tumoribus, consistit.

Quoad I. Genituræ elaboratio impeditur, si fermentum ejus spermatis effectivum sit nimis torpidum, enervatum aut minus activum. Spirituosum enim hoc fermentum ubi torpet, minusque est volatile, est causa deficientis seminis. Spirituosum dixi; adeoque acidum oleosum volatite. Confirmatur hoc, quod omnia, quæ spiritus animales figunt, genituræ elaborationi obicem ponunt v. g. acida nimis fixa, vitriolata, nitrata, &c. Hinc est, quod econtra acria volatilia, imprimis aromatica & spirituosâ, spiritus excitando acuant hoc, & stimulant Venerem: hinc acida, in specie spiritus vitrioli aut nitri crebrius usurpatus, notabiliter genituræ elaborationem in testibus enervat, quod confirmat historia notabilis, quam refert B. nosser Langius in *Discurs. super Fabrum*, dum refert, quendam ex nimio abusu spiritus vitrioli aded immutatos acquisivisse testiculos, ut tandem ad pisorum quantitatem redacti fuerint: Postmodum intermisso vitrioli abusu sensim sensimque eadem recuperaverit. Item quod nitrum crudum, copioso acido turgidum, copiosius assumptum, Veneris impetus cohibet; hujus rei imprimis habet notabilem casum Timæus von *Göldenlee*, lib. 3. *Casib. 52.* de quodam Musico ad Venerem hiante, aded, ut nullo modo saturari posset, idque ex acriore Veneris stimulo; qui tamen fuit curatus continuo usu nitri crudi, seu nitri tantummodo depurati, in quo semen ita extinctum est, fermento testium destructo, ut vix propriæ uxori postmodum satisfecerit. De ruta & mentha dicunt quidam, quod Venerem extinguant, ut & de lactuca, sed sine ratione. Ad hujusmodi torporem testibus inducendum, vel fermentum testium exanguendum, multum etiam facit refrigeratio, aut nimium frigus externum; hinc enim & testes languent, generatio sanguinis imminuitur, & ipsum corpus denique totum insigniter alteratur. Facit nempe huc, quod observavit Salmuth. *Cent. 3. observ. 91.* quod milites, dum fluvia transeunt, si iisdem nimis refrigerentur & humectentur testes, quod exinde admodum effeminentur, & animositas in iis immutetur. Id quod illustratur ex eo, quod ebrietas, hæmorrhagia narium, &c. applicatis externè testibus frigidis & humidis, sedentur; hinc enim acetum testibus applicatum ebrietatem subito discutit; item simili ratione succus sempervivi cum aceto & nitro mistus & applicatus scroto sedat hæmorrhagiam narium, à nimia sanguinis effervescencia & turgescencia, ex causa interna ortam. Faciunt huc etiam suo modo Mercurialis seu Mercurius vivus, imprimis externè circa genitalia illitus; nam & hic ipse, uti nervis inimicus, ita etiam testibus hostilis est: Refert enim

Tom. IV. Pars II.

Schenckius in *observat. lib. 4.* de virilitate & stimulo Venereo inunctione per unguentum Mercuriale ad fugandos pediculos pubis omnino ademptis, liti tamen olei destillati spicæ tanquam aromatici, omisso hoc linimento Mercuriali, restantibus, quo & pediculi evectati sunt. Facit hæc etiam Venus nimia, quæ vim generalem insigniter enervat, partim, quatenus testium fermentum successivè hebetat, partim quatenus digestionem primam; subtrahendo nimis spiritus, notoriè turbat & imminuit, & ita, dum chylus non subit rectam spiritualitatem, cruditatibus occasionem suggerit. Imprimis ad vim testium generalem conservandam multum hæret in negotio digestionis; Omnes enim, in quibus deficit naturaliter vigor genitalis & appetitus Venereus, si etiam simul laborant defectu digestionis primæ, cruditatibus & anorexia: In his nullus vel exiguus Veneris appetitus, pulsus parvus, corporis gravitas ac pigrities, ipsiusque ac præcipuarum partium intemperies frigida observatur, genitura cruda, aquosa & liquida est, sub cujus emissionem etiam exiguum vel nullam voluptatem percipiunt. Hinc ebriosi, qui nimio potu corpus obruant, hinc hydropici & cachectici, sterilecunt. Facit hæc etiam abusus Veneris, imprimis, si nimis citò & in prima juventute & nimis crebrò, institatur; Nam in nimio Veneris abusu & in mansuetudinationibus, continuatâ genituræ elaboratione necessario vis fermenti genitalis testiculorum desit tandem, & continuo usu quasi attritum torpescit, & minus volatile evadit; unde genitura præus aquosa, postmodum defectuosa, reddi solet; In tantum enim exhauritur fermentum, ut non possit iterum restitui. In quo casu & laxior & flaccidior testium accedit structura, eorumque tonus omnino destruitur, cum à copiosiore & frequentiore materie transitu tandem viæ ita laxantur, & patulæ fiunt, ut postmodum nihil amplius legitime fecerantur & elaborentur, quin ex hoc tono testium læsio, apertis sanguinis vasculis, loco genituræ sanguis tandem purus in coitu effundatur, cujus non pauca prostant exempla; videb. Zacutus Lusitanus lib. 5. *Hist. 18. & Prax. Admir. lib. 2. observat. 102.* imprimis quando præcesserit illegitimus cantharidum usus, qui acrius stimulando, sanguinem loco genituræ effundere facit. Huic malo etiam non raro diuturnior à Venere abstinentia ansam suggerit, quemadmodum de monacho quodam Vidus Vidius lib. 11. *Curat. Membr. cap. 2.* refert, cujus testes licet in adolescentia justam magnitudinem adepti fuerint, progressu nihilominus temporis, ob votum castitatis inviolabiliter ab ipso observatum; cum vas spermaticis ferè præitus exaruerint; ut hæc post mortem instar duorum ligamentorum fuerint visa.

Deficit II. Genituræ generatio ex testium defectu, aut naturali, aut morbofo; imprimis si ambo deficient, uti sit in castratis, quæ etiam cum unico teste satis fecundi observati fuerunt; Sic in M. A. N. C. *Ann. 4. & 5. obs. 13.* mentio fit monorchidit; plurium liberorum patris. Hic tamen non confundendus est defectus testium cum eorundem situ motato, scil. retractione seu occultatione intra abdomen, cum sæpids observatum fuerit, nunc testes in abdomine latuisse, nunc in osse pubis subsedisse & ibidem tumorem instar herniæ induxisse. Nec tamen proinde tales pro impotentibus habendi sunt: Sic Brechfeld Bartholini in *Act. Hassiens. Volum. 1. pag. 197.* refert, testiculum alterum circa annos puertatis primò erumpentem; unde etiam monorchides an reverà sint tales? non sine ratione dubitat Borrichius in *Act. Hassiens. Volum. 4. pag. 169.* Exempla talium non sunt pauca: Sic Schenckius lib.

X x 3

4. observat.

4. *observ.* quendam equitatione vehementi testicularum alterum in ephippio contorquendo ita præfisserefert, ut ad abdominis musculos ad inguen retrocederet: Sic Salmuth. *Cent. 1. obs. 91.* observat testiculum per 13. annos in abdomine latentem, qui decimo quarto postmodum sponte in scrotum proripit. Imò interdum fit etiam, ut unus, alterve testiculum ex scroto sursum in abdomen retrahatur: Sic scilicet idem Salmuth. *observat. 91. Cent. 1.* observat retractionem testiculi in paroxysmo epileptico, ex convulsione scilicet musculi cremasteris: item *Cent. 3. observ. 63.* observat testiculum sinistrum intra peritonæum retractum ex nimio Veneris usu, & testiculum alterum in abdomine latentem: Vid. in Bartholino *Cent. 1. obs. 36.* Conf. hic Laurentius *Cent. 11. de juvene 30. annorum*, qui testibus vacuum omnino habuit scrotum, in quo tamen sigas virilitatis apparebant, ut vox gravis, hirsuties, barba, &c.

Deficit III. Genituræ generatio vitio testium malè affectorum, quando nempe læditur plus minus testium conformatio; quo pertinent imprimis eorum tumores vari, cum in tumidis & infarctis testibus nulla, aut materiæ seminalis collectio, aut collecti elaboratio fieri possit, quin necessarid genitura deficiat: De quibus tumoribus paulo post.

Deficere vim genitalem, indeque productam genituram, patet ex relatione ægri, & in talibus vel nullus, vel exiguus Veneris appetitus adesse solet, corpus ipsum similiter grave, pigrum, minusque agile existit, ipseque æger minus activus, & præsertim in actionibus animalibus deficiens observatur.

Causas quod attinet differentes; hæ ipsæ ex antecedentibus, & ex adjunctis imprimis, expiscandæ erunt: Nam si nullum vitium in ipsis testibus deprehendatur, vel materiæ defectum, vel fermenti inertiam, in culpa esse, patet. Utrum horum sit? antecedentes circumstantiæ ostendunt: Nam si ex defectu materiæ chylosæ sit, ex vitæ genere, diæta, exercitiis, &c. patescit. Si vitio testium, vel ex defectu fermenti testium contingat, præter appetitus Veneris defectum, corporis gravitatem & pigritiam, patet, quando in coitu genituræ aliquantum emititur, hæcque tenuis & aquosa, minusque calida seu fervida, emitti percipitur. Quod si præcesserit causa, quæ testes labefactare potuerit, suspensiones hæc sunt eò clariores.

Defectus denique testium per se sponte patet.

Quoad prognosin: facile patet, quod læsa genituræ generatio non sit periculosus affectus: admodum tamen est molestus, quia impedit opus generationis, & unde speciei quidem, non autem individuo nocet; ut interdum per accidens vel ex animi mœtore, vel ex deficiente sanguinis alteratione à testibus inducta, languor universalis & quasi tabes superveniat; unde &, quatenus virili mente præditos effeminas facit, & actionibus obeundis minus agiles reddit eosdem, omnino curandus est.

Senibus est incurabilis ferè, uti etiam is, qui in juventute ex nimio Veneris usu fermentum testium labefactarunt, est difficillimæ curationis; Cum semel destructum fermentum testium non possit restitui.

Variat Cura pro varietate causarum remotarum:

1. Per alimenta temperata, succo chyloso pingui & dulci turgida, materia seminalis copiosa subministranda.

Quibus

2. Simul intermiscenda sunt spirituosæ & volatilia, imprimis acriora & aromatica, quæ fermentum testium transmutativum acuunt, ipsique stimulum quasi addunt, & robustius

reddunt.

3. Tumores testium autem sunt maturè discutendi, aut resolvendi & emolliendi, aut ad abscessum perducendi & aperiendi, aut quacunquæ ratione aliis irritis, ubi majus imminet periculum, Chirurgicâ methodo, sectione scilicet sunt tollendi.

His scopis ut satisfaciamus, inter ea, quæ defectui materiæ, & enervato fermento testium, dicata sunt, eminentissima temperata, quæ vel copiosum succum chylosum & subdulcem sup. edunt, vel quæ acria aromatica existunt, adeoque Venerem plus minus stimulant; ubi observandum est.

I. Ut semper simul cura stomachi habeatur, & digestio prima promoveatur, & in debitis functionibus conservetur; quâ deficiente, deficit etiam vis genitativa: Conf. Ludovici *Pharm. pag. 719. & 720.*

II. Remedia istis inservientia sunt vel talia, quæ materiam genituræ suggerunt, vel quæ saltem Veneris impetum stimulant. Nam semel pro semper moneo: ubi Venus est stimulanda, ibi non tantum aromaticis, stimulum augentibus, sed etiam temperatis, quantitatem seminalis majorem suppeditantibus, esse studendum; vix enim citra damnum ægri sola stimulantia usurpantur: Ita v. g. sunt imprimis semina succo lacteo turgida, ut amygdalæ dulces, pinæ, pistacia, castanæ, &c. ex quibus parantur emulsiones, hinc oleum pistaciorum & nucleorum pini recens expressum: item dactyli, oltreæ & cochæ, chocola Indica, lac, & omnia ex lacte parata, imprimis tamen muliebres ex mammis suctum, item vinum dulce & generosum, imprimis Hispanicum & Malvaticum, sub introitu lecti haustum convenit. Hinc piper eruca, formicæ, &c. neutra horum solitariò usurpanda, sed ferè semper Venerem stimulantibus copiosum semen generantia jungenda: Non aromatica nimis acria sola, quia imbecilles reddunt: non lactea sola, quia materiam seminalem minus spirituosam reddunt; ambo ergò combinanda: Vid. Velschius *Hecat. 2. p. 10.* Ista ergò, quæ materiam genituræ suggerunt, ova recentia, aut etiam forbita, hinc vitellum ovi recens unum alterumve haustum, seu totum conquassatum, & cum vino Hispanico mistum & ita bibitum est optimum, teste Lindano. Huic mixturæ si addantur aliquot grana ambræ, aut quedam aromatica, ut sunt cubebæ, nux moschata, aut etiam species diapipecon, erit mixtura, quæ mirè armat in Venerem, & semen sugendo, & simul membrum genitale stimulando. Hinc optimum est ad imitationem Solenandri *Secl. 4. Conf. 17.* ut hoc dulce recipiamus cum pipere, quod in specie tempore testivo ad augmentandum semen tanquam optimum commendat pro usu quotidiano:

℞. Lactis ziiij.

Jacch. ziii. ʒʒ. i. ʒj.

piperis ʒʒ.

Mista hauriantur pro una vice.

Hiscæ accensendi sunt testiculi gallorum exsiccati quorum efficacia nota est ex Amato Lusitano *Cent. 2. Cur. 18.* & Schenckio *in observ. 4.* Unde Itali farcimina ex cristis & testiculis gallorum cum sanguine galli irroratis parata, mirè commendant. His & similibus simul acria stimulantia, & specificè Venerem excitantia adduntur.

Quæ spirituositate & acrimoniâ aromaticâ volatili fermentum testium acuunt, sunt radix zingiberis, tam pulverisata, quam in India condita, ejusque syrupus conservativus, cubebæ, caryophylli, galanga, cinnamomum, macis, crocus, cardamomum. Præter hæc aromata verò sunt semen fraxini seu lingua avis, semen sinapi, anisi, feniculi, nasturtii, crucæ-

erucæ. Pertinet huc etiam castoreum, bacce sabine pulverisatæ, & borra Veneta, de qua vid. Amatus Lusitanus, Ex dictis aromatibus fiunt variae species officinarum, species distillatæ pipereon, diambræ, diamoschi, Venereæ Mynsichtii, dia-galangæ, &c. rotulæ stimulantæ Mynsichtii cum ambrae & opii gr. j. l. ij. item ∇ magnanimitatis Laurembergii cum cephalicis & vino Malvatico, & spiritus formicarum. Præter testiculos & cristam galli habetur singularissimus sanguinis galli ex sanguine aliquantulum putrefacto destillatus, vel exsiccatu hujus pulvis cum pauco ambrae. De Satyrio condito res nota est, sc. ista species, quæ cynosorchis vocatur, *Knaben-Kraut*, *Hunder-Hauptlein*, &c. Hæc duos habet bulbos, unum turgidum, alterum flaccidum, quorum is, qui hoc anno fuit turgidus, altero fit flaccidus, & qui fuit flaccidus, turgidus: Jam bulbos iste cynosorchis turgidus insigniter commendatur ad Venerem stimulantem, & augendam genituram; sicut contra alter bulbos flaccidus Venerem imminuit, unde ex hac radice satyrii paratur electuarium diasatyrii Augustanum, & essentia Satyrii Crollii: imprimis si misceatur cum aqua magnanimitatis, simulque addatur spiritus sanguinis galli. Etiam radix eryngii condita laudatur, ut & Electuarium magnanimitatis Mynsichtii. De ambra res nota est, quod in forma essentia, imprimis si cum certa quantitate opii fiat, aut qua unque ratione usurpata mirè spiritus reficiat, & insigniter Venerem stimulet. Ex opio & ambra etiam parantur pilulæ ad diuturniorem Venerem reddendam. Terræ auri cum oleo cinnamomi, cantharides aliis permixti, multum valent ad intensius stimulantem Venerem: exemplum videb. in *Platero observat. 139.* pro quo scopo etiam paratur essentia cantharidis ad irritationem Bartholini cum infusione vini. Cautè verò adhibendi sunt cantharides. Sanguis & cerebrum cervi aut tauri Veneri inhiantis, ex eoque parata remedia, insigniter Venerem stimulare solent. Sanguis & cerebella passerum, præcipuè in actu Venereo transfosorum; fuit secretum pro stimulo Venereo Comitis à Pappenheim, in re Venereæ & Martiali excellentissimi. Sanguis & testiculi cervi in actu Venereo transfosilli fuit singulare arcana Venereum cuiusdam Principis. Alii commendant potius priapum cervinum exsiccatum ex cervo interfecto, dum in amore est; Nam \mathfrak{z} ij. pulveris talis priapi cervini cum ovo sorbili misti, & pauco vino generoso superlito, egregiè profuit: vid. *Soleander Conf. 19. Sect. 4.* Tauri priapus laudatur apud Bartholinum *Cent. 6. Hist. 60.* Notabile est & hoc, quod rasura cornu tauri in ipso coitu abrasa mirè conducit Venerem conciliando & excitando: Et hæc fuit secretum Comitiss Solmenst. Hisce addantur, quæ rarè \mathfrak{z} ij. Venerem amare dicuntur, ut ambra, moschus, z bethum, cum oleis destillatis aromatum subacta & imprægnata.

Ex quibus varia in usu sunt simplicia & composita, v. gr. borra in ovo sorbili assumptus, item cum saccharo mixtus, & cum pomo assato assumptus, quo utitur Dux Saxo-Lauenburgicus, &c. Nonnullis tale remedium in usu est: Recipiunt vinum generosum malvaticum, addunt vitella ovorum recentia, acuatæ cum aliquot granis ambrae, vel aliis aromatibus; vel speciebus aromaticis, & exhibent pro potu, qui unà vice stimulat Venerem. Principis cuiusdam secretum fuit sequens:

\mathfrak{z} . \mathfrak{z} o pistac. rec. express. cochl. j.
vitell. ovi. No. j.
ambra, quantum capit cultelli
cuspi.
sacchari Candi, quantum capiunt \mathfrak{z} ; cul-
telli cuspi.

In cineribus calidis mista egregiè Veneri prodesse dicunt.

Faciunt huc mixturæ, essentia, electuaria, morsuli, rotulæ stimulantæ Mynsichtii, tabulæ viriles Paracelsi, Hartmann. *Prax. cap. 204.* Mixtura virilis Hartmanni *cap. 204. §. 4. & similia.*

Trochisci viperini etiam hic locum inveniunt: Conf. M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. p. 130.* item Hæferus *Herc. Med. pag. 209.* unde pulli viperis nutriti, & cum testiculis gallorum pro alimento assumpti, Principibus inserviunt: Imprimis electuaria forma remedia hic propinari solent, e. g.

\mathfrak{z} . Spec. dia-satyri. \mathfrak{z} ij.
galang. \mathfrak{z} ij.
ambra.
moschi dulc. à \mathfrak{z} ij.
rasur. priap. cervi. cum hiat in Venere interfect. \mathfrak{z} ij.

pinear.
pistar.
amygd. dulc. à \mathfrak{z} ij.
sem. erucæ
nasturt.

urtic. l. sinapi à \mathfrak{z} ij. ad \mathfrak{z} ij.

Terantur, & cum melle *f. Conditum i. Electuarium.* Conveniens est, si tale conditum sæpius irroretur c. ∇ cinnamomi, aut magnanimitatis, vel spiritus sanguinis galli, aut formicarum. Loco mellis simpli, convenienter conf. alchemes recipi potest:

\mathfrak{z} . Conf. rad. eryng.
satyr. à \mathfrak{z} ij.
cortic. citri condit.
zingib. in Ind. cond. an. \mathfrak{z} ij.
amygd. dulc.
nuc. pinear.
pistac.
carn. dactyl.
pulp. nucis myrist. an. \mathfrak{z} ij.
priap. tauri
sem. erucæ

pastinaca
sinapi an. \mathfrak{z} ij.
cinnam. l. cubebar.
galang.

piperis albi an. \mathfrak{z} ij.
 \mathfrak{z} o destillat caryoph. \mathfrak{z} ij.

Cum brod. zingib. l. electuaria: S:

Stärck - Lutverge.

Quidam addunt pulverem cantharidum, sed non convenit: conveniunt saltem cantharides, ubi deficit erectio penis. *Platerus Observat. libr. 1. pag. 256.* pulverem hunc tanquam efficacissimum commendat. Pertinet huc electuarium ad coitum Comitiss à Wallenstein, quod sequenti modo componitur:

\mathfrak{z} . Sem. erucæ
saureja,
urtica an. \mathfrak{z} ij.
priapi cervi in coitu transfosill.
ras. cornu tauri in coitu abr. an. \mathfrak{z} ij.
amb. gris. \mathfrak{z} ij.
moschi \mathfrak{z} ij.
conf. alchem. \mathfrak{z} x.
mell. despum. q. l.
M. f. electuarium.

Dosis magnitud. juglandis manè & vesperi.
Cum hisce sociantur externa nonnulla, quæ & ipsæ saglandi, perineo, scroto & testibus, item circa inguina, illinantur: quæ inter est imprimis balsamus apoplecticus, aut balsamus Venereus Mynsichtii, \mathfrak{z} o destillatum piperis, nucis moschatae. Loco horum \mathfrak{z} o destillatum macis dictis locis blandè illitum est egregium; possunt addi, si placeat, aliquot guttæ

oiei destillati caryophyllorum & spicæ: vel ex dictis oleis cum axungia castorei vel corpore pro balsamis fiat balsamus. Glans moscho aut zibetho vel balsamo apoplectico inuncta, Venereum stimulat, voluptatem auget, & facilitatur in mulieribus conceptio: item spiritus formicarum externè etiam potest inungi. Tandem fiat linimentum seu balsamum Venereum ex oleo nucis moschatae expresso, quod misceatur cum aliquot guttis olei destillati caryophyllorum, sic mollescit, hinc adde aliquot grana zibethi & moschi q. pl. quo scrotum, testes & regio pubis inungantur: vel succo ex ovis formicarum expresso parum zibethi admisceatur. Verùm observandum, ubi talia suaveolentia inungantur testibus pro excitanda eorum vi, aut inungantur peni pro augenda voluptate in acta Venereo, ne odor nimis feriat nares, nec simul inungantur talibus nares, alias plus nocent, quàm profunt; nimis enim tunc spiritus afficiuntur, ut minùs possint sufficere actui ipsi seu exercitio Venereo.

Quod attinet defectum testium, si scilicet lateant in abdomine, tunc ad restituendos testes in naturalem locum, ut scilicet in scrotum descendant, optimus est motus corporis, sicuti ac similia exercitia. Rolandus in *Thef. Pract. pagin. 282.* coravit 2. adolescentes, quorum scrotum testibus erat vacuum, & qui super os pubis jam à nativitate usque retracti fuerant, beneficio balnei emollientis: post quem infesum inunxit locum, ubi erant testiculi cum balsamo sulphuris, hinc successivè detrusit testes in scrotum infra, & hinc sub virga laxiore, injecta ligatura eorum retractionem impedivit.

Artic. II. De Testium Inflammatione.

Inter testium tumores primatum ducit inflammatio testium & scroti, quæ sit ob sanguinis circulum per testium canales impeditum, indeque obortam sanguinis stagnationem, quæ, cum continuo affluxus sanguinis augeatur, in tumorem inflammatorum convertitur.

Causa inflammationis testium, uti rarè est interna, ita sæpius externa, ut concussio scroti & testium, v. gr. sub equitatione compressio violenta, *venen man sich an den Sattel - Knopff stößet*, vid. M. A. N. C. ann. 6. 7. *observat. 47. pag. 81. & 82. & ann. 9. & 10. observat. 158. pagin. 349.* concussio, plagæ & crebra verberum inflictio, ligaturæ violentæ, & quæ sunt aliæ. Interdum gonorrhœæ, in specie virulentæ seu malignæ, suppressio etiam causa solet esse periculosæ testium inflammationis.

Inflammatio testium facillimè cognoscitur ex tumore tam testium, quàm interdum simul scroti à latere testis affecti, conjuncto cum dolore gravi, partim lancinantes partim vehementer pulsante, orto ex sanguinis impedito motu & circulo, cum calore ardente, & denique ex partium vicinarum, sæpius scroti, rubore & incalescentia: sicut febris plus minus lenta pro inflammationis ratione observatur. Tactu imprimis dolor exasperatur, & sensus doloris sursum usque ad lumbos fere porrigitur ratione membranarum, vasaspermatica & testes involventium, membranæ circa lumbos continuarum.

Quoad prognosin: Inflammatio testium non contemnenda est, propter gravem dolorem interdum convulsiones inferentem, & metum gangrænæ, in quam, nisi citò discutitur, transit.

Ubi est inveterata, & ad statum perducta, periculosa est sæpius propter abscessum cui pariter facile gangræna supervenire solet, facilius tamen in scroto inflammato (ut aliquoties vidi in Italia, impri-

mi ubi causa remota est venenum Venereum) quàm in testibus inflammatis: cui tamen per gangrænam absumpto natura provida substantiam carnosam substituit, quâ muniantur testes: Vid. *Panarolus Pent. 1. cap. 25.* *Bartholinus Centur. 6. Histor. 69.* *Timæus von Goldenklee, in Casibus pagin. 296.* *Sennertus libr. 3. Prax. ubi de feroti morbis pag. 911.*

Quoad curam testium & scroti inflammationis: hæc ipsa vel

1. Discutienda; idque diversimodè pro causarum ratione, quod ut melius fiat, dolor imprimis sistendus est; vel
2. Suppurandus; hinc
3. Abscessus aperendus, & ulcus mundificandum.

Præmissis ergò universalibus internis, & venesectio- ne, ubi opus est, curatur per diaphoretica, inflammationem discutientia, imprimis per ea, quæ blando sudore sanguinis circulum promoveant, & quæ aliàs in omnibus inflammationibus in usu sunt.

Externè pro discutiendo tumore & resolvendo præcæteris expertissimum est cataplasma ex farina fabarum cum aceto vini, vel solo, vel cum oxycrato, cocta applicata: cujus aliquot experientias videbitis in *Riverii Observ. Centur. 2. observat. 39. Cent. 3. obs. 1. Cent. 4. obs. 74.* uti & in *Observationibus communicatis.* Addi etiam commodè potest semen cumini, item flores chamomillæ & meliloti, & magis discutit. Quod si acrius fuerit cataplasma propter acetum, & scrotum excoriari velit, sub decoctione lithargyrii vel cerussæ parum commodè addi potest.

Sic tumor scroti ex percussione curatus fuit per cataplasma ex farina fabarum, hordei, semine cumini, floribus chamomillæ, meliloti, rosarum cum oxymelle, vid. *Riverius observat. communis.*

Posthæc convenit cataplasma ex herba Paradis confusa. Alias fieri possunt similia cataplasmata & foras ex cicuta, solano, agrimonia, vel radice cucumeris asinini, verbea, foliis rutæ, chamomillæ, & similibus, in vino vel posca coctis, & partim tanquam fomentum, partim tanquam cataplasma applicentur: vid. *Forestus lib. 27. observ. 1. in schol. & observ. 4.* Cataplasma Hartmanni ex foliis nymphææ & nasturtii aquatici, si ana coqui in aceto rosaceo & vino, & permisceantur cum pauxillo olei rosarum, applicari potest. Quod si testes & scrotum inflammantur ex contagio Venereo post coitum cum meretrice, aut inflammatio distarum partium conjuncta sit cum gonorrhœa, vel benigna vel maligna, cataplasma ex foliis rutæ & ebuli cum posca coctis applicatum, laudatur ab Hartmanno. Melius adhuc est fomentum Lindani ex decocto radicis chinæ & florum sambuci in cerevisia generosa, aut loco hujus in vino; quo sæpius fomententur partes. Fit interdum, ut ex applicatis acrioribus externis oriatur inflammatio distarum partium, in qua optimus est totus ex lacte, cui iacosti sunt flores chamomillæ & sambuci. Subindè fit, ut acerbus dolor conjungatur cum inflammatione testibus, hic ut sedetur, modò dictis externis optimè addantur folia hyoscyami.

Aut addantur his ipsis mucilagines seminis psyllii cum spermatis ranarum extractæ. Tandem balsamus sulphuris Rulandi ad extra cum oleo nucum paratus, reliquias tumoris absumit.

Quod si modò dictis remediis nequeat discutiri inflammatio, sed ad suppurationem tendat, necesse est, ut adjuvemus naturam in suppuratione & suppuratæ inflammationis apertione. Pro maturanda ergò suppuratione conveniunt maturantia & emollientia in lacte cocta. Præ aliis expertum est emplastrum filii Zachariæ, malaxatum cum balsamo

Δis terebinthinato: item ubi dolor simul urget in suppuratione, qui semper est præfens, tunc recipiantur folia hyoscyami sub cineribus cocta & confusa, excipiantur cum axungia porcina, & reducantur ad formam cataplasmatum, quod dolorem sedat, & simul inflammationem maturat. Quod etiam pertinet unguentum dialthææ, populeam, unguentum dia-chylon, & similia, quæ alias solent maturare tales inflammationes. Maturatus tandem debite abscessus aperendus est manu chirurgi, lancetta, & hinc suppurationibus & exsiccantibus curetur. Vid. Barbetæ Anatom. Pract. Part. 2. cap. 2. item M. A. N. C. Ann. 2. observat. 235. pag. 337. Ann. 6. & 7. observat. 47. pag. 87. & Ann. 9. & 10. observat. 158.

Articul. III. De Pneumatocele.

Pneumatocele est tumor, qui oritur à flatibus, imprimis intra membranas testes involventes collectis; estque saltem inflatio testium, nunc unius solum, nunc utriusque, nunc testis solius, nunc etiam scroti. Pneumatocele hæc nunc est solitaria, nunc, idque ut plurimum, cum hydrocele juncta.

Flatus hi nunc, idque rarius, in scrotum aut vicina loca ex abdomine transmittuntur, nunc, idque frequentissime, in ipsa parte affecta oriuntur ex nutrimento spermatico membranarum testes involventium, quod vitiose alteratum & corruptum, plus minus, ab acido vitioso per fermentationem induto transmutatur in flatus; quod malum pueris ferè est familiare.

Pneumatocele cognoscitur, quando testes successive fiunt tumidi insigniter, sine pondere tamen & gravitate, cum dolore tensivo, simulque scrotum in se est adhuc rugosum & flaccidum. Si verò flatus ipsum scrotum occupant, hoc, si manibus premitur, facile de loco in locum movetur.

Pneumatocele est sine periculo, nisi propter dolorem & tumorem sit molesta.

Pneumatocele, seu hernia flatulenta est omnium levissima & curatu facillima, discutientibus & carminantibus saltem tractanda. Unde interna, quæ de flatibus & de colica flatulenta dicta sunt, adhibeantur; in specie remedia ex seminibus 4. calidis majoribus, ex corticibus aurantiorum, floribus chamomillæ, baccis lauri, &c.

Externè ex similibus parentur cataplasmata cum oleo rutæ, chamæmelino, costino, &c. addito V, ut eò melius penetrent: Agrimonia in specie valet ad inflammationem testium, vid. Hildanus centur. 3. observat. 87. His accedant fofus discutientes, inter quos usitatus est iste ex duplo fabarum farinæ, & parte j. seminis cumini: in quorum defectu commodè usurpari possunt baccæ lauri, imprimis subacti cum fimo vaccino recenti, quod cataplasma mirè discutit: laudatum à Forello libr. 27. observat. 25. Optimè convenit fofus, quo Solenander cons. 15. tumorem scroti & testium ab humore influente & flatu enatum curavit, cum pannis ibidem intinctis crebrius applicandis:

℞. sem. coriandri ʒ6.

cumini,

anis. an. ʒij.

alum. ʒi.

vini

Δæ commun. an. ℥j.

Coqu. invicem leviter, & dicto modo applicetur loco hernioso ex flatibus.

Articul. IV. De Hydrocele.

Hydrocele, seu tumor testium aquosus, qui tumori

scroti & testium hydropico contradistinguitur, ita dicitur ab aqua; intra testium membranas contenta. Alias tumores testium dicuntur herniæ, propterea saltem, quia cum scroti tumore conjuncti sunt, sed improprissime; quia tamen aliquam similitudinem habent cum hernia vera, quæ fit ex descensu intestinorum in scrotum, sic appellari possunt.

Hydrocele oritur à lymphæ refluxu ex testibus impedito, dum nempe vasa lymphatica in quodam loco obstructa, & lympham effundunt intra membranas testes involventes. Quod si hæc rumpantur tunica, ipsum scrotum in medietate testis affecti etiam impleri solet; sed ferè membrana, in qua colligitur aqua, quò diutius stagnat hæc, eò solet fieri spissior, crassior & densior, unde malum redditur contumacius, adeò, ut nec facile rumpatur; sed potius tumorem plus minus duriusculum repræsentat.

Hydrocele non facile cognoscitur, in specie quando malum est confirmatum, & membranae, in quibus collecta aqua, admodum spissæ ac crassiores fiunt; tunc enim subindè tumorem duriusculum, renitentem tactui, repræsentant, adeoque hydrocele similis est herniis carnosis. Interim testis, si hernia aquosa laborat, utut sit durus, potest induci fovea, quod in carnosa hernia non fit.

Pater aliàs hydrocele ex sensu fluctuationis cujusdam in scroto seu locis vicinis, dum scil. testes premitur intra membranas internas, tumor nunc molliusculus, aut facile tactui cedens percipitur; item scrotum, vel ex toto, vel ex dimidio quasi lucidum ac minus rugosum apparet, præcipue si ex opposito candela ponatur, ægerque de pondere & gravitate conqueratur, nec tumor per compressionem aut decubitum resupinatum facile in abdomen recedat, ut in enterocele sit, sed semper ferè ejusdem magnitudinis, rotundus, paulò longior, instar ovi, apparet, neque habet suas vicissitudines, & potius incrementum, quàm decrementum sumit, testiculus e contra tactui ferè occultatur.

Quod si testes soli intumescant, scrotum adhuc rugosum aliquo modo apparet; quod non evenit, ubi præter testes intra scrotum jam aqua collecta fuerit, quod ipsum tunc expansum, & sine rugis conspicitur.

Si verò collectus est humor intra tunicas intimas non potest percipi; nam hic ipse testem relaxare solet.

Prout autem humor lymphaticus aut intra scrotum, aut intra tunicas testium, nunc in superiori, nunc in inferiori loco includitur, etiam diversam tactui formam cum teste plus minus manifesto aut occultato repræsentat.

Hydrocele periculo caret, & tantum dolore & tumore molesta est. Si verò sit inveterata, ita, ut membranae istam investientes jam tenaciores & firmiores redditæ fuerint, vix sine chirurgia curatur, recens verò adhuc medicamentis discuti potest.

In hydrocelis cura imprimis in principio discutientia & resolventia valida applicata conducunt, præmissis & annexis interne essentiæ & extracto elaterii, radice gialappæ, gummi de Peru, & similibus serum superfluum evacuantibus: quin & præmissis diureticis, specialiter succinatis & arcano duplicato, quod feliciter adhibuit Ludovici in M. A. N. C. ann. 9. & 10. obs. 158.

Externè conveniunt, discutientia & resolventia: quæ inter convenit emplastrum hydropicum Augustanorum, item emplastrum ad hernias Schræderi cum exuviis serpentum, loco anguillarum, paratum, Vel illinatur balsamum sulphuris Rulandi, vel solum, vel cum unguento althææ mistum.

Si est

Si est debilius, convenit hoc emplastrum.

℞. emplastr. de bacc. Lauri

stercor. caprill. ana ℥ss.

sem. cumini

℞. ℥ss. aut ℥ss. pulverisat. ana ℥ij.

Misc. & malax. c. ℞. rutæ & chamomillæ
ana q. l. f. Emplastrum.

Parti tumenti, tam in hernia aquosa quam in tumore scroti hydropico, admoveatur.

Loco hujus emplastrum carminativum Mynsichii scroto applicari potest. Primum obtinent cochleæ eam suis testis contusæ, & cataplasmatibus modo applicentur, vel solæ, vel cum stercore animalium, in specie caprino & vaccino & semine carvi. Vel, quod mirè commendat D. Michaelis in tumore hydropico conveniens.

℞. flor. chamom.

℞. B. Parid. ana M. ij.

farin. fabar. ℥ss. l. ℥j.

sterc. caprill. ℥ij.

pulv. testar. cochlear. ℥ij.

Coque in

▽ chamom. part. jv.

℞. i. destill. part. j. l. ana part. equal. ad consistentiā cataplasmatibus scroto applicandi:

D. S.

Zertheilender Umfchlag.

Decocto prius fomentetur scrotum & demum desuper applicetur cataplasma.

Quod si forsan ex ascite imminet hydrocele, aut tumor scroti hydropicus, tunc petroselinum viride contusum; & scroto impositum, domesticam quidem, sed laudandum est remedium.

Item

℞. nallurt. aquat.

nymph. ana part. equal.

Ex quibus cum aceto rosaceo contusis, addito ℞. eo rosaceo, paratur cataplasma, quo tumorem testium magnum dolorificum in hydrope, aliis irritis, curavit Rulandus in suis curationibus.

Cataplasma ex farina fabarum cum vino & oxymelite supra laudatum etiam in hydrocele confert. Conf. Riverius *Centur. 2. Observ. 4.*

Sed nihil nobis negotii est cum tumore scroti hydropico, potius ad hydrocelem pergimus, quæ si confirmata, medicamentis non potest resolvi aut discuti, quin pertinacius resistat, aut si simul substantia corrosiva adesse observetur, quæ faciliè in cancerum degenerat, ad Chirurgiam accedendum est, quæ duplici modo instituitur: vel in puncturâ, vel castratione. Quoad puncturam; perforatur scrotum; quo perforato simul pertunditur membrana testium externa, in qua solet esse conclusus humor seu lymphâ. Hæc apertio in hydrocele simplici nullum habet conjunctum periculum, & tutissimè instituitur, utut apertio scroti & testium in tumore ejus aquoso hydropico sit periculosissima: Nam in tumore testium scrotique hydropico aperto ut plurimum supervenire solet gangræna, sive per cauterium potentiale, quod minus tutum, sive cum ferro, apertio instituitur: Conferatur Bartholinus *Cent. 3. Histor. 69.* Confer. Hildanus *Cent. 4. observ. 68.* Verum, utut aperiat & extrahatur seu evacuetur liquor, nihilominus tamen non semper radicaliter malum curatur, quin periculum est, ne crebrius recurrat, unde sæpe necesse est, ad tollendam hydrocelem amputatio integri testis hydrocele affecti ut instituat, præprimis si durior ac spissior fuerit membrana, aut testis gangrænâ affectus sit, ne partes vicinæ corruptæ ex superventu gangrænæ vitæ periculum inferant. Operatio est tuta & extra periculum, modò cum dexteritate obestur: sc. in latere, ubi est tu-

mor testium aquosus, instituitur apertio scroti inferius, & super tumorem vasa præparantia filo interjecto fortiter constringuntur & ligantur, quod cepti manu fiat, quia dolorosum est, postmodum infra ligaturam abscinditur testis unâ cum tumore. Vulnus scroti lentè curatur, ut filum, quod extra scrotum propendet, spontè separetur, & tunc citra periculum vulnus scroti coit. De cura hydroceles per sectionem vid. Amatus Lusitanus *Cent. 4. Cent. 2. Cur. 84. & Cent. 5. Cur. 69.* ubi singulis 6. mensibus humor sectione evacuandus venit. Sunt etiam, qui ad hydrocelem laudant punctum aureum, quo ipso & solent curare herniam intestinale, sed minus tutum, minusque certum est hoc auxilii genus.

Artic. V. De Testium Scirrho.

Sequitur tumor testium durus, qui in specie ex inflammatione eorum malè curata oboritur, sine calore, sine febre.

CAUSÆ.

Oriuntur imprimis & sæpissimè ex vitiosa inflammationis curatione, aut insufficiente discussione, quatenus acidum in omni inflammatione præsens & concentratum per modum coagulationis materiam inspissat & indurat; tales scirrhi involvunt interdum nonnihil maligni, quasi cancerosi, præsertim, si punctiones subinde acutæ in iis observentur. Interdum etiam durities seu scirrhus in teste à calculis observatus fuit, post mortem inventis, teste Platero *observ. pag. 664.*

DIAGNOSIS.

Scirrhos testium facillimè cognoscimus tactu: Imprimis tumor durus renitens tactui & indolens, sine calore vel inflammatione, eamque minus concione tractatam sequens, vel alio modo superveniens, scirrhum innuit.

Quod si subinde punctio percipiatur sensus, aut cujusdam lancinationis, latentis tumoris cancerosi seu scirrhi notii oritur suspicio.

PROGNOSIS.

Tumores testium scirrhosi per se parum periculi habent conjunctum, nisi interdum dolor punctorius accesserit; tunc enim ad cancerum inclinant, & ita periculum latentis canceri incutunt.

CURA.

Quod si testes inflammati ex perversa cura in tumores & scirrhos degenerent, fiatque tumor durus ac scirrhus, hic emolliatur ac discutiatur materia collecta: id quod tamen difficulter fit.

Pro quo scopo conveniunt præ cæteris gummata in aceto soluta, & sunt primariò Ammoniacum, hinc galbanum, bdellium & similia; item emplastra officinalia de cicuta, de Ammoniacum; (Nam hoc ipso Forestus curavit testem insigniter scirrhosum post inflammationem, idque omnibus remediis aliis irritis in *lib. 27. observ. 5.*) Balsamum sulphuris & emplastrum disulphuris Rulandi. Convenienter etiam cum emplastro Ammoniacum miscetur emplastrum de cicuta, si ambo malaxentur cum oleo chamomillæ, ac ita applicentur; resolvunt namque testium scirrhos, e. g.

℞. Gum. Amm. c. ℞. solut.

empl. de cicut. ana q. l.

Dissol. malax. c. l. q. ℞. destillati q. l.

lignè

ligni Guajaci, & inducantur super li-
teum.

Imponitur loco affecto, alternis diebus novum im-
ponendo.

Quibus etiam semen & folia hyoscyami addere li-
cet; nam tali cerato apostema frigidum & durum scro-
ti ac testium curatum fuit à Foretto *l.a. observ. 7.* Effi-
cacissimum quoque est hoc:

℞. Rad. alib.

fr. basilicacabi ana M. j.

rad. mandrag. rec. ʒvj.

Coqu. in *℥. q. sapa.* & contundantur, & per
cribrum traj. ciantur: adde

opopan.

bdellii

g. amm. in vino sol. ana ʒvj.

styrac. ʒij.

*c. ℥. q. v. chamom. f. Cataplasma, vel cum
cera f. Emplastrum.*

Aliud Emplastrum expertum videb. in Timæo
von Guldensee, in Cas. lib. 6. Conf. 12. pag. 271. quod
præmissa fotu emolliente, & suffitu vaporis aceti ex la-
pide lateritio seu silice candente excitati applicavit, &
quo ipso discussit scirrhum.

Observandum tamen in scirrho testium, si simul is
sit dolorosus, cautè esse procedendum, ne in can-
crum degenerare faciamus eundem; unde oleosa mu-
cilaginosa, & quæ aliàs propriè emollientia dicuntur,
sunt omittenda, & in solis Gummatibus & similibus per-
sistenda.

Foras vinacea hinc non sunt inutilia: Sic enim
Borellus *Cent. 2. observ. 42.* refert dolorem & tumorem
cum inflammatione sæpius recurrentes, demersione
femorum in vinacea calida curatos.

Quod si à suppressa gonorrhœa, præsertim Galli-
ca, superstit tumor durus, applicari potest emplaf-
trum de ranis cum Mercurio, vid. *M. A. N. C. Ann.
4. & 5. Append. pag. 62.*

Quod si in pus abeat substantia tumoris, matre
aperuo fiat, ne integra testis substantia corrumpatur,
aut gangræna superveniat, quin & subindè necessum
est, tellem tum excindere.

Articul. VI. De Sarcocoele.

Præter dictum tumorem scirrhosum & alius tu-
mor durus supervenit testibus, qui affectus vocatur
Sarcocoele seu hernia carnosæ: nempe caro quædam
superflua his interdum adnascitur, nunc tantùm al-
teri, nunc utrique; quando occasione quadam
externâ læduntur partim fibræ nervæ, partim
carneæ, ubi circa dictas fibras læsas coagulatur
& exoritur excrecentia quædam carnea, mediî ge-
neris intra fibras carneas & nerveas, eaque duplex:
nunc dolens, maligna, cancrosa, cum punctioni-
bus variis molesta; nunc indolens. Hæc ipsa sar-
cocoele communis est ambobus testibus; Siquidem
tam in dextro, quàm in sinistro & hydrocele &
sarcocoele observata fuit, quod observandum con-
tra Hildanum *in observ. Chirurgicis Centur. 4. obser-
vat. 64.* qui refert, dextrum testiculum imprimis sar-
cocoele, sinistrum verò testiculum hydrocele labo-
rare. Nam Riolanus *Anthropologie lib. 2. cap. 31.* in
dextro testiculo ter hydrocelen vidit, sicuti etiam
aliquando in sinistro teste herniam carnosam, quin &
talis caro non solum testibus, sed etiam membra-
næ dartos seu scroti internæ non raro adhæret, ci-
tra testium contactum. Tumor observatur in seroto
durus, successivè auctus, ferè indolens, interdum,
si malignus, punctorius dolor adest.

C A U S Æ.

Oriuntur hi tumores carnosî ut plurimum à læsione

testium externa, contusione, ictu, lapsu, laceratio-
ne, &c. Nam uti hæc, & similes causæ aliæ, inflam-
mationem interdum inducunt; ita etiam interdum;
laceratis fibris atque membranis, & vasculis tes-
tium ruptis & laceratis, alimentum proximum &
sanguis in motu nonnihil sistuntur, & in poris hinc
inde uberius coacervantur & alterantur, & tandem
successivè in substantiam talem carnosam, plùs mi-
nùs notham assimilantur ac transmutantur, simili mo-
do, ac si, ut rectè loquitur Sennertus, in arbori-
bus cortex externus lædatur, ex affluente alimento
nodi fieri solent. Probè tamen hinc quoque observan-
dum est, ne, ut supra monitum, lymphæ intra crasse-
factam membranam densius contracta ramicis carno-
sæ seu sarcocoeles facie imponat. Neque confunden-
da est hæc cum tumore epididymidum, quæ se-
minali materiâ tumidæ speciem sarcocoeles incautis
inferre solent, vid. Barbette *in Chirurg.* Siquidem
subindè præ seminalis succi copia epididymides ita
tument, ut non rarò testium molem repræsentent;
aut superent; idque propter sui extensionem non
absque duritie; aut quando testiculi sunt scirrhosi,
unde in epididymides copiosius sanguis insluit; aut
etiam quando copia talis adest succi seminalis, ut co-
piosius collectus in epididymidibus, & ibi suppressus.
Epididymides tumere faciat, aded ut ex tali causa
observatum fuerit, epididymides mole interdum ip-
sos testes, æquasse. Inveterata etiam hydrocele pro-
pter densitatem membranarum sarcocoelem interdum
mentitur.

DIAGNOSIS.

Sarcocoele ex tumore duro indolente, & ferè scir-
rhoso, vel teste incumbente aut adnato, vel ipso
seroto adhærente, patet, immutabilis est, constans
potius, subindè accrescens quasi ponderis testi adhæ-
rentis sensum percipiunt ægri: Sin verò simul dolet,
periculum est, ne sit caro cancrosa.

Successivè ad molem talem succrescit caro hæc, &
ex insensibili principio sensum augetur, secus ac in aliis
testium tumoribus.

Interim tamen non confundenda est sarcocoele cum
tumore prostatico, quorum signa distinctiva jam
explicui.

PROGNOSIS.

Tumores testium carnosî non admodùm pericu-
losi sunt, nisi quod propter accedentem dolo-
rem punctorius cancer metuendus sit. Sarcocoele er-
gò si est dolens & maligna cancrosa, non est tan-
genda.

CURÆ.

Sarcocoele incipiens curatur internè per medicamen-
ta, imò si tantillum inveterata, nonnisi vel ipsius
carnis, abscissione, vel testis ipsius ex sectione t
Vid. Barbette *in chirurg. p. 1. cap. 25.* Hieronymus
ab Aquapendente, & Scultetus *in Armament. Chi-
rurg.* In cura ergò, præmissis universalibus, attenuan-
tibus & exsiccantibus, aut tumoris incrementum
præcavendum, aut ipse tumor successivè absumen-
dus: Pro hoc scopo inter remedia interna conve-
niunt terrea calcinata & alcalisata, quæ in struma-
rum cura solent esse in usu, v.g. pulvis contra strumas
usitatus Arnoldi Villanovani: Lotichii *in obs. pag. 514.*
ex spongiis combustis, cynosbati, lapide spongiæ,
ex radice consolidæ majoris, herniaria perfoliata, ter-
ra sigillata, &c. conflat. Item pulvis radices ononi-
dis meretur laudem, qui ad ʒj. per plures menses usur-
patus non sanguiniosè à Maghiolo, sed etiam ab
Horniq

Horatio in *Cista Medica*, Sculteto in *Arman. Chirurg.* obs. 74. Bartholin, *Act. Med. Hafn.* Vol. 1. pag. 189. & in *Ep. Cent. 4. Epist. 13. & 14. pag. 52. & 57.* admodum commendatur; item ejus decoctum & essentia, ut & spiritus eius dulcis, tam internè assumptus, quam tumori externè illitus, ab Agricola commendatur *Comm. in Poppium*. Verùm interna parùm præstant, cum & externa non semper satisfaciunt scopo. Antequam tamen ad excisionem testis sarcocele adecti perveniamus, applicanda sunt externa potenter emollientia & resolventia: quæ inter imprimis sunt fatus ex cineribus fumentorum vitis cum nitro & aceto missus & applicatus, emplastrum disiphatis Kulandi, item cataplasma ex Δ e, & testis cochlearum cum aceto; Item luta thermarum in ipsa thermis applicata scroto, ulcervantur. Præterea ducunt grammata penetrantia & resolventia, & hujusmodi tumores nunc emollientia, nunc suppurationem totam promoventia; unde gummi Ammoniacum, & ex eodem paratum cerotum & emplastrum, hic suam meretur commendationem: Sic in Sculteti *Arman. Chirurg.* obs. 47. habetur emplastrum ex Ammoniaco expertum contra sarcocele vel usurperat emplastrum, quod præscribit Lotichius *in observat.* pag. 514. & ipsi in qua n secretum communicatum fuit à quodam Lithotomo, tam contra aquosam, quam carnosam herniam.

Emplastrum aliud ad hernias carnosas commendatum videb. in Scriptis Paracelli, *Tom. 5. Conf. 3.*

Si suppuratur, loco convenienti aperitur, aut facta apertura spontanea, apostemati aperto imponendum est emplastrum ex gummi & colophonia, donec materia resoluta evacuetur, quod emplastro stipitico debito modo ulterius tractandum & consolidandum venit. Si non metuat æger de impotentia Venerea, optimum est applicare emplastrum de ranis Vigonis cum Mercurio, sed propter Mercurium periculosum est, ne destruat vis testium. Thermarum usus sarcocele si non planè discutit, earundem tamen incrementum avertere solet. Ubi talia & similia non juvant, sectio instituenda, & cum tumore testiculari amputandus: Apertio faciendâ, ubi tumor fuerit minor, in scroto à laxere: Ubi verò altius in vasa præparantia ascenderit tumor, apertio faciendâ in sanguine supra os pubis ubi vasa spermatica descendunt ad scrotum, & ibi vel substantia carnosâ solitaria sectione tollenda, vel unâ cum teste exerescentia excindenda, & ligatio, uti artis est, faciendâ.

Artic. VII. De Hernia Varicosa.

Pars affecta tumoris testium varicosi, dicitur hernia varicosa seu *varicosa*, sunt vasa spermatica, præsertim venosa, ad testes protensa, quæ subinde dilatantur, & tumorem circa testem in scroto efficiunt: Nam vasa hæc super testes in varios anfractus, in variis inter se anastomoses, invicem intexuntur & contorquentur, ut inde vasa pampini-formia dicantur. Quod si fiat, ut sanguis resuens crassior ob aliquod impedimentum in ejusdem motu circulari, in his anfractibus seu amplexibus circa valvulas hærens, ibidem stagnet, sit, ut venæ circa valvulas laxatæ in uno loco plus, in altero minus & inæqualiter distentæ hinc inde circa testem tumeant, & tandem talem tumorem interruptum seu inæqualem & varicosum, nunc eminentem, nunc depressum constituent, ubi contactus testium inæqualis est, tuncque hinc inde crispaturæ quasi se offerunt. Tumor rarè est adeò ingens, & cum testis tumidus tangitur, quasi funiculi tensi hinc inde obliquè distributi, & nodi inæqualiter uvæ in modum conglomerati observantur cum testiculi plus minus relaxatione. Indolens ferè est malum,

interdum tamen, dum intestina flautibus sunt distenta, aut pedes refrigerantur, aut vasa ista quavis ex causa dilatantur, dolor aliquis percipitur. Fit utplurimum à causa externa, saltu nimio, casu interdum etiam refrigeratione & humectatione scroti nimia.

Varicosa, seu hernia varicosa tactu patet; dum vasa testium tumida hinc inde percipiuntur instar funiculorum hinc inde complicatorum; teste ipso laxius utplurimum propendente, nisi cum status intestinalis distendunt, aut pedes refrigerantur, aut graviore conatu faeces alvinæ excernantur. Dolor subindè hunc tumorem comitari solet.

Sarcocele difficile malum est, & quod etiam interdum cancerosi aliquid occultum habet.

Quoad curam: Tumor varicosus medicamentis internis curari difficile est; attenuantibus tamen & dissolventibus curatio tentanda, in quem finem laudatur imprimis unguentum basilicum, pinguedinibus emollientibus & medullis animalium si imprimis conjungatur & applicetur, donec emolliatur tumor varicosus, Autore Ferrata *obs. Chirurg. lib. 1. pag. 58.* Item applicari potest emplastrum de mucilagibus, mixtum cum ana gummi Ammoniaci in vino soluti, & emplastri de Ammoniaco; vel solum Δ Philosophorum probè rectificatum illitum loco heretico discutit eosdem tumores. Thermarum etiam externus usus observatus fuit admodum proficiuus, si non planè discutit, earundem tamen incrementum inhibet. Hernia autem varicosa in veterata non curari potest citra chirurgiam.

CAPUT II.

De Lasa Genituræ Virilis Retentione & Excretionē.

Latetur naturalis genituræ retentio & excretio 4. modis:

1. Quando genitura citra coitum effluit
2. Quando in coitu nimis citò ejaculatur.
3. Quando in coitu nimis tardè emittitur; &
4. Quando nulla genitura neque in neque extra coitum excerni potest.

Artic. I. De Genituræ citra Coitum Excretionē.

Quoad 1. quando citra coitum genitura effluit, vel hoc interdum tantum nocturno tempore moderatè cum insomniis, & junctâ voluptate Venerea effunditur, diciturque tunc pollutio nocturna, quæ res est omninò naturalis, & quæ, quâ talis, Medico Practico non subjicitur.

Vel semen effluit noctu sæpius, idque imprimis citra sensum Venerum, imò etiam subindè interdum, frequentius, aut rariùs, citra voluptatem, interdum cum dolore, ac sine seu citra membri tensionem, &c. tunc talis fluxus genituræ gonorrhœa appellatur, à *πρω* fluo, & *ρρρ*.

Hanc gonorrhœam melioris methodi ergò distinguam in veram & notham: Gonorrhœa vera est, quando vera materia seminalis, aut ipsi saltem proximè similis in testibus tamen elaborata, crebrò nimis & copiosius effluit, tam noctu, citra tentiginem, quam interdum, flaccido etiam pene: Nota gonorrhœa verè est, quando alia materia vitiosa, vel liquamen serosum plus minus acre, aut decolor aut fetidum, loco seminis ex pene continuò effunditur, eaque ex proflatis.

MEM-

MEMBRUM I.

De Gonorrhœa Vera.

IN gonorrhœa vera ægri sunt graciles circa lumbos, & impotentes in motu: Conqueruntur de lassitudine & debilitate crurum capitique: Supervenit huic ipsi atrophia corporis, & imprimis debiles & pallidi fiunt, oculorumque orbitæ excavatæ apparent: Visus & oculorum fulgor perit, quin potius oculi quasi opaci aut cornei, & minus lucidi solent perspicui: Tandem fiunt tremuli, appetitus perit, functiones animales sensim deficiunt, cum semper cum genitura aliquid spiritus genitalis simul effluere soleat, & ad tabem dorsalem pergunt, eamque duplicem: de qua vid. Willsius *Pharm. Ration.*

Pars primariò affecta sunt vesiculæ seminales, in quas ex vasis deferentibus deferuntur genitura, & in quibus solet retineri, donec vel spontaneo impetu, vel in coitu debeat effundi.

Gonorrhœa vera triplici sit ex causa: nempe 1. à nimia copia aut abundantia genituræ, unâ cum laudabili ejusdem consistentia, aut nimia ejus excitata turgescencia; unde non tantùm uberius & continuus Veneris stimulus adest, sed etiam, ubi genitura paulatim turgescere incipit, levi occasione, impetu factò, ex vesiculis seminalibus mox erumpit, & cum voluptate ejaculatur.

Causæ remotæ sunt victus largior & lautior, potus vini dulcis generosi, vitæ genus laboribus, tam corporis quàm animi, vacuum, meditationes & conversationes circa objecta Venerea, Veneris consuetæ abstinentia, &c. quò etiam facit situs corporis, quando dormientes nocturno tempore imprimis dorso diutius supini incumbunt; tunc enim sanguis in regionibus abdominis posterioribus & exterioribus uberius coarctatus, indeque magis incalescens, etiam per vasa spermatica aliisque ad pudenda derivata, intensè calefaciendo genituram abundantem, hinc turgere, hinc stimulare, & tandem, spirituum animalium superveniente impetu, erumpere facit: id quod fit non tantùm juvenibus, sed etiam in viduis, quæ à Venere solita abstinerere coguntur. Pars quoad affectum est ratio flagrorum ad rem Veneream interdum utilium: de quo vid. Meibomius *Tract. de usu flagrorum in Re Venerea.* Gonorrhœa talis nocturno imprimis tempore accidit.

Si verò cum dicta genituræ abundantia seminales vesiculæ simul nonnihil laxæ & flaccidæ, aut etiam meatus in urethram, ex iisdem nempe vesiculis, patentiores solito sint, in talibus levi datâ occasione & turgescencia etiam interdum genitura subindè elabi solet, accedente membri ratione, & aliquali Venereo pruritu, idque, quod excernitur, est copiosum, crassiusculum, candidum, glutinosum, & naturaliter constitutum, uno nomine: genitura naturaliter constituta, idque imprimis cum stimulo aut pruritu Venereo. Unde mulieres frequenter vel intensius cogitantes dere Venerea, ut noctu facillè genitotam ejaculantur, ita etiam interdum quandoque.

2. Fit etiam gonorrhœa vera à nimia acrimonia genituræ, specifico sapore acido, aut falso, seu aromatico imprægnatæ; unde & irritantur partes genitales, in specie vesiculæ seminales, continuo pruritu Venereo, & præterea ista irritatione fibræ vesicularum seminalium & vicinorum muscutorum, in specie elevatorum, ad sui contractionem coguntur, adeoque ita genitura effunditur: hæcque una ex frequentibus gonorrhœa est causa. Genitura in principio apparet laudabilis, atamen nunc est magis tenuis, &c. Acrimonia tunc peccans solet esse acida ut plurimum, quæ cum sero ac dictas partes delata, solet irritare.

Tom. IV. Pars II.

tare has partes.

Causæ remotæ, quæ vel genituram actiorem generare & alterare, vel vesiculas seminales & vicinas partes magis stimulare valent, sunt imprimis copiosius assumpta acriora, aromatica, sinapi, eruca & in specie piperata. Item in iis, qui jam hoc vitio laborant, acida volatilia plus minus vinosa, ut sunt præter vinum, cerevisiæ triticæ, &c. Sic enim Schenckius *L. 4. observ. pag. 536. ex Bruyerino L. 8. cap. 43. de re cibaria,* refert, quendam gonorrhœam silymbrio seu nasturtio aquatico comesto semper pro lubitu, quoties voluit, provocasset: Hinc etiam purgantia assumpta acrimoniâ volatili nimâ quosdam sæpius partes genitales stimulo, ad Veneream & gonorrhœam stimulant. Exempla videbitis in Timæo von *Göldenlee*, & Piatero. Cantharides quoque perversè usurpatæ gonorrhœam, acrimoniâ suâ aciendo semen, & vellicando vesiculas seminales, inferunt. Facit & huc constitutio massæ sanguinæ paulò acrior, aut sero falsiore prædita, quod imminuens chylolam, materiam, genituram reddit acriorem & stimulantem: hinc in scorbuticis, & iis, qui laborant malo hypochondriaco confirmato propter serum massæ sanguinæ, falsius & acrior, genituræ simul plus minus commistam, adeoque acriorem serè genituram reddens, stimulo hoc malum subinde inferunt. In tali casu genitura nocturno pariter ac diurno tempore, nocturno tamen frequentius, cum voluptate Venerea effluit, prout plus minus spirituosâ fuerit genitura, aut prout plus minus à naturali statu recesserit, licet non absque pruritu fortiori, continuo stimulo Venereo ac tentigine sæpius urgente; unde & priapismus interdum conjungitur, vel dolor. In specie observanda est materia excreta, quæ nunc tenuior & liquidior, nunc spissior; illa acrior, hæc minus acris.

3. Fit gonorrhœa vera ex nimia tenuitate genituræ, concurrente tunc simul nimâ seminalium vesicularum laxitate & flacciditate, non secus ac prostaticarum glandularum, nimâque aperturâ seu hiscentiâ meatuum ex dictis vesiculis in urethram patentium. Unde & aquosa genitura, dum non ritè continetur, facillè effluit: quia laxatis ac atonia seu nimâ relaxatione affectis vesiculis, ista contineri aut retineri nequit: quæ laxitas vix spontè à causa interna induci potest, sed serè semper agnoscat causam antecedentem, & fit vel propter nimium, præsertim junioribus annis, Veneris abutim, vel ut plurimum propter nefariam mansuprationem, quâ sæpius re teratâ & testes laxantur & fermentum eorum debilitatur: Exemplum hujus rei habet Timæus von *Göldenlee*, *Cas. 49. libr. 3. de Studio Juris*, qui tali damnato modo gonorrhœam sibi contraxit. Patent etiam glandulæ prostaticæ poris quibusdam in urethram, quod evidenter apparet in iis, qui gonorrhœa obiere, cujus gonorrhœæ non rarò hi pori dilatati propria sedes sunt: Vid. Bartholinus *Anat. pag. 144.* Genitura quæ tunc effluit, est vel crassa & laudabilis, vel tandem tenuis admodum, aquosa & serosa plus solito: Illud evenit, si nullum in testibus junctum est vitium, eorum vis est adhuc laudabilis: Hoc vero, si testes simul laborent. Hinc etiam vesiculis seminalibus nimis laxatis, sine insignioris voluptatis aut sine vehementioris tentiginis sensu, interdum non advertentibus, elabitur talis genitura, vel statim ad levem imaginationem Veneream, vel ad levem scemine contactum hæc ipsum spontè exilit, effluit, interdum pariter ac noctu, aut ad alvi exonerationem paulò laboriosiore exprimitur. Adeoque pars essentia in gonorrhœa vera primariò sunt vesiculæ seminales.

Species gonorrhœæ veræ sunt variae, cujus diagnostis & causarum distinctio partim ex ætio, partim ex

Y y

um ex

um ex recensitis est manifesta. Hoc tantum addo: quoniam genitura semel excreta novo subinde supplemento ex massa sanguinea refarcitur, sit exinde, ut defraudato corpori succo suo torido & chylo nutritio, tales aegri gracilescant, & tabe dorsali corripiantur.

Quod attinet prognosin gonorrhœæ: Recens facili curatu, nunquam periculosa est: inveterata vero grave est malum, & difficilior curatur. Dum enim diutius continuatur, hominem tandem contabescere, & succumbere lethaliter cogit: vel eosdem in operationibus animalibus hebetat: supervenit imprimis febris hæctica similis, cum tali atrophice specie, qualis est tabes dorsalis noviter nuptorum: qualis hæctica tunc difficillimæ est curationis.

Uterius gonorrhœa diuturna non subito nimis supprimenda est, imprimis ubi inclinat nonnihil ad violentiam Veneream: Metus enim est, ne materia aëtea copiosius alluens suppressa, & interdum à naturali statu deficiens, inflammationem, aut supervenientem durum tumorem plasmius scirrhosum, ac varia symptomata testium inducat, ex stagnatione & regurgitatione materiæ excerni consuetæ.

Gonorrhœæ deploratæ indicium habetur, quæ digito in anum immisso resistentiam habet ad scalum, aut si catheter argenteus intrusus sublividus extrahatur: Tumoris nempe aut abscessus ulcerati illud: hoc verò ichoris gangrenosi, indicium est: quod tamen potius de gonorrhœa notha maligna, quam de gonorrhœa vera, intelligendum videtur. Conf. M. A. N. C. Ann. 4. & 5. App. p. 59.

Quod attinet curam: In hac causæ imprimis removendæ sunt, adeoque aut genitura imminuenda, aut ejus fervor & acrimonia temperanda, aut denique testium fermento roborato partes laxæ constringentibus firmandæ.

Pro quibus scopis obtinendis semper observandum simul:

1. Ut habeatur ratio acidi aut acris in quavis ferè gonorrhœa, plus minus peccantis.
2. Habenda est ratio testium, an rite constituti sint, ac genituram vel naturaliter, vel defectuosè conficiant: id quod præter eorum flacciditatem & molliem, & pendulum nimis situm, & ipsa genitura excreta plus minus à naturali statu degenerans, ostendit: adeoque cavendum, ne remediis quibusdam præposterè abhibitis destruat vis generativa.

Remedia ergò, quæ in genituræ copia conveniunt, sunt ea, quæ materiam feminalem imminuant: aut genituram turgescens compescunt, & fermentum testium plus minus enervant. Instituatur ergò diæta parciore ex alimentis parum acidioribus, minus chylolum succum suggerentibus, unà cum vigiliis & exercitiis corporis, quæ partim chyli cum sanguine assimilationem faciunt, & partim per transpirationem eandem imminuunt. Quæ fermentum testium enervant, sunt imprimis acida, vitriolata & nitrata, quæ vim genitalem admodum infringunt: Præ reliquis a. (Pli, & Q. erudum dosi ʒj. bis vel ter assumpta, sunt egregia. Loco horum temperata sunt succus citri, granatorum, succus limonum: unde experimentum Sylvatici Cent. 4. Conf. 1. non est inefficax.

Petrus Johannes Faber ad curendam gonorrhœam propinat succum limonum, cui inflavit spiritum terebinthinæ, unà cum tantillo camphoræ. Solutiones coralliorum cum succo citri etiam laudantur. Porrò radix & flores nymphææ albae, nec non absinthium, commendantur; item millefolium album, myrtha, spermiola Crollii, semen agni casti seu viticis: uti etiam semina cannabis, papaveris albi, lactucæ,

plantaginis, &c. quacunquè ratione usurpata. In specie semen cannabis ad inveteratas etiam, & tantum non desperatas gonorrhœas commendatur, si ex eodem, non secus ac ex reliquis seminibus, cum aqua castitatis fiant emulsiones; quæ tamen emulsiones cum cautela usurpandæ, cum semen cannabis propter vim narcotici, cam sit hostile spiritibus animalibus.

Convenit præterea urtica mortua seu galeopsis flore albo, quæ ex signatura commendatur à Carrichtero, si decoctum propinetur cum vino: Præterea res nota est de mentha, item de ruta, de portulaca & similibus; unde sunt, qui insigniter commendant sequentem pulverem: scil.

℞. fol. mentha
ruta

sem. agni casti

gall. pulveris. a. q. v.

Cajus pulveris ʒij. propinat in vino chalybeato; quotidie repetendo. Conf. Helidæus Paduanus in obs. Jero. pag. 170. & 171.

Succus millefolii ad ʒij. cum lacte dulci exhibitus gonorrhœam totaliter curare referunt, imprimis ubi succus simul lactucæ cum camphora externè testibus applicetur, Alii succum malvæ expressum, & in dicto vehiculo adhiberunt laudant. Pertinet hoc quævis essentia castitatis, quam videb. in Mynsichto & Riverio. Præ cæteris efficax est, idque propter admistam therebinthinam, & ad gonorrhœam Riverii. Centur. 1. Observat. 25. & in Cent. 2. Observat. 30. Prostat etiam in officinis nostris & castitatis Mynsichti, sed compositio ejus est admodum inepta; multa enim continet, quæ nihil per alembicum transmittunt; vid. Zwelferus in Pharm. Reg. Potius loco ejusdem è seminibus ingrediatibus fiat emulsio cum aquis destillatis illarum plantarum: cui postmodum addi possunt ʒ. res reliqui appropriati, & sigillata, camphora, saccharum ʒi, &c. Te ebantina imprimis conducit, in specie terebinthinæ, si ipsi addatur saccharum Saturni; hinc enim evadit mistura elegantissimè rubicunda, quæ crebrius usurpata mirè compescit gonorrhœam.

Quoad secundum scopum: quando gonorrhœa est à causa interna, genituræ nempe acrimonia nimia, conveniunt, quæ acrimoniam istam temperant & corrigunt, & simul aliquali vi stypticâ prædita sunt. Conveniunt ergò corallia rubra; imprimis earundem solutio & Terræ cum spiritu ligarum, aut etiam Terra coralliorum assafrata: Deinde Martialis, ut crocus ʒis adstringens, Terra ʒis adstringens, ʒis Pli, & Saturnina, & imprimis succinata, ac quævis ex succino præparata, quæ simul vi diuretica & abstergendi partes genitales vim habent: scil. succinum album præparatum, quotidie propinatum in junculo calido, jejuno stomacho, mirè ad gonorrhœam valet, quo Dn. Ellenbergerus in gonorrhœa usus est: quin & ʒo succini aliis additum in tali casu usurpari potest; per se enim est paulò acridus, ita, ut tutius solus pulvis usurpetur; Uterius crystallus montana præparata acrimoniam genituræ temperat, & gonorrhœas nimias compescit. Trochisci etiam de carabæ possunt usurpari, item mandibulæ lucii piscis. Pertinet hæc electuarium seu conditum Lindani; ad cujus imitationem

℞. Conserv. ros. rubr.

menth. crisp. ana ʒib.

oss. sepis præp. ʒij.

borrac. instar alum. calc. ʒj.

nuc. mosch. ʒb.

syrup. de rosis sic. q. l.

M. f. exinde electuarium;

D. S.

Temperirende und anhaltende Larverge.

De hoc

De hoc quotidie bis vel ter usurpetur. Facit hoc succus millefolii, vel succus lactucæ mixtus cum camphora; item pulvis Hartmanni. Item emulsiones ex seminibus 4. frigidis cum temperantibus, plantago, decoctum radicis nymphaeæ albæ, &c.

Uterius terebinthina & quælibet terebinthinata, vi diuretica genituram vitiosam corrigentia, sunt optima; hinc B. D. Michaëlis militem quendam diu gonorrhœa afflicto curavit pilulis de terebinthina Cypria cum croco oris subactâ nullis aliis adhibitis remediis; vel sicut pilulæ ex terebinthina cum rhabarbaro.

Sicuti os sepiæ præparatum singulare specificum contra has gonorrhœas fuit Hartmanni, & jam laudati Domini D. Michaëlis, qui ipse ordinariò & feliciter utebatur pulvere ex osse sepiæ & ʒio diaphoretico, seu cerussa antimoniâ, quæ mixta ʒb. ad ʒj. per aliquot dies propinavit, nullis aliis adhibitis remediis, nisi quod interdum succinum præparatum, aut trochiscos de carabe simul adhiberet: nam & ʒ diaphoreticum simplex & Martiæ cum aqua plantaginis haustum gonorrhœas sistit; sicuti etiam bezoardicum Martiale, item Venereum, usurpari solet.

Modernorum experimentum est balsamus de Capaiwe ex Indiis allatum, cujus 10. aut 15. guttæ propinquantur cum vino Hispanico, vel alio liquore appropriato. Saccharum hui, & cum eodem parata Terra antiphlogistica est admodum egregia, propter ʒ. ʒss & sacch. hui, præsertim quando in gonorrhœa, in specie in lumbis circa regionem renum, aroris tentus percipitur, unde etiam balsamus hui terebinthinatus, quem describit Hoffmannus in *Clave pag. 251.* multum contra gonorrhœas laudatur.

Ubi ab acrimonia genitricis penis exulceratio, ʒ. ʒi. mulieb. l. bubul. ʒiv. raria præp. ʒij. aloës epat. ʒj. sacch. can. l. albiss. ʒb. M. D. S.

Temperirinde Einsprühung. Cum syringa injiciatur pro una vice ʒb. ad ʒvj. & aliquandiu retineatur.

Quod si verò præter dictas causas genitura aquosa ac vesicularum seminalium laxitas iuducat gonorrhœam veram, in tali casu internè medicamenta ex mentha & absinthio, succino, thute, massiche, & similibus conferunt. In specie corallia alba, essentia item lignorum, & essentia ligni sassafras, Terræ coralliorum cum spiritu lignorum, item Terræ oris adstringens admodum laudantur: succus menthæ cum melle coctus, & ad consistentiam syrupi inspissatus, si ad ʒss. usurpetur, commendatur à Foresto: Item thus pulverisatum, & cum ʒ plantaginis ad ʒ. vel 4. dies propinatum, feliciter has gonorrhœas sistit, quod Burseri est secretum. Sed non est adeò sepiè hoc ipsum repetendum, quoniam aliàs etiam urinæ fluxum cohibet. In genere omnia adstringentia blanda conveniunt, quæ inspissant, & fluxilia coagulunt, præsertim Martialis & terre; hinc crocus quilibet, Terræ ʒis vitrioli, Terræ oris adstringens, terræ sigillatæ, bolus Armena cum aceto vel acidis usata sunt optima, hinc corallia cum acidis, saccharum Saturni, trochisci de carabe, trochisci de terra sigillata, radix tormentillæ, ejusque extractum &c. cum saccharo Saturni, & similia sunt optimi usat. Quidam ergò præscribunt pilulas contra gonorrhœam hoc modo:

ʒ. Extr. torment. ʒj. sacch. Saturni ʒb. camp. ʒij. M. f. pilule, quæ subindè usurpentur. Vel usurpetur decoctum adstringens & electuarium *Tom. IV. Pars II.*

cum simili regimine, quibus Timæus von Goldenklees gonorrhœam ex frequenti masturbazione natam curavit in *Casibus pag. 191.*

Non rarum est, ut post curatas gonorrhœas saltem subtilis liquor aquosus adhuc gottatim interdum prodeat, pro qua gonorrhœa declinante penitus exsiccata panga conveniunt imprimis pilulæ Riveri *Cent. 2. Obs. 74.* ad cujus imitationem aliquando præscripsi:

ʒ. g. Arab. tragac. succini albi præp. Mumia præp. boli Arm. ana ʒj. Laud. op. ʒb.

C. l. q. Terræ catechu f. pilulæ, pondere gr. j. Dentur pro ʒ. dosibus. Sic & thormæ ac balnea aluminosa naturalia in malo vel graviore, vel contumaciore, conveniunt.

Externè etiam sicut fomenta adstringentia cum vino austeriore, in quo decoquuntur cortices granatorum, balaustra & rosæ; item radix consolidæ majoris, plantago, & similia: aut fiat inunctio perineæ ac radicis penis cum oleo myrtillorum, scilicet,

ʒ. ʒo myrtill. ʒij. destillat. massich. ʒj. caryoph. c. press. nuc. mosch. ana ʒb. c. pauca cera l. linimentum. D. S.

Anhaltend Salbein. quod vesiculas seminales nimis laxas nonnihil roborabit atque adstringet.

Externa plura vult. in Wedelii *Tract. de Med. Facultat. pag. 223.*

Quod si aquosior, serosior & tenuior simul genitura fuerit, quæ in gonorrhœa prodit, idque serè restitutum vitio, victus nutritivus temperatus ex lacte, oryza, ovis, &c. quæ genituram semper lacteam reddunt, & ejus acrimoniam temperant, imprimis adhibenda sunt: Conveniunt etiam ova cum aromatibus.

Quod si necessum fuerit, ut etiam interdum sub cursu vel sub principio morbi purgatio instituat, præ cæteris in usu erit terebinthina cum purgantibus, v. g. Pilulæ de terebinthina Mynsichii, ʒb. ad ʒij. vel etiam pilulæ factæ ex sola terebinthina cum rhabarbaro pulverisato; item pilulæ factæ ex massa pilulari de fumaris & terebinthina cum Mercurio dulci, ubi suspicio subest luis Venereæ.

MEMBRUM II.

De Gonorrhœa Notha.

Quod attinet gonorrhœas nothas in his loco genitricis genitricis alia materia vitiosa, vel liquamen serosum, plus minus acre aut decolor, aut foetidum, nunc cum tunc sine dolore, nunc cum aliis symptomatibus, ex pene continuo effunditur: Sic feminis calidissimi & foetidissimi excretionem videb. in M. A. N. C. *Ann. 4. & 5. Append. pagin. 67.* hæc ipsa denudè est duplex: vel benigna, vel maligna, seu ut alias vocatur, virulenta. De maligna seu Venerea jam supra l. i. suo loco actum. Benigna est, quando citra causam manifestam, v. g. citra prægressum actum Venereum suspectum, effluit continuo ex pene materia seu liquamen aquosum & copiosum, idque citra pruritus Venereum, aut citra membri tentiginem, fluxus talis aquosus die nocteque diutius subindè continuatur, ita, ut citra omnem intermissionem etiam ad aliquot annos protrahatur citra insignem noxam. Respondet hic fluxus gonorrhœæ

thoræ nothæ virorum, fluori uterino albo mulierum. Alias à quibusdam etiam, utut pauci fuerint Auctores, qui ejusdem fecerant mentionem, gonorrhœa catarrhalis vocari solet.

Si pressius examinemus hanc gonorrhœam notham, inueniemus, quod pars affecta sint glandulæ prostaticæ, vel laxiores factæ, vel leniter excoriatæ, vel penitus exulceratæ, id quod sufficientissimè probat *G. Cassius de Organis virorum & Generat. inferuentibus*, pagin. 119. Naturaliter enim substantia hæc glandulosa & spongiosa præparet & secernat lympham quandam sui generis, tenuem & lubricantem, pro vehicula genituræ ex vesiculis seminalibus in urethram expressæ. Quod si ergò fiat, ut laxatis his ipsis substantiis glandulosis nimium, copiosius & frequentius ex massa sanguinea talis lymphæ excernatur in urethram, quid miri? si talis humor copiosus & frequenter excernatur? qui tunc simul in naturali flatu ad quandam viscositatem inclinatur, & sic continuè circa Veneris exercitium effluit ad purgamentum totius massæ sanguineæ.

Causa ergò materialis hujus gonorrhœæ erit dyscrasia sanguinis seroso cachectica, seu in qua sanguis crudior copiosiore latice aquoso seu sero chyloso, ex deficiente tam chyloso quam hæmatosi, est imprægnatus, qui per hanc substantiam prostaticam glandulosam, tanquam per colatorium, copiosius excernitur & separatur.

Causæ remotæ ad hanc gonorrhœam disponentes erunt omnia, quæ quacunque ratione serum sanguinis coacervare solent, stomachi nempe labes non raris dirigentis alimenta, sed hæc in cremorem aquosum & salsum pervertentis; unde etiam subiecta talia exinde vitiosum sanguinem generant, & ad cachexiam nonnihil inclinare solent: aut si non mox in principio resolvatur talis gonorrhœa, postmodum cachexia supervenit.

Causa efficiens formalis hujus excretionis, seu quare in specie per hanc partem fiat illa transcolatio & secretio? est laxitas nimia, adeoque insignis porositas ipsarum prostaticarum glandularum, una cum crebrioris excretionis provocatione, tam per masturbacionem, quam per crebrius repetitum actum Venerium, unde promptè per eos serum sanguinis nimium cribrari, & quasi filtrari potest. Ubi ergò hæc ipsa corpuscula aut ex equitatione nimia, aut ex lapsu, aut ex alia quacunque ratione, erunt relaxata, aut distenta, aut alio modo vitiosa, tunc talis latex massæ sanguineæ superfluous per has ipsas prostaticas glandulas, tanquam colatorium, excernitur, & ita gonorrhœam talem notham constituit, ut etiam sanguis subindè loco genituræ excretus observatus fuerit.

Signa hujus gonorrhœæ ex ejus historia sunt manifesta.

Quoad prognosin: Expurgatur equidem sub forma talis gonorrhœæ universa massa sanguinea, sed tamen simul plus minus depauperatur; adeoque caveant sibi ægri, ne tandem in cachexiam cum tabe dilabantur.

Cura ad gonorrhœam seu superveniens quoddam symptoma, minus dirigenda venit, sed potius radix morbi & primus fons est corrigendus: nempe

1. Stomachus est roborandus, ejusque digestio rectificanda.
2. Massæ sanguineæ cruditas emendanda & corrigenda, ejusque serum superfluum per sudores & vias urinarias amandandum; Denique
3. Partes genitales abstergendæ seu mundificandæ, & externis blandè adstringentibus prostaticæ glandulosæ firmandæ, & in tonum naturalem restituendæ.

Ex quibus Indicationibus vel spontè methodus medendi & materia medica patent. Præ cæteris remedia, quæ his satisfaciunt scopis, ex illis, quæ superius de cachexia, & affectibus catarrhalibus dixi petenda; unde ratione cachexiæ & digestionis primæ amaricantia aromatica, ut absinthium, mentha, rasmarinus, & ex his parata remedia, quæ & stomacho & gonorrhœæ satisfaciunt; ratione autem feri superflui juniperina, & ex ligno sassafras parata remedia ejusque essentia cum spiritu serpilli, crebrida & in majori dosi assumpta, conducunt; item decocta & essentia lignorum cum tormentilla paratæ. Observatum quoque fuit, acidularum potum uti in aliis morbis chronicis, ita in hac gonorrhœa diurna conducere, item succinata, in specie S volatile, quod cachexiam imminuentem subinde pervertit, diuretica vi, cujus ratione etiam terebinthinata, & pilulæ ex terebinthina, pilulæ Riverii supra laudatæ, apprimè conveniunt. Pulvere thuris, ad ʒj. ex ovo fortissimi sepius dato, plures curavit Petrus Asselinæus, vid. *Veischiæ Miltomim. Cent. 2. observat. 50.* quod etiam facit mastix & gummi animæ: quin &, si forsitan scorbutus sublit, à quo foveatur malum, & hujus ratio simul habenda. Conf. in specie M. A. N. C. *Ann. 4. & 5. observ. 20.*

Thermarum tandem usus externus, imprimis post bibitas acidulas, præ restaurando tono prostaticarum læsarum est convenientissimus, & gonorrhœæ hujus curam absolvit: Conf. *Sennertus lib. 3. Prax. pag. 963.* aut etiam balnea aluminosa artificialia aut similia adstringentia erunt commodè in usum vocanda. In specie non nimis citò suppressenda est hæc gonorrhœa, nisi universalis præmissa sint, quoniam natura abutitur his viis ad evacuandam massam sanguineam: emendatur saltem prius imminens cachexia, & vitium stomachi, & ferè semper spontè cessabit gonorrhœa.

Quod si verò vel suppressa sit intempestivè, vel suppressenda sit, foniculus in inguine aut altero crure aperiendus, ut quasi derivando alia mala præcaveamus, ad imitationem Zacuti Lusitani *lib. 1. Prax. Admir. observat. 97.*

Articul. II. De Nimis cita Genitura Ejaculatione.

Causa ejus est duplex: Aut enim

1. Nimis laxæ sunt vesiculæ seminales, earumque meatus nimis aperti, unde vel sub levi parvum attritu, & prima genituræ turgescencia, hanc elabi potius sinunt, quam ejaculantur: aut
2. Nimis spiritiosa ac fervida, indeque nimis turgida est genitura, ut fit in adolescentibus, Veneri raris, sed tamen acrius operam dantibus, ita ut primo impetu turgescita à spirituum animalium uberiore agilitate, & sanguinis fervore prorumpat foras, ut fit in Italis.

Prius vitium commodè adstringentibus blandis imprimis curatur, tam internis, talibus nempe, quæ modò in gonorrhœa ex laxitate vesicularum seminalium fuerunt proposita, partim externis, iaculis nempe, balneis, thermis, & similibus, quæ in gonorrhœa notha benigna externè usurpanda dixi.

Posterius verò vitium, ubi nimius spirituum impetus genituram ejicit, opio & opiatas imprimis est sistendum; hoc ipsum enim nimium spirituum animalium impetum figit, & hinc subitam genituræ turgescencia cohibet. Nam, utut verum sit, quod opium tam ab Indis Orientalibus, quam à Turcis usurpetur, ut sc. hanc voluptuosorem reddant, sic tamen hoc, quatenus opium, refræando spirituum

animarum

animalium impetum, remoratur nonnihil genituræ citam ejaculationem, & ita per consequens ipsam coitus actum longiorem reddit. Mulieres sanè Indæ sunt admodum voluptuosæ, testibus rerum Indicarum Scriptoribus, quæ non tam sæpius repetitur, quàm unâ vice longius continuatum exoptant actum Venereum. Verùm ne opium spiritus figendo nimis noceat, & cum in actu ipso spiritus copiosè excernantur, reliqui autem resistentes torpidiores ab opio meatu tandem stuporem inducant; item cum spiritus genitales conjugum in actu coitus foecundo transplantentur in foetum, ne exinde facti generentur foetus, stupor, aliudque facultatis animalis ipsi inducatur vitium, ob id consultum est cum opio præparato in his casibus miscere ambram. ex quibus mistis potens sit confortativum spirituum, & egregium remedium Venereum, idque innocuum adhibetur, quod & Venereæ actum ratione opii protrahendo voluptuosiorum, & ratione ambræ spiritus confortando minus nocivum redditur. Hinc tali in casu essentia ambræ, cui in præparatione simul opium certâ quantitate additum, cum spiritu rosarum parata, & essentia ambræ abodyna vocata, in ∇ cianamomi vel haustu vini Malvatici propinata, egregium erit remedium Venereum. Aliàs in tali casu ceu singularis commendatur globulus, factus ex sanguine cervino cum Venereæ stimulantibus misto, ac coitus tempore in manu detentus.

Pertinet ad hos affectus singularis illa observatio notatu dignissima Heiarici ab Heer observat. 10. de cita nimis, & ex primo quoque penis contactu, excretionem genituræ, ob ulcus, in intestino recto latens, à quo ipso vesiculæ seminales (sic Hofsen an das Intestinum rectum) per consensum affectæ & irritatæ, genituram retinere nequeunt, sed illam præmaturè ejiciunt.

Articul. III. De Genituræ Excretionem nimis Tarda.

Oritur hæc à defectu spirituum animalium & turgescentiæ genituræ ipsius hinc oriundæ debitæ. Quia & vesicularum seminalium laxitas seu flacciditas, earumque & musculorum penis vicinorum aliquis languor, & hinc ad expressionem genituræ minus turgentis ineptitudo, multum huc facit. Huc pertinet etiam vitium illud, quod in coitu, erecto licet & agitato membro, nulla tamen genitura effluit, quæ tamen postea flaccido membro in somno, invito etiam effluit: qualia exempla videb. in Zacuto Lusitano lib. 3. Medicor. Princip. Histor. 29. Sic Veslingius in Observ. & Epistolis, à Bartholino editis, Epist. 38. pag. 150. similem refert historiam de viro, qui pene licet erecto genituram in coitu effundere non potuit; pene autem jam flaccido illam spontè, & ad levissimum contactum genitalium muliebrium, effluxit. Ratio hujus affectus ex modò dictis patet, & etiam à Veslingio concinnè c. 1. traditur: Nempe consistit in defectu spirituum animalium genituram ad debitam consistentiam non imprægnantium, & postmodum in laxitate & flacciditate tam vesicularum seminalium, quàm in specie musculorum penis: his enim turgidis factis in coitu, non potest genitura per poros & meatus angustos in pene erecto ac turgido quodammodo oclusos cum impetu ac robore solito excerni & exprimi; siquidem & proflatae intumescens ita superent impetum excretorium ex vesiculis, ut arctatis osculis earum non absque impetu ejaculatorio genitura exprimat, quo robore vesicularum deficiente, erecto membro, & turgescibus vicinis partibus, minus genitura excer-

Tom. IV. Pars II.

ni poterit; quin potius remittente penis rigore, & hinc hiantibus & apertis quasi magis meatibus genitura, adhuc aliquantisper turgida, spontè postmodum elabitur; unde etiam in tali casu tensio penis solita circa radicem ejus à musculis non percipitur, propter earum flacciditatem.

Unde etiam rectè calida nervina acris & aromatica, quæ spiritus animales augent, & genituram ad excretionem promptiorem reddunt, tam internè quàm externè adhibita, ad curam commendat Veslingius; sicuti similibus, speciatim castoreo, præfatum ægrum suum curavit Zacutus Lusitanus. Fiat ergò præmissis internis & stimulantibus inunctio radicis penis & perinæi ex oleo nucis moschatæ expresso cum oleo macis destilato, caryophyllorum & similibus: quibus vel zibetum, vel moschus, item oleum formicarum, item formicarum volatilis, addi potest.

SECTIO II.

De Lasa Penis Ereptione.

Penis deficiens erectio, vulgo impotentia virilis dicitur, utut & deficiens genitura excretionem dicatur: Impotens enim est is, qui non potest id, quod maritum decet. In duobus enim consistit impotentia propriè sic dicta virilis: nempe in deficiente membri erectione, deficiente per istud seminis ejaculatione: Nam prius deficiens erectio impotentem ad coeundum: posterius ad generandum reddit. Læditur autem hæc erectio penis ad coitum necessaria, & hinc copula maritalis debita, tribus modis:

1. Quando deficit, seu est imminuta.
2. Quando excedit, estque nimis.
3. Quando depravatur, dumque penis non conveniente modo & figura turgescit & erigitur.

CAPUT I.

De Penis Ereptione Deficiente,

& hinc oriunda

Impotentia Virili.

Deficit erectio vel distensio penis triplici imprimis ex causa:

1. Viti instrumenti erigentis, musculorum nempe & spirituum animalium.
2. Vitio stimuli in genitalibus spiritus animales ad determinatum motum excitantis.
3. Fascino seu maleficio.

Quod ergò attinet musculos: laborant hi, quando ita sunt affecti, ut se proprio motu contrahere nequeant: id quod fit in paralyti & resolutione ipsarum fibrarum. Resoluti sunt muscoli penis erectores ex affectione ipsorum nervorum, spiritus ad animandas eorum fibras devehentium; quâ ratione è causis remotioribus, interdum equitatio nimia, comprimendo, & in se cogendo hos musculos, & quasi contundendo, erectioni penis ineptos reddit: Tale exemplum recenset Jacobus Fontanus Conf. 2. Dico: equitatio nimia; Nam moderata potius prodest ad erectionem: Sic enim Ferdinandus Hist. 26. post gonorrhœam benignam ex equitatio priapismum ingentem observavit. Casus item aut percussio super os sacrum, vicinas partes, ubi nervi horum musculorum

Yy 3 rum

ruam originem docent; item in dorsum, ut paralyfin aliorum locum, ita etiam penis, propter affectos nervos infert: vid. Jacobus Fontanus *l. 2. & Hildanus Cent. 6. observ. 59.* Conf. etiam *M. A. N. C. Ann. 2. observ. 104. pag. 177.* Pertinent huc Mercurialia, siquidem virilitas inuadione per unguentum Mercuriale adempta, per 20. specie verò fuit restituta, observante Schenckio *lib. 4. obs. 1.* cui analoga est observatio Panaroli in *Pent. 1. obs. 39.* Facit huc etiam frigus, cujus occasione etiam non pauci impotentes fiunt, resolutis quasi musculis

Spiritus animales quod attinet, musculos hos moventes, & ita ad penis erectionem facientes: horum defectus imprimis erectionem deficientem facit, dum musculos non contrahunt, quibus non contractis venula laxata est, ut penis flaccescat. Deficiunt hi in musculis istis vel in genere ex eorum defectu universali, ut fit in senibus debilibus & languidis ex morbo, unde in morborum acutorum statu & declinatione erectio membri naturalis rediens, faustum signum esse solet spirituum animalium regeneratum, & in debitas motiones concitatorum: Vel in specie deficient spiritus animales in pene, & specialiter in ejus musculis, quando in motu suo perturbati sunt & minus languent in perturbatione mentis, quando animus aut imaginatio circa illud objectum occupata eorum in cerebro ac aliis partibus detinet, & minus ad penem influunt spiritus. Hac ratione & pudor, terror, pavor & similia interdum, imò sæpius, penis erectionem prohibent, aut eam factam de novo tollunt, quatenus aliò vocant spiritus per imaginationem pudibundam, &c. sicut e contra meditatio rerum Venerearum, aut titillatio membri, spirituum motum ad illud ejusque musculos dirigit, sicque penis erectionem promovet. Ex hac causa, nempe pudore nimio & intemptivo, interdum evenit, ut noviter nupti se maleficiatos putent (*es sey ihnen ein Pöffen geschehen*) cum tamen potius ex nimio pudore impediatur debita membri erectio, quo tandem discunt, res alacris succedit. Pertinent huc ii, qui melancholia hypochondriaca laborant, qui ut variis subinde conflantur phantasmatibus, ita & tales subinde imaginatione propria decepti se impotentes assimant, & reverà tunc minus commodè rem peragunt, qui, curato malo hypochondriaco, sponte sua ad rem familiarem potest redierunt, qualia exempla habentur in *Salmuth Cent. 2. Observ. 78.* Simile exemplum est, quod habet *Sylvaticus in Cent. 4. Conf. 4.*

Secunda causa est deficient stimulus Venereus à genitura minus copiosa, minusque turgescere: sicut enim ab hujus turgescencia aut copia, indeque facta partium istarum irritatione, & hinc dependente determinato spirituum animalium motu ad istas partes stimulatur, & pollutiones, tam nocturnæ, quam interdum etiam diurnæ, oriuntur: ita à deficiente irritatione & erectiones & pollutiones consuetæ fiuntur, membraque flaccida & pendula fiunt.

Pertinent huc imprimis quælibet vitia testium, & vesicularum feminalium, genituræ præparationem & retentionem viciantium. Tales aliàs dicuntur frigidi, cum nullo stimulo in Venere ferantur, nullaque aut paucâ libidine tententur; unde etiam, si quid emittant genitoræ, aquæ ferè, minusque spumosa existit, quia & spontè sine voluptatis sensu exit: Tales naturaliter sunt senes, qui in hoc negotio naturaliter tandem deficient. Sic *Hildanus Cent. 5. Obs. 40.* refert impotentiam ad coitum ex defectu testiculi sinistri, & depravatione vasorum spermaticorum. Pertinent huc camphorata, vigorem genitalem supprimunt: Sic *Lossius observat. pag. 314.* observat virilitatem amissam ex solo continuato odore camphoræ. De nitri usu frequentiore Venere extingente constat ex *Tinwo von Guldenclee.*

Huc faciunt flagra natibus intelligenda quorum flagrorum ad rem Veneream magnus est usus: de quo vid. elegans *Traclatus Meibomii de usu flagrorum ad rem Veneream*, quem nuperrimè notis illustratum edidit Bartholinus, ubi refertur exemplum cujusdam, qui nunquam potuit amariæ satisfacere, nisi prius virgis caderetur ab hac: unde postmodum ita cæsus egregiè officio præstando functus est. Causis hisce simul tertia causa, nempe extraordinaria & magica addenda venit, quæ est fascium seu maleficium, aut incantatio noviter nuptorum, dum sc. sub ipso puncto copulationis matrimonialis sacerdotalis per maleficia, v. g. per seram clausam, per ligulam contractam, aut cultrum parieti infixum, aut aliis ultra 50. modis, quos ræceo, ita ligatur sponsus, ut postmodum stimulantem licet natura, & erigente se membro, sponsæ zonam solvere, coitum celebrare. & cum sponsa gaudia optata peragere nequeat: quin etiam, ubi armatus propius accedit, subito membrum jam erectum iterum flaccescat, & tamen cum ulia quacunque, exceptâ sponsâ, facile & optimè, nisi ex aliis causis simul sit impotens, coire potest. Existimant equidem multi, quos inter est *Wierus de Præstigiis Daemon.* *Salmuth Cent. 2. obs. 78.* & *Borellus Cent. 4. observ. 65.* hæc vana esse, falsaque & provenire solummodò ex animi affectibus, à nimio gaudio, aut pudore aut motu, aut aliâ quacunque causa, vel etiam ex imaginatione falsa, & in specie melancholia hypochondriaca, spirituumque animalium hinc avocatione: Contrarium tamen loquitur experientia, & cum eadem *Bartholinus Cent. 3. Hist. Anat. 71.*

Causa maleficii formalis, seu quomodo fiat? si non omnino imperferutabilis, nec præcisè à Diaboli est præstigiis, forsàn à sola dependet imaginatione ligantis: Quorsam non tantum inclinât *Verulamius in Sylva Sylvaticum.* sed præterea etiam *Helmontius de Magnet. Vulner. Curatione* & *Marcus Marci in Philos. Vet. Restituta*, aliisque scriptis.

Quoad signa de erectione membri læsa: res per se patet, & ab ægro querulo, seu potius uxore ejus, facile manifestatur, saltem causæ perferutandæ sunt proximæ, & omnes remotæ probè pensandæ à Medico.

Si ergo vitium adsit quasi paralyticum, membrum flaccidum est, nec ullo unquam objecto, etiam si Venere desiderium adsit, moveri aut erigi potest.

Spirituum animalium defectus ex universali corporis languore ac imbecillitate, & actionibus reliquis animalibus, manifestus est.

Si ex animi affectu aliò vocentur, præprimis in hypochondriacis, ab ægro cognoscitur: quia variaz cogitationes, varia phantasmata, & similia objecta actu se representabunt.

Quod si verò nullus adsit stimulus Venereus, ab ægro etiam hoc ipsum facile cognoscitur, quod ipse patiens nullum appetitum habeat ad tales actiones.

Denique ab incantatione seu maleficio affectum ortum habere, manifestatur, si homo aliàs ad Venere fati aptus fuerit, nec ulla causa manifesta præcesserit, quæ id ipsi, & præcipuè subito inducere potuerit; aut etiam: quando cum alia quacunque coire potest, exceptâ solâ sponsâ.

Prognosis est, quod tales sint in secundi, tamen diu se, quamdiu debite adire nequeunt.

Per se nihil mali inde imminet ægris; per accidens verò, propter oriendum inde mœrorem, tristitiam, & alia animi pathemata, alia mala supervenire possunt.

Malum ab incantatione naturalibus pariter remediis depelli potest, cum ipse Satan operetur secundum naturam, modò adsit v. g. suspicio de ligatura.

Cura varia est, in qua observandum est, ut

1. Volatilibus spirituosissimis spirituum animalium impetus & influxus promoveatur.
2. Ut aromaticis volatilibus acrioribus aphrodisiacis seminis impetus & acrimonia intendatur.
3. Fascinum, si quod fuerit, quantum possibile, empiricis removendum.

Pro duobus ergo prioribus scopis conveniunt omnia ea, quæ supra in deficiente genitura elaboratione fuerunt allegata, interna & externa, imprimis aromata & omnia aromatica, ut cinamomum, cubebæ, caryophylli; grana paradisi cibis permixta, sinapi, eruca, macis, piper, semen coriandri, aut vinum cinnamomo maceratum, & quælibet ibidem laudata, egregiè conducunt. Sic ovum forbile, in quo veretrum cervi vel tauri, in Veneris actu interfecti exsiccatum & pulverisatum, cum cinnamomo convenit, cujus usus internus qualiscunque ante coitum, valè iam erectionem facere dicitur. Item ex formicis, ex ambra, ex sanguine galli, &c. parata remedia sunt proficua: Sic radix satyri condita & essentia satyri cum spiritu formicarum parata, in haustu vini malvatæ sub introitum lecti assumenda; borax in ovo fortili ana gr. xv. ʒj. ad ʒss. vid. Amatus Lusitanus Cent. 2. Cur. 18. & Mercurialis Cas. 48. Pineæ, amygdalæ dulces, pistaciæ, lac, &c. materiam seminali in augment, unde quidam lac muliebri in ipso actu hauriunt; item oleum ex pinis expressum, Angli pro Venere roboranda usurpant electuarium ex ambra & laudano opiato in parva dosi, excipiunt cum syrupo quodam. Spiritus genitales seu animales augmentat spiritus sanguinis galli cum spiritu formicarum, & electuaria supra præscripta.

In specie cantharides acrimoniâ suâ potentissimè irritando vesicæ collum, & hinc stimulo musculos penis ibidem situatos potentiorè erectionem solent inducere, sicut Platerus *obs. pag. 239.* refert impotentiam ex inbecillitate vasorum seminalium seu genitalium ob Veneris nimium usum, refrigeratis iis & relaxatis, contractam, aliis irritis per usum cantharidum cum speciebus aliis aromaticis curatam.

Externè huc facientia sunt v. g. calor, dum e. g. membrum virile igni admoveatur & titilletur pro membri erectione, vid. M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. obs. serv. 179.* Balnea nervina, inlesus, fetus nervini velunctiones contra paralytin penis secundum Zacutum Lusitanum l. 7. *Prax. Histor. c. 10.* aliis usitata, sunt instituenta. Cubebæ bulliant in vino generoso vel liquore appropriato, & decoctum ita applicetur testibus & locis vicinis; item balsamum Venerum Mynsichti in *Armanens. Chym. nunc solitaria*, nunc cum oleo formicarum mistum, simul ad erectionem & ad voluptatem prodest perinæo & radice penis item scroto & testibus mundum.

ʒ. succi pallii.

ol. sinapi an. ʒij.

Ovor. formic. magnor. ʒj.

Pissentur ova, & exponantur soli per diem 1. aut 2. deinde permisceantur in formam linimenti, quo glans ante coitum est illinenda. Si membrum post coitum adhuc rigeat, abluatur ∇ calidâ.

Junctio pectinis vel glandinis cum sale apri magnam erectionem & delectationem facere ab Hartmanno in *Crollium pag. 357.* & Montagnana, asseritur, radix hellebori nigri pulverisata, vel pulvis radicis pyrethri cum pinguedine coturnicis commista, & hoc ipso linimento radix penis vel glans illita, singularissimum est: Hoc enim non tantummodò validam facit erectionem; sed & hoc prestare dicitur, ut & mulier virgo, & ipse maritus magis hastatus, appareant: Item ∇ & \sim formicarum, ∇ destillata & succus ovotum formicarum expressus, cui parum zibethi

additum sit, vel cum oleo de piperibus & costino, vel de castoreo mistus, aut testibus aut perinæo inunctus, cui & in specie oleum caryophyllorum permisceeri potest. Aliàs ʒo. costinum, ʒo. nucis moschatæ, macis, ʒo. euphorbii, ac similia in usu sunt: aluminis plumosi aliquid addi potest ad imitationem consilii eruditi in M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. App. p. 143.* unde decoctum pyrethri & euphorbii cum vino parat Forestus *lib. 10. obs. 92.* pro abluendis genitalibus.

Balsamus apoplecticus Venerum Mynsichti aut similis, cum zibetho, moscho, aut aliis paratus, radice penis vel perinæo, ubi muscoli siti sunt, ad firmam erectionem illitus, sufficit: sicuti glans eodem illita utrique sexui voluptatem auget. Unde etiam præcipitur, ut in passione hysterica, & ejus paroxysmo desperato serè, vir glande ita inundata uxorem comprimat, pro solvendo paroxysmo.

Pertinent huc poma ambrae in manu tenenda pro promovenda erectione & continuando congressu, seminis & iis conducibilia, in quibus calor naturalis imminuitur, & qui in morbo chronico, vel arte quadam veneficâ, in virilitate debiles facti, quæ vid. in M. A. N. C. *Ann. 2. obs. serv. 41. p. 77.* Quibusdam sequens pro singulari habetur secreto:

ʒ. Jang. ex cervo, dum Veneri inhiat, sclopeto interfecto rec. collectum;

cui adhuc calido adde:

pulv. tragac. ʒij.

nuc. mosch.

caryoph.

cinnam. an. ʒss.

campb.

moschi

ambr. an. ʒj.

F. & l. q. sanguinis illius massa in formam globi, exciccetur & asservetur.

II, qui nimis citò genituram in coitu emittunt, dum coeunt, hoc pomum in manu detineant, quamdiu continuerint, tandem continuare poterunt Venæ em, citra spiritus aut genituræ emissionem. Quando autem pomum deposuerint, genituram mittunt. Sit tamen fides penes experientiam.

Ab incantatione si fuerit malum, aliis opus est remediis: Conducunt vomitoria Galia, ut ʒ emeticus Mynsichti, & ex helleboro albo. Post hæc convenit imprimis betula; mictus nempe per scopos betulinas recentes à Carrichtero laudatus, qui, si quis alius, in morbis ab incantatione oriundis exercitissimus est: Potus cerevisiæ betulinae, seu in qua decocti sunt sarculi betulæ recentiores experimentum est Helmontii, *Tract. de Luthias cap. 8. §. 25.* cujus loco substitui potest succus betulinus ex ramo ejus succiato fluens. Ganstius *Tract. de Coralliis* commendat pulverem sequentem:

ʒ. Corall. rubr.

dent. hom. mort. maris ana ʒj.

sem. & herba antirrh. ana ʒss.

M. f. pulvis pro suffitu

Hypericon, ejusque essentia Mynsichti, tinctura coralliorum, quæ laudatur maximè ab Helmontio contra veneficos morbos; Valeriana, in specie prætenis, & phu vulgare, quod à Carrichtero in *l. von der Hexerey* laudatur; abrtanum, momordica, artemisia rubra, plantago ∇ tica, HB. Paris, quæ pulverisata, & ad ʒj. assumpta, uti & sorbus, vel decoctus, vel pulverisatus in syrupo, singulariter à quibusdam commendatur, haustus etiam bonus lactis muliebris laudatur. Potrò valent origanum, aquilegia cum toto, antirrhinum, adiantum album & nigrum, ricinus Americanus, radix contrajervæ, aristolochiæ rotundæ, quæ multis præferuntur. Aliàs tanquam secretum habetur pulvis factus ex rasura câpanæ ex eo loco derasa, ubi pistillum eam ferit, rasura hæc etiam miscetur cū

Yy 4

pulve.

pulvere priapi tauri & croci modico, & sponso propinatur. Mercurius vivus in nuce avellana, vel in calamo scriptorio, collo appensus præservativum est certum sponforum, ne ligentur in copula sacerdotum. Quibusdam placet una cum hoc Mercurio, calamo scriptorio incluso, plantas quasdam appropriatas, e. g. hyperici, capillorum Veneris, sem. antirrhini, herbam & baccas paridis & similia nodulo includere, & ex collo suspendere. Fuit experimentum D. Michaëlis, & ab aliis hæc aliquoties expertum: e. g.

℞. ℞i viv. calamo incl. ℞ij.
capill. Veneris
flor. aquileg.
hyperic.
sem. hyperici
grana parad. ana ℞j.
M. sc.

In linteo gestentur contra omnes incantationes, veneficia & ligationes conjugii.

Helmontius laudat electrum immaturum Paracelsi, quod Zwelferus in *Mantiss. Jpagy. cap. de euro* aurum embryonatum, nondum satis fixatum, esse putat. Observatum aliàs fuit, quod primatum ducat viscus ex corylo, quod cum adipe canis, caponis vel ursi redigitur in unguentum contra veneficia: vid. Carrihterus, & Henricus ab Heer in *Obs.* Valent item viscus quercinum & tiliaceum. Laudatur quoque fel corvi, & canis nigri illitum. Myntichtius habet emplastrum foetidum, quod etiam D. Michaëlis expertus est in veneficiis. Burrhus emplastrum antidia-bolicum ex cera benedicta & assa foetida parat. Hartmanni experimentum certum, & aliquoties probatum, quod ipse recenset in *Praxi Chimi- atr. pag. 265.* fuit lotio pudendorum utriusque sexus cum decocto herbæ, florum ac seminis aquilegiæ post lotionem fecit suffitum dictis partibus excipien- dum ex dentibus hominis mortui pulverisatis super carbones projectis. Modus suffitus est hic: Recipian- tur tres dentes ex capite mortui viri, qui minutè pulveriscentur; hinc recipiantur 2. lateres novi, qui candefa- cti per crucem disponantur in terram, huic affundatur V. Rhenani optimi, & superimponatur pulvis dentium istorum contusorum, fumo imponatur membrum in- cantatum, & ita excipiat fumus, donec membrum incipiat sudare: hinc hic sudor cum linteo mundo deorsum versus abstergetur. Quo factò inungatur membrum cum assa foetida, hinc linteis involva- tur, & ita incantatus cubitum se conferat.

Item expertum fuit aliquando, si quis emat Lu- cium piscem sexus masculini, huic per vim aperiat os, & in os ejus mittatur urina masculinæ: hinc Lu- cius ita vivus immittatur in fluvium, idque contra ejusdem cursum, & ita sinatur. Si malum non sit ni- mis inveteratum, seu in maleficio noxo, singulare et- iam habetur secretum melleo per anulum sponsalium ante & post copulationem, eque reciproca, aut per asseris ex reliquo trunco extrusum nosum: vid. We- delius de *Medic. Facult. pag. 225.* Ubi hoc non suf- ficit, accipiat simul rasura annuli sponsalium, quæ interius in potu vini assumpta singulare est experimen- tum in tali casu. Venefica docuit juvenem urinam mit- tere per columnæ patibuli foramen terebrâ factum, & liberatus fuit. Fuit aliquando curatus quidam simi- literi incantatus consilio ipsi à vetula suppeditato, dum sc. in coemiterio quodam misit urinam per ansam, seu anulum cujusdam epitaphii vel lapidis sepulchro in- cumbentis. Denique si quid aliud, singulare est, si quis accipiat ovum recens, hoc coquat cum urina propria ad absorptionem medietatis: quo factò urina su- perstes projiciatur in flumen secundum ejusdem cur- sum, ovum verò ita coctum leviter apertum immittatur in cervum fornicatum; unde, quando formicæ ab- sumperunt ovum, solutum erit fascinum: v. Hat-

mannus in *Praxi Chimi- atr. ubi de Atrophia.* Quidam stercus propium post duas horas excretum vesicæ in- cludunt, & fumo exponunt: quo factò dolores alia- que mala à veneficio inducta cessare, & veneficam eundem gustum percipere dicunt.

Interim observetur, quòd, prout variant media, quibus instituitur ligatio, ita etiam necesse sit variare remedia; unde cum dubii sumus, quomodo facta sit ligatura? etiam varia remedia tentanda sunt.

CAPUT II.

De Penis Ereptione aucta.

Articul. I. De Nimia Salacitate.

Secundum in ereptione membri vitium est, quan- do nimium, aut sæpius, aut diutius, quàm na- turaliter fieri solet, imò ferè continuò, distentum & erectum est membrum, adeòque consequenter erectio & rigiditas nimis aucta est.

Affectus est duplex, qui occurrit in nimia membri ereptione, secundum duplicem modum, quo fit; ita tamen, ut pars affecta semper sint muscoli circa radice- m penis; qui contractione suâ comprimendo ve- nam, impediunt sanguinis refluxum, & penem eri- gunt; quod tamen cum duobus modis fieri soleat, est etiam duplex affectus: Primus est modus, quando ægri ex stimulo Veneris huic acriter inhiant, & hinc sæpius & diutius membri tensionem cum prurigine in Venerem patiuntur, & tunc dicitur Salacitas, seu nimia in Venerem propensio, in qua per integram noctem ten- sionem penis insignem percipiunt, quod malum interdum eò usque excedit, ut etiam quandoque delirium aut furorem quandam Venerem inducat; idque ex ni- mia genituræ turgescètia & orgasmo, qui ipse furor vix, nisi genituræ uberiore excretionem sedari potest: Conf. M. A. N. C. *Ann. 6. & 7. Obs. 54. & 55. p. 87. & 88.* tuncque affectus est similis brutorum œstro Venero, dum certis anni temporibus ex liquoris ge- nitalis turgescètia, hincque junctâ sanguinis aucta fer- mentatione, cum spirituum insigniore fervore in Ve- norem impetuosius ruunt. Hic affectus in maribus est summus salacitatis gradus, & ferè idem, qui in mu- lieribus furor uterinus dici solet.

Causa hujus salacitatis facillè patet: Est nempe ge- nituræ naturaliter constitutæ & uberiùs collectæ, si- mulque spirituosæ ac actioris, nimius fervor ac tur- gescètia, & inde natus stimulus ad Venerem, quem sequitur determinatus spirituum animalium motus & penis erectio.

Causæ remotæ sunt variæ: omnia nempe, quæ genituram augment, vel spirituum animalium impetum excitant, aut acrimoniam loca genitalia stimulant: hinc vita sedentaria, diæta laeta cum aromatibus condita, assumpta & propinata purgantia, aliæve Venerem sti- mulantia, meditationes Veneræ, aliæve occasio- nes externæ, ad hoc malum disponunt. Præsupponit laudabilem genitalium constitutionem, qualis depre- henditur in iis, qui sunt triorchides; item quando Salmuth *Cent. 1. Obs. 23.* refert Veneres insignes, in quorum altero magni renes, in altero tres venæ se- minales dextræ visæ fuerunt. De Medicamentis pur- gantibus, Venerem stimulantibus, præter Platerum vid. Timæus von *Gildenklee in Cas. pag. 193.* item M. A. N. C. *Ann. 2. observ. 71. pag. 131.* Sin ulterius exce- dat hæc salacitas, ut coitu vix satiari possit, quin et- iam post coitum Venerem adhuc membrum rigidum & tensum continuâ prurigine in Venerem stimulet. usi- tato vocabulo Satyriasis, summus nempe salacitatis gradus,

gradus, dicitur à Satyris, qui membro erecto, & ad libidinem deplendam semper prono, singuntur & pinguntur. Exemplum talis Satyriaseos, si quod aliud insigne vid. in Timæo von Gùldenkleee lib. 3. Casu 52.

Diagnos. salacitatis & satyriasis, ex relatione ægrotum, & supra dictis per se patet.

Quoad prognosin: Ex salacitate & satyriasi nullum incommodum, nisi quod nimiam Venerem insequitur, metuendum est: nempe debilitas corporis, ejusque tabes, in specie actionum animalium insignis læsio, viriumque labefactio, oriri solet; quin etiam vitam abbreviat.

Quoad curam: In salacitate ac satyriasi genitura ita imminuenda, ac spiritus animales fervidiores ac alacriores sunt absumendi & sistendi, & si aliquis ad sit genituræ acrimonia, appropriatis temperanda. Unde præter animum curis occupatum, vigiliis nimias, victum tenuem, jejunium, labores, & motum corporis validum, aut vitæ genus exercitibus occupatum, ita, ut fortis sudor iadè erumpat, &c. hic conducunt venæsectio, eaque subinde reperita; item omnia ea, quæ supra de gonorrhœa ex turgescencia & abundantia genituræ fuerunt proposita. In specie acida fixa (Bilata, citrata, nitrata & Saturnina, hic conducunt, hinc opium & camphora. Opium & camphora spirituum animalium impetum sistunt & refocillant. Quoad acida: succus citri ac limonum, item acetum rutaceum sæpius usurpatum Salacitati nimie frenum injicit: quibus & succus menthæ est permiscendus, quibus opium & camphora maritanda sunt. Hinc nitrata sunt optima, ut nitrum crebrius & copiosius usurpatum notabiliter salacitatis cessum temperat; aliis namque omnibus irritis, per Opium in V. nymphæe his in die, mane & vesperi usurpatum, & crebrius continuatum, Timæus von Gùldenkleee lib. 3. Cas. 52. pag. 173. curavit supra dictum salacissimum hominem; Unde etiam Ni, & omnia ex nitro, acido spiritu adhuc turgida, sunt usurpanda. Quoad Saturnina: convenit Terra antiphthifica, saccharum Saturni, &c. vid. Wedelius de Med. Fac. pag. 237. De vitriolo & ejus spiritu D. Languius super Fabram refert, quod crebrior aut disturnior ejus usus notabiliter immutuere solet vim testium genitalem, ut etiam hujus abusu structura testium penitus fuerit immutata, item Terræ storum papaveris rheados ac storum cyani & tunicæ cum phlegmate vitrioli acidulo crebrius hausta. Nec minus conveniunt alia per experientiam cognita, quæ inter est nymphæa, præsertim flore albo, ejusque radix, quæ specificè commendatur, item lactuca, ejusque succus, portulaca: quibus addatur mille folium flore albo, ruta, & quæ ex citatis internè usurpari possunt remedia; item cicuta, quæ apud nos insons deprehenditur: Imprimis mentha his addita laudari solet. De vitice seu agno casto, ejus folia, flores & semen sunt usitatissima, res satis est nota. Post viticis semen, cannabis est etiam insignis laudis; item semen lactucæ, portulacæ & similia. De salice res nota est; nempe sunt ramuli tenelli salicis, ex quibus incisis liquor albus emanat, qui impetum Venerem solet extinguere: folia salicis coctis; itam cum his folia verbenæ mista, cocta diutius continuata mirè stimulum Venerem interimunt. His optimo consilio nitrata adduntur. Camphora est hic non negligenda, non quod absumat, ut volunt, semen, aut vim genitalem imminuat, sed quod certè quadam virtute spirituum fixativè sit prædita; quâ ratione & delirio febrium malignarum adeo potenter resistit. Quod facit, quod Zacutus Lusitanus lib. 3. Medic. Princ. Hist. 20. refert, coitum assiduum camphoræ usu curatum; Item Electuarium ejus camphoratum, quod habet l. 2. Prax. Admir. obs. 108. Conf. Tachenius Hipp. Chim. Ratione ejus virtutis spirituum fixativè & opiata con-

niunt, quæ per se usurpata spirituum ferocia & agilitatem compescendo, impetum Venerem retundunt, spiritus figendo, & eorum impetum cohibendo. De opio dubium videri potest, cum in regionibus Orientalibus opium tanquam Venerem optimum usurpatur. Ad hæc opium habet summam acrimoniam, quæ etiam in quibusdam sudorem pruriginosum infert nil tamen impedit, quò minus & spirituum impetum figat, cum & hac ratione stimulantibus sociatum, actum Venerem diutius continuandum spirituum impetum impediatur.

R. sem. cannab.

melon. ana ʒij.

4. frig. maj. ana ʒj.

∇ lactuc.

acetos.

ʒ. nymph. ana ʒiij.

F. Emulsiõ, edulcoranda cum syr. pap. albi.

D. S.

Dampffende Milch.

ʒ. ∇ fol. viuis

salicis an. ʒiij.

~ Di dulc. l. ʒiij. dulc. ʒb.

Edulcor. c. l. q. manus Christi simpl. D.

ʒ. pulv. sem. agni casti

Di depur. an. ʒij.

campb. ʒb.

laud. opiat. gr. vj.

M. pro 6. dosibus.

ʒ. ∇ acetos.

ʒ. nymph. an. ʒij.

liqu. salicis ʒiij.

syr. nymph. q. l.

M. S.

Wasser zum Pulver.

Cum his externè commodè applicentur partibus genitalibus, in specie scroto & pectini, succus plantagininis, solani, cicutæ, hyosciami, sempervivi, cum aceto vel simplici, vel destillato, & saccharo huiusmodi, & in forma epithematis applicandi ad compescendam nimiam salacitatem, & impediendam genituræ turgescenciam: aut fiant ex his plantis cataplasmata aceto imprægnanda: Vel partes genitales similiter foveantur succo sempervivi aut lactucæ, in quo Opium crudum vel purgatum q. l. solutum sit. Testibus hoc in forma epithematis applicatum, mirè spirituum impetus refrænat, quin & postea regio lumbaris, seu renes, ipsamque scrotum subinde humectari potest: item partes genitales, pectem, scrotum, &c. foveantur aquâ nymphææ, in qua dissolutum sit opium: sin ob penetrationem ad aliqualem opii correctionem acetum admisceatur, eò melius erit. Suadent quidam laminam Saturni lumbis applicare circa regionem renum; sed malè; quia quandoque sic insecta est gravitas urinae suppressio.

Articul. II. De Priapismo.

Secundus modus nimie penis erectionis est, dum penis ita rigidus & ita distensus est in omnem dimensionem, ut exinde graviter doleat, in qua ipsa distensione nullum Veneris adest desiderium, uade & coeundo nullum aut paucissimum semen emittunt; coitu nullo levantur, quin potius malum insigniter exasperatur, adeo, ut si tales sæpius coitum tentare velint, incidant subindè in convulsionem totius corporis. Morbus hic dicitur à Priapo, scrotorum apud Gentiles patrono, qui tali membro semper erecto & rigido fingitur.

Causa proxima hujus Priapismi est convulsio musculorum penis, quorum spasmo & continuâ spasmodicâ contracturâ, & vena penis penitis occlusa; sanguis penem distendens, omnino impeditur &

& insilit in refluxu, & simul dolorifica tensio in radice penis percipitur. Unde, dum sanguis copiosius in penis corporibus nervosis hæret coarctatas, tandem dolorifico tali distensionis sensu membrum cuciat, & cum spasmo dætorum musculorum convulsivi quid patitur. A tali nempe musculorum penis convulsione est, quod epilepticis quibusdam incisi & iovitis in paroxysmo subinde membrum tendatur, imò & in eodem in paroxysmo epileptico genitura interdum elabatur, à tali scilicet musculorum penis, vicinarumque partium membrorum convulsione: Item videtur hinc oriri, quod interdum quibusdam suspensis erigatur membrum, vid. Schenckius in *observat. ubi de Spasmo*: Confer simul Salmuth. *Centur. 3. observat. 21. & 40.* ubi tale exemplum recenset, similis scilicet membri convulsione in Turca interfecto propter copiosum Maslah assumptum. Verum ne fiat confusio, dum superius dixi, inflammationem scroti, penis, ac testium fieri ex impedito sanguinis refluxu & motu; observandum moneo: quod sanguis in corporibus penis membranosis excavatis coëscit, & in refluxu impeditus, det membri pernicem erectionem & tensionem: Ubi verò sanguis in ipsa substantia penis, quam irrigat, flagret, tunc in prociatū esse solet periculosa ejus inflammatio.

Convulsione hujus musculorum penis, & inde oriendi Priapismi, causa est irritatio quæcumque, aut musculi penis aut horum nervos efficiens; unde spirituum animalium continuo influxu in contracti & convulsi manent, & tandem Priapismus inferunt: non secus scilicet atque punctura nervi cujusdam per irritationem partis, ad quas nervus tendit, convulsionem infert, unde hujus membri fit contractio & rigiditas. Irritatio hæc à causa tam in quam externa excitatur, rarior autem à causa interna, frequenter ex externa. Inter hæc externas primatum obrineat catharides, intempellivæ & incantivæ usurpatae: quæ sicut tam externa applicatione, quam interna assumptione, urinam cruentam aut ulcus vesicæ inducunt: Ita quibusdam, Italis præsertim, loco stimuli Ventris inserviunt, sed quorum acre & salinum virtus ad musculos penis delatum, continet irritationem, pernicis priapismi subinde causa est. Imò etiam alia aphrodisiaca scitiora, magisque aromatica, & copiosius assumpta, interdum Priapismus inferunt: Hinc enim curiosam est, quod observat Salmuthi. *Centur. 3. observat. 29.* de seno defuncto, qui tertio die nuptiarum mortuus, pernicis penis erectione repertus est, ex nimio abusu medicamentorum Venereorum, quibus usus fuerat, ut in nuptiis secundis noviter nuptæ juvenoculæ sati faceret, & melius placeret. Dubio procul convulsivus mortuus est; nam cum ante, & in ipsa morte, muscoli penis convulsi, rigidi sunt, facile fibræ post mortem in eodem tono, ex contentis humoribus successivè condensatis, persistat, & ita ex sanguine successivè in penem coagulato etiam post mortem hujus tenigo continuari potest: Vid. Garmanus de *Mirac. Mortuor. & M. A. N. C. Ann. 9. & 10. observat. 34. pag. 98.* Sed malum hoc satis est rarum, ut supra addere videatur. Borelius tamen *Centur. 2. observat. 31.* notat quandam in coitu instar canum junctum remansisse, quod à nimio ardore partium genitalium tumefacturum provenire existimat; vel quod è zibetho, quo consilio amici cujusdam, voluptatis augendæ gratiâ balneum intuxerat, partes hæc calefactæ & irritatæ sue int.

Diagnos hujus affectus ex relatione ægrotum & supra dictis addiscenda.

Priapismus, cum sit interdum satis dolorificus, ac dolorem inferre soleat similem tetano, metum

infert, ne & aliarum partium superveniant convulsiones, ægerque sic moriatur; aut nunc tumorem, nunc inflammationem; nunc periculosum apostema membri post se trahat.

Curatur Priapismus, convulsionem musculorum imprimis removendo, causam irritantem sistendo; nam sic sponte flaccescet penis. Ubi simul, causa occasionalis excrementitia latet in corpore, ad revulsionem commendatur vomitus, qui præ aliis purgandi modis confert, utut purgantia per inferiora eandem remove videntur; eorum tamen vis minus est valida; prætereaque notum, quod purgantia interdum tenuiginem inducant, & Venetrem stimulent: Exemplum habet de viduo Platerus, qui ex usu pilularum aromaticorum & massilichiarum tale quid percepit, unde purgantia rectè omittuntur. Potius ergo vomitoria laudantur in priapismo ad revulsionem, uti dicunt, causæ irritantis, vid. Forestus *lib. 26. observ. 6.* idem habet Epiphanius Ferdinandus *Hist. Med. 26.* Post vomitoria conveniunt acida, mentha, ruta, vitex, ejusque semen: nempe decoctum lentum cum semine agni casti aliquandiu usurpatum, experimentum est Lindani, qui etiam refert, se aliquando curasse senem septuagenarium priapismo laborantem, in quo externè & internè ꝑ. testitatum rute, aliis ab Hartmanno insigniter commendatum, frustra adhibuerit, postmodum verò eundem restituerit decocto lactuce & semine agni casti crebris ac diutius usurpato. Opium, item camphora, & similia, cum sacro citri copiosius usurpata etiam hæc conferunt. Poterius, *C. 1. cap. 54.* refert, quandam 30. annorum diu pravâ tenuigine tentatum, tandem per usum auri diaphoretici fuisse curatum. Hinc hæc prodest, ubi ex cathartidibus malum ortum fuerit.

Externè epithema ex vino, in quo coctum sit cuminum & ruta, adhiberi debet, quod Joël in *sa. Praxi* in usu habet; uti etiam ꝑ. ruta, mentha, &c. gemmalibus & perinceo illiendum. Cataplasmata quoque ex ruta, mentha, cumino, floribus nymphaeæ cum aceto & ꝑ. parata; vel ex ruta contrita & semine cumini cum aceto conveniunt. Conducunt quoque cataplasmata camphorata: Vel illiatur ꝑ. amygdalarum dulcium, in quo soluta sit camphora, radice penis; vel applicetur camphora in secto vini soluta, cum aqua nymphaeæ superfusa rute contritæ. Sedulo interim moneant omnes Practici, ut in priapismi cura usâ cum genituram extinguentibus usurpentur medicamenta carminantia, ut est v. g. aqua carminativa communis, mista cum ꝑ. essentiatum Quercetani; aut ꝑ. castitatis Riverii, mista cum ꝑ. Mi dulni. Dico, commendant Practici, quibus tamen minime possum consentire; hypothesis enim eorum est, quod oritur priapismus ex flabibus penem distendentibus, hinc etiam Zacutus Lusitanus *lib. 2. Prax. Admir. observ. 105.* aquam ex caryophyllis viridibus destillatam laudat. Potius acida virtulacea commendo, & juxta hæc nitrata, quæ & ipsa priapismum curare valent. Deniq; clysteres carminantes laudantur à Zacuto Lusitano *lib. 3. Med. Princ. Hist. 21.* Imprimis si addatur urinae pueri ꝑ. j. fermenti acris 5j.

CAPUT III.

De Penis Erectione Depravata.

Tertium vitium in erectione denique erat depravata penis erectio seu contorsio. Nam depravata erigitur membrum, dum non debita in figura & modo debito contingit, cum naturaliter penis tensus in figura recta abique dolore soleat extendi. Quando ergo contortus est penis, seu quando curvam aut ali-

liam vitiatam figuram acquirit, dum erigi debet, læditur ejus actio, de cujus causa interna nihil est, quod addam, nisi quod consulendus sit Henricus ab Heer *observ.* 7. ubi habet aliquot rara exempla contorsionum penis, & ex Aurantio refert modum depravationem hujus erectionis & contorsionem penis corrigendi: item Sennertus *l. 3. Prax. p. 923.* Pertinet huc retractio penis omnimoda in anum ventrem per cucurbitularum appositionem curanda, secundum Heiatricum ab Heer *obs.* 7. item carminantibus applicandis restituenda. Vid. *M. A. N. C. Ann. 2. obs. 50. pag. 89.* Item penis tumor p. n. ut quando tumorem penis subitaneum tympanicum, foru carninativo curandum, observarunt in *M. A. N. C. Ann. 3. observ. 99. p. 160.*

Depravatur etiam penis erectio subinde freni, vel præputii vitio, quando non ritè potest erigi, vel extendi membrum. Frenulum quod attinet, si nimis breve est, & tenditur membrum, glans retrahitur, & membrum incurvatur, & sic non tantum generatio impeditur, sed etiam dolor oritur. Hoc ergo curatur Chirurgiâ, ubi fixæum simplici incisione secatur, uti videbitis ex *Huidano Centur. 6. ff. 6.* Observandam tamen, ut aliquid potius detrahatur de membrana præputii, quàm de glande, si res est curata; facto hoc, applicetur stappa cannabis cum albimine ovi & bolo imprægnata, quæ immergatur in locum, ubi facta est incisio.

Præputii verò ratiōe fit, quando hoc ita est angustum & strictum, ut glans commodè detegi nequeat; sic enim coërcitus penis re ipsâ se explanare nequit. Vitium hoc aliàs phimosis dicitur.

Articul. I. De Phimosi.

Phimosis verò triplici ratione fit; nunc est malum nativum: nunc fit interdum à coitu cum scemina infecta, & inflammationem concipit: nunc præputium incipit corrugari, ut non possit detrahi, nisi concipiat fissuram.

Phimosis hæc, quæ est à nativitate, sectione Chirurgicâ facilè curatur, & removetur: Scilicet cum incisura in præputium inciditur: interdum etiam per crucem fieri solet, observando saltem hoc, ut vitetur vasa pudendi, seu istud vas, quod circa latus præputii se manifestat.

Si verò ex congressu impuro facta est inflammatio præputii, quæ solet habere conjunctum insignem puritum, optimum est sequens fons:

℞. mucilag. sem. psyllii
cydon.
fenugr. c. ∇ plantag. extr. an. ʒj.

vitell. ovi. No. j.

lall. vaccini ʒij.

M. sub forma Fomenti: S.

Linderender Schleim.

Applicetur crebrò loco affecto.

℞. flor. chamom.

samb. an. M. j.

hyosc.

sem. anis.

fenic. an. M. ʒ.

bacc. lauri ʒʒ.

Incis. & contusa coque in ∇Ψc. ʒij.

Colatura D. S.

Linderender Umschlag.

Applicetur calidè. Convenit etiam in paraphimosi.

Vel fiat cataplasma ex farina fabarum cum dicta ∇Ψc, invicem miscendo quod præputio affecto applicatum tumorem discitit, & malum curat.

In phimosi, in qua præputium corrugatum est, ut

citra fissuram non possit detrahi, præter jam dictum cataplasma, in specie convenit cremor Ψc, qui subigitur cum butyro non salito.

Articul. II. De Paraphimosi.

Contrarium vitium est paraphimosis, tanta post glandem præputii retractio, ut nequeat denuè retrahi, supra glandem duci, ut etiam glandis periculosam inflammationem inducat.

Vocatur paraphimosis, & imprimis ex violentiori oritur coita, eoque sapissimè primo, dum ex relaxatione freni in tantum ex impetuoso coitu præputium retrahitur, ut tumefactum non nihil infra glandem subsistat.

Cura hujus vitii fit præprimis per emollientia, & cum præputii ut plurimum accidat tumor, per discutientia. Convenit e. g. fons ex lacte, in quo flores sambuci ebulliant. Convenit etiam cataplasma ex floribus chamomillæ, parietariæ, rosæ rubræ, cum lacte coctis & calidè loco affecto applicatis. Forestus applicat forum ex decocto malvæ, violariæ, & hyoscyami propter dolorem: Aut etiam applicat decoctum rosarum aut meliloti cum farina fabarum & foliis hyoscyami. Quidam commendant ad talem præputii dolorem, si recipiatur cortex sambuci medius, qui coquatur in lacte, quo calidè suffumigetur priapus, & postmodum panno linteo, in isto decocto intincto, fomentetur: v. g.

℞. HB. malv.

parietar.

alib. an. M. j.

rad. alib.

lib. alb. an. ʒj.

flor. ros. rubr.

chamom. an. p. ij.

Coqu. in lacte ad consistentiam pulvis, &

applica.

D. S.

Erweichender und linderender Brey.

Vel applicetur fons ex flor. chamom. sambuci; hyoscyami, &c. cum ∇Ψc, supra in phimosi laudatus: cui, si membrum insigniter simul doleat, addi potest croci momentum. Multum quoque præstat commune chiturgorum cataplasma, ex pane triticeo cum lacte.

℞. Medull. panis similag. in lacte infus.

lib.

vitell. ovi. No. ij.

ol. rosac. ʒij.

croci ʒj.

M. f. Cataplasma.

Artic. III. De Penis Inflammatione.

Pertinet huc etiam inflammatio penis, ut plurimum à causa externa, in qua confert cataplasma jam dictum ex floribus chamomillæ, parietariæ, &c. & ∇ calcis vivæ cum appropriatis additis. Iis fermè curatur remediis quæ retuli ubi de inflammatione Testium.

Artic. IV. De Penis Dolore.

Cum etiam ex dolore impediatur Penis Erectio; illi medendum per ea quæ inflammationi providere apta sunt, & de quibus in aliarum partium doloribus dictum; specialiter tamen hic facit ex *Zecchiò*, immisio Penis in aq. album. ovorum, cum lacte muliebri & camphoræ modicò.

Hæstennus Michael Etmullerus in Collegiò Practicò.

VISIONIS MORBI.

Vid.

OCULORUM MORBI, CATARACTA, &c.

VITILIGO

Vid.

CUTIS VITIA.

ULCUS.

Vide in Biblioth. Chirurgicâ.

UNGUIUM MORBO,

Vide in Bibliothecâ Chirurgicâ.

UNGULA.

Vid.

CORNEÆ VITIA.

VOCIS VITIA

Vid.

LINGUÆ VITIA.

Item

MUTITAS.

VOLVULUS

Vid.

ILEOS.

VOMICA PULMONUM.

Vid.

PULMONUM MORBI.

VOMITUS & NAUSEA.

De Vomitu & Nausea. Sic scribit Clariss. Michael Ettmullerus.

Notum est, quod omnia alimenta, quæ per os ingeruntur, transmittantur ad stomachum; si autem fiat, ut hujusmodi ingesta rejiciantur denuò per os sursum ex stomacho, est motus præternaturalis: & dum varia humida, sanguis, pus, acida, biliosa, &c. subinde per superius ejus orificium & connexum œsophagum ejiciuntur, vocatur vomitus, quem ordinariò nausea præcedere solet. Jam quod attingit vomitum; vomitus reversè nil aliud est, quam convulsio pylori, qui nervosus & fibrosus est, & hinc systole totius ventriculi per irritationem imprimis orificii superioris gravem & nimiam; dum enim, ut omnium optimè Helmontius expressit *Tract. Pyl. Recl.* §. 2. 6. 21. pylorus irritatus fortiter se contrahit, & constringit, fit, ut continuato fibrarum tractu, subi-

tò sequatur motus totius ventriculi peristalticus inversus, qui à pyloro progreditur usque ad stomachum, & in orificio sinistro terminatur: idque propter fibras nerveas, tam circulares quàm transversas, stomachi tunicam mediam intertextentes, & in specie ab orificio sinistro ad dextram protensas similiter constrictas; hanc pylori & totius stomachi convulsionem ad orificium sinistrum usque sequitur similis gulæ convulsio, indeque omnium contentorum ex stomacho in gulam, & sic per consequens ex gula in os profusio. Est enim pylorus, uti rectè inquit Helmontius, rector & præses retentionis & transmissionis alimentorum in stomacho, & omnium in stomacho repensibilium & excretorum. Vera esse ea, quæ modò dixi, confirmat ocularis experientia: consecratur, quoad vomendi modum Olaus Rudbeck, in *suis observationibus anatomicis, in Observ. 20. pag. 309.* Conf. simul Keckringius *specil. anatomico observ. 1.* & Willis in *Pharmac. Rationali Part. 1. sect. 2. c. 1. pag. 83.* item quæ habet Helmontius in *tractatu Pylorus rector.* Si aperto pyloro vomitus contingeret, in duodenum maxima evomendorum pars decideret: unde hujus pylori primarium est peccatum in iis, qui lienteria corripuntur.

Nausea præcedit vomitum; quæ vulgò dicitur laxatio nimia orificii superioris; quod tamen omninò falsum est: quin potius nihil aliud est, quàm inane vomendi desiderium, & consistit in nimia orificii superioris vel sinistri ventriculi clausura, & firmiore constrictione, propter irritationem ejus loci à re molesta factam, quod innuere videtur Riverius, quando in *Praxi l. 9. c. 7.* orificii dicti robur accusat; sicut fortior constrictione pylori dat vomitum. Nam quod in nausea adsit talis constrictione & angustatio orificii stomachi superioris, patet ex eo: quod nausea reversè sit species fastidii, quo aliquid abhorrens, & differt à vomitu secundum magis & minus: quando enim vel integer stomachus, vel speciatim orificium ejus superius à re molesta vellitur, & hoc exinde nonnihil convellitur, fit nausea; unde in omni fastidio, & in specie in nausea, tam difficulter deglutimus, dum boli deglutiti in gula circa orificium superius ventriculi hære revidentur, & ulterius propter nauseam & ventriculi constrictionem inferiora versus descendere non possunt. Deinde, quando comedimus nauseantes aliquid, tunc sanè post deglutionem rei molestæ sequitur ructus, non verò antè, quia scilicet antè stomachus erat clausus, qui per intrusionem deglutiti aperitur, & sic sequitur ructus. Qui nauseant ex vino, post nauseam ructant cum molestia & difficultate: hinc est, quod, quando audimus res horridas, vel quando olfacimus res ingratas, hoc ipso nauseamus, dum totus stomachus ex contrarietate, & bina ejus orificia se quasi contrahunt. Claudit se orificium superius ex quodam horrore objecti molesti, quod fastidit; unde si nauseantibus res ingrata detrudatur, hoc ipsam sæpius, antequam stomachum intrat, per superiora rejicitur, ex pertinaci scilicet stomachi clausura, est igitur nausea stomachi quædam constrictione respicientis rem ingratham: sicut si continetur irritatio à re molesta istius loci, ita ut fibræ exinde usque ad pylorum protensas exindè convellantur, adeoque fortior pylori, & consequenter totius stomachi, superveniat strictura, & convulsivus spasmus, nauseam sequitur vomitus: vid. Helmontius in *Tr. Pylor. Reclor.* Orificium enim inferius superiori magis est robustum, unde & fortius; superius verò & magis sensibile, unde illud in vomitu necessariò vi convellitur, superius autem se aperire, & pressuræ pylori cedere debet.

Cùm ergò constet: vomitum esse constrictionem convulsivam, patet, illam referendam esse inter actus

actus non voluntarios, adeo ut rarus sit vomitus voluntarius: quale exemplum Bartholinus *C. 1. Histor. anat.* 39. observavit. In his certè voluntariè vomitibus videtur adesse similis stomachi structura, atque est in hominibus ruminantibus, qualis exempla etiam videre potestis in Aqua pendente, & in *Hortii Obs. l. 4. Observ. 9.* & citato Bartholino *C. 5. Histor.* 16. Nempe in his ruminantibus observatus fuit stomachus solito fibrosior & carnosior, quasi vestimento muscoloso esset indutus, ratione cojus, tanquam per musculos, voluntariè movetur stomachus, & sic regurgitatio ciborum in os pro ruminatione; aut voluntariò rejiciuntur penitus per vomitum.

Subiectum nausæ & vomitus, seu pars affecta, est ventriculus, & quidem ratione orificii sinistri in nausæ; ratione pylori autem in vomitu.

Horum causa proxima est, quicquid vehementer irritare, h. e. difficili molestiæ sensu efficere potest orificium stomachi superius & inferius; hinc enim fit, ut, irritatis fibris nervèis, copiosius eò deriventur animales, à quibus convulsivus stomachi excitatur motus. Irritatio autem est præternaturalis molestia ac violenta sensatio est violenta impressio, ab objecto facta in parte sensibili; quæ impressio in partibus externis vocatur dolor, in internis vocatur irritatio. Si ergo adest irritatio superioris orificii, fit nausæ; in inferioris, fit vomitus.

Ratione hujus observandæ sunt differentie, quando vomitus est vel naturalis, vel artificialis. Artificialis elicitur arte, vel mechanica, dum intruditur digitus in os; vel pharmaceuticâ, scilicet per remedia vomitoria stomacho ingrata.

Vomitum naturalis est vel symptomaticus, qui occasione alterius morbi, certo modo per consensum efficiens, evenit, ut in paroxysmis febrium intermittens; vel est criticus, qui evenit in statu morbi, beneficio naturæ solventis & emittentis materiam morbosam coctam, & se ipsam cum salute ægri exoperantis. Symptomaticus est vel per essentiam per se id affecto stomacho, vel per consensum secundariè eodem laborante: si per essentiam causa irritans, i. e. humores seu excrementa acria vel in eo generantur, vel aliunde eò deferuntur; in specie vel ex copiosis arteriis stomachum ubique cingentibus; vel ex intestinis, in specie duodeno, per vitiosam regurgitationem succi biliosi & pancreatici in ventriculum. Vomitus per consensum fit, si ob connexionem nerveam cum alia parte affectâ sequitur vomitus: e. g. ex plaga capitis: vomitus ratione materiæ excretæ alius est alimentorum, alius medicamentorum, alius purulentus, alius sanguineus.

Per essentiam fit vomitus propter causam irritantem in stomacho existentem, quæ sunt vel contenta liquida, vel ipse ventriculus affectus: v. g. inflammatus, vulneratus, aut exulceratus, aut excoriatus, adeoque facilè irritabilis. Prior causa infert vomitus leviores facileque curabiles: posterior verò contumacior, interdum lethales. Imprimis vomitus admodum diuturni & continui, aut qui nullis cedere volunt remediis, sæpius vitium vel pylori, vel partis solidæ adhaerentis præsupponunt, ita ut hic fit vel omnino oclusus, vel scirrhus, vel tremore alio affectus, cujus non pauca hinc inde prostant exempla: sic *Salmuth C. 1. Histor.* 20. dicit: quod scirrhus pylori interdum eveniat Hypochondriacis, qui vomitus continuos ciborum inducat: item Bartholinus *C. 4. Hist.* 47. ex pyloro, callo obducto, vomitus continuos observat: Rhodius *Cent. 2. Observatione 63.* habet vomitum perpetuum à stentomate, utriusque scilicet orificio adnato. Vomitus ex ulcere vidit *Hildanus C. 5. Observ.* 36. ex fistula Schmei-

Tom. IV. Pars II.

derus *de Cataractis*, speciatim pag. 439. ex gangrena *Ballosius Lib. 1. Consil.* 43. & ex herpete *Panarolius Pensb. Obs.* 43. Sicut in morbis malignis post vomitus continuos & contumaces, atque infrequentem mortem, observatum fuit, quod eschara quasi & incipiens gangrena in eorum stomacho reperta fuerit. Pertinent huc vomitus scorbuticorum sæpius contumacissimi propter hæc scorbuticum vellicans.

Hæ & similes causæ imprimis inducunt vomitum per essentiam.

Quod attinet contenta liquida vomitus inferentia: sunt vel assumpta, vel resecta, vel transmutata, vel transmissa errore quodam ex intestinis. Ad transmissa pertinet vomitus in principio paroxysmorum, febrium intermittens, dum nempe succi ex pancreate & felle in intestinum duodenum effusi, violenter effervescento pylorum irritant vicinum, aut etiam in ipsum stomachum regurgitant, & ita vomitum inferunt: item si bilis per insertionem ductus cholodochi vitiosam, item sanguis congruatus, pus, huc deferantur: quo etiam feces alvi spectant, & clysteres & suppositoria vomitu rejecta. Mirabilia interdum excreta ex stomacho per vomitum sunt rejecta, inter quæ est rete illud artificiosè quasi humano contextum, de quo vid. *Kerkringius in specul. anatom. Observ.* 6. observatus etiam fuit vomitus butyraceus, licet æger butyrum non comederit; feraceus, cochlearum bufonum, hæcetarum, vid. *Bartholinus C. 5. Histor.* 94. & *Schenkius Observ.* & *M.A.N.C. ann.* 3. Notum est, quod assumpta, sive quantitate nimia ingesta, ut comestationibus & crapulis dediti experiuntur, sive qualitate quæcumque vitiosa, acria & rancida, ventriculo aliàs nimica & molesta, & præprimis, quæ vel individuali fastidio abhorremus, vel Galia, Galia, aut similia acria, irritando stomachi tunicam nerveam, vel quæ in eodem facile corrumpuntur, quod galonibus, item infantibus lactantibus frequens malum, vomitum inferant: scitè videmus tancillum odoris Galis, quod impregnat vinum infusionis antimonii, citra corporalem ejus motum, stupendos non raro inducere vomitus. Ita abarcenico vomitum lethalem *Salmuth C. 1. Obs.* 10. ab helleboro albo *Bonettus Sepulchret. l. 3. Sect.* 8. *Observ.* 6. ab assumpta Gilla *Theophrasti Henricus ab Heer Obs. oppido rar. Obs.* 26. ex abusu infusi agarici & foliorum sennæ *Libavius in Cista Med. Florungii Epist.* 76. & à croco metallorum *Hildanus Cent. 4. Obs.* 51. atque 79. annotarunt. Faciunt huc etiam pingua, aut crebrius aut etiam copiosius assumpta; idque duplici ex ratione; pingua enim ceæ difficillimè digestibilia, reluctando fermento acido Sino, non leves inferunt molestias & gravant stomachum: præterea orificium superius laxant; unde, dum ex irritatione horum supervenit pylori contractio, ex laxitate stomachi facile supervenit vomitus. Huc pertinent decem uvæ ultra tres menses succi plenè rejectæ, quarum mentionem facit *Kerkringius loco allegato.* item suo modo vomitus sebaceus in *M.A.N.C. ann.* 3. *Obs.* 253.

Resecta sunt v. g. recrementa post digestionem primam in stomacho: transmutata sunt cruditates variæ, nidorosæ, & acidæ: quo etiam pertinent vermes, nausæam & vomitum excitantes: de quibus *Riveius Cent. 1. Obs.* 28. & *Bartholinus Cent. 1. Histor.* 47. & *C. 3. Histor.* 14. *M.A.N.C. ann.* 3. *Obs.* 258. & *Mœbius instit. Med. lib. 1. P. 2. c. 5. pag.* 183.

Vomitum per consensum est ferè frequentissimum, & fit, si causa conjuncta sit extra ventriculum, motusque hi ab extraneo quodam ipsi imprimantur. Partes ventriculum in consensum trahentes duplicis generis sunt: ita ut vel ratione continuitatis, quæ partibus cum ventriculo intercedit, œsophago

Z z

scilicet

icinet, diaphragmati & intestinis, vel ratione illarum partium, cum quibus stomacho interuentibus nervis est connexus; sic œsophagi pars superior, si digito tantum vel quocunque modo irritetur, si non statim vomitum, vomendi tamen conatum, excitat: diaphragmatis concussam tussis, illiusque validior concussio, vomitum pedissequum habens, confirmat: licet communionem nervorum, quæ partes has duas intercedit, aliquid huc conferre, non adeo improbabile sit. Intestinorum tandem affectus eo modo accusandi sunt, quatenus iisdem illorum motus peristalticus vel in totum, vel ex parte invertitur, eoque ad ventriculum continuato, hic exagitur, & concutitur: hinc notoriè sequitur vomitus in dysenteria, passione colica, iliaca, & vermibus, quæ per communes sibi nervos movent vomitus, sunt præsertim, caput, renes, epar, uterus atque lien: sic in nephritide, ordinariò supervenit vomitus, quia renes ex eodem plexu mesenterii hauriunt nervos, ex quibus nonnulli ad stomachum derivantur: pariter ac abdominis reliqua viscera vomitus sympathicos excitant, qui à solis illorum spasmis deduci debent, quoniam nervos à plexibus mesenterii communes cum ventriculo possident: item in passionibus mulierum hystericeis crebrius oriuntur vomitus, & quidem interdum salubres; nam in his partes membranosa insigniter convelluntur: item in contusionibus cranii, aliisque similibus vulneribus capitis sepius superveniunt biliosi vomitus, propter membranas cerebri, stomacho & reliquis partibus, præsertim internis, plus minus communes, aut genus nervosum ad inordinatum motum concitatum, quod colligitur à tremore, convulsionibus & deliriis, eundem vomitum concitantibus. In specie mulieres patiuntur vomitus insignes, non tantum propter suppressionem menstruorum, sed etiam quando virorum sunt cupidæ, ob animales affectus, & inde succum fermentativum stomachi alteratum: vid. Hildanus C. 4. *Obs.* 32. item Deodatus in *valerud.* pag. 172. & Hoferus in *Heracle Med.* p. 137. Quo etiam referendi vomitus spontanei salubres, qui periodicè infestant nonnullos, idque ferè ex viscerum abdominis, ventriculo plus minus vicinorum vel connexorum vitio: tale exemplum refert Schenckius lib. 3. *Obs.* 1. dum quidam singulis mensibus per biduum bilem utramque & cum pituita conjunctam vomere solitus, vitam ad multos annos produxit. Imprimis si hoc malo vexantur, qui vitio nonnullo splenis sunt affecti, ut videre est apud Forestum in lib. 18. *Observat.* 17. de quodam, qui circa lienem subinde dolebat, idque per certa intervalla, unde certis ferè periodis humorem melancholicum, sæpè etiam omnino atrum, evomit: sic Borellus in C. 3. *obs.* 93. pag. 270. & 279. insigniter commendat utilitatem vomitus menstrui: & apud Panarollum in *Pent.* 1. *obs.* 22. habetur vomitus matutinus ordinarius, multa symptomata præservans, item vomitus septennis salutaris in puella ob mensium suppressionem. Zacutus Lusitanus l. 2. *Prax. admir. obs.* 13. de quodam, qui singulis mensibus duobus diebus quatuordecim vel 15. libras per vomitum excernebat humoris nigerrimi & pici liquidæ similis, qui exinde omnino salvus ad annum 80. produxit vitam; & *Obs. sequenti* refert, quendam tribus quibusvis mensibus arabilatio vomitu periodico laborantem usu chalybis curatum, aperitis hæmorrhoidibus, per quas evacuabatur sanguis, & lib. 3. *Prax. admir. obs.* 115. recenset perniciosissimum vomitum menstruum materiæ globiformis concretæ. Facit huc vomitus studio proleptus in hypochondriacis, si scilicet singulis mensibus, aut sex hebdomadibus, semel largius mero se ingorgiant, & hinc vomitum artificialem non citra sanitatis commodum instituunt. Elegans quoque

& admodum ridiculum est exemplum Plateri in *observ.* pag. 655. de frequenti vomitu, post amputatum caput secuto: simile inter rata referendum est exemplum Bartholini C. 4. *Histol.* 44. de vomitu contagioso in familia quadam, qui malignitatis fuit suspectus, & similiter alios per contagium affectis. Pertinet huc vomitus continuus lethalis ex corruptione & sphacelo pancreatis, quod cum substratum sit ventriculo, sphacelofum factum illum facillè irritare potuit: vid. Barbette in *sua Prax.* l. 4. c. 2. item vomitus contumax lethalis ob pancreas lapidofum vel scirrhosum factum recensetur à Panarollo *Pentec.* 1. *obs.* 44. & depresso cartilagineis mucronatæ, quam Barbette *Anat. Practic. lib.* 4. c. 4. & Deckers in *Praxin ejus* pag. 156. annotant.

Inter ea, quæ vomuntur, etiam est pus, & sanguis purulentus & cruentus.

Spleneticis valde familiares sunt vomitus quicunque continui, tam cruenti, quam non-cruenti. Vomitus spleneticus non-cruenti subinde periodicè nonnullos affligunt, præcedente non raro dolore tenivo circa regionem splenis, inque cum talium ægrorum euphoria: vid. Forestus l. 18. *observ.* 17. item Borellus *Cent.* 3. *observ.* 93. & in *Append. diæ Centur.* pag. 279.

Vomitum puris sit ex variis locis, pure vel in ipso ventriculo ex hujus abscessu, ratione ductus continui, v. g. œsophagi & intestinorum, vel ex aliis partibus per metastasim translato ad stomachum: quod testantur observationes, abscessus hepatis, pancreatis, lienis, mesenterii, &c. fuisse evacuatos per vomitum, sicut ab abscessu hepatis vomitu rejectum pus Bonettus in *sepulchr.* l. 1. a. *obs.* 40. testatur: de quibus infra plura, ubi de inflammationibus.

Quod attinet signa diagnostica: de illis vix opus est, ut multa dicam, cum suis manifesta sint: imminente enim vomitu patiuntur ægri aliquam molestantiam circa præcordia, & monstrant regionem cordis huic supervenit vertigo, cum qua salivæ copiosus fluxus evenit, tremor labii inferioris, tandem violentus conatus stomachi, quo rejiciuntur omnia ex stomacho.

Causæ autem quia variant, determinantur hoc modo: differentia nempe vomitus per essentiam & per sensum probè attendenda est, quia in hac versatur cardo totius curæ, & artificiali conjecturâ hic opus est.

Nempe vomitum esse per consensum hariolamur, si partes quædam suo modo consentiunt cum stomacho, vel ob vicinitatem texturæ cum nervis affectæ; ita ut vel doleat, vel passa læsionem plus minus sensibilem, subitò superveniat vomitus, stomacho antea robusto.

Sæpè affectus hi per consensum ratione originis, sunt aded occulti, ut non nisi artificiali signorum syndrome præcognoscantur, donec manifesti fiant; v. g. interdum calculus & colica faciunt vomitus, ubi calculus non statim sentitur.

Vomitum per essentiam cognoscitur, si post repetitos vomitus, & stomacho exinanito sæpè supervit inanis vomendi conatus, illius gravitas, tensio & inflatio, cibi fastidium, ructus acidi vel nidorosi, similiaque signa observentur: & quidem, si tumor vel ulcus subit, nullis remediis mitigari potest excretio, imò pus in posteriore casu simul excernitur: sin verò vulnus, ex loco aliisque illius circumstantiis hoc concludere licet.

Utrum verò humor ad vomitum stimulans in cavitate ventriculi liberè fluctuet? vel rugis aut tunicis ipsius inhaereat? dignoscitur: quod ille levissimo conatu & sine alimento rejicitur, contingat à passu

postu quædam ventriculi tensio & anxietas, aut si post partum vomitus contingat, ut plurimum solitane humores vitiosi excernuntur: hic verò ab ingestis præprimis demum cibis contingit, citra verò illos nausea admodum molestat, & rejiciuntur alimenta sine humoribus aut cum illis maximo demum cum conatu viscerum & crassi valde.

In specie causæ remotæ ante omnia probè considerandæ sunt, cum ipsi vomendi conditionibus; hinc enim vomitus, qui est à causâ externa, vel ex mensum suppressione, qualis in gravidis, vel vomitus in principio morborum spontaneus non nimis, vel in declinatione morborum criticus, potius salutares sunt, quam periculosi: sin verò nimis, à pharmaco præsertim aut veneno, vitæ periculum portendit.

Si à tumore similique conformationis ventriculi morbo contingit, pro hujus faciliiori aut difficiliiori cura de vomitu sedando modò major modò minor spes est.

Vomitus ab humore viscido difficillimè curatur, dum Hildanus *Cent. 4. Observ. 32.* de quadam Religiosa refert; eam per 31. annos singulis diebus pituitam viscidam, bile interdum intermixtam, evomuisse.

Vomitus chyli & alimentorum frequentior, malus est, potissimum si cum febre fiat: vid. Hippocrates *Lecl. 7. aphor. 37.* semper enim ratione excretorum observandus est *Aphor. 2. Sect. 1.* in vomitionibus, quæ spontè fiunt, si qualia oportet evacuentur.

Vomitus lividus, præsertim plus minus graveolens, aut vermium, superveniens in morbis, præsertim malignis: item vomitus humoris tursi & obscurè nigricantis sunt lethales.

In morbis malignis vomitus continuus & protrahens pessimum signum est.

Ordinarium quidem est, ut morbis malignis ex contagio haustis in principio morbi adsit nausea & vomendi conatus: sed si in progressu morbi superveniat vomitus, isque pertinaciter perduret, pessimum est signum, & plerumque mors sequitur. In benignis morbis optimum signum est vomitus, sive in principio sit, sive in statu, ut sit in febribus intermittentibus, ardentibus benignis, innuit enim vim naturæ adhuc laudabilem.

Vomitus, qui superveniunt casui ab alto, percussioni, & aliis læsionibus capitis, funestum sunt signum, innunt enim gravam læsionem cerebri, crani & meningum, & nisi tempestivè instituatur trepanatio, mors supervenit.

Vomitus hypochondriacorum & scorbuticorum, item splenicorum, aut qui lienis & aliorum viscerum scirrho, aliisque chronicis laborant affectibus, periodicus, est saluberrimus, cui supervenientes hæmorrhoides levamen morbi certum intantum afferunt.

Vomitus porraceus, æruginosus, nigricans, item ex multis humoribus constans, seu variegatus ac foetidus, valdè periculosus est: vid. Hippocrates *Pronost. loco allegato §. 11. 12. &c.* & Riverius *l. 4. nisi tales à certorum ciborum cruditate aut corruptione proveniant: niger verò, qui affectibus melancholicis obnoxius contingit, non semper est periculosus.*

Vomitus ex pituita & bile permixtus, uti commodissimus est; ita sincerior, seu pituitosus aut biliosus tantum, deterior observatur: vid. Hippocrates *Pronostic. Text. 12. §. 9. & 10. & l. 1. Prædict. Textu. 881.* item Riverius *Prax. l. 9. c. 7. pag. 413. & 414.*

Pariter fecum alvi & ano injectorum vomitio semper lethalis existit: vermium verò aliorumque toto genere p. n. rejectio, utut ratione causæ mala quidem sit, bona tamen ratione effectus dicitur.

Tom. IV. Pars II.

Denique vomitus criticus est laudabilis; symptomaticus verò periculosus: vid. Deckers in *Praxi Barbeti. pag. 128.*

Modò attendamus causas, faciles erimus in prognosi.

Quod attinet methodum medendi: in hac

1. Causarum remotarum irritantium habenda est ratio, eæque ante omnia removendæ.
2. Sensus ventriculi, speciatim pylori, acutus, & nimis spirituum impetus, seu causa efficiens formalis, opiatim leniendus & sufflammandus.
3. Medicamenta ventriculo grata aromatica volatilia suaveolentia, admixtis blandè acidis adstringentibus pro fibrarum debito tono firmando, & labefactato restituendo, usurpanda.

Pro his scopis obtinendis observandum:

I. Non quemlibet vomitum esse sistendum: non spontaneum, aut motum instinctu naturæ, sed saltem eum, qui aut nimis aut symptomaticus, adeoque ex vi causæ morbosæ cum virium ægri dispendio accidit. Vomitus criticus sinendus est, nisi sit nimis: vomitus mulierum gravidarum non est suppressendus, nisi excedat, quia tunc evacuetur corpus primis mensibus, & puerperium inde ipsis salubre evenit; non tamen excedat modum. Pluribus evenit in principio morbi vomitus, qui non sistendus, sed si maturè vult supprimi, illum promoveamus.

II. In vomitu scorbutico non conveniunt calida aut acria aromatica, quæ malum magis exasperant, sed potius absorbentia seu acrimoniam scorbutici in tigantia & temperantia, qualia sunt lapilli 69, ebur sine igne, corallia, & diaphoreticum, item juxta Eugalenum lac, præprimis caprillum, cum succo nasturtii aut cochleariæ mistum; ut sic cessante acrimonia cesset vomitus: vid. Doringius *Cent. 2. Epistol. 30.*

III. Vomitus sanguinis citò compescere optimum est, alias ob copiosam profusionem sanguinis ac spirituum sequuntur lipotimæ ac syncopes lethales.

IV. In vermium semper procurandus, nec alvus sit adstricta, sed alternis ad minimum diebus, vel arte, vel natura, alvi dejectio promovenda.

V. In omni vomitu unicè observetur, ne alvus sit adstricta, sed quantum possibile est, aperta teneatur, hinc lenes clysteres tantum non in omni vomitu, imprimis contumaci, commendantur, ut quod irritat ventriculum, derivetur ad intestina, & eliminetur. Idem tamen in pauca quantitate injiciantur, ne ventriculi fundus colo incumbens exinde comprimatur & irriteretur: conf. Gabelchoverus *Cent. 2. Cur. 43.* Purgans blandum interdum convenit, quod revellendo simul videtur operari, cui tamen tantillum opii addendum.

Excipitur tamen casus, morborum quorumvis, cum excretionem cutaneam, plus minus critica, conjunctorum, e. g. febres acutæ cum variolis, petechiis, purpura, scabies, aut pathemata corporis & artuum scorbutica per excretionem cutaneam, miliarem, &c. levatorum. In his enim, præsertim febribus acutis cum excretionem cutaneam conjunctis notandum, sicut ante excretionem istam ferè intensius urgent præcordiorum pathemata, anxietates, difficiles respiraciones, vomitus, hypochondriorum tensiones, alvi fluxus; &c. quæ omnia præcedente illa excretionem cutaneam cum euphoria cessant; ita si impediatur ista excretio mox vel redire hæc pathemata, & horum loco capitis & generis nervosi symptomata supervenire. Etsi ergò in tali casu pertinacior vomitus urgeat, profectò vel plene non, vel gaurissimè conveniunt clysmata, ne

544

motus iste ad extrâ excretorios invitando intestina, provocetur intro, ac diarrhœa symptomata aut dysenteria excitetur. Potius appropriatis sudoriferis, opiatis, debitè missis naturæ turbatus motus restitatur.

VI. Somnus: quantum fieri potest, conciliandus: Nam & hic motum humorum quemcunque, tam progressivum, quam intestinum sistit, irrationes tenet, & evacuationem quamcunque cohibet.

VII. Ab errore externo, imprimis à veneno ingesto, si sit vomitus, non est sistendus, sed tandiu usus remedium continuandus, quamdiu est suspicio veneni aliquid adhuc superesse, & medicamenta in ventriculo remaneant. Promoveatur in tali casu vomitus, assumendo potulenta, in specie pinguia, acrimoniam excessivam venenorum corrigentia.

VIII. In nausea, inappetentia, & similibus stomachi humoralibus affectibus non diu cum vomitoriis, cunctandum, ne præternaturalibus humoribus aliorum roptis, frustra instituat vomitio & alii graviores superveniant affectus: Conf. M. A. N. C. ann. 8. obs. 42. pag. 71. Vomitiones verò inanes cum intumescite abdomine, rhabarbaro optimè juvantur, ut notat Pharus Medicorum p. 399. §. 32.

Quod ergo attinet remedia ad vomitum directa, quæcunque causa sit irritans, removenda, unde si fuerit per essentiam vomitus, evacuanda est causa irritans. Causam autem, quæ removeat, sunt varia, pro causarum varietate. Pro hoc scopo usurpatur vomitorium, & quidem mediocre, præcipuum si assumpta copiosiora prava & quocunque modo stimulantia, item humores excrementitii in ventriculo tale quid præsent: vid. Vallesius lib. 2. Epidem. Lect. 5. Hoffmannus M. M. lib. 1. c. 9. & Riverius l. a. p. 414.

Aut etiam blandum purgans supra jam commendatum. Utraque interdum ad modernorum imitationem cum parva opii dosi usurpanda: quod si verò per consensum vomitus fuerit, curato primario morbo, etiam curabitur vomitus.

Quæ irritationem stomachi sensibilem, & nimium spirituum impetum compescunt, sunt opiatâ, & alia anodyna, quatenus spirituum in fibris ventriculi impetum refrænant, sensum stomachi obtundunt, ejusque perceptionem hebetant. Omnes vomitus compescuntur laudano opiato, quod primarium vomitus sistens est, præcipuum si à vomitoriis nimio impetu tale quid fuerit: vid. Sylvius Prax. lib. 1. cap. 15. & Willisius loco allegato. Potest etiam usurpari essentia opii, theriaca, Mithridatium, philonium Romanum, electuarium de ovo, discordii Fracastorii, essentia & extractum theriacale cum laudano opiato, syrupus papaveris, crocus, tam inter nè quam externe adhibitus: e. g. in vomitu simpliciter compescendo, demulcendo ventriculum nimis irritatum.

℞. Aq. menth. ʒij.
Mastichin. ʒb.
el. discord. Frac. ʒij. vel ʒiij.
Succ. cydon. ʒvj.

M. f. Potio, S.
Stärck-Träncklein.

Expertos etiam est sequens Bolus in vomitu, singultu & similibus.

℞. Theriac. ʒb.
laud. opiat. gr. j.
ʒo. destill. macis gutt. ij.
c. succ. cydon. f. Bolus. D. S.
Lattixerge auff einmabl.

His pro tertio scopo adjungantur stomachica benè odorata & aromatica, ventriculo grata. Nam

uti foetida nauseam inferunt; sic aromatica suaveolentia solantur stomachum. Hæc inter primaria sunt cydonia, & quæcunque cydoniata, in specie vinum cydoniatum per fermentationem, mentha, absinthium, melissa, radix zedoariæ & cyperi, cortices citri & aurantiorum, mastix, caryophylli, nux moschata, macis. præ cæteris cinnamomum, & hinc Aq. cinnamomi simplex & cydoniata, syrupus de canella Myns. essentia cinnamomi & cassiæ lignæ Myns. elixyr. menthæ, aqua mastichina Mynsichthi, item decoctum Joëlis pag. 324. ad quemvis vomitum præstantissimum ex caryophyllis & mastiche: quod videb. apud Sennertum l. 2. Prax. de Vomitu. p. 155. Item essentia & mastichis, menthæ theriacalis camphoratus, elixyr proprietatis Paracelsi: de quo vid. Horstius l. 4. Obs. 15. Elixyr vitrioli Mynsichthi, balsami Peruviani aliquot guttulæ, & ejus Terræ ad imitationem Willisii parata; hinc simplicium istorum extracta, & ʒo. destillata. Camphora cum speciebus diamoschi assumpta commendatur à Riverio. Quoad adstringentia, excellent cydonia, syrupus de rosis siccis, quæ blandè adstringit, syrupus coralliorum Quercetani, hinc succus granatorum. ʒ vini, rosaceum, præcipuum acetam zedariæ per infusionem; decoctum & extractum radicis tormentillæ, bistortæ, quo vix præstantius remedium hoc in casu datur; extractum absinthii, ligni aloes. In specie confert ʒo. li cum conserva menthæ, absinthii, rosarum, & c. præ etiam ʒo. li ʒss, qui primarium specificum est ad sistendum vomitum: nam præter acorem stomacho gratum habet simul saporem adstringentem ob consortium substantiæ metallicæ, quam cum vitriolo secum vehit; uti etiam ʒo. li Philosophicus, item cum spiritu ʒo. li vel spiritu ʒi ex ʒo. sigillata paratus liquor stypticus: vid. Prævotius p. 41. in selectis. Hinc dicitur à Prævotio & Bartholeto aurum potable ex ʒo. sigillata; quia ʒo. sigillatæ inest aliquid de primo ente auri. Terræ ʒss adstringens similiter est conveniens, & omnes ex ʒo. paratæ Terræ; alumen misturis additum pro hoc scopo, & absorbentia ʒo. ea primaria sunt, ut bolus Armena, ʒo. sigillata, corallia, & omnia ex iis parata medicamenta; Ex his omnibus præ cæteris palmam præcipit succus cydoniorum: hinc spiritus vitrioli prodest; Nam spiritus seu oleum vitrioli ad aliquot gutt. v. vel vi, in haustu vini Malvatici admodum commendatur à Rulando & Hartmanno in vomitu diuturno, dosi cochil. j. vel ij. donec sistatur vomitus. Alii mixturam hanc præscribunt ita:

℞. ▽ Menthæ ʒij. vel ij.
cinnam. ʒvj.
Succi cydon. ʒj.
ʒo. li rest. gutt. v. vel vj.
ʒo. destillat. cinnam. gutt. ijij.
M. S.

Anhaltendes Magen-Träncklein.

Capiatur cochleatim, v. g. cochl. j. per vices & felicissimè operabitur: cui interdum gr. j. vel ij. ad summam gr. ij. laudani opiatii possunt addi, & sic erit efficacior.

Vel

℞. ▽ cinnam. simpl. vel cydon. ʒiij.
ʒo. li ʒb.
ʒo. destillat. cinnam. gutt. ij. vel iv.
Syrup. Menthæ. ʒj.

M. f. Potio, S.
Anhaltende Magen-Mixtur.

In specie convenit in vomitu nimio, qui in febris accidit, cum animi deliquio, aut ubi extrema frigeat, propter ambram, quæ stomacho pergrata.

Item ubi non sufficit acor adstrictorius, ad alumen confugiendum, quod in omnibus fluxibus sanguinis &

Vomitus.

nis & aliorum succorum potentissimum est: & sanè insignis Practicus, sequentem misturam in secretis habet contra vomitum, lienteriam, alvi fluxum & similes affectus, ubi moderatè aut paulo fortiori opus est adstrictione. Formula est hæc:

℞. Aqu. Mentha.
cinnam. an. ℥iij.
(vel ∇ Mentha. ℥ij.
cinnam. spirituos. ℥ij.)
adde

℞. Oli. ℥b.
℞. destillat. mac. gutt. v. l.vj.
alum. gr. iv. vel v.

M. pro haustulo cochleatim capiendò in vomitu, tam sanguineo quàm communi, lienteria, & aliis diarrhois.

Theriaca ℥j. cum aceto assumpta etiam confert. Vel paretur bolus ex theriaca, & ℞. Oli ad gutt. ij. l. iij. In vomitu februm, præsertim malignarum, remedium elegans ∅ absinth. ℥j. cum cochleari succi limon. vel granatorum misti. vid. Riverius Cent. 1. Obs.

15. & C. 2. Obs. 99. e. g.

℞. ∇ Cinnam. ℥iij.
Succi Civi ℥j.
Sis absinth. ℥j.
corall. r. præp. ℥ij.
Syr. de ros. sic. ℥ij. l. iij.
M. S. ut supra.

Si pituita crassa in causa sit, pro hujus incisione conveniunt aromatica & incidentia Sina, ut ℞. Sis vel niri theriacalis. Sina verò malum ab erosione & inflammatione tunicarum ventriculi, conveniet linctus ex mucilage seminis psylli, cydoniorum, cum Syra-po solutivo: vid. Barbeute, Prax. loco allegato p. 134. & 136.

Inter externa ad vomitum compescendum, præter illa de anorexia relata, conveniunt crassa panis seu panis tostus aceto vini vel vino adstringente, aut in quo cydonia ebullierint, vel vino malvatico ebrius, hinc pulveribus aromaticis, caryophyllis, cinnamomo, mace, &c. adpersus, & ita externè stomacho calidè applicatus: item ∇ camphoratus, vel balsamum Anglicum calidè cum linteis multiplicatis sæpius admotum, item fœtus humidus ex decocto absinthii, menthae, melissæ, pulegii, & similibus aromaticis in vino vel aceto decoctis, cum linteis multiplicatis vel spongia calidè admotus, e. g.

℞. Comar. absinth.
herb. menth. an. M. ij.
rad. acori veri.
levist. an. ℥vj.
cyperi ∅.
galang. an. ℥ij.
Mastic. ℥ij.
caryophyll.
macis an. ℥ij.

Concis. & contus. includ. sacco interpassato, in forma oblonga vel triangulari, qui ita paratus & probè calefactus imponitur stomacho; vel calefactus irroretur e. vino, & calidè imponatur stomacho; vel coquatur in vino, ∇. 40. &c. & ita fervidus applicetur.

Item theriaca, vel sola vel cum Balsamo Peruviano probè mista, illinitur externè copiosè regioni stomachali, vel alutæ inducta emplastri formâ admovetur: vel ad imitationem Hæchstedteri irroretur theriaca cum aceto rubi idæi, & applicetur regioni stomachali: vid. in decade 7. Cos. 6. Item fiant linimenta suavolentia ex theriaca, additis ℞. Sina-tis, vel fiat, vel fiat linimentum ex oleo nucis Moschatæ expresse, tanquam corpore, cum oleo destillato macis, carvi, menthae, zedoarizæ &c. & aliquot guttis

Tom. IV. Pars II.

destilati caryophyllor. acutum externè inungitur: e. g.

℞. ∅ expr. nuc. moschat. l. ∅ destill. bacc. juniperi ℥j. ad ℥ij.

destillat. mentha.
caryophyll.
macis aa. ℥b.
cinnam. gutt. v.

M. D. S.

Magen-Balsam.

Item oleum masticinum, absinthii cydoniorum, menthae, & stomachale Cratonis, emplastrum stomachale Cratonis, de Caranna, quod est singulare; compositio ejus secundum Barbeute in sua Praxi, ubi de vomitu pag. 158. est hæc:

℞. Spec. arom. ros.
Masticis el.
∅ expr. nuc. mosch. an. ℥j.
destillat. cort. civi
macis aa. ℥b.
g. caranna q. l.

M. f. Emplastrum.

Inducatur super alutam, obducatur cum syndone rubro in forma scuti stomachalis, D. S.

Magen-Pflaster.

Vel

℞. Empl. stomachal. Crat.
tacamahac. aa. q. l.

Malax. e. l. q. stomachal. Craton. vel Balsam. Peruviano: induc super alutam, f. scutum stomachale absque syndone, irroretur cum oleo Sato menthae.

D. S.

Magen-Pflaster.

Sacculus croci ventriculo admotus, egregiè vomitum sistit, etiam eum, qui navigantibus solet esse familiaris: de quo eleganter videbitis historiam in Baconis, Verulamii Histor. vita & mortis pag. 121. Egredia sunt cataplasmata, facta ex fermento, additis pulveribus aromaticis, quale est Mynsichthii ad singultum, vel quod addit Dackers in Barbeute Praxi, ex Colleg. Jonstoniano D. Michaelis desumptum.

Ad imitationem horum in contumaciori vomitu aut morbo navigantium, tale stomacho applicandum venit.

℞. fermenti. acerr. ℥ij. vel iv.
pulo. mentha ℥j.
zedoar. ℥vj.
nuc. moschat. no. iij.
macis.
Caryophyllor.
Cinnam. aa. ℥iij.
sem. anisi.
cumin.
sanicul. aa. ℥ij.
Rosar. parum.

Misc. ad consistentiam cataplasmatum, applicandi ventriculo in vomitu nimio.

D. S.

Magen-Pflaster.

Loco nucis moschatæ & reliquorum aromatum cataplasma hoc guttis aliquot ∅ destillati macis & caryophyllorum irrorari potest.

In specie vomitus artificialis est sistendus: e. g. post assumptam vomitorium vehementius aut diutius ægrum vevans, & tunc convenit fœtus externè calidè applicatus, ex absinthio, mentha & aromatibus sacco inclusis, & in vino decoctis: item haustus vini generosi non nimis frigidi supervomitiones seu hypercathartes ab Galib. sistit. Theriaca etiam, si vires ferant, aut pitula unica laudani opiatum aut parum essentiae opii, in elixyr menthae propinatæ. Presentacum etiam dicitur potus

Zz 3

lactis

lactis cum pane cocti; aut panis vino generoso acido intinctus & comestus. Clyster itidem ex lacte, in quo theriaca dissoluta, injiciatur: item crosta panis tosta, vino generoso imbata, cum pulveribus aromatum inspersa applicetur.

Sic lac quoque vomentibus interdum optato remedio est, vid. Helvvig de obitu Wrangelii, §. 102. idque præsertim, si ex acriori aut venenoso medicamento fuerit concitatus. Conf. Forellus *lib. 18. obs. 18.* unde & scorbuticorum in vomitu proficuum foret. Item in excoriatione aut erosione ventriculi, lac cum saccharo conducit. Quomodo alias ardores, anxietates, vomitus, qui excoriationem ventriculi, præsertim circa antrum pylori insequuntur, sint tractandi, vid. Wepferus *de Cicuta aquat. pag. 330.*

Si nausea aut vomitus imminet ab assumpto medicamento, vel ingrato vel scetido, convenit masticatio corticum citri recentium, cui subinde de pulpa aliquantulum adhaereat; vel panis tostus aceto intinctus, & pulvere caryophyllorum inspersus, ori ac naribus admoveatur.

Plura de vomitionibus nimis per medicamenta factis, earumque medendi ratione, vid. Willisus in *Pharmac. Ration. pag. 75.*

De Vomitu Cruento.

Vomitus sanguinis, seu vomitus cruentus, est, quando rejicitur sanguis per os: & fit vel ex aperta quacunque ratione arteriola aut venula stomachi, idque vel vitio suppressarum consuetarum sanguinis aliorumve humorum evacuationum; vel vitio splenis, adeoque ex debilitate vase brevi in stomachum; vel denique vitio pancreatis, in quo una alterave vena à lymphâ ejus p. n. acidiora exesa, aut aperta, refundit sanguinem in duodenum, qui regurgitat in stomachum.

Quoad excretionem suppressas, post hæmorrhoidum & mensium suppressionem ex robore naturæ supervenit vomitus cruentus: idque tam in gravidis quam non gravidis. Exempla talia non sunt rara, & referuntur à Rulando in *Cur. Empiric. Cent. 3. Cur. 4.* Corthummius *de Morb. atton. c. 70. §. 33.* & Hæchstedtero *Decad. 2. Cas. 6.* item Schenckio *l. 3. Obs. Quin & prægnantes ipsæ ex mensibus retentis interdum affliguntur vomitu tali sanguineo, idque ferè sine periculo; est enim motus naturæ, quos non facillè licet alterate, vid. M.A.N.C. Ann. 9. & 10. observ. 6. Salmuth C. 2. Histor. 54. & Scheack. lib. 4. Observ. Ad hanc consuetarum evacuationum suppressionem pertinet ulcus consolidatum antiquum tibiæ, vomitum cruentum inferens: vid. Rhodius *Cent. 2. Observ. 65.* In mutilatis vomitus cruentus non rarè contingere solet, pede manuque ablata, ubi natura sanguinem redundantem per vomitum rejicit. Vid. Corthummius *lib. de Morb. attonitis c. 70. §. 35.**

Spleneticis tandem valde familiares sunt vomitus cruenti. Quoad modum: certum est, quod per splenem nil immediate veniat in stomachum, sed fiat beneficio vasorum brevium, arteriosi & venosi, quæ rarè ferè & nunquam oriuntur ex splene, sed ex arteria coeliaca, splenica & vena splenica ante ingressum horum vasorum: quando ergo splen scirrhosus, vel alio modo infartus, non potest admittere sufficienter sanguinem per arteriam splenicam affluentem, qui tamen stagnando in dicta arteria, ob denegatum spatium non potest remeare convenienter ad splenicam venam, lege circulationis; impedito sanguinis motu in arteria & vena splenica, stagnat quodammodo in arteria splenica, in specie circa vas ejus breve, ante neme ingressum ar-

teriae in lienem, quod vas breve ad ventriculi fundum subrebit. Sub tali occasione stagnatio sanguinis impedita facta, tandem per vas breve apertum sanguis arteriosus in stomachum evacuat, hinc subinde ante vomitum sanguinis percipiuntur pulsationes circa dorsum in latere sinistro, Zacutus Lusitanus in *lib. 2. Med. Princ. Histor. 10.* aliquot recesses exempla spleneticorum & similium, quos sanguinis vomitus similiter sublevavit: qualia etiam habentur in *Platero lib. 3. observat. & Schenckio lib. 3. observat.*

Non tamen semper è splene sunt cœventi isti fluxus, uti hoc communiter existimant, quin & ex hepate, citra lienis noxam, vomitus sanguinis fieri potest: de quo conf. Hæchstedterus *Dec. 10. Cas. 9. pag. 440.* Miræ sanè ut subinde sunt humorum metastases & translationes, ita & vasorum anastomoses & apertiones. Conf. de vomitu sanguineo, an ex splene an ex hepate? Schenckius *lib. 3. observ. 1. Thonerus in observ. p. 140. Sennertus Pr. lib. 3. P. 5. Sect. 2. cap. 2. pag. 507. Bartholinus Cent. 3. Hist. 36. C. 4. Hist. 60. Hoislius lib. 4. observ. 5. Observationem rariorem habet Riverius Cent. 4. Observ. 26. de rustico, qui cum aquam fluminis potasset, ac inscius hirudinem simul hausisset, hæc lateribus stomachi infixâ, continuam sanguinis vomitum induxit.*

Denique ex pancreate subinde fieri sanguinis vomitum, ex eo ferè patet, quod interdum tales sanguinem vomentes conquerantur de dolore profundo sub hypochondrio dextro; locum scilicet monstrant incisii, ubi inseritur ductus pancreaticus in intestinum duodenum, & præterea talem vomitum sanguinis sæpius sequi solet & puris vomitus, quod fit non nisi ex pancreate exulcerato, vel per abscessum nonnihil vitiatum. Et tales vomitus pancreatis præ cæteris solet præcedere dolor gravativus & obtusus in superiori lumborum regione, ubi situm est pancreas. Habeo hac in parte consentientem Sylvium in *l. 1. Prax. cap. 15.*

Quod attinet diagnosin vomitus cruenti: non rarè decipiuntur medici, qui vomitum materiam nigricantis habent pro cruento: vid. Hæchstedterus *Dec. 2. Cas. 4. & 5.* sunt enim succi atrabilarii vulgè noti, nati partim vitio digestionis primæ, partim ob miscelam variorum humorum in intestinis, ex qua miscela oriuntur. Si ergò rejiciantur fluida rubicunda, innuitur rejici sanguinem arteriosum: Si obscura fluida, grumosa instar substantiæ hepatis, est semper sanguis venosus: si verò non adeò obscurus, sed saltem nigricans cum sensu dolorifico morficante, vel cum sapore acerbo aut austero, rejicitur, talis non est sanguis, vel saltem non solitarius, sed simul acidi succi, qui sui miscelâ atramenti instar humorem nothum cruentum emergere faciunt. Novi medicum, deceptum ab alio, qui se ingurgitavit vino cerasino, illud supra iterum & inf à reddens; iste Medicus putavit, esse sanguinem nigrum.

Vomitum sanguinis diuturnus malus est. Vomitus spleneticorum cruentus, aut qui aliorum viscerum chronicis affectibus laborant, periodicus, saluberrimus est.

In quocunque sanguinis vomitu sæpius recurrentes supervenientes hæmorrhoides salutem afferant morbi certam.

Excretiones sanguinis sursum aut deorsum in exanthematis, variolis, morbis & similibus lethales sunt: vid. Hæchstedterus *Decad. 1. Cas. 8.*

Vomitum cruentum vitio evacuationis solennis suppressæ, v. g. obstructionis mensium, &c. non adeò est nocivus, nisi excedat; quia observationes testantur, nonnullis ordinariè ferè mentes vomitu fuisse rejectos: vid. Panarollus *Pentec. 1. Observat. 6.* Bartholinus *Cent. 5. Hist. 32.* & Timæus à *Göldenkle 1. 4. Casu 12.* Linda-

Lindanus in vomitu sanguinis hoc instituit Prognosticon: sanguinem ægri rejiciunt ex ventriculo duplici formâ; vel grumosum seu crassum & atrum; vel tenuem fluidum, & nigrum instar atramenti, & acetem. Neutrum autem est atra bilis, per vitium fucorum in intestino duodeno concurrentum facta: quibus enim atra bilis exit, si prostridie moriuntur; nam atra bilis longè differt à sanguine, quæ omnes partes exeundo quasi cauterizat.

Vomitus sanguinis, si criticus, non sopiendus; morbidus verò consideratur vel absolute, prout est excretio sanguinis simpliciter præternaturalis, vel respectivè, respectu causarum antecedentium, quæ sanguinem vel coacervant, vel in specie ad ista loca diffundi faciunt. In vomitu igitur cruento curando posterioris hujus ratione causæ antecedentes removendæ, idque extra paroxysmum, vel excretiones consuetas revocando, vel viscerum vitia corrigendo. Prioris ratione, idque in primo paroxysmo, sanguinis motus ne nimis in ventrem effundatur, corrigendus, vel revellendo vel avertendo, sanguis verò jam effusus, duplicia postulat remedia:

1. Vasa aperta adstringentibus sunt coercenda; ut sanguis sistatur.
2. Sanguis effusus plus minus congruatus relictus resolvatur & ejiciatur.

Adeoque venæ sectio vel in brachio, vel in pede, aut etiam per hirudines, hæmorrhoidum apertiones, in corpore vel simpliciter plethorico, vel in quo sanguinis evacuatio suppressa est, subinde præmittendæ sunt.

Fœminæ sanguinem evomentes profluentibus menstruis protinus liberantur, Authore Hippocrate: utriusque sexui sanguinem evomenti narium aut hæmorrhoidum profluvium salubriter supervenit: quod ubi parcius, phlebotomia prodest. Quodsi verò solennem quandam sanguinis suppressionem superveniat vomitus, cruentus, ex mensibus suppressis saphæna aperitur; sin ex vitio viscerum abdominis v. g. lienis, hæmorrhoides, item vena brachii sinistri aperienda: sin hepatis, V. S. in brachio dextro; sin ab hæmorrhoidibus suppressis, vena ischiadica in parte sinistri pedis minimo digito vicina: sin ex hæmorrhagia narium consuetæ suppressa, ex vena brachii, ejusdem lateris cum nare, unde sanguis fluere solebat. Conf. *Forestus lib. 18. Obs. 18. & 17. Schol. pag. 159. & 160.*

Remedia inter pro primo scopo, sunt adstringentia, quæ ex cydoniis, plantagine & portulaca parantur, imprimis succus & syrupus: item absinthium, & præ omnibus aliis succus radicis urticæ majoris; quæ vel decocta tantum vel infusa est admodum experta. Præterea convenit syrupus de symphyto Fernellii, de quo vid. Bartholinus *Cent. 3. Obs. 61.* Item expertissimus in Anglia est syrupus sequens, paratus ex succis foliorum plantaginis & radicis symphyti majoris, quem non solum valdopere commendat Boyle in *Philosoph. Experimental. Vol. 1. p. 110.* sed descriptionem ejus videb. etiam in *Digby Recept. Vol. 1. pag. 50.*

Catholicus est ferè in quacunque sanguinis refectione compescenda, aliàs ad supprimendum sanguinem seu $\text{O} \text{li}$ eminet, qui simul stypticâ vi vasa firmat; hinc ∇ urticæ majoris & foliorum plantaginis, acidulata cum spiritu vitrioli, sumitur cochleatim, & pro hoc scopo ab Hartmanno & Rulando maxime commendatur in *Thesauro pag. 184.*

Porro semen hyoscyami Heurnio usitatum crocus $\text{O} \text{is}$ adstringens, imprimis iste qui ex $\text{O} \text{lo} \text{O} \text{is}$ in aqua soluto injectione olei tartari per deliquium præcipitatus & edulcoratus. Terræ $\text{O} \text{is}$ adstringentes, item terra sigillata, catechu aliæque aquæ medicatæ, lapis hæmatites, præsertim cum blandè acidis propi-

nata. Item Terræ $\text{O} \text{li} \text{O} \text{is}$ est egregia in quacunque hæmorrhagia.

Forestus in *l. 18. Obs. 18.* habet mixturam ex trochiscis de carabe & ∇ sigillata cum aquis convenientibus dilutis, quæ præmissâ venæ sectione habet effectum singularem, in sanguine fluente sistendo, & concreto simul dissolvendo; quæ mixtura descripta est in *Sennerto l. 3. Prax. de Vomitu p. 158.*

Ad ejus imitationem:

∇ . Aq. burf. pastor.
plantagin.
portul. ana. $\text{ʒ} \text{ij}$.
 ∇ rosac. $\text{ʒ} \text{ij}$.
troch. de carab.
terr. sigillat. ana $\text{ʒ} \text{ij}$.
Syr. myrtin. $\text{ʒ} \text{vj}$. ad $\text{ʒ} \text{ij}$.
M. D. S.

Anhaltender Tränck.

Sylvius habet mixturam ad quacunque sanguinis excretionem, & in specie ad vomitum sanguinis, polychrestam in *Praxi, l. 1. cap. 9. §. 20.* quæ prima fronte quidem inanis apparet, sed quod ipse testari possum, admodum est proficua.

Ad ejus imitationem sequenti modo potest præscribi;

∇ . Aq. plantag. $\text{ʒ} \text{ij}$.
cinnam. spirituof. $\text{ʒ} \text{ij}$.
 ∇ vel rosac. $\text{ʒ} \text{b}$.
corall. r. præp. $\text{ʒ} \text{b}$.
terr. sigillat. gr. xv.
laud. opiat. gr. ij.
Syr. myrtin. $\text{ʒ} \text{ij}$.
M. D. S.

Blut stillendes Träncklein.

Loco ∇ i addi quoque possunt gutt. xij. $\text{O} \text{li}$.
Capiatur cochleatim.

Item.

∇ . ∇ plantag. c. $\text{O} \text{li}$ l. $\text{O} \text{li}$ acidul. q. v.
cui addatur
 ∇ sigill. pro lubitu e. g. $\text{ʒ} \text{ij}$. l. $\text{ʒ} \text{b}$.
M. S. ut antea.

Detur subinde cochleatim.

Effectus vescit quidem, sed non diu durat, & acquirit saporem adstringentem aluminosum.

∇ . Aq. hyperici.

plantagin. ana. $\text{ʒ} \text{ij}$.
succiplantagin. rec. expr. l. cydon. l. granator. $\text{ʒ} \text{vj}$. vel $\text{ʒ} \text{ij}$.
hamat. præp. $\text{ʒ} \text{b}$.
boli Armen. præp. $\text{ʒ} \text{ij}$.
laud. opiat. gr. iij.
Syr. de symph. $\text{ʒ} \text{vj}$.
M. D. S.

Blut stillendes Träncklein.

Commodè & lapilli 69. possunt addi, quando nempe metus est coagulati sanguinis adhuc in stomacho hærentis; quod patet ex angustiis præcordiorum, imminente lipothymia, difficili respiratione, pulsu debili, ventriculi inflatione, facieque citrina ac pallida; quibus interdum superveniunt phlogoses. In his enim usorpentur sanguinem grumosum dissolutionis ut lapilli 69. cum ∇ o soluti, vel corallia præparata in vino acido, & diaphoreticum, succinum: trochisci de carabe, & de terra sigillata, camphora. In specie sperma ceti à $\text{ʒ} \text{b}$. ad $\text{ʒ} \text{ij}$. in jusculo calido, vel haustu cerevisiæ dissolutum & assumptum mirabile est; ad dissolvendos sanguinis grumos relictos per rhabarbarum, simileve laxans educere; aut etiam vomitorio leniore evacuare conveniet. Conf. Bonetti *sepulchret. p. 733. §. 9.* & Riverius *Cent. 4. Obs. 26.*

In vomitu sanguinis vitio splenis, in quo copiosiore aut æger interdum deficit, aut viribus licet resumptis, incurabilem ascitem delabitur, noto: ad

Zz 4 præf-

præservationem & fundamentum curationis, & inde metuenda plurima mala, nil melius convenire, quam Martialia aperientia dicta, & hinc absinthium, omniaque ex eo parata. Conf. Dodonæus in *Hist. stirp.* p. 24. & in *Obs.* p. 47. Præmittenda tamen aut subinde focianda erunt Martialia pro cura magis tuta ac fida.

Externè ad vomitum cruentum scutum ex theriaca cum croco, aceto rubi idæi iroratum, convenit ex Hœchstetero *Dec. 2. Casu 5.* vel panis tostus, cui in vino malvatico vel aceto intrinco sit adpersus caryophyllorum pulvis, autore Hartmanno *Prax. Chimiæ.* p. 177.

Hællenus Michael Ettmullerus, in *Collegio Practicò.* Descendamus jam ad alias

Curationes.

Curatio Clariss. Thomæ Willis.

Ventriculus recipiendis, retinendisque alimentis naturâ destinatus, aliquandò si gravetur, vel à noxiis humoribus irritetur, Nausea primùm, mox vomitu afficitur, ut ab ejusmodi molestia seipsum allevet; quamobrem concitatur, turbaturque solùm Nausea; vomitu verò ejicit quæcumque illius cavum occupant. Incipit autem hic motus expulsionis à fundo ventriculi, & pyloro, & nonnunquam intestinum quoque duodenum simul unâ contorqueatur; unde fit, ut non rarò in vomitu vehementiori præter ea, quæ in ventriculo innatant, atque plicis ejusdem tenaciùs hærescunt, egerantur quoque humores, qui in prædictum intestinum confluunt, quandoque lynceri, putà biliosi ex cholidocho ductu profluentes, interdum etiam permixti, & heterogenii varios colores referentes ob adjunctum succum pancreaticum, & fortassè vitiatum: quod sæpiùs observare est in vomitibus ab Emeticis, & catharticis medicamentis fortioribus provocatis, si nimirum acrids, quàm par sit, illæ partes, & pylorus in suis fibris motricibus irritentur, atque ab ima parte sursum contrahantur.

Esti Nausea, & Vomitus ab iisdem omninò causis fieri perhibeantur, gradu solùm differentibus; verisimile tamen admodum est in Nausea stomachum potius, à vaporibus duntaxat, & præsertim è bile magis volatili elevatis commoveri, & laxari; unde levis ad vomitum incitatio, & quandoque etiam irrita. In Vomitu verò potius ventriculi fundum, & pylorum affici, & quidem ab humoribus acrimoniâ vellicantibus, atque stimulantibus ad vomendum.

Nedum autem Ventriculus ab humoribus acridis ad vomitum concitatur, verùm etiam à quibusvis alterius conditionis vitiosis succis, gravantibus, laxantibus, aliòve modo fibras plicasque illius quaquà ratione turbantibus. Unde cibi abundantius ingesti, oleosi pingues, itemque acres, acidi, serosi, aliive; nec non humores phlegmatici, tum ex degeneratis alimentis ibidem progeniti, tum aliundè confluentes, ex apertis vasis, diruptisque tumoribus, sanguinei, purulenti, & similes Nauseam, & vomitum promovere possunt. Ab inflammatione insuper, tumore, abscessu, ulcere, vel in seipso, vel in adjacentibus partibus, præsertim Pancreate, vomitus aliquoties molestissimus observatus est: pariterque à vermibus, à tussi violentiori, & à quibusdam morborum generibus, nephritide potissimum, variolis & morbillis impetens vomitio succedit. Taceo denique venena, & medicamenta purgantia, quibus plerumque ventriculus adeò læssitur, ut iteratis vomitionibus, cibum non capiens, tandem deficiat, &

mortem arcessat.

Hinc Vomitus multigeni esse, solent, sanguinei, purulenti, biliosi, phlegmatici, ciborum, vermium, idiopathici, sympathici, faciles, difficiles; interdum salutares, non rarò etiam lethales.

Et quidem consuetus vomitus eorum, quæ à cibi digestionem in ventriculo relicta sunt; vel etiam insipidi phlegmatis, vel subamari humoris utilis plerumque est; sicut pariter à navigatione, & à crapula undè ventriculus gravetur, aut torqueatur; itemque à venenis, & catharticis molestioribus, si tamen modum servent, nec alii egerantur humores quàm qui circa ventriculum stagoabant. Præterea salutaris est vomitus in febris, præsertim periodicis inter initia accessionum spontè contingens: eo enim causa morbi vel omninò, vel magna ex parte educitur. Eadem ratione confert spontaneus vomitus longo alvi profluvio laboranti. Similiter si præcedant oris amarities, ructus nidorem olentes, ciborum fastidium, vertigo, dummodò subindè levamen consequatur. At contra malus est, & eò magis si modicus, hærentem nimis contumacemque humorem indicans, aut inflammationem, vellicationemque assiduam in ventriculo adjunctisque visceribus, in quibus inflatio, dolor, ardor, aliudve symptoma observabitur. Sic etiam si fuerit lividus, niget, multorumque colorum, foetidus, pariterque sanguineus (quamvis hunc Hippocrates sine febre salutarem dicat, præsertim in foeminis ex suppressis mensibus ex Langio, & Brasavola) chylosus, lynceros, saniosus, vermifosus, & stercore foedus, ut in Morbo Ileo. Ex capitis vulnere, aut contusione pessimus quoque est; sicut etiam in capitis doloribus cum vigilia, & sorditate: imminet enim insaniam denuntiat. Denique post vomitum singultus, aut oculorum rubor, malum.

Nauseam citissimè solvi scribit Hartmannus comestitâ zedoariâ, vel sumpto illius extracto, mirabilemque ejusdem radicem, & acrum prædicat in omnibus Ventriculi affectibus cum languore conjunctis. In vomitu verò commendat aquam menthæ ad uncias duas, semel atque iterum epotam, & succum cydoniorum crudum ad cochleare unum, vel alterum, ac postremò laudanum opiatum si cætera non profint. Ex externè emplastrum theriacæ, aut epithema ex decocto absinthii, menthæ, & lupulorum in aqua ferrariorum, vel aceto.

At verò vomitus non semper sistendus est, imò & aliquandò promovendus: & quidem pro variis ejusdem conditione, atque causarum diversitate. In consueto, critico, à crapula, navigatione aliisque causis externis inducto, roborato ventre, nil amplius tentandum. Immoderatus, chylosus, sanguineus, & vires deiciens quantò citius temperandus & cohibendus; distractâ deindè, correctaque materiâ, ne aliò irruens, aut ibidem aggesta gravidis damnum moliat; quare si acres irritantesque humores vigeant, acidis temperentur, & stomacho suavibus, syrupo, & rob ribium, succo cydoniorum, & puniceorum, acidorum, aquâ myrtearum baccarum, aquâ imperiali Quercetani, & Sennerti, elixire citrii, & proprietatis Crollii, spiritu sulphuris per campanam, spiritu salis dulci, & Vitrioli deparato, sale prunellæ, cæterisque, additis quoque, si opus sit, opiatibus, theriaca recenti, diascordio, Fracastorii, Nephthæ: ex quibus grata ori, & ventriculo mixtura confici poterit, etiam cum aqua, vel aleofaccharo cinnamomi. Quæ proponitur à Riverio efficax quoque est ex sale absinthii ʒi ʒj . cum cochleare uno succi mali limonii; sicut pariter quæ à Willisio, ex succo ejusdem limonii ad ʒi v. Coralliorum præparatorum drachmis duabus, & salis absinthii drachmâ sesquialtera, additis uncias duabus aque cinnamomi.

moni. Vult autem ad cochleare j. vel alterum bis in die esse allumendam.

Si verò humores acidam referunt, proderit pulvis stomachicus. Quercetanis, salabsinthii, & centaurei minoris, ebur, oculi cancrorum, tormentilla, bistorta, C. C. ustum, lignum Aloës, Bezoarticum Mercurialis, elixir proprietatis, syrupus de absinthio, de Menta, julep vitale, julep de cinnamomo. In quorumvis autem humorum acrimonia magnificat Sylvius diazordium Fracastorii ad ℥ij. cum altera confectiois hyacinthinae, dilutum in syrupo papaveris albi, & aqua foeniculi, singulorum ℥i. duplaque dosi aquae plantaginis. Alias medicamentorum formulas praescribit tum ad succum acidum, tum ad bilis acrimoniam corrigendam, de quibus infra. Caeterum si vitiosi ejusmodi humore, etiam ex corruptis cibis, exuperare videantur, convenientibus catharticis biandè educendos commonet rhabarbaro, mechoacan, & similibus. Riverius autem in vomitu vehementissimo exhibet laudani grana iij. & pilularum cochiarum min. ℥iij.

Si praeterea humores phlegmatici, crassique fuerint, (quod tamen rarius) post incidentia, attenuantia, atque etiam per vomitum educantia, conferent aromata, & stomacho grata ex Menta, cinnamomo, nuce myristica, galanga: omne genus elixiris, ut & spiritus vini, vinum ipsum, praesertim medicatum quale describit Deckers hoc loco.

At si Vomitus cum hypercatharsi à pharmaco inducitur; soveatur ventriculus emplastro de crusta panis; cataplasmate è succo absinthii, & menthae, cum theriaca, & modico vini rubri austeri; vel emplastro Deckersiano ex mentha, massiche, nuce odorata, cinnamomo, & fermento. Essentia menthae, & massiches optima est. Interea verò offeratur ossa panis vino veteri, & odorifero intincta; vel theriaca recens cum confectioe alchermes, aqua cinnamomi cum syrupo Menthae; vel aqua stomachica Mynsicht; vel vinum malvaticum spiritu vitrioli dilutum ad gratum saporem, aliudve simile.

Vomitus ab importuno usu Antimonii illicò sedatur spiritu vini ad cochleare unum, vel simplici, vel cum jalapio cinnamomi, aut succo cydoniorum depurato, ejusque syrupo.

In cibi, & chyli vomitu ex imbecillitate Ventriculi, vitiatisque fermentis illius, cum exinde fibrae laxae nimis, & staccescerent fiant, atque iners coctio, & ventriculi turbatio insequatur: conferunt styptica, & acido acria stomacho gratiora, ut elixir vitrioli Mynsicht, aut acetum aromaticum, spiritus salis, & vitrioli coagulatus ejusdem Mynsicht, itemque species & haustus stomachicus ejusdem. Externè verò essentia menthae; & absinthii, emplastrum massiches, ejusque spiritus, oleum nucis myristicae, &c.

Vomitum cruentum compescit succus urticae, ejusque aqua stillatitia una cum radicibus, & spiritu vitrioli acidula reddita; itemque aqua plantaginis, centioidae, consolidae majoris, bistortae, & bursae pastoris; Pulvis coralliorum rubrorum, & sanguinis draconis; colchotar vitrioli, bolus armenia, terra sigillata, crocus Martis adstringens dictus, lapis haematites, trochisci de carabe, spermioia Crollii. Suum locum hic habet Mistura Sylviana tam ab eodem Authore commendata, nedum in hac, sed in caeteris aliis sanguinis egressionibus, atque ex aqua plantaginis & cinnamomi, aceto stillatitia, coralliis rubris, sanguine draconis, syrupo myrtino, & laudano opiato composita. Addit autem, ad dissolvendum sanguinem coagulatum, sperma ceti, oculos cancrorum, & sibiium diaphoreticum. Prodest quoque mixtura à Friderico Deckers descripta in notis ad Pra-

xim Barbettianam, cujus meminimus capite de pleuride. Subito sisti vomitum cruentum testatur Hartmannus frigida potione ex aqua stillatitia radicum urticae majoris ad ℥vi. & spiritu vitrioli ad sensibilem acorem. Una simul verò applicat ventriculo panem tostum, & pulvere caryophyllorum aspersum, atque vino Cretico, & aceto madefactum. Praestantissimum quoque remedium scribit esse Rondeletius potum aquae plantaginis, vel posca ad ℥iij. in qua camphorae semiscrupulus sit dissolutus.

Quamquam autem Aceti usus in sanguinis rejectionibus suspectus merito dicatur. Fr. Hofmanno, utilis tamen summoperè observatur, si aqua, syrupis, caeterisque temperetur: mirè enim relaxata, & aperta vasa, quibus sanguis fertur, corrugat, & comprimit; sanguinem verò effusum, & coagulatum dissolvit, ac diluit, atque ad exitum disponit.

Vomitum à venenis, venenosisque humoribus, ut in malignis, ac pestilentibus febribus, temperant, & infringunt omnia Alexiteria, & Bezoartica, Theriaca, Mithridatium, diazordium, aqua, & spiritus theriacalis, aqua vitae Matthioli. Efficax remedium dicitur Hofmanno sal absinthii ad ℥j. cum ℥ss. succi mali citrii recentis: pariterque conferre margaritas preparatas, corallia, terram sigillatam, bolus armeniam, cum rob Ribium, vel Berberum in aqua acetosa. A venenis verò erodentibus auripigmento, mercurio sublimato, aliisque, conferunt oleosa quaevis, & pingua, lac, butyrum, cum quibus etiam aliquid opiati permisceri tuto potest.

Vomitus ex obstructione Lienis, aut uteri, & ex suppressis Menstruis, vel ex affectione Hypochondriacae, ac scorbuticae, temperatur chalybis usu, ac antiscorbuticis medicamentis, extracto aut spiritu Nasturtii aquatici, raphani agrestis, & cochleariae, caeterisque alkalicis acrioribus.

Ab inflammatione, tumore, abscessu; itemque ab ulcere, vermibus, tussi, caeterisque aegritudinibus proveniens, sedabitur, si peculiaribus remediis causa mali removeatur, visceribusque affectis congruentibus auxiliis succurratur, quae partim ex supra dictis, partim ex infra dicendis palam fient. Ex ulcere autem, misturam conficit Deckers satis efficacem, nec non balsamum sulphuris anisatum, & Peruvianum cum tinctura florum hyperici commendat: quod & Sylvius approbat loco citato.

Illud postremò notandum cibos in omni vomitu jucundos, gratosque ventriculo esse exhibendos, neque multos, & digestionem resistentes, ne scilicet is exinde gravetur, & crudos succos generet, incidatque in alias peiores affectiones. Hinc consulit Avicenna vomentes non debere cogi ad comedendum, doq; nec avidè famescant: quamquam hoc valde periculosum. Sensim itaque rescindendae vires erunt, & in pristinum statum jucundis alimentis reducendus venter. De usu etiam vini specialiter advertendum, quod quamvis plerumque eo ventriculus roboretur, interdum tamen inde nocumenta perferunt, & melius se habet aquae, quam vini, potu, cum scilicet succi dissolventes tenues nimium sunt, facileque ex fermentatione evanescent, & resolvuntur, unde chylos acescit, vel etiam quia fibrae rugaeque ventriculi villosa crusta orbatæ promptè in seipsis admittunt tenuiores vini particulas, ex quibus deinceps vellecantur, & ante tempus sollicitantur ad nondum confectum cibum protrudendum; cumque exinde etiam bilis è ductu cholidocho derivans infringatur, diluaturque, vel etiam acuat, aut crassescat, vi-geat, vel hebescat, indebitam cum succo pancreatico misturam efficit; unde acores, ardores, anxietates, irritationes, malae secretiones, flatus, alvi durities, aliaque mala, pro eorundem succorum vitio, pedetentim ingravescantia consequuntur;

quintur; quæ sanè ab usu aquæ demulcentur, & remittuntur. Quod panter observare licet in iis omnibus, qui à Nativitate debilem ventriculum sortiti sunt: in his enim salubrior aquæ usus est, quàm vini, licet de languido stomacho conquerantur, modò vinum imbecillum non sit quale Græcis oligophoros dicitur. *Hælenus Clar. Lucas Tozzi. Medicina Practica Parte 2.*

Curatio Clariff. Thomæ Willis.

Natura ad motum violentum incitata sæpe fines transgreditur, ac ultra metam excurrit, hinc interdum, ut suffamine sive remora opus sit, quo impetus ejus sistatur. Hoc in vomitu, si quando per medicamenti operationem aut propter alias occasiones immodicus fuerit, planissimè cernitur; quapropter medicinæ, haud minus hunc stomachi furorem compescere, quam ciere, negotium incumbit. Quot modis, & quibus de causis vomitio, absque Emetico assumpto evenire solet, superius declaravimus: insuper observationi communi obvium est, evacuationem hanc à medicamine proripitatem, quandoque adeo violentam, ac diurnam evadere, ut, ni artis ope sistatur; exinde manifestum vitæ periculum incurritur. Quemadmodum igitur in Praxi medicâ Pharmaca Emetica necessarii sunt usus; ita interdum excretionis istius (quoties nimia aut præternaturalis fuerit) sistendæ gratiâ, remedia prioribus contraria, sive Vomitionis Antidota indicantur. Primò igitur qua *Expeditio* ab Emetico inductam medentur, dein secundò qua ratione & quibus remediis vomitioni præternaturali, ob alias causas inductæ, succurratur, proponemus.

Quoad prius, Vomitio à Pharmaco illata vehementior evadit, ac diutius persistit, quia spiritus Animales supra modum irritati, & excandescetes, inordinationes suas haud facilè, aut statim remittunt, quin illi crebra vice explosi spasmos Emeticos violentos cient, & sæpius reperunt. Porrò impetus iste explosivus, in Ventriculo inceptus, non raro in spiritus partium vicinarum incolas, & exinde in alios, & demum aliquando in totam eorum syllas propagatur, in tantum, ut vomitioni tormina & spalmi in visceribus, postea in præcordis, & denique in toto corpore cum manifesto vitæ discrimine succedant.

Spiritus supra modum irritantur, vel à solo Pharmaco ob quantitatem, vel qualitatem iis improporcionato; vel insuper ab aliis humoribus, ut bile, sero acriori, aliisque inter vomendum in ventriculum suffusis. Porrò in nonnullis spiritus animales adeo teneri, & elastici existunt, ut ab irritatione quavis emetico utut leviori, tum ventriculi hospites, tum vicini quique in explosiones spasmodicas concieantur. Hinc plures à Vomitorio, de Liene, utero, aliisque visceribus perturbatis & non facilè sedandis querentes, totam vaporibus à Pharmaci operatione suscitatis impuunt; cum severa illud omnino ob spiritus animales promptè nimis commotos, & agrè compescendos accidat.

In hypercatharsi à Vomitorio inductâ, patiens mox lecto committitur, remediis tum externis, tum internis sedulo tractetur, & primò, ut ventriculi hospites quietentur, aut totus calidus à decocto *Ablythii Pontici*, *Menthae*, & *Aromatum* in vino rubro adhibeatur; aut placenta è mica panis tosti, & clareto calefacto immersi applicetur. Enema ex lacte cum Theriaca dissoluti injiciatur: membrorum frictions calidæ, & supra genu ligaturæ fortes, quæ spasmos ab iis partibus arcent, adhibeatur. Ventriculus interim, nisi lipothymia urgebit, vacuus servetur; quamprimum verò iste quodpiam

alimenti aut medicamenti recipere potest, Aqua cordialis, aut vinum ustum calidum assumatur. In perturbatione ingenti, si pulsus admittit, Theriaca Andromaci, aut Diaseordium quandoque item Laudani solutio, aut Tinctura opiatica conveniunt.

In vomitu præternaturali, ab aliis causis excitato, considerare oportet, an criticus iste, vel Symptomaticus fuerit. In priori nihil subitò aut temere ageandum est: excretio isthæc, dum modo vires ferunt, minimè sistatur; quin materiæ expellendæ exitus, aut facilitate, aut festinetur, aut alio ducatur. Hinc nausea, aut nixu vomitivo urgente, cervissiam lacteam, aut simplicem, aut cum foliis cardui incoctis alteratam; quandoque item oxymel, aut vinum scilliticum, aut sibiatum exhibere conveniat. Enemata interdum ex usu erant; quandoque item lenis purgatio materiam in stomacho turgentem facilitate exclusionis via per Intestina perducit.

In Vomitione symptomatica causa conjuncta (proi ut supra inuimus) aut in ventriculo subsistens affectum istum idiopathicum producit, aut in aliis partibus defixa earum spasmos, & communicatione per nervos facta, in ventriculo perturbationes emeticas cient; uti in paroxysmis Nephriticis, Colicis, Hystericis, Vertigine, & multis aliis contingere solet, cujusmodi vomitionis sympathicæ medela à morbi primarii curatione dependet.

Quando Stomachus primario afficitur, in causa est, quod fibræ nervæ supra modum irritatæ, alteras motrices in spasmos excretorios cieant. Irritantur autem istæ ab objecto improporcionato; viz. in quantum materies quædam iis incumbit, quam ritè concoquere, aut subigere, aut ad intestina detrudere nequeunt; quin necesse habent vomitu excitato eam ocissime foras ejicere. Materies ista adeò incongrua aut indomita evadit, vel ex proprio ipsius vitio, quatenus qualitate, vel quantitate peccans, fibras nerveas laessest; vel ipsius stomachi culpa, utpote cum tonus ejus laxus, & fibræ adeò debiles fiant, ut ne chylum ipsum, multo minus humores excrementitios subigere, aut tolerare queant, quin, sarcinæ cujusque impatientes, contenta quæque per vomitum excreant. Utriusque horum cum varii sint casus, & afficiendi modi, ex iis præcipuos quosdam, una cum remediis, & medendi rationibus, hic breviter subjiciemus.

Materies emetica in Ventriculo subsistens, vel in ipsum aliunde suffunditur, vel ob coctionis defectum, aut depravationem illic progignitur: utroque respectu præfens saburra imprimis eliminari; dein ejusdem uberior proventus præcaveri aut præcindi debet.

Itaque ut impura materiæ viscosæ colluvies è ventriculo abstergeatur, vomitio lenis cum sero lactis carduato, vel oxymelite aut vino scillitico, vel cum decocto florum camomeli, aut radicum eupatorii, solutione salis vitrioli, aliisque similibus instituatur, dein reliquæ per Enemata, aut catharsin, assumptis pilul. *Maslich*, *Stomach*, cum gum. vel Tinct. sacra, aut infusione rhabarb. blande subducantur. Porrò cum sanguis impurus aut rancidus materiæ incongruæ penum subinde novum, aut per arterias, aut per vasa choledocha sæpe exundantia ventriculo fugi gerens, diathesis, Emeticam infert, Phlebotomia non raro juvamen præstat; & propterea gravidarum vomitiones hoc remedii genere crebro sanantur. Insuper ea conveniunt, quæ sanguinem attemperant; quo minus recrementa adusta in eo generentur. Hinc serum lactis, acidularum potus, herbarum succi, sal prunellæ,

prunellæ, & similia, quatenus sanguinem fundunt, ejusque recrementa alio perducunt, dispositionem vomitivam non raro tollunt. Hujusmodi remedia etiam in usu erunt, si vomitio crebra, ac quotidiana ab humoris Biliarii, & Pancreatici (uti quorundam fert sententia) congressu & lucta, inque ventriculum regurgitatione procedat.

Vomitio crebrior, & curatu difficilior ea est, quæ à materia incongrua proindeque emetica intra ventriculum genita provenit, quatenus nimirum ob visceris hujus fermentum vitiatum comesta quæque in putrilaginem irritativam degenerant. Quamobrem in hoc casu, post stomachi sordes per evacuantia lenia detersas, remedia vulgò Digestiva appellata, ex usu esse solent; quæ juxta quod ventriculi succus fermentalis, indolis ut plurimum salinæ, quandoque etiam sulphureæ existens, in vario fixitatis, fluori, aut adustionis statu fuerit diversimoda existant, & modo hæc, modo illa potius juvant.

In ructu, & vomitione acidâ, Medicamina sequentia tententur, & à juvantibus methodi inflillendæ ratio desumatur.

℞. Pul. Ari compos. ℥ss. salis Absinth. ℥ij. sacchari rosacei ℥ij. f. pulv. detur ℥j. mane & horâ quintâ pomerid. in haustulo cervisæ cum macere, & crusta panis coctæ, vel in aq. destillata, aut Tinctura absinthii Pontici.

℞. Pulv. eboris, ocul. cancri, coralli rubr. an. ℥ij. corallii calcinati ℥j. fantali rub. Cinnamomi an. ℥ss. f. pulvis. Dosis ℥ss. eodem modo.

℞. Pulv. ligni Aloës, fantali citrini, corticis Wint. an. ℥ij. Cretæ albliff. ℥vi. Sacchari Candi ℥ss. solutionis Tragacant. aq. Menthæ factæ q. s. f. pasta, formetur in trochisc. pond. ℥ss. comedat ℥ij. vel iv. ter vel sæpius in die.

℞. Tinct. salis Tart. ℥j. Dosis ℥j. ad ℥ss. bis in die in aq. destillata appropriata.

2. In vomitione acri, & calida medicamenta sale acetoso & vitriolico prædita magis conveniunt.

Celebre istud Riverii in hoc casu locum habet.

℞. Salis absinthii ℥j. detur in cochl. j. succi limonii.

℞. Coralli præp. ℥ij. salis absinthii ℥ss. succi limonii ℥iv. stent. in vitro capaci, adde aq. Cinnamomi fortis ℥ij. Dosis cochl. j. vel ij. bis in die, vase prius agitato.

℞. Pulv. eboris, corallii, an. ℥ij. vitrioli Martis ℥i. Sacchari Candi ℥i. Misce, divide in 6. vel 8. partes, pars 1. sumatur bis in die cum conveniente vehiculo.

In hoc casu aq. minerales purgantes, quæ plurimum nitri in se habeant, etiam acidulæ ferratæ, quinimo & nostræ artificiales chalybeatæ, juvamen egregium conferre solent.

3. Si quando stomachus, pleraque ingesta in putrilaginem biliosam, & amaricantem (uti crebro assollet) pervertens, propterea in vomitiones crebras sit proclivis, remedia tum acida, tum amara convenient.

℞. Elixir. proprietatis ℥j. Dosis ℥j. bis in die in vehiculo idoneo.

℞. Rhabarb. pulv. gr. xxv. salis absinth. ℥j. Aq. Cinnam. ℥ss. succi limonii ℥j. Misce sumatur aut per se, vel cum alio liquore.

℞. Pulv. Ali compos. ℥ss. Tart. albi Chrysellini ℥ij. vitrioli Martis ℥j. sacchari ℥ss. f. pulv. Dosis ℥ss. vel ℥ij. omni mane superbibendo haustum tincturæ absinth. Pontici, vel Coffes.

℞. Pulv. oculor. can. ℥ss. Tartari chalybeati ℥ij. Sacchari Candi ℥j. f. pul. Dosis ℥ss. cum vehiculo idoneo bis in die.

Vomitio crebræ, & habitualis sæpe numero causa est non tam materies ventriculum irritans, quam fibrarum ejus nervorum debilitas, & nimia

in irritationes propensio; in quantum scilicet illæ tenere admodum, aut infirmæ, neque ingesta concoquere, nec eorum onus, sive gravamen sufferre valent; quin à quolibet iis incumbente mox irritantur, & proinde quod molestum est expellendi gratiâ fibras carneas in spasmos emetico cient.

Hujusmodi affectionis duo sunt præcipui casus: viz. aut stomachi debilitas fibris ipsis insita à passionibus inordinatis, uti crapulâ potationibus assiduis, ac immodicis, vinorum aut aquarum ardentium ingestione crebra, aliisque in victu erroribus contrahitur; quatenus nempe fibræ istæ supra modum distentæ, aut nimis excalescunt, ac velut assatæ, spiritus animales, in uberi satis copia admittere; aut continere nequeant; vel secundò fibræ istæ, quanquam per se rectè satis habentes, tamen propter nervos alicubi obstructos, debito spirituum affluxu destituuntur, proindeque languidæ & flaccidescentes, ingesta quæque haud tolerant, quin statim aggravatæ per vomitum ejici cogunt: ita novi plures sine ulla ventriculi impuritate, aut languore ab inordinacionibus contracto, visceris istius quadam quasi Paralytici affectos appetitu caruisse, atque vomitioni assidue obnoxios fuisse.

In priori affectu ejusmodi remedia indicantur quæ fibras nimis distentas, & tenues stypticitate suâ corrigari ac in spatium brevius contrahi faciant, nec non quæ mulcimine suo pergrato, spiritus illuc copiosius allecent, & languidos refocillent.

℞. Elix. vitrioli Mynsichti ℥j. Dosis gutt. 10. ad 15. bis vel ter in die in cochl. aq. destillat. sequentis, superbibendo ejusdem cochl. 7. vel 8.

℞. Summitatum Cupressi m. vi. foliorum Esculearæ M. iij. cort. exteriores 12. Aurant. Cinnam. Mace. ris, ana ℥j. rad. Cyperi, Galangæ minoris, an. ℥ss. incisis & contusis affunde cervisæ Brunsvicensis lib. vii. destill. organo communibus.

℞. Tinct. balsami Tolutani cum tinct. salis Tart. extractæ ℥j. Dosis gutt. 10. cum eodem vehiculo. Tinct. Absynth. cum eodem menstruo parata, etiam tentari potest.

℞. Pul. folior. Absynth. Myrti æstivo sole exsiccati ana ℥ij. cinnam. flor. ros. rubr. ana ℥j. cubeb. rad. galang. minoris, ana ℥ss. corallii rub. præp. ℥j. f. omnium pul. subt. inde sacchari albliff. in aq. Cinnam. solut. & ad tabul. coct. ℥vi. f. a. f. Tabulæ pond. ℥ss. comedat 1. vel 2. sæpius in die ad libitum.

℞. Conserv. Ros. Rub. Vitriol. ℥ij. Myrobalan. condit. ℥vi. zinziberis in India condit. ℥ss. speci. de Hyacint. ℥j. croci Martis rubicundiff. ℥j. syrups. corallii q. s. f. elect. Dosis ℥j. bis in die superbibendo haustulum aq. destill.

2. In ventriculi debilitate, sive resolutione propter nervos alicubi obstructos excitatâ, remedia Antiparalytica cum stomachicis adjunctis præcipui erunt usus.

℞. Elix. Proprietatis Tart. ℥j. Dosis ℥j. bis in die cum aq. superius præscripta. Tinct. salis Tart. Corallii, Antimonii, eodem modo usurpari possunt. In hoc casu sp. Salis dulcis, item sp. Salis Armoniaci, aut flores ejus juvamen egregium præstant. Porro vomitoria, & purgantia, quin & diaphoretica sæpe cum fructu adhibentur. Novi hunc affectum per balneationem in Thermis nostris Bathoniensibus aliquoties feliciter curatum. *Hallenus Thom. Willis. Pharmaceutices rationalis parte 1.*

Curatio Clariss. Theod. de Mayerne.

Hic non statuiamus agere de Vomitu à causa externa, v. g. à nimii cibi & potus ingurgitatione, vel pravi & venenati edulii ingestione, aut à casu vel ictu, &c. neque de vomitu per consensum, ut in renum

in reatu calculo, in dolore Colico vel passione Iliaca &c. sed præcipue de vomitu à proprio ventriculi affectu pendente.

Aliquando ita irritatus est Ventriculus, nonnunquam ita debilis, ut vel nihil retineat, statimque evomat ingesta; vel eadem paulò post per inferiora sinat elabi. Aliquando etiam singulit & vomiturit, seseque irritò conatu subvertit, ut in cholera sicca; quemadmodum prædicta symptomata succedunt cholerae morbo & fluxui cæliaco. In illis affectionibus ut plurimum peracotis externa parum profunt, non omitenda tamen, immo cum internis jungenda, ut mutuas præstent operas, & causæ morbificæ, ipsique naturæ sese nimium succussanti frænum injiciant.

Interna præsentissima & certissima ea sunt quæ opium recipiant, in istiusmodi affectionibus periculosis nequaquam pertimescenda, Theriaca, Mithridarium, Diacordium, & nunquam satis laudatum Laudanum. In opio enim ritè præparato & ut decet per occasiones exhibito, maxima medicinae miracula, & artis atque artificum unica gloria quaerenda sunt.

Quod si Opium, vel Laudani sapor amaritudine infestus & ingratus videatur, per accida emendetur. V. g.

℞. Opium à sulphureo nupte repurgati ut a. e. ℥ss. succi depurati limonum. ℥ij. sp. acet. acerrimi ℥iv. f. digestio, tincturae extractio, colatura, & coagulatio ad succi ipsius inspissati pristinam consistentiam: huic affunde sp. vitrioli defæcatisimum, digere materiam ad mellis liquidum lentorem reductam, idque per triduum, vase bene clauso in B. vaporis. Coagula, atque ex hoc Opio præpara Laudanum stomachicum tale.

℞. Opium præparati ℥ij. myrrhae ℥iij. extracti seq. ℥ij. storum benzoin. suaveolentium sine empyreumate ℥ss. ambr. gris. ℥v. moschi orient. ℥iv. magister. perlar. & corallor. ana ℥j. olei cinamomi ℥ij. ol. sassa. ℥j. mis. & post fermentationem aliquot mensium utere à gr. iij. ad gr. vi. Extractum hoc est.

℞. Fol. menth. ℥j. cortic. citr. & aurant. ana ℥ij. mac. nuc. moschat. ana ℥ij. cum aq. cinam. paratur Extractum.

Opiata, inquam, occysimam ferunt opem in cholera vel sicca vel humida; & fluxum etiam cæliacum (ad tempus saltem) sistunt. Sed his non unice inittendum est in vomitu à quacunque causâ, præsertim frigida & humida; nec enim in hoc casu tam subitaneo auxilio opus est, cum symptoma inde pendens non usque adeò urget.

Cum ergò Vomitus ab humoribus pituitosis in Ventriculo collectis & stibulantibus procedat hi ex stomacho primò evertendi sunt, posteaque medicamenta quæ illius tonum labefactum restituant, caloremque refocillet, exhibenda.

Aliquando ubi stomachus nihil continere potuit, profuit illud vomere. Ovum recens vacuato ab albumine, & imple aquâ vitæ, per se coquatur, totum vorato, & confert statim.

Claretum Hippocraticum seq. fit pro potu ordinario.

℞. Aqua font. duodecies chalybeate ℥ij. vini clareti ℥ss. cinam. crassioris ℥ss. scachar. albiss. ℥iv. f. infusio & colatura pro potu ordinario.

Pilulae in superiori capite descriptæ, guajacinae moscharæ dictæ, utilissimæ sunt. Item sequentes.

℞. Gum. guajac. ℥ss. aloës è vesica ℥vi. spec. hier. pier. subtiliss. ℥ij. Omnia in alkool reducta excipiantur f. q. balsam. Peruv. Dosis ℥j. sub ingr. lect. Quod si purgare nolis, sed tantum corroborare, exhibeatur ℥ss. massæ seq. in pil. format. mane & vespri.

℞. Extract. absinth. Solidior. ℥ss. mastich. partis albæ benzoin. ana ℥ss. sal. tart. & sal. absinth. ana ℥j. croci ℥ss. mis. & cum Syr. cinam. f. massa pilular.

Externè item (in gravioribus præcipue paroxis) adhiberi possunt Cataplasmata. V. g.

℞. Fol. menth. virid. m. iij. medul. pan. alb. ℥ij. Coquantur simul in acet. fortiss. donec induant consistentiam pulvis, & in sine add. pulv. rosar. corall. rub. ana ℥ij. sang. dracon. ℥j. mastich. ℥ss. mis. f. Cataplasma.

Vel ℞. Menth. Aquat. Majoran. Flor. Ros. Chamaemel. ana m. j. fermenti ad quantitatem ovi, pistentur in mortar. cum pauco aceto, deinde f. duo emplastra, & sinapizentur pulver. Cinam. & nuc. moschat. Applicentur calidissime ventriculo unum ante alterum à tergo.

Vel ℞. Crustæ panis Cibarii tostæ & inebriatæ vino Alicantico ℥iv. Cidonisti Crassioris ℥ij. Mastiches ℥ss. Theriac. vet. & probat. ℥ij. Cinam. totius ℥ss. Caryoph. ℥ss. Pulv. Absinth. & Ment. ana ℥v. mis. Terantur optime in mortar. Marmor. f. trajectio per setaceum rarioris texturæ, f. Cataplasma applicand. regioni ventriculi è stupis lineis pexis panao lineo affutis.

Cremor tartari in bona quantitate sumptus in jure carniū sedat vomitum, ut docet historia sequens. Ancilla quædam bibula ultra ℥ij. infusion. Croc. Metall. hauserat in officina heri Pharmacopœi, qui consiliuops ad primam pyxidem obviam confugit, & tartarum ad ℥ij. vel ℥ss. moribundæ exhibuit; unde illico cessavit vomitus. Hinc conclude, ab acidis corrigi Antimonium.

Non è re spero, Lector, esse arbitraberis, si huic capiti quædam ex Authore nostro ad Nauseam maris, ac etiam ad Singultum subnectam, cum hæc Symptomata Vomitus sint naturæ adeò cognata.

Hæc præscribebantur ad Nauseam maris pro Dominæ Principissæ in Belgium proficiscente Anno 1642. Feb. 7.

℞. Cinam. inter. ℥ij. Sem. Coriand. & anis. ana ℥ij. flaved. Citr. & Aurant. Condit. sicca. ana ℥ss. Ambr. gris. Mosch. Oriental. gr. ij. Sacchar. Crystall. ℥vi. Terantur omnia subtilissime, atque excipiantur Mucag. Gum. tragacanth. Extract. in Aq. Flor. Aurant. addend. Amyl. tritic. ℥ij. f. massa, ex qua super bacillis sive arundinibus formentur Cortices instar Cinam. longitudinis dimidii digiti lento calore siccand. in assere & Charta post exemptum è furno panem. Reponantur loco sicco in pyxide ad usum.

℞. Confect. Alkerm. ℥ss. Conf. Ros. Rubr. Antiquæ, ℥j. Cort. Citr. & Aurant. Condit. sicca. ana ℥vi. Summit. Meliss. Majoran. Rosismar. & Menth. Horrenl. Conditar. Siccat. ana ℥j. Cinam. inter. ℥ij. Lap. Bezoar. utriusque ana ℥ij. Terantur omnia subtilissime, & cum f. q. Syr. Cydon. & Moror. Rubi Idæi addito pauco Limonum Succo, f. Electu. instar Opiatæ ad usum.

℞. Salis nitri veri Alexandrini (Salis Absinthii post primam exhalationem fusi igne violentissimo, dissoluti & coagulati) Salis Comm. fusi, Salis Gemmae ana ℥j. galang. macis (Cardamom.) Cubebat. ana ℥j. mis. f. Pulv. Subtilissim. cujus gran. iij. (plus non minus) sumantur jejuno stomacho.

Suntur possetum calens in conatu vomendi (si accidat) præsertim irritò.

℞. Ladan. purissim. ℥ij. emolliatur in mortar. aeneo calente, & additâ f. q. balsam. Peruv. digr. & mastich. in Spir. vin. emollit. ℥ss. f. massa velut Empalstri, cujus portio extendatur in aluta molli scutiformi, & applicetur regioni ventriculi.

℞. Panis optime tolli ℥ij. Cortic. Citr. & Aurant. Recent.

Recent. ana ʒvi. Ros. Rub. Fragrant. p. ʒ. flor. lavend. p. ʒ. Caryophyl. ʒj. Omnia crassiusculè incisa sint pro pluribus pupis, quæ madentes & imbutæ liquore ex partibus ʒj. vini Canarin. generos. part. ʒ. aceti Sambucin. & part. ʒ. Aq. Cinam. opt. successivè admoveantur naribus olfaciendæ.

Postquam appulerit, ad roborandum Ventriculum exhibeatur Vinum Claretum ultum cum ramulo rorismatini, Cinam. Saccharo. Vel *Londie* ex Ala vel Cerevis. tenui, vino Canarinò, ovis Saccharò, Cinamomò. Applicetur stomacho emplastrum stomachicum cum aromaticis, vel litus cum oleò stillatiò macis. *Hallerus Theodor. de Mayerne Prax. Medicæ lib. 3.*

Consultationes.

Vomitus acidissimæ materiæ in Melancholico Hypochondriaco.

Vir Illustrissimus quadragesimum nonum annum attingens, temperamenti à naturæ primordiis secundum totum calidi & humidi, calidioris quodammodo jecoris, boni habitus; qui in Pueritia & Adolescentia sua incolumen vitam duxit, quamvis comestrationibus & comotationibus meraciorum & diversorum vinorum non parum indulserit, & cibus saluti atque fumo exiccatis usus fuerit. Postquam autem publicis gravibus negotiis implicatus, & Germanorum Diætitis, aliisque plurimis Legationibus animam applicuit, vigesimo octavo suæ ætatis anno ægrotare cepit, cum febre biliosa acuta correptus fuerit, à qua propriis remediis paucis diebus liber evasit. Mox in Aulicis negotiis perseveravit, non sine aliorum invidia & persecutionibus quas ægrè tulit, & non sine vehementibus animi perturbationibus: ut ideò anno trigésimo sexto ætatis suæ in aliam febrem biliosam tertianam duplicem, non sine vitæ discrimine inciderit, à qua pariter congruis præsidiiis medicis fuit liberatus, subsecuta tamen hypochondriaca, affectione cum Melancholia, cum insigni aciditate in ventriculo, ob cuius medelam varia administrata fuere remedia, & præsertim acidulæ aquæ diversarum Regionum propinatæ fuere: quæ quidem aliquod ad tempus levamen attulerunt, sed nunquam causam radicis extirparunt, forsitan, ut ipse fatetur propter liberam vivendi rationem. Anno verò suæ ætatis quadragesimo quinto à Legatione Wirtembergensi reversus, ubi plures & maximos errores in comotationibus commiserat, Acidulas rursus potavit, sed sine prægressa conveniente corporis expurgatione; & ideò tantum abest ut levamen ullum attulerint, quia potius affectus alter fuerit subsequutus, febris nimirum quartana quæ ab Excellenti Medico Augustano curata fuit, qui postea contra aciditatem, seri desillati usum, non sine aliqua utilitate præscripsit. Verum quoniam duobus jam annis elapsis lites, tum civiles, tum criminales subortæ fuere; idcirco adeò recruduit aciditas, ut in hunc usque diem ipsum vehementer excruciauerit, accedente quoque mense Decembri proximè præterito tertiana febre cum doloribus podagricis, intensissimis quidem, sed per horas tantummodo perdurantibus, & ut plurimum Autumni tempore invadentibus cum intenso rubore & ex quo tumore. Modo conqueritur de febre continua aciditate in ventriculo, ad linguam & gulam sese extendente, quæ spatio dierum ita adaugetur ut ad vomitum ipsum compellat, prægressis anxietatibus calorificis ipsius ventriculi & hypochondriorum cum motibus ferè convulsivis. Vomitu autem excernitur materia acidissima, non tamen nigra cum ardoris sensu, partim tenuis & aquea, partim viscida & lenta; stuporem dentibus ipsis inducens, cum laryngis & labiorum excoriatione, alimenta

Tom. IV. Pars II.

vero, quamvis nuper assumpta, in ipso ventriculo detinentur, nec unquam vomitu ejiciuntur. Hac in ventriculo multiplicata, deficit appetitus & cibi & potus, molestæ insurgunt vigiliæ, urinae fiunt copiosæ, crudæ & albicantes, nec quiescere potest, nisi post secutum vomitum; tum enim somnus conciliatur, & sitis relinquatur; post unum vero aut alterum diem redit appetitus perseverans, donec iterum nova acida in ventriculo materia coaceretur. Præter jam dicta, cordis oppressiones patitur, flatus & rugitus in hypochondriis copiosos percipit, ptyalismo frequenter detinetur, arenulas rubeas mingit, alvum tamen sat lubricam habet; timores atque mœtores, etiam sine causa manifesta eundem alligant; & solitudinem amans, librorum lecturis nimium se dedit. A purgantibus & remediis calefacientibus se magnoperè lædi observavit, juvari autem à lenientibus, attemperantibus & blandis Clysteribus. Levamen olim se recepisse asserit ab apertis spontè vasis hæmorrhoidalibus; quæ quibusdam adhinc annis ferè ex toto occlusa sunt. Hoc incunte Vere, dum ad meas manus pervenit prædictus Vir Illustriss. ut contra adeò molestum affectum Purgationem instituerem, hypochondria manu diligenter exploravi, & sensibiles obstructions in mesenterio, evidentiores autem in jecore observavi: in liene vix quicquam p.n. percepi, adhuc minus in pancreate. Et ut necessariæ Purgationi lubenti animo subjiciatur, Medicamenta ordine proprio administranda calamo exarare, & sub ejusdem oculis prudentissimis apponere optimum fore duxi, cum directionem quidem meam, at non assistentiam Viro Illustrissimo polliceri possim, cujus tamen salutem enixè peropto.

Hypochondriacam affectionem qua duodecim abhinc annis Vir Illustrissimus detinetur, sat superque comprobare possunt flatus copiosi, frequentes rugitus abdomen & ventriculum occupantes, septumque comprimentes; quam affectionem ideò per antonomasiam, flatuosam appellare solebat Galenus; cui Melancholiam associari, attestari possunt timores, mœtores, etiam sine causa manifesta, ad solitudines insueta inclinatio, & ad studia nimia propensio. Verum duobus jam dictis affectibus quam plures alii successerunt, nempe depravata & immutata universi corporis nutritio, & molesta ventriculi anxietas febre continua, per intervalla tamen adeò increfscens, ut Illustrissimum Virum compellat, ad vomitum acidissimæ materiæ gulam & labia erodentis & dentes, obstupefacientis, qua materia ejecta, sedatur quodammodo, sed paucis diebus anxietas. Hujus aciditatis præsentiam comitantur, cibi & potus inappetentia vigiliæque molestæ. Hæc autem omnia mala à causis externis originem duxisse omnino censendum, cum Vir Illustrissim. à nativitate nullam ad præarratas affectiones dispositionem sortitus fuerit: totius enim temperamentum omnium optimum, calidum & humidum, habitum neque plethoricum, neque obesum, sed mediocrem satis carnosum à semine reportavit; & ideò usque ad annum vigesimum octavum perfecta valetudine frui potuit, quando publica & ardua negotia suscipere & eadem occasione immensos errores, in comotationibus præsertim & Comestrationibus committere coactus, hepar ipsum accendere & calida intemperie inflcere incepit, simulque à cruditatibus obstructions colligere; sicque multiplicata bile una cum cruditatibus febres excitatæ fuere, indeque affectio hypochondriaca exorta, relictis nempe post febrem in vasis mesaricis obstructionsibus, & ad aucto in jecore calore præter naturam, qui quoti die semper intensior ab ipsis clausuris redditus fuit; & ideo

A a a

ideo

ideo excalescitur, imo & arefacto sanguine ipso, in vasis aluminariis crassificato atque stagnante, affectio quoque melancholica hypochondriaca suborta fuit: etenim calor agens in cruditates ad earundem resolutionem, vapores crassos elevans non adeo facile resolvable, rugitus & murmura in abdomine excitat, dum exitus quærit, & non inveniunt. A sanguine verò stagnante terræ exhalationes insurgunt, quæ per venam cavam cor primò deinde per carotidas cerebrum ipsum petentes & spiritus animales obtenebrantes, sua nigredine cum Galeno, aut opacitate cum Averroë, animæ rationali timorem incutiunt & mœrorem inducunt, etiam sine manifesta causa & hinc solitudinis amor & ad studia nimia propensio. Causas autem jam dictas internas non parum, imo omnium maximè fovunt multiplices & intensæ diuturno tempore animi applicationes ad ardua publica negotia, nec non animi perturbationes quibus calor natus viscerum naturalium depauperatur, calor vero præter naturam multum augetur, ut propterea chylosis in ventriculo, & hæmatosis in hepate imperfecta processerint: quo factum fuit universi corporis nutritio imminui & depravari inceperit, dum totum corpus gracilius quam antea redditum est, proprioque consueto florido colore destitutum quod nobis indicat melancholicum sanguinem non tantum in abdominalis vasis stagnare, sed & in toto venoso genere reperiri; ut propterea Virum Illustriss. Melancholia laborare, non tantum ab hypochondriis, & præsertim ab hepate, sed etiam per consensum à toto sit necessario asserendum, quam veritatem confirmavit quartana febris postremis elapsis annis oborta, & sanguis tum alias, tum nuper in incepta Purgatione per venam extractus, qui, licet ab angusto foramine, crassus atque niger, fibrosus tamen à nobis observatus fuit. Et quoniam sæculentior sanguinis portio ad lienem, quam plurimis arteriis refertum, ut depuretur; à natura transmittitur, idcirco cum in Illustriss. Viro copiosus hujus adultæ & melancholicæ conditionis sanguis reperitur, acidis ferositatibus abundat, ut propterea lien Fons aquæ ab Hipp. appellatus fuerit; ferositates vero hujusmodi acidissimæ in ventriculum transmittuntur, vel præter naturæ ordinem per vas breve, vel mediantibus ramis celiacis, in pancreas, & inde per ductum pancreaticum ad intestinum duodenum, atque tandem perreptantes in ventriculum ipsam, quæ ut atrabiles (nondum tamen nigra factæ) qualitate acidissimam & erodentem possident, qua & anxietates, & ob collectam copiam vomitum excitant, nulla sequuta ciborum corruptione: vomitus vero gulæ & ori erosionem, dentibusque stuporem inducunt. Et quamvis acidus iste humor in factu esse frigidus sit, ut ideo post vomitum bene appetat Vir Illustrissimus, in fieri tamen calidus, imò calidissimus est, sicque dum à calore p. n. calor naturalis absimitur, frigidus remanet hamot ipse, ut vinum dum in acetum convertitur. Jam dicta verò omnia symptomata magis exacerbata fuere, postquam consueta hæmorrhoidalis evacuatio ex toto sponte suppressa fuit.

Affectus quidem iste non spernendus, cum præter molestam vitam quam timoribus atque mœroribus refertam reddit, nutritioni quoque non parum officiat, & Virum Illustriss. paulatim ad Cacoehymiam, vel Atrophiam, imò & ad morbum nigrum (quem Deus avertat) tandem perducatur; & ideo omnia agenda, ut hoc verno tempore affectus ipse, si non ex toto tollatur, saltem valde remittatur spe concepta, fore ut repetitis Purgationibus ex toto superari possit, cum obstructions tantum, non autem tumores in visceribus observentur.

Quare omnium primò primæ viæ sunt expiandæ.

Secundò Obstructions in mesenterio & cava viscerum parte, mox & in gibba sunt aperiendæ. Tertio Totum venosum genus ab humore melancholico vindicandum. Quarto Fervida jecoris, venarum & sanguinis intemperies corrigenda. Quinto Sanguinis aciditas edulcoranda, totumque nutriendum; atque tandem, si possibile fuerit, hæmorrhoidalis evacuatio ad usum revocanda.

Pro prima intentione explenda, Leniens bis repetendum, ex Syrupo Ros. Solut. & violato solut. paratum: alterum vero ex potione manne clarificatæ, quibus superbibat aquæ hordeac. aut juris hordeacei libram. Intermediis autem quinque diebus assumat Præparans hujusmodi.

℞. Julap. Acer. ℥ij. Syr. de Pom. aquæ flor. Citri an. ℥j. m. pro Syrup. & sic pro aliis.

Secundæ intentioni ut satisfiat, primæ obstructions ita erunt tollendæ.

℞. Floris cass. rec. extractæ. ℥ij. rhabarb. opt. ℥j. m. f. boli, quibus post horam superbibat cyathum feri capr. aut asinini destillati, & tribus horis ab assumpto sero prandeat. Sequenti vero manè assumat pro Præparante.

℞. Succu depur. & per arenam trajecti, cich. borag. Pom. dulc. an. ℥j. decoct. in jure tenui paratæ, endiviæ, malvæ, violariæ, sonchi, lupulorum ℥iv. m. pro Syr. & sic pro aliis. Tertia die rursus assumat bolos, quarta succos, & ita alteratim perseveret usque ad decimum quintum diem. Interim sanguinem mittendum ex brachio dextero, conclusum est, ut factum fuit. Quindecim jam dictis transfactis diebus, infusum hujusmodi minorativum præbendum erit.

℞. Pot. ex man. clarif. ℥v. addendo infusioni consuetae rhabarb. opt. ℥j. aquæ flor. citri parum, m. f. potio, cui post duas horas superbibat feri capr. depur. lib. ii. duabus vero horis ab assumpto sero prandeat. Inde ad penitiores viscerum obstructions referendas erit deveniendum, & ideo sequenti manè assumat succos hujusmodi.

℞. Succu depur. & per arenam trajecti cichorii, Borag. Agrim. an. ℥j. decoct. endiv. malvæ violariæ, sonchi, lupulorum sumariæ ℥iv. m. pro syrup. & sic pro aliis. Sequenti verò manè assumat infusionem rhabarb. ita paratam.

℞. Rhabarb. opt. maturi, fol. senæ Orient. mundat. an. ℥j. cinnam. integri ℥ss. aq. stillat. de succo cich. ℥vii. m. f. inf. per hor. xii. & colaturæ adde syrupi de succo limonum ℥j. m. pro syrup. & sic pro aliis. Tertia vero die repetantur succi, quarta infusio, & ita alternatim perseveret usque ad decimum quintum diem, advertendo quod si succos ventriculus non adeo facile toleraverit, substitui poterunt aquæ stillat. ex iisdem herbis hunc in modum.

℞. Aquæ stillat. cich. borag. agrim. an. ℥iij. salis tart. fixi gr. x. syr. de Pom. ℥j. m. pro syr. & sic pro aliis: ita & aquæ substitui possent pro primis succis. Interim secunda vice educendus erit sanguis ex sinistro brachio, & diligenter observanda ejusdem conditio, ut videri possit, quanto tempore & quibus medicamentis in totius sanguinis depuratione insistendum fuerit: etenim si niger & crassus adhuc apparuerit.

Pro tertia intentione expianda, ad syrupi Fernelianusum secundum meam descriptionem deveniendum erit, ut epicraticè tota massa sanguinea depuretur: itaque

℞. Syr. Fernel, ℥ij. feri capr. destillat. ℥iv. aut v. m. pro potu quatuor horis ante prandium assumendo. Sequenti verò die bibat.

℞. Seri capr. aut asin. destillat. ℥vi. Salis tart. h. xi.

h. xi. gr. x. Syrup. de Pom. ꝑj. m. pro potu, & sic pro aliis. Tertia vero die reassumat Syrupum Fernellanum, ut supra, quarta serum, & ita perseveret alternatim ad decimum quintum usque diem.

Inde ut quartæ intentioni satisfiat, lactis usus sufficiens non erit: contumax enim est iste affectus, non propter solas obstructions, sed multo magis propter fervidissimam intemperiem jecoris, venarum & sanguinis; & ideo ad aquarum refrigerantium usum confugiendum erit, non quidem acidularum, cum nimis vigeat in Illustri. Viro aciditas ipsa: sed potius Nocerianæ erunt eligendæ, primis tribus diebus cum vehiculo dejectorio Syrupi Rosolativi, aut Mannæ Clarificatæ, cæteris vero diebus cum vehiculo diuretico, quale esse poterit Spiritus Tart. rectificatus, vel alchalizatus, ad semidrach. in duobus aut tribus primis cyathis, cum aciditas succi limonum, & magis spiritus vitrioli omnino suspecta, imo & noxia censenda sit.

Terminato aquarum usu, postremæ intentioni aptissime satisfacere poterit lactis & Balnei universalis usus; hoc autem erit eligendum, viginti primis diebus atinimum, & totidem postremis caprinum; sed assumendum statim multum cum suo naturali tepore, de more cum saccharo albisimo, ad ꝑviij. & x. quatuor aut quinq. horis ante cibum, cui non est superdormiendum, ne nimis caput impleatur atque gravetur, nisi forsitan tunc temporis urgerent nocturnæ vigilæ, quo casu permittendus erit somnus post hoc assumptum. Interim viginti saltem diebus Balneum aquæ dulcis universo corpori vespertinis horis erit administrandum, alterata foliis malvar. lactinæ, vitis & silicis, & statim à Balneo universum corpus oleo amygdalino recinungi poterit: sicut toto Purgationis tempore totum abdomen unguento rosac. malvino illiniri debebit.

Jam dictis omnibus congrua, non solum victus, sed vivendi ratio erit addenda, ita ut incolat loca potius in aëre subtiliori, quam crasso & paludoso. Secundò abstineat à carnibus pinguis & annosis; à salitis tum carnibus, tum piscibus, & fumo exiccatis; à piscibus conolis, conchyliis & ostreaceis, ab usu casei, ab edulis ex pasta paratis, delicatioribus exceptis; à leguminibus, præter hordeum & orizam. Inter olera prohibetur apium, fœniculum, carduus, fungi & tubera terræ. Inter fructus conceduntur fraga, pepones, uva, nonnunquam ficus, persica, & pyra & poma tum cocta, tum cruda. Prohibentur condimenta aromata, excepto exiguo cinnamomo & pipere ruditer contuso: caveat pariter à condimentis aliis, cæpatum, aceti aliorumque acidorum, ut arantiorum, citri, limonum. Toto anno in usum ducat in prima mensa jus carnis alteratum, Vere cichorio, Æstate acetosa, id est oxalide, Autumno boragine, Hyeme endivia. Potus sit vinum, non austerum, non dulce, non generosum, nec adeo tenue, quod tamen ex solo lapidoso non fuerit collectum. Tertio Somnis nocturnus diuturnus conferre poterit, diurnus vero si confectus fuerit, sit brevis. Quarto Exercitium prodelle poterit, sed ante cibum. Quia Venus pro nunc, ad tempus scilicet est ableganda; alvus officiosa servanda prunis Damascenis aut Gallicis, sine passulis in vino albo dulci decoctis & saccharo aspersis, prima mensa comansis. Præterea evacuationio hæmorrhoidalis est revocanda duabus hirudinibus venis sedalibus singulo mense applicitis, etiam sine ulla præcedenti medicamento solventis exhibitione. Sexto & tandem animi pathemata, quantum fieri potest, erunt arcenda, & ad studia aliæque negotia animus moderare applicandus; sed geniales conversationes querendæ, & alacri animo vivendum. *Raymund. Job. Fortis Consult. & Respons. Tom. 2. Cent. 2.*

Tom. IV. Pars II.

Vomitus Sanguinis.

Nob. Juvenis vigesimum sextum annum agens; temperamenti secundum totum & caput calidi & humidi, hepatis & plethorici habitus, in cibo & potu libere vivens, cum usque ad decimum nonum suæ ætatis annum incolumem vitam duxerit, tunc immo dico sanguinis per alvum profluvio derepente correptus fuit, quod duobus integris mensibus, sed paucis perseveravit, & inde sanus evasit. Sed anno subsequenti, itineris occasione toto corpore, & præsertim capite excalescens, supervenit vomitus sanguinis tribus per intervalla perseverans: sine tussi & citra febrem, cui suppresso hæmorrhagia natium successit. Sequentibus autem annis nonnunquam stillavit sanguis è naribus, sed parce usque ad quadagesimale tempus novissime præteritum: tunc enim rursus itineris occasione erupit sanguis per vomitum sine tulli, octo diebus perseverans, ad quantitatem unius libræ singulo die, mox sponte cessavit, sed imbecille quodammodo totum corpus reliquit, cum aliqua capitis ad fauces levi destillatione. Pejora autem timens Nob. Patiens, aut saltem sanguinis vomitus recursum, pro præservatione ad Patavinum auxilium confugit.

Sanguinem in toto copia & qualitate jam diu peccasse in hoc Egregio Juvene, sat nobis attestari possunt tum præterita, tum præsentia, nimirum sanguinis fluxus per alvum, quo jam septem annis per measles divexatus fuit; anno vero subsequenti; sanguinis vomitus tribus diebus perseverans, non sine narium hæmorrhagia in fine, & inde sæpe repetens; atque tandem ipsiusmet sanguinis vomitus proxime præterito quadagesimali tempore itineris occasione rediens, & octo diebus copiose perdurans. Quæ omnia contigerunt in Juvene plethorico sanguine abundante, sed fervidum jecur & calidum, ac humidum caput, & ora valorem ad anastomosis facile parata habente; ut propterea caput ipsum à toto per arterias carotidas sanguinem non solum facile admitat, verum & cum impetu attrahat: qui ab arteriis effusus, nec à venis jugularibus internis reassumptus, ad gulam delabatur, & per œsophagum ad ventriculum, unde postea copiosus assatum evomitur; interim vasa etiam narium eo quo præditus est fervore atque acrimonia sibi aperient, hæmorrhagia etiam inducit.

Ut autem huic pravo symptomati provideatur, sanguinis vitium est corrigendum, copiam minuendo, acrem qualitatem edulcorando, & pravum ipsius motum compescendo: jecoris interim fervorem remittendo, ut probior sanguis regeneretur. Quibus intentionibus satisfacere necesse est, antequam pejora succedant: impetus enim sanguinis ad superiora & ad pulmones quoque in hac ætate & ad trigessimum quintum annum haud difficilis esse posset.

Quare primis viis expeditis, sanguine ex jecora: ria educto, & succis herbarum refrigerantibus in refrigerante decoctione pluribus diebus exhibitis, cum electivæ bilem & biliosas serositates medicamento purgante per intervalla repetito, ut ab Excellentissimis Viris jam propositum fuit, inde pro jecoris refrigeratione acidulæ aquæ ferreæ sufficere possent. Sed quoniam superioribus annis sanguinis quoque fluxus per alvum multis mensibus perseveravit, idcirco aluminosa Brandulenses eligi poterunt, quæ ab ipso fonte delatæ, vim propriam & facultatem non amittunt, ut ideo necesse non sit quod Patiens ad fontem ipsum se conferat. Ad demulcendam vero humorum acrimoniam & sanguinem edulcorandum, lactis usus per quadraginta dies, post aquæ potiorem, opportunissimus erit, vel asinini,

A a a 2 y

vet potius caprini ad majorem ipsius sanguinis incrassationem. In quem siphem sub ingressum lecti in usum duci poterunt Conservæ violarum, nenupharis, Lactuca condita, quandoque duo cochlearia syrapi de papav. albo: sicut statim à prandio Conserva rosarum. Atque tandem ut pravus motus sanguinis ad superiora revulsione corrigatur, tertio quoque mense sanguinis ab hæmorrhoidibus parcam educationem consulo. Et congrua vivendi ratio intentionibus jam propositis correspondens, à Viro Excellentissimo Adstanti præscribatur, cui & reliqua omnia recte administranda libenter committo. *Idem ibidem.*

De vomitu cruento.

Adolescens 20. annorum corporis rarioris, temperamentis serofioris, phlegmatico cholericis, oriundus ex locis mari balthici vicinis, à teneris salutarum ciborum, pernarum, piscium, panis crassioris, lacticiniorum usu assuetus, exercitiis consuetis, saltatoriis, gladiatoris deditus, cum potu aliquando largius repletus, noctu frigidiori, nebuloso tempore domum concessisset, per aliquot dies sentit appetitum imminutum, pallere faciem, respirationem difficiliorem, imminuentem *ænon*, dolorem gravativum ac æstum quandam in sinistro hypochondrio, adhuc tamen *sp. d. d. d.* & exercitia solita, templum mensamque frequentans, confidens in coronâ sodalium, exire ob *divagationem* cogitur, & de subito per os sanguinem purum, grumosum tamen simul, excernit ad aliquot uncias; curatur tunc temporis. Excurret verò interim jam biennium, nuper eisdem experitur manes, sanguinem *d. d. d.* ad libram unam circiter rejecit, cum pulsu debili & frigore extremorum, lipothymia, idque post duos dies elapsos cubantem in dextrum latus denuò fatigat, urgentibus lipothymis ad aliquot successivè horas, appetitus dejectus, alvus non facit officium. Petitur consilium.

Affectus, quo juvenis hujus vita periculo exponitur, ut historia refert, si ipsam materiam rejectam modumque ejiciendi spectamus dicitur Vomitus Cruentus; malum maxime calamitosum, juxta Hipp. 4. aphor. 25. quo nullum præsentius vitæ flammam extinguere & adventantem quasi mortem magis oculis subjicere valet, dum manifesto purpureo sanguinis, quâ salvâ vita producit & contra, è corpore eliminatur & cum impetu ejicitur.

Hic autem cum *δύσπηξις*, toto genere præternaturalis sit, solutæque unitatis morbum & suo modo iniemperiam velut umbra corpus sequatur, merito symptomatum classibus annumerandus, & in specie ad actiones ventriculi depravatas quoad motum p. n. quoad materiam verò ad excretorum vitia toto genere, ut diximus, præternaturalia, seu substantiâ peccantia referendus est. Ejicitur quippè materia ad nutritionem spirituumque generationem dicata per insuetas vias impetuosè versus, quarum officium alias est, contenta deorsum ablegere.

Et licet nonnunquam visi sint ægri liberati per vomitum sanguinis, tanquam per excretionem criticam ab aliis gravioribus symptomatibus, qualia exempla allegat *Zacut. Lusu. lib. 2. M. P. Histor. 10. Langius lib. 1. epist. 40. p. 193.* illa tamen huc non quadrant, neque affectum hunc nostrum ex symptomatum numero excludunt.

Quoad motum affectus noster chronicus quidem videri posset, non tam ratione sui quàm causarum, cum immediatæ, tum mediatæ proximioris, quarum illa ob tonum laxum, calorem debilem, motumque perpetuum tam facilè amoveri nequit, hæc verò sensim in corpore congesta, viscerum tonum vastè destruxit, unde non potest non ille ipse in lon-

gum produci tempus, quemadmodum etiam exempla testantur durasse talismodi vomitus ad aliquot annos; magis tamen æmulatur, quoad paroxysmum, acutorum naturam, cum sanguinis excretio omnis excessivacitum vitæ periculum minetur.

Quoad morem magnus omnino dici meretur, ob adjuncta imprimis facultatis naturalis & vitalis symptomata; dein etiam ob consensum, quem habet ventriculus beneficio sexti paris nervorum cum toto corpore, quâ de causa metuendum, ne gravius inde oriatur malum.

Ut autem eò certiores simus de affectu hoc, operæ pretium erit, ut signa ejus paulò accuratius animo perpendamus.

Manifestant verò eundem imprimis Essentialiter Inherentia, dum nemo non videt, adesse præter *δύσπηξις* & nauseam, tanquam vomitus individuos prodromos, manifestam & subitam sanguinis per os rejectionem. Neque obstat, quod per viam illam regiam, inverso naturæ ordine, non rarò alæe quoque partes, ut pulmo, aspera arteria, caput ipsum simile quid excernere soleant; differunt enim maxime excretionem illæ nostrâ ejiciendi modo, qui non est cum simplici expuitione, quæ ex oris partibus, non cum screatu, qui ex asperâ arteriâ, non cum tussi, quæ ex pulmonibus materiam excretam notat; sed cum vomitu, seu motum ventriculi versus superiora facto, de quo regula generalis est: Quæcumque per vomitum ejiciuntur, ex ventriculo redduntur immediate.

In Essentialiter Consequentibus simili ratione vomitum hunc sanguinis arguentia deprehenduntur, ut in actionibus naturalibus, appetitus dejectus; in vitalibus pulsus debilis, frequens, lipothymia maxime urgens, & respiratio difficilis; in qualitativis motibus extremorum frigus pallor faciei, in excretis & retentis alvi darities.

Causæ Prægressæ, error in rebus sex non naturalibus commissus, in cibo præcipuè, potu & motu, qui rarioris texturæ corporibus facilè maculam asfricare aptus natus est, nec non aeris injuria; cui se æger nosler benè potatus noctu frigidiori temporeque nebuloso exposuit, ad affectum hunc producendum multum contulere, de quo in sequentibus.

Neque dissentit Similitudo, sive ad alios fiat relatio; agnoscit enim quilibet, vel ex vulgo quoque ejusmodi subitanæ cum motus violentia materiæ alie per os rejectionem pro vomitu, & quidem ratione materiæ in specie sanguineum; sive ad se ipsum, ante biennium enim eodem morbo laborans, pro tali habitu & curatus est.

Subjectum Principale, seu symptomatis, est Ventriculus, universalis corporis nostri coqus & promus condus, tam sensili præditus archeo, ut non solum, quæ toti corpori pro futura sint vel nocitura, accuratè discernat; verum etiam quæ sibi peregrina sunt & heterogenea, muneri ejusdem non convenientia, quam vicem nostro hoc casu sanguis sustinet, omni nisu eliminare satagat.

Afficitur in vomitu hoc cruento ventriculus ut similis, intemperatus redditus ab extravasato sanguine; ut dissimilis repletus eodem; præcipuè verò quoad utrisque communem unitatem, unde eò præsentius ad depravatam hunc motum à fundo versus orificium superius cietur.

Subjectum Minus Principale, seu causæ, nominamus Lienem, hujus mali focum. Concurrat per accidens quasi œsophagus quoque, per quem, tanquam per canalem, expultrix ventriculi irritate motu vitioso materiam peregrinam eò translatam cum impetu expellit; redundante hinc in reliquis corporis partes mali gravitate, totum enim corpus hic suos simul patitur manes.

Afficitur

Afficitur ergo ventriculus non *idoneè*, essentialiter, non enim rejicitur materia ibi genita, sed *διεσπασμένως*, seu per consensum, & quidem positivum, transmissio à liene sanguine acri mordicante, ejusque tunicas sensu exquisitissimo præditas vellicante.

Causa Immediata Proxima est *δυσπασίς*, seu apertio vasis unius vel alterius sanguiferi, quam consequitur statim effusio sanguinis in *σπυγγώδην*, ventriculi & irritatio facultatis expultricis, agitatis in motus spasmodicos fibris nervis maximè sensibilibus quoad fundum iuprimis & orificium inferius ventriculi, unde motu peristaltico naturali in verso quæcunque obvia cum impetu exturbantur.

Causa Mediata Proximior, quoad essentiam est sanguis, particulis salinis, acris, alcalinis & sulphureis foetus, qui *ἰσχυρῶς* concepto, non contentus spatio sibi à naturâ concessio, vasa capillaria in ventriculi parietibus dilatavit, eorum oscula referavit, exedit, atque hunc affectum produxit.

Peccat hic sanguis quoad modum essendi, 1. quantitate, non quidem per se, quod inde patet quia post evacuationem hanc natura vix viribus sustentandis potest sufficere; sed respectivè & per accidens, quatenus partim ob circulationem impeditam in vasibus splenicis & mesaraicis cumulus est, partim vitiosè rarefactus exundationem affectavit.

2. Qualitatibus peccat tum primis, caliditate, tum secundis, tenuitate, raritate, tum tertiis potissimum, acrimonia salino sulphureâ, unde ad rodendum, naturamque stimulantem apertissimus est.

Præcipuè verò 3. in motu, tum generationis, tum locali. Generatus quippe fuit sanguis hic vitiosus non solum ratione materiæ, assumptorum minus bonæ notæ; verum etiam ratione efficientis, fermenti ipsorum viscerum in depuratione ejusdem occupatorum.

Postquam enim qui reliquis omnibus prospicit ventriculus ex assumptis alimentis paulò grossioribus salia sylvestria in chylum redundantia secrevit, accedente errore externo accumulata eadem in massam sanguineam per vasa lactea didita & collecta fuerunt. Hoc etiam inquinamento salino & tartareo obruta sanguinis & feri cohobio, tantum abest, ut suffecerint eadem corrigendo & eliminando, ut potius proventum hunc abundè adjuverint.

Vitium enim primæ coctionis non facile corrigitur in secundâ, neque in tertiâ. Hinc partes serosæ, blandæ, quæ adhuc supersunt, una acorem contraxere, saliaque corrosiva & scorix biliosæ seculentiores, ad segregandum in locis debitis indisposita, eadem manserunt permixta, quæ postmodum, per viscerum parenchymata filtratione factâ, sensim adherent, vasa minora obstruxerunt, ut ita intumescere, turgescere, & exitu ordinario denegato, aliam sibi viam querere ipsum oporteat.

Motus localis seorsim attendi meretur. Irruit sanguis in ventriculum per *σπυγγώδην* & *σπυγγώδην*, subitanè impulsione. Ut ergo hic est recipiens, debilitate partim nativâ, partim acquisitâ conjunctâ; ita pars mandans est lien, *σπυγγώδης* seu pulsione pollens, ob factam ibi *σπυγγώδην*, ob factam item rarefactionem & ebullitionem vitiosam.

Vasa quæ sint, quæ sit, dissentientes autores offendimus, aliis arterias, aliis venas nominantibus. Cum *Higmore* si faciamus, dicendum fuerit, per arterias splenicis ad ventriculum penetrare ac vomitu ejici sanguinem. Lien enim cum abundet arteriis præ omnibus visceribus, hinc iis obstruendis verosimile est, sanguinem regurgitare & majori cum impetu per vas collaterale ferri ad ventriculum, ubi ob conceptum fervorem & majorem activitatem, quâ

Tom. IV, Pars II,

præ sanguine venoso pollet, hunc effectum facile edere potest.

Nil obstat tamen, quin & venas id præstare asseramus, utraque enim vasa hæc sanguinem vehunt, utraque ejusdem datâ portâ effundunt. Ita *Riverius lib. 9. cap. 8.* putat, fieri communicationem hanc per venas, quod ramus venæ portæ in lienem divaricatus, multas propagines ad ventriculum mittat, & præterea vas breve adit patentissimum, quod in statu naturali continuò excrementum melancholicum in ventriculum eructet.

Utrumque hoc ut concedendum etiam est, ita de priori experimentum legi meretur apud *Valverdum lib. 6. cap. 5. pag. 267.* qui in Cardinalis cujusdam, sanguinis per vomitum refectione è vivis sublato, cadavere dissecto, ventriculo expresso lienem evidenter intumescere & contra expresso liene ventriculum insigniter sanguine repleri per hujusmodi venam conspexit. In nostro ægro effusio sanguinis per vas breve sine dubio in ventriculum peragitur.

Licet enim falsa sit hypothesis de succo melancholico, licet etiam concesserimus, nihil per vas breve ferri ex liene ad ventriculum, de quo legi potest *Dimerbrock. lib. 1. anat. c. 6. pag. 32.* in statu tamen præternaturali id omnino negari non potest. Observatum quippe fuit per anatomen, tum ab aliis, tum *Magnifici D. D. Præsidis nostri* memoriâ in scæmina vomitu cruento extincta, vas breve calamum scriptorium majorem æquans à liene unico trunco in ventriculum aliquot ramis disseminatum, quorum unus stylum in ventriculum admisit; non procul ab hoc, versus inferiora aliud adhuc vas, sed minus ex liene solito longè majore ad ventriculum latum est, etiam pervium.

Referata scilicet in his, præter dicta, vasa à rodeuribus, salibus, tunicis exedentibus, dilatata ab impetu, ab *ἰσχυρῶς*, ab obstructione ipsâ reliquorum vasorum sanguinis, unde repagulis laxatis promptè excidit & colligitur in capaci satis vase, ventriculo.

Hinc & successione quadam exinaniantur reliqui sanguinis loculi, unde in prædicto casu vasa mesaraica reperta fuerunt vacua, quin omnes arteriæ & venæ sanguinis vix vestigium præ se tulerunt, præter arteriam magnam & venam cavam, parum sanguinis concreti continentes.

Mediatae causæ remotiores sequuntur, quæ cum in affectu nostro plurimum conferant, maximè sunt petendæ, quas inter primò se offert.

Ex naturalibus, temperamentum phlegmatico cholericum, quod ad humores in corpore serosos, salibus alcalibus, biliosis imprægnatos, pro varia corporis dispositione & diætæ erroribus, producidos maximè facit.

Nec minus consentit Habitus Corporis rarior, qui consimilem teneriorem sanguinis texturam importat, unde facile fluxilior, acrior & serosior redidit.

Ex non naturalibus considerandus venit.

Aër, cui se æger noster benè potatus exposuit, isque frigidus, nocturnus, (nebulosus. Hic uti aliàs morborum ferax, ita etiam hujus mali faces accendit; se videtur, quatenus & inspirando & corpus ambiendo humores, largiori potu in motum citatos, subitò congelascere fecit, ansamque non solum præcedentibus symptomatibus, verum etiam sequenti malo dedit. Accedit locus Mari balthico vicinus, qui per se incommodis quamplurimis corpora humana mactare satis potens est, dum continuò ob marinam uliginem & squalorem aër crassior & densior, aquæ etiam duriores & crudiores ferè fixitati humorum & dispositioni scorbuticæ apprimè favent.

Vitiis errores quantum ad producendum malum

Ab 3

contus

contulerint, non pluribus opus est adducere. Malus corvus, malum ovum; quia enim à teneris statim affuerit est cibus salinis & difficilioris coctionis, non nimium, quod sanguis ejusmodi pravus, caractere salino scorbutico foetus, productus fuerit. Singuli ejus commatis sunt, qui lutosum & salinum sanguinem generare solent, corporique alendo minus utilem. Neque Potus largior, indictus abire debet; quippe qui & salinum vehiculum constituit, & sanguinem fluxiliorem dedit, ut eo facilius & citius vasa ad ventriculum tendentia aperire & erodere poterit.

Motus, quo aeger non semel in excessu peccavit, (utpotè deditus omnino exercitiis violentis gladiis, & saltatoriis) non ultimum meretur locum, siquidem per motum nimium, imprimis post cibum sumptum, chylus crudior & impurius in vasa præcipitatus, & hinc cum sanguine vitiosè confemertatus, in cohabitibus ejusdem majus exhibuit negotium, congestis sensim scoriis omnis generis fermentum viscerum inquinantibus & deurbantibus, unde deinde perpetuo suo motu illuc latus reportavit quiescentis.

Ex Præternaturalibus tandem causæ loco poni potest ipse affectus, quo ante aliquot annos aeger noster vexatus fuit, qui, licet tum temporis erroris fuerit, potuit tamen vel levi quodam errore, semel strata viâ, facillè iterum propullulare, imprimis cum ejusmodi vitiosa dispositio partium tum solidarum, tum fluidarum à variis erroribus rerum nonnaturalium, ut ex historia patet, introducta fuerit.

Plurimum quoque contulit, si non omne, Scorbutici *Arbitrii*, quæ uti fertillissima mater aut noverca potius est omnis generis symptomatum; ita quoque, si cum calidiori temperatâ, cum lixivio sanguinis flatu conjuncta sit, præcipuis hunc nostrum foetam excludere observata est.

Hunc non mirandum, tam varia machine humane facultatum symptomata affectum nostrum comitari, quorum jam ratio reddenda venit.

1. Appetitus adest imminutus, ob caloris ventriculi destructionem, fermenti dilutionem, & parietum laxationem, quæ omnia unicam ferè causam agnoscat ingurgitationem nimiam potulentæ materiæ, hæc enim ratione calor, quia tantæ quantitatis par esse non potuit, obtusus est, fermentum humiditate ibi moram nectente dilutum & seculentum redditum, parietesque moderatibus hinc læsis, facillè laxati fuerunt, longè verò magis id factum hinc, ubi in cavitatem hanc peregrinus hospes sanguis inundavit.

2. Pallet facies, ob depauperatum sanguinem, omnis enim faciei *coloris adest* & vigor ab hoc unicè mutandus est.

3. Respiratio difficilis est, quoniam sanguis, circa lienem & ventriculi regionem restagnans, gravat atque tendit diaphragma, unde in motu suo impeditur, & cum respiratori maxime inserviat, eandem reddit difficilem.

4. *Elevus* imminentem non tam defectui succi nutritivi ex inappetentia resultanti adscribimus, unde vires non debita incrementa accipiunt; quàm sanguini extra cleas vaganti & coagulato in ventriculo, reliquo vitiosè in corde rarefacto.

5. Dolor gravativus ac æstus sinistri hypochondri adest, ob sanguinis copiam, lienem & vasa imprimis eò tendentia in extremitatibus suis obstructa occupantem, qui distendendo ac gravando molestus, non potest non dolorem excitare & quidem gravativum, ob visceris illius structuram, quæ non adeò fibris nerveis, saltim sibi relicta, ac reliquæ partes sensibiliores, intertexta est. Adest quoque

æstus, ob eandem causam, ubi enim affluxus sanguinis, ibi quoque calor sentitur.

6. *Auripigmentis* partim cacochymiam gravantem nuntiat, partim præco ipsius vomitus est, ob communem tunicam in ore se exerente, & in toto corpore labore ventriculi.

Hæc omnia, quamvis unâ cum subsequente vomitu, adhibitis remediis, deseruerint a-grum nostrum per integrum biennium; nihilominus tamen, materia denud collecta recurrunt, idemque malum excludunt. Et quoniam exinde non exigua vis machine corporeæ inierit hinc porrò sese offerunt.

7. Pulsus debilis, qui ab exhausto ultra *superioris* sanguine, spirituumque vitalium defectu ortum ducit.

8. Frequens, ob usum urgentissimum, dum illud, quod propter imbecillitatem virum magnitudine præstare non potest, frequentia refarcire conatur natura.

9. Frigus extremorum consequitur sanguinem versus fontem suum vocatum; uti enim moderator vitæ nostræ archæi officium est, in statu naturalis distribuere sanguinem & calorem in omnes corporis partes; sic in statu præternaturali sæpè visitur, ut contrario motu sanguinem à peripheria ad centrum revocet.

10. Lipothymia eadem ferè est ratio, inductæ à resolutione spirituum & grumescencia sanguinis reliqui.

11. Repetit malum post duos dies, & quidem decumbente in dextram latus ægro, novo per circulationem sanguine ad hiantes vias nec dum oclusas appellente, & posito hoc *in rebus* seu decubitus ad inferiora magis inventente.

12. Alvus denique non facit officium, vitio archæi; qui ut nullis actionibus in toto corpore in ejusmodi turbis ritè invigilare potest; ita quoque, in secretionem inutilium quasi obdormit.

Consideratis itaque his omnibus, quæ seu causæ affectum antecessere, & quæ ut symptomata illum secuta sunt; videndum nunc est, quale sit statendum Prognosticon.

Salutis & Mortis respectu si ægrum consideramus, facillè patet, non carere illum periculo, siquidem metuendum, ne vel cum illa ipsa sequenti sanguinis per vomitum rejectione ipsam purpuream simul ejiciat animam, vel pretiosissimo illo vitæ thesauro & irreparabili, sanguine scilicet, privatus, cachexiam & hydropem sibi contrahat, quorum posterius paucos admodum, ut præctici annotant, reconvalere sivit, quinimò neminem ex vomitu cruento hydropem passum conservatum se vidisse scribit Dodonæus. Neque symptomata hic maxime urgentia, ut pulsus debilis & frequens, lipothymia, frigus extremorum, per aliquot dies perseverantia boni quid important, quippe quæ de affectus hujus magnitudine abundè testantur. Nihilominus tamen, cum aeger sit juvenis, cum ab eodem morbo jam semel feliciter liberatus, cum certo potissimum corporis positu magis vomitus reciprocet, & inducias det, spem amplam concipimus futuræ liberationis, & recuperandæ sanitatis, modo ipse se non destituat, dictisque audiens sollicitè omnia observet præstanda.

Nec de Brevitate paroxysmantis morbi dubitamus, diu enim œconomia Vitalis hunc statum sustinere non poterit, sed longius tamen temporis spatium pro recuperandis viribus, viscerum toto, & ipsius sanguinis *replet* corrigendâ requiretur, in quibus singulis tamen jam memorata non parùm nos confirmant.

Eventus Modum dicimus futurum lentâ conversione ad salutem, oclusis nempe vasorum osculis sanguinem dimittentibus, obstructis verò circa lienem refe-

referatis, ut liberè iterum circulari possit sanguis quo facto facillè erit occurrere reliquis symptomatibus, per alterantia sanguinem & confortantia.

Hinc posito prognostico, proximum erit, ut ad Curationem nos accingamus, secuti, juxta Methodum Medendi, Indicationum triadem. Curatoria ipsum morbum, ex intemperie & unitatis solutione, conflatum tollendum esse monet. Præservatoria, quæ circa causas amovendas occupata est, sanguinem acrem temperandum vasorumque obstructionem tollendum innuit. Vitalis symptomata urgentissima, ne filum vitæ abruptant, sollicitè attendit & virum reliquias conservat.

Satisfiet his ex Triplici remedium Fonte & quidem primò omnium lese nobis exhibet ex Chirurgica venæ Sectio, quæ an in ægro nostro locum habeat vel indicetur, disquirendum est.

Vires sanè maximè sunt debiles, prostratæ, minimeque ad illam sustinendam sufficientes apparent. Deinde tantum sanguinis jam dum per vomitus creditores rejectum est, quantum nec in robustissimis venæ sectione detrahente prudens auferit medicus, quinimò lipothymicæ urgeat hanc ipsam respuere videntur. Nihilominus verò cum ex duobus malis eligendum sit minus: cum desiccans ab orbita suâ sanguis in circulum suum revocandus, cum lipothymicæ sint recuperabiles & transitoria, proficuum & necessariam illam asserimus.

Hinc, simul ac paulisper recollectæ erunt vires, ut sufficientes videntur huic negotio, vena aperiatur saphena vel pollicaris in dextro pede, & emittatur sanguis ad unam vel alteram unciam. Si enim natura ferre potest tam enormem profusionem, quid ni facilius longè minorem effusionem, prudenti manu pro lubitu regulandam sustinerit?

Utque eò magis fiat revulsio à ventriculo ex usu quoque erunt Cucurbitulae Siccæ hypochondrio sinistro applicandæ, item Frictiones extremorum, quò sanguis sensim in vasa ordinaria remeet, neque diuturniori morâ circa præcordia subsistens grumescat, malumque malo exitu finiat.

Primariò verò præsidia eaque validiora nobis suppeditat Pharmacia in quâ consuetâ methodo primò se offerunt Lenientia, indicata tum à cacoehymia ferrosâ & biliosa, tum ab alvi adstrictione, imò imperata quasi sola, quia purgantia propriè dicta minus in paroxylmo tuta sunt, metuendumque in eo, ne vires magis labefiant vasa verò majorem apertionem & irritationem patientur.

Cumque affectus requirat adstringentia vasa & vias, vel hoc solo nomine quoque de lenientibus cogitandum est, ut interpolata statim naturali conformem processum servent.

℞. Elect. lenitiv. ʒij. thab. Alex. ʒss. cryst. tart. ʒss. Syrup. ros. solut. q. s. sacch. parum. M. F. la. Bolus. S. Lindzucker auf einmal.

℞. Aq. laxat. Minder. ʒij. extract. thab. ʒj. mann. calabr. ʒss. M. F. Haustus. S. Laxierträncklein auf einmal.

℞. Rad. alth. glycyrrh. an. ʒss. thab. Alex. ʒj. flor. anth. fumar. ʒ. cord. an. p. ij. pulp. tamarind. ʒss. passol. mia. m̄. cass. lign. ʒss. Conci. contus. gr. m. coq. in s. q. feri lact. capr.

℞. Col. ʒij. adde mann. puriss. ʒss. M. F. Haustus. S. Ut supra.

Præparatum locum tuebuntur, quæ sanguinem biliosis scotiis refertum contemperant, illum à vasis ventriculi repellunt, & ulteriorem influxum prohibent, in quem scopum sequentibus uti possimus.

℞. Aq. papav. thæad. acetos. plantag. an. ʒss. fung. Jolepus. ʒss. Syrup. corall. ruhr. de ros. sic. an. ʒij. M. F. Jolepus. S. Alterir und Starckträncklein.

℞. Aq. torment. bistort. plantag. burf. past. an. ʒj.

centinodii, traumat. compos. an. ʒvi. tinct. papav. thæad. viol. an. an. ʒij. Syr. myrtin. ʒss. M. F. Potio.

Quod si confirmatis viribus ad expurgandam cacoehymiam & præservandum morbum impofterum fortioribus uti integrum sit, sequentia exempli loco esse queunt.

℞. Pulv. laxat. veget. ʒj. resin. gialap. gr. ij. nitr. antim. gr. v. ol. scenic. gutt. i. M. S. Pulvier - Pulver auf einmal.

℞. Extract. panchymag. Croll. gr. xv. resin. scammon. gialap. an. gr. xv. ol. mil. gutt. ij. elix. præparat. q. s. M. F. Pilulæ. Purgier - Pillen auf einmal.

℞. Rhab. Alexandr. elect. elect. fol. fenn. Alexandr. f. f. an. ʒij. fibr. helieb. nigr. ʒj. fl. q. cord. an. p. i. Infund. in s. q. feri lact. capr. per nox, manè ebulliant.

℞. Colat. ʒij. adde crem. tart. gr. ʒ. mann. puriss. ʒj. M. F. Potio. M. S. Purgier - träncklein auf einmal.

Vomitoria consultius omittuntur; quamvis enim adhuc in ipso ventriculo aliquid materia vitiosæ latitare possit; hic tamen vomitus vomitu non curabitur, sed potius promovebitur, siquidem ob vehementiam & stimulum eadem quæ in purgantibus, imò multò magis sunt metuenda. Illa ergò, quæ ventriculum malè habeat, potius resolvenda & discutienda.

Plurimum verò spei ponendum merito in Clysteribus, quod citra omnem molestiam alvum expediant, nec per locum affectum, quod purgantia videntur facere, magis evascent.

℞. Rad. lil. alb. malv. alth. aspar. an. ʒss. Herb. ʒ. emoll. chamomill. fol. fenn. an. m̄. flor. persic. malv. arbor. acac. an. p. ij. sem. foen. græc. lini, an. ʒij. sic. ping. num. 6. Coq. in s. q. aq. simpl.

℞. Colat. ʒij. adde elect. diacathol. ʒss. sal. tart. ʒj. M. F. Clyster. Applicetur, ut decet.

℞. Rad. ebuli, sceniculi, althææ, an. ʒss. fol. heder. arbor. fumar. violar. parietar. an. m̄. flor. chamom. hyperic. an. m̄. rhab. Alex. ʒj. fol. fenn. f. fl. ʒij. prun. Damasc. num. 6. Coq. in s. q. aq. simpl.

℞. Col. ʒij. elect. lenit. diaphœnic. an. ʒss. ol. thaps. barb. ʒj. nitr. antimoniat. vitell. ovi num. i. M. F. Clyster.

Diuretica non minus ex usu erunt, ut horum ope vasa mesenterica & splenica referemus, sanguinis motui libertatem foeneremus, & unâ amurcam biliosam & pituitosam corrigamus.

℞. Arcani tart. Sennett. spir. salis martialis an. ʒj. M. D. In vitro. S. Eröffnende Mixtur.

℞. Lap. cancr. præp. ʒss. hepat. rubr. Dresd. ʒj. croc. mart. aperit. gr. x. M. F. Pulvis. S. Eröffnendes Pulver auf zweymal.

℞. Aq. aperitiv. Schroed. ʒij. clyst. antimon. sulphur. ʒss. Syrup. dialth. Ferneli q. s. M. F. Potiuncula. S. Eröffnendes Träncklein auf einmal.

Diaphoretica vix præterquam temperatiora conveniant, eum in finem potissimum seligenda, ut grumescentiam sanguinis dissipent, & sanguinis motus ad peripheriam suam derivetur magis.

℞. Bezoard. martialis, extract. torment. an. ʒss. laud. opiat. gr. ʒ. M. F. Pilulæ. S. Zertheil - Pillen auf einmal.

℞. Elect. discord. Fracast. ʒss. C. C. ussi præpar. ʒij. sacch. q. s. M. F. Bolus. S. Schweißereibender Zucker auf einmal.

℞. Pulv. bezoard. Sennert. bez. martial. cachect. an. ʒj. lap. bez. occ. gr. vi. magist. anod. gr. ij. M. F. Pulv. S. Schweiß Pulver auf zweymal.

Alterantia & Confortantia denique exoptatum ferent auxilium, unice hinc & præcipuè exosculanda, quæ nimirum qualitates vitiosas sanguinis intimè corrigunt, parietes ventriculi conglutinant, ipsiusque tonum restitunt, & vires labanges in pristinum robur asserunt.

℞. Essent. traumat. D. D. Præf. ʒij. anod. ʒb. M. S. *Sonderbare Tinctur.*

℞. Tinct. antiph. ʒj. D. In vitro. S. Ut prius.

℞. Tinct. martis adstr. corall. an. ʒj. hæmatit. ʒb. S. *Anhaltende Tinctur.*

℞. Conserv. menth. acetos. cichor. an. ʒb. specier. de gemm. frig. diatr. sandal. an. ʒj. gum. tragac. corall. præpar. lap. cancr. præp. an. ʒb. croc. mart. adstring. ʒj. tinct. corall. ʒb. M. c. f. q. syrup. papav. rhæad. F. l. a. Electuar. S. *Kühlende Lattverg.*

℞. Croc. mart. adstring. ebor. f. aq. præpar. corall. præp. an. ʒj. sang. dracon. terræ sigill. an. ʒb. laud. opiat. gr. j. M. F. Pulvis. S. *Anhaltend Magen Pulver auf fünfmal.*

℞. Aq. acetos. endiv. plantag. bugl. borrag. an. ʒj. cordial. Herc. Saxon. frig. centinod. an. ʒb. mag. corall. lap. cancr. præpar. an. ʒb. tinct. corall. ʒj. acet. still. ʒb. syrup. myrtin. parum. M. F. Potio. S. *Starck-Träncklein auf eilichmal.*

Aq. torment. plantag. centinod. an. ʒj. cinnam. f. v. ʒj. lap. cancr. præp. ʒj. sang. dracon. mum. præp. an. ʒj. tinct. anod. ʒb. syrup. de ros. sicc. q. f. M. F. Potio. S. Ut supra.

℞. Semin. hyosc. alb. gr. xv. sang. drac. corall. præpar. an. ʒj. lap. hæmat. præp. ʒb. nuciss. ʒb. M. F. Pulvis. S. *Anhaltend Pulverlein auf fünfmal.*

℞. Pulv. slypt. Croll. vel Dn. D. Præf. lap. cancr. præpar. an. ʒj. laud. opiat. gr. j. M. F. Pulvis. S. *Sonderbare Pulver auf zweymal.*

Potest vehiculi loco sumi aqua plantagin's vel oxy-craium, quo Riverius in vomitu sanguinis sistendo maximo encomio extollit.

℞. Spec. diamargar. frig. diatr. sandal. an. ʒj. sang. dracon. Orient. finiss. lap. hæmat. an. ʒj. extract. torment. ʒb. sacchar. alb. puriss. q. l. M. F. l. a. Rotulæ. S. *Starck Kücklein.*

℞. Aq. pilosell. plantag. sanic. agrimon. an. ʒj. ʒb. syrup. corall. papav. rhæad. an. ʒb. tinct. corall. ʒj. esse hyperic. ʒj. ocul. cancr. ʒj. M. S. *Blutstillender Saft.*

Nec externa stomacho apponenda erunt de nihilo, revellendo, roborando proficua.

℞. Empl. diaphoen. fr. de crust. pan. an. ʒvj. ol. nuciss. express. ʒj. M. F. l. a. Empl. S. *Pflaster gegen das Ebrechen.*

℞. Empl. de crust. panis ʒb. cerati stomach. Cratonis ʒij. succolat. mastich. an. ʒij. malax. c. ol. mastich. q. f. F. l. a. Empl. S. *Magenpflaster.*

℞. Pulv. marrub. menth. absinth. pont. stomach. Myas. an. ʒj. N. M. cinamom. Zedoar. an. ʒj. ferment. ʒij. acet. rosar. q. f. M. F. l. a. Cataplasma.

Neque balsama seu linimenta hic sua carent laude, unde sequens præscribimus:

℞. Ol. N. M. express. ʒij. menth. mastich. absinth. an. gr. v. macis, succin. liga. rhod. a. gutt. i v. balsam. Peruv. ʒb. M. D. in pyxide, S. *Magen Balsam.*

Sacculus etiam applicari potest sequens:

℞. Rad. zedoar. galang. mastich. an. ʒij. Herb. menth. m. j. marrub. absinth. scordii. an. m. ʒ. flor. rosar. rubr. balauft. hyperic. an. p. iij. sem. carv. anif. an. ʒij. xyloal. ʒj. Concis. contuf. gr. m. insuantur sacculo irrorentur aq. menth. imponantur calidè ventriculo.

Diætam quod attinet, illa ipsa complementum addit curationi nostræ, modò juxta præscriptum probè observetur, siquidem errore hujus facilè omnia correctà & restituta pessum ibunt.

In Naturali ergò eligat Cibum melioris notæ; panis sit ex farina triticea vel secalina primariâ, benè coctus & fermentatus, vitentur contra ea grossiora, alique cibi antea consueti, & illorum loco in usum trahuntur *κνερροι*, & benè nutrientes, non nimis aromatizati & dulces, utpotè in bilem facilè ab-

euntes. Ex carnibus animalium possunt eligi caro vitulina, vervecina, si sint juniores, non nimis pingues, caro caponum, perdicum, aliarumque; avium, juniorum imprimis, exceptis aquaticis.

Gelatinæ maximo quoque; usui erunt, quia temperant sanguinem ab æstu nimio, blandè demulcent. Lac si desiderat æger, adsumatur caprinum, in quo interdum chalybs candens sit extinctus. Ova friza exulare debent, & loco horum uti potest forbilibus. Pisces, si avidè desiderentur, sint saxatiles, & in aquis puris degentes. Potus quoque sit moderatus, temperatus, non nimis calidus ut cerevia hordeacea benè defecata; vinum verò imprimis generosius vitetur, aut succo citri prius temperetur.

In Vitali Aër, quantum possibile, eligatur purus & temperatus, ne vitiosam illam qualitatem sanguis iterum contrahat. Nebulosus enim, crassus & frigidus, ut superius dictum, maximè dispositionem illam vitiosam in actum deducere possunt.

In Naturali Quies in paroxysmo cordi habeatur, vitetur decubitus in dextrum latus, & oppositum potius premat. Exulet Motus omnis, unde in posterum ille ipse vehementior, imprimis post cibum sumptum, cane pejus ac angue fugiatur, propter rationem superius datam.

Somnus paulò largior, tum quia humectat corpus & partes salinas acres diluit, tum quoque quia externis sensibus quiescentibus vires magis recolliguntur & natura roboratur, utilis erit.

Animi Pathemata vehementiora, ut ira, moeror, tristitia, absint, utpotè, quæ sanguinem mirum in modum exagitant.

Excreta & Retenta naturæ regulis respondeant, vel limitentur ad easdem, alvo pro re natâ ad officium suum monitâ, deviratis tamen aloëticis. *Joh. Michaelis in Praxi clinica speciali.*

Observationes.

Pro Vomitu.

Sartor quidam longo tempore vomebat quæcumque comedebat ac bibebat: cujus vomitum sistebam potione sequenti.

℞. Vini malvatici ʒvi. ol. vitriol. gr. vi. diluantur bene. Ex diluto hoc capiebat quotidie manè jejuno stomacho ʒj. quo vomitus consistit, cibum potumque retinuit, ac rectè valere cœpit. *Martinus Rulandus, curat. 12. cent. 1.*

℞. Absinth. M. vi. vini ʒij. aceti ʒj. coquantur. Hoc decocto per linteam expressum fovebatur duos aut tres dies stomachus, multumque conferebat ventriculo restaurando & roborando. *Idem curat. 23. cent. 2.*

Cucurbitulam unam atque alteram fundo ventriculi sine ferro applicabis, & ipsi ventriculo sequens emplastrum.

℞. Ol. Mastich. cydon. an. ʒb. crustæ panis assati, & in aceto forti per horas duas infusi ʒij. spodii, mastich. menth. corall. rubr. santal. alb. & rubr. an. ʒj. farin. hord. q. f. ad subigendum, & F. emplastrum, Ligaturas dolorificas brachiis ac pedibus admovebis. Quod si nec illis remediis vomitus coerceri poterit, consulo, ut æger pedes suos in aquam frigidam subito ponat. Cum cibariis sequentem pulverem offerendum caaseo.

℞. Cortic. citri, ligni aloës, sem. coriandr. præp. portulac. santal. citria. mastich. an. ʒij. M. F. pulvis. Quod si ille pulvis non proderit, exhibebis sequentem pulvisculum.

℞. Pulv. lign. aloës ʒij. reservetur usui, & ℞. Syri

℞. Syr. acetos. citri ꝑij. de quo sumat ligulam unam, cui addes pulv. ligni aloës parum, & ægroto propinabis. Ego enim pulvisculum illum in tali casu non sine fructu exhibitum fuisse novi. *Job. Navius, consil. 11. lib. 2. consil. Cratonis, &c.*

Vomitus molestissimus in febre maligna levissimo remedio consilio ita sublatus est.

℞. Sal. absinth. ℞j. succi limon. rec. cochlear unum; mixta fuerunt in ipso cochleari & exhibitæ, Statim vomitus sedatus est, neque deinceps vomitu quicquam rejecit. *Lazarus Riverius, cent. 1. observ. 15.*

Mulier quædam vomitu iugenti cholera morbum referente laborans curata fuit in momento, hausto aquæ cyatho spiritu vitrioli satis insignem aciditatem adeptæ. Alia Mulier Lipothymiam & alia gravia symptomata ex utero patiens, eodem spiritu aquæ mixto sanata est. *Lazarus Riverius, observ. 46. & 47. cent. 4.*

Pro Vomitione nigerrima.

Instar atramenti Scriptorii nigram Vir quidam materiam admodum copiosam evomit, idque repetitis vicibus, summe interim debilis, prostratusque viribus. Sequentem potionem ei exhibui.

℞. Mummie ℞ij. syr. de ros. rubr. sic. ꝑj. aq. plantag. ꝑij. M. bibat una vice. Sequenti die similem materiam nigerrimam denuo evomit, & de cordis dolore admodum conquerebatur. Exhibui tunc hanc potionem.

Rhei pulv. ℞iv. syr. ros. solut. simpl. ꝑij. aq. plantag. q. F. potio. Dejecit ternas sedes æque nigras: Postea cepit melius habere. Biduo post sedes naturales redierunt, nec dum amplius hæc materia apparebat. Jussi ut per vices conserva rosac. bonaque victus ratione uteretur. *Felix Platerus, observ. lib. 3. p. 800.*

Ante decennium Nobilem quendam Cardialgia quædam subito invasit, adeo ut animo deficeret; quam secutus est vomitus sanguinis concreti copiosi, & dejectio ejusdem, sed picis instar nigri, unde valde debilitatus, sed mox ad se rediit: Post triennium idem illi accidit, iter diebus æstivis calidioribus facienti, nam subito febrili paroxysmo correptus in Syacopen incidit, sanguinemque supra intraque, uti prius excrevit. Altero triennio interjecto, eadem sanguinis excretio illum iterum invasit: ac postremum hoc anno 1611. mense Julio, quo ad me consilii causa venit, eundem paroxysmum est passus. Pallebat admodum alioquin tunc de nullo alio affectu conquestus.

Expofui illi à venis meseraicis, ob illuviem in illis contentam, terti sanguinis, referatis hoc accideret, occurrendumque maturè, periculosum enim esse, quod aliorum exemplis comprobavi. Ordinavi ut singulis mensibus sequenti purgatione uteretur.

℞. Rhab. ℞iv. myrobal. citrin. ꝑj. pulv. irrorentur vino rubro donec molescant, postea adde syrup. ros. solut. simpl. ꝑij. aq. plantag. q. F. potio diligenter prius exp esto rhab. & myrobal. cum aq. plantag. Utatur per vices hac mistura.

℞. Conserv. ros. ꝑij. conserv. flor. cichor. flor. tamaricis, bugloss. borrag. cort. citr. condit. an. ꝑj. rad. cichor. condit. ꝑvi. troch. de theo ꝑij. ras. ebor. ℞ij. corall. rubr. ꝑj. ciner. pell. ventriculi & intestiner. gallinæ ℞j. spec. diatriosant. ꝑij. cum syrup. de quinque rad. F. mistura capiat bolum superbibendo aq. plantag. cum pauco vino.

Pulvere sequenti utatur ostiduo semel, & si paroxysmus superveniat, bis vel ter.

℞. Succin. puri ꝑj. corall. rubr. ꝑij. balauft. ꝑij. sem. hyosciam. alb. ꝑj. sem. plantag. ꝑij. F. pulvis, adde

de sacch. rosar. tab. æqualem portionem, capiat per se, vel cum vino rubro, aut lacte ustulato. Ad hæmorrhoidem provocationem quam ego utilissimam censerem, ad diversionem & evacuationem illaviei illius, in venis meseraicis colligi solitam, jussi ut sanguiifugas podici, per canalem, ut artis est, applicaret, sperare me si hac ratione hunc fluxum sibi familiarem redderet, posse præternaturales illas sanguinis excretiones sic impediri. Ut & factum sicut prædixeram. *Felix Platerus, observ. lib. 3. pag. 797.*

Quidam evomit libvi. sanguinis nigerrimi: & per fecellum dejecit multis vicibus sanguinem nigrum ut pix liquefacta, ad libx. altera nocte per os rursus libv. nonnihil tamen plus colore accedentis ad sanguinem; tamen vivefcens erat, odorem præ se ferens subacidum, & per anum profudit libvi. sanguinis coagulati nigri nullum habentis odorem; tertio die habebat nigras fæces malè olentes, quarto die nigerrima egressit excrementa, non tamen referentia colorem picis, illo die ordinatus clyster ex jusculo pulli, vitell. ovor. & saccharo. Aliis diebus præteritis nutritus æger vitellis ovor. & pane loto, infuso ante in vino odorato, factam etiam epithemacordi, jussus quiesceret in lecto, & ab omnibus negotiis abstineret: qui postea advocatis aliis, id est, matris Medicis, mortuus est. *Reinerus Solenander, consil. 15. sect. 5.*

Pro Vomitu sanguinis.

Utatur sequenti remedio tanquam præstantissimo.

℞. Camphor. ℞s. poscæ vel aq. plantag. ꝑij. bibat, ubi fluor sanguinis superveniet, fluxum enim inhibet & obstructions tollit. *Guil. Rondeletius consil. 68. lib. 6. consil. Cratonis, &c.*

℞. Aq. urtic. ꝑvi. spir. vitriol. q. f. ad acetositatem satis largam, probè diluantur, & satis frigide potentur: post hanc ebibitam potionem simul ventriculo applicetur panis tostus cum pulvere caryoph. asperlus & in vino malvatico & aceto madefactus, vel fiat puticula ex medulla panis secalini & vino rubello styptico & aceto fortissimo calide inducenda toti ventriculo & orificio ejus, manè & vesperi renovanda. Hac ratione subito sistitur vomitus cruentus. *Job. Hartmannus, præc. Chimiæ, pag. 178.*

Vomitus cruentus curabitur conglutinatis deneo vasis per misturam sequentem, in aliis quoque sanguinis excretionibus utilem.

℞. Aq. plantag. ꝑij. aq. cinam. ꝑvi. aceti stillat. ꝑij. corall. rub. præp. ꝑij. sang. diac. ℞s. laudan. opiat. gr. ij. Syrup. myrtin. ꝑj. M. hæc mistura cochleatim sæpius assumpta curabit plerasque vasorum rupturas, & supra multorum expectationem sanguinis effluxum brevi tollet. *Franciscus Sylvius, lib. 1. Præc. Medic. cap. 9. paragraph. 20.*

Quidam rusticus vomitu sanguinis laborabat, qui nullis remediis per multos dies usurpatis sedari potuerat. Medicus cupiens sanguinem in ventriculo collectum educere per vomitum, qui graviter ægotantem infestabat, & oppressionem insignem in ea parte efficiebat, præscripsit ol. amygd. d. ꝑij. quibus vomitus excitatus est, vomitque sanguinem concretum, simulque hirudinem unam sese in terra commoventem. Hæc erat causa ignota & rara vomitus sanguinis, retulit postea æger se in rivulo aquam bibisse, cum qua simul hirudinem hauserat. *Lazarus Riverius, observat. 26. cent. 4.*

Vomitus rerum variarum mirus, cum motibus convulsivis.

Anno Christi circiter 1669. Noribergæ ancilla quædam

dam mira symptomata per intervalla miserime sustinuit, graves nimirum cardialgias, ventriculi corrosiones, vomitiones cruentas, promiscuè sepe cum pilis variis, & filis lineis connotatis atque conglomeratis, acubus, aciculis incurtatis, fragmentis cultorum, clavorum, feramenti vetusti, filis ferreis, nummis æreis, globulis ac fragmentis vitreis, ovorum putaminibus atque aliis: per hæc quasi convulsiones & epilepticos insultus sentiens, in terram concidebat, postea mira artuum & corporis conorsione, anteriorum & posteriorum, affligebatur, cum clamore absono ac vultu horrido, imò venter ipse insigniter intumescerebat, remorantibus mensuris, ut prægnans crederetur. Sed cum Theologi & Medici ex alloquiis ac medicamentorum ordinatione, per aliquot menses defatigati videbant, omnia frustra exhiberi, & inutiliter tempus consumi, imò parienti tempus inaniter præterire, è custodia emissam Magistratus ex singulari commiseratione carrucæ impostam, Augustam Vindellicorum, unde Noribergam prius venerat, devehit curavit. *Ex communicat. anonymi.*

Scholion Schröckii.) Mitellum hoc peccati Satanæque mancipium, R.S. cum, A.S.R. 1666, 11. d. Novembr. pactum cum Dæmone iniisset, duobus Chirographis confirmatum, quæ menstruo suo cum sanguine exaraverat, annorumque quatuor & quidecim dierum in cultum ei sese devoerat, atque Ann. 1670. terminus adpropinquasset, seria delicta abominandi poenitentia ductum, post multas à Satana perpeffas gravissimas tentationes, ardentiorum precum efficaciam, tranquilliorum quidem in flatum positum, erepta nempe, publico in carcere, 26. Novembris infernalibus unguibus prioris scriptæ obligationis schedula, cui sequenti anno & altera successerat; à miro tamen vomitu isto, quo diversissimas res egerebat, horrendis convulsionibus, Diabolique ad novum pactum sollicitationibus ac invasionibus, non planè liberatum fuerat. Quorum omnium cum Ann. 1671. ex Italia redact. factus, præfente plur. Rev. D.M.T.S. sedulam animæ ejus curam agente, ipse spectator in Xenodochio publico fuerim, paucis referam, quid observaverim. Eam itaque semellum externa facie floridam & benè valentem cum offendissem, ipsa verò ad degustationem vini sollicitata, diu petito nostro reluctata fuisset, eo quod atroces in vomitus, convulsiones, atque tentationes, Diabolo utpote, ægermine, ut dicebat, excretionem istam ferente, se mox lapsum sciret, vetereturque, ne mihi dirum spectaculum terrorem incuteret, de quo tamen postquam securam esse jussissem, nihique Christiano Satanam terrore esse negassem, vix degullato uno vini cochleari, ventriculi statim convulsivos motus, tandemque subversiones vehementes subjerat, vi magna ejectis duobus non exiguis præacutis vitri confracti laminis, ferreoque intorto filo, meas inter Curiositates adhuc repositis, una cum aliis quibusdam globulis & crepundiis, quæ recensere nolo, parum saltem saliva madefactis, nullaque planè sanguinis guttula conspersis; quo vomitu cessante, atroces totius corporis convulsivæ agitationes successerant; hisque remittentibus, ipsa in ecstasi raptâ, ad nova pacta invitanti atque ad desperationem compellenti Cerbero masculè sese opposuerat; sed tandem turbis istis finitis, lecto denovo surgens, nullaque de corporis debilitate conquesta. Num maximus ille fascinator, in hac tragœdia oculos meos deluserit, ut res istas, licet è ventriculo sursum propulsas credere potuerim, in ipso vomendi actu, summa, qua pollet, agilitate ori patellæque suppositæ injectis, vel an ditato inmensum œsophago, munitoque, ne à transeantem, vitri & ferri, rigidioribus cuspidibus læderetur, me sanè lateat; in primis cum magnus ille ventriculi superioris adflectantis conatus, colli intu-

mescentia, & impetuosa ferri, &c. expulsio, ex stomacho ipso ejecta illia, persuadere; illasæ autem à majoribus illis transeantibus acutis corporibus viæ contrarium innuere queant. Convulsiones quidem fictitiæ haud fuerunt; qua tamen ratione lassitudinis sensum post se nullum reliquerint, necire me profiteor. Ecstasicum etiam illud cum malo Genio colloquium quamvis melancholici phantasmatis speciem præbere potuerit, altiorem tamen causam habuisse, reliquæ circumstantiæ evincere videntur.

Vomitus continui curatio ex liene suillo.

Uxor mea conjugii primi, per plures annos stomachi debilitate ac aepsia laborans, plerumque sub digestionis tempore, vel à levi causa commota, cibum, potum, vel copiosum serum, cum pauca bile porracea aut æruginosa permixtum, semper præcedentibus ventriculi & intestinorum tenuium torminibus lævis, præsertim circa umbilicum, evomebat, sed multis à multis & diversis in curam frustra exhibitis demum ex persuasione cujusdam villici, liene suillo leviter elixo, ac sine sale & aromate, tertia vice comesto, restituta permansit. *Helvigii.*

Scholion Schröckii.) Si de fermenti alicujus, cibus appetendis vel digerendis dicati, à liene in ventriculum inspiratione vel communicatione certi quid constaret, facilius fortè curationis hac in observatione tradita, ratio assignari posset: Ast cum neque illius in liene præsentia sit indubitata, multo minus per vas breve venosum arteiosamve transmissio possibilis, alii autem ductus se per Anatomiam nondum patefecerint, nec simplex à liene ad stomachum, per inane interjacens spatium, transitus probabilis existat, multa premitur difficultate. Excell. quidem Marc. Malpighius tract. de viscer. struct. c. 6. de liene aciditatem visceri huic connaturalem fortasse esse, suspicatur, cum ejus carnem, sive cellularum membranas acorem sapere sciret, qualis à ventriculis quorundam acutorum erumpit, & qui lactis turbationem efficeret, ut amisso propriæ substantiæ modo & coloribus, fetens redderetur. Econtra Clar. Gualt. Charleton l. de scorbut. c. 6. art. 7. haud paucos lienes mox ab exspectione gustu se examinasse, nihil aciditatis tamen unquam oblatum sibi, testatur, quin & pro comperto habens, lienis sive recentis sive exsiccati frostula lac neutiquam cogere, etsi totam noctem immacerata fuerint. Id quod & ipse, dum hæc scribo, expertus, nullam lactis coagulationem ab injectis splenis suilli particulis deprehendere potui, lacte potius altero die corruptionem, maximo fetore comite, subeunte. Sic & alii modo aciditatem istam lingua se explorasse, alii nullam se deprehendisse, fatentur. Ut jam non dicam, quod præconcepta opinio & imaginatio hunc illumve saporem, præcipuè si de remissiori tantum disceptatio existat, qualis de liene præflicatur, facile effingere queat; diversas sitem animalium species, ætates, sanitatem, pabulum, vel si quæ aliæ esse possunt causæ, diversitatem quoque aliqualem visceri illi, quoad saporem, imprimere, & jam aciditatis alicujus indicia præbere, jam dulcedine quadam se commendare posse, mihi videtur verosimile. Accedit, quod lienes cibi loco comesti, ob fibrosam substantiam, difficilius concoctionis communiter credantur, præsertim si condimentis debitis non fuerint præparati. Unde vel ex hoc fonte lienis suilli, ad stomachi debilitatem ac anorexiam usus labascere videtur. Nec fortè ad occultam aliquam proprietatem, quamvis humanæ ignorantiaë tutissimum asylum, confugere hic licebit. Quare, si non singularis aliqua in remedium istud rusticianum Agrotæ hujus confidentia, quam nempe multum in curandis morbis sæpe præfeterit, & consimiles animi adse,

adfectus magnam in ventriculo adficiendo potestatem habere constat, hic operata fuerit, imprimis si prægressus aliorum idoneorum medicamentorum usus spleni suillo ter comesto viam ad sanitatem inducendam paraverit, blandum in eo latentem acorem animalem, ventriculi digestivo non abfimilem, exseruisse hic vim suam, dicere liceat.

Vomitio non semper navigantibus accidens.

Plerumque navigantes, etiam si Maris mediterranei, sive Oceani accolæ sint, in initio navigationis ad vomitum vehementer irritantur; nunquam autem ego in æquore Ligustico atque Gallico vectus tamen fluctus marini atrocissimè æstuabant, & agitabantur, nausea vel vomitu infestatus fui, nec aliam aliquam offensam inde sensi. *Helvigii.*

Scholion Schröckii.) Motum ad concitandum vomitum conducere, Hippocratis est sententia sect. 4. aphor. 14. epoto nempe helleboro, quem præced. aphor. a vomitu purgare dixerat, corpus movendum potius, quam somno tradendum aut quieti, innuens, statimque addens; Nam vel navigatio indicat, motione turbari corpora. Quo ipso sanè causam vomitus, navigantibus familiaris, clarè indicat, & hinc non marinum tantùm esse adfectum, qui à maris salitudine aut fœtore concitetur, sed in dulcibus etiam aquis, ab impetuosis procellis multum agitatis nonnunquam accidere, notat Ill. D. Præses noster, D. D. Joh. Mich. Febr. tract. de hier. picr. pag. 104. exemplo ex Adam. Olearii Itinerario Moscov. Persic. adducto illud illustrans. Qua ratione etiam multi, si curru vecti paulò vehementius agitentur, eandem ventriculi subversionem incurrere observantur. Dum scilicet nimio motu & fluctuatione confusa spiritus animales in ἀσθένειά rapti, nervorum patris vagi capitella inordinate incurrant, ideoque spasmos & motus convulsivos in visceribus excitant, Ingenioso Willisio sic explicante part. 2. tract. de anima brutor. cap. 7. Alias tamen una causis concurrere posse, non est dubitandum; quas inter imprimis stomachi debilitas, ac vitiosorum in & circa eum hærentium humorum colluvies symbolum addit; unde etiam medicamenta stomachica, quasle est Sal illud peregrinorum, ut vocatur, à Bernard. G. Penoto lib. de medicament. spagit. descriptum, notatum quoque à Joh. Hartmanno in Praxi chimistr. & Absinthium imprimis, quod prælaudatus commendat D. Februs, in curando adfectu hoc utile præstant operam; atque vomitum istum, modo non nimium excedat, impedire verant Practici, evacuata scilicet hac ratione vitiosæ materię suborta; à quo idèò ventriculi dolores diuturnos & contumaces sæpè curatos monet Petr. Forestus lib. 18. observat. 15. in schol. quod pariter innuere voluit Plinius lib. 31. Hist. natur. cap. 6. scribens: Vomitiones istæ instabili volutatione commotæ plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur, omnibusque propter quæ elleborum bibitur. Imò purgato ante navigationem corpore, malum tolerabilius evadere creditur. Hinc fortè Salernitana Schola aquæ marinæ potum præservare ab hac nausea docuit:

*Nausea non poterit quenquam vexare marina,
Undam cum vino mixtam que sumpserit ante.*

Nobil. quidem Henr. Ranzovius libell. de conserv. valetud. cap. 41. Filiis navigaturis, in potu paululum aquæ marinæ miscere præcipit, quo ventriculus paulatim mari adfuescere discat; hæc tamen potatio parum utilitatis adferre potest, eòdè, ut supra dictum, motus potius primaria incommodi huius causa existat, non ipsa aqua marina. Quia rectius sensisse

mibi videtur Frideric. Martinus in Itinerat. Grönländ. part. 2. cap. 2. quosdam eandem, pro curanda per vomitum nausea ista, potare referens, quem tamen non tam aquæ, quàm fastidio ex hac concepto adscribit; quamvis stomacho eam adversat Dioscorides lib. 5. de mat. med. cap. 15. testetur; & non sine injuria stomachi ad purganda corpora bibatur, ut loquitur Plinius l. c. Porro ventriculum copiosè ingestis cibis onerare, est eundem ad expulsionem hanc disponere. Sic neque marinum aërem culpa prorsus vacare; facile dixerim, quem variis è mari exhalantibus particulis fœtum, adfociantibus etiam sese ipsis navalium sordium atomis, adversari inadsuetis posse, non est improbable: cui sanè causam adscripsit Borellus cent. 3. observ. 60. quòd Venetus ille, maris incola, equo insidens easdem nauseas, quas nos in mari passus fuerit. Quanta enim hic sit consuetudinis vis, ipse morbus abundè docet, quo nunquam vel rarissimè, navigationi deditos corripit observant; cui quoque acceptum fert citatus Olearius, quòd pueri cunarum agitationi adfuerit, rarò admodum simile quid patientur, ad mentem ipsius Hippocr. sect. 2. aphor. 49. Consueti solitos labores ferre, et si fuerint invalidi aut senes, non consuetis, quamvis robustis & juvenibus, faciliùs ferunt. Henricus Salzmuth Comment. in part. 2. Guid. Pancirolli de reb. memorabilib. tit. 11. timorem non minus, naufragii metu inductum, dum tam lethum, quàm propè cœruit aquam, navi qui se concredidit, accusat, cum æstuans animus ac fluctuans, corpus simul concitatum replet perturbatione. De imaginatione, qua ad vomiturientium conspectum alii quoque ad similem motum stimulantur, & si quæ aliæ occasiones esse possunt, ut jam taceam.

Infelix bilis per crebriores Vomitus rejectio.

Reverendus admodum Dominus Wolfgangus Herkelius, Pastor Hensfeldensis, annorum triginta unius, post quandam exandescens fastidium carnis, ita, ne intueri quidem eas potuerit, incurrit; limpidæ prius aquæ, dein ciborum etiam omnium subsecutò vomitu. Medicus calculum subesse ratus, ordinato balneo efficere nil potuit, nisi quod potius cum virium omnium prostratione, brachiorum pedumque extrema purpurei coloris tinctura fecit deformari. Vomitus continuo se associavit crebra narium hæmorrhagia, quæ neque venæ sectione, neque aliis tolli potuit remediis; & quamvis interea, redeunte aliquali ciborum quorumvis, exceptis carnis, appetitu, vomitus cessarent; post triduum tamen omnia assumpta alimenta immutata, retenta singulorum forma, denudè per vomitum regurgitarunt. Quando diutino tempore vomuit Æger, nocturno profluvium ventris expertus est, & aquosa dejecit: hinc fame quasi canina torquebatur, usque dum qualicumque frueretur cibo, unde sedata fame obdormivit. Mensibus aliquot tali cum cruciatu peractis, cum vomitu per nares ad 24. horas, uberimè sanguinem reddidit, nihil proficientibus vel venæ sectione, vel omnis generis topicis adhibitis, unde nimia consecuta est virium jactura. Quæ deinde cum vomitu revertebantur narium profluvia, non fuere sanguinea, sed feri cum cruore misti. Ad nos portato ægro, exercitatus licet, & in Arte summè versatus Medicus alius consultus, eòdè per sudorem motum hunc non naturalem compefcere conaretur, nullis diaphoreticis, nullius ope balnei elicere illum potuit. Accedebant horripilationes de die, noctu vero totius corporis æstus increvit, supervenientibus etiam delirio, acrisque articularum doloribus. Fuere, qui incantatione, quod omnia Medicamenta irritò prorsus effectu fuerint exhibi-

exhausta, laborare Ægrum judicant. Tandem ego, ad curam accitus, cum acetosa saltem, non amarulenta, evomi animadvertentem, observatis & aliis, quæ apparebant, circumstantiis, inferius ventriculi orificium, frequenti vomitione nimis fuisse debilitatum asserui, per quod omnis illa bilis ex potu cholidochi in duodenum subindescaturias, (quæ alias cum acido Salino, quod Pancreas per ductum Wirburgianum eructat, pro fermento massæ alimentari ex pyloro paulatim egredienti infervit) crebro vomitu fuerit penitus ejecta, nihilque ejus superfit: jam verò per vomitum, acidum illud felsum, quod restat, donec & illud cum vitæ termino desineret, evomeretur. Quicquid proinde, pro roborando Stomacho, quicquid probe denuò reficienda suscepimus laboris, natura licet interdum conatibus nostris, per unum vel alterum diem nonnihil abblaudiente, nihilominus præternaturalis illius motus vehementia in vomitu illo lethali omnes nostros eludit conatus usque dum injuriæ impetuosi hujus affectus, indies incrementa capientis non amplius ferendæ sufficiens Æger, suam Deo animam placidè reddidisset.

Scholion.) Bilem, qui pro excremento profusus inutili habent, Naturam imprudentiæ mihi arguere videntur, utpotè quæ illam ad intestinorum & chylificationis principium ordinavit, & propinquiora ad eam removendam ex corpore loca habuisset, ut ne recto per porum cholidochum tramite alimentari ex ventriculo egredienti massæ se jungeret. An autem dicam apud Helmontianos merebitur ille, qui bilem pro Alkali, succum verò Pancreaticum acido-salinum pro acido substituet? Hæc duo sicut Oleo Tartari, aceto ex destillatione remanenti affuso videmus, fermentum constituunt. Talem verò assumptæ alimentariæ massæ in ventriculo effervescentiam contingere, ubi potius quiete illi digestionis necessaria opus est, non est verosimile. Annon magis in longis intestinorum anfractibus eam commodiorem habituram locum, & opportunam magis occasionem, ubi flatibus exinde prodeuntibus liber à Pyloro transitus denegatur, credendum est? Ibi enim separatus per fermentationem chylus à vasibus, quæ tenuibus adherent intestinis, lacteis absorbetur, & ad receptaculum in lumbis delitescens transfertur. Quod si autem per inferius ventriculi orificium flatuosi quid transierit, eructabitur. Ructus hic, sive fuerit nidiosus, sive acidus, abundantiam bilis, vel succi pancreatici arguet: alterutrum vero corruptio, vel in quantitate aut qualitate excessus qualiscunque unde fermentatio proba impeditur, quid possit in morbis excitandis indaganti non impervium futurum est. *Job. Georgii Volcameri.*

Ad Observationem de infelici Bilis rejectione.

Cum Excellent. Dn. D. Job. Georg. Volcameris in adjonctis Litteris Noribergæ Uratislaviam datis ingeniosè Bilis Naturam explicasset, placet ad illustrationem majorem transmissæ observationis ipsius verba subjungere: Quæ in observatione, inquit, de infelici Bilis per vomitum rejectione audentius pronuntiavi, dum eam non saltem excrementum corporis esse, sed magis necessariam, tot usibus in facultate naturali promovendis, nemo mihi vitio vertet. Hactenus enim videre non potui, unde in ventriculo fermentum suam ducat originem: pars enim est profusa membranacea, nil nisi crassitie à vesica discrepans: interioris insuper aliquo lentore obducitur, ut assumptam alimentarem massam promptius exprimere possit, quam visciditatem acor fermenti subindè in eo generati absorberet. Hanc toties abradi observa-

mus vi aciore purgantium, manifesto periculo ipsi stomacho insidiantium. Accedit, si cibus fermentationem in ventriculo admitteret, ardor stomachi exoriretur, quod usu frequentissimum apud illos, qui varietate nimia cibi potusque delectari solent. Quin ipse stomachus pro Promocondo Naturæ infervit, ut paulatim massam aliquandiu digestam exprimat, ne continuò cibum appetere cogeretur animal. Sic & ipse ventriculus vulnere non lethaliter afficitur; & quamvis venulæ quædam lacteæ ipsi adhæreant, non tam pro deferendo quam adferendo ipsi Chylo infervient. Bilis verò summam, quæ est in fermentatione, necessitatem quis non videt? Sedem paulò ante pylori egressum sub Epate habet, ut in promovendis jam digestis alimentis ei ancilletur; ut succo pancreatico per porum cholidochum juncta fermentum contribuat; ut ope effervescentiæ istius purum illud, chylosum quod est, separetur ab impuro, fæcibus scilicet sensim ad Intestina crassa prolabentibus. In longis hisce Intestinorum tenuium anfractibus, quibus venæ lacteæ annectuntur, fermentatio commodiorem locum invenit; quæ tribus quasi claustris coercita supernè, ne flatibus inde emergentibus liberior exitus pateat: in gula orificio ventriculi superiore & inferiore, ne continuis ructibus ansam porrigeret. Hæc quoque intestina post interitum animalis semper inflata, è fermento quodam inibi relicto, observantur, collapsa licet à compresso stomacho. Longas eorundem ambages in diuturniorem fermentationis moram & circulationem faciunt, unde conveniens massæ separatio. Hæc in Intestinis fermentatiōsi fuerit abolita, quod in plerisque Febribus, ardentibus præcipuè, usu venire solet, holi isti ex stomacho subinde expressi, nullam subeunt alterationem, sed paulatim exsiccantur, & prodeunt rotundi forma excrementa *excoctæ* dicta, alvus conti-nuò adstricta fæcibus transitum denegat. Redeunte paulatim fermentatione flatus oriri solent, qui deinceps prodromi censentur fæcum propediem subsequen-tum; Si depravatur, acidum minus biliōso correspondebit, inde diarrhœa; vel si bilis aut succus acidus corrumpitur, Dysenteria, Icterus, & alii morbi inde suum ortum ducunt. Sed hæc omnia interea pro paradoxis haberi poterunt, usque dum certius quid determinare persuaserint Doctiorum Virorum cogitationes crebro rerum usu & experientiis confirmatio-res. *Hællenus Vir Excellentiss.*

De Vomitu hypochondriacorum Sebaceo.

Novimus viros haud paucos, eruditos, hypochondriacos ex professo, præcipuè Stomachi flaccidissimi, & simul aut postmodum Arthriticos, vel quasi: qui post aliquot dierum nauseam, aut consimilem ventriculi indispositionem, periodicè, cum liquoris insipidi ac mucilaginosi, interdum etiam acerbi vel amaricantis modico, pinguedinem haud exiguam, super pavimento instar sebi, latè satis, nec raro dimidii calami scriptorii crassitie (ferè uti super bubulæ vel ovillæ jura solet) concrecentem, ignem promptè concipientem, & ad eum liquecentem, levamento quidem haud exiguo, evomerunt. Inquisitu verò dignum est, unde hæc colluvies? Pinguibus enim in omni Cibariorum genere admodum abstinere omnes, ut error externus allegari nequeat simpliciter; ni in dies quidpiam in Stomacho aliàs languidissimo minùs subactum remansisse; vel speciosius fortasse diversarum Circumstantiarum intuitu credatur, intimiorem connatamque singulis ferè edulii oleositatem sive pinguiore particulas, quæ (seu solitariae seu terrestreitati nonnulli copulatæ) chylo potissimum albedinis partem (vel Emulsionum, Aquarum per graviorum Oleorum accessum lactescen-tium

tiuum, Jusculorum per pinguis turbidiorum & albescentium, &c. exemplo) conciliare videntur à stomachali liquamine ob exotericum, hypochondriacorum arorem aliudve penitioris mixturæ obfuculum, deinde Lactis & Emulsionum exemplo) separata, & sic tandem ob copiosorem collectionem rejecta fuisse. Sed hæc tantum circa casum rariorem suspiciones sunt. De cætero Tartareum coagulum, quod quidam adduxere, me longe, vel Oculorum testimonio, absuit. Singularis autem Viri ita per vices afflicti, erat exitus; ad affectuum vasorum Lymphaticorum & Excretoriorum pertractationem (tuncam diligentiori manu, tot assignatas compluribus morbis rationes ferè ridiculas, aliquando præcedentem) pertinentes. Arthritide senioque sensim consumpto, non ut in Ardentibus, Malignis, Phthisicis, &c. sed speciaiori plane excessivoque modo, copia ac magnate, citra sufficientes hætenus causas, lingua adeò, post qualvis etiam) non singulis tantum horis, sed horarum sæpè quadrantibus) insitutas mundificationes, attemperaciones, &c. obducebatur per aliquot ante obitum septimanas materia quasi Chyliformi; piorantibus ita identidem recentiorum ibi protuberantibus ac circumcirca suis ductibus, ut præter extremas hæc molestias, vires ipse immediatè hinc consumi, (æque ac nonnunquam in Mictione quorundam chylosa, fluore albo, &c. contingit) manifeste cernerentur. Sed hæc in veritatis puteo haut parùm adhuc latent, ex parte forsitan tantisper ad ruptas aut dilatatas novissimorum vasorum valvas, materiæ contentæ aberraciones, &c. reducenda. Cum ante annos aliquot Cynanche exquisitissima laboraretis, per quadriduum nil nisi solum aerem intro mittentibus, post tot tantisque faucium eluraciones, rupto tumore, materia quanta, nil nisi ultimo assumtu n cibum sapuit. Idem similiter animadvertentur alii: ac in nobilioribus excretionibus forsitan percipietur. *Dan. Ludovici.*

Vomitus Venerei.

Nondum ita infœcunda est natura mirabilium novorum antiqui Patens, ut ævo quoque nostro patiat inopiam rerum insolitarum. Novi hic in *Moravia* honestam matronam, *Ursulam N.* nomine, temperamenti sanguinei, annorum viginti aliquot, speciosam satis (sterilem tamen, cæterum salacem valde, & que consuetudinem mariti, præclari alius viri (de cujus nomine, & loco civitatis silemus) plurimum appetebat, pro ut ipse mihi questus est, & ne in maritali officio tandem succumberet, rogavit. Hæc, quotiescunque sive nocte, sive mane, aut interdium, jejuno, aut pleno ventriculo venerem exerceret, materiam quandam albicantem, modicam tamen quantitatis, tenuiori semini non ab similem, vomere cõsuevit, subsequenti aliquali totius corporis, maxime vero capitis artuumque debilitate; quo symptomate cum per annos circiter 10. pertentaretur, tabida tandem, unaque ascitico tympanitica evasit, & paucis post annis præmatura morte satis concessit. Si ergo miracula sunt (ut inquit Philosophus in quæst. mechan.) quæ natura contingunt, quorum ignorantur causæ, vel res, quæ unde manaverit, aut qua ratione consisterit, dignoscere vel res, quæ unde manaverit, aut qua ratione consisterit, dignoscere arduum est ut habetur ex prolog. ult. cap. 1. lib. Val. Max. Certè præsens Syptoma, ut portentosum & inauditum, cuique Paradoxon erit.

Ubi quæritur primò, quæ fuerit hæc materia albicans tenuiori semini similis? Secundò unde provenierit? Non fuit chylus, is enim quatuor horis à sumpto, & in ventriculo elaborata cibo ad alias corporis

Tom. IV. Pars II.

partes demandatur: Cum tamen hic vomitus, etiam manè jejuno & ab omni cibo vacuo ventriculo secutus sit.

Neque fuit recrementum chyli, ceu quod in fermentum transit, & hoc non albicans, sed potius fuscum apparet.

Nec fuit colliquamentum mammarum (quod semper in glandulis etiam in lactantibus reperitur) ex nimis corporis agitatione in ventriculum de latum; cum de facto nullus ductus à mammis in ventriculum inventus sit. Multo minus semen fuit in uterum à viro ejaculatum, & posse à ventriculo attractum, qua enim via hoc fieri potuisset, obstante ipso fundo uteri? & si hic præternaturalis ductus ab utero ad ventriculum formatus fuisset, quæ causa, cum natura nihil frustra agat; Et si fuisset, tunc subinde chyli portio [nisi valvulæ obstantes denegassent] per iterum excerni debuisset, quod tamen minimè factum est. Superest ergo ut causam hujus (salvo melius sententiam iudicio) in nervos rejiciamus, ad illorum sententiam accedentes, quorum plurimi jam antehac à nervis materiam seminis ad testes defertur, stabili hiis argumentis: Primò cur tot nervi in testibus? Certè non ob sensus vel motus gratiam, sed quia per hos succus nervosus demandatus ad testes, inibi in semen elaboratur. Secundo ad hujus confirmationem videmus, quod à nimia venere debilitetur cerebrum sequatur nervorum flacciditas, & laxitas & ipsa spinalis medullæ tabes &c.

Ex quo inferre liceret in hac matrona multum salaci venerem exercente copiam concurrisse spirituum; qui cum nervos sexti paris copiosissime superiori orificio ventriculi implantatos dilatassent, atque eorundem oscula aperuissent, ipsos in ventriculum succum hanc albicantem, tenuiori materiæ seminali non ab similem ejaculasse, qui succus, ut seminis veram naturam induat, amplius in testibus elaborati necessum habet.

Et hæc causa esse potuit sterilitatis, tabis, & præfati hydropis; ubi per hanc præternaturalem seminandi rationem motum spiritibus exhausta, calidum innatum depauperatum, & in sanguine sal conservativum fusilis procreatus, morsque intempelliva secuta est: juxta illud quod habet *Cato* major: libidinosa & intemperans adolescentia effatum corpus tradit senectuti; & juvenibus detrahie vitæ plurimum. *Marl. Pic. de vita producenda lib. 2. cap. 8. Matthæi Francisci Hertodii.*

Caro cruda vomitu rejecta.

Novi mulierem Erfurti, quæ sæpè frustra carnis crudæ, carnem mactati bovis referentis, quam tamen antea nec gustaverat, per annos aliquot evomit. Simile ferè *Forestus* l. 18. observ. 19. in Scholiis p. m. 161. narrat de quædam moniali Delphis, quæ frustum carneum album albuminis ovi instar vomitu rejecit; & *Anton. Beniveni* de abdit. Morbor. & sanar. caus. c. 2. p. 128. tradit, quendam fabrum lignarum globum pituitosum carniformem, in quo vermiculus, bruchus similis conclusus fuit, vomitu propulisse. Idem d. l. cap. 88. Mulierem quandam durioris carnis frustulum, ac Julianum Medicum, frustum carnis ad parvæ pilæ magnitudinem, in quo vermis non ferus ac bruchus in filiqua reclusus erat, ejecisse. Sic quoque *Thom. à Vega* ad cap. 5. c. 1. *Galen. d. loc. affect.* narrat, quosdam profluvia frustorum carnearum passas esse per multos dies, fuisse autem fibrosas carnes, & quæ transversam & in longum sectionem paterentur. Dehinc cum eorum ratio certa dari nequeat, cum eodem *Ve-*

Bbb

ga con;

ga concludo: Rara hæc faciliorem habent admirationem, quam causam. Ex Litter. D. Mœllenbroc. Hallæ Saxon. datis ad D. Sachsum. Valentini Andrea Mællenbrocci.

Cochleæ vomitu rejectæ.

Ancilla xx. annorum laborabat Cardialgia cum tumore abdominis & difficultate respirationis: Quærebatur causa, aderat nulla prægnans, dabatur evacuant sine absque notabili successu: fortiora accercebantur, & *æra ææra* rejiciebantur plures cochleæ minutulæ, quas deinceps Chirurgus exsiccatas sibi reservavit: Causam exhibebat Lactuca herbacea non lota humiditate cochlearum prolifica imbuta, median- te calore ventriculi animata & insolito partu excluda: Vivit adhuc pancreaticæ hæc cochlearum genitrix. Samuel. Ledelii.

De Verme vomitu ejecto.

Anno præfente millesimo, sexcentesimo, septuagesimo secundo, die nona Februarii, conqueſta est puella duodecim annos nata, Christina Maccovia, doctissimi Viri Jacobi Maccovii, Jud. Thorunenſ. Notarii Ord. filiola, indolis & formæ egregiæ, de exquisitissimo stomachi dolore à Medicis Cardialgia dicto, quam constipatio alvina, ipsi ferè connata comitabatur, cui ego hora matutina, post Enema emolliens, sequentem bolum ordinavi.

℞. Conserv. flor. betonic. ʒiʒ. Theriac. Andromach. Requiei Nicol. an. gr. xv. cum f. q. sacchar. canar. alb. F. l. a. bolus. Sed doloribus cum lipothymia ferè usque ad vesperam perseverantibus, præscripti haustum sequentis Syrupi cum duobus Cochlearibus cerevisiæ calidæ:

℞. Syrup. de papav. simpl. ʒj. Laud. opiat. optimè dissolut. gr. j. M. Post cujus usum noctem habuit quietiorem, & à dolore liberam. Cum ipsam die 10. Febr. manè inviserem, dolores jam non tam atroces sentiebat: quare ut sequentem bolum laxativum assumeret, eidem suasi:

℞. Elect. laxativ. extract. fol. Sena. nostr. ʒʒ. adde resin. Jalap. Scammon. an. gr. ij. Cremor. Tart. gr. xv. cum Sach. Canar. alb. dato. Ab assumpto hoc medicamento, vix elapso duarum horarum spatio, cardialgia gravissima postliminio revertebatur, quam sequebatur nausea & vomitus cum interceptione vocis, sed mox verme vomita rejecto, Symptomata omnia cessarunt: Fuit ille Spithamam longus, crassitie minoris digiti, colore albus, capite rubicundus, in ipsaque ejectione mortuus est. Quid igitur vetat statuere, vermem hunc in ventriculo genitum, & postea per vomitum rejectum fuisse? Nam quamvis Hieronymus Gabucinus & Hippolitus Brillus peculiaribus tract. vermes in ventriculo minimè generari posse statuunt: contrarium tamen docent Marcellus Donatus lib. 4. de Histor. Medic. Mirab. cap. 26. & Dan. Sennertus Medic. Pract. lib. 3. part. 1. sect. 1. cap. 15. ibidemque sect. 2. cap. 15. idque tam veterum, quam recentiorum Scriptorum experientia comprobant: ad quos Lectorem benevolam remitto. Sufficiat hæc produxisse duos oculatos & verissimos testes, primum Antonium Benivenium, qui libro de abditis nonnullis & mirandis morborum & sanationum causis cap. 2. scribit: Fabro cuidam lignario, annum quadagesimum agentis, post propinatum ab ipso Medicamentum vomitivum, expulsus fuisse cum pituita crassa vermem longitudinis digitorum quatuor satis pleniorum, capite rubro, lævi torundoque, quod pisi magnitudinem non excederet, cætero corpore lanugine quadam contexto, cauda furcata ad similitudinem novæ Lunæ pedibus quatuor nixo, duo-

bus in dexteriore, totidem in sinisteriore partem coaptatis: cujus veritatem Rembertus Dodonæus in annotatione confirmat. Alterum inter recentiores celeberrimum Thomam Bartholinum, qui Centur. 1. Hist. Anat. rarior. histor. 47. vomitum vermis in muliere Helsingorana circa lacticia præparanda occupata observavit. Et Centur. 3. Histor. anat. rarior. histor. 14. in gravida quadam muliere Fridericiburgi circa finem gestationis cum vomitu vermem satis longum prodixisse, post cujus ejectionem tormina, nausea & vomitus, quæ antea miseram molestarunt, conquieverunt, idem testatur loco citato. Simonis Schulzii.

Observatio ad præcedens caput.

Quoad vermem vomitu ejectum supra laudati Schulzii Observ. 258. simile quid aliquoties etiam observavi, cum primis in morbis epidemicis, & ante aliquot annos in quadam egregia virgine 13. annorum cum morbus catalepticos speciem ostenderet, illaque variis symptomatibus laboraret, tribusque idiomaticis peregrinis, cum primis Gallico, quod tunc temporis non adeo perfectè callebat, ac absque hæsitacione loqueretur, adeo ut aliquid *æi æi* desesse putarem; post multorum alexipharmacorum usum, verme mirandæ formæ ore excluso, symptomata desierunt. Et nunc anni cuidam 74. annorum febre putrida maligna laboranti contigit, ut ab horrore medicamentorum tres lumbricos satis longos ore excreverit. de vermibus in rebus Schulzii & Sennerti Observ. 261. notabilis est eadem Observatio in cane quodam cum magno ululatu Helmsædadii in Academia Julia ann. 1651. nos defatigante, & à nobis secto, quam Excellent. Dn. Valentinus Henricus Voglerus, Ph. l. & Med. Doctor, hujusque Professor Celeberrimus, amicus meus integerrimus, elegantè descripsit.

De Vomitu millepedarum.

Anno 1680. in auctumno ex Puella 15. annos nata; in Herrieden, Episcopatus Eystretrensis urbe, ultra biennium diversis multorum medicamentis frustra adhibitis, tandem plures quam 60. millepedas, mediante Sympo emetico Ang. Salæ expulsi, atque à perpeſſis symptomatibus liberavi; quam aliquando cum magna siti infestam ex vetusta aliqua cisterna se bibisse confessæ fuerit, seminium illarum inde hausisse conjicio.

Scholion.) Conferatur Scholium meum ad Observ. 80. Helmsædadii. ubi etiam similem millepedarum variarum vomitum ex Dom. Binningeri cent. 4. Obj. med. 3. adnotavi. Job. Laurentii Lalii.

Talpa vomitu rejectæ.

Villici cujusdam in pago aliquot miliaribus ab Ura be nostrâ distante Bankau dicto, Uxor, Elisabetha Krügers, mulier consistentis ætatis, media æstate, in rure supina somno sese committit, quo oppressa, visa sibi est aliquid per apertum os irrepens excepisse: expetefacta ex profundo sopore, dolores sentit ventriculi, qui incrementa indies fovebant, & ad eam tandem excreſcebant vehementiam, ut perpetuas lancinationes sentiret, ferè ad animi deliquium. Ob dolorum istorum acerbicatem adsueta munia penè inidonea reddebatur, emaciabatur corpus. Varia quæſivit paupercula remedia, sed quæſivit tantum, invenire enim nulla potuerit, miseram hancce per annos 15. trahebat vitam. Tandem vellicationis ventriculi sentiebat intolerabiles, cardialgiam, anxietates ad animi usque deliquium

quom patiebatur maximas, ita ut extrema instare adstantes judicarent; suporiebantur autem nausea primum, vomitus demum enormis, quo cum talpam vivam, obesam, digitos octo transversos longitudine æquantem rejecit, quæ apprehensa per horas aliquot supervixit, mulier autem pauperula doloribus partim fracta, fortè nec commodè tractata, nec convenientibus roborata, cum partu hoc præternaturali post 24. horarum spatium exhaustis spiritibus animam efflavit. *Johannis Schmidii.*

Vomitus Bufonum.

Anno 1677. ingroente vere Lanio Thorunensis novo oppidanus, servo suo in mandatis dedit, ut in pago quodam vicino agnellum unum atque alterum coemeret. Ille cum inter eundem siti urgeretur, aquam in vicinia stagnantem avide hausit, post iter persequitur, herique mandata exequitur. Vespere de ventriculi doloribus conqueri cœpit, qui dum de die in diem exacerbarentur, omnem mox culpam in illum haustum rejecit. Varia ei à variis laudata sunt medicamenta, quibus tamen omnibus irritò usus est successu. Tandem cum matutino præsertim tempore se in ventriculo motum ceu vivi animalculi sentire conquereretur, suspicio oborta hausisse illum una cum aqua seminium alicujus reptilis aut animalculi veneati. Interea inappetentia, vigilæ, capitis ventriculique dolores, & per vices Lipothymia quoque ita exercuerunt ægrum, ut munia sua debite obire non potuerit. Donec tandem semestri post infelicem haustum elapso, cum omnino se aliquid vivi in ventriculo alere conquereretur, fusu nescio cujus assumpsit mane pinguedinem Serpentis. Hæc epota ab exsequenda heri sui jussa extra ædes se confert, sed paulo post in platea adhuc constitutus, urgente vomitu tres rejecit Bufones. Hinc domum se contulit, Theriacam assumpsit, ab eo tempore melius se habere cœpit, pristinamque sanitatem recuperavit. *Georgii Segeri.*

Vomitus infeliciter coercitus.

Virgo quædam non adeò deformis difficilioribus mensibus laborans cum depravato obloniorum tanto appetitu, ut quodcumque modo liceret, aut erva, hordeum triticumque mola confectum crudè devoraret. Anno 1678. Mense Julii quantitatem myrtillorum illotum ingerit, superbibendo cereviam secundariam, statimque vehementissimis vomitibus corripitur, Mater infelix nescio quo medicamine vomitum tandem sistit, sed eheu! supervenit in puncto Epilepsia immedicabilis, filiamque intra horas septem à medio viventium abripit.

Scholion.) Vomitum non omnem esse sistendum, Exc. D. Joh. Th. Schenkii Exerc. anatom. p. 317. animadvertit, distinguens inter opera morbi & naturæ, sicque cum Riolsano, promovendos esse statuit quotidianos illos à ductu cholidocho in ventriculum inserto abortos, criticos, atque à repletione nimia, & ob errorem externum productos. Cum itaque hoc in Casu ventriculus à depravato victu jam antea debilitatus, ab ingestis copiose myrtillis, dubio proculibidem in corruptionem abeuntibus, & reliquos in corpore amicos humores uno exagitantibus, admodum oneratus fuerit, blandiori potius molimine conatus illos sedare, crudiorumque humorum evacuationem procurare, simulque ferociam eorum demulcere, & corruptionem alterare decuit: quibus neglectis, & ventriculi tantum motu illo convulsivo, quem vomitum dicimus, violenter inhibito, reliqui in corpore

Tom. IV. Pars II.

efferrari & tumultuantes humores retenti majorem acredinem conceperunt, inque cerebrum delati lethalem epilepsiam induxerunt. Myrtilli enim, judicio Celeb. D. Simonis Pauli Class. 3. Quadripat. botan. crudo multo excrementio humore cum abundant, tonum ventriculi dissolvunt; in quibus itaque edendis modus aut parsimonia est adhibenda; & cum sint baccaë dulcissimæ, plus aque substantiæ, ut loquitur Cl. Casp. Hofmannus lib. 2. de medicam offic. c. 156. §. 7. quam oportet, habentes, eò promptius ubi potus cerevisiæ secundariæ insuper accesserit. Quam periculosa etiam sit Vomitus intempestiva suppressio. Joh. Fernelius lib. 4. de feb. cap. 10. exemplo plethorici, quotidianæ vomitioni biliosæ diu obnoxii, ostendit, qua nempe repente suppressa non dolor solum ventriculi, & tertiana febris sed etiam paralyfis tandem, ipsaque mors successerat. *Christoph. Seligeri.*

Ex Vomitoriis assumptis periculosa symptomata.

Uti omnia medicamenta, si rectè & commodè exhibeantur, auxiliatrices sunt Dei manus, sin malè & sinistè deleteria sunt ac venena: Ita imprimis ex illis vomitoria, utut conferant commodè data, nocent sint ratione propinata. Vinitor quidam hic in suburbio habitans ex arbore lapsus in sinistram latus incidit, aperta vena, & sumto unguento rubro potabili nihil amplius sensit incommodi. Elapsis tribus septimanis novos in illo latere & quidem punctorios percepit dolores cum febris continua, sputo sanguineo, &c. Tractavi ut Pleuriticum, & per D. G. optimè restitui, dato ipsi sub finem decocto pectorali laxativo ad aliquot dies, quo licet benè purgatus, sibi tamen non satis videbatur, urisit adhuc aliam purgationem, quam promisi post reditum meum (stabam enim in procinctu peregrinè abeundi) relinquere interea Naturæ negotium, non esse periculum in mora. Cujus tamen impatiens hic patiens, bene cæteròquin se habens, ex sola pertinaci imaginatione sibi adhuc semel esse purgandum, nec diutius differendum, intravit Officinam Pharmaceuticam, & à Pharmacopœo Medicamentum petiit fortiter purgans & vomitorium. Datus ipsi ab inconsiderato juvene tum temporis præsentis pulvis, quo nec per superiora nec per inferiora purgatus. Miratus Pharmacopœus, altero die talia narranti aliam dosim duplo majorem priore dedit. Sed & hæc nihil præter duas dejectiones effecit. Tandem tertia vice ex nescio quo Medicamento (nunquam enim hoc una cum priorebus duobus à Pharmacopœo rescire potui) bis vomuit, & aliquoties alvum deposuit. Nec mora statim post operationem in languorem incidit totius corporis, sensit dolores infimi ventris, imprimis lumborum & inguinum, nec moveri, nec incedere potuit, sed semper in uno latere jacere coactus, pede sinistro planè immobili & sine sensu, ac urina non nisi cum difficultate fluente. Dedi, omnium quæ in absentia mea gesta inscius, in consilium tamen iterum vocatus, nec causam horum Symptomatum rimando vel indagando assequens, purgationem ordinariam ex salibus cum Magisterio Jalapæ, ex qua plus quam quindecies purgatus, sumpsit postea decoctum Foresti Anti-Nephriticum cum Tinct. tartari, ad extirbandum sabulum vel calculum, à quo stuporem pedis, lumborum dolorem, & urinaë difficultatem oriri conjiciebam, omnia tamen frustra. Tandem subito urina reddita clarior, liberè fluxit, dolores reliquere lumbos & inguina, horribiliter contra invasere utraque crura, imprimis totum pedem sinistram, hinc in dextero aperta vena, adhibita aqua Arthritica cum spiritu juniperi lumbicato & essentia Castorei, ut & pulvere Jumali ex herba Sabinæ, Cam-

Bbb 2 photo,

phora, Agallochio, Myrrha, &c. dolorum quidem remittit vehementia, sed tamen diu lecto detentus pedi sinistro insistere nequivit. Ita mirè divexatus convalluit, postmodum confessus prius suam culpam, me interrogando an forte ex tam fortibus & repetitis medicamentis hæc omnia? Obstipui talia addendo, & miratus tantum quod ex istis vomitoriis, ter repetitis, non incidere hæmoptylum. *Caroli Raygeri.*

De Vomitu mirando.

Nobilis quidam Illustris quinquagenario major, obstruente hepatis diu Hafnæ vexatus post Colicam & Ictericum, cum bile regurgitante in ventriculum doloresque pectoris & anxietates cordis producere, quanquam ad deturbandam via ordinaria ad alvum omnia tentarem, visis medicatis pilulis, enematis, chalybeatis & sexcentis aliis remediis, nullum tamen levamen sentit nisi per vomitum natura fermentantem in stomacho bilem rejiciat, quo factò indocias habet. Ipso verò vomitu non bilis pura prodit, sed plerumque amurcæ cuidam immixta, quasi nigricantis cruoris ex parenchymate hepatis excussi & concreti. Nonnunquam assumpta inoculabamus, sed nec illa similitudine ulla referebat vomitus, & jejuno non rarò supervenit. Adustam igitur bilem suspicabamur, cum hepatis substantiam resolutam majora symptomata comitari soleant. Tandem tamen circa solstitium hybernum Anni 1676. diuturno medicamentorum aperientium, stomachicorum & cordialium uso immixta bile, & locum naturalem repente, conquievit solita vomendi molestia.

De vomitu admirando historiam nobilis cujusdam Venetæ Monialis in Cœnobio D. Matthæi Patavii ex ore Celeberrimi Herculis Saxonie, Medici Patavini à Roberto Etardo Ambiano descriptam, & Claudio Danæo Bellovacensi missam, cum in manus meas pervenerit, publica luce dignam censeo quæ acta nostra illustrret.

Virgo quædam Deo sacrata, annum agens 60. laborat multis symptomatibus, præcipuè Vomitu, qui ab anno decimo sexto suæ ætatis adhuc perdurat. Initium mali dolor fuit colicus, ad quem depellendum multa administrata; & præcipuè clysteres acres, ac illos, cum dejicere non potuerit, crediderim malo initium dedisse. Progressus vomitionis ille est: statim ac cibum assumpsit, sine nausea illum evomit; aliquando, si juvenilius sit, per horæ quadrantem illum retinet. Mirum quod primo loco excernantur qui prius assumpti. Excernitur etiam simul cum cibus magna pituitæ copia, aliquando bilis, sed rarò. Eaque est totius excreti copia, ut cibum assumptum longe superet. Annus jam trigésimus sextus agitur, ex quo corpora quorundam sanctorum ad Basilicam D. Justine translata fuere, ad quæ visenda omnibus monialibus hujus civitatis licentia concessa fuit exeundi è monasterio. Tunc per octodecim menses affectus inducias dedit, non tamen omnino libera ipsa Virgo evasit, nam hinc vomitus suppressioni successit dysenteria gravissima, qua suppressa iterum illa vomendi consuetudo, quam in illo tempore nunquam intermissam fuisse illa constanter asseverat, nisi post sacram communionem, idque spatio unius diei tantum. A principio vomitus capitis dolor illam invasit ita vehemens, ut Medici hirudinum administrationem post aures consuluerint harum appositione tanta sanguinis copis effluxit, ut in Epilepsiam gravissimam nobilis Virgo incidere. Hujus curam cum abhinc 12. annis Excellentissimus Saxonie habuisset, tam felici successu seraceum administravit, ut paucis diebus ab Epilepsia hanc prorsus liberavit: Alvi excrementa valde pauca, & sine bile: urina etiam pauca, ita ut non sit decima pars

potus assumpti; menses rarò fluxere; nunquam exspuit, aut nares emungit, aut sudat; sentit pruritam iagentem in toto corpore; siti valida tentatur; in summo moderatè se habet; satis carnosa & boni habitus. Notandum etiam quod etsi ad vomitum ita sit proclivis, nunquam tamen medicamenta rejicit; quæ si liquida sint, multo minus.

His ita constitutis, causam tam admirandi Vomitus assignat D. Saxonie præsentiam humoris biliosi, inde accidere ut sæpe immodica siti tentetur, facies multum & sæpe pruriat: In eam etiam opinionem ducitur, ex eo, quod cum aliquando continua illa vomendi necessitas cessasset in dysenteriam ipsa incidere, solum ab acri illo & erodente humore productam.

In excretis autem per vomitum bilis non apparet, imò pituita, quia solum materia illa biliosa impetum facit ad tunicas non ad cavitatem ventriculi, per illum scilicet mearum, de quo Galenus 6. de Anat. Adm. & 2. de sympt. scribit, mearum fellis, qui secundum naturalem constitutionem ad intestina pertinet, aliquando deduci ad fundum ventriculi, aliquando deduci ad fundum ventriculi, aliquando duos meatus reperiri; unum ad intestina, alterum ad fundum ventriculi: illum verò qui ad intestina debere esse ampliore. In hac Moniali, Exc. Medicus existimat duos illos meatus reperiri, sed ille, qui arctior esse deberet, videtur laxior factus à nimio materiæ confluxu, quæ per illum excernitur.

Quæri potest, si omnes cibi statim ac assumpti excernuntur, quidam reflat ad nutritionem? Videtur paucus & liquidior cibus superesse, ex quo illa pituita, quæ in vomitu excernitur. Sed ex tam paucis cibo potestne oriri tanta pituitæ copia? Oritur quidem ex ipsis cibus, ex crassiore etiam parte aëris attracti, sicut accidere alicubi docet Galenus: Adde quod omnia evacuari solita in hac Moniali supprimantur.

Mirari quis posset, unde fiat ut alimenta statim assumpta rejiciantur, medicamenta verò retineantur. Considerandum igitur, statim ac cibi grati nature ingessi sunt, virtutem retentricem insurgere, illosque avidè amplecti; medicamenta verò ut inimica, & nature contraria ab ipsa retentrice respui, & prorsus negligi: in ipso cibi amplexu membranæ refertæ humore illo bilioso veluti convelluntur; in medicamento autem cum non ita assurgat facultas retentrix, ob id nulla fit vellestio, ideoque facilius possunt retineri, suæque operationes exercere.

Pro curatione judicantur humorem biliosum evacuantia per alvum, & divertentia à ventriculo & capite, jecur refrigerantia, ventriculum roborantia: quæ omnia jam administrari non possunt. Sub initium veris consulit usum aquæ Terotianæ, deinde B. Virginis montis Ottonis: præterea Balnea aquæ dulcis, ad humores contemperandos & pruritam tollendum. Quibus jungatur conveniens victus ratio. *Thom. Bartholini.*

Vomitus Butyri liquidi.

Cum ultimis diebus Anni ad finem currentis millesimi sexcentissimi septuagesimi primi, Honellam Matronam Anam Johannam Stranskiam, Speculatrix & Doctissimi Joachimi Frieschis, Scabini veteris conjugem, vehementi tussi & dyspnoea ex Empyemate laborantem viderem, narravit mihi S. Dec. se præcedente nocte magnum stomachi ardorem, nauseamque percepisse, postea per vomitum ejecisse amari quid, saporis biliosi & odoris butyri liquefacti, fauces & oris interiora oleosa pingue sine obliuentis, post ejus ejectionem melius habuit. Tum patiam, in quam saburram illam evomit,

luit, introspectans, invenit butyrum liquefactum, quoad colorem & odorem, quod iussit adservare & frigidiori aëre exponere, ubi matutino tempore butyri congelati uncias ferè quatuor, ferofitati paucae in-natantis offendit, mibi que eadem die, cum ipsam matutino tempore inviserem, monstravit. Hoc ipsum me oculis mei magna cum admiratione vidisse, tum maritum, filiam nubilem & ancillas, idque re ipsa ita & non imaginativè obtigisse, præsentibus testor. Causam forsitan vomitui huic dederunt juscula pinguis per aliquot dies singulis matutinis comesta, tum etiam tegantæ pridè assumptæ. Descripserunt diversi Auctores variorum humorum vomitus, imò & rerum abominalium atque absurdarum, præsertim in morbis ex incantatione ortum trahentibus, de quibus vid. Sennert. lib. 6. Pract. Med. Part. 9. cap. 5. præcipue Concluf. 7. tum etiam Vermium: Sennertus etiam de vomitu Sanguinis tract. lib. 3. Med. Pract. Part. 1. sect. 2. cap. 12. Item Remb. Dodonæus observ. Medic. cap. 26. & in Schol. & Fel. Platerus observ. Medic. lib. 3. m. 803. de vomitu jam amputato capite orto historiam connotavit. Guid. Fabric. Hild. cent. 4. observ. 32. Vomitus admirandum & ferè quotidianum, cum aliis gravissimis symptomatibus ultra annos triginta durantem, in Reverenda ac Nobili quadam Canonissa, Elisabetha *Humbisehen von Waltramp* nomine observavit. Idem Adolescentem quandam incognito & abdito morbo diu laborantem, postquam à Necromantico potunculam sumpisset, aciculas, cuspides cultellorum, clavículas & id genus similia tandem evomeantem, & postea convalescentem vidit, uti cent. 2. observat. 43. videndum. Quibus adde apud eundem cent. 5. observat. 36. de Semestri Vomitu. Plura reperiuntur apud Schenkium in observ. Medic. & Marc. Donatum in Hist. Med. mirab. sed similem Casum de butyri liquidi per os ejectione nullibi hæcufque invenire potui, neque Excellentissimus D. Segerus, Collega meus peramandus; præterquam quòd hic mihi narravit, mulieri cuidam ante duos præter propter annos injectum fuisse Enema domesticum, cui loco olei butyrum calore dissolutum immixtum fuit: quæ postea Enemate naturaliter foras edito; butyrum planè congelatum seorsim ejecit. *Simonis Schulzii.*

Vomitus Sanguinis cum Dejectionibus cruentis.

Dominus *Cristoph. Erull à Privovitz* 21. Maii audiens concionem, virum tam subitanè passus est dejectionem, ita ut lectum duci opus habuerit. Vespere Vomitus & sedes sanguinis secuti per intervalla, hac die & nocte sequente crebris Lipothymiis affligebatur. 22. ejusdem Pulsus erat celerrimus & languidus, dejectiones desiere, sed vomitiones per intervalla rediere cum convulsionibus potius quàm lipothymiis. A Paroxysmo loqui potuit, sed ob languorem virium cum nihil amplius evomere posset, ante horam 5. matutinam exspiravit.

Scholion. Sanguineo è vena Porta per Lienem & vas breve in ventriculum regurgitasse puto, ut superius in Scholio Observationis 14. demonstratum. Confirmat id autopsia, Thonerus enim profert historiam ex *Valverde* desumptam lib. 2. pag. 145. De Cardinale Cibone, qui hoc malo extinctus, Aperto cadavere, ventriculo compresso, Lien turgescebat, & contratio Liene compresso copiosus sanguis ad ventriculum regurgitabat; Cum vero ab initio statim tanta virium dejectio adfuerit, puto & arteriam, quibus Lien abundat, simul apertam fuisse. *G. Ch. Wincleri.*

De Vomitu Cruento.

Satis fuerat in vomitus sæpè adigi ventriculam, &
Tom. IV. Pars II.

superius è cavitate sua ejicere vitiosos humores, naturam gravantes. Tam tener ipsi sentus inest, ut prius quam ad culinas reliquas fiat progressus, excutiat, quod reliquis oneri non minus foret. Ast nil tam contra naturam esse videtur, quàm architrictim microcosmi eadem dapes foras propellere, quibus tam studiose inservit, sanguinem ibi ejici, ubi elementa sanguinis apparere consueverunt. Vidimus hujus rei intra paucos menses plura exempla, quorum ideam sistere animus est.

Primum quidem est Matronæ nobilis, annorum XXXVIII. habitus corporis paulo gracilioris, quæ cum ante sex hosce vel septem annos quartana sub gravidationis statu correpta esset, edidit quidem, quatuor circiter mensibus tam rebelli morbo defatigata, foetum sanum & vegetum, adhuc viventem, inde verò continus febris, puerperii tempore correpta per aliquot septimanas malè adhuc habuit, ast, benigno fato, sanitati tandem reddita, doloribus hypochondrii sinistri, ceu reliquis morbi, licet & olim eodem experta fuisset, subinde afflicta fuit. Elapso uno alteroque anno, desubito in via publica vomitu ingentem copiam sanguinis ejecit, unde vix in domum proximam divertens, liberatur quidem naturæ suæ robore, post aliquod tempus, nihilominus tamen nec sibi reddita plenariè hinc incolumi gavisa est sanitate, nec ex toto liberata dolore isto hypochondrii sinistri, *ipso die* visa est habere, repente per vices cruento vomitu, ut singulo paroxysmo aliquot libras excreverit. Tandem elapso anno denudè ingravidata vere anni 1676. consuetis corripitur vomitibus. Adhibitis medicamentis astringentibus intermixtis ex lege methodi resolventibus, nec omisis opiatibus & confortantibus, vomitus per biduum remittunt. Tertio die, cum vini haustulum assumpisset, malum recrudescit, cum ingenti calore, lipothymiis, summa virium debilitate, appetitu prostrato, dolore abdominis, & spasmodicis denique motibus accedentibus, fato con-cedit.

Aperto cadavere, foetus foemineæ sexus, spadiceo colore tinctus extrahitur. In vasis sanguiferis vix vestigium sanguinis exstat, exceptis aortæ & venæ cavæ, parum sanguinis coagulati continentibus. Lien vero solito major fuit, ut longitudine spiritam unam cum dimidia, latitudine sex digitorum transversorum spatium, crassitie vero trium ferè æquaret. Substantia hujus cæteroqui sana, colore ex rubro pallente visenda, sed vasis itidem vacuis.

Connexus lien ventriculo ligamentis membranosis, quorum unum circa medium continuit globulum fabæ magnitudine, totum corrosum & scirrhosum partem succi corrupti adhuc secum foventem. Vas breve calamum scriptorium majorem æquans, à liene unico trunco in ventriculum desinens, ibi aliquot ramos disseminavit, uno horum stylum in ventriculum admittente, reliquis in exteriorem ejus tunicam insertis. Non procul ab hoc inferius paulò, aliud adhuc vas, sed minus, ex liene ad ventriculum tendere visum est, itidem pervium.

Ventriculus aliàs sic satis sanus sanguine grumoso ad tertias adhuc repletus observatus est; hepar exangue parte convexa duos obtulit lapides, uncia unius circiter pondere, coloris grisei, magnitudine duorum juglandium ferè, propriæ membranæ inclusos, eique satis crassie. In medio horum, ubi coaluerant ad sensum, (exempti si quidem statim divisi apparuerunt) humor quidam lacteus ulteriorem coagulationem expectans, deprehensus est.

Nuper Septembri mense L. I. Studiosus, nullis præviis aliis indicis, nisi quod ante biennium circiter idem expertus fuerat, sed levius, simul & semel vomitu cruento corripiebatur, ultra mensuram excreto

languine gramato, colore sic satis vivido. Exhibitus à nobis statim pulvis stypticus, parte dimidia lap. & remixtus, cum anodynâ momento: Rediit sequenti die malum, & hinc ter vel quater, interpositus si- quor diebus. Ipse verò divino auxilio servatus hæc- nus incolumis & percuratus vivit. Exhibita vero præ- ter jam dictum pulverem fuere. 1. Tinctura martis adstringens Zvvell. cum Tinct. corallorum remixta. 2. Mixtura ad vomitum cruentum Sylvii mutatis mu- tandis. 3. Infusa traumatica ex rad. lymphit. torment. bistort. fol. sanic. agrim. centinod. bellid. menth. crisp. consol. saracen. font. rubr. lap. cancr. &c. 4. Ad- persus cruori ejecto pulvis sym. patheticus. 5. Ad- hibita venesectione, pro tolerantia virium educto san- guine in pede. 6. Alvus ordinariè & pertinaciter ob- structa, clysteribus referata fuit. 7. Cumque obser- varem potissimum dextro lateri incumbentem paro- xysmo corripit, jussu perpetuo patienterque sinistro corpus reclinare latere. Hæc mechanicâ, & medica- mentis prædictis intra duas septimanas æger restitutus est, in paroxysmo sæpè ad tres vel quatuor ho- ras lipothymis correptus.

Pulvis stypticus in dysenteria, hæmoptysi, diar- rhœis & aliis fluxibus p. n. sæpiùs nobis probatus, re- mixto imprimis laudani opiatu gr. ß. vel j. ad Scrap. j. ejusdem, hic est:

Rad. bistort. torment. sang. dracon. lap. hæ- mat. corall. bol. armen. præp. trag. gran. aët. pulv. bez. a. unc. j. nucif. unc. ß. M. F. l.a. Pulvis. Dos. Scr. j. Dr. ß.

Brevi post Virgo quedam menses non ordinatos viciens, è foro publico domum concessura in plateâ sanguinem vomitu impetuoso rejiciens, prius, quam ferri potuerit auxilium, expiravit.

Nec ita multò ab hinc elapso tempore, Fœmina primaria, quæ æstate præterita menses experta fue- rat immodicos, desubito, ardore solum prævio & titillatione faucium, ultra lib. j. sanguinis eodem mo- do excernens; Rullicus item juvenis inter hæc parili ratione decumbens, curati sunt iisdem remediis, ea- demque ferè methodo, ea solum differentiâ, quod multum hinc, represso vomitu, cruoris nigricantis & picei ferè per alvum quoque successerit.

Ex his verò phœnomenis, in ægris aliquot præ- ter morem, uno quasi tempore eodem hoc malo de- tentis, præter alia hæc potissimum colligere licet: 1. Quæcumque vomitu ejiciuntur, assatim & cumu- latè præsertim ex ventriculo prodire. 2. Frequenti- us vomitum cruentum oriri referato p. n. vase bre- vi, à sale volatili acriscorbutico, vasa referante, & sanguini *apertis* extraordinarium concitante. 3. Opus esse, ad curandum vomitum tum restringentibus, consolidantibus, ac ex parte quoque resolventibus; nullum verò citra revulsionem, venæ sectione præ- standam, æquè feliciter curari posse, quod & de hæmoptysi, mensibus immodicis, hæmorrhagiis na- rium valet, mutato solum sectionis loco. 4. De- cubitum in sinistra seu affectum latus esse necessa- rium, alias quippe si secus fiat, impetu & ponde- re suo sanguis invitatur ad ventriculum; ut alia quæ his addi possunt, sicco prætereamus pede. Georgii Wolf. Wedelii.

De carnis vomitu cum sanguine.

Mulieri cuidam nobili cachectice de compressio- ne ventriculi, nausea & appetitu prostrato diu con- queste, remedium à me petenti, præscripsi pur- gans satis lenè. Purgata est ferè sine torminibus, sedatâ nihilominus purgatione vomendi conatus maximus supervenit, evomitque sanguinis im- mensam copiam, & cum sanguine frustra duo car- nis, quorum unum colore & figura, non sub-

stantia, epar magni lucii repræsentabat; alteram erat fibrosum & quadantenus ad pulmonum substan- tiam accedens, sed tam grande, ut mirum videretur, quomodo per œsophagum transire potuerit. Delatas ad me cum sanguine carnes, quia primò pro sanguine concreto habebam, sanguinem omni effu- so, aquâ diligenter abloi, figuram tamen & sub- stantiam mudo indigitatam servabant. Eisdem postea ægra exsiccat & exsiccata adhuc asservat. Quia verò propter immensam copiam sanguinis epar ni- mis refrigeratum fuit, postea pedes & venter intum- uere, sed per idonea medicamenta his quoque vi- tiis correctis, nunc, Dei gratiâ, matrona vivit sa- na & incolumis.

Scholion. Hujusmodi exemplum refert Forestus lib. 18. Observ. 19. in Schol. sed frustum illud carneum exstitit colore album, & sine sanguinis profusione fuit rejectum. Thom. Rhodericus à Vegâ ad lib. 1. cap. 5. de loc. aff. Gal. annotavit profluvia frustorum carneorum fibrosorum *à m. r. n. r. n.* facta esse. Sed in causis ti- mandis, vel unde ista caro, uterque pisce mutior, Vegâ satem exclamante: sed rara hæc faciliorem ha- bent, quam causam admirationem. Viscerum parti- culas non fuisse, testatur ægrorum convalescentia s. rejectis. Amat. Lusitanus cap. 7. cur. 23. enarrat obser- vationem, Excrementiam carneam ab ore ventriculi perpendisse. Quid si ejusmodi polypis similes ex- crescentiæ sive sarcomata & hæc fuisse? Et nisi quis ad incantationem confugere velit, aliam ratio- nem & causam vix inveniet; præcedente enim exul- ceratione id fieri posse, negari non potest. Gou. Christ. Wincleri.

Vomitus cruentus à lumbricis.

Ut mira atque dira symptomata à lumbricis in cor- pore stibulantibus observare licuit Medicis; ita & vomitum cruentum satis vehementem inde ortum illustravimus nuper. Sartor 36. annorum tussi, dolore capitis, & à cibo sumpto *φλοζώσις* cum quadam an- xietate correptus opem nostram expetit. Propinquus interius elixir proprietatis antiscorbuticum, gut- tulis paucis liquoris Martis medicatum, addita guttula olei cariophyllorum, quæ compositio & ele- gans & polychrestia est, licet extemporanea. Exterius balsamum stomachicum præscribitur. Quarto die post vomitu mediante insignem quantitatem sangui- nis excernit, subsequente pallore faciei & lipothymia. Dato pulvere styptico anodyno & resolvente, ex pulv. stypt. ʒj. oc. 69. ʒj. laud. op. gr. j. & potiur- cula ad methodum Sylvianam ad hæmorrhagias sis- tendas restitit per 69. cruor, inde verò reseruit pa- roxysmus, excreto unâ cum sanguine lumbrico lon- go, tereti. Exhibita tum prædicta, tum essentia tra- uematica, cum anodynâ roborata. Triduo post denuo excrevit vermem, adhuc majorem, & sic ex voto convaluit. Exesum sine dubio vas à lumbrico sangui- ferum viam laxavit sanguini, quo extravasato & ex- creto rodens quoque hospes exclusus est. G. W. Wedelii.

Vomitus Sanguinis menstruus.

Vomitum sanguineis menstruum patiebatur fœmis na Nobilis Anno 1669. non procul Luchovio. Hæc- ce erat octo & triginta annorum, temperamento cor- poris sanguineo, habitu corporis eufarco. Incide- rat in huic vomitum ante sex menses, cum ipsi ri- gente bruma iter facienti menses fluere, tunc enim refrigeratis partibus inferioribus in suppressio- nem mensium incidit; vomebat autem ordinariè ad quatuor libras. Huic nobilissimæ Matronæ ego me- dicinam faciens nihil interius adhibere volui, quæ obstru-

obstructiones removerent. Adhibebantur itaque balnea ex emollientibus triduo antequam menses ordinariè fluere debebant: utebatur suffitu ex trochiscis de myrrha, alhandal, galbano, sabina & similibus, quem fumum post balneum sub vestes recipiebat. Inde Venâ in talo secabatur. Fumus itidem tabaci, per instrumentum Anglicum inflabatur. Hoc modo Uteri obstructiones solutæ, ut altero post mense, cessante sanguinis vomitu, naturales menses requirerent vias. *Alardi Herm. Cummi.*

Vomitus Sanguinis curatus.

Nobilis quædam Vidua annos, macro corporis habitu, sanguinem cum vomitu rejecit aliquoties, at in minore copia, de sinistro hypochondrio conqueritur. Ego primò, cum copia magna non esset, nihil molior, roborantia præscribo; sed cum postea sanguis non grumofus, sed floridus aliquoties magna copia rejiceretur, cum summa virium debilitate, ad astringendum huic fluxum me converto, hypochondrio sinistro unguentum præscribo & emplastra interea astringentia non negligo, roborantia cardiaca simul astringentia exhibeo. Et præter omnium opinionem ægram Dei benedictione in integrum restituo.

Scholion.) Anno tertio Ephemeridum Observ. 314. Da. Avi mei in Scholio hoc de morbo mentio facta, ubi consideravi & locum affectum, unde tanta sanguinis copia proveniat, & vias, per quas ejicitur. Quoad primum, lienem indigitavi, & hoc verum esse luculentum evadit ex hac observatione, ubi dolor in hypochondrio sinistro notatur, ubi lienis regio. Ad secundum quod attinet, sunt qui dubitant per vas breve quicquam injici posse ventriculo, & quidem hac ratione, quod cavitatem ventriculi non ingrediantur, sed saltem in tunicas ejus inferantur. Sed ut hoc in integræ sanitatis statu verum sit, ita in morbofo locum habere non potest. Cur enim tam venæ, quam arteriæ (quibus vas breve constat) non tam hic, quam alibi locorum per anastomofin vel diæresin aperiti, & per tantam ebullitionem sanguis in ventriculum effundi possit, nil obitare video; In qua sententia confirmor à *Thonero lib. 2. observat. p. 140.* ubi exemplam refert è Valverda desumptam de Cardinale Cibone, qui vomitu sanguinis extinctus & apertus, in cujus abdomine videre licuit. Ventriculo compresso lienem turgescens, è contrario liene compresso copiosum sanguinem per vas breve in ventriculum restagnare. Quod meâ quidem sententiâ omne dubium diluit. *Danielis Wincleri.*

De vomitu sanguinis à mensuri retentione.

Vidua juvenula, constitutionis macilentæ, retentione menstruum laboraverat, quam cum illa celavit, & tantum de ventriculo conqueritur, per noctem incidit in nauseam, & per vomitum magnam partem sanguinis floridi evomit in ipsam cameram. Ego mane sanguinem respiciens, & de omnibus diligenter inquirens, menstruum retentum in causa fuisse animadverto, dirigo huc igitur curam, nec infeliciter, Menstruis enim rursus apparentibus, non amplius visus est hic vomitus. Illa interim nupsit iterum & aliquoties peperit.

Scholion.) Optimè divicius senex *aph. 32. lib. 5.* dicit: Mulieri sanguinem evomentis, menstruis erumpentibus, vomendi finis. Cujus oraculi veritas vel ex hac observatione elucescit. Sed per quas vias id fiat, non unicuique liquet, cum ab utero ad ventriculum nulla sit via. Cum verò sanguis superfluis in ve-

nis retineatur, & ipsi exitus consuetus denegetur, necessum est ut ebulliendo regurgitet ad superiora, & nunc per hanc, nunc per aliam viam à naturâ oneratâ expellatur. An verò è venis mesaraicis in intestina, & per illa in ventriculum, vel per vas breve, ut præcedente scholio dictum, in ventriculum influat, non facile affirmare audeo, donec per autopsiam, sc. sectâ & apertâ personâ tali malo sublatâ, hujus rei certior evadam. *Danielis Wincleri.*

Vomitus sanguinis enormis medicamentis cohibitus.

Avicenna *Fen. 10. l. 3. tract. 3. c. 4.* non omne sanguinis sputum timorofum esse dicit, cum aliquod sit causa sanitatis apoplethæ in splene, quum videlicet Natura sese de onerante expellatur, & *Rhasius 1. 9. tract. 2. c. 2.* refert exemplum mulieris splenicæ, quæ sanguinis vomitu à morbo liberabatur. Cum verò sanguis sit vitæ thesaurus, ut vocatur à *Mesue l. 1. de re med. theor. 1. c. 2.* quacunque parte nimis copiosè effundatur, periculo haud vacat. Videantur exempla mortuorum hac de causa in *Obs. 314. Anni 3. Ephem. & in scholio ejusdem.* De successu coræ felicioris hanc observationem accipite. Anno 1672. mense Maio ancilla viri alicujus è ministris aulicis, annorum viginti & aliquot, cepit sentire inflationes & punctiones in hypochondrio sinistro. Illa V. S. affueta Medico inconsulto sibi venam in brachio sinistro rudi curavit; sed nihil allevationis exinde percepit. Die 12. dicti mensis malum valde ingravescens majores & acutiores dolores & angustias excitabat. Die sequenti scil. 13. natura irritata cepit per vomitum ejicere sanguinis nigri & maxima parte grumosi floridi tamen ad lib. Ne itaque natura admodum irritata in excernendo nimium faceret, illam paulatim retrahere, ebullitionem compescere, & motum hunc aliqua ex parte sistere, necessarium duxi; memor Aphorismi Hippocr. 37. 1. 7. eos frigidis & astringentibus curari debere. Præscripsi sequens:

℞. Aqu. hurs. past. plantaq. an. ℥ij. oxymell. scill. ℥iij. spir. vitriol. gr. vi. M. detur cochlear unum atque alterum per intervalla. Remisit vomitus. Sequenti die sc. 14. d. m. ad aperiendas obstructiones lienis & sanguinis ab acrimoniâ mundificationem purgans exhibui.

℞. Rhab. opt. fol. sen. f. f. an. ℥iij. Infund. in decoct. tamar. ℥iij. col. expr. fortit. add. syr. ros. sol. ℥ij. pulv. Gialap. ℥ij. M. movit sedes 11. cum euphorriâ. Sed tamen die sequenti sc. 15. iterum rejecit *an. 20. 24. 27.* sanguinem valde fetentem cum summa debilitate & lypothymis crebris.

Præscripsi sequens ℞. Aq. scolopendr. veron. agrimon. an. ℥ij. col. ros. veron. fumar. an. ℥ij. ebull. parum col. add. Aq. aperit. ℥iij. cord. citr. cinam. an. ℥ij. syr. corall. ℥iij. spir. vitr. gr. xv. citr. ℥ij. M. Detur læpidis per cochlearia.

℞. Unguent. de opill. ℥ij. dialth. empl. diach. an. ℥iij. troch. de cappar. ℥ij. absinth. ℥ij. ol. aneth. verbasc. an. ℥ij. cer. parum M. F. unguent. pro regione lienis. Enema quoque hac die injectum, quod etiam sanguinem grumofum eduxit. Nihilominus die 16. revertebatur malum, & rejecit frustra satis magna & multa sanguinis coagulati. Dedi sequens pro duabus dosibus.

℞. Herb. veron. scabios. scolopendr. an. m. j. adianth. fl. chamom. an. ℥ij. viol. buglos. an. ℥ij. Rad. gramin. asparag. an. ℥vi. Jujub. sebest. an. n. 8. coq. in s. q. aq. f. col. ℥iij. add. conf. ros. vitr. meliss. an. ℥iij. citr. scabios. an. ℥ij. Parum ebulliant & col. D. Prima dosis circa vesperam, secunda sequenti die mane exhibita. Inde alleviatio secuta, ita ut nihil sanguinis nec per superiora, nec per inferiora rejiceret, nec gravitatem

ulliam in hypochondriis perciperet. Ad sistendum malum, & venarum apertarum orificia conglutinanda, consultum existimavi remedium sequens.

℞. Conf. ros. vitr. ℥j. flor. borrag. fumar. veron. citr. an. ℥ss. Rad. symph. maj. cond. cich. cond. an. ℥ss. cort. aur. cond. ℥ij. corall. r. præpar. lap. hæmat. præparat. bol. arm. præparat. an. ℥j. Cum syr. rib. q. s. M. F. elect. Sæpius de illo degustavit cum optimo emolumento, ita ut die 17. & 18. nihil amplius rejectum, nec nausea percepta fuerit. Die vero 19. ex improvise per vomitum rejecta frusta admodum magna sanguinis coagulati, ut portiones viceris alicujus referrent, inde febris excitabatur, lypothymia crebro infestant, omnium sensuum consternatio secuta, facies Hippocratica, labia pallida, pulsus debilis, inquietudines aderant, ita ut mortem instare nemo non putaret. Reiteratum electuarium, sed non potuit hæc forma assumere, itaque cum aq. cærefol. & veron. factum est ex illo contusum, quod assumpsit & vomitum compescuit, tamen in ista consternatione permansit ad d. 21. deinde intumuit tam in facie quam in manibus, & flavescebat cutis, sed paulo melius se habuit usque ad 24. ubi tanta virium imbellitas sine vomitu oborta, ut neminem amplius agnosceret, & animam agere videretur. Nilominus confortantibus exhibitis vires recuperabat & diebus sequentibus usque ad finem mensis magis magisque convalescebat. Continuatus est usus contusi, & simul herbarum recentes pro jusculis ordinatæ, ut veron. scolopendr. meliss. agrim. fumar. Quibus diligenter usurpatis convaluit. Cum vero pedes intumescerent, & propter tantam sanguinis profusionem hydrops metuendus esset, elix. propr. cum succ. quotidie in jusculo exhibui; quo etiam ab hydropse præservata & sana omnia munia domestica obibat, usque ad diem 30. Octobr. ubi eandem inflationem & punctiorem, ut à principio è regione lienis sentiebat, quibus perterrita statim consilium meum petiit.

℞. El. propr. c. succ. est. absinth. comp. an. ℥j. mane & vespere mediante jusculo assumebat g. xv. & hoc solo iterum convaluit. Anno vero 1673. d. 23. Octobr. iterum sanguinem coagulatum vomere incipiebat, præsentibus iisdem symptomatibus: anxia itaque me absentem expectavit, rediens, dedi statim purgans:

R. Syrup. de trib. de cich. r. th. an. ℥ss. cr. tart. ℥j. pulv. chalap. ℥ss. spir. vitriol. Martis g. ij. Aq. cinam. ℥ss. M. deiecit aliquoties materiam adustam sanguine permixtam: Vomitus remisit statim: Præscripti nodulum, quo in vino infuso quotidie usa est, & deinde matrimonium iniit: adhuc sana degit. Gott. Christ. Wincleri.

Anatomicae Inspectiones.

Vomitus & nausea frequens excitatur, cum serofus humor, aut abscessus, aut bilis constans suffusio Tunicam ventriculi extimam laceffit.

Si serofus humor, aut abscessus, aut bilis constans suffusio in partibus vicinis aut contiguis accidat, in quantum hæc Tunica (extima, quæ prorsus nervea est) propterea multum ac crebro irritatur, in stomacho nausea ferè continua. Inappetentia & frequens Vomitus excitatur, prout in pluribus post obitum dissectis observavi. *Willis Pharmac. Ration. cap. 1.*

Vomitus ab ulcerato superiore ore ventriculi.

Juvenis sobers jusculum, dolore ventriculi fuit affectus, quem comitatus est Vomitus: Creditum id à veneno fuisse, sed perperam: Verifi-

milius enim est officulum aliquod acutissimum rugæ alicui oris ventriculi inhæsisse quod apparuit post obitum: Aperto enim cadavere ulcus in ore ventriculi repertum fuit. *Hildanus cent. 5. observ. 36.*

Vomitus tenuis & crassi humoris diuturnus à Fistula stomachi excitatus.

Illustriss. Persona sæpius à cibis, à prandio æque ac cœna, noctu quoque, nunc tenuiorem nunc crassiorem humorem evomere consueverat: Caput dolebat ac erat grave: Plurimis visum erat tantam vim pituitæ de cerebro venire: Variis igitur remedia diligenter parata fuerant, novissime etiam setaceum, At frustra.

Defuncto corpore inciso, fistula stomachi, Aulicis ministris inspectantibus, adinveniebatur. *C. V. Schneiderus lib. de Catarrhis special. p. 439.*

Vomitus ob internam ventriculi tunicam extorsam.

Camillus Facinus temperamento bilioso præditus; annorum 59. Tertia febre laboravit, qua extincta, male coloratus cum manifesto lienis tumore, atque hepatis obstructione remansit, & ita valetudinarius, inordinato vitæ regimine usus, rursus in febrem incidit; ad malum habitum corporis deductus, in cuius invasione paroxysmi evomere cepit; Sicque tertia die post cibi assumptionem, per horas tres vel quatuor, cibum & potum maxima pituitæ copia permixtum evomit, quod & singula quaque die fecit donec occubuit: nec minus ad trium librarum pondus pituitæ evomebat qualibet vice; multoties ad quinque ascendebat librarum pondus; quo tempore nunquam per inferiora quicquam excrevit, etsi clysteres acres, & mites quoque injecti fuerint, ac per superiora medicamenta solventia sumperit, quæ tamen evomit; Interim de dolore circa fundum ventriculi conquerebatur, sicque ad quartum usque diem bis quotidie evomendo perseverans vitam cum morte commutavit.

Cadaver à nobis dissectum, in ima ventriculi regione, juxta os infernum, pylorondicunt, tunicam internam exesam animadvertimus, quod mali causam fuisse non dubitavimus. *Marcellus Donatus hist. mirab. lib. 4. cap. 3.*

Vomitus ob erosionem ventriculi fundi, ab assumpto Arsenico, parietibus ejus affixo.

Captivus quidam subito per noctem Vomitu tentatur duodecies vel circiter; decies quoque per alvum excrevit, Jubeor mane ipsum invisere, stertentem ostendo & animam agentem. Sacerdote igitur potius quam medico opus esse significo quidem, at intra quadrantem horæ expirabat: A meridie cadaver rursus inspicere jubeor, quod à tergo lividum plane erat, imprimisque pudenda nigra prorsus: Assantes apoplexia extinctum clamabant, quibus tamen demonstrabam colorem istum lividum non sufficere ad apoplexiam demonstrandam, neque vomitus aut dejectiones tam frequentes symptomata esse apoplexiæ.

Aperitur itaque postridie, & in ventriculo repertiuntur Arsenici albi frustula circiter duodecim, quæ ipsis ventriculi tunicis tam arcte inhærebant, ac vix evelli possent. Erosio quoque fundi ventriculi aderat, sed non penetrans, cum inflammatione; ita ut venæ sanguine inflammato turgentibus valde essent conspicuæ: Hujus ventriculi tunicæ tam

tam erant exiles, sive vi veneni, sive aliam ob causam, ut videretur æquare folia papaveris. *Phil. Salmuth. cent. 1. Observat. 10.*

Anatome feminae ex usu hellebori albi, cum enormi Vomitu mortuae, cujus ventriculus aqua turgens repertus. Intus corrosus & maculosus, intestina flatibus distenta, &c.

Ante aliquod tempus, Senatus-consulto iussus aperui cadaver Barbaræ Tannemannæ, cui à rixotoma quadam, Elizabetha Knechtli, propinarum radicem Ellebori albi infusum: vix hauserat venenum istud misella, cum toto illo die creberrime vomuerat, tandemque horrendis agitata convulsionibus occumberet.

Defunctæ ventriculus aqua plurima torgebat. Intestina flauibus omnia distendebantur, uti hydropicorum, interne corrosio in ventriculo & insignis macula nigricans apparuit: Omentum corruptum erat & lacerum. Thorax aqua repletus. Pulmones turgidi, sive mei, nigricantes: cætera bene se habuerunt. *Ex literis Joh. de Muralt Medici & Chirurgi Tiguri. & communicatione Nobil. D. Johan. Corradi Peyer, Med. Schapfhausi, ad Clariss. D. Theophilum Bonetum.*

Puellæ Anatome ob vomitum enormem extinctæ, à propinato veneno, ventriculo stigmata inuente, & bilem ad duodenum alitiente.

Haud ita pridem Rumlingæ, præsentis utroque Poliatro nostro, D. D. Schleichero, & M. Abrahamo Hegto, Puellam dilectam, immani cum vomitu intra triduum commortuam: Illi antea profusa sanæ & pulchre, sed paupercule, ac gregem vacuarum pascenti, obviam factus non infimæ sortis vir juvenis, dotâ archæ matrimonium è vestigio promiserat: Quare, Puella ne repente fato solitaria, suspicio in hominem istum illati flori, atque propinati inde veneni nata: Adeo ut defunctæ cadaver, iussu Superiorum, istus & in cute perlustrati curaretur.

Corpus omne elegans erat extrinsecus, rite conformatum, citra maculam ullam aut livorem: Abdomen neque tumidum, neque distentum, Interiora omnia sana, præterquam ventriculus, in quo copiosissima è duodeno suffusa bilis, aqua aut sero multo diluta, absque ullo cibo, redundavit: Etiam si prius integro triduo ejusdem plurimum colluviæ vomitu rejecisset. Hæc vasculo mundo excepta, pulvisculum in fundo arenaformis deposuit, quo media circiter cochlearis pars impleri potuisset: Juxta orificium sinistrum, atra quinque stigmata oblonga videbantur inusta. Partes genitales deprehendi nus illibatas, in hepatis autem vesicula magnum luxuriantis ac essetæ bilis proventum. Reverso pectore, cor omnino integrum videbatur, cujus tamen ventriculo dextro massa coagulata sive chyli, sive sanguinis inerat. Pulmo sanus erat, sed alicubi costis adnatus, *Ex literis D. Joh. de Muralto M. D. Tigurini ad Nobil. Johan. Jacobum Peyer Schapfhausium Med.*

Vomitus lethalis succedens Gilla assumptioni, à qua perforatus ventriculus.

Vix mihi lacrymis tempero, cum cogito quendam mihi amicum Chymicæ, &c. peritum, ut stomachum halecibus salis ac cerevisia tenui saburratum depleteret, Gillam à se præparatam sumpsisse, eodem die animam cum Vomitu infans exipuisse.

Cum sectioni cadaveris præessem, ventriculum tribus locis tantum non perforatum, ad latitudinem Daleri Philippici inveni: Restabat tenuissima exterior tunica, cui Gilla adhærebat, & ipsum exesura; nisi egressa anima calor naturalis miserum destituisset: Totum ventriculi corpus adustum purpureo colore omnium in se oculos avertebat, animosque à Gilla aliisque id genus pestibus avertebat. Res accidit anno 1608. *H. ab Hers de Acidulis Spadanis c. 4.*

Vomitus lethalis post sumptum purgans, nullo noxæ vestigio in corpore deprehenso.

Lithotomus sibi nimirum quid tribuens, & ultra professionem confidens, sacculum purgantem ex foliis fenntæ, agarico, &c. confecit, vinumque affudit, quod ipse biberet cum aliis duobus purgandi causa: facta noctis maceratione, in aurora ipse primus infusi dicitur tres haustus bibisse in publico diversorio, moxque incepisse vomere, & superveniente singultu expirasse dimidia hora à sumptione: Reliqui duo viso eventu portionem damnarunt.

A morte nil visum est maculatum in corpore, aut quod venenum posset arguere, & fuit tamen in homine alias sano, qui vellet purgationem phlebotomæ præmittere. *Andreas Libavius in Cista Medica Hornungi (Epist. 76.*

Vomitus ob Ventriculi Gangranam & Syderationem.

Jacobus Gallus annos 50. natus, melancholici temperamenti, cum olim biliosus fuisset, conqueritur de dolore ad umbilicum: Solennis illi erat excretio cujusdam materiae purulentæ per anum, quod in recti intestini extremo penè ulcusculum ibi conceptum putaretur: Duodecim penè annos post illatam vim recto intestino, eo fluore recreatus est aliquantum: restitit ille, at non eodem modo perseverabat: Doloris illius ad umbilicum desidentis causam referre poteramus ad illam suppressionem: Clysteribus medicamentisque est allevatus. Non ita paulo post dejecta appetentis. Vomitiones, Languor, partium extimarum quædam levis perfrigeratio, tamen incedebat, Et liquida & esculenta Vomitu rejiciebat: veneno insectum putabant: ac revera, præterquam quod manifesta leipthymia non prebensus est, assumpti veneni argumenta erant pleraque: tamen cum ea suspitione liberavimus, quod nullam deforis occasionem præcessisse videremus: Per dies 40. penè perseveravit vomitio illa, quod mirum fuit, nec ulla ratione allevari potuit: digito indicabat sedem affectam, nempe superius orificium ventriculi & pylori regionem, sensum quandam ponderis habebat: In horas marcescebat, facies concidebat, & totus venter collapsus est, præsertim qua parte subjacet ventriculus: Quidam, ut aliquid afferre viderentur. Jecur & lienem potuisse dicebant, alii ad mesenterium obstructionibus plenum confugiebant. Et illud commune Medicorum asyllum est, sine quo vixrem lucrumve facere possint, sed id non sine magna egrotantium clade & Medicorum opprobrio: quasi verò in illis duabus partibus solum omnium morborum causa existat: ad syrupum de cichorio solennem confugium est, sed omnia frustra. Tamen qui paulo accuratius rem inspicerent, cum vident tamdiu perseverare vomitionem, dolorem ad ventriculum non admodum urgentem, nihil proficere soto, lito, delecta ciborum, balneo quoque ipso, necessario pylori vias obstructas collegere: Satis apte quidem, sed unde obstructio? an à scirrho an ab inflammatione? si ab inflammatione,

tionem, cur febris non erat acuta, & cur non perimebat intra paucos dies?

Interit tandem plene emaciatum, ac si sphacelatum corpus esset. Aperto cadavere, illud utrumque viscus, Lien & Epar, quod somitem malorum falso iudicabant, satis erat integrum; quanquam forte intemperie quadam, malaque diathesi utrumque affectum erat, non ita tamen inde mortis occasio nasceretur. Ventriculi facies externa erat vermiculata, pylorus talis & pede restrictus: Facies interna corrupta & putris, & statim laceratus est ventriculus, adeo (quod mirum fuit) in tota sua natura erat putris & cadaverosus, humor qui in eo erat nigricabat: gangraena & syderatio erat ventriculi, quod nunquam fere contingit *G. Ballonius conf. 43. lib. 1.*

Vomitus ab angustia & contractione ventriculi cum Hepatis duritie. Superstite assumpto croco metallorum.

Poellæ 5. annorum cum à Paracelsista exhibitus fuisset crocus metallorum, paulo post symptomatibus gravissimis correpta fuit. Vomitu nimirum vehementissimo, cum alvi deiectione & concussionibus fortissimis totius corporis, tandemque mors quoque sequuta est.

Aperto cadavere ventriculus adeo angustus, & in se contractus fuit, ut magnitudinem ovi vix excedere repertus fuerit. Hepar, veluti si in aqua ferventissima maceratum fuisset, induratum, & vesica fellea præter modum tumida, sanguine citrino repleta erat. Intestina à croco illo (qui in ventriculo ita contracto adhuc latitabat) uncta & infecta fuerunt. *Pub. Hildanus cent. 4. Observ. 51.*

Vomitus à ventriculo perforato.

Nobil. Johan. Gaspar à Miltiz. &c. cum spuito sanguinis sine phibisi & hectica laborasset, atque in patriam remissus esset, summo labore curatur. Sed in morbum relapsus eundem, variis symptomatibus conflictatur, & inter alia Vomitu quoque continuo: Licet vero varia ad illum conspiciendum exhiberentur, morbo tamen succumbit.

Cadavere aperto, abdomen quoque aqua repletum, & ventriculus circa orificium perforatus deprehensus fuit: An huic rei causam præbuit Tussis illa serena qua dies & noctes molestabatur? An ratiche pulmonis corrupti evenit? *Ph. Salmuth. cent. 1. obs. 2.*

Vomitus ab abscessu circa fundum ventriculi.

Quidam annos natus 40. obstructione alvi sæpe laboravit, cui per os medicamenta exhibita parum profuerunt, clysteres vero contulerunt. In dies tamen & alvus minus satisfecit officio, ac Vomitus nutrimenti semicocti in maxima copia aucti sunt, donec tandem atrophica corpus omnino constabesceret: melius vero semper se habuit quando folio aquæ dulcis tepido infudit.

Post mortem repertus ingens abscessus, ex eo genere qui steatomatici dicuntur, ad magnitudinem anserini ovi, qui satis durus fuit redditus. *Ex observat. Joachimi Camerarii Medici Noribergensis.*

Vomitus à gemino ventriculi steatmate.

Johan. Prevotius in cadavere quodam vidit stea-

toma parti interna orificii superioris ventriculi: magnitudine ovi adnatum, quo propendente Vomitus continue iofestabat. Alterum digiti longitudine, ad sinistram quoque orificium, ejusdem mali causam. *Job. Rhodius observ. 63. centur. 2.*

Vomitus ob Pylorum occalescentem, cartilagosum redditum.

§. 1. Antonius Brunus, cum emanducatum cibum breviori quam par erat temporis spatio contineret, & ita ut erat incoctum rejiceret, omnibus medicamentis, quæ stomachi vitii adhiberi possunt, diligentissime fatus est: Verum cum ea nihil omnino proficerent, & corpore ob inopiam alimenti jam assumpto, vix pellis & ossa superessent, gradatim tandem ad mortem deductus est.

Quare defuncti cadavere publicæ utilitatis causa inciso, inventum est hominis ventriculum ita junctis oris ad imam ejus partem occaluisse, ut cum nihil inde ad inferiora transmittere poterit, necessario mors subsequuta sit. *Benivenius cap. 36. de abditis.*

§. 2. Romæ quendam aperuit Petrus Servius, Eruditus Medicus, qui vomitu continuo vexatus fuerat, ut quævis assumpta statim rejiceret.

In dissecto cadavere Pylorus callum visus est obdixisse. *Thomas Bartholinus centur. 6. observ. 47. Et spicilegio 1. de vasis lymphat. cap. 5.*

§. 3. In ventriculo hominis anno integro assidua Vomitione vexati observavit Hyginus Thalassius, Author fictus, in Responsione contra Riolanum cap. 4. ita coaluisse & occaluisse pylorum, ut cartilagineus videretur, & vix, novacula divideretur.

§. 4. Sibi, & aliis Medicis Delphensibus, visam historiam nobis narravit Job. Vander Meer. Medicus Delphensis, de muliere quadam quæ Delphis circiter per semi annum male habebat & alimenta assumpta post aliquot horas, primo bene cocta, postea valde lætentia evomebat, cui alvi deiectiones paulatim magis magisque imminuebantur, ita ut primis septimanis bis terve, postea semel in semel in septimana, tandem vix quatuor septimanarum spatio semel alvum dejiceret, & satis pauca excreta, atque hinc vires paulatim magis magisque imminuebantur, totumque corpus ad extremam maciem deducebatur, usque dum tandem mors morbum finiret.

In cujus aperto cadavere Pylorus cartilagosus inventus est, adeoque angustus ut majorem duntaxat aciculam transmitteret, *De Diemerbroëck Anatom. lib. 1. cap. 5.*

Vomitus à Pylori scirrho.

Secabatur quidam Lutetiæ cui durities erat circa Pylorum: Et ego quoque secui quendam, qui cum continuis affligeretur Vomitibus, & cibos assumptos rejicere statim cogebatur, & idcirco tanquam hypochondriacus curaretur. Secto cadavere pylorum scirrhosum omnino reperiebam, ut transitum chylo interclusum fuisse facile constaret.

His admonitis, Nobil. à Bilan hypochondriaco, graviterque eodem symptomate conflictato periculum prædixi quemadmodum etiam intra tres septimanas fuit extinctus; Revomebant vero semper cibum ingestum, & præterea quiddam subnigrum, quod pro melancholico succo; ad ventriculum pro appetitu excitando mitti consueto habebam: Qui postmodum per pylorum ad intestina, sicuti & cibus, transire non potuit. Diocles certe affectionis hypochondriacæ subjectum, pylorompotius statuit quam venas Mesaræi, *Ph. Salmuth. Observ. 20. cent. 1.*

Vomi-

Vomitus excitatus ob Pylorum materia Steatomatica oppletum

Rusticum novit *Job. Theod. Schenckius Exercit. 7. l. 1. sect. 2. c. 33.* cui venter binis à partu horis subito in magnam molem extendebatur neque aliud sibi quam succedens tandem cum nausea Vomitus pro remedio erat.

Atrophia vero mortuus, ostendit Pylorum à materia steatomatosa oppletum, exiit in medio relicto foramine, per quod vix creditu possibile coniciebatur vel liquida transire potuisse.

Vomitus continuus ob Pylorum tuberculis scirrhosis obsessum.

Juvenis Illustris diu Cachecticus, ac Vomitu crebro, & dein per plures menses quotidiano & fere continuo laborans demum viribus summe attritis mortem obiit.

Cadavere aperto, deprehendi Pylorum Tuberculis scirrhosis, valde teneris & sensibilibus circum circa oblitum, quæ hiatum ejus pene occludebant, adeo ut Chylus, nodorum interstitiis impactus summe putresceret, totumque proinde viscus sensu molliissimo, & spasma fere continuo afficeretur. *Thom. Willis. Pharmacentices rationalis Sect. 2. cap. 1.*

Vomitus ab ocluso per nummum argenteum deglutitum Pyloro.

Fata sæpe vitam invenire, qua hominem eacent, minime prævisam mortalibus, docuit Amstelodami infortunium Puellæ quinq; annorum; Ea inter ludeadam anno 1667. nummum argenteum exiguum, assem, sive fluserum, ut vocant, valentem, qui septem colligatas in fascem sagittas, Provinciarum Belgii unitarum insigne præ se fert, deglutierat, inde altero tertioque die nullum sentiebat incommodum, quarto de dolore ventris cepit queri, locumque doloris manu designabat in sinistro latere, circa inferiorem partem ventriculi: augefcente in dies dolore appetitus perit, & quicquid ciborum sumit, rursus ejicitur, vires intra paucos dies collabuntur: Ego xx. die mensis Decembris advocatus (xiii. nummus fuit deglutitus) Catharticum medicamentum exhibui; quod statim per vomitum reddidit: itaque nec inferne nec superne se prodente nummulo, id quod erat suspicatus, eum in pylori hæere orificio, fatalem pronuntiavi parentibus sententiam, & quo certius sententiæ meæ veritatem explorarent, auctor fui ut vita sanctam Puellam mihi secandam permitterent; addiunt, & xxiiii. die istius mensis circa vesperam misera extinguitur, satis præter opinionem meam placido fato.

Altero die causam mortis ostensus parentibus, eam disseci, & ecce nummus circulo illi, qui Pylorum undique cingens coarctat, non secus ac cooperculum ollæ incumbens, omnem alimento ad intestina transitum prohibebat; Reperi ergo intestina vacua omnino, cæterum sana: nummumque ex parte interiore ventriculi, tam accrescente illic pinguiore quam materia firmatum, ex parte intestinorum obsessum quibusdam, qui facile diluebantur, vaporibus. *Th. Kerckringius observat. Anatom. 1.*

Vomitus puerorum à nimia lactis copia, Pylori angustiam nativam non pertransiente.

Scitur & ridetur ab omnibus illa simiæ, animalis

alias sagacis, stoliditas, quæ catulos suos præ nimio affectu tam arctè pectori suo apprimat, ut exprimat animam: Haud multo sapientiores pieræque matres, quæ filios suos nutriendo necant & lactando mactant: Anatome illas, si sapere velent, doceret quam factò in uno, dum piæ esse volunt, sceleratæ existant: Oblati enim mihi sæpissime sunt ex iis quibus lac nimia copia fuerat exhibitum, febri continua brevi tempore extincti, quorum dum mortis immaturæ causam indagabam, omnes ita obesos & pinguedine obsessos inveni, ut vix scirem quo cultrum anatomicum adigerem; qui pueri dum fugentes perpetuo vomerent, lætabantur stolidæ matres, vulgatum illud suum identidem occinentes, Pueri qui vomunt, crescunt, vere illud quidem, lac enim ut alimenti maximi est, ita facile, quando majori copia suppeditatur, quam ut calor natus illud convertere possit in perfectam carnis substantiam, in pinguedinem abit; quæ non minus periculosum infantibus dat statum, quam adultis athletica corporis habitudo, quæ dum eadem quotidie gravatur copia, necessario in eadem incidunt incommoda Pueri, in qua ex nimia crapula adulti: Quis vitæ diuturnitatem promitteret ei qui ita se ingurgitaret quotidie, ut ter quaterve singulis diebus remitteret vomitu quæ assumpsisset? Quid, an in tenera ista ætate crapulis hæc non est multò pestilentior? nec enim calor illi tam copioso alimento digerendo sufficiens est: nec retentrix facultas satis valida, nec expultrix accommoda: Nam ut hoc etiam ex anatomica curiositate addam, Puerorum Pylorus tam arctò sigillo à natura munitur, ut si infles, eum siccare possis, quamvis inferne non occludas: quæ naturæ dispositio non videtur apta ad tantum lactis per eum dimittendum, ideoque regurgitat & infantem enecat. *Th. Kerckringius observat. Anat. 40.*

Vomitus nigricantium humorum ob Pylorum exactè clausum.

Propter Pylori pertinacem clausuram humor alij mentarius fit æruginosus, unde Vomitus periculosus sequitur, imò lethalis fit: quippe Helmontio narrante, Sectum quoddam cadaver alicujus Vomiturientis nigricantia, præter Pylorum exactè clausum, nullum aliud vitium repertum est. *Observ. Grembi Arbor. ruinosæ, & in. lib. 2. cap. 1. §. 3.*

Vomitus bilis coercitus Tertianam febrem, hinc paralyfin, post mortem invehit, ob illius in cavo Jecoris retentionem.

Quidam quotidie bilem vomebat: hæc cessat vomitio, post tertiana corripitur: hæc soluta resolvuntur partes omnes sub capite: Aperto mortui cadavere bilis prassina reperitur in cavo Jecoris &c. *Fernelius cap. 10. lib. de Febris.*

Vomitus vitio anadosicos induktus in affectione hypochondriaca laborantibus, ob Pylori angustiam.

Quidam vomitum patiebatur cum ventris tormine, Sed totum id de quo agitur hypochondriacum est: Accusatur semper ventriculus licet innocens & vicinæ lege patiens: Dioclea pylori phlogosis intelligitur, chylus adurit, talis sanguis, at natura aductionem abhorret, elixatioem admittit; hinc marcor, squallor, tabes: Nuper octo vidi ærotantes simili morbo afflictos; alimento sumpto gravis

gravis erat ventriculus, coctio talis qualis, in anadoli dolore; corpus differebatur (verbo Terentiano) dolore, noctu quies & induciae, die sequenti redundatio stomachi: assumptorum Vomitus alios per menses tres, alios per quatuor exercere: pars tegrorum emarcuit, tabuit collapsus aqualiculus, mors: Pars, at cujus minore virium dispendio morbus productus erat, afflicta quidem & lecto & morbo, Vomitus periodicus ut in cœliaci; Ventriculus quidem facit efficium, Pylorus obstructus & mesaraeum, aut oppilativa, aut attenuativa obstructione (ut loquuntur veteres Practici) per colapsum vasorum & viarum & hæc fatalis filum vitæ præcidit: Id fit in opticis nervis, unde perfecta cœcitas illæso oculo: In apertis cadaveribus eorum quos sua sorte peremerat, alias inventa Pylori inflammatione, obstructionis & angustiae causa: In aliis glandularum mesenterii durities, impendio magis & quasi callus mesenterii, aut quidam sphacelus: ut mirum non fuerit si ventriculus alimentum appetiverit, quoad potuerit coxerit res ingestas, sed vitio anadoseos, & ob vitium labemque mesenterii omnia rejeclantur vomitu, licet chylus naturæ gratiam receperit *Ballonius consilio 24. lib. 3.*

Vomitus creber in quodam qui ventriculum duplicem habebat.

In dissecto cadavere 35. annorum, creberrimis Vomitus diu vexato, invenimus ventriculum duplicem, ita ut Prior, qui œsophago continuus, ab altero, qui intestinis, manifeste distingueretur: Ille, minor altero, aut crassioris substantiæ, infinitis plicis, usque insignibus, interius exasperatus. Hic vero is omnino destituebatur, tenuis valde conditionis: In illo fibræ carnosæ plurimæ occurrerant variis generis: In hoc vix ullæ, saltem haud adeo observabiles: Locus ille, ubi duæ hæc cavitates à se invicem separabantur, interius valde angustus erat, sic ut vix digitum minimum recipere: substantia ipsa hic crassa, duraque admodum, mollioris quasi cartilaginis speciem referens: Et hæc angustiam frequentioris vomitus in hoc agrotante causam fuisse conjicio. *Gerardus Blaius p. 4. observ. med. 9.*

Vomitus ob ventriculum in cavitatem thoracis depulsus.

Henricus Buscherhoviæ Livonius, cum melancholia tentationibusque variis vexaretur, proprio gladio se confodit, infra 4. costam in thoracem adacto, & sub nona costa in tergo exeunte: quod vulnus tamen intra duos menses sanatum est: verum accidit ut post menses aliquot iterum de absurdis cogitationibus conquereretur, & postea primo aquam & quicquid cibi assumpsisset, post viridia, tandem nigra quater eaque magna copia rejiceret vomitu, eum Sudoribus frigidis & leipothymia, ac deinde post ultimum vomitum exspiraret.

Corpus apertum est, deprehensumque vulnus per Pulmones & diaphragma penetrasse, & quidem diaphragma transfossum fuisse in nervo circulo: Pulmonis nihil fere repertum est in sinistro latere confosso, cum proculdubio cum pure exierit, exigua portiuncula aderat costis adnata: ventriculus totus ascenderat in sinistram thoracis partem, & cor cum capsula de sede sua depulerat in dextrum latem, ubi & vivus ille jubebat observari cordis pulsus: cor arefactum erat, copiosa aqua citrina in capsula: omentum & pancreas totum etiam fere circa ventriculum computruerat. *Sennertus Insit. lib. 2. part. 2. capite 13.*

Filius D. N. 24. annos natus temperamento melancholicus, febrè tertiana diuturna, nunc simplici, nunc duplici per totam fere ætatem laboraverat: In mense vero Septembri, licet à paroxymis febribus liberatus esset, non satis tamen prospera valetudine fruere, ab Empirico quodam antimonium sumpsit, forte male præparatum, à quo vehementissimi vomendi conatus excitati sunt, absque ullo effectu, ita ut conatus ille irritus continuo alligens eum intra septem vel octo horas ad extrema redegerit, & circa vesperam de medio sulis tulerit.

Aperto cadavere, inventus est ventriculus in parte thoracis dextra, variis humoribus repletus: quiquidem situs præternaturalis, effecit proculdubio ut sese sufficienter dilatare ac subvertere nequiverit ad vomitum efficiendum, costarum ambitu oppressus *Lazarus Riverius Observ. Cent. 4.*

Studiosus ante decendium obstructiones quasdam fenserat, ex quibus summa ventriculi debilitas, ob denegatam excrementorum ejectionem & varia symptomata, graves singultus & insulti propemodum Vomitus exorti, quibus ita viribus fuit fractus ut in lectum conjiceretur: Remedia effectu caruerunt, quod nihil contineret ventriculus: Nocte tandem proximum diem Solis antecedente Vomitus sic affixerunt, ut per os & nares materia cruenta certatim eruperit, ipsamque præculo penitus exitu, suffocaverit.

Abdomine aperto, quam moles pinguedinis tres transversos digitos ei instrata, impedimento esset, quo minus ad consuetam ventriculi sedem, quæ est sub diaphragmate inter hepar & lienem, pervenire liceret, placuit prius aperire thoracem: vix remotum erat sternum, ubi in sinistro latere corpus quoddam glandulosum se nobis in conspectum daret, quod primo quidem intuitu pro pulmone depravato habebatur, sed mox omentum esse, ac sub eo latitare ventriculum, cunctis obtusis deprehensum est: Ad plenioris hujus præternaturalis ventriculi situs cogitationem, sejungebantur intestina à mesenterio, cum quibus ita comparatum erat, Duodenum cum portiuncula substrati pancreatis è thorace proveniens, per peculiare foramen (in sinistro latere, amplum & nervo circulo circumscriptum) diaphragma perreptabat, comque reliquis intestinis continuatum erat usque ad colon, quod ex abdomine per dictum foramen in thoracem transiens, ibidem cum omento, cui firmiter erat annexum, ventriculi fundum in duas quasi partes dividebat, ac rursus miro anfractu deorsum tendens, atque eadem via, ex eodem diaphragmatis rediens foramine, intestinum rectum, longum satis ac gracile, & conspicuis rectis transversisque præditum fibris constituebat: Hepar insolite crassitiæ ac magnitudinis, ut scilicet spatium deficienti ventriculo explet, diaphragmati erat annexum: Ipse autem ventriculus in thorace, cætera liber, inferiori parte ligamenti aliquot membranosis diaphragmati & pleuræ circa costas spurias adhererebat, superiori claviculas fere attingebat, sinistramque partem plane occupaverat, ita ut vix minime sinistri pulmonis particule locus superesset: Cor verò de sede sua in dextrum latem depulerat, & dexter Pulmo cordi cedens, sub eodem spine dorsii adjacebat: Oesophagus ad diaphragma progrediens os ventriculi nonnihil deprimebat, ut non longe à pyloro distideret: Ex seculo demum ventriculo cum annexis partibus, Lienem, qui principio nullibi apparebat, in propria capsula, quam duplicatura diaphragmatis in sinistro latere formaverat, invenimus, sanum alias sed lividum & exilem, ac per vas breve ventriculo con-

connexum, Diaphragma totum erat carnosum; postremo etiam liberum materiæ ex ventriculo patere exitum, eandemque ex intestinis, ob hiatum relaxati pylori pleno impetu remeare posse advertimus, qui cum incidere, ingens vis scaturientis materiæ exinde profudit, unde ab opere desistendum fuit. *Th. Bartholinus cent. 6. observ. 55.*

Vomitus ob sursum compulsum ventriculum ab immensi Renis sinistri tumore.

Honestæ mulier abscessum in rene sinistro per plures annos gestavit, tam immanem ut totam abdominis capacitatem impleat coæquaretque, sursum visceribus ventriculo & intestinis revulsis & coarctatis in pectus, ita ut nihil fere cibi continere posset: Pendebat autem ille abscessus libras 14. *Carolus Piso de morbis à sero sect. 2. part. 2. cap. 7.*

Vomitus ob compressum ventriculum ab intestinis flatibus & fœcibus distentis.

Tonsor quidam ex dextro hypochondrio efferri sibi quiddam conquerebatur, quod in sinistro conquiesceret, quo super ventriculi fundo transiente, cibi potusque portio regurgitans, subito per os exilliebat, veluti lagena aliqua coriacea compressa, ejus quod in ea continetur cum impetu pars quædam rejicitur: multorum imperitorum Medicorum opera usus, vehementia medicaments, ac violentissimas purgationes sustinuerat, sed cum hujusmodi remediis malum non cederet, tandem desecit.

Hujus intestinum colon, à dextro in sinistrum, & qua parte ventriculi fundo incumbit, flatu omnino distentum erat, & ab omnibus excrementis vacuum, reliqua intestina plena fœcibus: ex quorum superioribus, dum fœces descenderent, impetu quodam violento per coliam distentum ferebatur, ventriculi fundo compresso, unde factum est ut cibi potusque portio ad os subito regurgitaret. *Dodonæus observat. cap. 37.*

Vomitus ab Ileo intestino juxta Cæcum contracto.

N. Lapsus ex equo supra saxum, exinde conquestus est de tolerabili quidem inguinis dextri dolore, nec non Vomitu omnium assumptorum quartano: hunc dolorem & vomitum per trimestre parvi fecit, & lanii officio functurus frequenter equitavit: At consumptione corporis, quod antea valde carnosum & pingue, observata, adiit Empiricum, qui dedit pulverem per inferiora valde purgantem: æger tamen post omne triduum materiam acidam, & mixturæ cinetum ac cremoris hordei similem evomit, alternisque diebus solida & cineritii coloris excrementa per alvum reddidit: Ob totius marcorem & virium debilitatem lecto affixus meum petiit consilium: Huic cum alvus alternis diebus responderet, præscripsi saltem medicamenta ventriculum interne & externe robotantia. His nihil conferentibus, Vomitus continuus suspicionem movit Intestini ileum morbo quodam organico affectum fore.

Post obitum patientis diligenter in locum affectum inquirens, partem intestini, quæ cæco intestino proxima est, inveni adeo contractam, ut cavitate sua vix digitum pueri auricularem admittet; Dicta Ilei pars, ob solam contractionem angustior, longitudinem decem digitorum transversorum adæquavit, reliquum vero intestini be-

Tom. IV. Pars II.

ne compositum aut satis dilatatum comparuit. *Job. Scultetus Observat. 61. Armament. Chirurgici.*

Vomitus materiæ chylosæ, à coactione reduplicati intestini Ilei, bubonocelen sequuta.

Mulier sexagenaria, cujus domicilium in vico dæ Boule, Genevæ, gibbosa in lumbis, dissecta fuit à mag. Bailly, Chirurgo Genevensi peritissimo anno 1676. 14. mensis Novembris: præsentibus D. D. Theop. Boneto, Pompeio Diodati, Clerico & Du Commun: Biennio ante obitum eductus illi fuerat è vesica per lithotomiam, ab eodem Chirurgo, lapis ovi anserini magnitudinem æquans: Bubonocelen in dextro inguine illi ex intervallis molesta erat, quam manibus ipsa repellebat. Tandem sex ante mortem hebdomadis nulla vi ne ipsa industria Chirurgi reponi potuit, unde Vomitus ad interitum usque durans, materiæ chylosæ, pituitosæ & alimentorum, cum alvi insigni adstrictione: Injectis clysteribus tantum deiciebantur: Fallæ pleuritidi sæpe obnoxia erit & pectoris doloribus: Respiratio difficilis erat & aliquot ante excessum hebdomadis, stertorosa & anxiosa: Tandem marcore confecta obiit, nam sceleton erat pelle obductum.

Ante dissectionem consideranda fuere exteriora: Abdominis spatium à mucronata cartilagine vix erat sesquipedale: Ossa ileum, ischium & pubis ultra abdomen ad duodecim transversorum digitorum altitudinem assurgebant; Gibbositas erat insignis ad lumbos, latere dextro, sive *εκκολισις*; quam præcesserat casus: Unguis pollicis utriusque pedis adnata erant cornicula nigra, inflexa, ad longitudinem minimi digiti, arietinis similia, quæ nulla fere vi absciderunt; Aperto dein abdomine 1. Peritonæum lacerum apparuit, cujus particule ileo intestino arcte cohærebant, ut citra divulsionem separari non potuerint: 2. Hepar intra costas omnino latitabat, adeo ut hæc illud excederent, ad hypochondrium usque sinistram expositum; Per membranosos nexus diaphragmati ubique fere cohærebant; 3. Ventriculus omnia intestina cooperiebat, ad pubem usque devolutus, laxus, albicans, similis membranæ pergamenæ madidæ, extensus absque ullis rugis intus & foris apparuit; cujus vasa turgebant; aderat & macula nigra in superficie exteriori, denarii magnitudine; Intus continerebatur materiæ chylosæ, corruptæ & foetidissimæ, inibi coercitam, à quo tempore hernia retrocedere non potuit, unde Vomitus continuus, sua autem copia, quæ decem libras civiles excedebat, & pondere ventriculum usque ad ima abdominis depresserat: 4. Pancreas scirrhusum, semi-corruptum. 5. Mesenterium, in summa viscerum corruptela, nec non & 6. Lien, sat integra: 7. Cystis fellea magna, semiplena; 8. Jejunum intestinum ad trium digitorum latitudinem complicatum erat & cohærens, quod dissectum sterco durum exhibuit, cavitatem omnino opprensam, ut nequicquam elabi vel illabi posset, & hinc repetenda causa Vomitus, attrita alvi & dolorum ventris acriter urgentium. 9. Intestinum cæcum ob abscessum præcedentem crepuerat, unde scybala in cavum abdominis egressa erant; prope spinam dorsæ, è regione illius reperta: 10. Cavitas Spigelii amplissima erat, in quam intrusa manu facile erat explorare cuniculos & anfractus, colluviei viscosorum humorum latebras; de qua vide Riolanum in Anthropogr. 11. Ren dexter naturalis erat, cavitas tamen in ureterem hians, ampla, ut quæ digitum medium exciperet; 12. Sinister pene consumptus;

Ccc vix

vix nucleam juglandem æquans, cujus superstes fo-
la membrana, sed sat crassa, à quo cuticula levi di-
gitorum attractato abscedebat: hinc verisimile est
præcessisse abscessum, ob quem parenchyma in sa-
niam effasum fuerit; Cavitas autem cui inferitur
ureter, aded ampla, ut duos digitos conjun-
ctos admitteret: atque in eo originem habuit cal-
culus insignis, è vesica eductus: 13. vesica erat par-
va, nihil p. n. continens, manis tamen: 14. Uterus
contractus, parvus, quamvis peperisset; cartilagineæ
duritiei, quam novacula sine hebetudine dividere
non potuit; cavitas vix pisi capax: 15. Pelvis ex-
cipiens concava, profunda: 16. Spina dorsi mire
inflexa, contorta, ad interiora compulsa; cujus ul-
tima vertebra à prima lumborum, citra tamen me-
dullæ læsionem, notabiliter discesserat: In medio
ventre, 17. Pulmones exterius nigricantes, nhe-
rosi & maculati erant, colubri pellem referentes,
exsucco & scirrhosis referti; In extrema tamen su-
peficie ab impresso digito foveam retinantes. Dia-
phragmati undique per fibras densas erant adnati;
lobus dexter costis adhærebat: 18. Ad extre-
mum lobi sinistri appensa erat vesica flatu turgida,
magis radine nucis juglandis, sed oblongiusculæ,
tenuis, piscium vesicis omnino similis: 19. Me-
diastini cavitas ampla erat, mire diducta, procul-
dubio à flatibus expansa unde pectoris doloribus
crebro tentabatur, 20. Multa quoque spatia ina-
nia inter costas & pleuram deprehendebantur,
flatuum inibi conclusorum soboles, hinc pleuritidi
spuræ obnoxia erat. 21. In pericardio paucissi-
mus humor, cujus apex septo affixum erat: 22.
Cor non multum strigosum & corrugatum, quan-
quam causæ inanientes adessent efficaces: 23. Pau-
cissimus cruor in vasis tam iniquam medii ventris:
24. Quis collum extraordinarie tumebat, aperiri
jussi, in quo deprehensa bronchonele, quæ dis-
secta ostendit glandulam oblongam, primo intuitu
musculosam carnem referentem, sed admotis prop-
rius oculis granulata erat, humoris omnino experte,
ovi aserinimagnitudine, sed longiusculi, in latere
dextro, sed minor in sinistro. *Clariss. Theophilus
Bonetus, in Sepulchreio.*

*Vomitus à relaxata valvula Ilei intestini ex-
tremo inserta.*

In muliere hydropica, præ nimio madore, uti
reliqua exta, sic quoque acquisiverat valvula
intestinalis tantam molliem, ut vix potuerit mani-
bus tractari, nedum illud officium corpori facere cui
ipsam destinaverat sollicita ac provida natura. *N. Tul-
pius lib. 3. observ. med. cap. 21.*

*Vomitus excitatus à vitiosa Pori choledachi
insertione.*

Secundo Comitem Ausimondianum, offendimus
Potum choledochum, alias in ecphylin se exone-
rantem, proxime pylorum egressum habuisse? ita
ut non minus ventriculo quam intestinis bilem
transmitteret: Quæ causa illi fuit quod sæpius
nausearet vomeretque. *Barth. Cabrollius Observat.
Anatom. 6.*

Vomitus bilis à ruptione Vesicæ fellis.

Accidit aliquando ruptio vesicæ fellis, ut obser-
vatum est hoc sæculo in Nobili quodam, qui diu-
turno bilis vomitu vexatus est: Causaque, nempe
ruptio vesicæ fellis, post obitum, sectione satis pa-
uit. *G. Bertinus Med. lib. 12. cap. 14.*

*Vomitus ciborum à calculis in vesica fellia
& meatu choledocho.*

§. 1. Bononiæ Præceos Medicinæ ordinarius
Professor quidam, nomine Beatus, habuit matrem
Sexagenariam, quæ cum diutissime regio morbo la-
borasset, & continuo ciborum Vomitu extructa
fuisset, tandem mortua est.

In eius vesica fellia multi reperti sunt calculi,
Et in meatu à vesica bilis ad duodenum, magnus,
quæcum meatum undèquaque obstruxerat. *Volcherus
Cotter Libello Observat. Anat. & Chirurg.*

§. 2. Coniux cujusdam Illustrissimi viri cum fl-
deret variis remediis consulere sterilitati, nihil ef-
fecit, sed postus valetudinem gravius afflixit, atque
in Vomitu biliosum qui illi fuit permolestus &
quali continuus incidit: Tandem in magnis frige-
ribus longinquum iter suscipere coacta, picuriade
correpta obiit.

Aperio corpore, reperta vesicula fellis intus ex-
tensa, plane obstructa, propter lapides, numero
decem, satis grandes, referentes exacte figuram
glandis faginæ: Apparet bilem in ventriculo re-
gurgitante, ac istius vomitus causam fuisse. *Ex obser-
vat. Joachimi Camerarii.*

*Vomitus ab adhesionibus Jecoris putridi cum
diaphragmate.*

Dominus Vigneron per sex hebdomadas labora-
vit, & de stomacho tantum conqueebatur: Sentie-
bat pondus quoddam & Vomebat saepe.

Aperto cadavere. Hepar superiore parte adhæ-
rebat diaphragmati, Et ipsam hepatis putre erat. *Bal-
lonius consil. 43. lib. 1. in Annotat.*

*Vomitus lactis in infante, ab Hepatis ulcere
excitatus.*

Hepati infantis bimuli, fervidioris crasis, innas-
citur ulcus ex acriorum *diversis* oriundum, quod icho-
rem in ventriculum regurgitabat, quem ventriculus
quamprimum excipiebat, Evomit, Infans vero qui
lac maternum & vaccinum ante erodentis liquoris
accessum optime concoxerat, postmodum ejusdem
coagulatum, ad magnitudinem pisorum congloba-
tum, & ad duritiem fere topiorum percoctum, per
secessum deposuit: butyrosam ejus substantiam pu-
ri commixtam per superiora regurgitatum conspexit.
Bennetus Theatri Tabidorum Exere. 26.

Vomitus puris ab Hepatis abscessu manantis.

Vir quidam Lutetiæ anno 1587. cum hepatis abs-
cessu diu laborasset, & puris magnam copiam Vo-
mitu rejecisset, tandem extinctus.

Cujus corpore aperto reperitæ fuere venæ usque ad
tibiæ pure referatæ, & sinister testiculus putridus.
Ex observat. Gaspari Baubini.

Vomitus ob Hepatis gangrænam.

Nobilis quidam Romanus cepit primo maximam
sanguinis quantitatem sine tussi, cum multa piquita
per os rejicere (exercebat autem artem distillato-
riam & continuè igni assistebat) Hanc sanguinis re-
jectionem subsequutus est cibi & potus appetitus
valde insignis (erat autem stomacho valde sensili)
cibum tamen cradum, cum multa piquita vitrea post
octo horas ab assumptione, aliquando per os, ali-
quando per alvum rejecit: urinis toto morbi tempo-
re, &

re, & tribus adhuc ante mortem horis, laudatissima Medici in consilium adhibiti, quia sanguinis rejectio statim eo die cessaverat, de ea non multum solliciti, curam ad ventriculum converterunt, existimantes ejusdem frigiditatem hanc appetentiam causare, quare eum roborarunt, & medicamenta calida simulque adstringentia præscripserunt, à quibus omnino nihil adjutus fuit. Tandem misere spiritum trahens obiit.

Secundo cadavere, Jecur gangræna penitus corruptum & putrefactum repertum: suspicabantur nonnulli calore venæ in Hepate disruptam, quod frequenter igni adstrisset: admirabantur tamen, quomodo jecore tam insigniter læso urinæ bonæ apparuissent. *Jeremias Martius observ. 7.*

Vomitus ob Hepar ventriculo adnatum, & materiam nigram in hoc contentam.

Sartor quidam annor. circiter 30. cum ab anno ætatis 12. fere valetudinarius fuisset, per intervalla certa Vomitionibus biliosis divexatus, torminibus (ita ut colicum dolorem non solum ego sed & alii exstimatorum) constipatione alvi summa, dolore ventriculi, præsertim post sumptum cibum, (valde enim vorax erat) corpore macilento, facie ut plurimum flavescente, plurimorum consilio usque, meo etiam per annos tres, qui me movente anno 83. ad thermas Piumbarias se contulit, post quarum usum pene annum commode habuit. Mensibus tribus ante mortem sanguinem purum copiosissimum per vomitum rejectit: Dein rursus consuetis torminibus correptus, accedente vomitu materie nigræ, ut qui per multos dies rejectit singulo mane ad dimidiam mensuram, & tantundem vesperi aquæ nigerrimæ: Ischuria etiam postremo morbo laboravit, Alvus cum potenter esset constipata, clysteris ipsam uti voluit, qui similem materiam eduxere, frequentibus etiam leptoymis divexabatur: Vomitu remittente, sensim venter intumescere cœpit, plus minus dies 8. ante mortem.

Post mortem apertus à me fuit, In abdominis capacitate copiosa aqua nigra reperta, similis ei quæ per vomitum fuerat rejecta. Hepatis majoris lobi dextri, forte sexta pars, in ipso erat ventriculo, ita ut superior & exterior ventriculi pars hepatis esset extrinsecus adnata, sic etiam inferior & posterior ventriculi pars, quæ dorsum spectat, ipsi Hepati accreverat; ita ut Hepatis ea pars ad latitudinem duorum circiter digitorum in ipso ventriculo esset, & à duabus ventriculi partibus contineretur: Superior tamen ventriculi pars à statu naturali non recesserat. nec adeo firmiter hepatis adhærebatur, sed inferior ab ipso hepatis parenchymate, absque hepatis dilaceratione separari non potuit, hepatis verò pars ea quæ à ventriculo continebatur, foveam quandam acquisiverat, ita ut substantia ea hepatis cartilaginis instar dura fuerit; In ipso autem ventriculo continebatur, ad mensuram unam, materia nigerrima pulvis instar: Hepatis reliqua pars satis commode habebat, splenem item, reliquaque viscera in abdomine contenta, sana erant. In thorace ipsius magnam aquæ rubentis copiam reperi: Credo ego naturalem fuisse illam accretionem & in utero materno acquisitam: Mater enim ipsa dum utero gestaret corpore semper inclinato sedit, necricis muneris fungens, *Observatio Gaspar. Baubini.*

Vomitus ob ventriculum parte superiore scirrhum, lividum in fundo, Epiploon scirrhum, crassum, &c.

Die 15. Octobr. 1638. Dom. Enguarran, tem. Tom. IV. Pars II.

peramento melancholico & adusto præditus, incidit in Vomitum contumacissimum sine causa manifesta; quo multa pituitosa, viscida, & mucilaginosa excrenebat cum multo conatu: status etiam multos erudabat ab assumpto jusculo: Ab aliis Medicis multa incassum ulorata fuere remedia per duos menses; Et lac exhibitum, quia suspicio erat ulceris ventriculi: Theriaca etiam frequenter, ob venæ assumpti metum: Ego vocatus inveni hypochondria valde tensa, præcipue sinistram, pulsam satis firmam, licet æger admodum esset debilis quoad vires animales. Conjeci humores fluere ab hypochondriis, & vomitum illum esse speciem affectionis hypochondriacæ: vesperi ipsi exhibentur laudani gr. ii. & tota nocte non vomuit, sed placide quievit. Sequenti die missus sanguis ad 3vi. valde adustus, vomuit bis aut ter ea die: præscriptus fuit socus emolliens & apperrens pro hypochondriis; 3. die datus pulvis ex rheo, myrobal. citr. spodio & mastiche, quem revomit, nec postmodum uti voluit remediis.

Post mensem interiit & aperto cadavere inventum est Epiploon crassum, scirrhum & contractum, ut hepar prima fronte referret, ejusque crassitiem adæquaret: ventriculus lividus in fundo, tenuis, parte vero superiori scirrhus, intestina livida; lien beæ se habebat. Humores melancholici in omento acervabantur & inde in ventriculum refluebant. *Laz. Riverius cent. 2. obs. 48.*

Vomitus à flacciditate & extenuatione orificiū ventriculi, cum Lienis scirrho Hepate vitiato, &c.

In Anatomia Sereniss. Principis Apoplectici 42 Aprilis 1652. observata sunt sequentia, Cutis per universum corpus ab humoribus serosis distenta: Epidermis separari facilis, vesicis multis prægnans & turgida, musculi lividi & nigricantes, Abdomen totum flatibus tumidum: Ventriculus laxatus, extenuatus & extensus in tantum ut nullum extiterit fibrarum vestigium, tonicarumve discrimen: Orificium superius flaccidum plane, ob quas causas tantam nauseam & Vomitus passus est, Hepar coloris plumbei totumque ichorosum: Vesicula bilis grandior, tuncis duabus bilis referta: Lien atro carbone nigrior & durus plus justo: Cor minus atque coloris fusci: Arteria venosa & aorta nigro humore. (qualem Princeps in lingua & faucibus per aliquot tempus magna cum difficultate habuerat) repleta; Pulmones flaccidi & purulenti: Cerebrum magnum & grande, sero & pituita plusquam refertum maxime in ventriculis.

De nigra illa materia, atramento non abssimili sum. J. Daniel Horstius Observat. Anatom. 3.

Vomitus pituitæ, bilis & melancholiæ, à tenuitate membranarum ventriculi, pori choledochi, vasis brevis obstructione, & Hepatis, Pancreatis duritie, &c. choledochi pori in ventriculum insertione.

Fatalis morbi quo Ferdinandus III. Romanorum Imperator, &c. 2. Aprilis anni 1651. est extinctus Relatio. Ferdinandus III. Græci anno 1608. die 13. Julii natus, quamvis ingenii vires summo Principe dignas, attamen infirmam nactus est corporis; præsertim pedum constitutionem, plerisque Austriæ Archiducibus familiarem; Quo quidem factum
Ccc 2 sum

ciunt ut crebris artuum doloribus, hoc est, chingra & podagra à quinquennio adeo enervatus, ac tandem usu pedum omnino privatus, vitam sedentariam ducere cogeretur, & quidem tendines utramque genu isvellentes penitus contracti fuerint, nec recto ullo modo in rectum extendere, vel infidem inillere potuerit: hoc ipso insuper citra omnem corporis motum, quo calor ventilari, ciborum concoctiones promoveri, humores superflui liquefieri: & phlegma ad ventriculi fundam demitti debuissent, magnam cruditatem colluviem contraxit, qua subinde ventriculum irritans, Vomitu fuit rejecta, vel ad secundæ coctionis viscera præcipitata, contumaces, jecoris præsertim, lienis & mesenterii obstructions induxit: Et cum vitium primæ coctionis non emenderetur in secunda, copiosa humorum collectione calor viscerum obrutus, adeoque his devincentis impat, flatu, borborismus & abdominis murmura succitavit, qui non solum deorsum, sed etiam sursum violenter erumpentes, crebros caularunt ructus. Frustrata hoc modo utraque concoctione, sanguis corpori aliando admodum ineptus fuit generis, cujus sæx crassior, propter splenici & mesenterici rami opilationem, per vas breve in lienem ingredi prohibita, partim deorsum ad venas hæmorrhoidales profluens, in illarum exitu hyperærotes & fistulam perpetuam sanie madentem produxit, partim per supernum ventriculi orificium, in illius cavitatem protrusa, sed insuper ob choledochi obstructionem ad intestina delabi prohibita, in ventriculum regurgitavit, vel subtiliori sui parte in habitum corporis diffusa, faciem potissimum pallido & colore subfusco infecit. His omnibus corporis indispositionibus accesserunt assidue & gravissimæ animi curæ, quæ modicum sanguinem ad cor attrahebant & spiritus infitos dissipabant, caloremque nativum sensum extinguiebant: Ea de causa jam à tribus annis non fuissem ausi venam aperire, ne subito omni humido, vitæque thesauris evacuato, appropinquantem vitæ terminum abbreviarem: Observavimus enim, & potissimum in reditu à Bohemia in Austriam, etiam optima victus ratione, è cibis optimi succi & facilissime coctionis instituta, paulatim non tam corporis quam ingenii vires magis magisque debilitari, somnolentum & letum reddi, ut nisi summa urgeret Consiliarios interpellantes, addendi necessitas interdum præ totius corporis lassitudine, lecto decumbere cogere; Caloris denique exiguitatem demonstrabant nobis urinæ tenues, assumpto potu duplo aut triplo copiosiores, aliquot etiam septimanis lactescentes & penitus inodore, omni fædine seri carentes; postea subito ob sibi nativitatem, à gaudio concepto, residuo nimirum calore resuscitato, melius colorate, sed absque omni æreoremate vel sedimento; ut pote quibus nihil humorum, coctione & separatione nondum inchoata, nec falsum sanguinis excrementum urinæ permiscebatur, Tandem cum S. Martii à venatione demum redisset, pejus habere coepit, ac 10. ejusdem mensis humoris melancholici fecem copioso phlegmati permistam, (uti præteritis annis aliquoties) vomitus rejecit, simulque hæmorrhoidum fluxus, ut & ibidem fistula, sanie profundere cessavit & exsavit, Vomitus item nullis, antea sæpius expertis remediis, potuit inhiberi. Accessit ad humorum anacatharsis etiam bilis in ventriculum effusio, quæ acrimonia sua ardorem in stomacho causabat, & superius orificium rodendo ad vomitum cogebat, quem suo more digitis in fauces immisisse procurabat, è cujus evacuatione per breve temporis spatium se melius habere referebat, donec novo bilis & humoris melancholici (non tamen attractæ) in ventriculum fieret regurgitatio, quæ membranas vellicando Singultum quasi continuam exci-

tabat, & ardore suo ad novum vomitum urgebat, & licet remedia, aliàs sibi efficacissima, promptissime intus & foris admitteret, eorumdemque usu per horam unam aut alteram vires recipere videretur, nihilominus paulo post ob nativi caloris decrementum, sensibus externis paulatim deficientibus, in deterius relabatur: Ultimo igitur Martii, post copiosum humorum vomitum, se ad imminuentem vitæ terminum disposuit, & Exemologesi expiatus, Viatico salutis etiam rite suscepto, Paichatis Dominicam inter, continuas presces quietam transegit: Sacro demum oleo unctus, die 2. April. anno scilicet climaterico, quem aliquoties sibi fatalem prænuntiabat, omnis febris ac doloris expertus, post quartam horam matutinam coloris nativi defectu, sub ipsa ante lectum sacrificantis Præbyteri benedictione, placidissime animam Deo reddens exspiravit.

Sequenti aurora corpus exanime, balsamicis linimentis condiendum, adstantibus aliquot pientissimè defuncti Cæsaris Consiliariis, fuit evisceratum. In quo cerebrum cæteram penitus salvum, præter humorem aquosum, qui duræ meningi copiosus infusus somnolentiam ultimis mensibus ei causavit. Dextrum genu discissum calcis tophos, sinister talus acie serum in se continebat, utriusque pedis motum impediens. Tendines adeo contracti & rigidi ut in rectum extendi non potuerint: De reliquo, sæpe quali excarnes, prout etiam brachia, nutrimento destituta, fuerunt ad maciem extenuata: Ventriculus, tametsi pridie mortis sex biliosi & melancholici humoris libras vomitu rejecerat, attamen ejusdem excrementi (puta corrupti & ad ventriculum sanguinis affluenti, unde in venis nullus sanguis reliquus) libras duas in se continebat, cujus acrimonia fuit tanta, ut casu aliquot guttule in argenteam pelvim deciduæ, acrimonia sua, non secus ac aqua vitriolata, metalli nitorem alieno colore macularit: Cæterum ventriculi tunica, tam circa pylorum quam orificium superius, & per totam stomachi membranam, instar subtilioris chartæ erant extenuatæ: Vas breve ante lienem ingressum sua sæpe obstructum. Lien admodum parvus & per totum intus & extra rubicundus. Pancreas nigerrimum & quasi indoratum. Hepar in dextro lobo jam scirrhum. In cystis fellea nec una quidem fellis guttula, quamvis diligenter inspecta: Choledochus ad intestina directus, induratus & obstructus alter ventriculo insertus ut & Vas breve per amplius. Pulmo totus utriusque humoris melancholici & biliosi iunctura denigratus, dextra parte membranæ costas succingenti agglutinatus, musculis intercostalibus jam corruptis ac digito prementi perviis, Cor vero & reliqua nullo vitio laborabant. Unum est notabile, quod omnes demirati sunt, Tametsi nulla præcesserit per triennium venæ sectio vel alia sanguinis vacuatio (præter eam cruoris partem quam hæmorrhoides stillabant) quantumvis Portæ & cavæ venarum truncus studiose dissectari jussimus; intus tamen & in vasis, & ipsius cordis sinibus, ne quidem libram dimidiam sanguinis potuimus exhaurire. Adeo ut omnium Heroam memoria dignissimus Imperator, ex defectu convenientis chyli, & caloris innati paupertate, congruam sanguinis nutriendo corpori & vitæ sustentandæ quantitatem conficere non potuerit, idcircoque horum defectu præmature nimium obire debuerit. *Hæserus, Hercules Medici lib. 3. cap. 3.*

Vomitus ob Pancreas scirrhum.

§. 1. Pancreas aliquando in scirrhum & cartilagineam

gineam duritiem facessit, ut Mantuæ in filio Marchionis cujusdam. Ab eo si comprimitur vas breve, humor melancholicus in ventriculum & intestina remeat: Hinc Vomitus & dejectio nigra. Ex eo quoque gangræna, ut famulo mensarii Bononiensis *Joh. Rhodius cent. 2. Observ. 97.*

§. 2. Verola quædam Vomitum quotidianum post prandium & cœnam patiens, in atrophiam incidens, tandem mortuus est.

Sectio cadavere Pancreas ita durum inventum fuit ut lapidem æmularetur. Ob hanc causam vomitus oboriebatur: cum enim Pancreas sit ventriculi pulvinar, ventriculus concoctionem ob ipsius duritiem celebrare non poterat, sed indignatum omne quod accipiebat, rejiciebat. *Dom. Panarolus Observ. 44.*

Vomitus à corruptione & sphacelo Pancreatis.

Sartor quidam nihil retinebat assumptorum alimentorum potuumve: Evomebat verò continuo pituitam vel lympham quandam crassam: usus sum propter affectus violentiam, urgentemque necessitatem, omnis generis, medicamentis, tam internis quam externis, sed evanido eventu, brevi enim periit.

Aperro cadavere reperi Pancreas totum corruptum, imo sphacelatum. *P. Barbeue Prax. lib. 4. cap. 2.*

Anatome viri fumo Tabaci abutentis, indeque Vomitu continuo fatigati, cujus caput & ventriculus sine labe inventa sunt.

Serenissim. Dux Bavarie cujusdam Consilarii sui Tabaco abutentis, & Vomitu continuo tandem extincti caput per anatomiam explorari mandavit, quod una cum cerebro & membranis factum testum, sine omni noxa inventum est: Nihilominus pro causa continui vomitus & mortis, statui potuit abusus Tabaci, vi cujus nimium pituitæ ad ventriculum transit, quæ vel copia & frigiditate eum tandem enervavit, vel malam qualitatem & corruptelam per moram inducens, vicina membra, & ipsum adeo ventriculum in commune malum traxit. *Wolf. Hæstus, Hæculis med. lib. 1. cap. 5.*

Vomitus ortus ob ingentem vomicam in Pulmone.

Stertor suppuratum Pulmonem cum multitudine puris non semper sequitur: Vidimus mulierem Arelate, quæ quibusdam ante mortem annis Vomitu solabar per intervalla rejicere magnum puris copiam, cum defectione animi, vocis privatione & gravibus aliis symptomatis, quibus levabatur à vomitu.

† Mortua & dissecta, vomica ingens in Pulmone reperta est, cum tamen stertor non apparuisset, non enim sit, nisi in bronchiis, aëris conceptaculis, materia serveat. *Jacotius comment. 1. ad aphor. 18. lib. 1. Coar. Hippocr.*

In canis, Nausea & mictione cruenta laborantis, vesicæ orificio & interiore cavitate glandula reperta: In Liene tubercula, & Remibus pustula.

Canis erat ejus habitus, qualis ad capiendos lepores adhaesit, sed multo minoris, ut ideo in gynæceo aleretur, Is sæpissime & ad quemvis motum vomituriebat, sed nihil nisi mucum quandoque expuebat: crebroque cruenta mingebat, collo insuper

Tom. IV. Pars II.

tumefacto & strumoso apparente.

Fastidia hæc cum forte amplius tæderet, imo & in causas istorum symptomatum inquirere luberet, animal vivum dissectabatur, ubi postice arteriæ asperæ utrinque duæ glandulæ, ovi gallinacei minoris magnitudine adnatæ comparebant: In vesicæ autem orificio, ipsaque interiore cavitate, tales quoque glandulæ accreverant, quæ omnes cruento & saculento quodam succo refertæ erant, quod profecto nemo vivente adhuc animali conjecisset: Lien quoque tuberculis quibusdam cruentis intus aspersus erat, & renes paucis pustulis, unde nutritionis errorem præsumo. *Johannes Dolæus in miscellan. cur. ann. 1674. 75. & 76. p. 94.*

Anatome Ancillæ Altemburgensis quæ bufones vomuerat.

Annò 1662. Mense Februariò in Xenodochiò Altemburgensi mortua est Catharina illa Geileris, quæ annis retrò quasi viginti bufones non paucos, similique saburræ pluriman colluviem vomitu rejecerat, quemadmodum pluribus videre est in stupendâ historia, quam vix Comparandus nostræ ætatis Medicus & Anatomicus Dom. Dom. Bartholinus Centuriis suis Historiarum Rariorum Anatomicarum inseruit.

Cum vero allegata historia, quæ dictæ Catharinæ ab Anno 1647. usque ad annum 1658. contigerunt, tantum referat, hic reliquum Vitæ suæ statum morbosum, fatum & Anatomiam enarrare operæ pretium existimamus.

Permanserat Ancilla ab illo tempore quasi semper in eodem statu, scilicet, affligebatur continuo Pedum insigni tumore, unde non raro cutis findebatur ac serum exillabat, macie reliquum corpus occupante. Subinde atrocissimos dolores circa stomachi regionem perpetiebatur, ut credere se ibi loci è vivo animali veluti acutissimis unguibus lancinari, nullum tamen hætenus unquam sive animal sive vermem, aut particulam horum vel vomitu vel secessu rejecit.

Vinum aliquandiu bibebat cum juramento, nam jussu Serenissimæ Principis Altemburgicæ id ipsi certâ mensura porrigebatur, tandem idem aversabatur, quemadmodum, & jam pridem omnem cerevisiam; & ex cibis, carnes, melius potum cerevisiæ, secundariæ, optimè lactis & aquæ ferebat. De doloribus, duritie & pondere dextri lateris serè semper conquerebatur; quoties noctu supina dormiret, toties largissimas eruptiones Sanguinis è faucibus experiebatur, aliquando citra sensum, ut hinc periculum suffocationis immineret, (Habeo hæc ex ore ipsius ægræ, quam curiositatis causa anno 1659. mense Julio invisebam;) atque hisce præcipuè ærumnis vexabatur, donec tandem supervenientibus vomitibus, quæ cum fetore molestissimo nonnullas feces intestinales explodebant, diem suum miserè obiret.

Accidit ut eo ipso tempore apud Exc. Dn. D. Christophorum Ausfeld. Archiatrum & Physicum Altemburgensem, Medicum & Chemicum, ipsa teste Invidia, ob exquisitum ingenium ac judicium raræ Prudentiæ, Præceptorem paulo ante meum & deinde Factorem dum vivam venerandum, diverteret; Cum itaque Ancillæ mors indicaretur eidem prælaudato Duo Hospiti, Auctor is mihi fuit, ut cadaver secarem ejusque viscera, quoad liceret, scrutaret, quanquam ipse, propter, alia negotia apud Serenissimam tunc sine mora obienda, sectioni interesse minime posset. Equidem lubentissimè negotium in me suscipiens, ad sectionem propèro: dies enim

ccc 3 jam

jam agebatur tertia; ex quo vitam sinierat ancilla, & ne socio destitueret, ad discipulo Serenissimæ Principis Chirurgen, Joh. Hilscher, virum industrium ac curiosum, nec artis suæ vulgariter gnarum. Uterque mox in Xenodochium recepti, ad sectionem, quantum loci commoditas non satis commoda permittebat, disponimus cadaver, immò vero sceleton sola cute indutum, ubi procius duo apparent Tumores mediocrem hucem juglandem vix æquantes, quorum alter in sinistro latere in infimis lumbis, alter pubertenus eruperat, hic verò paulo ante obitum sponte sua crepans in ulcus degeneraverat. Aperto jam Abdomine ventriculus & intestina primo lustrabantur: Ille quasi omnino vacuus erat, ac saltem duo circiter cochlearia liquoris limpidi continebat; Hæc, dum à Mesenterio omni pinguedine destituta separarentur, in Iléo ipsos tres Nodos, singulos dimidii digiti longitudinem æquantes, & nonnulla intercapedine à se distantes, exhibebant, qui accuratius perlustrati erant Duplicaturæ intestini in se retracti, quæ licet levi tractu tensæ, non difficulter ex se recedebant, nihilominus, quantum fieri potuit, diligenter cavebatur, ne duplicaturæ illæ in separatione à Mesenterio disolverentur, sed potius in suo situ conservarentur, donec experiri liceret, an aliquid per hæc stricturas transire posset. Infusa ergo deinceps est Aqua, & deprehensum illum quidem non penitus præcludi, verumtamen veluti guttatim saltem transmitti. Post hæc hi Nodi evaginabantur, & intestina omnia aquâ eluebantur, cum qua perpauca, parva & dura excrementa, & quatuor Lumbrici perexiles exturbabantur. Jam Epati manus injiciebantur, quod solito nonnihil grandius maximam partem ventriculi premebat; in ejus media sima parte conspiebatur macula alba, circumferentia Thalerum æquans, adpectu adipi, Cordi adnasci solitæ, tactu cartilagini molliori similis, quæ totum parenchyma penetrabat, & in cava parte amplius spatium occupabat. Hanc slipabant plures aliæ minores maculæ in utraque superficie, quarum internæ crebriores & latiores externis existerant. Dissectum per medium Viscus, intrinsecus quasi totum, per sui latitudinem, album, & durum apparebat, vasa cuncta habebat, sed veluti in crucis formam conformata, pressa manu liquorem album crassum & veluti saniosum reddebant; Albedo vero illa versus utramvis extremitatem sensim remittebat, rubore naturali ibi conservato. Ipsum Parenchyma ad minimum 4. libras civiles (nam justum pondus ad manus non erat, quo exacte trutinare posset) pendebat. Cætera accuratius perquirere incommoditas loci & temporis, immò & foetor cadaveris minime permittit.

Scholion.) Sub initium hujus Anni 1670. Epistolarum Medico-Philologicarum D. Thom. Reinesii, sarrago posthuma, semicenturiam non valde excedens, edita est, in quarum 39. p. 20. supra nominatæ Catharinæ historiam laudatus modo Medicus Criticus, recenset, sed paulo aliter quam illa olim Excellent. Dom. D. Bartholino communicata fuit. Minime ergo tædiosum fore L. B. puto, si inde quædam carptim, hoc est, quoad hæc ab illa relatione discrepare videtur, vel hæc illius defectum supplere potest, huc transcripsero, sedulo præcavendo animum ullius fidem quoquo modo subjektam reddere volentem.

Apud Bartholin. c. 4. obs. 19. p. 255. refertur, Ancillam fuisse Temperamento Cholericæ & sanguineæ.

B. p. 256. Menses interea suppressi:

Reinesius p. 70. Corpulentam Ægram & Colore florido dicit.

R. p. 71. Feras se enixas esse ferebat, sed delusam arguit hoc quod semper (ad 12. Julii anni 1647.) juxta muliebria processerint, id quod ex ipsa, pri-

mo ad eam ingressu, quæsieram &c. & p. 72. ex absentia symptomatum signorumque male affecti (uteri) & mensuris semper (usque ad 11. April. anni 1648.) ritè fluentibus, uti ad me fatebatur, progressis colligere potui. &c.

B. p. 256. post biennium. R. p. 70. Postquam vere anni præteriti varios in abdomine dolores lancinatorios, insolentes in eodem motus & inflationes sensisset, (eadem symptomata, uti & fastidium quorumcumque potulentorum, insanum verò appetitum aquarum & lactis à quinquennio Veris Mensibus se experiri, & vomitibus vehementissimis affligi, refert ipsa) &c.

B. p. 256. 25. Jun. suasu Chirurgi ad sudorem se compositura in Aqua Fumaricæ parum Michridatu sumpsit, unde post bihorium gravissimas anxietates &c. Bufonem magnum duosque parvos, cum duobus lacertis viridibus per os rejecit &c.

R. p. 70. 23. Junii Anni 1647. nescio cujus consilio adsumpta Theriaca balneum ingressa, nocte insequente ingravescentibus doloribus post jestigationem multam, sudores frigidos, amputationem vocis, & alia suffocatis ex Utero, vel alioqui Ventriculo graviter laborantibus familiaria, evomuit 26. Jun. bufones duos majores (*die grosse hat ein und ein halb Quentlein gevogen.*) quatuor minimos magnitudine. Fuci majoris, & lacertas duas exiguas, auricularis digiti longitudine, crassitudine scriptorii calami, vivas omnes, &c. Præmissis Clystere exhibui Pilulas (ibi descriptas,) dici vix potest quanta sortium visu & odore peregrinatum, viridium, luridarum, maculosarum, viscidarum copia ex intervallo secesserit. Ægrotæ interim ad omnia bene habere, reverti appetitus &c.

B. p. 257. die 12. Julii unus prægrandis, & duo parvi bufones mortui expulsi essent.

R. p. 70. die 12. Julii sentire se hypochondrio pondus quasi quoddam aiebat, accedebant tormina & motiones impetuosæ cum summa anxietate & inquietudine, donec ad mictum urgeretur, quo conatu secessit bufo minor & post bihorium majori comite minimo quodam, mortuus. Hæc feras ipsa è pudentis produisse & enixa se esse ferebat. (*die grosse hat 3. Loth wveniger 1. Quentl gevogen*) sed delusam, &c.

B. p. 257. D. Thomas Reinesius cum Claudero tentavit necessaria remediorum genera, sed tota illa æstate nullum amplius insectum observavit. &c.

R. ibid. ex præscripto jussi pergere uti coeperat. 18. Julii ingruere vomitus aquarum lutulentarum, crassarum, lentarum, citrinarum, summe fatentium; urinæ etiam similes mingebantur cum sedimento farinaceo copiosissimo, ipsa viribus admodum dejectis; nihilominus perrexi adhibitis etiam subinde analepticis ægram refeci.

XXVIII. Julii post noctem prægressam gravissimam, cum consuetis lordibus (quæ interea ad mensuras 30. secesserant) massam albam è luteo, fibrosam, corruptam, foetidam punctulis lucentibus; velut oculis, interstinctam dejecit; similemque ad usum extracti Alhand. & Theriac. per quadriduum (exhibiti) 9. Augusti. Ab eo tempore paulatim convalevit, consuetos cibos potusque adpetiit, lacte tamen & aquis semper delectata est, & nonnunquam usa, autumnum hiememque sine notabili offensa peregit.

B. p. 258. Anno 1648. mense Martio denuo quæsi sursum repentia animalia sensit &c.

R. die 24. Martii (Anni puta 1648.) proximè de familiaribus in abdomine rofionibus & turbis, ventris duritie, & inflatione, appetitu dejecto, corporis inositata gravedine, pigritie & ad motum citiorem ineptitudine, cum insomniis turbulentis & dyspnoea

dyspnœa molesta ad me ventitans querebatur: suspicatus quod erat sine cunctatione, exhibui ei mane sumendam massam Pilularum à Marocoffin. Mindereri succo absinthii imprægn. extr. Panchymag. & tr. alhand. vespere vero bolum è pulv. Dictamn. Cret. Contrayerva excepto theriaca formatum; Dejecit fordes instar gelatinæ consistentes, virides, viscidas, cum aquis viridibus foetidissimis, & cum usu horum per quadratum continuasset, 29. Martii post tormina atrocita excrevit ranam mucò plurimo involutam, cum tribus lacertulis & quarto dimidiato, vivam; subinde in aquis suis cooxantem & effusis aquis in tina saltantem: ea in sextum diem in aquis suis vixit. Die Jovis ægrota satis hilaris erat: jussi igitur pergere, Die Mercurii, 4. Aprilis, evomuit ranas virides majores duas, vivas, & 11. Aprilis bufonem grandem, turgidum, cum acutissimis unguiculis, mortuum, alvo exclusit. Referebat soror per horas sex enixu conatam fuisse feram excludere, sed non voluisse, donec ipsa manum admoveret & extraheret. Nihil post hanc excretionem, vivorum animalium, cum copiosissimæ per dies plurimos, prioribus similes, contingerent evacuationes, secessit præterea, etsi per mensis ferè spatium aloëticis cum summa *inopia* ureretur & biberet aquam Salviæ aceto scillitico temperatam. Vivit autem hodie valetque, ne minimum quidem morbo indicium præ se ferens; &c.

Hactenus Dn. D. Reinesius curæ solum præfuisse videtur, quæ verò deinceps ab anno 1649. ad annum usque 1655. ægrotae acciderint ex supra toties laudatissimi Dn. D. Bartholini Relatione petere licet.

Denique de generatione horum animalium in corpore hujus ancillæ pauca habet Reinesius, quæ his absolvit: Ego non dubitem adferere proximo ab haustu seminibus animalium foetæ aquæ vere per vomitum, quem singulis annis vernis mensibus pati solebat; exclusas fuisse feras: Sed aquas nec ipsa quidem, utpotè quæ vel in cloacas, vel in simeta evomere consueverat, observasse; Sensisse interim multa crassa & corpulenta ore suo extrudi paroxysmis vomituum creberrimorum. *Henricus Wollgnadius.*

Thomæ Reinesii Epistola ad Thom. Bartholinum De Ancilla Altenburgensi ranas &c. evomente.

Catharina Grilerin, ancilla rusticana e pago *Kursdorff* districtus Waldenburgici, annos circiter 30. nata, quæ per annos multos operis servilibus in opido nostro vitam toleravit, corpulenta colore florido, postquam vere anni præteriti varios in abdomine dolores lancinatorios, insolentes in eodem motus & inflationes sensisset (eadem symptomati uti & fastidium quorumcunque potulentorum, insanum vero appetitum aquarum & olactis à quinquennio vernis mensibus se experiri & vomitibus vehementissimis adfligi consueville refert ipsa. (23. Junii An. 1647. nescio cujus consilio adsumptâ theriacâ balneas ingressa, nocte insequente ingravescens doloribus, post jectigationem multam, sudores frigidos, amputationem vocis, & alia suffocatis ex utero vel alioqui graviter ventriculo laborantibus familiaria, evomuit 26. Junii bufones duos majores, quatuor minimos, magnitudine fuci majoris, & lacertos duos exiguos auricularis digiti longitudine, crassitudine calami scriptorii, vivos omnes. Territi hac inusitata ferarum excretionem domestici me vocarunt. Reperi adhuc de doloribus rosivis, sensu molesto volutantium in intestinis glomorum & nausea querentem; præmis-

so igitur clystere è lacte, cui aliquid Philonii, olei vero plurimum addideram, exhibui pilularum ex aloë succo citri imprægnata & extr. tr. alhandal seu diacolocynth. quod describit Libavius in Apocal. Hermetica, & oleo citri paratam massam, ventriculo verò roborando mixturam ex aq. theriacali, stomach. Man. cum rhab. syrup. acetosi citri & momento aceti scillitico. præscripsi. Dicit vix potest, quanta sordium visu & odore peregrinarum, viridium, luridarum, maculifarum, viscidarum, copia ex intervallo ad usum duplicis istius medicamenti secesserit; ægrota interim benè ad omnia habere, reverti appetitus, cerevisia etiam sine fastidio ab ea sumi, tumultu interaneorum etiam aliquatenus sedato 12. Julii sentire se in hypogastrio pondus quoddam aiebat; accedebant tormina & motiones impetuosæ cum summa anxietate & inquietudine; donec ad mictum urgeretur, quo conatu secessit bufo minor vivus, & post bihorium major, comite minimo quodam, mortuus. Hæc feras ipsa è pudendis produisse, & enixam se esse referebat; sed delusam arguit hoc, quod semper justa muliebria rectè processerint, quod ex ipsa primo ad eam ingressu quaesiveram, per alvum igitur excreta fuere. Nihil autem novavi, sed ex præscripto jussi pergere uti coeperat. 18. Julii ingruere vomitus aquarum luculentarum, crassarum, lentarum, citrinarum summè foetentium, urinae etiam similes mingebantur cum sedimento farinaceo copiosissimo; ipsa viribus admodum dejectis, nihilominus perrexi, exhibitis etiam subinde analepticis ægram refeci. 28. Julii post noctem prægressam gravissimam cum consuetis sordibus (quæ interea ad mensuram 30. secesserant) massam albam è luteo, fibrosam, corruptam, foetidam puncticulis lucentibus velut oculis interstinctam dejecit: similemque ad usum Extr. tr. alb. & theriacæ è quibus formati bolos & per quadratum exhiberi jusseram 9. Augusti: ab eo tempore paulatim convaleuit, consuetos cibos potusque adpetiit; lacte tamen & aquis semper delectata & nonnunquam usq. autumnum hyememque sine offensa notabili exegit. Die 24. Mart. proximè de familiaribus in abdomine rosonibus & turbis ventris duritie & inflatione, appetitu dejecto, corporis inusitata gravedine, pigritie & ad motum citatiorem ineptitudine, cum insomniis turbulentis & dyspnœa molesta ad me ventitans querebatur; suspicatus quod erat, sine cunctatione exhibui mane sumendam massam pilularum è marocoffin. Mindereri, & succo absynth. imprægn. extr. panchym. & tr. alhand. vespere bolum è pulv. dict. Cret. contrayervæ excepto theriaca, formatum, dejecit fordes instar gelatinæ consistentes virides viscidas cum aquis viridibus, foetidissimis, & cum usu horum per quadratum continuasset 29. Mart. post tormina atrocita excrevit ranam mucò plurimo involutam cum tribus lacertulis & quarto dimidiato, vivam, subinde in aquis suis cooxantem, & effusis aquis in tina saltantem: ea in sextum diem in aquis suis vixit. Die Jovis ægrota satis erat hilaris; jussi igitur pergere 4. Aprilis evomuit ranas virides majores duas vivas, & 11. Aprilis bufonem grandem, turgidum cum acutissimis unguiculis, mortuum alvo exclusit. Referebat soror per horas sex enixu conatam fuisse excludere feram, sed non valuisse, donec ipsa manum admoveret & extraheret. Nihil post hanc excretionem vivorum animalium, cum copiosissimæ prioribus similes per dies plurimos contingerent evacuationes, secessit præterea; etsi per mensis ferè spatium aloëticis cum summa *inopia* ureretur & biberet aquam salviæ aceto scillitico temperatam. Vivit autem hodie valetque, ne minimum quidem habitus monstruosi indicium præ se ferens;

tercus; non desinam tamen proximo, si Deus vitam concesserit, vere, quid cum ipsa futurum tandem accuratè observare. Variè quidem pectavit, ut solet, vulgus è natura exelatas fuisse istas feras; idemque de bufone illo grandi mihi persuadere volebat foris; sed minime omnium verosimile est in utero naturaliter constituto (qualem nostri subjecti esse ex absentia symptomatum signorumque male affecti & mensuris tunc semper, uti ad me fatebatur, progressu colligere poterit) gestatum, totum, aliumque fuisse. Non ignotæ sunt historiae enixarum serpentes, mures, ranas & similia monstrosa; quas collegit Schenckius Observ. 1. 4. c. de molis, duas etiam miras recenset hujus generis Zicuri. l. 2. Prax. Med. Adm. Observ. 140. & similem de Fœmina Monspel. Riverius Centur. 2. Observ. Med. ult. sed diversissimus est casus noster ab ea quæ dixi. Quæstionem dubitationem omnem de generatione diversorum in corpore isto animalium nimirum è seminario eorum hausto cum aquis corruptis, & sic ab errore externo factam, tollit narratio ipsius ægrotæ. Refert enim se, eam ante sexennium, & quod excurret pestilenti contagio infecta putaretur, domo hic ab hero extrusam ad matrem se contulisse; villanos autem, quòd Altenburgo, ubi pestis grassari diceretur & unde tægra venisset, se in aedes maternas admitti noluisse: unde coacta fuerit se in casam quosdam tumultuariè pro recondendo sceno in prato vicino extructam abdere; ex eo gurgullio sobinde, impellente siti, se obvis lacunis & flagnis implevisse, & manu hausisse, quò sitim compesceret, liquidum; ab eo tempore cum utrunque convalesceret, sensim ventrem intumuisse, & symptomata supra recensita se adfixisse. Ego non dubitem adserere, proximo ab hausta seminibus animalium sceta aqua verè per vomitum, quem singulis annis vernis mensibus pati solebat, exelatas fuisse feras; sed quas ne ipsa quidem, utpote quæ vel in cloacas in simeta evomere consueverat, observasset; sensisset interim multa crassa & corpulenta ore suo extrudi paroxylimo vomituum creberrimorum. Scripsi Altenburgi 20. Julii. A. 1648. *Reinsius.*

Vivit adhuc, dum hæc scribo ancilla ista, vitamque consuens operis tolerat, suis vegeta & sana, cum nullis cachexiæ vel alterius chronici morbi signis; saltem languet non nihil, & respiratu non adeo libero: præsertim ad motum, fruitor. Visitat autem lacte ut plurimum, cum intrito panis; potum alium omnem præterquam aquas abhorret, uti & carnes: quas si qua ingesserit, graviter adstringitur, & circa ventriculum insolentes turbas perpetitur. Scripsi finisite Maio, Ann. 1661. Altenb. *Reinsius.*

Anatome fœminæ crebro Vomitus obnoxie.

In cadavere fœminino à Clarissimo D. Schall non ita pridem dissecto, hæc observata.

1. Peritonæum intestinis ubique ferè adhærescens, parte, qua adhæsit, innumeris scærens tuberculis, quæ in detracto peritonæo corio apparent.
2. Omenti nullum vestigium.
3. Intestina ipsa invicem coalita ut à manu Prosectoris ægrè dividerentur, coloris subulci, quasi semel cocta, innumeris tuberculis micribus hinc inde sparsa.
4. Tubercula majora, magnitudine nactis avellanae, in intestinis omnibus, præcipuè recto, conspicua. Tumoribus hæmorrhoidum, qui in extremitate ani solent protuberare, non dissimilia.
5. Intestina Ileæ inflammata.
6. Corpus ventriculo incumbens, altera parte sanum, altera putridum, sædoque ulcere, juxta orificium inferius, ventriculum excavans, cui adhuc sit firmiter, quemadmodum & Peritonæo. Hinc forsitan misera

hæc muliercula, dum vixit, omnia ore assumpta mox rejecit, quod in ventriculo à mole incumbente compresso hospitari nequiverit.

7. Hydrops pectoris.
8. Hydrops abdominis, in cujus cavitate iij. seri piatæ.
9. Lien parte inferiore putridus.
10. Ren dexter naturali major, sinister naturali multò minor.
11. Hepar scirrhosum, diaphragmati adnatum.
12. Calculi in folliculo fellis. *Oligeri Jacobæ.*

Vomitus sanguinis à vasculis interioris ventriculi tunice hianibus.

Retulit mihi Clariss. D. Wharton se aperuisse puellulam, quæ, asperioribus pharmacis ab empiricò medicata, in vomitum sanguinis incidebat, viribusque subito exolutis obibat. Aperto ventriculo, vas nullum sive exesum sive ruptum deprehenditur; sed interior tunica, nisi in locis pituita oblitis, cruenta invenitur; & nuda tunica, dorso cultelli leviter detesta, innumera sanguinis minutula puncta expulit. *Franciscus Glissonius Tractatu de ventriculo & intestinis.*

Vomitus funestus à pylori scirrhositate.

Optatissimæ tuæ sub dato diei 17. 27. Martii aliquid responsionum abs me omnino exigunt, etiam si tuis illis *ἀρρώστια*, vix in mentem modo ventirent ulla. Pylori *σπίρρωσις* tibi nondum frequenter visas, facile credidero, quas nec perisique aliorum Practicorum innotuisse credibile est, cum de ipsis pauca plane suis in lucubrationibus delibent: Attamen hanc quoque partem, aliam inflar, talibus affectionibus, variisque sive tumoribus, sive etiam ulceribus pateat, minime dubitandum tecum censeo. De hujusmodi verò morbo video Cl. Joan. Riolan. nostrum appositè meminisse l. 2. Ench. Anat. c. 23. Vomitus accidit, inquit ille, vel propter orificium superius ventriculi obstruatum, vel orificium inferius. Si superius alimentum cespitat in orificio superiore, moxque rejicitur, si in pyloro vitium est, alimentum aliquanto tempore retentum excernitur. Porro præter Vesalium nuper defunctum, quo de in prioribus meis duorum aliorum, simili affectu extinctorum, historiae commedum mihi nunc subeunt, quas heic libenter tibi communico: A. 1675. Mensis Martio, in cadavere adaperto D. Charaveii Negotiatoris Septisiani hujus urbis Lugdun. vomitu perpetuo per mensem ante obitum conflictati, qui successerat colico cruciatui, quo per tres quatuorve menses antegressos vexatus fuerat, Pylorus deprehensus fuit prædurus ac quadantenus cartilagineus, suo in orificio valdè coarctatus, & extra prædicti orificii fines tumor apparebat formâ ossis hyoidis, mole ovi gallinæ, subjacebat pyloro pancreas durum ac scirrhosum, comprimens pylorum cui adhærebat ita ut nihil ex ventriculo egredi posset. Ventriculo super incubabat magna jecinoris portio sub cujus fornice glutinata viscebatur illac peragrantis coli lacinia, quæ scalpello ab hepate separanda fuit. Præterea colo illâ parte vesicula fellis bile nigra turgida inequitabat, quæ humoris istius sulphurei contenti portionem, inter duas coli membranas eructando, colicum pathos, quo tamdiu afflictus vixit, excitarat. Eodem anno mens. Aprili, Dom. Vulpianus Civis Viennensis, vomitu perenni mense uno & amplius detentus, tandem occubuit, die 7. prædicti mensis, cuius corpore adaperto Pylorus repertus fuit, tumore scirrhoso obsessus, ferè in cartilagineis naturam induratus, molis ter amplioris, quàm naturaliter esse solet;

let, unde meatus ipsius adeo strangulabatur, ut nihil illac pervadere posset, atque ita assumpta quælibet per vomitum rejectabatur necessario. Præterea doctus cholidochus obstructus erat, unde cystis felle hic extumuerat ad ovi gallinacei magnitudinem felle corrupto ac foetente distenta, ad nigrum potius, quam ad fulvum colorem tendente: quod ipsum fel in fundum ventriculi latenter effundebatur, quâ ratione laborans, picrocholus *à* validius evaderebat. Reliquis in partibus, sive naturalibus sive vitalibus nihil desideratum nisi quod præ atrophiam impendio emarcuerant, ac impalluerant, ut patet est, universæ. *Joan. Jacob. Hardeus in Observationibus Anatomico-Præclicis: ex literis Clar. Sponsi Medici Lugdun.*

Vomitus Sanguinei causa extraordinaria in cadavere reperta.

Septima hujus Mensis, Julii sc. Anni 1689. ad vocabar ad virginem annos decem & septem natam, cui mensstruus fluxus jam à tribus suppressus erat Lunis, quæque à duobus tantum diebus decumbebat. Dixit illa menses eo sibi advenisse momento, ac propterea jam melius habere. Cum ipsius morbus prævum aliquod symptoma comitem non haberet, discessi ego sine ulla remedii præscriptione. At subsequenti die matutinis horis cum mihi reventiaretur, illam post largam per partes genitales hæmorrhagiam, vomitusque sanguinis enormes, obii se, cadaveris apertionem instituebam, ac reperiebam renem dextrum, qui in statu naturali lumborum itidem regioni dextræ inseritur, hic infimæ, eorundem lumborum primæque ac secundæ ossis sacri vertebræ, medio accubuisse, aortæque & venæ cavæ truncos non parum comprimere.

Cum ex ea compressione sanguinis circulatio retardaretur, ac quasi supprimeretur, illi causæ imputabam vomitum sanguinis & largam per inferiora hæmorrhagiam quibus juvenulæ mors debebatur.

Substantia hujus renis erat profusa cartilaginea, cumque illum aperuissem octo in eodem cellulas inveniebam quæ calculos figuræ irregularis ac variæ magnitudinis complectebantur, alii etenim ova columbina, alii mororum fructus, alii faseolos æquabant. Ren ille ultra libram unam cum dimidia pendebat. Arteris ac venæ emulgentis nec non ipsius ureteris vix vestigium aliquod conspiciebatur; ac tantum in renis superficie arteriolas aliquot advertebam. Uterus à parte dextra, ligamentum itidem latum, ovarium, tuba Fallopiana ipsiusque corpus simbratum prædicto alligabatur reni. Ren sinister in naturali collocabatur situ, ac longitudinem ac cassitatem præternaturalem nactus erat, longus enim dimidium pedem, & quinque pollices latus videbatur; quod à duplici profuebat causa. Primò, quod cum ren ille utriusque functiones sustineret, eâ feri quantitate quæ per duos transmitti debuisset, complebatur ad ingentem turgescenciam. Secundò, quod cum ren dexter à genuino suo abertasset situ ureterem que à sinistro productum comprimeret, sic urinæ per eum in vesicam deportandæ fluxus non parum cohibebatur, unde in rene moras longiores traheret ipsumque ulterius distendebat. Ac revera magnam lotii quantitatem in variis renis pelviculis, pelvique præcipue majori, sic immensum sane dilatato, reperii. *E literis à D. Drouin ad Dom. Regis datis, & in Ephemeridibus Gallicis allatis.*

Vomitus sanguineo carnosus rarissimus, lethalis.

Generosus à Waldau inter Sereniss. Saxoniz Electoris milites locum tenens, per 6. aut 7. annos labo-

rabat totius abdominis ferè, infra umbilicum usque, duritie tam valida ac insolita, ut digitis, ne minime quidem, comprimi potuerit. Procul dubio igitur totum mesenterium, unâ cum hepate ac liene obstructio- nibus validissimis, radicatis, scirrhis, affectum; nihilominus appetitus semper bonus fuit, comotationibus præcipue vini, liberalissimi indulgit, ad miraculum usque scripsit! vox & loquela per aliquot annos continuos, nunc rauca, nunc difficilis, nunc gracilis, nunc gravior. Pro curatione hujus affectus internæ ac externæ, multa, à multis etiam excellentissimis medicis adhibuit, paucis tamen epulamento. Ante aliquot Menses, post continuatum medicamentorum usum, totus venter, excepta lienis regione, emolito; Tumor verò quidem cachecticus totum corpus occupavit, de dolore quoque hypochondrii sinistri, versus ventriculum, difficultate quadam respirandi, voce rauca & depravata manente, conquestus. Tandem die 2. Novembr. 1685. inopinatò, nullo prægresso, violento motu, circa noctis initium in Diarrhæam incidit serosam, cruentam, sine omni tamen dolore, sed adeo vehementem, ut illa nocte 16. aut 20. sedes, primò nigricantes foetidas, postea sinceræ habuerit; in sequenti primo mane sedili insidens, absente omni vehementi commotione vel doloris cujusdam sensu, patitur vomitum sanguineo carnosum, magno impetu per fauces erumpentem, unâ cum sanguine sincero multa copia, unam libram excedente, carnis parenchymaticæ membranæ tenuibus præditæ in fistula nunc minora, nunc majora, quorum aliqua ferè 1. 2. digitorum longitudinis, ac crassitie, conceptæ, Lienem, Hepar, vel pulmonum corruptum & laceratum, sine omni tamen putredinosa ac corruptibili odore, accuratè representantis. Facta hac evacuatione, viribus totaliter prostratis, pulsu extremè debili & vix perceptibili, ipse semi mortuus quasi jacuit. Salva tamen semper manente ratione ac suo modo respiratione. Circa hujus diei vespèram adhuc unum vomitum ac secessum talem, alteroque in sequenti mane tertium denique, quamvis in minori quantitate, passus est: Post hæc neque sanguinem neque carnosam substantiam excrevit, nisi per aliquot vices, dejectiones serosas, nigricantes, aliquoties summè foetidas, injecto prius clystere abstergente, consolidante.

Sub prognosi medicamenta confortantia, traumatica, balsamica, consolidantia, ordinavi, quorum usu melius quoque se habebat, viresque paulatim recolligebat. Sed verebar semper, ne anguis sub herba lateret, siquidem post vomitiones, summus adhuc dolores in latere persistebat, qui tamen successive magna ex parte sopi videbantur. Ventriculus tamen cibum rursus appetit, ac digerit, quod secum naturales excretionem indicant, licet dietam, diligenter quamvis admonitus, non, ut debet observet.

Quod moverim, sub herba anguem latitare, jamjam retuli, nec metus fuit vanus: Postquam enim generosus teger, à gravissimo & lethali morbo liberatus, pristinaque sanitati in tantum restitui videbatur, necessitate urgente, ac jubente officio publico, iter per plures dies summè molestum, aère maxime injurioso, alternatim pluvioso, ventoso frigidissimoque, coincidente simul solstitio hyberno subire tenetur. Quo jamjam peracto, in regressu in febrem continuam incidit, à cujus invasione, tertia tandem die huc redit, curamque diligenter suscipit, verò natura à gravissimo prægresso morbo summè debilitata, viribusque de novo prostratis, morbi que vehementia aucta, die hujus septimo beate obiit, scilicet die 30. Decemb. 1685. Cujus cadavere aperto, sequentia notata fuere, & primo quidem circa viscera, eorumque constitutiones.

I. *Infimi ventris.* Dissecta abdominis cute, muscolis & Peritonæo, copiosa effluebat aqua flavescens? In hepate

hepate & abdomine portiuuncalæ quædam albæ ramentorum ad instar pinguiscolorum, ab omento divulgatorum, semiputridorumque hinc inde dispersæ jacebant. 3. Hepar ipsam ingentis & vix credibilis magnitudinis, adeo ut dimidiam serè totius abdominis partem solum occuparet, ventriculum totum obtegeret parte sua sinistra ad umbilicum usque, dextra verò ad ossis Ilei cavitatem pertingeret latusque dextrum ita totum replet, & in hoc plurimis in locis membranæ firmiter costatum adatum. Ejus substantia non quidem scirrhusa, interim tamen adeo duræ consistentiæ, ut digitis fortiter etiam tangentibus vix ac ne vix quidem cederet, & ab Hepatis alias naturaliter constituti Parenchymate (quod facile friabile rubicundum) planè diversæ ac aliæ indolis, in parte saltem sinistra circa ventriculum in extremitate sua aliquatenus mollior & vegetioris coloris erat; dissectum internè, coloris erat fusci. Parte ejus postica dextra, qua costas statim sub diaphragmate contingeret trium digitorum latitudine jamjam corruptionis labem contraxerat, colorisque erat luridi ac facile friabilis, membranæque costas cingentem corruptionis vestigio retroque colore tinxerat. 4. Vesicula fellis magna humore bilioso, atro ac crasso plena. 5. Lien, humano, in statu naturali, latitudine & crassitie, triplo vel quadruplo major, lapidis ad instar, quantus erat induratus, color externus obscure flavus, ac ochraceus; in hujus medio, externe scirrhus, magnitudine Imperialis, qui tamen in substantiam aliam non penetrabat, conspicuus, quo mediante satis firmo ligamento membranoso costæ membranæ firmissimè adnatus; color internus plumbeo-fuscus. 6. Pancreas ex diversis glandulis, ex albo flavescens, maxime induratis, adeo ut digitis etiam vix comprimì possent, contabat. 7. In mesenterio quoque aliquot glandulæ induratae, scirrhusa, coloris ex albo & nigricante mixti, non adeo magnæ quidem reperiebantur. 8. Ventriculus non parvus, humore nigricante, tenui, cui partes chylosæ perfusæ innatabant, semiplenus, cujusmodi humor, in intestinis tenuibus quoque præfens. Alias benè sanus, tunicaque ejus interior optimè rugosa & naturaliter constituta videbatur. 9. Intestina omnia benè comparata, interim gracilia, visceribus, imprimis Hepate, illis se magis explicandi, locum & spacium præcludentibus, ut judico.

Medii ventris. 1. Remoto Sterno & aperto Mediastino, nulla effluebat aqua flavescens. 2. Pulmo dextri lateris prætumidus, turgidus simulque durus, ut digitis difficile quoque comprimendus, sicque, procul dubio ad omnem motum naturalem plane impeditus, plurimis in locis insuper membranæ ad mediastinum costas, pleuram firmiter annexus; imò infima sua parte diaphragmati, arctissime cohærebat. Externè coloris luridi & flavescens interne cinerei, multique ex nigro rufescentibus maculis obsitus, ac per totam substantiam tenui ac saniosoichore manabat, inferiorique versus diaphragma parte purulenta, crassa ac flavescens materia repletus; hæc Pulmonis pars per medium dissecta, levi etiam facta compressione, multam materiam spumofam, cum sibilo & sonitu quodam evomebat, in minore saltem, superiore ejus parte, circa insertionem venæ arteriosæ, mollioris erat nonnihil, nec adeo discoloris substantiæ. Sinistri lateris lobus, dextro magnitudine multò cedebat, minorque erat, interim liberior, ad latera non ita adnatus. Ejus externus color obscure rubeus, ad nigrorem tendens, quam faciem interna quoque substantia referebat. Mollioris denique ac flaccidæ substantiæ totus erat, quæ, ut videbatur, jamjam ad corruptionem prona. 3. Cor insolitæ magnitudinis erat & turgidum, cujus auriculæ & ventriculo

dextro dissectio, non sine magno stupore observabatur totum repletum materia tali, qualem ante paucas septimanas per os vomitu rejecerat, rubicundâ, nimirum, grumis haud absimilis, parenchymatica tamen, tenerrimisque membranulis intertextâ & cinctâ; tum quoque materiâ sebaceâ, molliusculâ, albicante, ad suavem flavescens nonnihil vergente Steatomatosâ quasi. Et hæc duo colore magis, quam substantiâ diversa retenta, partim disticte ac separatim, eâ formâ quam à sinuosa ac fibrosa ventriculi cordis interna facie, cujus fibræ ac foveis impacta quasi firmiter inhærebat, nacta, partim suaviter invicem mixta, unumque corpus ex parte rubrum, altera parte album constituentia, nunc minore, nunc majore quantitate (horum aliqua nucem juglandem æquarent) alia oblonga, alia teretia conspiciebantur. Vid. Thom. Barthol. Anat. corp. hum. p. m. 263. seqq. præter naturam multa in ventriculis, cordis scilicet reperuntur. *Bauhinus*, frustula adiposa; & *Wormius* noster experientissimus ex utroque ventriculo carunculas qualdam, interius albicantes, exterius rutilo colore emergentes; quod & nos Patavii pridem & Hæfnæ in dissectionibus nostris invenimus hominum juxta ac brutorum. *Erastus* concretionem pituitosam flavescens instar medullæ quæ in boum coctis ossibus reperitur. *Vesalius*, glandulosæ nigricantisque carnis libras duas. *Benivenius* frustulum carnis instar mespili.

Eodem plane modo jam dicta & descripta materia sinister quoque cordis ventriculus unâ cum ejus auricula refertissimus; etiam portiuuncalæ quædam tum in vena arteriosa, tum pulmonibus, ipsorumque bronchiis, ipsa arteria magna cor egrediente, & in ascendente & descendente truncum se se dividente reperiebatur. Dicta hæc materia cordis sinibus extracta, collecta, non pauca, sed tam copiosa, ut duplicatam manus volam totam replet, at ab omni corruptione erat libera, cujus nec minimum etiam vestigium, odore vel visu percipiendum exhibebat, non sine summa admiratione. Insuper sanguis post mortem naturaliter congruatus & coagulatus in cordis sinibus videbatur, qui tamen à jam dicta materia colore & consistentia facillimè & apprimè discerni poterat, undiquaque quasi circa hanc diffusus. Ipse denique cordis substantia ex optimè sana, densa, ac dura carne constabat, hæc saltem differentiâ, quod tenuioris ac minoris crassitie ac in statu naturali aliam esse soleat. Ventriculi contra amplitudine & capacitatem statum naturalem longè excedebat. In ejus septe nullos transitus, meatus vel foramen (ex mente *Folii*) oculis usurpandum, tale verò vivo adhuc & maxime perspirabili corpore adfuisse, rationi haud absurdum videtur, facillimèque crediderim. 1. Hisce luce meridianâ clarius nuperum vomitum sanguineo carnosum, ab ipso corde per pulmones, mediante venâ arteriosâ, anastomosis cum pulmonum bronchiis habente factum. Quamvis mirandum, nec satis demirandum, quomodo talis copiosa in visceribus vitalibus primo collectio, deinde violenta ac enormis excretio, sine momentaneo vitæ discrimine fieri potuerit? 2. Disquirendum unde materia hæc albicans & parenchymatica? Putarem, chylum ex parte in corde à singulari hujus visceris idiosyncrasia, in hanc albicantem primum, dein successivè in parenchymaticam substantiam, accedente excellenti calore & fermento cordis specifico degeneratam; siquidem in nupero enormi vomitu sanguineo carnosum, paucissima & in minoribus saltem portiuunculis materia albicans rejecta, reliquum totum

tum sanguineo carnosum videbatur. Ergo concludo, copiosam repertam albicantem materiam, in auriculis ac ventriculis cordis, valisque ejus propinquioribus nonniam satis digestam, excoctam & in parenchymaticum substantiam concretam fuisse, deficiente scilicet ad hoc opus sufficiente temporis morâ. 3. Posito nunc, dictum vomitum ex corde ortum, per pulmones & asperam arteriam factum; Querendum per quas vias factæ eodem tempore tam copiosæ alvi dejectiones sanguineæ, una cum aliquot frustulis carnosæ, parenchymaticis. Putarem has particulas instituto à Natura sponte fuisse (postquam copis nimis lacessita) motu hoc quasi critico, & violento vomitionis actu, facili negotio per celophagum ad ventriculum & intestina descendere. Sanguinem verò & serosus humores breviori & magis convenienti nobis quamvis incognita, Natura tamen haud impossibili viâ v. g. per venam quandam vel ramum phrenicum, vel alium per anastomosis, ad intestina ablegari potuisse, quoniam planè nulla intestinorum & ventriculi læsio observanda; hæcque actione chylicandi, & excrementa alvina sequestrandi, officio suo semper bene functa fore. 4. Hæmorrhagiam notam dicitur & nullis ferè remediis sistendam die vigesima Novembris obortam, pato, ab acrimonia sanguinis biliosa acris, adjuvante inflammatione sanguinis in corde ejusque vasculature, facultateque retractoris, simul valde debilitatâ. 5. Totius abdominis ab hinc elapsis annis, summe indurati, ante aliquot menses facta emollitio non revera, sed tantum apparenter ea fuit talis, & provenit à tumore cachectico, & sero intra peritoneum, visceribus, imprimis Lienis & Hepatis, quod indurati suâ mole, abdomen ultra dimidium replebat, innatante, tætaque hoc modo illudente. *D. Christiani Ernesti Claudi. Miscell. Cur. Decur. 11. Ann. 4.*

Vomitus cruentus lethalis.

Nicolaus Dauner auriga aulicus Stugardien-sis, emeritus, annorum nempe sexaginta octo habitu procero & macilento, crapulæ addictus, ab Autumno usque anni 1682. questus de doloribus in sinistro ventriculi latere, sensit duritatem ibi cum torminibus, revomit plerumque quod manducavit post dolores. Quæ symptomata à tumore quodam oris ventriculi, aut constrictione vepire suspicatus sum. Itaque cum alvus per octo dies conclusa fuerit, manatam potionem dedi, hinc clysterem quibus bene fuit evacuatus: mox succum nasturtii aquatici cum sero lactis, cui incocta rad. bryoniae, imposito insuper empl. malactico. Fine Decembris, factis illis, per dies quatuor, mollior videbatur esse tumor, nondum fert cibos, decoctum verò quamvis ingratum, non tamen rejicit. Clysteres postea per vias repetiti, & rad. lil. albor. in lacte coctæ alvum solverunt, dante scilicet ad emolliendum tumorem. Anno 1683. Januarii initio atra copiosa vomit, hinc nono die cruentis mista & lævula. Nihil sumpsit cibi, solo vini vitro contentus & restauratus; tredecimo, cum per multos dies alimentis abstinuisset, totus consumptus, matutinâ sextâ moritur.

Aperto abdomine, omentum sinistrosum sponte reclinatum erat, dextrorsum intestinis nudis manentibus. Pancreas durum glandulis magis quam naturaliter rotundis, consistans, affixum ad fundum stomachi, nullum enim aliud apparuit pancreatis signum, ut ut, multæ satis grandes glandulæ, & ad spinam dorsû & in mesenterio in-

conspicuum venerint. Stomachus ipse vena valde tumens ostendit extra Pylorus externo tactu durus, & circa hunc dura quadam linea quales infra stomachum glandulæ fuerunt inventæ, tales quoque supra stomachum, ita ut inter has angustatus fuerit dimidius, reliqua sinistra parte tanto ampliore læta & assurgente ad epas repressum, pluribus tamen hic, sed minoribus & instar cannabis grana, sparsis glandulis. In cavitate ubi venæ quoque valde tumebant, materia cruenta, subnigra, fluida, acidum olens, qualem excrevit deum pridie mortis, & aerea copiosissime ad mensuras multas. Membranosa quoque pars & viscida erat admixta, credebaturque membranam illam ventriculi tunicis adhæsitæ, quia asperæ fuerunt alicubi. Hæc sanum & boni coloris Lienis pallidus. Mediastinum tenue & quasi simplex. Pulmonum dexter lobus inferius parum Sterno affixus. Musculi omnes consumpti. Hic in dextro cubito ichorosam olim fluxam habuit, qui tandem juxta alia medicamenta, fonticulo inulso, paucis mensibus ante mortem licentus & repressus fuit.

Queritur nunc: an ille sanguis copiosus vomitu rejectus in cavitate latuerit, an in vesicula singulari, quæ tandem rupta fuit, veluti in Natia: Dein unde affluxerit, an ex liene, qui pallidus, & quasi exanguis videbatur, & vasa ad ventriculum tendentia valde distenta, an aliunde? cum nota nulla aperti alicujus vel erosi vasis fuerit, non facile licet conjicere: neque propter festinatam sectionem vacavit inquirere. *D. Salomonis Reiffelii Miscell. Cur. Dec. 11. Ann. 4.*

Vomitus, quadraginta librarum mucis corrupti, ac pici liquida similis, lethalis, aliisque rarissima in dissecto corpore observata.

Offero curiositati tuæ benevole Lector, casum, qui non heri aut nudius tertius, sed 28. ab hinc annis Lipsiæ, dum ibidem sub favonio magni *D. Joh. Michaelis* præxiæ medicam initiabar, accidebat; mihi autem certè promitto, illum antiquitatem suam raritatem fore compensaturum. Quid interitus æger mox stris algerit, summe meritis *Thomas Bartholinus* cent. 6. *Histor. Medic. de Stomacho in Thuro* sicut memini; sed breviter saltem. Integra autem morbi historia, ac reliqua notata digna erant tui: Juvenis viginti quatuor annorum habitus athletici ac corpulenti, sago indutus Palladis fuit miles, sub exercitu Suecico Vexilliferi munere aliquot annis fungens, rebus suis magis confidens judicabat, ut denud in toga per tempus ipsius legibus sese subjiceret, ac pro scopo suo obtinendo, celeberrimam sibi eligit Academiam Lipsiensem; Finito ibi triennio bellica castra repetiturus, in Prædio Amicis ultimum dicit vale. Epoto hilaritatis, quod vocant, poculo, Hæctores isti Bacchici Cerevisiarum dolium e cella curant inferni hypocausto illud bene agitant, & sic, quod successivo labore cauta ars separaverat, parum ab impuro, illi incauti & temerarii, rursus conjungunt. Circa tertie die finem exhauriunt nectar illud; succedit huic renovato belli candidato uno alteroque statim die lassitudo, anorexia, cardialgia, singultus, quibus accedunt vomitus frequentissimi; exercebatur materia adusta, picea, ac fetens, admixto pituitæ viscidæ albæ pauculo. Cum rejectorum color niger ac piceus, illorumque fetor cum subitanea, esque vehementi virium prostratione monstrarent, ob potum cerevisiæ facibus suis denud impregnatæ & deturpatæ largiorem, cruditates

in cor:

in corporis crassi Stomacho intestinis, mesenterio, totaque massa sanguinea contentas fermentatione præternaturali esse commotas, corruptas; ac ob œconomiam Microcosmi violentè turbatam in stomachum regurgitatas, ac revocatas esse, malignitate aliqua Archæo simul insidias fruentes, adhibebantur statim alexipharmaca, præcipitantia è c. c. usto, e-bore usto, terra sigillata, spiritus massichis, balsamica item è sulphure, mumiâ miscabantur; theriaca internè & externè applicabatur; nec omittebatur opium, & clysteres acres revellentes, addito Elef. Hier. picr. cum agarico & nitro. Sed truculentia causæ eludebat opem ac operam omnem, donec circa diei tertii finem accedente plenaria eaque celerissima virium prostratione, atomis putridis balsamum vitæ extinguentibus, sub copiosissima dictæ materiæ piceæ, per os, nares & alvum, quâ datâ portâ, prurptione suffocatus ad plures abierit, inter togam & sagum medius. Novimus illum cum collegis thyrigeris potatum in rus abisse; nesciebamus autem, quod fœces denuò cerevisiæ conjugatas biberint; proinde obstupescēbamus, subitam illam & lethalem fermentativam corruptionem, suspicabamur quasi venenum. Hinc jussu Domini D. Michaelis instituebamus cadaveris sectionem. Primariam & primam vomituum horum miraculorum causam alibi, quàm in stomacho primum quærere non poteramus. Dissectis & separatis abdominis viscera continentibus partibus externis, hic nullibi apparebat. Inde quasi occæcati manu ductionem improbamus Duodeni, utpote ventriculo aliàs connexi; Illud transibat diaphragma in thoracem per foramen à Natura factum, non verò aliqua violentia, quale exemplum reliquit magnus Dan. Sennertus in medic. practica, tractatu de vulneribus. Aperto igitur Thorace, inveniebamus fastuosum nostrum stomachum, altioribus inhiantem, in sinistro ejus latere latentem sub omenti portione, cui firmiter erat adnexus; Incisus hic tres adhuc libras materiæ istius nigroviscidæ contentæ spectatoribus monstrabat; Pylori sphincter adeò erat relaxatus, ut ex intestinis mucus iste pleno impetu in stomachum redire non difficulter potuerit. Hic, cætera liber, inferiori sui parte ligamenti aliquot membranosis, iisque fortissimis diaphragmati & pleuræ circa costas spurias alligabatur; nunquam tamen de asthma te ille conquerebatur, nisi de subitaneo ac quasi suffocante, mox tamen iterum evanescente, postquam unam alteramque potus libram præcipitata ingurgitatione deglutiverat, qui modus, hausticòs bibere, in potatoria palæstra Bacchi discipulis audit. Libera semper in hoc homine respiratio eò magis erat admiranda, cui stomachi moles mirum quantum magna superiore sui parte claviculas ferè attingebat, sinistramque latus plane occupabat, adeò, ut vix minimæ sinistri pulmonis particulæ (in favorem stomachi parce ibi à Natura provida creatæ;) locus superesset necessarius; Ingratus iste insuper & superciliosus Thoracis hospes cor quoque (quod mediante pericardio pleuræ erat copulatum) de sua in dextrum latus depellebat sede; ita ut dexter pulmo cordi cedens dorso adhæret spinæ. Sed nondum cessant stomachica ista ludibria; situm enim obtinuit à Natura opifice inversum; Oesophagus enim descendens prope diaphragma ipsi inferebatur, (unde in morbo præsentis de solito cardialgiæ loco affecto conqueri poterat.) Econtra Pylorus duodeno annexus altius, ferè usque ad claviculas erat situs, superjacebatque superiori, quod dicunt, ventriculi orificio. Diaphragma totum erat carnosum; Hepar magnitudinis insolitæ ac tantæ, ut locum stomachi infra defi-

cientis ordinarium impleret, Diaphragmati quoque erat adnatum. Abdomen ita ingressi non immeritò volebamus oculorum holocaustum inferre licenti; verùm & hic nullibi adparebat; Vetiuti autem antea stomachi latibula per connexum duodenum licebat expiscari; ita & hic non minus per vas breve stomacho conjunctum, alia vasa viis ordinariis ad hunc tendentia reperiebamus, sanum quidem, sed exilem in peculiari capsula, quam Diaphragmatis duplicatura ipsi in sinistro latere composuerat, nidulantem. Superessent alia addenda rara; sed crena stupefacta amplius non obedit.

Ex adductis patescit, quantæ accidant in corporibus humanis contentorum variationes, (licet in aliis subjectis non tam copiosæ semper & rarissimæ,) quæ sæpius eludant in cognoscendo morbo etiam cautissima medicorum experientissimorum ingenia; ideoque modestis agere, & censoria iudicia suspendere, vel ad minimum sine aculeis proponere ea deceret Medico. Massiches contra prædicatos innocuos, causas morbificas tam acuratè divinare nequitiam valentes.

Eadem hæc ventriculi in thorace reperti historia, prout eam Anno 1661. Nobilissimus D. Autor Patavio ad D. Marcum Ruysch, medicum Amstelodamensem perscripsit, recensetur in Excell. D. Laurent. Stransii tr. de fatu Missipont. pag. 196. cujus etiam pag. 15. nec non in D. Thom. Bartholini cent. b. hist. anatom. 55. ex edito Lipsiensi programme mentio facta; dignæ sane quæ ob raritatem has quoque Ephemerides exornet. Cæterum etiam ventriculus in thorace repertus legitur in Laz. Riverii cent. 4. Observat. 67. ubi nempe is dextri pulmonis deficientis locum in juvene per naturam occupaverat. D. Gabrielis Claudi Miscell. cur. Dec. 11. Ann. 5.

Vomitus Sanguinis.

Vir triginta aliquot annorum, temperamenti ferrosioris, phlegmatico-cholericis, pallidæ semper faciei, de dolore gravativo ac aestu quodam in hypochondriis, transitorio tamen, respiratione difficiliore, Mense Decembris Anno 1688. conquestus, adhibitis clysteribus, venæ sectione, aliisque, brevi melius se habuit: unde prædictis symptomatibus levatus, biduo post exiit, & ecce, nullo alio errore commisso, horripilatione animadversa, domum reversus, elapsis aliquot horis, desubito per os sanguinem purum, grumosum tamen simul excrevit ad aliquas mensuras, nullâ prægressâ tussi, quin potius urgente ventriculi motu, quasi singultuoso convulsivo, statim eructante, cum pulsu debili, frequenti, animi deliquis, frigore extremorum, sui immo dica. Periculosissimus hic vomitus venæ sectione, clystere pulveribus styptico-resolventibus, opiat, mixturâ Sylvii, Analepticis variis ab Excell. D. Raygero, compatre meo honoratissimo, ad aliquot horas fuit quidem cohibitus: brevi tamen post, prægressis doloribus gravativis lateris sinistri, vehementius rediit, cum frequentibus lipothymiis, atque insitit, quoad æger, iteratis licet vicibus, excretis laticis purpurei, in corpore existentis humorum quoque cruoris speciem assumentium, libris circiter viginti quatuor & ultra exanguis penitus placidissimè animam simul egerit. De parte mandante, in primis viis, per quas fuit sanguis in ventriculum delatus, solliciti, ad ocularem inspectionem devenimus, inquirentes: num vas breve, cum celeberrimis Viris, Boneto, Hôffero, Valverde, Thonero, Bartholino, Michæle, Wedelio, quorum bini posteriores experientiâ Anatomicâ moti, in subjectis, vomitu oruento denatis,

vas breve, calamum scriptorium majorem æquans, in ventriculum aliquot ramis terminatum, quorum unus stylum in ventriculum admisit, invenerunt, accusandum? an cum Blancardo, Theodoro Craanen, viris ingeiosissimis, vasa gastrica ventriculo implantata? An cum Francisco Sylvio, Etmulleto, Viris incomparabilibus, Pancreas? An cum Warthono, Glissonio, Anatomicis solertissimis, detersâ ventriculi pituitâ & quasi cutis derasâ cuticula, innumera sanguinis punctula, in ventriculi cavitatem sanguinem extillantia, insimulanda? Aperto igitur cadavere, invenimus omentum per mediam disruptum, unde intestina illis in locis denudata, sinistrorsum & retrorsum inclinatum: quæ ruptura dubio procul nimio ac violento corporis motui, à vomitu excitato, adscribenda: Lienem longe majorem solito, ac Hepar sanam optimique coloris, firmissimo tamen nexu hæc duo parenchymata invicem annexa, ut vix cuitello eorum membranæ, utpote solidissime adnatæ, separari potuerint. Pancreas pallido-albicans humoribusque penitus fuit exhaustum, ut ductus, aliàs facile reperibilis, nunc ob defectum humorum & glandulas quasi induratas, à nobis vix observari potuerit. Totum corpus & vasa sanguifera, exceptis vasis emulgentibus ac splenicis, exiguum sanguinis coagulati continentibus, sanguine penitus fuere vacua. Vas breve in hoc subiecto reperimus nimis exile, vix subtilissimam admittens festucam, in ventriculi tunicam anteriorem, minus verò in posteriore, multis propagnibus terminatum. Dissecto enim ventriculo, nullibi, licet illud exquisitè perspeximus, hujus vasis insertionem, multò minus transitum patulum in ventriculum, invenire potuimus; quin potius ventriculi fundum continuisse humorem rubro-nigricantem, pylorum verò cum intestino duodeno, grumo sanguinis, longitudine spithamam superante, latitudine autem ac profunditate, cavitatem duodeni inflati æquante, infartum; in intestino ileo similiter grumos sanguinis nigricantis, sed parvos; in partibus quibusdam intestini colli scybala, versus rectum tamen tendens, vacuum; rectum autem flatibus valde distentum; reliqua viscera, renes, vesica fellea, imprimis thoracis, pulmones, cor, &c. sanissima, ac ne minimâ quidem labe infecta reperimus. Ex quibus innotescit, neque vas breve, utpote exile nimis, ventriculi cavitatem, ob denegatum ductum pervium, subintrans: ut taceamus, nihil per vas breve secundum naturam ferri ad ventriculum; sed potius sanguinem superfluum revehi à ventriculo, consentientibus oculatissimis, & plus quam lynceis Anatomicis, Diemerbroëckio, Bohlio, Bartholino, Lovvero, Blancardo, aliisque. Neque vasa gastrica, ob grumos sanguinis, in Pyloro & duodeno inventos: Neque Pancreas, cujus ductus ferè concidit: Neque sanguinis punctula (non enim ventriculi interioris tunicæ superficies fuit derasa, sed salva ac integra reperta) in hoc casu accusanda: quin potius in vasa Mesaraica, ad intestina decurrentia, cum celeberrimis viris, Hostio, Blancardo, Stalpart van der Wiel, culpa transferenda. Maximus enim hic vasorum sanguiferorum est proventus, quorum furculi innumeri extimæ intestinorum tunicæ inferuntur, parum tamen sanguinis huic, tanquam exangui ferè corpori, impendunt. Majores autem rami ferè omnes mox intus immersi ad tunicam interiorem remeant, ibique propagines insinuas ac munitissimas, superficiem ejus densissimam, teste Blancardo Anat. pag. 29. part. 2. obducentes, mittunt ubique ad intestinorum glandulas ferè innumeras, quæ basibus suis intimæ, vel nonnunquam me-

Tom. IV. Part. II.

dicæ intestinorum tunicæ inhaerent, apicibus verò suis, tanquam exiguis papillis inter caustæ villos, in ipsam intestini cavitatem prospiciant, ut eò promptius succum intestinale ex arterioso sanguine absorbere, & in intestinorum cavitatem vehere queant. Sanguis quoque particulis acris, salinis, volatilibus, alcalinis, heterogeneis, ac quasi causticis, in statu præternaturali nimium coctus, orgasmò concepto, in vasibus suis ex facili rarefit, exundationem affectando oscula vasorum dilatat, referat, seque in glandulas *adiposæ* exonerat. Facillimè hinc, tanquam sub spatio, à natura sibi concessa, minus contentus, intestinalium glandularum poros nimium deducit, relaxat, earumque crasin & texturam pervertit, ut sanguis ab initio attenuatus ac valde fusus, per earum papillas delabatur sine mora, ac prius in cavitatem descendat, quam serum ab iisdem fecerni queat. Datâ igitur hæc porta acque repagulo referato, imprimis crassa villosa, & plexibus glandularum abrasis, extremitatibus quoque vasorum sanguiferorum abruptis ac apertis, nullo negotio sanguis in intestina confertim prolabitur, qui extravasatus jam, accedente acido, sufficienter hic loci reperibili, mox abit in grumos, quibus sursum elatis, arteriosus alius majore jam fervore simulque activitate præditus ad hiantes vias necdum occlusas appellit, priorî succedit, idemque fatum sustinet, quoad nullus amplius in corpore neque arteriosus, neque venosus sanguis remaneat. Hic in intestinis stagnans, molestiamque procreans fibrarum continuitate motuque peristaltico inverso, ab alcali quodam volatili mixto cum acido inducto, sursum tendit & in ventriculum regurgitat. Grumosus tandem hic hospes qualitatibus suis acris hostilibus fibras ventriculi nerveas, vellicando, aggravando, ad rejectionem sollicitat. Unde iis maximè sensibilibus jam in spasmodicos motus agitatis, ventriculus motu peristaltico naturali inverso, quæcunque obvia vomitu frequenti, citra tussim excludit, & abortum quasi facit. Quare impossibile fuit meatu pylori ac duodeni grumoso sanguine obstructo, atque secundum omnes dimensiones infartò, medicamenta exoptatas vires edere potuisse: contra verò necessum sanguine per vasa mesaraica in intestina effuso, spiritibus quoque ultra euphoriam resolutis, imò exhaustis penitus, lipothymias illas frequentes mortem ipsam excipere debuisse. *D. Andrea Lovv. Miscell. cur. Dec. 11. Ann. 8.*

Quædam diu vomuit; aperto cadavere cochleæ Putamen in rene inventum est.

Mulier quædam nobilis, annis circiter 28. obesa valde ac corpulenta, consistata per multum tempus frequenti & violento quandoque vomitu, incidit tandem in febrem, initio quidem non admodum pravis symptomatis comitatam; ipsa tamen intra paucos dies decessit, idque derepenre. Ad instantiam ejus propinquorum cadavere aperto, ac examinata prius inferiore regione, mox reperi id, quod causa fuisse dici posset longorum ejus vomituum, (ac forte etiam febris & mortis infecutæ,) ulcus videlicet in pancreate, quod sphacelatum reddiderat partem stomachi ac intestinorum quæ proximè adiacebat. Quandoquidem verò defuncta varia adhibuerat contra calculum directa, (cum plures Medici, æque ac alii, vomitus ejus isti affectui imputassent,) videre statui, quoniam in statu renes ipsius essent. Obrecti hi erant prodigiola adipis quantitate; quam cum manu removissem, ac unum è renibus

Ddd bus

bus prehenderem, acuti quid offendere digitum meum pensavi in inferiore renis parte, qua ureter inferitur. Id credens calculum esse mox arripui, ac via mihi dein ope cultelli eo aperta, exemi (circumdatum abundantia materia mucosa & sanguinolenta) ac seposui. Apertis renibus, nec sabulum quidem ibi, nedum calculum inveni in utroque. Examinata verò ulterius materia prædicta quam pro calculo habueram. Abluto nempe mucosâ ipsam stipante, deprehendi eam esse exiguum cochleæ testam pulchrè admodum elaboratam, in cujus cavo erat materia mucosa & viscida quantum ad consistentiam non multum ab similibus ipsi cochleæ eujusdam substantiæ, coloris tamen sanguinei. *D. Peirce, in Transaction. Angl. allatum in Act. Laps. Tom. V.*

URETHRÆ MORBI.

Vid. sub Titulis GONORROEA, LUES VENEREA, ac CARUNCULA in MEATU URINARIO.

URINAM spectantes MORBI.

Vide in Bibliothecâ Chirurgicâ.

URINARUM INSPECTIO
& EXAMEN.

Urinarum Examen, jam à præcis temporibus ita invaluit, ut illud Hippocrates atque Galenus in omnibus morbis subinde memorent; sed etiam Actuarius, Medicus Græcus, de eò Libros septem magnâ cum curâ scripserit, quos Ambrosii Leonis Nolani ope à latinitate donatos habemus. Non minus etiam in eodem argumentò insudârunt Medici Arabes, Rasis, Aliabas, Ilacus, Avicenna &c. Hosce autem omnes omittimus, quia in Recentiorum Commentariis habemus, quicquid ex Lotii inspectione, de Statu Morborum, ac humorum è sanguine secretorum, aut secernendorum; imò de eisdem morbi sede, nos maximè edoctos facere valet. Inter illos autem Recentiores selegimus duorum Clarissimorum Virorum, Thomæ scilicet Willis, & Laurentii Bellini Tractatus de Urinis, quantum ad Artem Medicam pertinent; iisque pro majori cautione in Urinarum examine superaddidimus Clariss. Gulielmi Strateni, Professoris Ultrajectinî, de fallaci Urinarum iudicio Disputationem. Sit itaque primò,

Thomæ Willis, Professoris Oxoniensis, & Collegii Medicorum Londinensium Socii.

Tractatus De Urinis.

CAPUT I.

De Urinæ Elementis, & præcipuis accidentibus.

Cum Urinæ liquor, aut recens corpore excretus, aut longa digestionem putrefactus, analysi Spagiricæ exponitur, in has partes, velut principia, resolvi solet, inter destillandum, primo ascendit quid-

quid huic inest Spiritus vinosi cum aqua diluti, verum in exigua admodum quantitate, ut non facile sit ipsam gustu percipere, huic succedit latex aquosus in proportionem satis largâ, cui Salis, ac præcipue Sulphuris particule quædam laxiores commiscetur, tertio extillatur aqua valde penetrativa, quæ vulgo Spiritus Urinæ vocatur: revera tamen Spiritus vinosus fere expers, maxima ex parte tantum phlegma est Sale insigniter aculeatum, ideoque prout in destillatione aceti, ultimo ascendit, quatenus vero Sal Urinæ volatilis, iste vero aceti tantum in fluore est, ideo liquor extillatus, qui hujus particulis impregnatur, valde acidus est; qui alterius Salinis imbuitur, plurimum æris, & pungitivus existit. Quod hujusmodi Urinæ (quemadmodum apud vulgus audit) Spiritus acedem tuam Sali potissimum debeat, indicio est, quia, subtilissimus licet fuerit, flammam non concipit, verum admotam extinguit. Post humiditatem penitus exhalatam, in fundo cucurbitinæ altera Salis portio cum Terra remanebit; cui si calor nonnihil intensior adhibetur, Sal iste in alembicum sublimabitur, derelicta tantum fece terrestris. Hujusmodi Urinæ anatome plane ostendit, quod elementa, è quibus liquor ejus conficitur, sunt plurimum Aqua, & Salis, aliquantum Sulphuris, & Terra, atque Spiritus tantillum.

Salsedo in Urinis gustu, & tactu percipitur; sapore proxime ad Saleis nitrosi accedit: elicitur quidem è Salinis esculentorum particulis, quæ, coctione in visceribus, & circulatione in vasis, ulterius exaltatur, ut plurimum in Saleis volatilibus facilius: hoc est, Sal & Spiritus quidam, ob diuturnum utriusque consortium, arctissimo nexu colligantur: ideoque ipsam Saleis, alias fixum, in sublime rapi, in utroque non inhabilem reddi, ceu penis alterius, contigit. Pro varia corporis nostri affectione, Urinæ plus, aut minus, in se continent Salis, eumque magis volatilem, aut fixum habent; quæ proinde diversi sunt coloris, & consistentiæ.

Sulphur in Urinis contineri, earum citâ putredo & lætor satis testatur: oritur è pinguis, & Sulphureis alimentorum particulis, inter coquendum minutissime contractis, tero que cum Sale incoctis: hujus, prout etiam Spiritus, minor inest copia, quam aut sanguini, & cornibus animalium, aut fulgini: quare in destillatione Urinæ fere nihil oleiforme, aut pingue ascendit. Enimvero, dum erutor in vasis circulator, corpuscula spirituosâ & Sulphurea, quæ ab ipso decedunt, magna ex parte foras evaporant: inrerim recemant salina, & aquosa lotium præcipue constituunt: nihilominus Urinæ de Sulphure aliquatenus semper participant; ejus vero quantitas, & proportio diversimode alterantur, juxta varios coctionis, & cruditatis gradus; exinde etiam color, & consistentia in Urinis plures mutationes suscipiunt.

Spiritus vinosi portionem non nisi exiguam in Urinis contineri, ejus defectus in liquore primo extillato, etiam citâ lotii putrescentia testatur: aliqualem vero subesse, arguit intestinus particularum in Urinâ motus, scilicet, tenuis à crasso secessio, & partium aliarum ab aliis spontanea segregatio, ac in hypostasin collectio: insuper particule salinæ (in quantum volatiles sunt) spirituosâ maritantur, ideoque sunt motus, & energiæ promptioris. Pro diversa tamen spirituum in Urinis copia, & præpollentia, varii emergunt hypostases, & subsidentiarum modi; ipsæ etiam Urinæ citius, aut tardius putrefcunt.

Aquosa Urinæ pars quantitate cæteras longe superat, ipsique fere sextuplo major est: destillatione haud ita simplex prolucitur, quia Salis, & Sulphuris particule quædam (utpote volatiles) una ascendunt, atque latici foetorem ingratum impertiunt: huic

huic originem præbet materia potulenta cum alimentis copiose ingesta: quæ tamen cujuscunque generis fuerit, priusquam in Urinam mutatur, qualitates proprias amittit, & alias acquirit: siquidem è liquore assumpto præter meram humiditatem, nihil fere sincerum in lotio relinquitur.

Terram, & fæclem limosam in Urinis habere, ejus destillatio, aut evaporatio satis declarat: cum enim cæteræ partes exhalant, Terra, velut Caput mortuum, in quantitate mediocri in fundo restabit: quippe in succo nutritio, præter activa Salis, Sulphuris & Spiritus principia, solidum aliquid requiritur, unde moles, & magnitudo corpori accrescant: hujus recrementa, scilicet, fæculentiæ terrestres, copiose in sero dissolvuntur, ipsique consistentiam crassiorem, & contenta contribuant: hæc autem, pro vario coctionis, & cruditatis statu, se variis habent modis.

Hæc sunt principia, quæ Urinæ corpus constituunt, etiam in quæ Analyti chymica facile resolvitur: è diversis harum *essenciis*, & varia contemperazione, oriuntur cætera Urinæ accidentia, scilicet *quantitas, color, consistentia & contenta*, quæ sunt quoad sensum maxime circa ipsam notabilia, & præcipua *epileptice* objecta, cum enim fere nihil præterea in lotio conspicitur, hæc prima phænomena constituunt, in quibus rite solvendis tota hujus scientiæ hypothesis versatur. Quare de his jam proximo loco dicendum erit; & primo de Urinæ sanorum, quæ sit ejus *quantitas*, quomodo *colorata*, quæ *consistentia*, & quibus contentis prædita; simulque explicandum ex qua elementorum mixtura, qualique in visceribus & vasis coctione, singula hæc dependant. *Secundo*, Oslendetur quot modis Urinæ ægotantium ab hac sanorum norma, sive regula desistant, & pro singulis earum differentiis proprias alterationum causas assignare conabor, atque hæc primum in hoc discursu propositum, scilicet Urinæ anatomiam, absolvent.

CAPUT II.

De quantitate, & colore in Urinæ sanorum.

Urinæ *quantitas* in sanis paulo minor esse debet humore, seu substantia liquida quotidie ingesta; etenim potulenta, & humida quotidie assumpta, sunt ipsa materies, è qua Urinæ primitus constant, hæc autem (& fame & siti urgentibus) uberius requiruntur; tum ut chymi massam satis diluant, quo rite in visceribus fermentescat; tum ut pro vehiculo inserviant, & chymo, quo massæ sanguinæ convehatur; & sanguini ipsi, ut sine incrassamento in vasis circuletur; atque succo nervoso, quo sensus, & motus organa acriet, & iriget: quanto latex serosus hoc ritu, quidquid fere habuit Spiritus, ac Sulphuris, pro nutritu, calore, ac motu impendit, novo cedit humori nutritio; atque ipse, velut inutilis, ope renum à cruore seclusus amandatur: liquor alimentosus, qui in Urinam demum mutabitur, ex sua natura diversimodus existit, scilicet, modo aquosus, modo Spiritu, modo Sale, ac Sulphure imprægnatus, ac pro variis hujus, aut illius elementi in eo præpollentis, Urinæ nonnihil alterari solent, attamen liquida quæcunque ore assumpta, nec tota, nec illibata, corpus nostrum pertranseunt, qui variis in partibus mutationes subeunt, & quantitas suæ portionem aliqualem amittunt, antequam in lotium facessunt: etenim latex, sive humor in Urinam convertendus, primo in ventriculum recipitur; (nec enim Reusnerus assentiens, qui eundem magna ex parte in pulmones delapsam mictionis à potu citiois causam asserit) utique dum in ventriculo commo-

Tom. IV. Pars II.

atur, ubi coquitur: etiam Sale, & sulphure, aut propriis, aut ab alimento solidiori dissolutis, imprægnatur: dein plurimum ejus cum succo alibili cruori confunditur, qui cum diu circulatur, & exinde, pro varia sanguinis temperie, ejusque in corde accensione, ulteriorem Salis ac Sulphuris tincturam recipit, hinc aliqualis ipsius portio, cum Spiritu animali, in cerebrum, & nervosum genus derivatur: indeque postea effectus ac imbellis factus, denno in cruoris sinum reducitur: postquam, & sanguini, & succo nervoso impenditur quidquid generosum in sero continetur, etiam quantitas non exigua diaphoresi aliisque emunctoriis absorbitur; quod residuum est, dum sanguis renes continuo perluit, aut percolatione, aut vi fermenti cujusdam præcipitatione facta, ibidem à cruore secernitur; & per ureteres in vesicam, indeque foras eliminatur.

Ex origine, & lustratione serosi laticis, modo descriptis, plane constat, quod Urinæ in proportione aliquanto minori (forsan subtriplo) liquidorum assumptorum quantitate respondere debeat; quod viscerum coctioni inservientium crasin, & robur, nec non ipsius sanguinis, & aliquatenus succi nervosi, temperiem & distributionem plane ostendat: insuper de affectibus ductuum Urinariorum indicia secum referat. Lotii *quantitas* ab hac norma non raro desleat, ut interdum *superabundet*, interdum etiam *deficiat*: utrumque pro brevi tempore, cum diathesi, hæud multum insalubri, consistere potest; sin ejusmodi affectiones diu persistant, statum in valetudinarium arguant. Super his inter Urinæ, in morbo corporis apparatu, phænomena dicemus; jam proxime Urinæ sanæ colorem perpendamus.

Urinæ sanorum quæ post coctionem in toto corpore absolutum redditur, est citrini coloris, instar lixivii mediocriter cocti, qui procul dubio procedit à Sale & Sulphure succi nutritii, & sanguinis, inter coquendum dissolutis, & sero incoctis: non à Sale tantum oritur hic color (prout nulli contendunt) quia liquor Sale imprægnatus, nisi ad spissitudinem quandam evaporetur, minime flavescit, etiam Sal Tartari deliquio solutus adhuc limpidus perstat; quod obicitur de lixivio cinerum, dico illic totum Sulphur comburendo non absorbitur, sed colorem citrinum oriri à particulis quibusdam salinis, aliisque sulphureis adultis, cineri adherentibus, & dein liquori infusus, aut incoctis. Nec tantum à Sulphure Urinæ sanorum ejusmodi colorem acquirit, quia Sulphur in menstruo aquoso, nisi adjecto Sale, hæud dissolvitur, nec ullam sui tincturam deponit, quod si Sal Tartari, & Sulphur commune, simul in aqua digerantur; aut si Antimonium menstruo salino incoquitur, utriusque liquores instar Urinæ exinde flavescunt; consimili profus modo Salinæ, & Sulphuræ alimentorum particule, digestionem in ventriculo, & intestinis, ac circulationem cum sanguine in arteriis, & venis, minutissime contractæ seroque incoctæ, ei colorem citrinum impertiant.

Hujusmodi Salis, ac Sulphuris dissolutio, cujus gratia Urinæ citrinescunt, in visceribus primo inchoatur; ac postea in vasis perficitur, plurimum dependet à coctione in ventriculo, & intestinis peracta: hic enim calor, & fermentorum ope, alimenta ingesta maxime subiguntur; soluto mixtionis viaculo, particule Salinæ, & Sulphuræ minutissime contractæ, & comminutæ in cremorem lacteum facessunt, indeque serum à coctione & distributione istius succi lactescens residuum, coloris citrini evadit: non ab simili ritu, ac cum Sal Tartari, ac Sulphur commune invicem dissoluta, & acido quovis perfusa, colorem lacteum induunt; dein contentis per subsidentiam separatis, liquor reliquus instar lixivii flavescit, quod si alimenta, propter malum ven-

Ddd 2 tricali

tricoli diathesin in prima coctione non rite digerantur, prout in pica, hydrope, aliisque viscerum dyscrasiis usu venit; etiam Urina redditur cruda, limpida, & fere insipida, instar aquae fontanae; sin ob fermenta viscerum plus debito exaltata, aut alias depravata, prout in scorbuto, affectione hypochondriaca, aut in temperie febrili, comestorum particulæ in prima regione nimis dissolvuntur, exinde sicut Urinae rubicundæ, & crassæ.

Serum, modo prædicto in prima coctione lixiviali tinctura imbutum, & sanguini confusum, quamdiu cum ipso circularur adhuc ulterius coquitur, & colorem magis saturatum acquirit; etenim assatæ, & peraduffæ sanguinis particulæ, licet maxima ex parte in vesicam felleam seponantur, tamen aliquatenus seroso latice incoctæ, ejus colorem intendunt; hinc coctione finita, quæ primo excernitur Urina pallidior est; quæ dein ultimo, magis rubicunda, quæ post longa jejunia, adhuc magis saturata: ubi sanguis frigidior est, uti in cachecticis, minuitur Urinae color; ubi cruor febrili calore æstuat, & assatur, lotium intense rubescit.

De Urinis sanorum adhuc observatu dignum est, quod quæ post pleniorum potum minguntur, nequam tinctæ, verum pallidæ, & aquosæ existunt, de quibus inquirendum erit, quo pacto latex serosus tam cito à ventriculo elabatur, (contra quam vulgo creditur) atque ductus omnes chyloferos, dein venas, arterias ipsius cordis sinus, ream, & ureterum anfractus pertransiens intra tam breve spatium, è corpore excernatur; insuper qui fiat ut Urina, ita præcipitater facta, contra ac in aliis plerisque non modo nullum in transitu mutuetur colorem, verum etiam proprium amittat: namque, uti in proverbio est, *cervisia nostra nihil spissius intrat, atque nil clarius exit.*

Circa hæc dicendum videtur, quod præter longum succi nutritii ambitum, quo nimirum post aliqualem in ventriculo moram, intestinis illabitur, & exinde per vasa lactea in novos ductus, indeque in venas deducitur (quæ quidem circumductio, haud brevi absolvi poterit) verisimile est quod detur alia propior ejusdem nutritii latice transitio, qua quidem, è vestigio, & sine mora, sanguinis massæ, & forsan liquori nervoso convehatur; atque idcirco, post inediam, à comestis, præsertim à potulentis ingestis, immediate sequitur citissima virium resectio; quæ tamen ne per Spiritus, & vapores fieri credatur etiam à tali potu Urina statim excernitur, & quidem citius quam chyli massa è ventriculi sinu demitti putatur: quare non improbabile videtur, quod cum liquor alimentosus ventriculo ingeritur, statim tenuior ejus portio, quæ Spiritu, & Aqua imprimis constat, à membranis ejus utpote spongiosis imbibatur, indeque venarum osculis instillata, cum sanguine versus cor resivo protinus confundatur, etenim in ea opinione (licet non præfacta admodum) semper sui, *Chymum aliquatenus immediate è ventriculo, & intestinis, per ramos venæ portæ in cruoris massam derivari;* & sicut lactei ductus ipsam longo ambitu circumvehunt, quo in venæ cavæ truncum descendente instilletur; ita ut proprii via, scilicet per hæc vasa, in ejusdem truncum ascendente feratur: quippe sanguis in circulatione pauperior factus, ex utraque parte rediens, priusquam cor ingreditur, novo succo refici debet, quo vegetius in cordis sinu fermentescat; quatenus autem multo pars maxima cruoris sursum vehatur, certe consonum videtur, ut saltem aliqua succi nutritii portio huic prius desagrato, ac fere effæcto, in novam à corde accensionem velut pabulum accedat. Quæ hoc suadere videntur, argumenta non levis momenti potui hic plura congerere: verum ita nimis longe à proposito diverterem:

quare quod tam cito à potu aquosum mingimus, modo prædicto aliquatenus fieri existimo; idcirco qui prope adeo ex alimentis cruoris massæ convehitur liquor, per angustos adeo (ac sunt viscerum membranae) anfractus pertransiens, velut destillatione prolucitus, materia crassiori rejecta, fere Aqua tantum, & Spiritu constat: quo nimirum Spiritus vitales reficiat, ac sanguinem diluat; circa quod pensum, eum pars spirituosa absumitur, latex aquosus, præ copia sua gravativus & molestus, continuo per renes amandatur; & cum à ventriculo Sale & Sulphure nondum imbutus advenit, nec diu cum sanguine circularur, ut tincturam lixivalem inde acquirat, limpida & tenuis excernitur.

CAPUT III.

De consistentiâ, & contentis Urinae sanorum.

HAtenus de quantitate & colore Urinarum quæ à sano corpore decedunt; quod vero ad contenta attinet, sciendum est, nihil præter *hypostasim* Urinae sanæ inesse debere; hæc autem quid sit ac quo pacto subsidat, proximo in loco explicandum restat.

Quamdiu sanguinis massa sero, & humore alibili perusa, in vasis continuo circularur, ex ea succus quidam nutritius perpetua digestionem elaboratur: qui in nutrimentam solidis partibus continuo adponendum accessit, hic primo in humorem glutinosum instar ovi albuminis, postea in tenuia filamenta excoquitur, quæ poris, & spaciolis solidarum partium intertextæ, iis novæ usque substantiæ accretionem præbent, dum vero serum sanguini commixtum universas corporis regiones perluit, ultimi hujus alimenti, solidis partibus adponendi, portionem quandam superflua in se absorbet, & secum foras abducit; atque hoc est quod in Urinis *hypostasin* constituit; quare quamdiu hæc adest, quatenus coctionem, & nutritionem aliquatenus obiri indicat, pro signo laudabili habetur; ejus absentia, aut cruditas in cachecticis, aut dyscrasiæ in febribus, indicium est; tenuibus filamentis constans, primo dispersa est per totum Urinae corpus, ac deinde in unam nubeculam colligitur hac ratione: filamenta ista sunt longa, & teretia, etiam asperitatibus quibusdam veprim instar prædita, ut hinc inde commota, facile se invicem corripiant, & inter sese complicantur; non aliter, ac si matracio aquæ pleno plurimos injicias pilos, ac dein vas istud diu conquassando circumducas; pili primo sparsim innatantes, brevi post tempore se mutuo comprehendunt, ac in unam fasciolam colliguntur; pari (uti videtur) ratione filamenta quæ hypostasim constituunt, colore, & spiritibus Urinae insitis varie hinc inde agitata, se invicem implicant, & protrudunt, donec mutuo omnium implexu in unam nubeculam coeunt; & quoniam filamenta ista sunt compacta, & cæteris Urinae contentis solidiora, pondere suo versus fundum subsidunt.

Quod hujusmodi filamenta in Urinis sanorum hypostasim faciunt, verisimile est, eo quod sanguis bene constitutus, & ad nutriendum dispositus, fibræ seu filamentis albis valde repletus sit: quod cum venæ secta cruor emissus aqua calida excipitur, cuius conspicuum erit: etenim crassamento rubro à liquore dilato, fila isthæc teretia, & candida, aquæ innatant: quare videtur quod istorum tenuia quædam ramenta, cum seroso latice abrepta, sint flocci istius in Urina subsidentis materia: quare in cachecticis ob cruditatem sanguis valde aquosus, & nutritioni ineptus, fibrillis istis bene elaboratis destituitur; etiam in magnis dyscrasiis quando cruore nimis

CAPUT IV.

De quantitate, & colore in Urinis aegrotantium.

nimis affato humor autritius in huiusmodi filamenta non ritè excoquitur, hypostasis in Urinis, aut omninò deest, aut valdè confusa & perturbata existit.

Hypostasis bona & laudabilis dicitur, quæ est coloris albi, figuræ rotundæ, & æquabilis, & versus fundum subsidit; ad quæ requiruntur: *Primo*, ut alimentum illud ultimum ritè elaboretur, quo filamenta evadant alba, teretia, & solida, instar tenuium fibrarum: *Secundo*, ut Urina satis polleat spiritibus, qui (ut in multâ effervescentia cernitur) partes omnes hinc inde agitant, & compellant. *Tertio*, ut liquor non sit nimis crassus, nec ejus poti corpusculis alienis prius occupentur, quo sit motus contentorum impeditus; sed spatium agitandis & circumducendis illiusmodi particulis satis liberum relinquatur.

Si *imbecilla* sit rubrum, indicio est alimentum illud ultimum nimio calore perassari, & aduri: quare tale sedimentum plerumque fit initio febrium, quamdiu coctio, in visceribus, & vasis, haud in totum pervertitur; si hypostasis sit abrupta, & inæqualis, signum est nutrimentum solidis partibus destitutum, non rectè, & æquabiliter coqui, ejus particulas non esse homogeneas, & ex omni parte congenere: quare filamenta non una coherent, verum hæc cum illis, & illa cum aliis seorsum implicantur; hinc quedam densiora versus fundum descendunt, alia autem rariora aliis suspenduntur. Quando hypostasis non omninò subsidet, verum tota, aut in summa, aut media regione pendet, idè contingit, vel quoniam illa constat filamentis non rectè elaboratis, solidis, & compactis, sed rarioribus, & spagiolis: aut quia liquor est crassior, Sale, & Sulphure impregnator, ideoque, lixivii lassæ, quedam pondera insistent, quæ alias in imò subsiderent. Interdum hypostasis omninò deest; in sanis post longam inædian, immodicos labores, aut sudorem copiosum, materia, aut in nutrimento penitus absumpta, aut diaphoresi evaporata; in febribus, ob sanguinis crassam valdè depravatam; etiam in pica, cachexia, aliisque ejusmodi affectibus, ob summam cruditatem.

De *consistentia* Urinæ in sanis, haud multa consideratione digna occurrunt. Eiusmodi esse solet, qualis est cerevisiæ mediocri longa fermentatione deputatæ; aut lixivii mediocriter cocti: scilicet, aquosus Urinæ liquor poris & meatibus suis includere debet quam plurimas Salis, & Sulphuris particulas, minutissime contractas ac dissolutas; ac præterea aliquantum terræ, secundum minima divisæ, & per totum lotii cor, ut dispergæ; si consistentia sit debito tenuior, qualis in Urina limpida, & aquosa cernitur, signum est indigestionis, & cruditatis; quod alimenta non planè subigantur, ac coquantur: si Urina sit crassior, & debito spissior, indicio est corpus liquoris contentis præternaturalibus saturari. Verum de his alibi, cum de Urinis aegrotantium dicemus.

Huc usque de Urina quatenus in sano corpore coctionis (tum in visceribus, tum vasis ritè peractæ) excrementum, & signum est; cujus *quantitas* sive moles, à materia potulenta determinatur; *color citrinus*, à Sale, & Sulphure dissolutis, & sero incoctis; *hypostasis*, seu *contenta*, à filamentis in cruore pro nutrimento solidarum partium elaboratis, dependent: *consistentia*, à Sale, & Sulphure, una cum Terræ particulis serosi laticis poros, & meatus implentibus. Restat proximè, ut de Urinis aegrotantium agamus: in quibus etiam quantitas, color, contenta, consistentia, & quedam præterea accidentia, considerationi sese offerunt.

Tom. IV. Pars II.

IN morbo corpore, apparatu aut statu invale- tudinario, sæpè Urinæ *quantitas* proportioni liquorum assumptorum, haud exactè quadrat; namque interdum à debita mensura deficit, & aliquando ipsam excedit: Quando lotium potulentis ingestis longè minus existit, ratio est quia latex aquosus, aut alicubi in corpore subsistit, aut in aliam, quam per Urinam, excretionis viam divertitur, si intus manet; *Primo*, vel circa viscera eorumque cavitates congeritur, & sic modo in ventriculo plus debito moratur; ejusque distensiones cum sputatione molesta inducit; sæpius verò in cavitate abdominis, ac interdum thoracis, ac capitis, deponitur, ibidemque morbos hydropticos inferre solet. *Vel secundo*, setum in vasis restagnat, adeoque sanguinis ac liquoris nervosi moles adauget, atque motus insigniter pervertit; unde catarrhi, affectiones Rheumaticæ, & non raro paralytes, ac convulsiones excitantur. *Aut tertio*, humor iste aquosus in habitu corporis desigitur, atque ita rotius, aut partium quarundam, intumescens creat. *Aut quarto* denique in viis Urinaris lapide, aut materia crassa, velut aggere opposito, obstruitur: inque illis partibus dolores, ac spasmos & in toto corpore feri plenitudinem infert. Quando latex serosus alio impenditur, ut plurimum in sudores crebros, ac molestos, aut in diarrhoeam serè continuam, aegri sunt proclives.

Sont igitur affectus, quos Urinæ paucitas indicare solet, modo viscerum quorundam intumescentiæ, & in eis aquarum congectiones, modo affectus catarrhales; modo nervi generis dispositiones malæ: interdum anasarca, & tumoris œdematosi: ac aliquando renum, ac vesicæ diathesis calculosa. Quandoque etiam lotii diminutio evacuationis cujusdam alterius præternaturalis; scilicet, sudoris, diarrhoeæ, aut alius immodicæ *excretis* effectus, & signum est: singulas hic serosi laticis aut in corpore subsistentis, aut alia excreti, causas, ac sciendi modos ad amissim describere, esset totam fere pathologiæ materiam huc transferre; complures enim & diversimodæ sunt occasiones, & circumstantiæ, propter quas serum in hac, aut illa parte congeritur, ac in corpore subsistens lotii quantitatem dimittit; plerumque tamen hujus causa principalis, & maximè frequens, consistit non tam in hepatis, lienis, aut renum, quam ipsius sanguinis, vitio scilicet Urinæ copiosa, ac libera excretio; ne non ipsius in corpore mora, & tantum minuta redditio, præcipuè dependent à cruoris temperie, ejusque, sive accessione, sive fermentatione in corde: nam si cruor principis activis (scil. Spiritu, Sulphure ac Sale) ritè exaltatis pollens, vegete in vasis effervescat, adeoque satis laxata liquoris compage à cordis fermento debite accendatur; ferè totus spiritualescit, cum calore, & motu rapido singulas partes sine infarctione trajicit: quidquid superfluum, & volatile est, foras evaporat: dumque sanguis rarefactus, & cum colore ebulliens, renes pertransit, quod serosum est, à renum sive colorum, sive (quod verisimile est) coagulo, facile feceritur, ac à reliquo cruoris massa velut præcipitatur: hoc modo sanguini ferè idem accidit, quod in lacte observamus, scil. dum incalescit, ac effervet, facillimè in partes secedit, ejusque serum à levissimo coagulo infuso separatur: si eidem refrigerato fermenta fortiora, & valde acida infundas, præcipitatio vix omninò succedit, itaque si

Ddd 3 cruor,

crucor, à mala constitutione, aut victu pravo, frigidus, ac æquosior exiterit, ut elementis activis minus dotatus segniter effervescat, ac minutim in corde accendatur, pigre admodum ac difficulter in vasis circulator, poros, & meatus viscerum, aut carniū pertransiens, paulatim adhærescit, ac sui aliquid pone relinquit; unde obstructions, & tumores passim gignuntur, cruor etiam hoc modo, viscosus, & frigidus, adeoque præcipitationi, vel percolationi indoleus, minus prompte in renibus exuvias serosas deponit; verum eas in toto corpore, quoniam ægre, & non sine humoris cujusdam residentia circulator, ubi vis relinquit. Quare in hoc statu quæ sanguinem valde exagitant, cujusmodi sunt exercitia, & motus citator, aut etiam quæ velut coagulo infuso eam fundunt, uti sunt acetosa, & sabum præparata, Urinam liberius provocant.

Interdum accidit Urinas ægrotantium in quantitate larga, & valde profusa reddi, ut nycthemeri spatio; duplo, aut forsitan triplo plus mingant, quam liquidi ingesserunt, cujus item affectus causæ sunt variæ, & significationes plurimum diversæ, si post Urinæ suppressionem, aut quantitatem ejus prius diminutam; si in affectibus hydropicis, rheumatismis, aut nervosi generis passionibus: vel si in febrium crisis, aut sponte naturæ, aut diureticorum usu, lotii profluvium succedat, plerumque morbi, aut dispositionis præternaturalis solutionem, vel saltem declinationem denotant. Sin vero (uti crebro observavi) in constitutione gracili, & imbecilla (sine præviis modo citatis affectibus) Urinæ liquida assumpta longe excedant, indeque totius magna debilitas sequatur; hoc revera diathesin malam, cum tendentia ad atrophiam, aut tabem, significat. Novi quædam teneræ, & rariore tenuræ mulieres, quæ interdum per plures dies male habentes, in copia ingenti (supra duplum liquidi assumpti) aquosam, & tenuem, sine contentis, aut hypostasi, quotidie mingere solebant; quo tempore de virium languore, respiratione difficili, & impotentia ad motum, querebantur: suspicor in hoc casu sanguinem, & succum nervosum, à Sale everso, & fluorem passo, nimis acescere, idèdque ut in mixtione nonnihil resolvantur, & in ferositatem nimis fundantur habiles reddi. Etenim observare est quod liquida quævis, crassiora licet, & mucilaginoso fuerint, si ad acozem servantur, statim aquosiora, & magna ex parte limpida fiunt: etiam Urinæ profluvia quandoque, à tali sanguinis, & humorum dispositione oriri constat: eo quod lotium, ita copiose excretum, sapore acetum refert; atque hujusmodi affectus potissimum chalybeatis, & minime adstringentibus, aut incrassantibus curari solent.

Quod vero ad Colorem spectat; Urina sanorum sit norma, sive regula, ad cujus examen cæteræ omnes ægrotantium revocari debent; cum vero sanorum color sit citrinus, erit ægrotantium Urina, vel citrina pallidior, & sic, vel aquæa, aut alba, vel eadem saturatior, cujus præcipue species sunt flammea, crocea, rubicunda, viridis, & nigra. Singulas harum breviter percurram, simulque appendere conabor, quibus de causis quælibet alterationes fiant, & quales affectus, seu morborum apparatus indicare soleant.

Urina est aquæa, sive limpida, quando ob ventriculi indigestionem, Salinæ, & Sulphuræ esculentorum particulae, non rite subiguntur: nec minutim contractæ adeo volatilifantur, ut sero dissolutæ einturam impertiant, quam per singulos transitus sui fractus secum referre possit: etenim latex in Urinam mutandus, quia per ductus valde secretos, & minime patentes, velut destillatione quadam, urgetur: ideo colore, & consistentia, quæ in liquidis assumptis fuerant, omnino spoliatur, nihilque pe-

nitus nisi volatile è chymo (cujus vehiculum est) imbibit. Quare si, ob summam cruditatem, Sal, Sulphur, & alia contenta, haud primo volatilifantur in visceribus, nec postea dissolvuntur in vasis, ut cum seroso latice una iter faciant; ipse demum fere omnibus denudatus, velut aqua limpida, foras excernitur. Quod principis activis tales Urinæ fere careant, signum est, quia diutissime à putrefactione immunes servantur: hujusmodi Urina in puellis *χλόρον* plerumque denotat, in plerisque cachexiam, aut hydropem, in quibusvis *ἀνέμια* & cruditatis indicium est. Quandoque in nephriudi obnoxio paroxysmum ingruentem prænuntiat, scil. dum serum à succo lapidescente in renibus coagulatur, ejus dissoluta, & contenta in materiam Tartaream congelantur superflite tantum latice aquoso. Qui tenuis, & aquosus aliquamdiu mingunt, qualicumque ægritudine sunt obnoxii, sæpissime adjuncta habent, *respirationem difficilem*, & à motu *crebram*, atque circa regionem ventriculi *dysentionem*, & à passu velut *intumesceniam*. Prioris ratio omnino dependet à defectu *πνευματικῶν* in sanguine: etenim quia liquor ejus particulis activis (Spiritus, Sulphuris, ac Salis) rite exaltatis, aut plene imbuitur; ideo à fermento cordis non satis accenditur, quo statim totus exsiliat, & velut in flammam prorumpat: quin ægre fermentescens, & in corde stagnare, aut magna ex parte residere aptus, ipsum valde aggravat: quare si cruor ita dispositus à motu citatori in cordis sinus solito plus urgetur, quia non sponte rarefactus, statim totus egreditur; ideo magno pulmonum nixu, & crebriori agitatione opus est, quo foras exantletur. Hujusmodi cruditatem, in sanguine Urinæ aquosæ propterea significant; quia siquidem à Sale, & Sulphure tinctoram fere nullam receperunt, indicio est eorum particulas in cruoris massa minus dissolvi, aut volatiles reddi. Quod ad ventriculi inflationem attinet, (cujus item Urinæ limpida sunt effectus & signum) dico, propter debitæ *επιπέρας* defectum, chylus minime in cremorem volatilem, verum (instar panis non fermentati,) in massam gravem, & ponderosam faecit; quæ quidem tarde, & non sine residentia viscosi phlegmatis, è stomacho eliminatur: ejus reliquæ, plicis & membranis ventriculi impactæ, poros, & meatus quosvis obstruunt, ut nihil evaporet, nec quod tenuius, & spirituosum est per ductus secretos (uti fieri oportuit) protenus sanguini convehatur: hinc status copiose gignuntur, qui ventriculum continuo distendant, ac supra debitam molem inflant: etiã cum faeculentia istæ diu in stomacho relictae sale fixo abundant, in materiam modo acidam, modo vitriolicam, aut alius naturæ degenerant; unde cardialgia, absurdorum appetitus, sæpe ardor cum siti immani, interdum vomitus atroces, aliæque symptomata valde infesta oriuntur: quorum nonnulla licet calorem satis acrem intus latitare arguant, tamen ob coctionis privationem, taliter affecti sæpe Urinam crudam & aquosam reddunt. De Urina limpida ita fufe egimus, quoniam hinc reliquarum, quæ pallidæ, & tenues, citra colorem, & consistentiam in sanis subsistunt, rationes peti debent. Etenim à Sale, & Sulphure, plus, aut minus dissolutis, seroque incoctis, Urinæ pallidæ, stramineæ, colorumque aliorum infra citrinum phænomena excitantur; ac simili ritu, quo de aquæa dictum est, explicari potuerunt.

Restat, Urinæ species quædam altera, *citrina pallidior*, minime tenuis, verum *crassa*, & *opaca*, atque *coloris subalbidi*, communi, observatione constat sæpe pueros talem excernere, cum viscera eorum lumbricis scatent; cujus ratio videtur, quia materia ex qua fiunt lumbrici, est viscosa quædam pituita, ob chyli indigestionem, & *πνευματικῶν* defectum, in visceribus congesta, quæ primo nullam Urinæ tinctoram

aturam transmittit, ob materiae fixitatem; postea eadem materia putrescens exaltatur, & aliquo modo volatilifatur; atque tunc partim calore, & spiritu in lambricos efformatur, ac partim chylo transeunte confusa ac in vasa delata, cum sit nutritiva idonea, cum sero à cruore seceratur, & Urinae permixta, colorem album ipsi conciliat. Quandoque etiam in febribus, praecipue puerorum, Urinae albicant, cujus ratio est, quia succi nutritii supplementum, è chylo cruoris massae suffusum non rite assimilatur; sed in humorem excrementitium degenerat, cujus portio sero incocta, ei consistentiam crassiorem, & colorem lacteum imperit: secus, ac in adultorum febribus, ubi cum calor sit fortior, ejusmodi succi degeneris adventus colorem rubicundam sero imprimit. Item Urinae albescunt in fluore albo, gonorrhoea, ulceribus renum, vesicae, & meatu Urinari, ob saniei aut seminis corrupti confusionem: utcumque sit, color Urinae albus ab ejus contentis producitur, quibus demum subsidentia ad fundum depositis, liquor plerumque evadit coloris subflavi & pallidi; non aliter ac in conficiendo lacte sulphuris scernitur, ubi substantia lactea ad fundum subsidente, liquor supernatans citrini coloris exsistit.

Urinae quarum color est citrino intensior, non tantum Sali & Sulphuri plus solito dissolutis, verum aliquatenus crassioribus in liquore contentis, odores sua debent. Salis atque Sulphuris uberius dissolutio, porissimum in vasis in ipsa cruoris massa peragitur, indeque seroso latici tinctura imprimitur: hoc autem duplici ut plurimum modo fieri contingit; scilicet vel propter effervescentiam febrilem, quatenus cruor in vasis ebulliens, & in corde magis accensus, in mixtione plurimum laxatur, adeoque Salis ac Sulphuris particulas, velut coctione delibatas, sero copiose affigit: vel sine febre, quando ejusmodi Sulphurea ac salina corpuscula, aliis emunctoriis excerni solita, cohibentur; ideoque sensim in cruore congesta, sero affunduntur. Hujus item duo sunt praecipue Casus sive modi: aut enim recrementa sanguinis, quae de Sulphure adusto maxime participant, & per vasa cholechocha amandari debuerant, retinentur; adeoque serolo humori suffusa flavedis tincturam imprimunt: aut etiam effluvia, quae sunt praesertim naturae Salinae, & transpiratione insensibili evaporari oportuit, cohibentur, ab hisque lotium lixiviali tinctura saturatur: prioris generis Urinae illerici sunt propriae; quae vero hujus, in scorbutis familiares existunt: namque in scorbutis salinae cruoris particulae à volatilisatione disciscunt, & fluorem nanciscuntur: quare ob fixitatem minus evaporant, ideoque in sanguine plenius congestae, ipsius crasin magis pervertunt, & humorem scorbutum salsedine plurimum impraegnant: contenta quae Urinae colorem intendunt sunt duplicis generis; scilicet vel recrementa adusta à deflagratione sanguinis residua; vel succi nutritii in materiam extraneam degeneris particulae: de quibus infra proprio in loco dicetur. Restat modo, ut singulos Urinae citrino intensiores colores speciatim describamus.

I. Primo occurrit Urina flammea, quae instar Spiritus niri cum fulgore rutilat: haec autem saepissime in febre tertiana intermittente reperitur; oritur hic color à portione flavae bilis tenuioris, sero, dum in motu est, commixtae, quippe in hac febre adest sanguinis acris & calida intemperies, quae humores quosvis adurit, & torrefacit, ideoque bilem copiose gignit. Haec autem, licet maxima ex parte ductibus & vasis biliariis à cruoris massa seceratur; cum tamen in vasis abundat, pars ejus, seu (quod idem est) particulae quaedam sanguinis & humorum, retorridae & adustae, seroso latici incoctae, ei flavedinem satum imperiunt. Haec Urina tenuis est & gortuscans, eo quod in hoc morbo continua fere dia-

phoresis, succi nutritii recrementa, & cassiores qualvis feri partes, ad circumferentiam corporis protrudat.

II. Urina Crocea, quae & linteae eodem colore inficit, indubitatum est icteritiae signum; hoc modo tingitur à flava bile, sive à Sale & Sulphure adustis ac sero ubertim commixtis: etenim bilis flava à jugi calore & motu sanguinis necessario gignitur; huic autem à cruoris massa secerndae cystis selles, ejusque ductus in hepate radicati, à natura designantur: Sin vero talis secretio quovis modo impeditur, humor iste in sanguine restagnans, & copiose congestus flavidine sua cutim, cruorem, & imprimis laticem serosum, inficit. Differt Urina crocea à flammea, quoniam in hac tantum bilis tenuioris portio quaedam, verum in ista crassior & longe uberius copia, lotio suffunditur: porro in flava bile Sulphur cum Sale adjuncto diu circulatum, ab ipso plene dissolvitur, ut velut pigmentum evadat, cuius subjecto tincturam croceam impertiens; prout cum Sulphur commune ac oleum Tartari simul digeruntur. Quae autem, sine istius bilis restagnatione, in Urinis rubedo excitatur, eodem modo ac in lixivio cinerum contingit, ubi Sulphuris particulae, sine praevia à salinis digestionem, una cum ipsis in liquore protinus deponuntur.

III. Restat proxime dicendum de Urinis rubicundis, quae sunt diversae habitudinis, neque semper ab iisdem dependent causis, nec plane idem denotant affectionum genus; praecipuas earum differentias, & proprias significationes breviter percurramus. Primo, Urinae liquor aut ex sero bescit, eodemque modo perfluit, nec partium quarumvis subsidentia calor alteratur: Vel Secundo, Urinae rubedo saturata ejus contentis praecipue debetur, quae cum ad fundum subsiderent liquor flavescit, vel minus intense rubicundus exsistit: affectus quos hujusmodi Urinae indicare solent, sunt praecipue febris, scorbutum phthisis confirmata. Singulorum rationes perpendamus.

I. Quando Urina quae mingitur rubicunda, ita perfluit, Primo vel est consistentiae mediocris, & pellucidae, atque tunc colorem suum debet Sali & Sulphuri plus solito adustis, ac proinde sero copiosius incoctis: vel Secundo talis Urina rubicunda est, simulque turbida & opaca: haec autem, praeter Salis & Sulphuris contenta, etiam particulas quasdam terrestres sibi incoctas habet, quae quidem poris & meatibus serosi latici impactae, minime descendunt; quoniam Urinae liquor spiritibus idoneis destituitur, qui heterogenea quaevis segregent, & ad fundum compellant: veluti in vappa, aut in cervisia propter tonitruum acescente, usu venire solet; ubi liquor faece turbida inficitur, & propter defectum spiritus non denuo clarescit, quare hujusmodi Urina pessimum in febribus signum est: quippe talem in sanguine materiae adustae, ac secerndae, confusionem indicat, quasi spiritus vitales subigendo & perdomando non sunt pares.

II. Urina interdum rubicunda mingitur propter ejus contenta, quibus ad fundum subsidentibus, liquor alterius coloris evadit: sunt autem ista contenta, uti superius inquitur, duplicia; scilicet modo tenuia, quae sunt materiae se recrementa adusta, à deflagratione cruoris residua; modo crassiora, nimirum particulae succi nutritii degeneres, utraque haec à sanguine effervescente torrefacta, & secreta, partim sudore excluduntur, partim seroso latici commixta, ejus consistentiam incrassant, ac colorem intendunt: scilicet, quamdiu hujusmodi contenta poris & meatibus liquoris inclusa sustentantur, color Urinae saturatior, & consistentia spissior, apparet: his vero ad fundum praecipitatis, & rubedo & crassities liquoris minuuntur, hujus ratio inferius assignabitur, ubi de causis colorum, nec non diaphaneitatis & opacita-

us, Urinarum dicemus: nunc inquiramus, quæ sit discriminis ratio, quod Urinæ rubicundæ tum in febribus tum etiam in scorbuto phibisi, ac forsitan aliis quibusdam affectibus, reddi solent.

I. In febribus Urinæ liquor rubore saturatur, propter uberiorem Salis & Sulphuris dissolutionem eorumque particulas sero copiosas incoctas: dum enim sanguis & humores à causa febrili effervescent, propter calorem plenius accensum, Salina & sulphurea corpuscula, adusta & torrefacta, plus dissolvuntur, serosoque latici incocta ei tincturam altiore affigunt: quemadmodum si lixivium è cineribus super ignem coquatur, intensius rubescet, quem si per infusionem tantum procedas, Etiam in febribus Urinæ contenta ejus colorem sapissime adaugent: scilicet ob sanguinis intemperiem & deflagrationem, tum siccæ nutriti particulae degeneres, tum materies altera, (velut cineres ab adustione cruoris residui) in calcem rubicundam veluti comburuntur; quæ poris Urinæ inclusa ejus colorem saturatum reddit, & postea subsidens sit sedimentum, instar ochræ rubrum.

II. In scorbuto diuturno Urinæ liquor sæpè ita intensè rubescit, ut non magis in febre ardente: talis si evaporetur, aut destillationi exponatur, Salis copiam ingentem cum faece limosa exhibet, quare saturatam hanc rubedinem à Sale potissimum oriri (prout supra innuimus) hoc experimento constare videtur: quippe in scorbuticis particulae salinae, quæ volatilissimæ, adeoque constanti diapnoë foras exhalari, debuerant, fixiores evadunt, atque ab effluxu cohibita uberius in corpore affecto congeruntur. Sal intus manens cum Sulphure & terra variè coagulat, ac dein continuo resolvitur: & ab hac diversimoda coagulatione & resolutione, admiranda hujus morbi symptomata excitantur. Etiam à corpusculis salinis cum feculentis Tartareis uberius resolutis, & sero dilutis, Urinæ intensa rubedine saturantur; cui sæpissime accedunt, in hoc affectu inveterato, hepatis ac vesicæ fellæ vitia. Cum enim hæc viscera, aut obstructa aut aliter depravata, munere suo pro secretendis adultis sanguinis particulis minus defunguntur, eadem in cruore plenius congestæ seroso latice dissolvuntur, ipsumque lixiviali tinctura adhuc magis inficiunt. Et, si particulae adusti Sulphuris cæteris Salis fixi & scorbutici præpollent, simul icterus flavus scorbuto accedit, & Urina croceam tincturam linteis affigit. Sin istis minores sunt, & particulae salinae præcellunt, producit affectus tantum scorbuticus, in quo Urina intensa rubicunda est, nec tamen linteamenta tingit: Rem ita se habere persuasus sum, quia cum plurimum è scorbuto defunctorum cadavera dissecuri, quibus Urina rubicunda extiterat; observavi hepar aut cystim felleam in culpa fuisse: in nonnullis fuit hepar profusè exsangue & exsiccum instar uberis vaccini; in aliis vesica biliaria erat vacua & inanis, in aliis lapidibus obstita, in aliis amurca minimè amarescente repleta; in omnibus viscera hæc taliter affecta, ut secretio bilis impediretur.

III. Propter hujusmodi Salis resolutionem in morbis arthriticis Urinæ interdum rubescunt: nam præter insultus podagricos (in quibus tale lotium non rarò excernitur) observavi in quibusdam affectionem dolorificam, & velut febris æmulam, cum Urina valdè rubicunda excitatam; adsunt dolores vagi, modo in hac, modo in illa parte graviter infesti, ut ægroti vix pedibus stare, aut membra movere possint: vigiliis & crebris sudoribus sunt obnoxii; etiam siti, & faucium ardore valdè molestantur, atque Urina intensè rubicunda cum sedimento copioso & rufo existit: interea tamen nec à pulsu, spirituum languore, aut cephalalgia, sanguinem supra modum effervescente, aut febrem induxisse constat: quare hujusmodi affectum præcipuè à nervoso genere con-

sistere atque à principii salini, potius quam Sulphurei, exorbitantis dependere suspicor.

IV. Etiam in phibisi confirmata, præsertim si hectica adjungitur, Urina rubicunda existit: cujus ratio est, si quando ulcus in pulmonibus excitatur, inde purida sanies sanguini præterlabenti confusa effervescentiam ei ferè continuam inducit, qua particulae sulphureæ & salinae uberius dissolvuntur, seroque incoctæ, liquorem ejus rubedine afficiunt: præterea ob sanguinem hoc modo inquinatum, succus nutritivus ferè totus in putrilagine degenerat, cujus recrementis Urina saturata magis rubescit, & contentis plurimum infertur: hujus indicium est, quod tabidi à pastu plerumque æstoant, & calore per totum corpus suffunduntur, sudore nocturno succedente: insuper Urinæ eorum sedimentum crassum & copiosum deponunt; scilicet succus alibilis cruori confusus, cum non assimilatur, effervescentiam in ipso concitat, atque in materiam extraneam degenerat, partim sudore per poros cutis exhalat, partim ad Urinam transmissa ejus colorem & consistentiam valde invidit.

Hactenus de Urina rubicunda cujus singulae modo prædictæ species, plures habent intentionis & remissionis gradus, prout cause, colorem & consistentiam in eis alterantes, sunt aut debiles aut fortes.

V. Quod ad Urinam viridem & nigram spectat, colores ejusmodi saturatos (quales scilicet postum, & atramentum exactè referunt) fateor me nunquam in lotio vidisse: quin existimo ex flava intensiore, viridiuscula, ex eadem cum mixtura opaca & nonnihil atrata, Nigricantis Urinæ appatentiam desumi; indeque ab auctoribus lotium viride & nigrum appellari. Quæ autem istis modis Urinæ coloratæ habentur, vel ita constanter aliquo tempore persistant, aut sunt ictericæ, aut etiam cruoris virulentia quadam affecti, signa: Vel pro data occasione tales Urinæ variè immutantur, & modo hujus, aut illius, modo statim alterius coloris existunt. Ita novi hypochondricos, tales Urinas quibusdam temporibus velut criticè excernere solitos, dein postea sanorum similes reddere: Quoad prius, cum ictericia plurimum ingravescit, ut in cruoris massa Sulphuris ac Salis portiones adustæ diutius persistant, eadem longa incoctione colorem flavo saturatiorem, scilicet primo viridem, & postea nigrum, acquirunt, ac eundem sero impertient: etenim si bilis flava cysti fellea exempta, ac cucurbitæ indita, leni balnei calori exponatur, eadem brevi viridescet, ac postea instar atramenti nigerrima apparebit: quare in ictero nigro, quæ tantum est flavus diuturna mora in deterius evectus, nihil usitatus est quam Urinas atratas reddi. Præterea hujusmodi Urinæ in febre maligna ac peste interdum apparent, etiam non rarò ab epoto veneno; atque in hoc casu signum lethale, plerumque existunt: quippe sanguinem valdè corruptum & profligatis spiritibus, ac soluto mixtionis vinculo, velut vaporem affectum arguunt: non secus ac cum pars aliqua in corpore nostro ulcere affecta, postea gangræna aut sphacelo corripitur, illic sanies quæ prius equosa, alba, aut flava effluerat, nigra evadit. Quare in affectibus citatis cum Urina nigricat, sero & sanguine per totum vitæus, etiam cutis externa tali colore obfuscatur. Quod ad Urinas colore viridi, ac præsertim nigro, periodicè tinctas attinet, (quæ nimirum hypochondriacis frequenter accidunt) verisimile est, quod tales à feculentis atrabilaris in liene reconditis & deinde præ congestione nimia aliquoties exundantibus, & sanguini confusis, oriuntur: etenim talis materia in quibusdam hominibus sæpè in ventriculum suffusa, vomitus atratos ciet, etiam in aliis eadem à cruore pertransiente resorpta, latici seroso ejusmodi colorum suffusiones impertire possit.

Huc

Huc usque de Urinarum coloribus, quorum pallidiores & cruditate nimia, saturati fere omnes oriuntur vel à Sale & Sulphure uberius dissolutis, & interdum à recrementis adustis sero penitus incolitis, vel à crassioribus Urinae contentis, sive ipsa sint alimenti inter coquendum degenerati velut calx & pars residua, sive corporis tabescentis aut partis cujusdam male affectæ deliquimentum aut abscessus: Quæ dicta sunt melius intelligentur, si explicetur modus quo istiusmodi dissoluta aut contenta possunt Urinae colorem venie immutare.

Colorem diversimode apparentium, & varie immutatorum necnon opacitatis, & diaphaneitatis in Urinis causæ, (veluti in liquoribus aliis quibuscunque) unice dependent à varia incidentia ac emissionis radiorum lucis, prout alibi in tractatu de fermentatione innuitur: nam si liquoris compages sit, rara & tenuior, cum poris & meatibus apertis, ut radii lucis facile pertranseant, iste sit pellucidus & instar aquæ fontanæ limpidus: sin vero contentis seu corpusculis innatantibus, laticis pori implentur, adeo ut radii luminosi in transiitione sua refringantur, utcumque vero demum emergant, juxta varios istiusmodi refractionum, & emissionum, modos, color citrinus, croceus, aut rubicundus, in liquore adhuc diaphano apparebunt. Quod si, pororum spatiosis adhuc plus occupatis, lux minime pertranseat, opacitas inducitur: tunc autem si radii immergi parum aut minime reflectuntur, fusci, aut atrii coloris liquor apparebit: sin vero repercutiuntur, pro diverso reflectionis modo, pars alba, cineritia, aut alius generis inducitur. Ex hoc supposito, juxta quod Urinae liquor, modo Sale, & Sulphure aliisque dissolutis fere privatus lucem facile transmittit, modo ejusmodi contentis, aut modice, aut valde refertus, radios incidentes, aut in transitu distorquet, aut penitus imbibit, aut denuo repercutit; facile erit colorum & consistentiæ in iis phænomena quævis explicare.

Non raro accidit ejusdem Urinae colorem varie immutat; quæ enim rubicunda mingitur, tæri exposita, albi, aut fusci coloris, ac dein aliquo post tempore citrina, evadit: cujus ratio, ni fallor, hæc est; hujusmodi Urina, dum mingitur, rubicunda est, quia pori liquoris sunt contentis plurimum occupati; quamdiu tamen calore dilatantur, radios lucis (licet varie distortos) transmittunt, ut denuo emergant: verum hæc Urina non citius frigori exponitur, quin poris contractis sitis & positio partium in contentis mutatur, & proinde radiorum lucis pertransitus inhibetur: quate liquor statim opacus evadit, & prout isti radii hoc, aut isto modo reflectuntur, color, aut albus, aut fuscus, aut alius generis inducitur: tandem vero contentis pondere suo ad fundum subsidentibus, pori liberati radios lucis denuo transmittunt, ipsosque minus distorquent; quare color minus saturatus, sive citrinus, evadit.

Ex his, quæ circa Urinarum colores dicta sunt, constare potest quæ sit causa variæ Urinarum consistentiæ: prout enim Salis, & Sulphuris, materia adusta, aut succi nutritii inter assimilandum depravati, particulae plus aut minus sero incoquantur, etiam Urinae consistentiam tenuiorem, aut crassiorem nanciscuntur. Restat proxime ut de contentis in Urinis præternaturalibus (quorum sæpe mentio facta est) explicatius dicamus.

CAPUT V.

De contentis in Urinis Ægotantium.

Contenta in Urinis Ægotantium duplicia agnoscimus, scilicet vel *universalia* quæ à sanguinis,

& liquoris nervosi massa procedunt, & totius corporis habitudinem respiciunt; vel *particularia*, quæ sunt unius visceribus aut partis male affectæ excrementa, aut deposita, de quibus mox inferius dicetur. Quæ prioris generis à toto decedunt, sunt vel *naturalia*, scilicet filamenta hypostasia, prout in sanis, confluentia: vel *præternaturalia*, quæ præcipue sunt humoris nutritii ab assimilatione degeneris particulae, & sedimenti in Urinis corpuscula crassiora constituunt; atque his demum (si adest intemperies febrilis) materies à deflagratione sanguinis adusta, & seroso latice diluta accedit, & contentorum molem auget.

Hæc autem, tum *naturalia*, tum *præternaturalia* Urinarum contenta se vario habent modo, prout sanguis, plus aut minus indebite effervescit: etiam prout alimenta in visceribus, & vasis varie coquantur, & chymi inde confecti, aut superfluitates, aut corruptelæ, cum sero abluuntur: namque si humor alibis cruori transmissus, haud totus pervertitur, sed magis ejus portio in nutrimentum solidis partibus adponendum mutatur, etiam hujus rite elaborati partes quædam sero commixtæ, in Urina adhuc aliqua hypostaseos vestigia imprimunt: quodque ex materia degeneri aut adusta sedimentum præternaturale constat, adhuc paucum, & tenue existit, neque hujus naturalis apparentiam omnino delet. Quare in principio, & declinatione febris, quandoque etiam in phibisi, aut cachexia, hypostasis, licet non adeo perfecta, cernitur. Quod si major ejusdem chyimi portio, cum sanguine effervescent, ob calorem immodicum in materiam heterogeneam pervertitur, quæ postea, ut noxia, & inutilis cum sero amandatur, hypostasis statim obscura & imperfectior evadit; atque præter eam in Urinis plurima habentur contenta, quæ earum calorem & consistentiam intendunt. Talis Urina quæ simul hypostasia licet imperfectam, & alia ejusmodi in se dissoluta continet, si in loco calido detineatur, sola hypostasis cernitur: reliqua autem contenta, poris Urina à calore dilatatis comprehensa, sunt prorsus inconspicua: postea tamen, pororum spatiosis à frigore contractis præcipitantur eadem contenta, ac proinde situm ac positionem mutantia Urinam turbidam, ac opacam reddunt, ac hypostaseos apparentiam delent. Hujusmodi Urina in meliori febriam statu, catarrho, tussi, & diarrhoea cacochymia & levioribus plerisque dyscrasiis mingi solent.

Sin aegritudine ulterius protracta omnino vitiatum coctio, & succus nutritius totus in putrilaginem mutatur, hujusmodi contenta etiam absque hypostasi in Urina cernuntur, & varie in morbis significant, prout variis præcipitantur & subsident modis, sedimentumque diversi generis, constituunt: prout nimirum cito, aut tarde, aut non omnino partium separatio succedit, & prout materia subsidens fuerit pauca aut multa, aut etiam coloris albi, rubri, vel fusci. Quæ circa hoc præcipue notabilia & observatû digna occurrunt, breviter percurram.

I. Urina hujusmodi contentis saturata aliquando non præcipitatur omnino [nisi cum longo post tempore liquoris compages putredine resoluta fuerit] quia turbida & nonnihil opaca diu persistat, corpusculis par totum innatantibus. Hujus ratio est, aut quoniam hæc contenta nimis alte sero incoquantur, ita ut Spiritus insiti parum ab impuro, crasso à tenui, nequeant segregare, uti cernitur in conficienda cervisia, cui si brasu farina nimium incoquantur, nunquam postea clarescit liquor: aut etiam Urina manet turbida, quia omnino destituitur spiritibus, qui partes liquoris in fermentationis motum compellant: sicuti fieri solet in cervisia ob tonitru aut calorem immodicum acefescere, & facie turbida infecta, quæ vix unquam rite defæcatur. Hujusmodi Urina plerumque in febribus valde periculosa,

& quandoque in cachexia conclamata cernitur, atque semper malum portendit.

II. Interdum contingit Urinam adeo contentis saturari, ut dum adhuc incalescit turbari incipiat: sæpius observavi hoc modo fieri, in febre lenta, cujus calor fuit mitis, & remissior: in qua scilicet naturæ crassamenti particule depravantur, sed minus calore subactæ, aut sero incoctæ, facilius ejus poris excidunt: veluti cum Sulphur commune lixivio incoquitur, si priusquam perfecte dissolvatur, ab igne amoveatur, liquor primo clarus, & rubicundus ob citam dissoluti præcipitationem, statim fit turbidus, opacus, & subalbidi coloris.

III. Quod verò sæpiissime usu venire solet Urinam hujusmodi contentis gravidam, quamdiu incalescit, & aliquo post tempore, videri claram, & perspicuam, cum vero frigescit, paulatim turbari, & velut coagulo infuso secundum omnes sui partes præcipitari; eandem tamen si juxta focum, aut in aqua calida aliquantisper detineatur, denuo clarescere: hujus ratio, ubi de causis opacitatis & diaphaneitatis dictum est, satis superius fuit explicata.

IV. Postquam Urina frigori exposita hoc modo præcipitatur, observandum erit, quo pacto ejus contenta ad fundum descendunt: quandoque enim brevi tempore subsident: & si spatio duarum, aut trium horarum liquor clarescat, signum est Urinæ liquorem, haud nimis esse crassum, nec Sale, & Sulphure valde saturatum: quare in principio, ac declinatione febrium, quando calor est remissus, talis Urina sæpiissime excernitur: Interdum non nisi plurimum dierum spatio talis subsidens succedit: cujus ratio est, quia liquoris consistens est debito crassior, ideo contenta, aut dissoluta complexu non adeo facile dimittit, ut pondere suo ad fundum decidant. Hujusmodi Urinæ in febrium statu reddi solent, & malam sæpiissime crisin præcedunt.

V. Nec minus diversi generis sunt quæ ad fundum cadunt sedimenta. Ut præteream hoc in loco saniem, & sanguinem, arenas, sabulum, & similia partium quarundam deposita; ea quæ sunt totius corporis producta, ut plurimum sunt, aut alba, aut fusca, aut rubra instar ochræ: si Urinam, cum diu steterit, chartam emporeticam trajicias, contenta hæc colligere possis. Vidi sæpe, instar cretæ, albicantis; quandoque instar boli Armenæ, rubra. Proculdubio est eadem omnium materia, nimirum sanguinis deflagrati, & succi nutritii inter assimilandum depravati, recrementa: quæ prout in corpore nostro à colore exassantur, & diversimode pervertuntur, etiam in Urina sub vario colore, & forma apparent; non secus, ac Antimonium nitro commixtum, prout plus aut minus calcinatur, exhibet calcem, modo rubram, modo croceam, modo flavam, modo fuscam: par (uti videtur) ratio est de Urinarum sedimentis, quæ sunt veluti calx materiæ Sulphuræ, & terrestris, in visceribus, & vasis febris incendio deflagratæ.

VI. Præter hujusmodi contenta, quæ in Urinis ægrotantium contingunt, non raro observavi, postquam Urina aliquandiu steterit, aliquid, arenarum instar, matulæ lateribus affigi; & quidem sub diversa figura, modo enim hæc corpuscula sunt arenis similia, cum superficie aspera, & inæquali; modo cum striis instar crystallorum nitro concreverunt; & quidem splendens, & pellucida sunt, instar glaciæ; aliquoties in Urinis dysenteria affectorum, etiam bis in vigiliis pertinacibus hujusmodi cristallos matraccio affixos vidi. Interdum Urinis, cum aliquandiu steterint, cremor quidam supernat, veluti cum Tartarus aquæ incoquitur; hujusmodi crassa albicans, in superficie lotii concreverunt, vulgo pinguis, & adiposa creditur: ac pro solidarum partium deliqua-

mento habetur; quare talem Urinam excernere soliti, statim tabidi, & quasi deplorati pronuntiantur. Veruntamen ista concretio tantum salina est, quæ si igni admoveatur, minime liquatur, sed in substantiam crustaceam obdurefcit. Quinimo, & hoc, & reliqua Urinarum incrustamenta sunt veluti Tartarus coagulatione quadam in eis productus: talis autem concretio omnino dependet à particulis salis fluidi, sive acetosi, cum aliis Salis fixi, aut Alcalisati combinatis: etenim in quovis subjecto, ubi salium utriusque generis commistio, seu sponte naturæ, seu hypocrisis artificiali, procuratur, & yllallationes & coagulationes diversimodæ excitantur: quare lotium ejusmodi, cui cremor ista immat, aut crystalli in lateribus vasis concreverunt, indicat sanguinem à natura dulci & balsamica (qualis à Sale volatilifato dependet) in acidam & corrosivam, & principii salini fluxum & fixitatem, desciscere. Talis Urina, si evaporetur, Salis copiam ingentem in fundo vasis relinquet: affectus, in quibus reperiri solet (uti sæpius observavi) sunt sputum sanguineum, atrophia, & dispositio hypochondriaca.

In Urinis ægrotantium observatu dignum est, utrum matraccio infecerint, necne? quandoque enim in febribus Urinæ non citius vitro imponitur, quam statim ejus latera nebula albicante obfuscat, & rursus hoc alio tempore non succedit: puro vitrum inficit, quando Urinæ liquor Sulphure dissoluto plus saturatur, quam ejus pori in se continere possunt; quilibet enim liquor Sulphure nimis impregnatus idem præstat; prout cernitur in lixivio, cui Sulphur commune, aut Antimonium incoquitur: item quilibet Urina si diu in vitro steterit, donec putrescat, ejus latera inficit crassa, seu nebula, modo albicante, modo rufa, modo alius coloris: nimirum, liquoris compage putredine soluta, Sulphuris particule à mixtionis vinculo solutæ vitro affiguntur: in Urinis vero ægrotantium aliquando hoc statim succedit; quia Sulphur sero copiosius dissolvitur, quam ut poris ejus includi possit.

Quod vero spectat ad contenta Urinarum particularia, ea quidem multiplicia existunt, & à variis locis & partibus provenire possunt: sæpiissime tamen à morbis circa renes, vesicam, & ductus Urinarios constitis dependent: interdum accidit propter abscessum in hepate, liene, pulmonibus, aut alio viscere excitatum, vel ob humores præternaturales in illis locis congestos, & pleuritidine sua exundantes, materiam extraneam in sanguinis massam, indeque serosum laticem transmitti; at tamen hoc rarius contingit, quoniam apostema intus disruptum, plerumque in viscerum cavitates saniem profundit, è quibus in ductus Urinarios nullus patefcit aditus: insuper cruoris massa impuritatibus scatens, haud statim eas per Urinam, at sæpius sudore, sputatione, exanthematum eruptione, tumoribus aliisve excretionum viis, eliminare nititur. Quare observatione communi constat, quod alia Urinarum contenta (quam quæ supra citavimus) potissimum à renibus aut eorum appendice dimittuntur; quorum præcipua sunt, arenule, calculi, sanguis, pus, caruncula, membrana, sedimenta farinacea, quæ plerumque signifi- cant aut effectionem calculosam, aut ulcerosam, aut simul utramque, ultra vasa emulgentis consistam.

Usitatum est arenulas rubicundi coloris à quibusdam in magna quantitate cum lotio excerni; horum nonnulli calculo renum sunt obnoxii, atque paroxysmis nephriticis crebro tentari solent: novi tamen alios sine dolore, aut alio graviore symptomate, longo tempore arenosum minxisse: Urinæ quæcumque, si in vase plumbeo aut terreo vitreato aliquandiu steterint, ejusmodi (sabulum rubrum matulæ fundo & lateribus affigunt; nimirum Sal Urinæ vola-

volatilis cum Sale fixo metalli coagulatur: sic quando Sal Armoniacus limatoræ chalybis, Sali marino, aut vitriolico commixtus sublimatur; flores elevati insigniter rabelcunt: quare videtur quod ejusmodi arenulæ robur in renibus gignuntur, eo quod Sal Urinæ cum sæculentis Tartareis circa anfractus renum depositis coagulatur, indeque materia sabulosa constat, quæ protinus à seroso lactice pertranseunte abluatur: Itaque arenæ, quæ ita crebro minguntur, non sunt ramenta calculi majoris (uti vulgo creditur; verum sanguinis & seri, renum anfractus per-luentium, extemporanea producta.

Quo pacto calculi in vesica aut renibus producantur, non est hujus loci plenè disquirere: hoc autem à coagulatione, potius quam exsiccatione, seu excrescensione, fieri extra dubium ponitur: observavi nonnullos calculo vesicæ laborantes, qui postquam Urinam deposuerunt, cum magno conatu, & dolore succum crassiorem & viscidum excernere solebant, qui illico in materiam squamosam obdurecebat: hujus odor fuit lixivialis, & consistentiæ qualis lixivii ad spissitudinem evaporati, cujus scilicet liquor crassior factus & frigori expositus, protinus in duritiem salinam obrigescit. Calculi minores meatus Urinarios interdum pertranseunt, & foras excernuntur. Satius est grandiores in foveis suis immotos permanere. Loca in quibus usitate gignuntur, sunt renum sinus anfractuosi, exinde minores in vesicam delapsi, si non excernuntur, in lapides ingentes excrescunt: semel vidi plures calculos majores circa vesicæ latera, inter membranas ejus, velut in cysti, conclusos; isti proculdubio à renibus adhuc minores dimissi, in ureterum ductibus inter vesicæ tunicas perreptantibus manebant, atque illic sensim mole augebantur. Matrona taliter affecta, longè ante obitum, è meatu Urinario rejecit membranam, crassam atque latam, materia sabulosa refertam, quæ (uti postea è cadaveris dissectione constabat) fuit pars tunicæ interioris vesicæ, à calculis ibidem inclosis attrita & disrupta.

Nephriticis familiare est, sanguinem aut pus cum lotio crebro excernere: etenim à calculo majori & asperitatibus prædito, renum caro facillè atteritur, & visorum oscula referantur, quibus sanguis exundans Urinam tingit: cumque solutio continui hoc modo in renibus excitatur, sæpissimè ulcus succedit, quo pus & sanies cum seroso lactice perfunduntur, & sedimentum copiosum & foetidum in Urina constituunt; dein ab ulcere continuum plus solvitur, & sanguinis profusiones largiores non rarè sequuntur, atque ipsa renum caro attrita, & sensim exesa, cum lotio ejicitur. Olim invisi mulierem annosam, quæ per plures menses cum Urina puram sanguinem in magna copia quotidie reddebat; insuper earunculas ingentes, carnum frusta, vasorum exesorum velut tubulos, quoties mingebat, in magna quantitate excernere solebat; ut suspicio esset renem alterum hoc modo totum è corpore abscidisse: postea tamen à decocto vulneratio cum spiritu Vitrioli acidulato mistio ista cruenta sistebatur, atque hæc foemina adhuc sana in vivis degit. Novi matronam alteram, quæ primo sanguinem & materiam purulentam, cum membranâ à longo tempore mesendo ejicere solebat: deinde, mictione cruenta cessante, per plures annos aquosum mingebat, cum sedimento copioso, & albo insat pituita, in matula fundo subsidente, postea cum sedimentum illud deesse ceperat, intemperies febrilis cum doloribus hinc inde vagis, virium languore, aliisque mali moris symptomatis, successit: cumque ægra in magnum vitæ periculum adduceretur, tumor in latere circa renis sinistri situm exortus, in abscessum maturatus, propter largam

puris profusionem, ipsam liberavit: tamen ulcus cavum & sinuosum in isto loco, ichorem tenuem exsudans, duratè vita manebat: quod aliquoties perforatum denuò statim erupit. Exinde, biennio vix elapso, Illustrissima hæc Domina, Urinæ suppressionem per dies 14. passa, apoplectica interibat: cadavere aperto, ren sinister omninò defuerat; ejus loco substantia membranosa lumbis adnata vasorum & ureteris extremitates complectens, accreverat: ureteris vestigia quædam remanserunt, verum sine apertura in ductus cavitatem: quinimò ichor, sive serositas quædam arteriæ emulgentis osculis exsudans, in ulcus istud sinuosum exterius ferebatur. Ren alter fuit materiâ sabulosa & calculis minoribus valde operpletus: insuper juxta summitatem ureteris, lapis circa pollicis magnitudinem desigebatur, cujus extremitas erat ductui, seu cavitati ureteris adeo adaptata, & firmiter impacta; ut velut epistomio aperturam ejus exactè clauderet, & seroso lactici transitum omninò inluberet. Materia purulenta non tantum à renibus, verum aliquando è vesica, & meatu Urinario, ulcere affectis, in lotio deponitur; quandoque etiam è vasis & locis genitalibus, sanies, semen corruptum, fluor albus, aut sanguis menstrualis, Urinis suffunditur, & subsidentias præternaturales in iis producant.

IV. In Urinis ægrotantium sæpenumero conspiciuntur contenta alba, & copiosa, è corpusculis minutis constata: quæ cum subsiderunt, supra medietatem liquoris implent, ipsamque albidum & opacum reddunt, reliquo in superiori matracii regione tenui & claro permanente; hujusmodi sedimentum farinaceum dicitur, quia scilicet aquam farinam inbutam refert: de hoc ambigitur, utrum è tota cruoris massa, an tantum è visceribus Urinariis conferatur. Observatione constat in calculo vesicæ ejusmodi lotium constanter reddi, etiam aliquando ob renem lapide grandiculi obstrum: absque affectu nephritico talem subsidentiam in Urinis nunquam vidi: quare hoc ferè indubitatum calculi signum semper reputavi: atque videtur, quod à succo, sive humore circa calculi molem congesto omninò dependeat: namque ubi lapis in rene aut vesica desigitur, humor nutritivus ibidem ab assimilatione pervertitur, & in mucum crassiorem degenerat, qui valde copiosus coacervari solet; veluti ichor, qui propter globulorum in fontanella positum ubertim exsudat. Iste autem mucus, cum sero ablutus, sedimentum illud album constituit.

CAPUT VI.

De judiciis circa Urinas ægrotantium ferendis.

Hætenus de Urinarum anatome, in qua explicatur earundem elementa, & principia constituta, una cum præcipuis ipsarum accidentibus, scilicet colore, consistentiâ, & contentis, tum quæ per essentiam iis debent naturaliter inesse, tum quæ iis ob corpus malè affectum præternaturaliter solent accedere. Facillè erit cuiquam hanc hypothesein ad praxin accommodare, & judicium de Urinis in matula inspectis ferre; etenim ex dictis constat, quarum partium morbi per Urinæ inspectionem innotescunt, & quid in singulis Urina significat. Circa hoc subjectum abundè satis ab auctoribus dictum est, idè rem breviter tantum perstringam, & sicco (ut aiunt) pede pertransibo.

Licet Urinæ materia, scilicet serum sanguinis universam corporis regionem perluar, & cum sanguine

guine per singulas partes circuletur; haud tamen omnium statum & morbos patefacit, sed istarum solummodo, quibus ad naturalem sui perfectionem & generari debet, aut à quibus alterationem quamvis suscipit: quare viscerum, coctioni inservientium, actionem & crasin aliquatenus refert; & præterea sanguinis & humorum in vasis temperiem & motum subindicat: verum ut quis dolorem in capite, abscessum in gula, aut quemvis alterius partis affectum, unde nihil sero communicatur, ex matula cognoscere & divinare præ se ferat, ignorantiae potius suæ, quam morbi cuiusvis indicium præbebit.

Urinæ ab ægrotis delatæ, quandoque sunt omnino sanorum similes, & tunc nullam de morbo aut parte affecta lucem præferunt; liceat verò illis inspectis aliquid negativè pronuntiare: scilicet ægrotum esse febrem tantum: circa ventriculum, & alimenti coctionem, non admodum malè se habere: quare, si sit in tabem proclivis, aut abscessu, aut alio morbo solutæ unitatis laboret; affectum qualiscunque fuerit, non valde videri periculosum, aut curatu difficilem.

Interim tamen nihil temerè edicat velim, nec eo usque progrediatur, unde nulla receptui patefeat via: non rarò enim observavi in gravissimis quibusdam affectibus, scilicet in febre maligna, ubi cum viribus dejectis, pulsu debili, & inæquali, macularum eruptione, aliisque mali moris symptomatibus ægrotantes periculosè admodum decubuerunt, Urinas quoad colorem, consistentiam, & hypostasim, veluti in sanis laudabiles fuisse; ut revera tali in casu, medicus è lotio tantum conspecto circa prognosticon perquam turpiter erraverit: quare Urinæ singulari testimonio, nisi alia suffragantur indicia, ægra commodeur fides. Quod verò in peste, & febribus malignis mendax sit illa, & meretriciam exerceat, in causa est, quod in istis morbis, nonnunquam sine magna effervescencia, sanguis sensim & velut tacite corrumpitur: adeoque licet coagulatione, aut respirato liquor ejus afficiatur, tamen quia non eodem tempore immaniter deslagans, materiam adustæ vel cinerum congeriem facit, serum à solita crasi, aut tempore parum aut minimè alteratur: præterea aliquando, cum in tali agritudine cruor multum effervescit, quicquid excrementitium in massa ejus congeritur, statim cerebro & nervoso genere transfertur: quare latex serosus à contentis præternaturalibus immunis usque solito more se habet, extra hunc casum, quando Urinæ coloris saturati, turbidæ, & sine quovis sedimento apparent, non est quare suspicari in prognosi facienda multum hæsitet.

Quoties Urinæ ægrotantium sunt illis sanorum dissimiles; aut ipsi aliquid naturale deest, aut quid præternaturale, additur, aut simul utrumque contingit.

I. Deesse poterunt color, consistentia, contenta, & quantitas. Si color si debito rem sitior, & liquor pallidus, indicat cruditatem, & immaturitatis defectum, quod nimirum succus nutritivus nec in visceribus nec in vasis ritè coquitur, aut exaltatur; ut particulae Salinæ, & Sulphuræ simul evectæ, seri distributioni velut destillationi obsequentes, eidem penitus adhærescant, unde etiam ipsi tincturam impertiant: quare tali Urina conspecta, de hujusmodi symptomatibus non ineptè hariolari poteris quod sit gravitas in ventriculo, inappetentia, & dyspepsia, tensio in hypochondriis, ineptitudo ad motum, somnolentia, respiratio difficilis, & crebra intra exercitandum palpitatio cordis, color pallidus, pedum & abdominis intumescencia; dicas periculum esse ne forsan incidat, aut jam incidit, in cachexiam, aut hydropem; & si virgo sit, quod pica aut malacia afficiatur.

Quod si in febre Urinarum color remittatur absque, crisi signum est materiam fermentativam, seu

recrementa sanguinis adusta, esse à cruoris sinu secreta, & alicubi defixa: quod plerumque in cerebro contingit; & proinde tales Urinæ solent delirium seu phrenitidem prænuntiare, in nephriticis subita alteratio Urinæ in pallidam & aquosam, ingruentem nephritidis paroxysmum denotat.

Urina pallida & copiosa, sæpè indicat salium resolutionem nimiam, ob quam è toto corpore ac præcipuè è partibus nervosis, serositates, velut profluvio quodam amandantur: talis excretio interdum salutaria est, & velut critica, qua superfluitates tantum eliminari contingit: quandoque symptomatica est, & magnam debilitatem infert, quia scilicet succus nutritivus, & humores utiles una excernuntur.

Si consistentia sit tenuis, & liquor pallidus, arguit cruditatem & immaturitatis defectum, aut potum nimium, aut affectionem nephriticam: si color sit flammeus, signum est febris tertianæ intermittens.

Si desint contenta, & palleat, apesia significatur, & cachectica corporis diathesis. Si verò color sit citrinus, & consistentia mediocris absque hypostasi, suspicaris ægrotum nimio labore & exercitio uti solitum, aut nocturnis sudoribus crebro affici, aut forsan atrophiam laborare, aut esse in tabem proclivem.

Si Urina in minori, quam par sit, quantitate continuè reddatur, nisi adsit largior diaphoresis, signum est cruorem à seroso latice non satis expurgari: quare necesse est, ut aquosior evadat, & tandem cachectica corporis dispositio, aut hydrops inducatur. Si de repente supprimitur; & cum dolore & difficultate mingitur, affectionis nephriticæ indicium est.

II. Urinæ aliquid superadditur, nimirum aliquando color intenditur, interim ut consistentia & contenta se debito modo habeant, atque suspicio erit de diathesi ad febrem vel de hæctica inchoata: forsan causa quædam evidens præcessit, prout balneum, ællus, crapula, aut immodica exercitatio, quæ sanguinem excalefacerent, aut frigus incautè susceptum fuerit, unde pororum oclusio, & adhaerentia. Si Urina sit crocea & lineæ flavedine tingat, dicas morbum esse isteritiam: si crocea sit, aut rubicunda absque febre, neque lineæ tinctura inficit, affectionem scorbuticam, aut hypochondriacam plerumque indicat.

Ut color & hypostasis se rectè habeant, contenta præternaturalia non rarò Urinæ insunt; idè cum frigescit, turbatur, & sedimentum deponit, modo album, & tum suspicio erit de cruore fordibus scatente, item de ventriculo impuro, materia excrementitia, aut lumbicis obfesso; modo rufum, quod sæpè contingit ob transpirationem impeditam, phthisin, & quandoque ob crapulam, aut febrem inchoatam.

Urinæ naturaliter se habenti contenta præternaturalia crassiora interdum insunt; quæ alicujus partis circa vas Urinarias affectionem denotant; unde pus, aut sanies, sanguis, fluor albus, semen corruptum, aut similia, Urinæ permiscetur: & facillè dignoscas, interrogando quomodo in hoc aut illo loco æger se habeat, quæ pars sit affecta; ut, recolendo qualem morbum ejusmodi Urinarum sedimenta indicent, de natura affectus certior fias.

Cum Urinæ aliquandiu steterint, eisque sedimenta alba, & copiosa subnascantur, non facillè erit primo statim adpectu dignoscere, unde nam ea proveniunt, scilicet an à tota cruoris massa, an à particulari tantum viscere, seri, aut feminis præparationibus dicato? Etenim sanguinis, & succi nervosi impuritates, sub specie farinacea ad fundum matræ depositæ, sæpè fluoris albi in fœminis, aut gonorrhœæ in viris, suspicionem Medico movere assolent: etiam in lotio contenta ferè similia cernuntur; quæ à partibus Urinariis, ac quæ à spermaticis procedunt; inter has ambiguitates ne suspensus temeraria confidentia non solum incerta

incerta po certis, sed insuper falsa, pro veris referat; ejusmodi Urinarum discrimina poterit hoc ritu indagare. Si contents sint universalis, eorumque indicia massæ sanguineæ applicari debeant; ut plurimum à prima mictione (nisi aliquando forte in *duplex* critica) isthæc (utpote in substantia tenuiori) sunt omnino inconspicua; dein, Urina à frigore turbata, tarde ad fundam descendunt: & postquam subsiderunt, à calore matraccio adhibito eorum apparentia rursus deletur: si vero *improbatum* isthæc alba à particulari foco amandantur, Urinam recens emissam illico turbant, & incrassant, cito præcipitantur, & à calore minime evanescent: ut vero consueti cui visceri particularia ejusmodi contents adscribenda fuerint, ex aliis circumstantiis facile negotio cruendis, innotescat.

III. Urina quandoque à naturali statu profus alteratur: color, & contents quæ inesse debuerunt, desiderantur, & alia ipsi insunt: tom vero indicatur, inemperiam in toto corpore adesse, & coctionem in visceribus, & vasis depravari; dicas ægrum febre laborare, dein interrogando dicas, & ita ut pronunties quod caput doleat, quod siti, ardore, anorexia, vigiliis, & aliis symptomata hinc consequentia quadam deducendis, afficiatur.

Aliquando acidit Urinam à naturali statu defestere, tamen affectum de quo æger conqueretur, minime referre; & vel ostendit morbi causam, vel partis alterius cum affectu consensum, ut si quis de immani cephalalgia, aut tremore cordis queratur, & Urinam exhibeat aqueam; illa non denotat ipsos affectus, sed tantum cruditatem in ventriculo, necnon lienis, & viscerum circumcirca obstructions, quæ possunt esse istorum affectuum causa, dico in hoc casu, Urinam inspecta præcipuæ indicationis circa medendi methodum desumuntur, & remediis utimur, nec cephalicis, nec cardiacis, sed vel catharticis, quæ vomitum aut purgationem moveant; aut de obstruentibus, & imprimis chalybeatibus: interdum vero Urina est vitiosa, tamen ab affectu de quo æger queritur, ejus significatio est profus aliena; ut si quis vomati, aut lethargo obnoxius eam reddat rubicundam, & contents præternaturalibus saturatam, ejus inspectio optime conditiones suggerit, scilicet ne remediis nimis calidis, sed temperatis instamur.

Præcipuus *opercularis* usus, in observandis morbi cujusvis statu, & progressu, nec non alterationibus versus salutem, aut mortem. Etenim in affectibus chronicis ex Urina quotidie inspecta, Medico innotescat, quibus gradibus ægrotatio indies accrescat; quo tempore remedia purgantia, aut alterantia, erunt magis opportuna; qualia medicamenta sunt maxime proficua: hinc observare est, an natura morbo prævaleat, necne? certissimum hinc prognosticum elicitur de spe, aut periculo convalescentiæ; prout nimirum coctionis, aut cruditatis signa in Urinis apparent, in morbis acutis hinc status, & *dein* febris optime prænotatur; quo tempore crisi, & quando evacuationibus, & quando cardiacis tempestive insistendum est. Non certiori fide, aut majori diligentia, pyxidem nauticam intuentur naucleri, quam pro idoneis medendi temporibus, & modis, Urinarum phænomena observare debent Medici.

Hæc sint quæ circa iudicia Urinarum, non è variis ægyptiarum traditionibus collecta, sed rectæ rationi, & veritati consensu, in promptu erat dicere. Scio præterea, à medicis, & mulierculis, innumeras fere *opercularis* regulas, & præcepta passim tradi; ut natam tantum inspecta divinare præ se ferant, an sit vir, an femina qui ægrotat; quamdiu decubuerit; quali morbo laboret; utrum affectus in mortem, an salutem desinet; an patiens amoris, aut tri-

Tom. IV. Pars II.

stitiæ affectibus sit obnoxius; utrum mulier utero conceperit, necne; & an gravis marem, an feminam paritura sit; & sexcenta alia, in quibus, vel inani conjectura utentes, confidentia sua credentium animis imponunt, vel (quod crebrius in more est) calida versuta rem aliter exquirendo indagantes, notitiam suam Urinæ inspectioni falso adscribunt.

CAPUT VIII.

De Urinarum examine, & variis probationum modis.

LIcet apparatus circa examen & inspectionem Urinæ vulgo tantum simplex adhibeatur, (scilicet lotium à vitro immisum, medicinali & ægyptiæ plerique intuentur, parum conquassant, indeque statim iudicium ferunt) tamen quibus ægrotantium salus cordi est, res paulo intricatior videtur, & circa *opercularis* circumstantiæ quædam observari solent; quibus omnis nihil certum, aut in praxi medica revera directorium, è matraccio ediscitur. Insuper in quibusdam affectibus, prætermeram vitri inspectionem, habentur aut probationum modi, quibus circa Urinas quod in recessu lateat, virumque effugit, palam fiat: unde earum *evaporatio*, *destillatio*, *putrefactio*, etiam *præcipitatio* non inutiliter à quibusdam, & *opercularis* accuratius curantibus, in usum assumuntur. Quapropter de recto lotium inspiciendi modo, & in casibus nonnullis analysi varie instituenda, breviter dicemus.

Cam Urina ægrotantis Medico offertur, si prius eadem aliquandiu in vitro steterit, atque si liquor sit diaphanus, hypostasis velut in nubeculam collecta, & si reliqua contents ad fundum subsiderint; nihil ultra deest, quin protinus sententia *opercularis* proferaur. Sin lotium matraccio aut recens infunditur, aut prius conquassando perturbatur, expectes dum partes confusæ denuo segregentur, & debita subsidentie loca acquirant. Quod si liquor contents saturatus poris à frigore contractis, turbidus, & opacus evaserit, virum in loco calido detineatur, donec lotium denuo clarescat; & deinceps aliquandiu prope focum collocetur, ut dum contents præternaturalia, aut tenuiora, poris à calore dilatis absorbentur; aut crassiora in fundam decidunt; filamenta hypostasin constituentia (si aliqua adsuerint) in media regione, aut paulo inferius, simul congregentur; ita enim constabit quæ sit natura, & qualis morbi potentia; item in febris, caloris & effervescentiæ gradus, humoris nutritii coctio, aut depravatio, etiam materie adultæ in sanguine congestio, ejusque secretio incepta, aut protus frustrata, significatione ab Urinis desumpta, nonnihil elucescunt; quare hoc etiam modo procedere oportet, si quando Urina à longinquo adfertur; cujus nimirum particule multa concussionem perturbatæ, nisi in loco tepido aliquandiu detineantur, haud facile repetunt positionem suam loca. Sin ægrotum in proprio cubili degentem crebro invisurus, opportunum erit, ut Urina recens micta, & matraccio indita circa hypocaustum collocetur, quæ dum modice intepescit, singulæ partes, sine quavis perturbatione, optime disponuntur subsidentie modo.

Postquam Urina ita nude, & quasi omni velo discooperta, intuitu offertur, proxima erit cautio ne aliqua ejus phænomena accidentaliter contracta, & non proprie ad ipsam spectantia, Medico imponant: quod revera aliquando accidere solet, propter alterationes in illis à cibis assumptis excitatas, quæque imprimis consistunt in colore, & odore Urinarum, præter naturam, & Medici expectationem, varie

E e e immu-

immutationem, varie immutatis.

Enim vero error satis vulgaris committi solet, cum Urina à Rhabarbaro, croco, semine fantonici, aliisque ore ingestis, flavescens, & linteamenta tingens, indubitatum icteritæ signum creditur; etiam à casta lotium nigricans humore atrabilario imbutum dicitur; quandoque etiam à jure cicerum, aut decocto rubiæ tinctorum, aliisque epotis, Urinam rubore saturatam æstimamus (falso licet) intemperiem febrilem indicare. Non raro accidit à potu tenui copioso, Urinæ colorem intensam præter expectationem minui, atque à fortiori potu, atque alimentis calidioribus intendi: cujusmodi mutationum causæ ni Medico innotescant, de lotio inspecto iudicium non nisi falsam adhiberi poterit; cum itaque sine causa manifesta color in Urinis immutatur, victus ratio inquiratur, ut, si forsitan ab ingestis alteratio procedat, ne perperam adscribatur morbo. Quæstio hic oritur; Cur siquidem pleraque ore assumpta, priusquam in lotium secessant, colores in lotio omnino emittunt; aliqua tamen sunt, quæ, comesto sero tincturam imprimunt pertinacem adeo, ut per omnes ductuum anfractus illibata transeant? Cujus rei causa in hoc ordine versatur, quod mixta nonnulla particulas Chromaticæ constitutivas habent valde subtiles, easque insigniter volatiles: quare hæc, in exigua tantum quantitate ingesta, totam chyli massam colore suo insciant; & deinde succus nutritivus sanguini conveyendus coloratus ascendit, ejusque vehiculum, scil. latex serofus usque tinctus amandatur.

Qualis sit odor ab Urinis sanorum, unicuique propriam quadamtenus olfacienti obvium est: scil. dum recens mingitur, ob particulas sulphureas, & salinas in liquoris compage conscriptas, haud valde ingratus est: cum aliquandiu steterit, ut mixtione soluta sulphur sale aculeatum exhalare inceperit, graviter putescit: præterea autem observare licet, quod aliquando Urinæ recens factæ odorem suavem, scil. violaceum expirant, atque interdum foetorem valde ingratum naribus objiciunt. Prius nec à sano, nec insalubri corporis statu dependet; verum ab assumptis solummodo producitur: Terbinthina, nux moscata, & alia quædam gummi, & aromata, diversæ licet naturæ aut operationis, ori ingesta, Urinæ plane similem odoris suavitatem impertunt. Hujus ratio videtur esse, quod in hujusmodi mixtis sulphur purioris, (hoc est, spiritibus imbuti) particulae complures enimeant: quæ cum volatiles fuerint, sero confusæ mixtionis vinculo non continentur: quare lotio excreto, statim hæc solitaria, aliisque Urinæ foetidæ incomitate exsiliunt, ideoque odorem satis gratum distillant: qui licet à comestis diversimodis concitetur, usque tamen eodem modo violaceus perstat, eo quod in omnibus sulphuræ illæ particulae digestionem ab aliis ejusdem concreti adjunctis liberantur, neque alienis à lotio insciantur. Quod vero ad Urinam foetentem spectat, illa nonnunquam ab ulcere circa renes, vesicam, aut vias Urinarias confito procedit; quandoque etiam à calidiori renum, aut totius corporis intemperie suscitatur: cum enim sulphur saturate nimis sero incoquitur, ejus particulae cum salinis aculeatæ (utpote minus arcte conclusæ) protinus evaporant, & olfactus sensorium graviter feriunt; præterea autem, aliquando à comestis Urinæ foetorem contrahunt. Etenim Balsamus sulphuris allium, rad. asparagi, pomaceum, vinum Rhenanum, & alia pleraque ore ingesta, Urinæ graveolentiam accersunt: hujus ratio si inquiratur, dicimus quod talia quæ Urinæ foetorem imprimunt, etiam in quantitate uberiori eam provocant: quare videtur quod ejusmodi assumpta sanguinem fundunt, & se-

ri præcipitationem valde accelerant: cumque hoc ritu latex serofus à cruoris massa velut abrupte devellitur, liquoris compages laxa efficitur, neque partes exacte miscentur, nec crasseos æquabili vinculo continentur, quare cum lotium istud corpore excernitur, compage ejus prius soluta sulphuris crassioris (h. e. cum Sale combinati) particulae cito expirant, adeoque tetrum odorem distillant. Etenim Urina ab assumptis hoc modo alterata, hævio cui Antimonium, aut Sulphur commune incoquitur, atque acidum quodvis postea insillatur, persimilis videtur: quippe in hoc decocto, prout etiam in tali lotio, referata liquoris compage, corpuscula Sulphurea protinus erumpunt, & gravi sectore sensorium percellunt.

Quod si supra visus, & olfactus examen, quispiam curiosus Urinarum explorator ulterius indagare velit, in promptu erit diversimoda experimenta eas in partes resolvere, ac velut ad vivum dissecare, indeque directiones Medicas non levis momenti elicere: quippe in morbis quibusdam chronicis, ubi sanguinis dyscrasie exactius perquirendæ sunt, ut in eo salis, & Sulphuris proportio, & temperatura, rite investigentur, convenit interdum Urinas evaporare, aut destillationi exponere; etiam ex istis præcipitatis, aut putrefactione resolutis, nonnihil ediscitur. Novi læminam honestam, squamosa cutis sceditate graviter afflicta, quæ nimirum quotidie materie velut furfuraceæ copiam ingentem scalpendo excutere solebat: hujus Urina, in scutella evaporata, sedimentum crustaceum, & salinum, excremento illi cutaneo simillimum, vasis lateribus adhærescens reliquit. Olim viri prænobilis, motibus convulsivis; & musculorum tensionibus dolorificis, graviter obnoxii, Urinam evaporavi; cui in fundo quantitas Salis, & materie Tartareæ, dimidium integri liquoris pondus excedens, remansit. Hoc modo facile erit principii Salinis in sanguine, & humoribus proportionem invenire; utrum vero Sal iste volatilis, an supra modum fixus evaserit, Urinæ destillatio palam reddet: nam si Spiritus (ita dictus) ex Urina copiosus prolicetur, & præterea Sal in Alembicum ascendit, volatilisationis signum est: Hujus vero, contrarium Salis fixitatem arguit.

Sicut Urinæ evaporatio, & destillatio principii Salinis valorem ostendunt, ita præcipitatio, & putrefactio Sulphur, & crassiora Urinarum contenta, velut in pondere, & mensura, patesciunt. Quoad prius, licet Urina sit liquor salis, & sæpe contentis gravidus, tamen quatenus particulae ejus salinæ non sunt (veluti in plerisque menstris assolet) aut prorsus in fixitatis aut fluoris statu, sed maxima ex parte volatiles; ideo haud facile, neque statim à quovis salso infuso, præcipitationem subit; Spiritus vitrioli cæteri-que acetosi nihil efficiunt: Sal Tartari perturbationem exiguam concitat. Aluminis vero solutio, in quantum spatiosa valde constringit, mox totum liquorem maxime perturbat, atque omnia Urinarum contenta, velut latebris extrusa, palam oculis conspicienda tradit. Quare hoc ritu, sine longa subsidentiae mora, illico dignoscas, quantum materie sulphuræ, & terrestris, & cruoris massa pro recrementis in sero deponitur.

Urinarum putrefactio, singulas cujusque generis particulas adhuc magis distinctas, & velut seorsim dispositas, exhibere solet; namque, si lotium per plures dies in vitro immotum steterit, colore, odore, & consistentiâ plurimum alteratur: est enim color intensior, odor ingratus, & summe foetidus, consistentiâ crassior, non raro in superficie lammiginem, modo albicantem, modo lividam, adsciscit; etiam in vasis fundo sedimentam crassam & copiosam, & sæpe in la-

pe in lateribus crustam arenaceam, sive Tartarum, coloris albi, vel cineritii affigit. Ex hujusmodi phænomenis, & quatenus Urinæ citius aut tardius putrescant, indeque plus aut minus à priori statu alterantur; conijcere licebit, quanta sit Salis, aut Sulphuris proportio; utrum istorum alteri præpollent; etiam de materie terrestris, sive contentorum qualitate, & copia, hinc non infidum desumatur iudicium.

Ita demum habes (Vir amicissime) *ἡγάγετο* doctrinam, sive methodum, qualem tenuitas nostra adornare potuit: dissertationis hujus, & sterilitas, & erroribus, non tantum ignoscis velim: verum alias eadem excusata habeas. Quippe hortatu vestro hæc primum scripta, atque ex tuo solummodo arbitrio, & jussu etiamnum publici juris sunt. Quare sectum istum, invita quasi Lucina, fere per abortum editum, ceu exposititium, & merito *ἑπιπέδω* ad limen tuum dimissum, fac cures.

Hæcenus Thomas Willis; ejus de Urinis Tractatum, sequetur jam,

Laurentii Bellini De Urinis quantum ad artem Medicam pertinent,

L I B E R.

PRIMA PARS CONTINENS

Quædam de Urinis in genere, & quæ ad Urinas naturales pertinent.

Urinæ nomine intelligimus liquidum illud excrementitium, quod, ut ex Anatomicis patet, à sanguine feceritur in Renibus, ex quibus per Ureteres in vesicam, hinc verò per urethram extrà corpus mittitur; sanguinem accipiendo non propriè per humorem humidum, & calidum, aeris temperamento respondentem, sed per omnium humorum massam, quæ fluit per venas, & arterias, quemadmodum passim sanguis sumitur à Medicis, & Galeno. Hujusmodi autem liquidum, quod urinam dicimus, ex eo ad rem medicam pertinet, quod per ejus inspectionem non levi conjectura judicamus, æger ne sit, an sanus is, cujus urinam inspiciamus, & siquidem æger, quo ægrotet morbi genere, quanto tempore ægrotaturus sit, & quo exitu desinere debeat morbus, num scilicet sanitatis, aut mortis, quæ singula conijcimus ex iis, quæ in urina observantur non convenienti cum ipsius naturali statu; comparantes enim naturalem habitudinem urinarum cum illa, quæ nobis offertur, cum per occasionem urinam aliquam inspiciamus, & deprehentes in quibus affectionis utraque differant, satis tutò arguere ratiocinando possumus, quid immutatum sit in corpore illius, cujus urinam observatur, dummodò prius planè cognoverimus quæ sint illa, quorum compositione sit, ut urina dicatur habitudinis naturalis. Itaque ut ex urinarum inspectione aliquid minus dubiè dijudicemus in ordine ad morbos, & artem medicam, quo pacto se habere debeat urina in naturali statu, & unde pendat hic idem naturalis status ejus, intelligamus oportet; cum etenim quicquid ex urinis copijcimus ad rem medicam pertinens, proveniat à comparatione urinæ naturaliter se habentis cum aliis cum illo naturali statu non convenientibus, manifestum est ejusmodi comparationem institui non posse, nisi notæ sint utraque, quæ comparantur, nempe urina naturalis, & à naturali statu dimota, adeòque ut ordinatim hæc dissertatiuncula instituat, ante omnia exponendum erit cujusmodi se habere debeat urina naturalis, & quæ sint illa, quibus concurrentibus in illa naturali ha-

Tom. IV, Part II.

bitudine constituitur. Prius tamen obiter admonemus ex inspectione sola urinarum nihil certi deduci posse ad rem medicam pertinens, unde superius quicquid ex urinis deprehenditur, conjecturas appellavimus, argumenta satis tuta, & minus dubia, non autem certa, tutissima, & demonstrativa; cum etenim universum iudicium, quod ab urinis desumitur, institui debeat per comparationem naturalis, & non naturalis urinæ, primò nosse oportere quæ sit naturalis habitudo urinæ in illo corpore, cujus urina per occasionem exhibetur à naturali statu recedens. Neque enim urinæ omnium hominum iisdem esse possunt affectionibus præditæ propter dissimilem temperaturam eorundem, quæ urinas etiam naturales dissimiles inter se facient: Medicus autem uniuscujusque naturalem urinam nosse non potest, cum plerumque vocetur ab iis, quos ne vidit quidem unquam, nedum eorum urinam inspexerit, neque ab iis rescire sciscitando poterit propriæ urinæ naturalem statum, cum tati sint de ejusmodi excretionibus solliciti, neque noverint quid observandum sit quod Medico referri debeat; plurimi verò etiam si observaverint, rem ipsam explicare satis non possunt. Secundò etiam si cognosci supponatur uniuscujusque naturalis urina, non tamen ex unoquoque desumi possunt argumenta certa morborum; fac enim aliquem crassum, & saturè rubrum naturaliter mingere (dantur enim ejusmodi, & cujuslibet cæteroquin morborum iudicii urinæ in quibusdam temperamentis perfectissimè naturales); hic verò mox ægrotet, & urina exhibeatur à sua illa naturali crassitie, & saturè rubra tinta aliena, morbi genus judicare non poteris, nisi prius perspexeris quo pacto illius particularis urinæ status vitari possit, ac debeat, ut hic, aut ille morbus productus intelligatur; cum enim tota urinarum mutatio pendeat à perturbatione partium, ex quibus componitur, per breve illud tempus, quo urina inspicienda est, nimis difficile erit animo concipere unumquodque mutationis genus, quod rarissima illa urinæ species subire potest, ac demùm determinare, quale sit ex innumeris, quæ fingi possunt, & cum quo morbi genere conjunctum sit; ex quibus facile licet concludere quam inanes sint iactatores illi, qui ex sola urinarum inspectione nunquam visis iis, quorum urinæ sunt, divinare se posse asserunt, nam ille, cujus urina asseritur, æger, an sanus sit, vir, an mulier, senex, an juvenis; unde Vromantes quasi divinatores ex urinis dicuntur, & ejus generis alia, cum ex iis, quæ proposuimus, & mille aliis, quæ addi possunt, incerta sint indicia, quæ ex sola urina desumuntur. Quia verò plerique nostrum, dum benè habemus ejusdem saltem ad sensum naturæ urinam emittimus, hinc ad urinarum iudicia supponitur quod plerumque contingit, nempe illa dicitur urina naturalis, quam maxima hominum benè valentium pars excernit, & cum hæc reliquæ comparantur ab hoc naturali statu recedentes, ex quo fit, ut eisi iudicia, quæ ab urinis desumuntur, non sint aliquid à certa scientia proveniens; [hæc etenim est universalium, non autem eorum, quæ ut plurimum solum contingunt] tamen sint quidam admodum verisimile, seu ut locuti sumus, non levis conjecturæ, satis tutum, ac minus dubium, cujusmodi sunt, quæ plerumque eveniunt; & vis conjecturæ ex eo sit major, quod universa urinarum res per totam sæculorum seriem confirmata est, per quam semper in usu fuit Ars Medica, ac demùm ex eo, quod non sicut Vromantes solent, iudicium morbi statuitur ex sola inspectione urinarum; sed hæc sunt inter fontes signorum, ex quibus omnibus sigillatim quidem observatis, sed collectis deinde simul, comparatis inter se, & perceptis eorum causis, cum eodem tempore in eodem corpore deprehenduntur, devenimus in cognitionem causæ, quæ in illo corpore omnia illa

E e e 2 simul

simul signa, hoc est omnes illas affectiones producit, & omnes illas affectiones simul, talem morbum appellatus; causam verò ejus, causam earum omnium affectionum simul. Patet igitur ex his, quo pacto urinarum inspectionibus uti debeamus, ut satis tutò ex iis veniamus in cognitionem rerum ad morbos pertinentiam, quibus præmissis de urina naturali dicendum.

Urina exposito modo naturalis dignoscitur ex quantitate, qualitate, & substantia; substantiæ nomine intelligendo firmitatem, spissitudinem, lentorem urinae, seu, ut rem explicemus apertissimè, determinatam quandam facilitatem ad fluxum. Urina ut sit quantitatis naturalis, esse debere dicitur mole aliquantò minor, quàm id, quod per potum assumitur; esse autem enim vulgò urinae liquidum à solo potu provenire, & hujus materiam partim esse necessariam animali, ut partes humefaciat, ut sit vehiculi loco humoribus crassioribus, ut aliquas etiam partes nutriat; Reliquum verò quod superest inutile per urinam excreti, unde universa urinae quantitas debet esse universò potu tam minor, quanta est ejusdem potus portio, quæ ad expositos usus infumitur. Qualitas, quæ in urina maximè observatur, est color, cui succedit odor, tertio loco sonus. Color urinae naturalis debet esse dilutè flavus, quali sunt mala citrea cum maturæ; odor ferè nullus, & ejus gravitatis, quæ nemini ignota est; sonus denique judicatur à sono, quem excitat urina in urinam defluens dum mingimus, & hic debet esse ferè idem qui produceretur à communiaqua, si ex eadem altitudine, à qua urina in urinam depluit, in communem aquam descenderet. Postremo naturalis urina debet esse tam ferè ad fluxum facilis, quam naturalis aqua, seu communis, sed aliquanto lentior, ita tamen ut hæc differentia facilitatis ad fluxum vix sensu distingui possit; & hæc minor facilitas ad fluxum in urina naturali ex eo necessaria est, quod non solus, ac purus aqueus humor per urinam redditur, sed amictus aliis partibus crassis, atque omninò duris, quæ cum materia potus confusæ component liquidum quoddam oportet magis compactum, atque coherens partibus suis, & superficiali vasis, in quo continetur, quam sit aqua communis, unde hæc eodem illo liquido facilius fluat. Quæ sunt affectiones præcipuæ, quæ in urina naturali communiter constituantur, dummodò supponatur urina eo tempore observari, quo mingitur, vel paulò post quam excreta est; quæ in sculo enim temporis spatium post excretionem intra se ipsam generat quasdam collectiones particularum tenuissimarum, quas contenta naturalia urinarum nuncupant, quæ diversimodè appellantur, prout occupant inum, summum, aut medium earundem urinarum, & quæ inum hypostasies, vel sedimenta, quæ medium *uræ opuscula* sive suspensiones, quæ summum *uræ opuscula* sive nubes, vel nubeculae. Horum trium maximè hypostasis attenditur, quæ debet esse subalbida, medioeris quantitatis, non foetens, figura pyramidi similis, sive turbini reverso, & incurvo vertice, tota tenuis, & ejusdem tenuitatis in singulis partibus, nisi que minutissimis facile mobilibus, & à superficie unica non interrupta, aut flexuosa comprehensis, nullis hinc illinc exantibus portuiculis ejus, seu quod idem est levis, & æqualis. Hæc frequentius generatur in urinis, quam nubeculae vel suspensiones, quæ sunt simile quiddam sedimentis, sed rarius substantis, ac levius, & levissimum quidem, ac rarissimum nubes, aliquantò gravius, ac densius suspensiones: utraque quasi nebulae quiddam simile, cujus consistentiæ sunt admodum proximæ. Quia verò nullæ ex his generationes semper contingunt in urinis naturalibus, vulgares Medici non sunt ita multum solliciti de iisdem, quatenus ad naturales urinas pertinent, sed in non natu alibus accuratè per-

pendenda esse, & quidem meritò asserunt, cum ex iis pendeant præcipuè urinarum indicationes. Hæc itaque urinas naturales constituunt, sive ad examen revocentur per aliquod temporis spatium postquam excretae sunt, sive in ipso tempore excretionis, vel paulò post: cave tamen existimes ita se habituras quaslibet naturales urinas, nempe cujuscunque ætatis hominis, sexus, temperiei, quocunque anni tempore, diei hora, & similibus; differet enim juxta hæc singula, sic temperamento calidioribus urina coloris magis saturi, fluidior, pauci, vel nullius sedimenti, sed alicujus nubeculae, vel enæorematis; frigidioribus contrà, quibus respondent juvenens, & senes, si quidem ob calorem ætatis, isti verò ob frigus, unde juvenibus urina tenuis, colorata, paucis contentis; senibus alba, ac tenuis sine contentis. Similiter eadem de causa cum viri mulieribus sint calidiores, urinae mulierum minus coloratae, crassiores, copiosioris sedimenti. Eadem de causa habitatoribus calidiorum Regionum urinae tenuiores, & coloratiores cum contentis paucis; frigidiorum contrà, similiterque æstate tenuiores, & coloratiores quam hyeme, immò eadem die si diversis horis invaluerit calor, aut frigus, sudaverit quis, aut alserit, quieverit, aut laboraverit, ac denique quomodocunque se habuerit ad calorem, vel frigus concipiendum, in primo casu coloratius, & tenuius minget, in frigore contrà dilutius, & crassius, & copiosiora erunt contenta: sic iracundi tenuius, & coloratius mingent, quam tristes; & meticulosi; qui vescuntur assis, salitis, aromatis, & hujusmodi, quam qui oleribus, elixis, insipidis, & aliis hujus generis, quæ ex his patent. Pueris urina crassior, & albidior, & copiosum sedimentum. Omnibus brevi post partum tempore urina planè excolor, tenuis, nullius sedimenti, pellucida, demùm puræ communis aquæ instar. Sudantibus, irascensibus, & quomodolibet calorem intensiorem concipientibus urinae quantitas minor; sicut etiam diutius jejunantibus, quibus etiam color intenditur. Gulosis crudæ, nempe minimè coloratae, & crassæ: diutius vigilantibus magis rubent: dormientibus crassiores sunt, & magis colore saturæ; cum aliis minoris notæ, quæ de differentiis urinarum etiam naturalium apud Medicos circumferuntur. Hujusmodi autem liquidum talibus notis distinctum excrementum est, ut communiter conveniunt, sed non satis hæc conveniunt Medicorum vulgus sitne excrementum primæ, an secundæ, an tertie coctionis, an aliquarum ex his, an omnium, an denique excrementum alimenti, quo Renes aluntur. Disputant etiam cum Galeno vulgares Medici, & cum his Chymici, immò & Chymici inter se, unde proveniat citreus urinae color, nempe dilutè flavus. Galenus à flava bile deducit, alii medici ab ulteriori coctione solum; chymicorum alii à salibus, alii à sulphure, alii ab utrisque simul, unde neque cum vulgaribus Medicis, neque inter se conveniunt. Quæ de Urinis circumferuntur & sciuntur oportet. Ut autem pateat quid veri, quid falsi in his omnibus contineatur, urina est expendenda diligentius, & veluti in partes suas resolvenda; inde enim constabit ex quibus illa componatur, & quid ex illa compositione necessariò prodigi debeat, quod faciet non solum ad determinationem eorum, quæ dubia sunt, verùm ad intelligentiam eorum, quæ ab inspectione urinarum non naturalium minori cum fallacia debet Medicis judicari, atque in morbis prædicere. Id autem præstabitur per maximè parabile artificium dissolvendi urinas in suas partes, quod est per evaporationem.

Urina igitur naturalis, notæ quantitatis, ad vulgarem ignem, & nullo chymico artificio comparatum, bulliat in vase vitreo aperto, quousque sensim evaporet universum liquidum, quod id ipsa continetur; dum hæc evaporatio efficitur in urina hæc observan-

tur.

Color à dilute flavo transit primò in intensiorem, & magis saturam flavedinem, sed adhuc urina pellucet, atque interim fit aliquanto difficilioris fluxus: mox magis intenditur flavedo, & cum quadam subobscura rubedine conjungitur, vix pellucet, & multo difficilioris fit fluxus: inde color croceus, & fuscè rubens, opaca urina, & crassior; tùm fit dilute ferruginea, magis opaca, & magis tenax; mox magis saturæ ferruginis, majoris opacitatis, ac tenacitatis, postremò prorsus nigricans apparet, quo tempore superest in fundo vasis sedimentum planè viscidum, quod si totum simul aspiciatur, nigrom judicatur; si verò per superficiem vasis ducatur, colorem aureæ flavedinis, sed aliquantò magis saturæ, ad eandem relinquit, eademque flavedine tingit, quæ ipsi immittuntur, ut pagellæ, filamenta, & hujusmodi. In eadem hac evaporatione sapor fit salisior, quo major evaporatio fit, ita ut sedimentum illud sapiat sal salissimum, & quod lingua vix ferre potest nulla unquam contracta amaritudine. Quod si ad singulas illas colorum mutationes urinam ad libram expenderit, atque inde intellexeris, quantum liquidi evaporet, ut eadem mutationes contingant, ac absoluta evaporatione, tantum communis aquæ sedimento successivè affundas, quantum ad singulas mutationes admiscendam eidem esse sedimento per ponderationem didicisti, videbis (dictu mirabile) videbis inquam urinam ex nigerima, & planè viscida per eosdem diversorum colorum, & fluxilitatis gradus transire versus citream flavedinem, & fluxilitatem aqueam, ad quam postremò apta communis aquæ superaffusione redigetur rursus, nempe videbitur urina planè naturalis, & ab animalii emissâ, non per communem aquam comparata: simile etiam gustu deprehendes in sapore contingere, qui ex acerrimo sensum fit mitior, quousque sit qualis naturalis urinae. Insuper hæc ipsa Urina per aquam communem restituta putrescit ut urina naturalis, eoque tempore sit graveolens, & turbatur non secus ac urinae naturales faciunt, & antequam turbetur, & corruptionem subeat, mittit ad fundum vasis tenuissimum quasi pollinem subpallidum nullius saporis, qui nihil aliud esse videtur, quàm pura, & simplex terra, sive tartarum. Denique si excipiat operculo quolibet liquidum, quod ab urina ebulliente evaporat, omnis saporis expertus occurrit, sicut ut aqua communis, atque ejusdem instar pellucet: Ex hac autem paratu facilissima observatione, & paucis aliquot aliis, quæ, vel notissima sunt, vel patent ex rebus physicis, aut anatomicis, patere asserimus, qua necessitate contingat non solum quicquid in urinis naturalibus occurrit, verum etiam quicquid in non naturalibus. Et primò urinam naturalem constare debere asserimus ex aqua communi, sale, & terra insipida, sive tartaro. Quoniam enim liquidum, quod ex urina evaporat, nihil sapit, pellucet, ac sicut ut aqua communis; ex his igitur affectionibus habebimus satis verisimile argumentum, liquidum, quod in urina continetur, esse naturæ aquæ: quia verò nullus ad sensum sapor, pelluciditas, ac fluxilitas pariter ad sensum eadem cum aqua communi, certò arguere non possunt, eandem esse naturam communis aquæ, & alterius liquidi, quod præditum sit eidem ad sensum affectionibus, quæ deinde ad examen rationis revocatae plurimum dissimiles reperiri possent. Hinc verisimile illud argumentum confirmabis per alterum, quod per affusionem aquæ communis comparatur tantum non ad evidentiam; quoniam enim affusa communi aqua supra sedimentum ad eam quantitatem, quam evaporasse didicimus per ponderationem ad talem mutationem a coloris in urina, producit quid in omnibus affectionibus urinae conveniens, & hæc affectiones in eodem sedimento producantur à duobus liquidis, nempe ab illo, quod eva-

Tom. IV, Pars II.

evaporavit, & ab aqua communi, quæ affonditur, igitur utraque hæc liquida sunt ejusdem rationis, seu liquidum urinae est aqua communis; reparata autem mittit ad fundum vasis terram inspidam, & urina tota salita est, igitur partes præcipuæ urinae naturalis sunt aqua communis, Sal, & Terra, sive Tartarum, ut fuit &c. Addunt Chymici aliquid sulphuris, & distinguunt plura genera salium; quorum duo præcipua volatilis, ac fixum, quæ & nos admittimus singula ferè omnia, & in hac etiam evaporatione sulphur ex eo se prodit, quod dum evaporat, teterrimè foetet, cujusmodi odorem à sulphure provenire etiam Chymici non repugnabunt: quia tamen hæc non eam in re medica fortasse utilitatem ponunt, ut ejus gratia etiam ad illa singula respicere diligentius debeamus, ipsa prætermittimus scientes, eoque magis à sulphuris, & salium consideratione speciali abstinemus, quod, vel Chymicorum doctissimis, experientissimisque dubitantibus, non ita certum est, quicquid per operationes Chymicas educitur è corporibus, extrahit in istis, quale educitur, cum per chymicas ignis præparationes multa gigni possint, quæ in compositis, ex quibus educuntur, non existebant, dum naturaliter composita se haberent sub ea forma, sub qua per vim artificiosi ignis, vaporum, & menstruorum educuntur ab istis.

Secundò asserimus majorem, aut minorem facilitatem fluxus, sive majorem aut minorem crassitatem urinae provenire à diversa quantitate liquidi, & duri, ex quibus urina componitur inter se mixta, ac tum esse facilioris fluxus, cum majori quantitati liquidi permiscetur quantitas apta Salis, & Terræ; difficilioris, cum eadem salis, & terræ moles admiscetur minori quantitati liquidi, vel eidem quantitati liquidi major salis, ac terræ moles. Quoniam enim evaporante liquido Urina successivè fit fluxus difficilioris, evaporans autem liquidum nihil aliud est quam aqua, subsidentibus in fundo partibus duris nempe Sale, & Terræ, ac rursus è converso super affuso aquæ communis tantundem, componitur liquidum facile fluens ut urina naturalis, igitur in primo casu minori quantitati liquidi permiscetur eadem duri corporis quantitas, quæ permiscetur in secundo majori quantitati; in hoc autem sit faciliior fluxus, in illo difficilior, patet itaque propositum: ex quo liquet quo major liquidi quantitas detrahatur, vel duri adjicitur, vel utranque simul, eo viscidior, seu crassior futuram urinam, & è converso quo plus adjicitur liquidi, vel detrahatur duri, vel utrunque simul, eo faciliior fluxus, seu tenuiorem futuram. Nec difficile conceptum est quæ necessitate istæc omnia debeant contingere; liquidorum enim partes sunt facile mobiles, durorum contra, unde illæ ex se ipsis facillimè movebuntur, & fluent; si verò admisceantur duris, nempe difficilè mobilibus pro majori durorum admittione, hoc est motui resistentium, retardentur oportebit, cum debeant repugnantia dura secum ducere, unde ad motum fiet magis lenta. Patet itaque quod &c.

Tertiò majorem, aut minorem salfedinem à simili majori, vel minori quantitate liquidi admitti majori, vel minori quantitati salis, ac tartari provenire, non autem à coctione. Prima pars istem experimentis patet, quibus antecedens, necessitatisque ratio non est absimilis; cum enim sal solitarium est, nudum, ac liberum ab omni corpore, potest exerere totum suum momentum, eoque in linguæ papillas niti, adeoque percipietur vividus maximè salis sensus: cum vero admittus est aliis corporibus ipsius momentum retundentibus, minus easdem papillas premet, unde sensus salis hebetior. Id autem sufficere quidem posset ad evincendum, minorem, aut majorem salis sensum nihil habere cum coctione commercii, quatenus

Ecc 3 coctio

coctio est, sed solum quatenus liquidum abtipit; sed hoc ulterius confirmatur ab exposita superius observatione; quoniam enim urina sit quidem successivè salior, quo magis evaporat liquidum, seu ut asseri posset, quo magis coquitur, quia tamen deinde nulla facta mutatione in sale, & tartaro, quæ supersunt, & simplici superaffusione communis aquæ, producitur urinae sapor naturalis, & hæc ipsa communis aqua est illud ipsum liquidum, à quo pars liquida naturalis urinae constituitur; igitur major, aut minor sapor salitus in urina non à coctione, sed à diversa quantitate partium urinam constituentium pendet, ut fuit &c.

Quare, colorem dilutè flavum, & omnem colorum seriem, quæ à dilutè flavo per ceteros expositos colores, ad nigrum usque perducitur, à simili permissione diversæ quantitatis liquidi cum duris, & e converso, non à coctione proficisci. Quæ singula iisdem planè rationibus ab observatione desumptis evincuntur, quibus præcedentem propositionem demonstravimus. Cur ita autem fieri debeat, deducitur ex doctrina generali colorum, ex qua patet, pro diversitate motuum luminis, diversos colorum sensus in oculorum nervis excitari, diversimodè moveri lumen pro diversâ compositione corporum, quorum, vel externæ superficiei occurrit, vel per interna excurret ad oppositam usque superficiem, quæ pellucida, vel perspicua, illa autem opaca: perspicua autem, siquidem purissima fuerint, & ita ad lamen posita, ut ipsum suo naturali motu ad oculum usque usque permittant, splendor solus videbitur nullo coloris nomine designatus: si verò purissima non fuerint, nempe admixta sint particulis opacis, aut minis perspicuis, tunc lumen à naturali motu deflectere cogetur, & corpus, à quo advenit, dicitur ex colore coloratum, qui nobis representatur per illum motum luminis, quo deflectit à naturali motu per occursum particularem perspicuo intus permittitur, & corpus illud habebit colorem cum aliqua perspicuitate conjunctum, si particulae motum luminis alterantes idem lumen fluere permittant per intima perspicui ad usque superficiem, quæ oculum respicit; opacum, si non permittant. Itaque, cum urina componatur ex tribus præcipuè partibus, aquea maximè perspicua, salibus, qui sunt pellucida corpora, & terra planè; opaca manifestum est, per diversam partium admixtionem fieri debere, ut urina reddi possit prorsus aqueæ perspicuitatis, quod tunc fiet, cum nihil Salis, & præcipuè Tartari ipsi permixtum est, vel cum tanta est quantitas portionis aqueæ, ut portiones Salis, & Tartari sint, respectu illius quantitatis minimæ, & ad sensum nullæ; cum verò hæc sint maximæ, vel quantitas aqueæ minima, tingetur urina iis coloribus, quos secum fert opacitas tartari conjuncta perspicuitati parvæ molis aquæ, & molis salis pariter perspicui: ac demique si dabitur urina tartaro destituta, super erit compositum ex hæc qualiter perspicuis, nempe aqua maximè pellucida, & minis pelucido sale; unde procreabitur urina, non quidem omnis coloris expertis, ut aqua, sed cuiusdam veluti micantis, ac splendentis flavedinis, qualis flamma purior, qui splendor ab opaco tartaro effunditur, & producitur color magis satur, & minis oculum feriens. Præterea quoniam partes Salis, licet perspicuæ, coæscant tamen, albedinem procreant, eoque lucidius, si aquæ particulae admiscantur, sed parvæ numero; vel humor aliquis tenacior, si magna copia Tartari desit, adit verò sal cum humoribus crassis, & lentis, fieri poterit urina alba adinstar lactis, quæ aliquando fit in pueris, & semper, vel alba hujus generis, vel quam similiter, albam appellant; sed nullo colore infecta est, & pellucet, & verè aquea dicenda: patet igitur ex his facile ratio differentiarum omnium, quæ in Urinis naturalibus superius recen-

sentur, quoad colorum differentiam, sicut etiam ex superioribus propositionibus deducitur quicquid ad alias affectiones pertinet. Quod autem non omnitemporale est, ut ulterius evincas per observationes, colorem urinae non esse quid reale, propone singulare illud, ac admirabile, quod in sedimento evaporationis occurrit, quod nempe, si totum simul inspiciatur, nigrum apparet; cum tamen illud corporibus eadem aurea flavedine imbuat.

Quare, sedimenta, suspensiones, & nubeculas mihi aliud esse, quam magis liberas, & duras urinae partes, quæ cessante motu agitationis, qua perpetuò jactantur in sanguine, ad suum locum in sito motu feruntur, & siquidem gravissimæ sint, fundum vasis petunt, & sedimenta nuncupantur; si minis graves, medium; si adhuc leviores, summum urinae ascendunt. Quoniam ex demonstratis urina non est compositum perfectum, nempe cujus partes per veram unionem non dissolubilem, nisi à contrario cohererent; sed potius est coæscatio, & confusa permissio partium non coherentium; igitur harum singulæ naturalibus momentis instructæ erunt, quibus nitentur ad determinatas partes: in eas tamen non movebuntur, si perpetua quadam jactatione prohibeantur à suo naturali motu, quemadmodum arena permixta aquæ, licet gravis, deorsum non movetur, quousque agitatur vas in quo contineatur aqua, vel quousque flumen pleno alveo fluit. Quoniam itaq; ex anatomis urina separatur à sanguine, hic autem concitato semper fluxu fluit; partes igitur Renum omnium, etsi ipsi sanguini, vel inter se non unitæ, & licet nitentes in determinatas partes, neque recedere ab invicem, neque moveri quò nituntur poterunt, nisi si perpetuo impetu, quem à motu sanguinis conceperunt, cessante; quo insuper absumpto, per medium aliquod ea velocitate movebuntur, quam ipsi permittet naturalis impetus, resistentia mediæ, & motus; & hæc, si sit exigua, erit exiguus naturalis impetus; & si tenacius medium, resistentia major, quæ eò major fiet, ob exiguitatem molis superficiem argenti. Itaque tum erit perductio earum partium ad suum locum tarda, quemadmodum ramenta terræ, quæ per solis lumen divagari cernuntur, vix sensibili motu descendunt, tardissimè in solum veniunt, & per totum illud temporis spatium, nihil collectum intra illud medium dicitur, per quod colligendæ in unum partes moventur, antequam conveniant. Excreta igitur urina per aliquod temporis spatium quiescere permittatur, quousque extinctus sanguinis impetus supponi possit; si quæ igitur erunt partes tam solute, tanti impetus, ac tantæ molis, ut superare possint, resistentiam aquæ, per quam moveri debent, quò nituntur, movebuntur illæ quo motu poterunt, tardiori, aut velociori, pro ratione solutionis, naturalis impetus, ac molis (quæ omnia pendent à diversis hominum temperamentis, ætatibus, motibus, & hujusmodi) unde longiori, aut breviori temporis intervallo à quiete urinae concurrent simul ad eundem locum, qui erit inum, medium, aut summum urinae, pro diversitate gravitatum, quibus instructæ sunt illæ particule concurrentes, ut ex doctrina liquidorum patet. Hujus rei exemplum luculentum suppeditat sanguis, qui per venæ sectionem mittitur; hic enim ex se ipso discernitur in suas partes per salam quietem in vase, quo excipitur, postquam extinctus est impetus per circuitum conceptus, & singulæ partes in loca feruntur, quæ suis gravitatibus conveniunt. Neque hic litem mihi quisquam moveat, quasi supponam in separationibus contentorum in urina contingere solum motum eorundem ad naturalis loca, quasi jam præstitierint singula, sine ulla coæscatione cum aliis urinam componentibus, ut in aquis turbidis, arena aqueis partibus non coheret, sed permixta est solum, unde, cessante profluentis impetu, & jacta-

jaſtatione, arena fundam petit; ſed in urina ſingulæ contentorum partes hærent cum reliquis, unde antequam ad ſua loca moveantur, ſejungantur oportet, ſeu tota urina quodammodo ſolvatur; poſt quam ſolutionem veniunt ſingula in motum, & locum naturalem; illa autem ſolutio à jaſtatione circæ ſanguinis impediri non poteſt. Neque loquam, hic quiſpiam mihi item moveat ratione expoſita, arguendo; quomocunque enim ſe habeant in urinis earum contenta, antequam in ſua loca deducantur, certum eſt, eorum deductionem impediri, quouſque conceptus à motu ſanguinis impetus in iſtis viget; & ſiquidem ſint ſolum permiſtæ, id provenit, quia impetus ſanguinis ſuperat momentum, quo naturaliter in partem aliquam nituntur; ſi vero ſunt etiam coherentes, impetus ſanguinis facit, ut quicquid id ſit, quod diſjungit, ſeu ſolvit, non exerat ſuam vim in partes urinae motas, ut eam in iſtas exeret quieteſcentes; ſic profluens aqua non putreſcit, putreſcit ſtagnans. Quia verò non ſemper neceſſarium eſt, ut, vel ejuſmodi partes ſolutæ ſint, vel tanti impetus, ac tantæ molis, ut ſuperare poſſint reſiſtentiam mediæ, hinc non ſemper in ſanorum urinis ſedimenta, ſuſpenſiones, aut nubes apparent & ſuſpenſiones quidem rarò, rariffimè nubes, frequentius ſedimenta; cum enim nubes à materia ſubtiliſſima, rariffima, ac leviffima pendeat, hæc in ſuis perſpiratione excernitur, cui cum non ita multum diſſimilis ſit materia ſuſpenſionum, & hæc per cutim exhalet; materia autem craſſior, & gravior, & denſior cum urina ducetur, unde ſubſidet, & cum horum generis ſint humores craſſi, viſcidi, & oleoſi, & ab his colorem lacteum facilè obtineri oſtenderimus; hinc ſedimenta ſanorum, ſeu urinarum naturalium frequentiora, & ſubalbida: ſedimenta autem alba eſſe re vera Sal, ex eo patet ad ſenſum, quòd hæret fundo, & ſuperficiæ toti matulæ, & guſtatum, falſe ſe eſſe oſtendit ſapore ſalis. Idem deprehenditur guſtu, ſi ſedimentum idem ſiccari permittatur nullo igne, ſed tractu temporis etiam in umbra; ſapor enim ſalis occurrit. Inſuper, quoniam ex doctrina liquidorum, corpora cedentia, quæ per medium aliquod tota ſimul collecta, & ſuis coherentia partibus moveri debent, cum ejuſdem ſint in ſingulis ſuis partibus rationis, per ſolam preſſionem à liquido, per quod nituntur provenientem in curvam ſuperficiem quaſi pyramidis reſuæ, & undecunque æquabilem, atque lævem aptari debent; igitur ſedimentum illud naturalis urinae, quòd ex partibus æquè conſectis, ſeu ejuſdem rationis conſtat, & quòd intra urinam aliquantum ſuſcùm nititur (aſſurgit enim à fundo vaſis, cui baſis ejus inſiſtit) debet eſſe læve, & figura, quaſi reſuæ pyramis, vel portio ſphæroidis, cujus baſis in fundo vaſis. Quòd ſi ſedimentum non ita ſe habeat, ſed ſit interruptum, hic aſſurgens altius, hic ſubſidens, tunc inæqualem coſtionem indicabit à diverſitate humorum coſtionem plus minus admittentium. Sed de his in urinis non naturalibus diligentius.

Sextò, veram Urinae quantitatem non oculis eſtimandam eſſe, ſed pondere; neque neceſſariè eſſe, ut ſit aliquanto minor liquido, quòd per potum aſſumitur; & ſic i poſſe, ut ſit iſſo major, minor, & æqualis; imò neque conſtare, an liquidum urinae ſit potus ipſe, quem aſſumpimus ea die, qua urina excernitur, an hic idem potus motetur in ſubſtantiam animalis, è qua ipſa ſubſtantia interim abſumatur illud aqueum, quòd liquidum urinae conſiſtit: eſt tamen aqueum urinae à ſubſtantia corporis proveniret, ſoam cum potu proportionem ſervare deberet. Quoniam enim unuſcujuſque compositi corporis quantitas, ſive moles provenit à multitudine partium corporearum, ex quibus tota illa moles coaleſcit; ſi igitur eadem partes, modo ita conjungantur, ut corpus ex iis compositum magnum ſpatium exigat, modò ita ut minus; ac

minus compositum autem totum oculis diſcerni poſſit non ſingulæ quæque partes componentes, nec ipſas inter, coheſionis modus; judicabit oculus, majoris quantitatis eſſe corpus illud, cum majus ſpatium occupat, minoris, cum minus; cum tamen ex ſuppoſitione ſit ſemper idem, conſtans nempe ex iſdem numero partibus, ſed rariùs, ac denſius compactis, unde fieri etiam poterit, ut corpus etiam mole minus, majus altero aliquo per oculum judicetur, ſi partes illius ad majus ſpatium extendantur; ſic mercurii libra ſpatii tantillum occupat, multò majus aqua, utriſque oleum, hiſ ſpiritus, omnibus aer ejuſdem ponderis. Cum igitur ignoremus, quæ ſit permiſſionis ratio inter ſalem, terram, & aquam urinae conſtituentia, neque ratio coheſionis inter partes ſingulorum; ex iis patet oculum tunc indicare non poſſe, cujus raritatis, aut denſitatis ſit urina, quam inſpicit; adeoque neque certo per oculum ſtatui, quantum partium corporearum, corporeæ nempe molis, continetur in eo ſpatio, quòd ab urina propoſita occupatur; adeoque ad pondus conſugiendum, quo materie quantitas judicatur non per comparationem cum ſpatio, quòd totum compositum occupare videtur; ſed per comparationem cum mole nota corporis noto æquiperantis tantæ moli corporeæ; quare patet propoſita prima pars. Quia verò urina conſtat non ex ſola parte aquea, ſed ex ſalibus, ac terra; aqueum autem, quòd potatur, Salibus, ac Terra deſtituitur, & potus pars ſolum aliqua naturaliter aſſumitur ad humedandas partes, vehicula &c. juxta communem opinionem; ſi igitur, quantum univerſæ quantitati potus per has conſumptions detrahatur, tantum adjiciatur per admiſſionem ſalis, ac terræ, conſurget jam urinae moles quantitati potus æqualis; ſi verò minus terræ, ac ſalis addatur, erit urinae moles minor; ſi denique plus ſalis, ac terræ ſolum addatur, vel inſuper minus etiam aquei liquidi abſumatur in corpore, fiet urinae quantitas quantitate potus major; quæ tamen differentia certo judicari non poterunt per inſpectionem, cum poſſint urinae partes diverſimodò conjungi, & cum urina minor eſt potu, poterit occupare ſpatium majus, quam potus occupaverit, minus, & æquale; & contra, ut patet ex prima parte; unde ponderanda; quare patet ſecunda pars. Quoniam verò per vim motuum, & caloris, plurimum etiam aqueæ naturæ à corporis partibus divellatur; atque abripitur oportet, & hoc cum ſanguine permiſcetur à ſanguine autem aquea portio ſecernitur in Renibus, & in urinam abit; igitur dubitare merito poterimus, an aquea urinae pars ſit ille numero humor aqueus non mutatus in ſubſtantiam Animalis, quem per potum haurimus, an ſit portio illa aqueæ naturæ, quæ jam in naturam animalis abierat, ac poſtea per vim motuum, & caloris ſoluta fuerat. Quia tamen illa ipſa aquea materies, quæ per motus, & calorem abſumitur, reparari debet per ſimile corpus, nempe aqueum, & hoc à potu præcipuè, vel ſaltem aliqua ex parte deſumitur; id, quòd per urinam excernitur, debet aliqua proportionem reſpondere potui; parum enim intereſt aqueæ ne pars urinae à potu immediatè, an mediatè procedat. Patet igitur univerſa propoſitio, ad cujus partes ſingulas conſirmandas illud etiam animadvertes, humidum aqueum non in ſolo potu contineri, ſed etiam in cibus, licet in minori quantitate; ac demùm ignorare nos, num aqueum, quòd redditur, ſit aqueum quiddam, quòd in corpore generetur, non autem illud, quòd per potum, & cibum ingeritur.

Septimò, Urinam eſſe debere excrementum cujuſcunque coſtionis, in qua ſecernatur aliquid aqueum, ſalinum, aut terreum: adeoque eſſe excrementum non ſolum primæ, ſecundæ, & tertie coſtionis, verùm cujuſlibet alius ſecundariæ, & magis particularis, puta coſtionum omnium, quæ ſunt in ſingulis viſceribus;

bus, glandulisque. Quoniam enim Urina est coarctatio quædam ex aqua, salibus, ac terra, quæ à sanguine separantur in Renibus; sanguis autem, qui ad Renes pertingit, per universum corpus, & singulas quatuordecim partes fluere potuit, ac dum per singulas partes fluit, per venas reducit in cor, & arterias aliquas semper particulas eorum liquidorum, quæ in singulis partibus feceruntur; igitur sanguis derivare debet ad Renes illud aquæ, salis, ac terræ, quod à singulis visceribus, in quibus secretiones aliquæ fiunt, secum abripuit per venas in cor, & arterias; sed hæc eadem aqua cum sale, ac terra humorem constituat, qui feceruntur in Renibus, & urina nuncupatur: quare urina erit excrementum coctionum omnium etiam secundariorum, & magis particularium. Materia autem primæ coctionis, nempe chylus, in venas ducitur per ductum Thoracicum, unde & ipse admiscetur sanguini: solutos autem in ipso esse sales, arguunt diversi sapor, quos concipit etiam per ductum Thoracicum fluens; in reliquis autem coctionibus, partim ex solo motu sanguinis, partim ex doctrina separationum, patet admissio particularum aliquot cum sanguine ex humoribus, qui in visceribus singulis separantur; quare patet propositum.

Octavo, non modo urinae colorem naturalem, sed ne vltimum quidem alium ex iis, qui per successivam liquidi detractionem in majorem saturitatem successivè veniunt, quousque in nigrum desinant provenire à permissione, aut solius bilis, aut ipsius præcipuè. Quoniam enim superius ostensum est, ejusmodi colores provenire à certa permissione determinatæ quantitatis aquæ, salium, ac terræ, & in proxima ostensum, horum singula derivari in Renes cum sanguine à singulis partibus, in quibus sit aliqua coctio; non igitur cum sanguine deducetur ad Renes sola bilis, terra, aqua, vel sal ejus, sed humorum omnium; quare colores ejusmodi non à permissione solius bilis cum liquido aqueo proveniunt. Quia verò unicum est viscus Jecur, in quo bilis naturaliter gignitur, & ex doctrina separationum, hic humor in naturali statu est parvæ quantitatis; si igitur solum Jecur cum omnibus aliis partibus humoribus separantibus, & sola parva quantitas bilis cum majoribus aliis tot humorum quantitibus, qui in corpore generantur, comparetur, erit illa in urinae corpore, pro horum ratione, minima, & minima vis ipsius, unde & effectus minimi, adeoque ad productionem colorum non nisi minimum conferre, hoc est illi non provenient per admissionem potissimum bilis. Postremò, quoniam bilis amara est, per admissionem autem insignis quantitatis humidæ aquei insipidi, amaritudo ejus potest ita temperari, ut ne quidem sensum moveat: si igitur in urina color à bile provenit, quæ, propter aquam admixtam, amaritudinem suam non prodat, evaporata aqua, saporem amarum proferet, qui eò fiet intensior, quò major ac major fiet evaporatio, quemadmodum sunt colores intensioris flavedinis; quod tamen falsum esse exposuimus superius, atque ita falsam, ut sedimentum ipsam ab omni ferè aqua separatam, sit quidem salissimam, sed ne cum ulla quidem vestigio amaritudinis conjunctam, nec per totam evaporationis seriem quicquam amaritudinis urina concipit. Patet igitur undecunque propositio.

Atque in his paucis continentur fundamenta omnium, quæ ad urinas naturales pertinent, ut facillè cuicumque meditante patebit. Ut autem ex his ipsis deducantur, quæ faciunt ad urinarum non naturalium intelligentiam, alia aliquot pauca de iis subjiciamus oportet.

De Urinis, pars altera continens.

Quæ ad Urinas non naturales pertinent.

CUM Urina naturalis illa dicatur, quæ est determinatæ quantitatis, qualitatis, substantiæ, & contentorum, illa erit necessariò non naturalis, quæ ab illa quantitate, qualitate, substantia, & contentis recedit; horum enim omnium complexio constituit habitudinem, & compositionem urinae naturalem. Itaque, sine urina à naturali diversa sit in quantitate solum, aut qualitate, aut singulis reliquis, sive in aliquot horum, sive in omnibus, dicetur semper non naturalis, plus tamen minus, prout in omnibus, aliquot, aut una tantum affectione discrepat à naturali. Ex his autem fit, ut multiplex urina non naturalis distinguatur pro multiplici ratione, quæ à naturali statu potest recedere, de quibus singulis breviter. Et primò, cum urina naturalis debeat esse substantia ad fluxum facilis, quasi aqua communis, quæcunque igitur urina fuerit facilioris, aut difficilioris fluxus, quàm aqua communis, erit non naturalis ratione substantiæ, & facilioris quidem fluxus appellatur tenuis, difficilioris crassa; quarum illa, ex præmissis, pendebit à minori quantitate salium, ac terræ, quàm quæ naturaliter permisceri debet liquido urinae; crassa è converso à quantitate majori, vel turbos tenuis, posita quantitate naturali salium, ac terræ, à majori copia liquidi aquei; crassa è converso, posita quantitate salium, ac terræ naturali, à copia liquidi aquei minori, ut ex prima parte patet. Cum verò urina minimum recedit à naturali substantia, dicitur Mediocris, quæ unde proveniat ex se manifestum est. Ad Urinam crassam revocanda est Oleaginosa, de qua nihil est magis apud Medicos decantatum, & mirum, quantum clamant, dum alii negant, aiunt alii, urinas dari posse, quæ Oleo sint omninò similes, non in difficultate fluxus solum, sed in colore, sapore, unctuositate, ac uno verbo, sint ferè Oleum, vel quid pingue fluens: affirmantibus aliis, oleaginosas urinas illas esse solum, quarum superficiebus innatant quasi guttæ olei, non verò oleum esse urinam universam, immò nec esse posse, eò quod fieri non possit, ut aqua cum oleo ita miscetur, ut unum compositum constituat; urinae autem pars minima aqua est; ad hoc igitur, ut produceretur urina oleaginosa, oporteret conjungi aquam cum oleo, quod planè repugnat. Quæ super se asserimus, quod nemini dubium, urinas, quarum superficiebus innatet quid oleosum, saepe dari, & nos hujus naturæ excernebamus, cum verigine laborabamus; quod facillè, ac necessariò continget, quoties pingue aliquid in corpore solvitur. Finge igitur jam non pingue aliquid, sed plurimum oleosi è corpore solvi, & aquam vel inherere partibus, vel perspirare, vel in pingue quid permutari; an non universa urina purum oleum videbitur ipsi in affectionibus omnibus respondens? Postremò, verum quidem est, aquam, & oleum conjungi non posse ex se solis, sed si adiciantur sales, & præcipuè acriores, tria illa in unicum corpus coalescent maximè oleosum: mille hujus conjunctionis exempla occurrunt ex Chymicis; sed nos unicum proponimus nemini non notum, modum nempe conficiendi saponis, qui nihil aliud est, quam coagmantatio ex adipe, aqua & salibus coalescentibus per missionem mutuam in liquidum unctuosum.

Secundò, quoniam tàm Urina est naturalis ratione quantitatis, cum servat aptam proportionem cum liquidis, quæ potamus; igitur tàm erit non naturalis, cum eandem proportionem non servat ratione quantitatis, & cum hæc proportio non servari possit, vel quia copia Urinae sit minor, vel quia major, in primo

mo casu urina dicitur pauca, in secundo copiosa, & prima quidem ex eo proveniat oportet, quod vel liquidum, quod assumitur, stagnat alicubi in corpore vel extrahitur per sudorem, perspirationem, salivam mucum narium, secunda verò ex eo quod corporis aliquid colligatur, vel liquidi aquei prius alicubi coacti sit solutio, derivatio in renes, & separatio.

Tertiò, quoniam urina est naturalis ratione qualitatis, cum per totam sui profunditatem colorata cernitur, diluta flaventine, odoris nemini non noti, ac soni qualis communis aque in aquam depluentis, igitur quocumque modis cum hoc statu non conveniat, dicitur non naturalis secundum qualitatem; cum autem ii sint plures, exponendi per seriem perspicuè. Quoniam color, qui etiam per profunditatem corporum cernitur, certo argumento est eo colore colorata corpora esse pariter pellucida; igitur urina naturalis debet esse coloris citrei, & pellucida; hinc primò fiet, ut servato eodem citri colore, sed non servata, vel mutata perspicuitate fiat urina opaca non naturalis, quæ dicitur flava turbida, & oritur à mutata compositione partium salinarum, terræ, & aquæ urinam constituentium, quæ lucem trajici per urinam non permittit, sed solum ab extrema superficie reflectit. Hinc autem, & ex prima parte patet, unde proveniat omnis urinarum opacitas cum coloribus diversis conjuncta, de qua proinde nihil ulterius addemus, sed solum colores aliquot commemorabimus. Quoniam itaque naturalis urinae color est dilute flavus ut mala citrea, omnis igitur urina erit secundum colorem non naturalis, quæ vel est malo citreo dilutior, vel eodem saturatior. Omnis dilutior urina dicitur aquea, cujus duæ species aquea pellucida, nempe transparentis, & nullo, aut fere nullo colore tincta, quæ vel tenuis est, vel crassa: si tenuis à sola aqua venit majoris quantitatis, quam reliquæ partes salis, ac tartari tingere ipsam possint; si crassa à liquido crassiori in simili proportionem quantitatis; & aquea alba, seu lactea, quæ scilicet opaca est, & coloris lactei ab humoribus crassioribus cum sale permixtis proveniens, unde ejusmodi urina crassa semper. Ad aqueam pellucidam reducendæ sunt, quas appellant pallidas, spicæas, & stramineas, quæ singulæ differant per flavedinem plus minus saturam, cujus tamen maximus gradus non pertingit ad dilutam flavedinem urinae naturalis. Urina saturatior multiplex constituitur juxta diversos colores, quorum singuli sunt diluta citri flavidine magis saturi; cujusmodi primum locum tenet saturatissima, rubra, ferruginea, nigra, de quibus singulis eorumque causis, cum abundè in prima parte dixerimus, nihil hic superaddimus; patet enim omnem ejusmodi colorum diversitatem provenire, vel à majori copia aquæ, salibus, ac terræ permixtæ, vel e converso. Eodem in censa saturatiorum habetur viridis, quæ species est flavedinis ad æroginem tendentis, adeoque ab iisdem causis provenit. Postremò datur flammea splendeos, nempe ut flamma purior, cujus causam similiter in prima parte tradidimus. Ad rubram reducuntur purpurea, vinea, rosea, & quæcumque hujusmodi rubicundum colorem participant, in quibus idem est remissior, aut intensior, sicut ad alia summa capita, urinae aliorum colorum, ut ad nigram livida, plumbea, & cinerina, quæ nihil sunt aliud, quam diversi gradus æruginis, vel flavedinis cum multo tartaro pauco humido aptè inter se permixtis, & salibus, qui urinam constituunt. Quoniam vero habet urina suam naturalem odorem, eumque satis gravem, urina igitur nihil olens, aut suave, aut gravius, vel diversum quid à naturali, dicitur non naturalis ratione odoris, & si quidem nihil oleat, vel in corpore non secerentur, aut in Renibus pars tenuis in vaporem olidum abiens; vel utrius colligatum erit cum reliquis urinae

partibus, ita ut expirare non possit, si verò oleat non naturaliter, proveniet è partibus evaporabilibus eum odorem excitare aptis, quæ præter naturam in corpore generabuntur: neque enim hic loquimur de odoribus, qui urinis communicari possunt per cibos, potus, & medicamenta, sed de non naturali mutatione tantummodò ad his singulis non pendente. Postremò etiam si urina in urinam decidens sonet acutius, quam aqua in aquam ab eadem altitudine, erit quid non naturale, provenietque vel ab impetu non naturaliter aucto, vel ab urinae materia magis sonante; nempe ad siccum magis vergente: si verò sonet obtusius, seu gravius proveniet vel ab impetu præter naturam imminuto, vel ab urina magis ad humidum, & viscidum perducta.

Quartò, quoniam urina naturalis potest quidem etiam nubeculam, suspensionemque continere, sed illud præcipuè saltem ut plurimum continet, quod sedimentum dicitur album, læve, & æquale, & ultra hæc nihil aliud continere debet; illa igitur omnis urina dicitur ratione contentorum non naturalis, quæ primò nubeculam, & suspensiones nunquam continet, secundò sedimentum, vel nunquam, vel non album, non læve, non æquale, sed cujuslibet alius coloris superficie interrupta, suisque partibus inæqualitè crassis, vel planè subsidens in fundo vasis: tertiò, quæ alia quælibet contineat. Urina sine nubeculis, & suspensionibus, aut carebit iis partibus, quæ cessantibus motibus cum sanguine conceptis simul coeunt ubi ipsorum major, aut minor gravitas permittit, vel eadem ita cohærebant reliquis urinae partibus, ut seungi per suos motus, nisiolve non possint. Similiter se habebit necessitas urinarum, quæ sedimentis carent. Quodsi sedimenta demittant diversorum colorum à naturali, illi non aliunde proveniunt, quam ab iisdem causis, quibus urina tota coloratur, immò verò non raro contingit, ut sedimenta deposito urina evadat decolor, & quasi aquea pellucida, eodem interim perseverante colore in sedimento, quo urina universa colorabatur. Inæqualitas superficie, & asperitas proveniat oportet à diversa gravitate, seu densitate partium totum sedimentum constituentium; æquè densæ etenim, sive æque graves ad eandem altitudinem quiescant intra liquida oportet, ut ex eorum doctrina certum est: Subsiciens autem ex toto, & se se extendens per superficiem imi vasis nihil sursum gendo necessariò pendet à maxima gravitate, & densitate, qua præceps per liquidum ad fundum truditur. Quoniam verò terra, sal, & aqua urinam constituunt, si igitur præter naturam ita se habeat, ut quiescentibus motibus à sanguine conceptis, sola terra secerne possit, fiet sedimentum arenosum, si terra, & sal ita ut possit subire colorem nigrum &c. quemadmodum de urinis dictum est, colores omnes suscipiet: si verò insuper admitti sint præter naturam humores viscosi, qui sal, ac terram comprehendere possint, & in quiddam simile squamulis, parvis foliis, ramentis furfuris, & hujusmodi compingere; sedimenta erunt foliacea, furfuracea, squamosa & his similia, quæ contingere etiam poterunt, si scabiei aliquid, vel quilibet pustulosum cum lævi crusta in Renibus, Uretheribus, aut vesica contineatur; abradet enim urina, & secum auferet ramenta crustarum, quæ cessante impetu imum vasis petent. Ab eadem origine humorum, nempe viscosorum pendet sedimenta membranosa; neque enim membranæ sedimentorum sunt aliud, quam majores squamulæ. Sicut etiam à non absimili causa produci possunt longa, & rotunda, exiliaque pilorum instar corpora, immò cujuslibet alius figuræ composita, quæ per urinam excernantur, unde qui dicuntur pili redditi per urinam ab Authoribus, non veri pili, sed pilis quædam similia fuerunt. Adde Renum corpus compactum esse

esse ex minimis glandulis per series tenuissimorum filamentorum capilli instar dispositis, unde, & illa abradi possunt, & per urinam pili forma reddi. Cæterum quo pacto veri pili verique capilli reddi per urinam possint, hoc nobis non ita facile admissu videtur. Carunculæ in urina sunt portiones majusculæ glandularum renes constituentium, seu portunculæ renum, ac denique in urina præter naturam contineri possunt, quæcumque fluunt cum sanguine, & in Renibus cum Urina fecerui, vel eidem separata admisceri possunt aliunde venientia per exsudationem ex vasibus, aut rupturam, aut extensionem eorundem, unde sanguis, pituita, bilis utraque, semen, pus, humores quilibet non naturales cujuscumque coloris vermes, calculi, frusta cujuscumque materiæ in corpore præter naturam genitæ, deglutitæ, vel impactæ reddi poterunt per urinam à Renibus derivata, eademque omnia reddi poterunt, si urinæ admisceantur in Uretheribus, vesica, aut Urethra, ut patet. Atque hic animadvertes colores urinarum non naturalium, non solum prodoci posse per expositam mutationem partium urinam constituentium, sed per admissionem, illius corporis liquidi, aut duri, quod colore alio urinam inficit; quod etiam de sedimento ejus intelligendum est: id autem quando contingat prudentis Medici est cognoscere in particularibus morbis, ex quorum singulorum signis deducet, an talis urinæ color ab admissione humoris, an mutatione partium in urina proveniat: sic sanguis rubronigrum producet, pus viride viridem, magna bilis flavæ portio æruginem, minor rubrum, aut flavum, atque ita deinceps. Postremò cententis Urinarum annumerantur Coronæ, Corona autem nihil aliud est, quam extremus limbus summæ urinæ, qui superficiem matulæ contingit: circumferentia hæc summæ urinæ pro diversitate urinarum, diversitate vitri, & crassities, ex qua constat matula, posita luminis, & oculi dum inspicitur, diversimodè colorata, & elegantissimis coloribus instar Iridis apparet, unde sibi nomen coronæ meruit, & mirum est quoties super ridiculè, & ineptè fabulentur, & prædici posse asserant viri cæteroquin etiam doctissimi, cum reipsa coronæ illæ nihil sint, nisi quiddam profus inane à varia luminis fractione per vitrum, & summum illud urinæ velum proveniens nihil significans, & nihil solidi in se continens. Jam verò illa postremò subjiciamus oportet, quorum gratia hæc omnia præmissimus, quid nempe ex urinis deducatur.

Pars Tertia de Urinis continens

Quid illa habeant, quod ad Rem Medicam faciat.

Quoniam, ut separetur à sanguine in renibus, & per Urethram reddatur determinata urinæ quantitas, qualitas, & substantia, cujusmodi statuitur naturalis, oportet, ut instrumenta separantia, & reddentia naturaliter se habeant, atque insuper, ut eadem quantitas intra datum tempus separetur in instrumentis naturaliter se habentibus, requiritur certa velocitas in sanguine, & certa crassities, sive partium cohesio; quomodocumque igitur isthæc mutantur, mutabitur etiam habitudo naturalis urinæ. Rursus, quoniam liquidum, & dura, quæ naturalem urinam constituunt, solvuntur, & libere confunduntur cum sanguine in singulis partibus, in quibus humores aliqui fecernuntur; nisi igitur omnes secretiones, vel earum aliqua, vel aliquot naturali modo procedant, & persiciantur, urina naturalis reddi non poterit, & ab eo statu recedet, prout feret alteratarum separationum necessitas. Tertio, quoniam sedimenta, nubes, & suspensiones proveniunt à duris urinæ particulis in sua loca conflu-

entibus, postquam eadem urinæ quieverunt, nisi igitur in iis separationibus, aut separetur eadem partes duræ, vel, etsi separetur, implicentur partibus viscidis, quæ urinam crassiores, constituent, contenta illa in urinis apparere non potuerunt. Ex his autem patet tutissimum urinæ observandi tempus esse post somnum; quoniam enim ad hoc, ut urinæ confluantur, necesse est separetur liquida, & dura per urinam reddenda, & hæc in singulis partibus admisceantur sanguini, in quibus aliqua sit separatio; ad hoc igitur ut habeatur determinata urinæ quantitas, qualitas, & substantia, qualis est naturalis, illud oportebit expectare tempus, quo separationes omnes factæ sunt, & sanguis totus per Renes fluxit: una autem, & præcipua separationum est, quæ contingit dum alimur: alimur autem in somno, & plurimum temporis intercedit inter tempus, quo cibum sumimus, & quo dormire desinimus (septem nempe, octo, & plures horæ, quarum spacio sanguis totus per Renes fluere debet sæpius) post somnum igitur præcipue debebit urina reddi maxime naturalis. Hic tamen illud semper animadvertendum, num ætas, anni tempus, regio, temperies &c. quæ superius in prima parte memoravimus, facere debeant, ut urinæ etiam post somnum, quanquam iis, quorum sunt, fiat maxime naturalis, tales tamen non appareant, & inspectori minus prudenti, neque ad omnia respicienti falsa morbi specie imponant. His positis, inspicatur urina alicujus, quem malè habere certò conficit, & hæc post quietem nullum contentorum offerat (cujusmodi urinæ crudæ nuncupantur, coctæ e converso; sicut etiam crudæ aqueæ pellucidæ, coctæ colore suo coloratæ, & ex utrisque compositæ coctiores, crudiores sunt, ut aqueæ cum nullo contentorum, colorata cum eorum aliquo): igitur per eum morbum fiet, ut vel humor urinæ sit ita crassus, ut contenta dura se movere non possint per ipsum liberè, & in sua loca confluere, quod certius asseremus, si eadem urina sit etiam cressa; vel ut eadem dura in partibus corporis non separetur, vel non admisceantur sanguini, vel in Renibus ab ipso fecerui conjunctim cum aqua non possint, quod certius indicabit, si eadem Urina fuerit tenuis. In eo igitur morbo indicabitur per urinam ejusmodi, vel humorum omnium crassities, vel ea alteratio in partibus separantibus ratione motuum, vel instrumentorum, ut partes Salis, ac Terræ fecerui à reliquis humoribus non possint, vel in iisdem partibus hæreant obstruendo, lacerando, fermentando, ex quibus cum reliquis morbi signis comparatis ejus longitudo, aut brevitatis, exitus in sanitatem, aut mortem prædici satis tutò poterit. Quod etiam ut fieri possit tutius, expectanda secunda, tertia, quarta dies, atque ita deinceps, & inspicienda urina postquam quieverit & siquidem nubecula appareat, cum hæc ex partibus tenuibus, & levibus constet, certum indicium erit, aliquid in corpore solvi, sive, ut loquuntur, coqui, sive, ut Hippocrates, quod non fluebat fluere, & hoc erit eò certius indicium reparandæ sanitatis, si appareat ad dies criticorum indices, & si succedentibus nubecula magis, ac magis defecdat, quousque ad locum suspensionum veniat; tunc enim certum erit non solum partes subtiliores, leviores, & magis mobiles, sive coctu faciliores coctas esse, sive fluere, & excerni, sed crassiores etiam, graviore, & minus mobiles, sine coctu difficiliores: quæ cum contingunt, siquidem vitium sit in humoribus omnibus, urina fiet cum suspensione tenuior; si verò à duris urinæ partibus ad aliquam partem detentis urina fiet cum suspensione crassior. Interim melius habebit æger, & suspensiones etiam magis descendunt quousque ad imam urinæ subsident, sedimentum efformantes, quale sanorum, album ferè, læve, & æquale, arguitque illud materiam etiam

contumacissimam, nempe maxime crassam, gravem, & motui repugnantem, fluxilem factam, & ægrum à morbo statim liberandum. Si verò in morbis hæc contentorum series non ita se habeat, sed prius sedimentum, mox nubecula, inde suspensiones, mox nubecula rursus, inde sedimentum, cui succedant suspensiones, vel quocunque alio perversi ordinis genere sibi per dies succedere appareant contenta urinarum, tum rem semper versari in ancipiti judicandum; manifestè enim inde patet solvi, & moveri humores non illos prius, alios posterius ex ordine necessitatis, qui sunt magis ad fluxum faciles, inde qui minus, unde arguitur naturæ vis, quæ sensim roboratur, & magis viget expellendo magis resistentia, sed manifestè patet, ipsam modò superare, modò superari, inde incerta res. Similiter nubecula sub initium apparent, unde evanescens nullis aliis contentorum succedentibus contumacem morbum, atque periculosum indicabit; sub ipsam enim initium secreta erit pars humoris peccantis fluidior, adeoque totum ipsius reliquum factum erit densius, atque tenacius, seu difficiliter coctile; & cum coqui ipsum, seu fluere non posse ostendat defectus suspensionis, aut sedimenti, certum erit ipsum in sua densitate, & cruditate persistere, & morbum esse solutu difficilem. Pariter sedimenta sub initia morborum animo quidem fingi possunt salutaria, cum humores saltem hinc possint, qui statim, etsi densi, & graves, & motus difficilissimi, fluxiles reddi possint, & in motum agi, quo in casu æger statim se levare sentiet, ac morbum solvi: quia tamen illa est naturæ necessitas, ut paulatim operetur, & motu faciliora prius moveat villis se contrahentibus qui majus pressiois momentum exercentes quo magis ac magis à resistentia liberantur, motis magis mobilibus, validius nituntur in minus mobilia, quousque demum pariter in motum agunt, & fluere cogunt cum sanguine; hinc fit ut sedimenta statim sub initium apparentia sine ægri levamine, & solutione morbi, maximi periculi censenda sint; indicabunt enim maximam villorum laxitatem, qua fit, ut ne retinere quidem gravia illa, & immobilia possit, vel stimulum eorundem, vel novum affluxum materiæ coacervatim prementis, & villis magis laxantis. Ex quibus patet, suspensiones sub initia morborum, non succedente sedimento, minus esse periculosas, immò posse etiam esse salutaris, & morbum solvere; si nempe humor peccans ejus naturæ sit, ut non ita difficilè moveri possit, nec constet ex partibus omnino gravibus, atque densis, quæ sedimentum constituunt, vel ex omnino levibus, atque raris, quæ nubeculam. Ex quo rursus facillè intelligimus fieri aliquandò posse, ut etiam per nubeculam, vel sedimentum subito apparentia in initio morborum, iidem morbi solvi debeant, si humores peccantes sint perfectissimè tenuitatis, unde non nisi nubecula creari possit, ac vis villorum statim sub initium morbi totum humorem expellat: vel perfectissimè crassitiei, quæ nihil tenuitatis admittit, vel ita admittit, ut separari non possit, & villi tam validi, ut hoc ipsum compositum maximè resistens motui in fluxum agere valeant: quæ etsi fingi potius animo, quam re ipsa dari posse nemo non videt, saltem hinc illuc deducitur in morbis ab humore tenui, levique provenientibus magis nubeculas esse necessarias, quam sedimenta; hæc magis quam nubeculas in provenientibus ab humore crasso, & gravi; suspensiones in inter utrumque medijs; & nubeculas in illis etiam sub initia apparentes, contentis reliquis non succedentibus, esse minus periculosas; in his verò sedimenta eodem modo. Quia verò: postquam villi per primam illam levissimam contractionem, in quam venire possunt partem maximè liquidam, quæ nubeculam efformat, expresserunt ab ejus resistentia liberi multo validius nituntur; hinc

fit ut successivè non tenuissimum solum se junctum à crasso exprimant, & in fluxum agant, sed etiam crassum aliquid ipsi conjunctum, unde componitur ex utrisque quiddam nubecula gravius, & sedimento levius quod proinde circa urinae medium colligetur, seu suspensio fiet: quæ proinde si appareat diebus decretoris, quibus nempe villi se se validè contrahunt erit optima contentorum, & erit indicium solvendi mox morbi in sanitatem, cui deinde succedet sedimentum non tanquam excrementum morbi, sed ut contentum urinae naturalis cum aliquot etiam ejusdem fortasse morbi reliquijs crassioribus. Postremò, contenta quælibet interrupta, distracta asperæ superficiei arguant, ut patet ex præmissis, humores inæqualiter graves, & inæqualiter solutos, vel in diversis partibus collectos, in quibus, vel humores sint ejusdem naturæ, partes autem non sint ejusdem roboris, unde fit inæqualis solutio, & gravitas, & in urina locus, vel e converso sint humores diversæ naturæ in eadem parte collecti, unde eadem inæqualitas solutionis, vel diversæ partes, & diversa humorum natura, ut patet. Quid autem isthæc arguere possint juxta diversa tempora, quibus apparent, nullo negotio deducitur ex antecedentibus. Multò autem breviores erimus circa eorundem sedimentorum, & contentorum quorumlibet colores varios; ex iis enim, quæ de sedimentis naturalium urinarum diximus, res tota facillè patet; & eò demum redigitur, ut quo sedimenta ab albo colore versus nigrum per expositos gradus ascendunt, eo major adsit Tartari copia cum sale mista, qui sit naturalis quantitatis, vel minoris: contra verò cum à nigro tendit in album; unde indicabitur pro diversitate morborum bonum, vel malum omen, prout è signis reliquis intelligitur bonum, vel malum esse, si è corpore educantur, vel retineantur fixæ, & duræ partes, cujusmodi sunt terra, & sal fixum præcipuè. Illud etiam memineris, quemadmodum urinae color per admisionem alicujus humoris eodem colore tincti, qui ab urina repræsentatur, produci potest, ita urinarum contenta eodem modo, posse infici, idque dignoscendam ex signis alijs; quod cum fiet, ex ejus sedimenti, vel cujuslibet alius contenti inspectione, id de morbo judicandum, quod humor admittus suadebit, ut si fuerit sanguis, semen, pus naturale, aut corruptum, & hujusmodi.

Ex his autem, quæ data opera aliquanto fusiùs exposuimus de contentis urinarum, eorumque indicationibus, obvium est intelligere quid arguat ipsum urinae corpus ratione partium, & separationum, ex quibus urina componentia deducuntur; quemadmodum enim materia contentorum arguit humores peccantes solutos esse, vel crudos fluere, vel hæere in partibus corporis, ita prout major erit, aut minor quantitas liquidi urinae componentis, vel partium durarum, si utraque cum quantitate naturali urinae, & inter se conferantur, indicium, vel solum liquidum, vel solum durum, vel utrumque hæere uni, aut pluribus, aut omnibus partibus corporis; si alterutrus, aut utriusque quantitas sit naturali minor, vel solvi naturalem partium omnium, aut alicujus humorum, vel durum, vel utrumque, si alterutrus, aut utriusque quantitas reddatur naturali major. Facillè autem ex diversitate colorum intelligemus, quando major liquidi, quam duri quantitas, vel major duri, quam liquidi in urina contineatur ex iis, quæ in prima parte demonstravimus, cum eo minor sit liquidi quantitas, quo color est magis satur, supposita etiam naturali quantitate duri, major, cum est magis dilutus color in naturali quantitate duri: vel e converso duri quantitas naturali major in naturali quantitate liquidi tunc erit, cum color erit magis satur, minor cum dilutior in quantitate liquidi pariter naturali. Quemadmodum igitur urinarum contenta indicant quid

quid in sanguine, aut partibus corporis non naturaliter contineatur, & quando solvatur ad sanitatem, aut mortem, id ipsum indicant mutationes urinarum, quæ in partibus ipsam constituantibus observantur: cum etenim apta quantitas duri, aut liquidi non reddatur, vel utrumque, oportet, vel non separetur in partibus, vel stagnet alicubi, vel affigatur sanguini fortis, ut solvi intra Renes, vel fecerni non possit, vel etiam liquidum præcipue absumatur, vel mutetur in aliud aliquid fixum, vel in evaporationem per totum corpus abeat per calores, & motus vehementes morborum. Hæc igitur singula indicabuntur, & quæ ab his provenire possunt morborum genera; unde si urinae reddantur ad dies criticos, vel criticorum indices, pronuntiare poterimus quietem humorum tolli, separationem ritè institui, solvi sanguinem, urinam non evaporare, non immutari, & si quæ hujusmodi per alia signa innovere intra illius aegri corpus contingere, quæ singula iis temporibus, nempe per initia morborum, & cætera distinguenda, per quæ indicationes à contentis urinarum distinximus: quare de ipsius urine corpore nihil exponemus distinctius, nisi quod turbari Urinas statim, vel paulò post excretionem, vel etiam turbatas reddi, sive excerni in quolibet morbi tempore, nullus est tutissimæ indicationis, si hoc unum excipias, maximam inde argui agitationem in partibus humorum componentibus: quia verò hujusmodi agitatio sine aliqua solutione esse non potest, hæc autem solutio, vel solutio est, si disponit humores, qui solvuntur ad subeundam novam compositionem, quæ sit naturalis, vel plus minus periculosa, aut omnino lethalis, si disponat ad compositionem plus minus à naturali recedentem, vel naturæ omnino contrariam, & possibile sit hujusmodi solutiones omnes quocumque morbi tempore contingere, patet tamen indicem turbationis urinarum haberi non posse, nisi noverimus cujus generis solutio in illa turbatione contingat; quod scire nemo nostrum potest, cum innumerari solutio quodam modo, & contingant per minima, quæ nobis ignota sunt. Poterit tamen prudens Medicus ex aliis signis in ægro apparentibus aliquid verosimile judicare ex turbatione urinarum. Quam autem turbationem hic dicimus, non accipiendam esse volumus quamlibet urine mutationem in opacum præcipue, si opaca excernatur, sed eam solum, quam corruptam appellant; dantur enim ex prima parte urine opacæ, quæ ejusmodi reddi possunt absque ulla agitatione, & solutione minimorum, sed per solum defectum aptæ quantitatis liquidi, vel excessum duri, vel utriusque simul. Quæ sunt duo summa capita, juxta quæ de urinis differendum sub initium hujus partis ostendimus.

Supereffet quod primo loco proposuimus ad examen revocare, quid Urinæ indicent, cum sanguis æquo crassior est, vel velocius, aut tardius movetur, vel æquo tenuior; sed cum hæc dari non possint sine totius corporis morbis, obstructionibus separationibusque alteratis, ex superioribus isthæc patent, & doctrinæ separationum, unde nihil de his addimus.

Postremò, quæ ab urinis indicantur ratione instrumentorum separantium, & excernentium, nempe alterationum, & mutationum non naturalium, in quas veniunt vasa omnia urinaria, partim ex Anatomicis ultro patent, partim pertinent ad morbos particulares earundem partium; de his proinde non est hic agendi locus, ubi in genere indicationes urinarum exponimus, non quid eadem indicent ratione uniuscujusque particularis partis, aut affectionis. Illud potius subsiciemus, partim meritis gratia, partim ad universitatem hujus doctrinæ confirmationem, nihil occurrere apud magis probatos rei medicæ

institutores de indicibus ex urinis experientia confirmatum, & mandatum litteris tanquam ratum, cuius necessitas ex paucissimis, atque planissimis hisce nostris nullo negotio non deducatur; quod ut planè constet, ea ipsa probatissimorum virorum pronuntiantia, & merito pro universæ artis Medicæ fundamentis habita subsicimus, & juxta ea, quæ disseruimus, per necessitatem exponimus, quod agentes lucem etiam superioribus faciemus, quæ fortè nimis contractè, præsertimque notavimus, & unum instar omnium seligimus Hippocratem.

Pars quarta de Urinis continens.

Commentaria in præcipua loca Hippocratis de iisdem.

Hippocrates 2. prædictionum p. 85. Quare tum necesse est eos qui largiori potu utuntur difficilius spirare, & majorem urine copiam reddere. Quoniam etenim liquidum aqueum, ex quo pars maxima urine constituitur, ab assumptis liquidis derivatur, largius igitur bibentes majorem etiam urine quantitatem reddent.

Idem ibidem pag. 88.

Urinam autem potui respondentem reddere oportet, & semper æqualem, & totam simul quam maxime (non assulam ut Foetus; ad hoc enim ait Hipp. quod significat totum simul, & confirmatur ex verbis mox succedentibus: si verò paulatim &c.) & ad paulo crassius inclinantiem, quam quod potu sumptum est. Quod si diluta fuerit, & copia major quam quod potui sit assignatum, hominem dicto non audientem significat, sed abundantiori uti potu, aut non posse nutritionem accipere quâdiu talis urina redditur. Si verò paulatim cum stridore urinam mittatur, aut medicamenti portione hominem indigere, aut vesicam quodammodo malè affectam denuntiat. At sanguinis mictus rarus quidem & si febre, ac dolore nihil mali indicat, verum lassitudinem solutio sit. Quod si sæpius mictu reddatur, aut horum aliquid accesserit, periculum minatur; at prædicendum est sive cum dolore, sive cum febre mictu reddatur, pus insuper per urinam effluxurum, atque eo paulo dolores tolli. Urina verò crassa, in qua quod subsidet album est, articulum dolorem, aut tumorem denuntiat. Quæ autem sunt reliqua, sedimenta in urinis eorum, qui excernuntur, ea omnia à morbis sunt, qui circa vesicam affligunt, quod manifestum facient dolores, qui aderunt, & à quibus vix liberari queant.

Quoniam portio aquea urine ab assumptis liquidis deducitur, igitur eorum quantitati illa respondeat oportet, & ne præter naturam aliquid eorum detineatur, & semper in eadem quantitate sumi supponatur, debet etiam urine quantitas reddi semper eadem, sive erant urine semper æquales. Quoniam verò, antequam urina reddatur per urethram in naturali statu debet intra vesicam tota colligi quantitas, quæ per unicum mictum mingitur, & urethra naturaliter se habeas continuè excipere, ac derivare extra corpus urinam potest; vesicæ autem m. sculi, & pressio abdominis continuè exprimere naturaliter se habentes cavitatem vesicæ possunt quousque urine minimum excludatur; igitur urina in naturali earum partium statu tota simul quam maxime reddenda erit; secus enim si accidat, indicabit quod mox. Ubi vides non determinari quantitatem urine; sed de ea solum agi, quæ jam intra vesicam collecta est, sive magnæ, sive parvæ sit quantitatis. Quia verò in urina continetur etiam pars dura salina, ac terrea, igitur in naturali statu, ex superioribus, aqua urine con-

stituitur.

tionem complens fiet inde aliquanto se ipsa crassior, & urina tota ad paulò crassius verget, quam quod potu sumptum est. Quoniam itaque urina potui respondeat oportet, & ex admistione salis, ac terræ sit crassior, & colorata, si igitur diluta sit, & copiosior, vel largius bibere hominem indicabit, vel non ali; quod fieri quidem potest, vel ex eo quod pars potus apponenda partibus non apponatur, unde per urinam reddatur, quæ dilutior appareat, eo quod pro ratione salis, ac terræ major datur copia liquidi, vel quia eadem partes duræ solvantur, & in aquam urinae abeant, vel evaporent, unde succedet facile tabis genus aliquod, vel quia eadem partes à corpore non secerantur, neque ab humoribus, ex hisce enim capitibus singulis, ut patet, prohibebitur, ne alatur animal, & urinae reddi debebunt copiosiores, & magis dilutæ, & homo tamdiu in illo non naturali statu persistet, quandiu talis urina reddetur. Quia verò humores acriter vellicantes pungendo, vel lacerando eo graviores doloris sensum excitant, quod in sentientes partes nituntur validius, similisque sensus excitatur, si debili jam laceratæ, ulcere exesæ, & huiusmodi parti mitior etiam humor allabatur leniter; si igitur cum urina admisceantur præter naturam humores maxime acres, quibus vesica, dum illa redditur, maximè prematur, hoc est humores iidem validius nituntur in maximi sensus membranas, ad quas fluunt, dolebunt illæ maximè, unde muscoli à contractione, qua uti assuevimus, ut eiusmodi dolorem vitaremus, cessabunt, & cessabit etiam dolor; quia tamen aliunde vis naturalis urinae nos ad excretionem cogit, ne dolore illo continuè affligamur, contrahemus musculos lentius, & per intervalla, unde urina intra vesicam collecta non tota simul, sed paulatim reddetur: humores autem illi acriores præter naturam geniti, extra corpus ducendi sunt, quod facile fieri potest per solvens medicamentum; urina igitur, quæ paulatim redditur, medicamenti potionem indicat. Si verò urina supponatur naturalis qualitatis, paulatim tamen reddatur, id ex eo fiet, vel quia debilis est musculorum contractio, unde debilis pressio, & cita eorum defatigatio, unde quies per intervalla, & urina paulatim reddita; quare indicabit illa resolutionis principium, vel quicquid aliud prohibens musculorum motus. Si verò absit hoc prohibens; vesicæ autem tunicæ ulcere laborent, vel quolibet alio morbi genere nervos vel penitus denudante, vel membranas extenuante, tum consuetus solum naturalis etiam urinae allapsum acerrimum sensum doloris imprimet nimis expositis nervis. Quare patet tota pronuntiati necessitas. Quoniam verò reddi per urinam sanguis non potest, nisi effluit à venis, atque arteriis, neque effluere, nisi saltem ipsarum poris, nempe villi laxentur, neque laxari, ita ut sanguinis copiam aliquam sensibus subjectam, & animadversione dignam effluere permittant, nisi lassitudinis sensum quandam excitent; in mictu igitur sanguinis hanc ipsam saltem lassitudinem sentiemus, quæ proinde cessare debet cessante mictu sanguinis, cum solum villi ressituantur, & sive contractioni, & vigori reddantur. Esto igitur mictus ille sanguinis, cum nullo alio sensu conjunctus, quam lassitudinis, indicabit igitur villorum solam laxitatem, non verò fractionem, divulsionem, & huiusmodi violentas apertiones, ex quibus insignis copia, immò sanguis universus effluit, unde non multum mali portendet; si verò sit rarus, omnino nihil mali; indicabit enim villos canalium se se restituere, & viribus pollere, multoque minus si febris desit. Si verò mictus ille contingat frequentius, jam suspicio periculi imminet; alternè enim, sed frequenter se ressituentibus, & laxantibus villis, ipsorum vis sensim infringatur oportet, ac de-

Tom. IV. Pars II.

mum succedat divulsio: si insuper adsit dolor, magis suspicabimur de divulsione, quæ vel jam contigerit, vel proximè contingere debeat à divulsione illa excitato coloris sensu; & siquidem divulsio sit tanta in vesica, aut ejus vasis, ut plurimum sanguinis effluere possit, qui collectus, & subsistens ad partes proximas solvatur in liquidum non naturale febrem excitans, aderit etiam febris cum dolore conjuncta, quorum utrumque tollitur postquam liquidum illud coctum fuerit, & in pas conversum, quod per urinam reddetur. Itaque prædicendum, mictum eiusmodi tollendum per puris mictum, eoque & mictum sanguinis, & puris, & febrim, & dolores cessaturos. Cum autem apertio canalium sanguineorum periculosa semper sit propter solum effluxum sanguinis, multo majoris erit discriminis, si jungatur cum dolore, & febre, quæ ex se ipsis periculosa sunt. Quoniam insuper in urina crassa major copia duri continetur, quam liquidi, & sedimentum album à sale præcipue pendet cum humoribus crassis albidis, cujusmodi viscida; igitur & urinae corpus indicabit terram, ac sal, & viscidum abundare in eo, cujus est urina eiusmodi, & sedimentum indicabit sal præcipue solum à tartaro, & cum humore viscido plus minus misso; humores autem viscidos, seu crassis, & duræ partes, ad hoc ut fluant, plurimam pressionem exigunt, minima autem in articulis; eorum igitur miscella ad articulos perducta difficile per eos movebitur, atque alio derivabitur, unde in istem subsistet, & siquidem sal sit cum humore ita mislus, ut vellicare, ac pungere articulum non possit, humor autem sit tam crassus, ut discuti sensim nequeat, fiet tumor indolens, & solum quid lassitudinis procreans: si verò sal sit liberior, liquidumque fluidius, fiet sensus doloris acer sine tumore, utrumque si liquidum crassius, sed liber, vel copiosior sal: quare urina crassa album deponens, tumorem, aut dolorem in articulis indicat. Postremò ait Hipp. *Quæ autem sunt reliqua sedimenta* (nempe foliacea, furfuracea, squamosa) sed hæc sunt evidentia, & nihil indigent explicatione.

Idem juxta ordinem Dureti de Urinis

p. 509.

Ex Coacis Prænotionibus.

Primò. *Urina in febre albam, & levem habens hypostasim, atque constantem, etiam ejus dimissionem ostendit.*

Quoniam enim eiusmodi sedimentum indicat materiam crassam, sive ex sale, sive ex humoribus crassis, ac viscidis, sive ex utrisque; si igitur eiusmodi sedimentum habuerit signa perfectæ coctionis, cujusmodi est lævitas, neque fuerit inconstans, & varium juxta tempora, sed per totum morbum diebus singulis apparuerit eodem modo, indicabit materiam febris per urinam excerni, adeoque brevi evasurum hominem. Adde his indicari per eiusmodi sedimentum, villorum sive naturæ vigens robur, cum materiam etiam motui magis repugnantem in ipsum agere, ac solvere possit, quod breviorum faciet morbi durationem. Insuper cum eiusmodi sedimentum sit simile sedimento sanorum, nihil fortè habebit cum febre communionis, sed erit id quod naturaliter excerneretur; quod si fiat, multò certius erit brevi reparandæ sanitatis indicium, arguet enim per eiusmodi febrem operationes naturales minimè impediri.

Secundò. *Idipsum ostendit Urina, quæ ex confusa quippiam pingue ostentans aque scit.*

Laborant hic interpretes; neque enim pinguedo in

Eff

do in

do in urina solutionem morborum, sed exitium portendat oportet, cum sit colliquationis indicium. Ipse verò censuerim illud pingue non intelligendam de vera pinguedine, aut materia unctuosa, sed de materia crassa, ac lenta instar olei, quod non obscure indicare videtur additum illud quippiam, eritque materia tenax, & viscida, quæ conjuncta cum antecedenti urina turbata, & mox aquefcente, indicium optimum erit; cum enim urina turbatio agitationem, & solutionem humorum indicet; si hæc igitur abeat in tenuiorem, & qualitatibus omnibus aquæ magis similem, indicabit agitationem illam quiescere, & cessasse solutionem: adfunt autem materiae viscidae; igitur ex ea solutione orta est compositio humorum talis, ut materiae difficilè mobiles, & febrem conservantes excernantur, quod erit ejusdem brevi cessaturæ indicium.

Tertio. Quæ autem subrubra est, habetque subrubram hypostasin, atque levem, siquidem ante septimum diem fuit hujusmodi septimanam febrem exsolvit; si autem ferius longior, vel omnino longam.

Quoniam sedimenti lævitas indicium est bonæ coctionis, totius nempe humoris æqualiter cocti, rubedo autem sive urinae, sive sedimenti materiae crassitiem aliquam, nempe parum humoris, aut plurimum tartari cum sale; si igitur hujusmodi urina ante septimum, criticum nempe appareat, indicium erit naturam esse tam validam, ut crassitiem illam movere, ac solvi vere possit, adeoque ex toto movebitur, ac solvetur die naturali solutionum, nempe septimo critico. Si verò post diem criticum appareat, indicium erit crassitiem esse tantam, ut moveri, ac solvi non poterit, unde longius tempus exiget ad solutionem, & erit diuturna febris.

Quarto. Quin etiam Urina, si nubeculam quarto die subrubram assumpserit, septimanam exsolvit, si cætera convenienter sint constituta.

Quoniam enim nubecula indicium est motus, & solutionis tenuiorum partium; robur autem multionis partium duriorum, nubecula igitur rubra indicabit humores pedecantes moveri jam, ac solvi, & excerni per urinam non eorum solum partes, tenuissimas, verum etiam crassiores aliquas, cujusmodi sunt duras; quare si validitas fiat villorum robur per dies succedentes, & dies, quo apparet ejusmodi nubes, sit criticorum index, ominabitur brevem febrem: quartus autem est septimi critici index, & à quarto semper augetur villorum vis, igitur per succedentes dies crassiores etiam, & crassissimæ partes solventur, & septima evadet æger. Oportet autem ut cum hac urina reliqua etiam signa conveniant. Quod in omnibus intelligendum est.

Quinto. Tenuis autem, & biliosa, ac ne vix quidem exiguum habens hypostasin, tum que in melius, modo in pejus mutatur, longi est morbi. Si autem hæc longius invicem consequantur, & circa crista tardiora sint omnia, periculo certè non vacant.

Quoniam n. urina tenuis, & subflava, & sine sedimento arguit plurimum liquidis sine duris partibus, cum igitur dabitur urina ejusmodi, intelligemus has partes duras intra corpus detineri, & cum ex se ipsis etiam admixtæ liquidis difficilè moveantur, ac solvantur, multo difficilior id fiet, si liquidum auferatur, quare longum tempus requiretur, ut moveri possint, ac solvi. Similiter quæ in melius, mox in pejus mutatur, diuturnitatem morbi arguit; ostendit enim materiae multitudinem, quæ modò villorum vi solvi potest, modo non potest; & eo diuturnior erit morbus, si hæc singula per longum temporis spatium perseverent, ut patet. Si verò ad dies criticos tardiores mo-

tus, ac solutiones sunt, tum equidem etiam de morte suspicandum erit; cum etenim ad dies illos natura debeat esse maximè valida, & materiae maximè mobilis, ac fluxilis; tardius autem moveatur, ac fluat, indicium erit, vel materiem esse maximè contumacem, aut naturam maximè infirmam, aut utrumque, quod periculo non vacat.

Sexto. Aquosa verò, & alba exactum ad morbum in vetustis quidem difficilis est, nec secundi judicii.

Vetustis intelligendum esse chronicis, nempe longioribus morbis patet ex Græco textu; & aquosam urinam albam esse aqueam pellucidam patet, quod hæc apponitur tenui, biliosæ superioris textus, ut etiam appellatur aph. 72. 4. Quoniam itaque aquea pellucida caret partibus crassioribus, si igitur hæc reddatur ad extremum usque morbi, & hic morbus fuerit diuturnus, & vetustus, arguet in corpore detineri maximam contumacis materiae copiam, coacervatam nempe per totum longum tempus vetusti morbi, unde difficillimè moveri, ac solvi poterit; eritque propterea difficilis, nec secundi judicii.

Septimo. At verò nebula in urinis alba quidem, & fundum versus utilis; rubra autem, nigra, livida item difficiles.

Patet enim ex superioribus, album contentorum colorem crassæ materiae solutionem indicare, & crassioris, quo contenta magis ad imum accedunt: colorata verò majorem cohesionem inter partes salis, ac terræ, vel eorum majorem quantitatem, quod cum difficilis solutionis sit pro diverso colore magis ad latum tendente, eo difficilioris solutionis erit materiae.

Octavo. Periculosa inter urinas quæ biliosa est, nec subrubra, tum similis amylo cum alba hypostasi, quin etiam ea, quæ colore, & hypostasi variegata est, idque potissimum, cum è capite sunt Rheumatismi.

Alba hypostasi. Ex testu Græco patet. Biliosa enim urina solum sine admixta rubedine indicat partem maximam tartari detineri intra corpus, unde difficilis fluxus &c. Urina similis amylo cum alba insuper hypostasi crassitiem maximam humorum ostendit, non eam tamen, quæ sit per solutionem ad salutem tendentem, sed liquationem partium solidarum, quibus putrefactis in aqua, similis est amyli crassities nescio quid pinguedinis habens. Quod si urina, & hypostasis sint diversimodè colorata, periculosum erit; arguet enim, vel eodem tempore in diversis partibus corporis diversorum corporum solutiones fieri, vel eorundem in eisdem diverso tempore, quod propter multitudinem materiae solvendæ, & diversarum virtutum, quæ requirentur ad eorum solutiones, periculosum erit. Et eo quidem magis, si fluat à capite pituita; illa etenim cerebrum, à quo virtutum fons, infringit, & cum separetur à sanguine, arguet per ipsius separationem sanguinem totum solvi miris modis, ignotis etiam, unde diversorum humorum productio, & urinae cum hypostasi multi colores.

Nono. Periculosa etiam quæ transit de nigra in tenuem biliosam, tum illa quod ex hypostasi sua divellit.

Quoniam enim niger color parum humidum cum multo tartaro arguit, tenuis autem biliosa plurimum humidum cum paucis tartaro; ut igitur urina nigra in tenuem biliosam transeat, oportebit, ut plurimum terræ detineatur in corpore, plurimum humidum excernatur, unde illa motu, & soluta evadet difficilior, unde periculum. Si verò ex hypostasi divellatur aliquid, nempe ascendat, ut est enæorema, indicabit non eam esse solutionem sedimenti, ut per eam fiat apta mistio, cum partibus subtilioribus; abripiuntur enim libere, & ascendunt; unde etiam in corpore partes eadem subtiliores, & magis mobiles à crassioribus, & minus mobilibus secerantur, easque relinquent magis

magis motui ineptas, & viscidas, unde periculum.

10. *Quin etiam quæ ex glomerata sublivida habet hypostasin, etiamne tùm in dolore est hypochondrium, idque opinor dextrum; aut sunt præterea biliosi, atque assurgunt parotides dolorificæ? His brevi prorupta alvus pestifera.*

Dubium qua ratione sic exponenda hæc prænotio, & incerta etiam Hippocrati, ut ex loquendi modo patet per interrogationem cum dicto idque opinor: Ex glomerata sublivida asserunt intelligendum de encephalate coacto, sive simul collecto, vel conglobato, post quod appareat sublivida hypostasis. An etiam exponi potest de hypostasi, quæ prius glomerata fuerit, mox sublivida appareat, vel etiam de eadem hypostasi, quæ & figuræ glomeratæ sit, & sublividi coloris, quasi dicat, urina, cujus hypostasis ex glomerata materia sublivida est &c. Hujusmodi expositio videtur aptior, cum rem totam clariorem faciat. Quoniam enim sedimentum simul coactum magnam tenacitatem, & gravitatem materię significat; si huic igitur addatur color sublividus, majorem materię crassitatem indicabit, cum illa ab excessu durarum partium proveniat, ac proinde ejusmodi materiam abundare in corpore, & siquidem aliunde innotescat colorem illum à bile provenire, mirum non erit, si hypochondrium dextrum doleat, quod occupat jecur, in quo colligetur materia bilis non naturalis crassior, quæ ipsum extendet, & in dolorem coget. Necessarium insuper, ut biliosi sint, & fieri poterit, ut ejusmodi humor per corpus fluens cum sanguine excurrere per parotides non possit, adeoque eas in tumorem attollat propter tensionem, & vim bilis vellicantis dolorificam. His prorumpat alvus brevi, nempe brevi temporis spatio ab initio morbi; erit igitur tempus, quo proruptio illa non erit critica, adeoque vel excernatur purum humidum, & cum proruptio significet excretionem copiosam in magna quantitate, & relinquatur partes crassæ magis difficiles fluxui, unde cita mors, vel cum humido etiam pars crassior, & indicabit maximam villorum infirmitatem, immò extremam propter defectionem copiosam, quasi jam nihil ulterius retinere possint, unde cita mors.

11. *Quæ ex improvise, immerito, & paulisper urina coquantur, prava, atque omnino quicquid immerito coctum est in acuto malum.*

Paulisper apud Hipp. brevis durationis, & subito deficientis significat. Quoniam igitur coctio solutio est, cum quid solvitur præter rei presentis ordinem, malum erit: arguet autem non solutionem vi fibrarum factam, sed violenti motus, quo partes magis mobiles se se à crassioribus expediunt, unde nucleum aliquam ostendent, signum coctionis; quæ tamen brevi durabit, & evanescet propter tenuitatem partium, sicuti propter eandem tenuitatem subito, seu ex improvise eruperunt. Hinc autem fiet, ut partes crassiores solutu magis difficiles evadant, unde malum.

12. *Prava autem est illa, quæ ab his præter rubra virulenti quippiam efflorescentis continet.*

Quoniam enim color impensè rubens maximam terre quantitatem arguit cum pauca liquidi, visor autem similiter earundem durarum partium excessum, cum urina à subita illa coctione, nempe solutione, gradum non facit ad majorem facilitatem fluxus, indicat vel fixatum, vel absumptum humidum per ejusmodi solutionem, vel autem durorum quantitatem, ex quibus singulari augetur solutionis difficultas, & sit urinae pravitas.

13. *Urina autem quæ alba funditur, atque pellucida mali est omnis, atque potissimum hæc in phræneticis.*

Tom. IV. Pars II.

Relinquit enim in corpore crassa omnia, & cum hæc in phræneticis stagnent juxta cerebrum, fit inflammatio major, unde dolor major, pressio cerebri major, unde obstructio major, ac demum impedimentum maximum, vel absolutum spirituum, unde hæc urina in eo morbo pessima ratione partis, in qua morbus viget.

14. *Prava est item, quæ mox à potu effluit, maximeque pleuriticis, & peripneumoniacis.*

Indicat enim eam occurrere resistentiæ in canalibus, per quos naturaliter fluere antequam redderetur, ut ad eandem subsistat, & validè prematur potus, atque ex iis per pressionem exsudet, unde ab arteriis absorbeatur, & perducatur ad Renes multo citius, quam si per canales suos fluxisset; quod si id contingat in pleuriticis, aut peripneumoniacis, arguet occlusionem validam vasorum pulmonariorum, adeoque difficultatis curationis. Provenire etiam potest velox illa urina à potu excretio à siccitate, & calore partium statim à ventriculo, & intestinis liquidum absorbentium, atque ita in arterias subito derivantium: quod in positis morbis cum insigni inflammatione sit, oportet.

15. *Prava est illa etiam, quæ ante vigorem oleosa metiendo emittitur.*

Oleosa enim liquationis est signum: itaque vel rigor supervenit liquationis ratione, & tunc urina illa præcedens pessimam esse liquationis solutionem indicabit, quæ vel calorem absumat, vel particulas irritantes, vel simul utrumque producat, ex quo rigor superveniens liquationem promovebit: vel rigor supervenit aliunde, puta ex gratia, quia labore ille febre aliqua intermittente, ac tùm similiter cum oleosa liquationem indicet vi rigoris, tùm ratione materię irritantis, à qua rigor producitur, tùm ratione concussionis, qua rigemus, promovebitur liquatio.

16. *Malum est etiam in acutis, cum virescentes urinae sunt, nec superficie tenus.*

Quoniam enim visor ab excessu crassiorum supra liquidum provenit, in iis urinis excedent crassiora, & cum visor ad superficiem non pertingat, non erunt illa liquida bene permixta, sed separari statim poterunt, adeoque erunt humores nimis soluti. Erunt igitur & uniendi rursus apti, & crassæ materię solvendæ, & in fluxum agendæ, quod brevis temporis, quo acuti morbi judicantur, non permittit, unde in acutis ejusmodi urinae malum.

17. *Pestifera autem est urina, quæ & hypostasin habet nigram, & ipsa quoque est nigra. Sed pueris pestifera est magis aquosa.*

Niger enim color à partibus duris maxime excedentibus provenit, unde urina nigra cum simili sedimento salis, & tartari maximam copiam arguet maxime soluta, & cum minima liquidi quantitate; quæ proinde vel erit absumpta, vel hærebit alicubi in corpore; unde primò major sal, & tartarum solvendi difficultas: maxima autem eorum copia indicabit, vel humores omnes, vel partes etiam solidas ita corrupti, ut ab ipsis etiam quicquid salis, & tartari inest, abripiatur, unde arguetur immedicabilis totius solutio. Pueris autem, quibus naturalis est alba, opaca, crassa, cum adhuc tantum non ex mucro consistit, si aquosam reddant, argumento erit ipsorum partibus in hære crassius illud, & opacans, unde utrisque singulæ pestiferæ.

18. *Contra est de Urinis tenuibus, quam de concretis. Sed & grandinosa, geniturales, continenter effusa laboriosum.*

Nempe malæ sunt, & tenues, & crassæ, sed oppositis de causis, ut patet. Grandinosa autem, & geniturales, cum contineant intra se glomos quasi grandinis,

Fff 2

duis, vel genituræ, arguunt coctū difficile, ac tenaces humores: continenter autem effusæ, vel debilitatem vasorum urinariorum, vel majorem, aut minorem liquationem partium.

19. *Quis etiam perniciofa est omnis Urina, qua clam effunditur.*

Arguit enim privationem sensus, aut sensus, & motus in partibus inferioribus, quod non fit sine læsione plurium nervorum, & præcipue spinalis medullæ, unde perniciosa.

20. *Peripneumonici perniciofa est urina, qua principio quidem cocta post quaternium tenuatur.*

Indicabit enim in pulmonibus inflammatis detineri crassiores partes, unde tumor contumacior fiet, & eo periculosior, quod urina tenuatur die critici indice, ac ostendit proinde non esse vim viscerum tantam, ut possit dura cum liquidis simul excernere, quod præstitit primis diebus, sed liquidum solum, unde continuè lassabitur, & fortè septima succumbet, non ratione solum inflammationis quatenus talis est, sed præcipue quoniam ipsius augmentum ingens impedit fluxum sanguinis per pulmones, adeoque etiam per corpus; ejusdem enim molis inflammatio mortem non afferret, si in aliqua alia parte orta esset.

21. *Pleuriticis urina prærubra, caliginosa cum varia hypostasi, nec discreta maximam partem mortifera est quatuordecim intra dies.*

Color impensè rubens, & ad nigrum accedens quæ caligo, durarum partium solutionem à liquido, & cum parvo liquido misionem arguit; hypostasis non discreta eadem est cum hypostasi non collecta simul, & quasi discreta à reliquo urinae corpore; varietas diversa, vel gravitas, vel color, vel utrumque, divulgatio illa partium, & quasi innatio per particulas majusculas per imum urinae minimam arguit inter eas cohaesionem; adeoque ex his omnibus maxima humorum, & fortè solidarum partium solutio arguitur cum humidi absorptione, sine quo vix fluere poterunt, & facile intra quatuordecim dies ad pulmones per pleuritim impeditos mutu subsistet, unde mors.

22. *Sed illud confestim mortiferum est in pleuriticis, urinam reddi portaceam cum nigra hypostasi, aut fursuracea.*

Saturè enim vitæ portæ color crassorum cum parvo liquido admisionem, & niger hoc ipsam magis indicat, unde per vim inflammationis erit serè totum absumptum liquidum, & solutæ duræ partes, quæ vix fluere poterunt, cum interim etiam è solidis corporis aliæ duræ abripiuntur, eoque magis si squamulæ appareant quasi fursuris, easdem duras particulas cum duris, sed viscidis partibus aliis compingi ostendet, atque hinc inflammatio major à duris partibus assistentibus, difficilior fluxus tenaciorum humorum per corpus, ac demum ex toto sublata pressione pulmonis, unde confestim mors.

23. *Iis autem quos occupat febris ardens, aut iis qui cum febre sunt catobii, urina est pessima multum alba.*

Sive hæc sit alba perspicua, sive lactea, non multum interest; in utroque enim casu argumento est, partes crassas detineri in corpore, & augere quicquid mali agitur in iis morbis.

24. *At verò Urina cruda jamdiu sic reddita, si cætera sint salutaria, abscessum denuntiat cum dolore, idq; in partibus, qua infra sunt sub diaphragmate.*

Quoniam urina cruda argumento est duriores partes intra corpus detineri, quæ igitur cruda jam per longum tempus est reddita, indicabit plurimum duræ materiæ in corpore detineri; si igitur sint salutaria omnia, non detinebitur in partibus principibus, puta, pectore, & capite, cum in iis collecta materies etiam mediocri quantitate, nedum majoris, cujusmodi nostra hæc esse debet, difficile subito affectiones

producat; detinebitur igitur infra septum, ubi collecta demum solvetur, sive coquetur, & abscessum producet; continet autem sales, ac tartarum, materias nempe irritantes, & est insignis molis, igitur tendet, ac stimulat, seu producet abscessum cum dolore.

25. *Hic textus nihil ad urinas; habet enim. Dolorum per lumbos oberrantium cum febre, & sive febre ad ischiolum transitus esse solet.*

26. *Urina liberaliter meiendo emissa, qua habet pinguem hypostasin, febrem abire denuntiat.*

Patet ex dictis facile; pinguis enim hypostasis crassa est, unde crassæ materiæ fluxus cum apta quantitate liquidi, quod per liberalem urinam excretū supponitur.

27. *Cruenta vero urina principio reddita, longi est morbi, ac perturbata qua non subsidet, recidiva: si cui & alba, qualis est jumentorum, cephalalgia, pelliculosa autem convulsionis.*

Cruenta urina vel vere à sanguine, vel à colore rubicundo qualis sanguinis. Si à cruore vero longum morbum faciet, siquidem vas, ex quo effluxit, difficultis sit conglutinationis, & quantitas sanguinis non tanta, ut ægrum subito interimere possit. Si verò à colore, indicabit magnam quantitatem materiæ crassæ, quæ, ut aptè solvatur, & fluat, longum tempus exigit. Si perturbata non subsidet, argumento erit humores omnes in tali esse agitatione positos, ut soluta sint omnia, nec in misionem persistere possint vix coherentes, unde morbus rursus, seu recidiva; & siquidem crassiores partes, & irritantes ac tendentes ad membranas cerebri, vel exteriora cerebri subsistant, dolorem capitis, seu cephalalgiam excitabunt, quod continget in urinis, quales jumentorum; si verò vel obstruat, vel irriter nervos, vel spatia musculorum, convulsionem, quod faciet pelliculosa fortè magis secretis salibus ab iis pelliculis solum ex materia viscida constantibus.

28. *Urina autem, qua sputiformes habet hypostases, vel limosas, rigorem denuntiat.*

In sputo subtilis materies continetur, unde in simili sedimento spiritus, materies nempe tenuis, & irritans, quæ cum per corpus fluat ad membranas veniens, sensum sibi accommodatum doloris excitabit, unde rigor. Simili de causa à limoso sedimento arguetur humorum solutio talis, ut acris materies libera sit, & irritare proinde debeat, eaque ratione ad rigorem cogere.

29. *Illam verò qua habet quasi telam araneam, colligamentum ostendit.*

Est hæc constitutio subtilissimum, & rarissimum quasi velum, quod tamen suis cohaerebit partibus, apparebitque postquam urina quiescit. Eo igitur tempore convenerint oportet simul particule, quæ se invicem apprehendere possent, cujusmodi sunt pingues, unde colligamenti indicium.

30. *Quæ in erraticis febribus sunt nigrae nubeculae, quartanas denuntiant.*

Quoniam nubecula à subtilioribus partibus provenit, niger color à crassis; in iis igitur erraticis febribus apparebit per nigras nubeculas signum inchoatæ coctionis in humore crasso; sed persistent adhuc febres erraticæ cum iisdem nubeculis; igitur humor idem nunquam benè solvitur; sed idem ille humor crassus, nisi benè solvatur, tandem quartanam producit: patet itaque effati veritas.

31. *Decolores autem cum nigris enæorematis, vigiliis, & perturbata mente, phrenetica.*

Quoniam nullus color est perspicui; perspicuitas autem in urina à defectu partium crassiorum: positæ igitur urinae indicabunt in aliqua parte corporis crassa subsistere, & ipsam consistabunt enæoremata nigra; quatenus etenim enæoremata tenuius quiddam in urina contineri ostendent, quatenus autem nigra, partim paucitatem materiæ crassæ in urina, partim

tim eorundem ab humoribus secretionem arguent, unde facile in aliqua parte corporis decumbunt; vigilie autem, & perturbata mens indicant circa cerebrum non naturale quid reperiri; igitur materies illa subsistet circa cerebrum, adeoq; cum sit cum sanguine permixta, facile phrenitidem, seu inflammationem producet, & delirium.

32. *At verò lixivium cum dispnea sunt hydropica.*

Effatum nimis obscurum; quam enim hydropem, aut cujus generis lixivium referens urina, aut à qua causa proveniens hydrops producitur ab iis urinis, vel cum iis conjunctis? An spiritus difficilis ita alterat solutionem sanguinis, ut urina illius saturi coloris, cujus est lixivium, reddita arguat copiam aquæ? an sunt sales, & terra magis acres, & erodunt, aut fundunt, unde hydropis origo? sed plurima dici possunt, nullum eorum certum.

33. *Urina aquosa, vel conturbata, tenera, & facile solubili asperitate liquidam fore alvum denuntiat.*

Aquosa enim facilem fluxum, sicut etiam ita turbata, ut ea quibus turbatur, sint molissimum quidam, & facile tactui cedens, ac divulsile, ut carnes, quæ jamdudum mortuæ sic tenescunt, ut vi minima lacerentur, & aquæ permisceantur, cum ipsa mucum fluxilem maxime efformant. Aquosi igitur humores humescunt partes omnes, adeoq; alvum etiam, quæ proinde & ratione humefactionis, & ratione humorum aquosorum liquecet, eosque excernet, similiterque si fuerint urinae qualis ille mucus per carnes mortuas, humescunt enim partes similiter, & mucus eo magis per alvum excernitur, quod etiam naturaliter in intestinorum glandulis mucus secernitur.

34. *Quæ ex tenui crassa efficitur urina, an sudor præ-nuntiavit, an præcessisse spumosa, in seq; subsidens.*

Quoniam cum ex tenui sit crassa urina, minus liquidi contineat oportet, igitur liquidum illud aliquo abijt portata minori durorum portione; sed idem est liquidum urinae, ac sudoris, & sal in utriusq; similiter, potest igitur urina, quæ ex tenui sit crassa, prænuntiare sudorem. Similiter si quis sudaverit, absumpserit ille portionem liquidi, & salis ad urinam pertinentis, unde quod urinae superest, erit crassius, & magis coherens partibus, quare bullas detinebit diutius, & copiosius; unde poterit urina spumosa sudorem præcessisse ostendere; ac demum cum urina ejus, qui jam sudavit, multum durorum partium contineat, poterunt hæc subsidere, & urina spumosa, atque in se subsidens præcessisse sudorem demonstrabit.

35. *Cum in tertianis horrifera velut nubecula nigra sunt, incertum horrorem denuntiant.*

Nigra nubecula signum imperfectæ coctionis in materia crassa, quæ in tertianis horrifera erit etiam irritans, ut horror excitetur; cum igitur ab imperfecta coctione, & repugnantia crassi humoris determinari non possit tempus coctionis absolutæ, sed vago quodam ordine possit plus minus fluere, & quoties fluit sit excitandus horror, hinc ejusmodi urinae incertum horrorem, nempe vagum, & nullo determinato tempore invadentem præsigniunt.

36. *Membranacea urina, & quæ cum horrore supprimuntur, convulsionis præcuria.*

Suppressio enim illa cum horrore nihil aliud est, quam totius corporis, & musculi circularis colli vesicæ contractio, sive convulsio debilior; membranacea autem urina cum proveniant à viscidis in paucas laminulas coagmentatis, argumento sunt copiam eorundem humorum, qui partes subtiles magis liberas relinquunt, easdem aciores reddunt, unde & ipsæ, & spiritus, & sanguis aciores redditi horrorem primo excitant, mox convulsionem, nempe contractionem musculorum vehementiorem.

37. *Urina qua utilem habet hypostasim, & mox non habet, laborem, & mutationem ostendit.*

Facile patet ex dictis; transit à fluxili ad non fluxile.

38. *Quæ perturbata hypostasim habet relidens, rigo-*

Tom. IV. Pars II.

rem circa crisin denuntiat, fortasse etiam transitum in tertianam, aut quartanam.

Quoniam perturbatio solutionem, sedimentum autem post quietem urinae aptam separationem significat; his igitur urinis apparentibus spes erit crisis; soluta autem sunt hæcenus nimis partes igitur fieri poterit, ut in crisi subtiliores, & aciores vellicent magis, atque irritent; unde rigor ad crisin producet, & si in illa nova compositione humorum, quæ solutionem consequatur, oportet, producat materies apta tertianis, aut quartanis producendis, eadem generabuntur.

39. *In pleuriticis urina subrubra, quæ hypostasim habet levem, securam crisin denuntiat.*

Color enim leviter rubescens aptam indicat permissionem, & quantitatem durarum partium cum liquidis, & sedimentum læve aptam separationem, & æquabilem unius materię peccantis, unde indicium est bene valere naturam, ac proinde crisin posse ab ipsa intuiti qualis convenit, & morbum solvere.

40. *Subviridis autem, & florida, cui est alba hypostasis, ipsa quoque citam crisin ostendit.*

Subviridis urina, & florida est diluti viroris, & ad flavedinem vergens, adeoq; color est urinae naturali satius proximus, cui si accedit hypostasis alba, ab urina naturali vix differet; quare & humores, & naturæ vires aptissime se habebunt ad citam crisin.

41. *Sed admodum rubra & florida, quæ viridem habet hypostasim, levem, exactam, longi & valde turbulentè est morbi in alium transeuntis, non tamen funesti.*

Quoniam enim ruber color quantitatem durorum arguit, floridus autem cum pauco tartaro, nempe duro omnia minime fluxili; viride verò sedimentum plurimum similiter durorum cum pauco liquido, sed læve; & exactam materiam ejusdem naturæ, & æqualiter coctam, ratione igitur coctionis funestus non erit morbus, cum villorum vis possit etiam dura illa in fluxum agere: quia verò dura sunt in insigni quantitate, & partim conjunguntur in sedimento, partim cum urina hærent, hinc sit, ut eorundem apta permissio non habeatur, unde nec aptus fluxus, quæ ut consequantur, opus erit longitudine temporis, quo fieri tot solutiones, & compositiones novæ; quousque demum naturalis occurrat, & cum inter eas dari possint humorum generationes aliorum morborum causæ, fieri poterit transitus in alium, sed tutum morbum.

42. *Aquosa verò, & alba, quæ similem habet crassiori farina, & rubram hypostasim, periculo, & labori locum esse significat: viridis autem, quæ rubram, & instar crassioris farinae habet hypostasim, longi, & periculosi est morbi.*

Aquea Urina crassæ materię defectum indicat, siquidem perspicua; si alba, excessum, & quidem viscidæ, unde si hypostasis sit qualis farina crassior, adhuc major aderit crassæ, & viscidæ materię copia, & cum hac conjunctus rubor indicabit etiam materias adesse duras, quæ omnia, ut coquantur, longitudinem temporis exigunt, & laborem, & morbum minitantur periculosum, nisi per totum illud tempus aptæ vires sufficiant. Quod si cum simili sedimento urina fuerit viridis, durarum partium copia major significabitur, unde longus & periculosus morbus.

43. *Urina iis, quibus tumores assurgunt sub auribus, cito, & paulisper mitificata prava: ibi tum perfrigerari pestiferum. Idipsum 1. 7. vel 4. lib. 2. Coac. juxta Duretii ordinem.*

Cum etenim subito permutantur urinae in melius, & brevi persistant in eo statu, manifestum est meliorem illum subito genitum statum non esse fibrarum opus aptè solventium, sed humorum violenter se solventium in non naturalem dispositionem, cui si succedat perfrigeratio, nempe externarum omnium partium refrigeratio, pessimum erit, indicabitur enim omnium externorum canalium capillarum obstructio à novis pravis humoribus genitis, unde mors irreparabilis.

Fff 3

44 Vesi

44. Vesica intercepta, quippiam habet convulsivum, idque cum aliis, tum si accesserit cephalalgia. Quae ibi torpide exsolvantur, morosa sunt, non tamen morifera. An vero id ipsum est mentis emotio?

Per vesicæ interceptionem intelligitur suppressio urinae à sola vesica proveniens, ubi sanè nihil dubium id pendere à convulsione sphincteris cervicis effluxum prohibentis, præcipuè si adsit cephalalgia nervos validius comprimens, & muscolum illum in validiorem contractionem urgens. Quæ tum exsolvantur lento motu, difficilia sint oportet propter partis immobilitatem, non tamen lethalia, cum diu perdurare possint. In emotâ autem mente eadem convulsio continget, si vagi spiritus eo agantur.

45. Renas repente dolor obortus cum urina suppressa, lapillos, aut crassam urinam meiendo reddendam ostendit.

Patet hujus necessitas ex se ipsa abundè.

46. Tremores qui senioribus tum in febre, tum licet insuper apparent, forte lapillos meiendo emittunt. Si scilicet febris accidentalis fuerit à dolore in Renibus, & tremor similiter. Sed & hoc patet.

47. Urina intercepta, & gravitas in aqualiculo stranguriam futuram denuntiat: sui minus, alium morbum, quo laborare consuevit.

Urina intercepta convulsionem sphincteris arguet, vel quicquid aliud prohibens effluxum; gravitas in imo abd. mine copiam ejus validè nitentem, unde saltem gustatim stillabit superato sensu obice, quod si ne extillet quidem, partim per dolorem excitabit morbos excitata faciliores, nempe convulsos, partim per exsiccationem urinae in vesicam nitentis in vasa sanguinis.

48. Cum Ileosis interceptio est urina, cito mors venit.

Ad hoc enim ut intercipiatur urina ab ileo, oportet illud intestinum tam extendatur, ut vesicæ collum, & partes illi proximas ita premat, ut effluere urina non possit, quod maximi, & extremi, atque irreparabilis tomoris erit. Quia insuper, etiamli minus timent, si tamen validè premat corpus vesicæ, aut Uretheres occludat, ac denique etiamli vesicam non premat, sed Uretheres, quorum uterq; Ileo per longam sui partem statim subjacet, atque ita quidem, ut descensam urinam in vesicam prohibeat, tum cito mors veniet ratione ilei, & urinae, quæ à sanguine separari non poterit.

49. Urina in febre, quæ asperum quid habet divulgum, recidiva nuntia est, aut sudorum.

Asperum enim illud, & divulgum indicat materias inæqualis, & imperfectæ coctionis, quæ non solventur nisi in recidivam cogant, neque hanc prohibebunt, nisi aliqua alia ratione excernantur, ut per sudores.

50. In longis febribus exiguis, & erraticis urinae tenues meiendo emissa lienosa.

Ejusmodi enim febres longæ quidem materiam coctam difficilem, seu crassam arguant, exiguae parvam quantitatem, aut stimulum, erraticæ incertam, sed tardum motum in eadem semper materia indicant; unde materies hærebit in eo viscere, in quo naturaliter fecerunt, nempe liene. Si igitur non expurgetur, sed tenues urinae reddantur, in lienosam abibit neget.

51. In febre interdum varias reddit urinas, longi est morbi.

Indicatur enim multitudo materię, & diversæ facilitatis ad fluxum.

52. Quæ immemoribus fluunt urinae pestifera. An vero sic reddantur, ut si hypostasim perturbaveris?

Si immemores hinc si dicuntur, qui rerum præteritarum non recordantur, non video, cur eorum urinae pestiferae, nisi aliquæ solum de quibus fortè inchoget, num excernantur quales jumentorum, eujusmodi sunt in quibus perturbatur sedimentum. Si vero per immemores intelligit non sentientes, ratio patet ex superioribus. Si vero de aliquibus urinis im-

memorum, id verò certam reor, & si quidem fuerint quales jumentorum, ubi singularis humorum solutio, & perturbatio in crassitiam contingere videtur.

53. Quibus urina pauca, grumosa febre non carentibus, tenuium copia ex his emissa prodest. Tales autem (nempe prima) emittuntur ab initio, vel crassam habent hypostasim.

In Renum, & vesicæ calculo laborantibus emittitur non raro urina pauca, & grumosa, & sub initis & crassum habet sedimentum: copia tamen tenuium urinarum non prodest, sed impenè nocet: ab iis tamen aut abest febris, aut est accidentalis propter dolores Renum, aut vesicæ. Pronuntiatum igitur est accipiendum de iis, qui februnt, neque februnt per dolores à calculis. In his itaque cum fiat transitus ab urina pauca, & grumosa, nempe crassa, quæ ab initio morbi redditur, & crassæ est hypostasim ad urinam copiosam, ac tenuem, manifestè indicatur crassitiam solvi, adeoque prodesse debet.

54. Quibus urina cito hypostasim habet, celeriter illi judicantur.

Vix enim cito apta solutio, & compositio.

55. Epilepticis urina præter morem tenuis, & cruda; si repletio nulla adsit de instante coctu admonent, idque cum aliis, tum si ad acromium, cervicem, aut dorsum dolor, & tensio urget, vel corporis obrepit stupor, vel perturbata insomnia obversantur.

Quoniam enim urina tenuis, & cruda non continere indicat partes salinas, ac terreas; nisi igitur id fiat ex eo, quod ciborum repletio fecerit, ut idem malè cocti non poterint sales, ac terram solvere, sed solum aquam expellerint; quæ contineri debent in urina, alicubi hærebunt, & aciores reddent humores, ac extendent, ac irritabunt partes, quibus affiguntur. Si igitur id contingat in epileptico, facillè instantem insultum arguet; partim enim irritabuntur partes, partim aciores reddentur spiritus, unde mox convulsio succedit; & id erit certissimum, si ad summum humerum, cervicem, aut dorsum dolor, & tensio urget; distribuatur enim materia acris, ac tendens per arterias ad caput, & spinalem medullam tendentes, vel ad totum corpus, si totum sensim obflapescat tensione sola, vel ad caput solum tendentes, & motum tonicum excitantes, unde torpor universalis, vel per easdem arterias ad caput, si insomnia sint perturbata; à partibus enim illis acris, ac tendentibus variis, atque incertis motibus movebuntur species rerum.

56. Exigua quadam super apparere, velut sanguinis subtilia, urinas, sudores, vomitus, dejectionesque; ejusmodi est quidem omnino malum, sed eo quo frequentius reverterint.

Sermo intelligendus de necessitate abundantis excretionis per unumquodque recensitum excretionum genus, eaque non succedat nisi in quantitate minima: id malum esse nemo est qui non videat, atque illud fieri, vel propter villorum debilitatem, vel propter materię pertinacem resistentiam, vel propter utramque simul. Id verò erit eo deterioris ominis, si frequentius contingat; eo enim majorem necessitatem excretionis arguet, detento namque humore gravata, & irritata natura tentat identidem expellere, sed non potest fracta viribus, vel pressa materię duritie.

Rursus ex Coacis juxta Duretî ordinem.

t. 5. libri primi.

EX frigore pessima urina suppressio.

Vel enim per convulsionem contractus est, & in contractione persistit sphincter cervicis, & in hoc casu, nisi adsit spirituum, & sanguinis vitium, minus periculi imminere potest, nisi quando convulsio est

est tam contumax, ut diù persistat, & cogat urinam à sanguine non secerni; vel per frigus ita coaguletur sanguis, aut humor aqueus, ut fluere, adeoque secerni urinam non possit, quod sanè non nisi pessimū esse potest. Vide exposit. t. 26. lib. primi.

8. libri primi.

Crebri ex lumbis horrores cum cita caloris vicissitudine calamitosi; nam acerbissima urina suppressio denuntiatur. Atque his exsudare pestiferum.

Suppressionem urinæ, quæ subsequitur crebros ex lumbis horrores alternè succedentes calori, indicatur manifestè fieri per impedimentum aliquod circa renes, calculis nempe, vel materia crassa, & mucosa, aut his simili, quæ vel uretheres, vel exitum Renum glandulis impediatur, unde urina subsistens modo horrorem, modò calorem excitat, prout huc illuc dimota modò permittit sanguini fluxum ad partes, quas calefacit, & sensum caloris excitat, modo occludit canales ejus valide premendo, & fit frigoris sensus, qui conjunctus cum urinæ partibus stimulantibus acriorem sensum excitat, & fit horror. Sudare jam concipiatur ita affectus aliquis; pars igitur majoris aquea cum aliqua portione purioris salis à tota massa urinæ subsistentis elicietur, & reliquum evadet densius, & partes salinæ, ac terræ minus misce, unde dolores excitabuntur majores, & tota materies evadet difficilior ad motum, & fluxum; erit igitur his exsudare pestiferum.

26. lib. primi.

Quæ cum rigore sistuntur urina sunt prava, & convulsiva, idque cum aliis, tum si cui jam soporato sistantur. Ac tum præterea parotides fore sperabile.

Si enim sistuntur per convulsionem Sphincteris, manifestum est, cum rigor sit affectio totius corporis, materiam rigorem excitantem esse validam, immò etiam crassam, & permixtam humoribus, qui in sinus musculorum derivantur, ex quibus erumpere non possit, postquam se se effudit quaquaversum; ex quo periculum ingens. Quod si id in somno contingat, erit certius indicium hujus missionis, tum enim alimentum distribuitur ad partes, cum quo ferri poterit materia hæc crassior, cum verò non teratur solum, verum etiam vi villorum exprimantur fuligines, indicabitur tanta crassities, ut expelli non possit, adeoque hærebit intra villos, & validius contractos reddet. Cum verò intra villos non hæret, sed solum extrinsecè sollicitat, fit perpetua contradictio, ut in musculis nostris. Quando igitur ejusmodi materies est permixta sanguini, cum supponatur crassa, separari poterit in iis glandulis, quæ viscidum simile natura separant, adeoque poterit in parotidibus deponi. Ex his patet cur.

30. Ibidem.

Quibus rigor, urina subsistit. Altera nempe de causa, vel utraque expositarum.

88. Ibidem.

Qui cum feroci perturbatione somno excussè præstate sui exeunt, gravissimum habent malum, & convulsivum, idque cum aliis, tum si prorumpant sudores. Convulsiva sunt etiam cervicis, & dorsi perfrictiones, cujusmodi planè videntur corporis universi, ac tum urina spumantes.

Patet hoc totum ex doctrina nostra de Sensibus internis pendere à materia acri libera per spirituum ductus fluente, unde etiam in musculos, ut convul-

Tom. IV. Pars I L.

lantur. Fiet illa acrior, si pars aquea per sudores detrahatur. Simile periculum convulsionis impendat oportet à perfrictione universali, & illa enim indicat vellicans quiddam liberum ab humore retundente, quod confirmabitur, si urinæ spumescent, neque enim spuma fit, nisi cum partibus subtilioribus motu suo viscidas partes se jungentibus in libertatem assertis totam vim coæhsionis exercent eadem partes, unde bullarum velum possunt constituere.

155. Ibidem.

Quibuscumque febrium initiis, oborta stertuntatione; sanguinis stillicidia sunt è naribus, siquidem urina quarto die hypostasin habeat albam, vacationem morbi septimo fore ostendit.

Quoniam stertuntamenta à materia vellicante nervos narium proveniunt; si igitur hæc in initiis febrium succedant, febrilis materia erit in motu, & partes etiam extremas & subtiles pervadet, unde judicari poterit coctu non ita difficilis: Si igitur quarto die critici indice, adsit sedimentum album, bonæ coctionis erit indicium, & in septima solvetur morbus. Quia verò per solam vim stertuntationis rumpuntur non raro canaliculi sanguinis capillares, qui per nares internas ducuntur, hinc nec mirum est, si stillicidia fiant è naribus, nec certum quid indicare illa possunt; nisi quod, cum stillicidia quælibet sint mali ominis, deduci potest ex hoc pronunciatum, stillicidia sanguinis è naribus non esse mala cum quarta die sit hypostasis alba; sed nequid constare potest, neque enim hæc stillicidia sunt symptomatica, sed à successu stertuntationis oriuntur.

13. cap. 14. lib. 2.

In convulsione diù obmutescere malum; at verò parumper, aut lingua apoplexiam, aut brachij, partiumque dextra sitarum denotat. Exsolvitur autem urinis repente nullis, & cumulatè proruptis.

Patet hoc totum, ex doctrina nostra, & superioribus facile. Urina autem subito, & cumulatè prorumpens secum rapit quicquid acris, & aquei convulsionem, & apoplexiam peperit.

8. cap. 16. lib. 2.

Atque hæc sunt dolorifica mala. Pleuriticis autem prodest album mollescere, sputum colorari, strepitus in pectore nullos edi, urinam bene procedere. Eorū contraria difficilia sunt, & sputū dulcescere. Urinis enim bene procedentibus, nempe quasi naturaliter se habentibus, bona coctio sperari potest.

7. cap. 19. lib. 2.

Si cui aquoso cum febre urina pauca sit, atque turbida, perniciosum.

Urinæ enim parva quantitas in Ascite significat maximam partem liquidam ad augendam Ascitum derivari; cum non expurgetur per urinam: turbata autem agitationem in humoribus non naturalem, & fortè talem, & putrefactionem partium solidarum.

7. cap. 22. lib. 2.

Quibus urina clam illabatur ad pudendum, exsolvantur desperati.

Patet ex doctrina nostra sensus, & motus, & anatomicis; jam enim exsoluti sunt in illa parte, & successivè plus minus exsolvantur in cæteris,

Eff 4

8. cap.

8. cap. 22. lib. 2.

Stranguria ileum superveniens septimo die perimit, nisi abortiva febre urina fluxerit cumulate.

Effatum hoc idem omnino est cum aph. 44. sectionis 6. habes enim. Quibus à stranguria volutus supervenerit, intra septem dies moriuntur, nisi febre superveniente copiosa urina fluxerit: & simile quid illud est quod superius exposuimus num. 48. de urinis, Cum ileus interceptus est urina, cito mori venit, nisi quod in eo pronuntiato videtur supponere, ileum precedere suppressioni urinae, vel simul cum ipsa fieri: hinc autem ileam stranguriam supervenire. Huc igitur transferenda quæ eò loci notavimus; Ileum enim stranguriam superveniens vesicam premere, & collum potest, & Uretheres, adeoque ex toto urinam supprimere, sed illud in re præfenti crediderim, Ileum comprimere cervicem vesicæ, ita ut possit urina in vesicam fluere, sed non extra ferri: hinc fiet ut duo corpora se mutuo urgeant, vesica nempe tardata, & intestinum ileam pariter tumidum, unde utraque se mutuo impellent ab actionibus suis. Superveniat jam febris, quæ per calorem, & motum partes omnes in contractionem validam agat, ita ut musculus vesicæ ipsam premat tam validè, ut compressionem illi, & resistentiam propriam cervicis superare possit, & diu contrahatur, quousque nempe pars maxima urinae effluxerit: Ileum igitur ab impedimento vesicæ subtrahetur, & propter hanc libertatem, & majorem villorum nisam in febre poterit se exonerare à facibus Illiacam producentibus, vel solvetur per Urinam inflammatione.

Ex Aphorismis

Ex 12. prima.

Patet ad ea verba: Urina quoque & excrementa, & sudores cum apparuerint, iudicatu faciles, vel difficiles, & breves, vel longos fore morbos indicant. Patet inquam Urinas per Hippocratem iudicare.

69. (vel 68. juxta Vesium.) sect. 4.

Quibus non sine febre urina sunt crassa, grumosa, & pauca, si ab his rennes, & copiosa metantur, profunt; maxime vero tales redduntur, quibus statim ab initio, vel non ita multo post sedimentum inest.

Aphorismus hic idem est, ac textus 53. Dureti, sed multò meliùs, ac clariùs latine redditus à Vorelio, & Foesio (quorum est hic excerpta versio) quam à Dureto; itaque vide textum illum 53.

70. ejusdem sect.

Quibus per febres urina turbata quales jumentorum, ita dolor capitis vel adest, vel aderit.

Hujus pronuntiati ratio generalis explanari non potest; turbatio enim urinarum agitationem quidem humorum, & solutionem indicat, sed nemo novisse potest, quid ea solutione componatur, aut quid, & quomodo solvatur, & quæ fiat inter illa, quæ in capite potius ad producendum dolorem hæere possunt, quam in partibus reliquis; quicquid igitur veritatis habet hoc pronuntiatum per experientiam, & observationes comparatum est, & per earum utramque

71. ibid.

Quibus die septima futura crisis est, ita urina rubram die quarto nubeculam habet, ceteraque pro ratione.

Quoniam enim quartus erit critici iudex; apparet: igitur nubecula rubra indicabit partes etiam duras, unde rubor moveri, quæ ea die admittæ tenuibus, quæ primo utpote magis mobiles moventur, ascendunt urinae liquido leviores; unde sensim auctis villorum motibus, septima habebitur expressio omnium, & excretio per urinam; dummodo, ut ait Hippocrates, reliqua etiam secundum rationem se habeant.

72. ibid.

Quibus pellucida, & alba sunt urina, male præcipue vero in phreneticis apparent.

Urina enim albæ pellucida: vix quicquam crassiorum partium continent, unde vel in toto corpore, vel in aliqua parte detinentur, obstruendo &c. quare mala. Itaque cum partes crassæ detinentur, ubi viget minima vis motuum, nempe ubi minima datur pressio, tum maxime ejusmodi urinae reddentur, minima autem pressio intra cranium, ubi nulli musculi, nulla vis à respiratione; ad eas igitur partes detenta materia, urinae maxime pellucidæ, albæ reddentur: detinetur autem ibi materies in phrenetide propter inflammationem; igitur ejusmodi urinae in phreneticis præcipue apparebunt.

73. ibid.

Quibus sublata hypochondria murmurant, lumborum superveniente dolore, ita alvi humectantur, nisi inferne flatus erumpant, aut urina multitudo prodeat. Atque hæc in febribus.

Elatio enim hypocondriorum extensionem à materia in intestinis, murmur ab ejus motu, & fermentatione, dolor lumborum à tensione majori, & fermentatione majori partes acres dissolvente, qua facta humectat alvus oportet; nisi materies in flatus abeat, aut urinae reddatur copia, quæ palam faciat ab ipsius quantitate elationem hypocondriorum &c. profectam; nisi illa ipsa materies in intestinis fermentata subit venas lacteas &c. & per urinam ex naturalibus ductibus reddita est.

74. ibid.

Quibus spes est ad articulum abscessum futurum, abscessu liberat urina multa, crassa, & alba reddita, qualis in febribus cum lassitudinis sensu quarto die quibusdam exire incipit: quod si ex naribus etiam sanguis profluxerit, brevi admodum solutio fit.

Partim hæc in Coacis expositis, sed manifesta sunt omnia.

75.

Si quis sanguinem, aut pus metat, Renem, aut vesicæ exulcerationem significat.

76.

Quibus cum urina crassa exigua caruncula, aut veluti pili una exeunt, his à Renibus excernuntur.

77.

Quibus cum urina crassa fursurea quadam simul minguntur, his vesicæ scabie laborat.

78.

78. Qui sponte sanguinem meunt, iis à Renibus venulam ruptam esse significat.

79. Quibus in urina subsident sabulosa, iis vesica calculo laborat.

80. Si quis sanguinem, aut grumos meiat, aut urinam guttatim emittat, &c. dolor ad imum ventrem, atque inter femineam incidat, & qua circa vesicam sunt, laborant.

81. Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas meiat, & gravis odor adsit, urina exulceratio significatur.

82. Quibus in meatu urinario nascitur tuberculum, suppurato eo, & rupto, solutio.

83. Mictus noster plurimus parvam dejectionem significat. Indicat enim, vel cibos maxime solubiles, ac molles parum crassissimarum partium continuisse, ex quibus alvi fæces formantur, unde maxima ipsius pars lacteas penetravit; vel lacteas penetrasse liquidum illud, quod fæces alvi naturales molliores efficit, unde illæ sicciores reddita, minoris etiam molis, nampe densiores fiunt, & dejectio est parva.

44. sect. 6.

Quibus à stranguria volvulus supervenerit, intra septem dies moriuntur, nisi febre superveniente copiosa urina fluxerit. Vide supra in Coacis. 8. c. 22. lib. 2.

31. septima.

Quibus per febres in urinis sedimenta crassiora sarnam referunt, longam invaleudinem fore significant. De hoc etiam in Coacis, & pater; crassior enim ille pulvis nimiam contumaciam humorum arguit, & aliam quam propter sedimentum, sed imperfectam coctionem, unde longitudo morbi.

54. ibid.

Quibus inter septum transversum, & ventriculum pituita concluditur, & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam non habens, iis per venas in vesicam versa pituita, morbi fit solutio.

Vides hæc quam evidenter posuerit, & intellexerit Hipp. humorum per exudationem & fluxus ex aliqua cavitate, & in aliam per exudationem derivationem.

Ex libris Prognosticorum sive

Prænotionum p. 40. 25.

At præcordiorum tumores, & dolores recentes quidem, & sine inflammatione, murmur solvit circa præcordia exortum, idque potissimum, si cum stercore urina, & flatu prodierit; alioquin ubi ipsum per se transmissum fuerit, juvat, idque magis, si ad inferiores sedes descenderit.

Urina optima est, in qua per omne tempus quoad morbum judicatus fuerit, subsidet album, leve, & aquale, securitatem enim, brevemque morbum fore significat; quod si intermittat, & interdum quidem pura meiat, interdum etiam subsidet album, & leve, diuturnior, & minus securus morbus evadit.

At Urina yubra simileq; quod subsidet & leve, hæc multo quidè diuturnior, quàm prima sit, valde tamè salutaris. Sedimenta autè in urinis crassiores hordei tosti non exactio molli partes referentia prava sunt, hisque pejora laminis similia. Alba verè, & tenuia valde prava at;

que his etiam deteriora fursuracea. Nubecula, qua per urinas feruntur, alba quidem bona, nigra verò male.

Quoad autem urina fulva fuerit, & tenuis crudum esse morbum indicat: quod si diutius talis urina perseveret, periculum est, ne non possit ager sufficere quoad urina concoquatur: at exitiosiores sunt urina fatida & aquosa, nigra, & crassa.

Ad hæc in viris, & mulieribus quidem urina nigra, in pueris aquosa deterrima.

Quibus urina tenues, & cruda multo tempore redduntur, si reliqua signa salutaria sint, in iis abscessus ad loca infra septum transversum expectari debet.

Quin etiam pinguedines supra innatantes aranearum telas referentes damnanda colliqutione eni significat.

In Urinis autem qua nubeculas habent, considerandum venit, an supernè, an infernè ferantur, & quosnam habeant colores, & qua quidem deorùm feruntur cum dilis coloribus bona censenda, & commendanda, at qua sursum feruntur, mala, & vituperanda.

Neque verò tibi imponat vesica quoquomodo affecta, si hujusmodi urinas reddiderit, non enim totius corporis, sed ipsius per se indicium est.

Vides admirabili & Hippocratis propria brevitate comprehensum quicquid de Urinis sejunctim supra exposuimus, & quam aptè cohaereant omnia cum fundamentis, quæ jecimus. Cum itaque hujus textus singula, vel explanata sint in textibus antecedentibus; quorum plerique sunt cum hujus partibus idem, vel positos nostris principiis ultrò pateant, ulterius his non immoramur.

ibid. p. 43. 43.

At vesica tum dura, tum dolentes grave profus, & exitiale periculum minantur; maxime autem exitiales quæ cum febre assidua fiunt, nam & ipsarum vesicarum dolores ad mortem inferendū satis sunt, neq; alibi hoc tempore excernunt nisi durum quiddam, & coctum. Solvit autem purulenta micta urina album, & leve habens sedimentum. Quod si neque cum urina quicquam dolor remiserit, neque mollior vesica reddatur, febrisque assidua fuerit, laborantem intra primos morbi circuitus moriturum sperandum est. Patet totius præcepti explanatio ex superioribus.

ibid. p. 46. 32.

Qui verò superfuturos ex morbo, & morituros, eosq; quibus pluribus diebus, & paucioribus perseverabit morbus, rectè pronoscere volet, is intelligentia comprehensam omnium signorum doctrinam estimare debet; & eorum vires inter se collatas ratione expendere, velut scriptum est, cum in aliis, non in urinis, ubi una & pus & bilis tussi rejecta fuerint.

Ex primo Prorrheticorum, seu

Prædictorum t. 4.

IN iis qui præter rationem perturbantur, & vigiliis torquentur, urina decoloris, nigris sublimamentis intersperse cum tenuibus sudoribus circa caput odoris phranitidem præannuntiant.

Perturbationes, & vigiliæ cum urina decoloris indicant partes crassas ad caput colligi, nigra sublimamenta easdem partes esse maxime sejunctas à liquidis &c. ut patet ex antecedentibus.

29.

Si quibus urina non recordantibus nec admonitis effluunt, perniciosa portenditur. Animadvertendum etiam est, num & ab iis tales redduntur, quales sunt ubi subsidentiam conturbaveris.

Eff 5

Hic

Hic ipse textus in Coacis inter eos, quos superius exposuimus; illum proinde consule.

32.

Surditas cum urinis prurubris non subsidentibus, & sublimamentis mentis emotionem ominatur &c.
Prurubra enim urina, & non subsidens cum enæorematis magnam indicat copiam durarum partium humoribus ita affixarum, ut non coquantur, sed solum tenuius aliquid fluat ad constituendum enæorema: cum autem surditas indicet ejus materiæ duræ partem præceptam ad caput subsistere, hinc emotio mentis per eas affectiones indicata.

37.

Femoris dolore evanescente si quid sublime per urinam imaret, mentis emotionem expellere oportet, taliaque qualia circa aurium sonitus contingunt.

Quoniam femur est pars maximorum mascalorum, seu maximæ pressionis; evanescente igitur dolore si per coctionem evanescat, erit illa propter pressionem absoluta, unde sedimentum in urina, non enæorema. Si igitur hoc appareat, evanuerit dolor, vel debilitate partis, vel stimulo, vel alluxu scum impetu novæ materiæ, unde fluat cum sanguine materia peccans incocta, & ad partes præcipuè subsistet, in quibus maxima pressionis vis, nempe ad cranium interius, unde mentis emotio.

39.

In gravibus malis tenues maxime circa caput sudores oboriri, & corporis incontinentia quadam jaclari, malum indicat; cum vero præcipuè pernicies intenditur, si ista cum urinis nigris contigerint, & spiritus magnus, & concitatus adfuerit.

Totum hoc pulcherrimum patet partim ex dictis, partim ex Anatomicis nostris.

51.

Urinarum in præcipitibus malis ex perfrictione interceptiones, pessime.
Et hoc in Coacis.

53.

In gravibus malis, & biliosis exaltè candicantes, spumantes, & circumbiliosæ egestionis malo sunt, quin & hujusmodi urina damnantur. In his animadvertendum, num jecur affectum sit.
In ejusmodi enim urinis crassæ partes relinquuntur in corpore, unde candicantes &c.

59.

Quin & laboriosa urina damnantur, atque ab his detente rubra quadam efflorescentia, & æruginosa, parvaque veluti quadam stila apparentes.
Et hæc ex Coacis etiam petes.

75.

Crebri ex dorso horrores subinde locum commutantes graves, & difficiles, laboriosam urinam suppressionem minantur. Et hoc ex Coacis, & est vel per convolutionem, vel per crassam quidcum Urina in Renibus.

110.

In iis, quibus rigores imminant, urina resistat, & in convulsivis affectionibus velut huic mulieri contigit, quæ ubi inhorruit, sudore correpta est. Et hoc in Coacis expositis.

120.

Vesica intercepta præsertim cum capitis dolore convolutionem minatur &c. Et hoc ex Coacis expositis.

153.

In his, quæ ad aures abscedunt urina, quæ celeriter, & parvo tempore concoquantur, damno sunt, quin & perfrigerari iidem mali est. Et hoc in Coacis expositis.

155.

Urina, quæ cum rigore resistat, damno sunt, idque præsertim si altus sopor præcesserit. Animadvertendum est, num in his abscessus ad auros sperare oporteat. Et hoc similiter in Coacis.

Alia aliquot ex primo hoc libro addi potuissent, sed

vel quia etiam ipsi Hippocrati dubia videntur, à nobis omissa sunt, vel quia nimis obvia, & nihil singulare contineant.

Ex 2. Prædictorum p. 103.

Patet quantum Urinis tribuerit Hippocrates etiam in affectibus oculorum, de lippitudinibus enim differens ait. *In primis vero in oculorum affectibus urina status in considerationem adhibendus est, occasio namque præcepta est, & lubrica.*

Haëlenus Laurentius Bellini; cujus l. doctissimo de Urinis, quantum ad Artem Medicam pertinent Libro, in quatuor partes distincto, superaddimus,

Clariff. Gulielmi Strateni,

Medicina Practica, et Anatomies in Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

De Fallaci Urinarum Judiciô Disputationem.

PARS PRIMA.

T H E S I S I.

Prima argumentorum fallaces Urinas esse continentium classis continebit, post materiæ, ex qua Urinæ constant, descriptionem multiplicem varietatem causarum, ex quibus similes imo eadem oriuntur & fundantur Urinæ. Ne autem hæc omnia præcipuè confundantur, disponemus differentias in Urina considerari solitas secundum receptum agendi ex Urinis ordinem.

2. Urinæ materia non est solum excrementum tenue & aquosum ex potu genitum, sed & proprium sanguinis serum bile dilutum, quibus nonnunquam aliquid aliud ex partibus vel viis quas transit, permiscetur; videturque potius jecoris quam renum esse excrementum, quod in renibus per transcolationem, non per coctionem, tantum fiat separatio seri à sanguine.

3. Urinæ differentia sumuntur vel à liquore, vel à contentis. In liquore considerantur consistentia & color; quibus aliæ minus principales differentia adduntur à quantitate, odore, &c.

4. Respectu consistentia Urina est tenuis, crassa vel mediocris, item turbida vel clara; & hæc iterum vel mingitur clara, & permanet clara, vel mingitur clara & postea turbatur; uti turbida vel talis redditur & permanet, vel turbida mingitur, & postea clarescit. Huc spectat oleaginosa, consistentia scilicet & colore oleum referens.

5. Hic jam primo notandum non omnem Urinam sua natura esse tenuem, neque omnem crassam talem reddi aliorum humorum permixtione; Quam scilicet Urina ex parte consistet ex sero, hinc sanorum lotium mediocri est crassitie. 11. Tenuem reddi Urinam ob paucitatem seri permixti, vel ob coctionem primam vel secundam in hepate & venoso genere imperfectam, ut & separationem humoris serosi impeditam, vel ob cibi potusve copiam præpropere ante coctionem secretionemque absolutam (unde non omnes claræ & tenues Urinæ cruditatis sunt indices) præter labentem, vel ob viarum Urinariam debilitatem, obstructionem, vel quod materia Urinæ permiscenda alio convertatur, ex aph. 72. lib.

4. Præterea tenues Urinas in principio acutorum morborum indicare coctionem nondam esse inchoatam; in progressu languidam coctionem, humorisque cruditatem; si perseverent, vireque infirmæ sunt, mortem; si robustæ, abscessus in inferioribus. In crassis, utpote infidas, recivam minari. 111. Crassam reddi Urinam vel ex ejus perfectione præ caloris nativi robore, vel ob materiæ crassioris in venis canalibusque, humorumque crudiorum copiam;

vel

vel ob referatam viscerum ductuumve obstructionem, ruptumve abscellum.

6. iv. Notandum Urinam claram in sanis turbari ob humorem crudiorum, & ulteriori coctione indigentem, quam natura quidem auspiciata est, sed nondum perfecit; unde talibus quidem imminet morbi, sed non semper, cum similes in gravedine conspici vulgo sit in ore, visusque doceat per vigilias & infinitas turbatae coctionis causas ejusmodi conspici Urinas. Eandem in ægris turbari per coctionis initia, aliquamque materiae profusionem. Rursus claritatem illam in morbi principio non semper calori nativo acceptam referendam, sed sæpe præternaturali; post principium vero (Urinae substantia, colore, copia, &c. respondentibus) argumento esse inchoatæ à calore nativo coctionis; si autem reliquæ absint conditiones, materiam & putredinem augeri. Si turbetur ab ambiente aëre, non esse adeo probandam, ac si fiat à causa interna, inchoata aimirum coctione; non enim à sola externa causa, sed & interna turbari Urinas patet, quia aliæ mox, aliæ tardius, aliæ tardissime turbantur in eodem aëre, & ejusdem hominis Urinae in eadem aëris constitutione hodie turbantur, cras sæpe non turbantur; sæpe claræ & tenues permanent, quæ, noctu excretæ crudiores erant, & quæ aliquot horis post perfectius coctæ minguntur claræ, turbantur. v. Urinam turbidam clarificare ob calorem naturalem coctionem aggredientem; vel ob fervorem Urinam prius confudentem ex parte cessantem; vel ob partes heterogeneas graves prius ob calorem confusas, eo evanescente, pondere suo subsidentes. vi. Urinam verè turbidam fandi ferè ex renum aut vesicæ affectu, dum Urina sordidum pus pluresque humores secum rapit. Si citra hos affectus fiat, crassiorum humorum in venis copiam arguere, aliquando etiam criticè excerni. vii. Confusam succedere ferè venarum affectibus, humorum scilicet in iis confusio, putredini, qualis in febribus continuis malignis non raro occurrit. Ex quibus omnibus notari velim cum Fern. path. I. 3. cap. 15. *Urinam renum vitio non inquinatam, non semper sanguinis conditionem referre. Ea quippe nonnunquam citrina, crassa, & turbida mejitur, & qui tum detrahatur sanguis, exquisitè purus & rubicundus exiit. Sæpe id in quartana & tertiana intermittente, bile, &c. alicundò prorsus penè cum sero excreta. Turpiter proinde errant, qui ab Urina crassa & rubra proinus mittendum esse sanguinem pronuntiant.* Quis igitur ex consistentia Urinae quid certi pronuntiare audeat, nisi velit vel imperitiam vel impudentiam prodere?

7. Quantum ad colores. 1. Notandum eum non solum mutari per novæ materiae accessionem, verum etiam per causas externas, quatenus eæ hunc vel illum humorem, tale vel tale serum generant. Labor, inquit Fern. path. lib. 3. cap. 13. *inedia, astus, febris, & quæcumque causa corpus calfaciunt, Urinam colorant, eoque magis quo vehementiores fuerint, & Urina quo diutius in corpore subsistit, & longè à passu mejitur, prioribus coloratior est.* 11. Sciendum cisternæ colorem medium non solum fieri à justa bilis, & salis serosique humoris cum aëreo excremento mixture; sed etiam à vario contrariarum qualitatum concursu, idque non solum in sanis, sed etiam in ægris, & in eis merito idcirco Urinas sanorum similes improbari. 111. Aqueam Urinam nasci vel à cruditate, calorisque coquentis imbecillitate, vel à viarum, per quas materiae Urinae solet transfluere, obstructione tali, ut materia eam tingens aut turbans (ut in calculosis sæpe fit) non possit penetrare; vel à bilis aliorum translatione, ut in phrenitide; vel à copia potus, vel ab æstu hepatis renumve. 1v. Lacteam Urinam fieri ob substantiæ albæ permissionem, pi-

uitæ, puris, feminis, quorum discrimina licet ab auctoribus tradantur, tamen quin præ variis causis obscurari possint, nemo dubitare potest.

8. v. Notandum flavam magis micis reddi Urinam, non solum à calore aucto, sed prout bilis (adde & serum) qualitate aut copia peccat; & præterea ab assumptis tingentibus, ut Rhabarbaro, sena, croco. vi. Rubram fieri à bile (adde & sero salso) magis usta; vel ob copiosam talis materiae admixtionem, in ictero, scorbuto, hepatitis; ut & pro variis gradibus hujus adustionis & pro varia copia, Urinae uveæ, passæ, &c. dictæ oriuntur. Rubra, inquit Plem. lib. 5. sect. 3. cap. 5. *apparet in febribus, hydrope, unde temerario judicant, qui ex solius rubrae Urina conspectu sanguinem mittendū censent.* vii. Cruentam (similem aquæ, in qua recentes carnes ablutæ sunt) fieri à sanguine è vase læso elapso & Urinae mixto, per corporis exercitia, per renes ductusque Urinarios à calculo, &c. attritos; vel ob hepatis renumve debilitatem; vel à natura plethoram ita minuente stas vel secus temporibus, vel criticè semet ipsam liberante; quod dictum esto pace Fern. path. lib. 3. cap. 13. *vix admittentis sanguinem alicunde cum Urina præterlabi circa renum affectionem.* viii. Lividas nigralque Urinas fieri, vel à causis externis, puta assumptis, ex clystere, ex sapa test. Mercur. de Ur. cap. 6. vel à portione atrii humoris cum Urina excreta cum euphoria, vel à bile alterius in atram usta, aut copiosius genita; vel à sero & sanguine in venis (extincto calore) nigrescente, huc spectat aph. 47. lib. 4. Quis igitur ex colore quid certi pronuntiet nisi imperitior vel impudentior?

9. Urina minus solito olet ob coctionis defectum, ut principio noctis ante peractam coctionem; vel quod nihil serosi, sed sola aquea materia excreatur. Urina bene olet ob assumpta, terebinthinam, moseum. Urina foetet vel ob assumpta, alium, putrem caseum, asparagos, aut alia, quæ prout in hoc aut illo plus minus coquantur, plus minus foetidam reddunt Urinam; vel etiam ob ciborum improbam coctionem, vel ob Urinam diutius in vesica detentam, vel ob putredinem humorum, præcipuè in febribus malignis, vel ob pus non perfecte coctum (nam per fede coctum non foetet per se, nec igitur Urinae permixtum) ex rupto abscessu profusum vel per crisi conatumve criticum. Quid igitur certi exprimet odor ex ore periti prudentes honestique viri?

10. Urinae copia (quæ paulo minor esse debet potu) augetur vel ob copiam potus, vel ob usum cibi aquosam humiditatem suppeditantis, vel ob intermissam feri per alias vias, alvum, sudorem, præfrigore, expurgationem, vel ob excretionem criticam vel symptomatitam, uti aquæ copiam diu coercitam circa viscera erupisse, & obesitatem solvisse testatur Fern. lib. 3. cap. 11. Huc refert diabetem; vel ob usum diureticorum humores attenuantium, & ad vias Urinarias ducentium. Pauca sit Urina à potu parco, & à cibo sicco, vel ob humiditatis absorptionem per febres, exercitia, vel si alio vertatur, ut ad alvum, ventrem in hydrope, vel ob angustiam viarum Urinariarum, à calculo, tuberculo, pituita crassa. Cui igitur planum erit ex sola Urina de ejus copia causa quicquam effari?

11. De contentis præsertim generalibus tanta est dissensio, ut vix unus sit, qui cum altero consentiat. Saxon. de Ur. cap. 5. Ut enim præter eam diversas de contentis in sanis sententias, cum Galeno contento- rum materia sit sanguis seu humor crudus. Aclur. excrementum sanguinis concocti invenis. Don. ab Altimari Portio semicocti in venis alimenti. Argea. humor pituitosus, utpotè coctionem primam subterfugiens (verum sane omnis materia cruda ex parte sua incoctilis pituita dicenda est?) Fern. cap. 17. Urinae pars crassior insiti caloris vi secretæ

Reulz

Reutnero, pituitosum & melancholicum excrementum: Ne illi quidem, qui communi sententiæ favent, nimirum esse partem alimenti subterfugientem coctionem, consentiunt; alii enim volunt esse primæ aut secundæ coctionis, reliquias scilicet alimenti seu chyli, quæ in sanguinem mutari non possunt, alii verò in tertia coctione, cum scilicet sanguis pro articularum & venarum nutritione apponitur, generari; quamvis conciliari possint, si dicatur esse eam alimenti partem, quæ nec in sanguinem perfectum nec in partem alimentum potuit mutari. Quis tamen ex Urina sola conspecta discernet, sine vitio primæ (nam & per accidens vitia ventriculi indicari posse censemus) secundæ aut tertiæ coctionis ortum? Item viscerumne vitio, an errori externo sit acceptum referendum contentum? Cumque in omnibus promiscuè sanis sedimentum occurrat, vel quod nemo adeò perfectè sit sanus, vel nullum alimentum adeò simile sit corpori, cui non aliquid heterogenei sit admixtum, cumque vel optimi cibi copia, vigiliæ, cæteræque cruditates causæ id dare possint, quis à qua causa oriatur, ex Urina hauriabitur? Cumque in multis ægris non abfimile sit sanorum hypostasis, quis utramque ex Urina sola distinguet?

12. Cumque causa separans sedimentum possit esse calor heterogenea separans, frigus item superveniens sedimentum crassius condensans, unde id gravius redditum ulterius separatur in inferiorem locum; Quis ex Urina discet & dicet ex qua id fiat causa? Cumque sedimenta diversum situm (summum, medium, infimum) habeant, aut ob materiam diversam conditionem, aut caloris varietatem, quis hanc vel illam causam ex Urina inspecta certo capiat? Ut porro nihil addam de variis sententiis, sua interim probabilitate non carentibus, causarum de sedimenti albedine, lavitate (dum scilicet ejus partes non divisa, sed inter se coactæ & continuæ unum continuum corpus constituunt) & æqualitate, quoad substantiam & tempus, & figura ejus pyramidalis, copia ejus mirè variat, non solum pro succi ejus crudioris copia, sed & pro exercitiis, corporis diathesi, suppressa solenni per alvum, uterum, nares hæmorrhoidas excretionem. Quas causas quomodo discutiendas dabit Urina?

13. Materia sedimentorum in ægris licet eadem dicatur Fern. c. 17. quæ in sanis, tamen negari non potest alios humores quoque admisceri, (cum pro humoris morbifici indole contentum quoque mutetur) imò hosce solos interdum materiam sedimenti præbere, cumque contra in principio morborum materia morbificæ nondum coctæ, sedimentum sanorum sæpè conspiciatur; Itemque in morbis malignis, imò & in ægris peccantibus in diæta; cumque sedimentorum varii colores oriuntur vel ex humoribus, ex quibus constant, caloreque, ab assumptis, & proinde non nisi perspecta morbi historia, omnibusque ab ægro & medico actis, obvium sit harum causarum discrimen, quis nisi ignarus, vel perfrictæ frontis ausit hic Urinæ soli fidere? Rursus cum contenta dicantur eo meliora, quo ad sanorum magis accedunt, quis horum ab illis, ex unico lotio discrimen agnoscat? Cumque non expectanda sit in omnibus morbis hypostasis, sed in quibusdam sola sufficiat nubecula, quis non ex hac sola animadversa fallere & falli possit? Obiter hic suffecerit indicasse nos autemanticorum, volentium cum Actuario loco sedimenti indicare locum affectus, nubeculam scilicet caput, enæorema pectus, hypostasis infimum ventrem affici; cum hæc signa in cujusvis regionis morbis, imò & citra harum affectus apparere possint & soleant.

14. De particularium sedimentorum, & in specie farinacei, squamosi furfuracei causis, notandum, quamvis concederetur Galen. comm. 2. progn. text.

28. farinaceum oriri à calore colliquante & abradente partes, tamen rarissimè & in ardentibus heceticisque dari febribus: Deinde illud ex aph. 31. lib. 7. longam ægritudinem significare; quod cum colliquante calore vix convenit. Ita licet Galen. dicat squameum & furfuraceum sedimentum fieri à febre colliquante partes solidas, tamen ea ex aph. 77. & 81. lib. 4. indicia esse scabie laborantis vesicæ, nunc cum, nunc sine febre, negari non potest.

15. Areaulas in hepate vel alibi genitas quis ex foliis Urinæ testimonio discernet ab iis, quæ in renibus succreverant? Grumi sanguinis & pus prodeunt ex vulnere vel ulcere viarum Urinariarum, vel ex rupto, aliterve læso (ab ictu, casu calculi, attritu) aut hiante vase & fundente in partes Urinarias, vel ex partibus superioribus.

16. Carunculae dicuntur esse partes ulceratorum renum, sed an solorum? Mucosum quid redditur à vesicæ calculo, ulcere, à crudo rerum vicinarumque partium abscessu, imò & à partibus superioribus. Quis igitur non videt etiam alia signa præter Urinam esse perpendenda, ut causa innotescat? Præclarè monet Fern. cap. 16. In iis, quibus Urina aliquando crassa, alba, fetida, purulenta fuerint, nunquam illas in aliis morbis certam significationem præbere.

17. Filamenta non solum ex renibus, sed & ex venis, ex ureteribus, ex materia viscida concreta in filamenta, & sæpè ex feminis excretionem paulò ante prægressa prodire videntur: sæpè ex parastasis provenisse animadvertit Fern. cap. 16. sæpè in gonorrhœa, & mulieribus fluore uterino albo laborantibus, Idem ibid.

18. Spuma in summa parte occurrit (sive multæ bullæ coherentes) vel à flatu in viscida materia contenta, vel ab æris inter mingendum permixtione. Pinguedo supernatare potest varia pro copia & conditione pinguedinis præ calore liquatæ: qui multum habet pinguedinis mollioris, iis facilè liquefcit; idem contingit ex usu olei, butyri, test. Fern. cap. 16. In quibus omnibus distinguendis quis non jurabit præter Urinas alia plurima esse perpendenda.

PARS SECUNDA.

Thesis I.

AD secundam classem argumentorum, Urinas esse fallaces, probantium, referemus pleraque quæ citra morbos, eorumque causas (ut temperiem, sexum, resque non naturales, dictas) Urinas adeò mutare possunt, Ut sine horum animadversione omnium infirma sint futura de Urinis judicia, nec quæ sanorum, ab iis quæ agrotantium sunt, facile queant internosci. Fern. Pathol. l. 3. c. 10.

Ut autem de cujusvis temperie nihil dicam, nisi calidiorum Urinas esse magis tinctas, tenuiores, cum exiguo sedimento; frigidiorum contra. Respectu ætatis, Puerorum Urinæ sunt colore albidæ, substantia crassiores cum copioso sedimento (unde apud Hippocrat. 2. Progn. 33. Urina in pueris ægris aquosa, utpotè quam maximè recedens à Naturali, deterrima est) ob cruditatem ex voracitate notam, calor quippe abundans ob nimiam cibi potulq; copiam retunditur. Urina juvenum est substantiæ tenuioris quam puerorum & magis tincta, ferè pluribus, quam virorum contentis. Urina virorum temperanter viventium quam proximè ad optimam accedit, ob inculpam quam maximè æconomiam naturalem. Senum Urina est tenuis (alba, cum hypostasi pauca, imbecillie concoctionis hauria, nisi cum succrescentium cruditatum portio cum Urina profunditur.

3. Respectu sexus Urina mulierum substantia est crassiori, turbida, colore pallidior, hypostasi abundantiore (ob calorem remissorem, otiosum vitæ genus) quam virorum, quæ coloratior, tenuior & purior est sedimento. Neque in tamen de sexus dignosci potest cum eadem in masculorum Urina, concurrentibus nimirum causis, occurrere possint; ut & contra, non paucarum mulierum Urina colore, consistentia hypostasi cum virorum certat; neque etiam graviditatis indicia præ se fert, utcumque subsistentes menses statum corporis humorumque immutent, propterea quod eadem signa in aliis menstruorum suspensionibus observentur, præterquam quod tristis sæpe catastrophe audacium uroscoporum temeritatem detestata sit, vide Forest. lib. pecul. 2. c. 4.

4. De varia lotii mutatione, secundum anni tempora, regionis, cœlique statum vix quicquam addendum videtur propterea quod *ignarus* se non posse temporum acrisque in quo verlatur temperiem ignorare, & facili analogismo ex dictis & dicendis de cujusvis temporis & cœli convenienti Urina quippiam se posse decernere clamaret. Id solum rogatum velim an pro non diverso temperamento, distique in diæta erroribus credat à non paucis excerni Urinas nullo modo congruas anni temporibus, regionibus, &c.?

5. Respectu vitæ generis, & exercitiorum corporis nemo inficiabitur Urinæ colorem substantiam, contentaque immutari, aucto per mediocri exercitia calore eodemque per nimios labores dissipato, & per otia quasi torpescente & languido.

6. Respectu animi pathematum vehementiorum & diuturniorum, alterato calore, spiritibus & humoribus Urinam alterari nemo negabit, qui attentius considerarit quantam ea in spiritibus & humoribus agitandos, incendendos, & sopiendos vim obtineant.

7. Vigiliis somnumque prout moderata fuerint, vel in excessu, defectuque peccaverint, ad coctiones, excrementorum separationes, & proinde ad Urinæ diversitates plurimum posse facile mihi concedetur ab eo, qui quantum ea in naturali corporis œconomia possint vel perfunditorie perpenderit.

8. Quantum valeat ad lotii colorem, substantiam & contenta intendenda, remittendaque cibis, potus & præsertim alimenta medicamentosa pro copia, utendi tempore, & modo, qualitatibus in oculis nareque incurrentibus ex jam dictis disp. I. th. 5. 7. constat: & nemo adeo rudis est qui non à cibi potusque quantitate cruditatem concitatam tum alibi tum in Urina observavit, & post usum croci, rubiæ, rhabarbari, cassiæ, alii, terebinthinae, asparagorum Urinæ colorem, odoremque manifeste à naturali deflexisse percepit. Forest. tract. prop. l. 2. c. 1. testatur Cerevisiam Gedanam bibentes fundere Urinas, quales Isterici. Egregie monet, ut hæc contraham, Fernel. Path. l. 3. c. 10. *Quod exercitatio vehemens, vigilia, animi exandescencia, inedia, calidiorum ciborum esus, ut insuam calorem ita & Urinas inflammant, easque bilis permixtione coloratiores reddunt, cum paucis contentis, quemadmodum & aer vel à regione, vel ab astate, vel ab alia quacunque causa exalluans. Contra vero otium, somnus multus ac profundus, inertia, crapula, frigidiorum ciborum esus, albas, crassas Urinas, contentaque multa atque cruda proferunt, quemadmodum & aer quavis ex causa frigidior.*

9. Qui igitur perpendet hæc omnia citra morbos, eorumve causas Urinas insignitur mutare, & à pluribus enarratis causis tales reddi Urinas, quales in non paucis visuntur morbis & vice versa, qua fronte ignarus ante actorum audebit gloriari de dignoscendis omnibus & singulis naturalibus præternaturalibus, & contra Naturam corporis constitutio-

nibus, ex sola Urina?

10. Tertium ordinem constituent nonnullæ aliæ circumstantiæ (magnam quidem partem jam explicatæ, sed interim hic qbiter ob insignem usum repetendæ) respiciendæ illi qui Urinæ fallacias evitare studet. Ut 1. Quod Urina fidem non mereatur mox à cibo potuve sumpto excreta, sed non nisi post coctionem absolutam 7. 8. horis à pastu, vel hora matutina, vel antemeridiana, pro hora, qualitate, & quantitate assumpti alimenti, non brevi post coitum, evacuationes alias, vigilias, crapulam, inediam, usum medicamentorum lotia inficientium.

11. Secundo, Animadvertendum in febriliū paroxysmorum initio aliam esse Urinam, aliam in sine ob materiæ expulsionem: eandemque in principio accessionis nunc crudiorē tenuiorēque esse, nunc minus, prout ægri sibi plus minus à potu, hoc vel illo parcere possunt. Præterquam quod nonnullos copiosa & fere cruda perirrhœa (quod natura ad vias vergat Urinatias) non raro affligere solet.

12. Tertio, Non partem Urinæ excretæ esse conspiciendam sed universam, ne vel summa vel ima pars vel quippiam illi admixtum non videatur, utque eo manifestior sit ejus copia: neque tamen eam debere constare ex variis vario tempore emictis portionibus, hac scilicet ante illa post coctionem (ac si copia Urinæ certiora præberet indicia) reddita, inde nempe quam maxime turbatum in iudicium quis non decernat?

13. Quarto, Urinam (sive clara sive turbida sit) non statim ab excretionē transfusione, neque priusquam aliquandiu subsederit esse examinandam; eandemque esse regendam & muniendam adversus gelu, aeris frigidi, nimium fervidi, ventorumque injuriam, ne inde intempestive turbata sententiam ferendam turbet. Dum enim sit transfusio, teste Foresto, loc. citat. ex vasculis in matulas vitreas, contenta, buliæ, hypostases transferuntur, & perturbantur neque spectari possunt. Hic notandum alias citius, alias tardius subsidere pro caloris externi, internique & contentorum varietate, neque proinde certam, qua de omnibus Urinis iudicandum sit, horam posse constitui.

14. Quinto, Ex Urina præ diuturna mora vel alia occasione corrupta, cum nihil certi pronuntiari possit quantopere ineptiunt qui ex ea ex variis & distitis regionibus allata sententiam expetunt, vel profertur? Audita est non semel commendatio Urinarum spectatoris de lotio Colonia Agrippina transmissio plurimum differentis & consulentibus persuadentis.

15. Sexto, Vas, in quo Urina conspicienda est, requiri vitreum, pellucidum, coloris expers, & sine stigmatibus, nec nimium patens, nec nimium arctum. Vas item quo primum colligitur lotium, ut & illud quo vulgus id defert ad uromantem, sumendum esse mundum, neque acetum, oleum, aq. vitæ, cerevisiam Gedanam, similiave redolens.

16. Septimo, Urinam agitatum dum defertur aut transfunditur contenta & iudicium confundere, eoque magis insanire uroscopos allatam Urinam studio agitantes quasi secus de Urina minus distincte iudicari queat, nisi forte viscosa tenacitas & substantia sedimenti ea ratione sit discernenda.

17. Octavo, Locum quo Urina examinabitur, nec nimis lucidum nec nimis obscurum esse debere, ne præ nimia luce color Urinæ remissior appareat; aut præ obscuritate contenta tenuiora non videantur. *Cum colores maxime conspicui sint in loco umbratili contenta in Sole, hunc Valles. c. 3. De Urinis jubet eandem Urinam variis locis inspicere.*

18. Nono, Non paucos liquores & nonnullos

rum

rum animalium Urinas humanis non esse absimiles & difficulter ab illis distingui, & nihilominus non raro fraudulentè ad Medicos deferri uti ex gratè tenuem cerevisiam, hydromel, jus cicerum, pisorum Urinas iumentorum teste Hippocr. aph. 70. lib. 4. Quibus oblati ne quis temere multa effluendo semet ipsam artemque medicam deridendam propinet, vix evitabit.

19. Quæ circumstantiæ cum plerumque à consilium petente vulgo reticeantur, & interim scitu sint necessariæ prudenti responsori, quis ausit omnia ex Urinarum examine polliceri nisi imperitus vel perfrictæ frontis audire velit?

PARS TERTIA & ULTIMA.

THESIS I.

Tertium agmen rationum Urinæ fallacias detegentium constabit ex recessione plurimorum nec infrequentium, nec levium morborum vitiorumque, nullas vel nonnisi obscurissimas, & innumeris aliis corporis constitutionibus communes notas in Urina exhibentium; vitiorum, inquam, non solum particularium, verum etiam universalium.

2. Ut enim ab hisce incipiam, quænam signa demonstrativa, non dico solum habentis venerici tophorum, macularum pustularumve gallicarum, sed etiam totum quasi corpus jam occupantis ejus luis ex lotio exponet Uroscopus? An forte seminis putridi portionem in ea subsidentem? At quod citra gonorrhæam, quot post eam imprudenter coercitam hoc malum deturpat? Adde, quod ea sanies non semper cum Urina foedo hoc pro fluvio laborantium, ea copia effluat, ut dignosci possit. An vero crudelitatem culpabit, è vigiliis, animi mœrore, doloribus natam? At quot & quam variorum causarum illa soboles esse possit, ex dictis disp. 1. thes. 5. 7. 11. disp. 2. thes. 2. 3. 4. & non paucis sequentibus liquet.

3. Scorbutus, nostratibus familiarissimus affectus, non solum in initio ante insignem corruptionem, materia terrestri & falsa in viis etiamnum hærente, profert Urinas tenues, citrinas, dein sæpe crassas & albas; & postmodum non raro intense rubras, sed & tum in eodem ægro quam maxime, etiam citra causam evidentem mutabiles, ob variorum humorum admisionem, & variorum affectionum diversimodam exacerbationem & solutionem; adeo ut quæ hodie crassæ, cras æqueæ & tenues, hinc rursus citrinæ sanorum similes, iterumque mox rubræ conspiciantur, testibus Senn: de scorb. cap. 5. Matt. Martinio, Eugaleno variis locis sui tractatus. Obj. Verum illa mutatio ab Auctoribus citatis habetur pro indice scorbuti. Resp. Non sola, sed si simul desint aliæ ejusdem causæ, quas interim nec Urina nec consultor aperit. Neque illa innotescit nisi sæpius ejusdem ægri Urinas variis temporibus excretas examinanti, cum interim ex unica inspectione ipsi sit divinandum.

4. Quæ de elephantiasi signa ex Urina petuntur, incerta ac fallacia pronuntiat, Fernel. path. l. 6. cap. 19. & Jul. Palmarius de Eleph. cap. 3. Neque sanguinem neque Urinam reliquaque excrementa ulla signa lesorum viscerum præ se ferre, imo ex sanguine extracto, sanorum simili, vel non plus mutata quam in variis aliis affectibus se nihil deprehendisse, idemque de Urina ejus inspectioni vulgus plurimum tribuit, se vere pronuntiare posse testatur Plat. pr. tr. 3. lib. 1. cap. 4. quid adversus huic triumviratum mulcebit Urinæ speculator?

5. Pestis, divinam & illud calamitissimum malum, non paucos veneni pernicie cum pessundet, au-

te humorum incendium putredinemque tantam ut ejus in Urina conspicuæ sint notæ, adeoque ante manifestam ex pulsu aliisque febrem; cumque non tantum in tali principio, verum etiam sub finem morbi & vitæ, viribus à veneno prostratis, tenues, claræ, sanorumque similes excernantur frequenter Urinæ; qua fronte & animo quis ex illis solis morbi hujus diagnosis & prognosin ausit proponere? Ita autem se rem habere nobiscumque asserit Forest. lib. pecul. & lib. 6. Observ. med. 11. & 30. 31. citans Galenum 3. de prax. sig. ex puls. cap. 3. & Avicennam dicentes, in quibusdā febribus pestilentibus, neque agrum neque astantes febrilem calorem persentire, ægri pulsu & Urina à naturalibus parum distantibus. Fernel. path. l. 4. cap. 17. Cum febris pestilens est simplex. Urina, aut, nec cruda nec turbida, ut æger sine sensu doloris nec se febricitare putans, viribus extinctis inopinato decedat. Sæpe, inquit, Jul. Palmarius de feb. pest. l. cap. 8. Urina nec turbida nec confusa spectantur sed substantia colore sedimentoque laudabiles.

VI. Tantundem de hydrophobia dici posse libenter nobis largietur qui ex usu vel testibus fide dignis didicit virus hoc multas septimanas, menses, nec dicimus annos, in demorsis ferri circa nullum corporis incommodum; ullam humorum & Urinæ mutationem; hancque adeo levem & brevem esse in ipso paroxysmo, ut antequam se prodatur pulsu & Urina ægri pereant. Tantundem de non paucis aliis malignis morbis, dici posse, nemo sanæ mentis negabit. An non igitur hic iterum cogitur *ὀψιζεν* solius Urinæ inspektor?

VII. His ut subjungamus particularium affectuum Urina inhdas, & primum internorum, quis Oedipus, Epilepsiam, Apoplexiam paralyticam, vertiginem, mentis alienationes varias, Melancholiam, Maniam, Convulsiones, variaque motus & sensuum interiorum exteriorumve symptomata, ex solo lotio haberi solent?

VIII. Quis adeo perfrictæ sit frontis, ut faucium exulcerationum *ὀψιζεν* Anginam spuriam (adde & veram, in qua febremagnoscet, sed non distincte utram ea sit solitaria an verò comitata, ne dum cujus partis inflammatione) linguæ (quo ad gustum sermoneve) uvulæ, palati, dentium vitia, se ex unica Urina haurire posse assermet?

IX. Quem non pudeat asserere, se Asthma & reliquas dispnoæ species, tussim, catharrum, *λεπτοδυναμία*, cordis palpitationem, ex cætera sanorum Urina percipere? aut pulmonum, diaphragmatis, Cordis (superficialia puta, profundiora quippe enecat priusquam ex Urina quippiam judicari possit) vulnera, Peripneumoniam, Pleuritidem, sanguinis sputum dignoscere, & à plerorumque aliorum viscerum inflammationibus & vulneribus discernere?

X. Neque credo quisquam audebit sibi arrogare cognitionem *ὀψιζεν*, *ἀνοσίγασ*, ciborum certorum fallidii, caninæ Appetentiæ, Picæ, *δυσπεψία*, singultus, vomitus, Cholerae, doloris stomachici, Colici, Alvi diversorum fluxuum, Lumbricorum, Mesenterii, Pancreatis, Omenti, tumorum obstructionum, ex solius Urinæ examine.

XI. Quæ quæso & quam distincta promet Urina indicia imbecillioris, Obstructi, scirrhi hepatis & lienis? conspecta fuit Urina laudalis (sauciato satis profunde imo lethaliter hepate) etiam paucis ante obitum diebus. Hydropticorum Urinæ sæpe albæ, tenues, copiosæ, sæpius rubræ parvæ. Menstruorum retentio, stillicidium, profluvium, Mola, Conceptus, hysterica passio, uteri prolapsus, nihil certi in Urina ostendit.

XII. Renom ureterum, vesicæ, ejusque colli affectus omnium quidem evidentissime colligantur, sed non nisi ab instructo & certo nihil foris intervenisse, vel

vel intus gestum esse, quod illam & ex ea proferendam sententiam perturbare poterit. Isterum pariter, si quem affectum, certo indicant Urinæ, sed non adeo certo quia etiam similes fundantur ab assumpto croco, cerevisia Gedana, ut & à quibusdam causis internis. Atqui hæc omnia sæpe ignota sunt consilium perenti, sæpe cognita licet studiose dissimulantur, sæpe ab Uroscopo (ne quippiam scilicet eum fugere videatur) non inquiruntur. Et proinde non mirum est si multa temere effutiendo suam vel ignorantiam vel malam fidem prodant.

XIII. In Externis vitiis multo minus standum esse Urinæ docent Arthritides, vagique alibi ex defluxione molesti dolores, vel nihil vel minimum certe vel quod non ipsis commune sit cum infinitis aliis dispositionibus Urinam alterantes, nisi ex humoris effervescencia ortæ comitentur febres, nihilo ex hac Urina quam alia solitaria manifestiores.

XIV. Parotides, strumæ, variæ scabiei species, mamillarum cancri, bubones, hernia, hæmorrhoides, innumera ulcera, vulnera, gangrænae, dislocationes artuum, fracturæ, quas sui firmas exhibent in Urinis notas aut in ægris aut in cætera bene habentibus? Adsit, esto, cacochymia adsit febris & ob eas lotium à sanorum desleat; quid tamen inde veri de hujus illiusve partis externæ, hoc illove malo stagner infelix *ερωμαίνων*, omnia hæc (quæ non?) in se recipiens, & tibi si velis ignarus, vulgus persuasurus?

XV. Detecta incertus Urinarum incertitudine, addendum superest quid & quantum illis sit tribuendum. Neque enim omne earum examen rejicimus quin imo in non paucis vitiis utile & necessarium æstimamus; Imprimis in febrilibus & venarum arteriarumque ut & viscerum quæ frequentiora & insigniora perreptant vasa, & partium viarumque Urinæ transcolandæ & excernendæ dicatarum affectibus. Dum enim hæc loca permeat Urina, pravam ab iis prave dispositis alterationem subit, quo ad colorem, substantiam, & contenta, æstus nimirum sit particeps, & frigidæ intemperiei, nec minus sordium ibidem genitarum, vel per ea loca expurgari solitarum, nonnunquam & particularum abscedentium; sed summo pere cavendum, ne, sine prævia cognitione aliarum rerum naturalium, præternaturalium, & contra naturam, quippiam diagnosticon, prognosticon aut therapeuticon decernatur, tum ob rationes jam sæpius expositas, tum quod unaquæque pars sua habeat excrementa, in cujusvis partis morbo in specie perpendenda, uti bene monuit Galen. de crisi, cap. 7. *In iis qui laterali morbo laborant, primo quidem sputa, secundo (quia Febris adest) Urinam esse explorandam; sic in ventris morbis, si sine febre sint solas dejectiones esse inspicendas, si adsit febris, etiam Urinat.*

XVI. Neque etiam omnino inutilem pronuntiamus Urinæ considerationem in plerisque aliis internis externisque affectionibus, ut (licet non ipsum malum) *αυξησις* fabris aliave corporis immotescat scitu necessaria diathesis, non raro causæ antecedentis, sine qua non, symptomatise comitantis, aut subsequenti naturam redolens; quod adhæc medico sæpe non minus quam ad vitium, de quo æger unice conqueritur, sit respiciendum.

XVII. Ut igitur servetur usus abususque tollatur, lotii in neutra & ægra corporis dispositione, examen concedendum putamus: sed cui? medico artis veræ fundamenta docto, & ex ægri adstantium relato, omnium ante actorum, & præsentium prius factis gnaro? Aut si ob justas causas præsens interrogari nequeat æger, expositus antea exacte & fideliter omnibus quæ medicum nosse non tam ejus quam decumbentis interest. Citra has cautelas quotquot jactitant se omnes morbos eorumque causas ex sola Urina dignoscere posse, & quotquot ad præscribenda remedia transilire audent, omnes hocce imperitie vel impudentiæ summæ accusamus; & proinde triobolare istud aucupium, *καλόν αἴμα*, utpote cum ægrorum pernicie & nobilissimæ artis dedecore conjunctum, si non è Republica bene constituta saltem ex ædibus medicorum exterminandum censemus. *Incertam, inquit Fernel. path. lib. 4. cap. 18. & plerumque dubiam mercedem referet qui periclitatione medicos inquam vates augurari cogit. Consultor vero prudens & fidelis sani consilii fructum percipiet.*

Hæcenus Gulielmus Stratenus, cum ejus Disputatione de Fallaci Urinarum Judiciò, finiemus Caput de Urinarum Examine.

UTERI MORBI.

Vide in Biblioth. Chirurgicâ.

VULNUS.

Vid. in Biblioth. Chirurgicâ.

VULVÆ MORBI.

Vid.

UTERI MORBI.

UVULÆ MORBI.

Vid.

GURGULIONIS MORBI.

Finis Tomi Quarti & totius Operis.





